2° J. Publ. Germ. 216

Knipschildt

1/20

<36606770250011

<36606770250011

Bayer. Staatsbibliothek


TRACTATUS
Politico_Historico Iuri
dicus
Philippi Knipschilds. I:C.
de
CIVITATUM
IMPERIALIUM
IURIBUS ET
PRIVILEGIIS.
ULMÆ
Apud
GEORG. WILHELMUM Kühne.
Arnold deline.
Kilian Sculp.

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

TRACTATUS
POLITICO-HISTORICO-JURIDICUS,
DE
JURIBUS ET PRIVILEGIIS
CIVITATUM IMPERIALIUM,

Tàm Generalibus, quàm Specialibus, & de earundem Magiſtratuum Officio:

IN SEX LIBROS DIVISUS,

Quorum

I. Generalia continet, circa Civitates tàm municipales, quàm Imperiales, veluti earundem notationes, ſignificationes, definitiones, diviſiones, origines, cauſas efficientes, materiales, formales, finales, effectus, actiones, probationes, incrementa, conſervationes & contraria.

II. Jura & Privilegia Civitatum Imperialium generalia continet.

III. Comprehendit Specialem deſcriptionem Civitatum Imperialium, earumq; originem, jura & privilegia ſpecialia, ſecundum ordinem Alphabeticum.

IV. Continet Civitates, Reſpublicas, Provincias & Regna, unà cum Civitatibus ab Imperio Romano-Germanico avulſa.

V. Officia Magiſtratus Civitatum Imperialium continet.

VI. Agit de officio Civium & Subditorum erga Magiſtratum.

AUTHORE

PHILIPPO Knipſchildt / Medebachio Weſtphalo, J.U.D. & Reipublicæ Eſslingenſis Syndico.

Editio Secunda, priore correctior.

Cum Indice gemino, uno Librorum & Capitum, altero Rerum & Verborum locupletiſſimo.

M. DC. LXXXVII.

ULMÆ SUEVORUM,

Sumptibus Georgii Wilhelmi Kühnen / Typis Hæred. Chriſtiani Balthaſaris Kühnen / Reipubl. Typogr.

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS

VIRIS

Magnificis, Nobilissimis, Amplissimis, Consultissimis, longoque rerum usu peritissimis & Prudentissimis,

DOMINIS
CONSULIBUS, PRÆTORIBUS, SENATORIBUS ET MODERATORIBUS
CIVITATUM IMPERIALIUM

Omnium ac Singularum,

Patronis & Dominis suis submissè venerandis.

VAriæ sunt causæ, Viri Magnifici, Nobilissimi, Amplissimi, Clarissimi, Consultissimi & Prudentissimi, quæ lucubrationes suas in lucem publicam emissuros deterrere solent haud immerito. Imó & periculosum, hoc præsertim seculo erudito, & in laboribus & scriptis alienis censendis nimium ingenioso & studioso, in publicum prodire: Qui enim prope viam ædificat, multos censores habet; Et secundum Hieronymum, qui scribit, multos sumit judices: Et *Plinius libr. 7. Epistol.* cogito, inquit, quàm sit magnum, dare aliquid in manus hominum, & cum multis, & sæpe retractandum, quod placere & semper, & omnibus cupias. Quis enim unquam extitit tam eruditus, tam excellens, tam ab omni laude beatus, qui obtrectatore caruerit? Quis unquam tanta sapientia ac virtute præcelluit, qui mordaces maledictorum sermones evitare potuerit? Est quippe veluti perpetuus comes invidia, eamque non aliter, ac umbra corpus insequitur, ita ut nullo ferè modo fieri possit, ut qui virtutis viam ingreditur, non etiam invidia & obtrectatio ipsum concomitetur, virtutis enim comes invidia plerumque bonos insectatur, inquit *Cicero ad Heren.* ac invidia tanquam ignis summa petit, *Titus Livius.* Fœlicitas semper subjecta invidiæ, nullaque tàm modesta fœlicitas est, quæ malignitatis dentes vitare possit: Divites enim sunt alienis jacturis, locupletes calamitatibus, immortales funeribus. Unde quidam interrogatus, quomodo invidos non haberet? respondit; Si nihil ex magnis rebus habueris, aut nihil fœliciter gesseris; nam sola miseria caret invidia, *Valer. Maxim. lib. 4.* Hinc in dialogis *Platonis* ordo desideratur; *Aristoteles* totius peripateticæ doctrinæ facilè Princeps, obscuritatis notatur, & à Galeno in multis reprehenditur. *Virgilius* à nonnullis ingenio imbecillis, ab aliis Homerici laboris compilator habetur; *Homerum* aliquando porrò à Græcis in jus vocatus, ut aliena

 restitueret,

restitueret, frigiditatis in salibus, & copiæ puerilis fuit damnatus. *Titi Livii* conciones *Trogus Pompejus* fictionis arguit. Sunt qui *Plinium* turbido flumini assimilant, ut qui multa degustaverit, pauca verò digesserit excoxeritve. *Senecam* calcem sine arena, *Marcum Varronem* literarum porcum, compellant. *Accursio* nonnulli judicium negant; *Bartoli* distinctionum longitudinem, *Alberici* brevitatem, *Baldi* inconstantiam, *Alexandri* perplexam methodum, *Raphaelis* utriusque nimiam subtilitatem culpant.

Ea etiam hac ætate est fœlicitas, ut videre liceat omnes artes, tam liberales, quàm mechanicas ad summam perfectionem adscendisse, præsertim verò rem literariam in unaquaque facultate adeò scriptis excultam esse, ut nihil quicquam addi, nihilque dici posse, quod antea non fuerit dictum, modernique scriptores nihil aliud agere videantur, quàm post *Homerum* Iliada conscribere, & eandem cum magna nausea crambem recoquere. Et hic morbus hodie ferè publicus, contagiosus & insanabilis, quod omnes sibi scribendi usurpent officium, quod paucorum est, & juxta illud Juvenalis:

- - - *tenet insanabile cunctos*
Scribendi cacoëthes, & ægro in corde senescit.

Atque hujusmodi protervas obtrectationes, & suggillandi libidines, nec non promiscuum omnibus ferè innatum scribendi cacoëthes multas egregias & reconditæ eruditionis operas nobis invidisse, multorumque erutos thesauros iterum defodisse, non est, ut quis dubitet.

Verùm si res accuratius perpendatur, non est, ut quem invidorum hujusmodi invidiæ obtrectationes remorentur, siquidem molestum quidem sustinere invidiam, sed multò molestius, nihil habere invidendum, adeò, ut infœlix putetur, cui nemo invidet, & ridiculum videatur, inertium desidiam quasi judicium recipere, ac propter paucorum suggillationes bene agere desinere velle, ac otio, quod *Hieronymo* teste, ingenii quædam rubigo est, torpescere. Et cur aliquem ineptorum istorum scarabæorum & Zoilorum susurri magis turbarent, quàm virtutis calcar ad honesta tendentem incitaret? Æquo animo audienda esse imperitorum convitia, & ad honesta vadenti contemnendum esse istum contemptum, *Cicero* monet.

Est miser & demens (me judice) quisquis honesta
Dum fugit invidiam, deserit artis iter.
Nam si tabifici lacerant pro tempore dentes,
Et spargis tetras sæve susurro notas,
Tandem consumpto virtus livore nitescet,
Puraque laurigerum tollet ad astra caput.

Invidia enim virtute parta, gloria, non invidia putanda est, *Cicer. 1. invect. in Catilin.* Neque etiam minoris fortitudinis & constantiæ, adversariorum non frangi calumniis; neque debilitari, quàm aut assiduos perpeti labores, aut in arduis rebus nunquam defatigari: magnique & excelsi animi est, nihil omninò calumniis moveri, atque injurias non tantùm æquo animo tolerare, sed etiam prorsus negligere.

Hinc de *Pericle Atheniensium* Principe longè prudentissimo memoriæ proditum est, quod cum aliquando ab improbo quodam convitiatore multis maledictis & convitiis esset lacessitus, maledictori nihil quicquam regesserit, sed omnia scommata magna animi constantia contempserit, ac insuper cum vesperi domum rediisset, ipsumque maledicus ad januam usque insectatus esset, ac noctis tenebræ supervenissent, quendam ex servis suis ad se vocaverit, acceptoque lumine hominem illum demum reducere & comitari jusserit. Et de *Socrate* refert *Plutarchus*, quod cum quidam ex ipsius inimicis multa in eum scommata conjecisset, nec his contentus, calce etiam eum percussisset, ipseque ab amicis adhortatus, ut improbum istum maledictorem & impudentem percussorem, jure & legibus persequeretur & in jus vocaret, ipsum *Socratem* respondisse: Ridiculum! An, si mihi asinus calcem impegisset, in jus vocarem?

Nec quempiam moderna scripturientium multitudo, & alia ejusdem quoque argumenti opuscula in lucem edita, etiam doctissima deterrebunt, cum non omnia apud priores meliora, sed nostra quoque ætas multa laudis & artium imitando posteris tulerit, juxta *Cornel. Tacit. annal. lib. 3.* Et Deus Creator omnium non tantum veteribus, sed & sequioris ævi hominibus inveniendi & scribendi dona largitus est, & his æquè suum talentum non defodiendum, sed vel maximè propalandum, concredidit, & certam telam operum perficiendam distribuit

ſtribuit & imperavit. Et ut inquit *Tacitus libr.4.hiſtor.74.* nullum adeò virtutum ſterile eſt ſeculum, ut non & bona exempla prodat: Singula enim pene ſecula ſuum habent genium, qui mortalium animos in certa ſtudia inflectere ſolet. Et in juriſprudentia noſtra ſecundum *Baldum in prol. decret. col.1.* tantùm adhuc reſtat operis, ut etiam poſt mille ſecula nato occaſio inventis aliquid defutura non ſit. Et quidem, ſecundum *Senecam epiſt.64.* multum egerunt, qui ante nos fuerunt, ſed non peregerunt, ſuſpiciendi tamen & ritu Deorum colendi: nam ut in aliis pleriſque, ita & in literis dies curaque præſens, juxta *Menecratem*, incuſatur, & ſemper futura melior eſt. Nec novum noſtro ſeculo ea, quæ ab antiquioribus in lucem edita, longe elegantiore & limitatiore ſtylo & methodo prodire, cum facilè ſit inventis aliquid addere, ac in veteri via ſæpe novam ſemitam quæramus, & in antiqua detritaque materia rudem artis quæramus elegantiam, ut nec eadem ſint eadem, utrumque iter, & perveniendi, quo cupias, multa compendia. Et inveniendis inventa minimè obſtare, ſiquidem intellectus ad inſtar ſolis oritur, & occidit, vadit & redit, nec unquam moritur, adſtruit *Seneca.* Unde Imperator *Juſtinianus in l.2. §.18. C. de veter. jur. enucl.* cum multas formas, inquit, edere natura deproperat, non deſperamus, quædam poſtea emergere negotia, quæ adhuc legum laqueis non ſunt innovata. Et ſecundum *Julianum in l. neque leges.10. & l. non poſſunt. 12. ff. de legib.* neque leges, neque Senatus conſulta ita ſcribi poſſunt, ut omnes caſus, qui quandoque inciderunt, comprehendantur, & non omnes articuli ſigillatim comprehendi poſſint, nec non juxta Imperatorem *Juſtinianum in Novell. 69. cap. 4. §. 1. in fin.* nihil penè in ſeipſo manet, ſed currit natura ſemper multas evolvens mutationes, quas neque prævidere facilè eſt, neque prædicere, ſolummodo Deo hæc gubernare valente, &c. *& in Novell. 74. cap. 1.* naturæ multas ineſſe novitates aſſeritur. Inde Imperator *Leo in proœm. novel. conſtit.* eleganter ſcribit: Rerum humanarum viciſſitudinem, vitæque inconſtantem & multiformem ſtatum permultis & omne genus legibus ortum præbuiſſe, quid enim erit ſtabile inter homines & immobile, ut nullam patiatur immutationem? Cum omnis noſter ſtatus ſuper perpetuo motu conſiſtat, *Novell. 7. cap. 2. princ.* Ex quo *Baldus in lib. 1. num. 5. verſ. ſed hodie. C. de his, qui ante apert. tab.* ex varietate, inquit, temporum quotidie phantaſmata, & variæ rerum ſpeculationes in hominibus generantur, & ideò non eſt auferenda poſterioribus facultas ulterius cogitandi.

Et quid futurum quæſo, ſi ſaltem veterum Theologorum ſcriptis contenti, nullas hactenus animi meditationes & ſcripta poſteriora noviſſimorum Theologorum publicata haberemus, qui novis fanaticis, Hæreſiarchis, Photinianis, Wigelianis, fratribus Roſeæ Crucis, & aliis ejusdem farinæ Chiliaſtis occurrere, eorumque errores detegere & refutare potuerit.

In Juriſprudentia noſtra quot novas materias inveſtigandas & decidendas rerum natura & viciſſitudo ſubminiſtravit? Ante tricennium res monetaria Collybiſtarum fraudibus peſſimè deformata, multas novas & veteribus inauditas controverſias peperit. Quis unquam veterum JCtorum ſingulares illas & veteribus incognitos contractuum nauticorum modos, quos Aſſecurationes vocant, unquam attigit, qui tamen hodie in Civitatibus maritimis & Hanſeaticis occurrunt & agitantur? Quænam nuper de cenſuum ſolutionibus novæ & intricatæ quæſtiones exortæ & hactenus ventilatæ; Dn. *Mantzii, Pflaumeri*, & aliorum ſcripta diverſa atteſtantur, quæ nec Imperii legibus & Receſſibus nuperis publicis ſatis æquè, clarè & ſufficienter decidi potuerunt.

In facultate Medica, quis quæſo, cum fructu & utilitate ægrotantium novis ſubinde contingentibus morbis, ſudori Anglico, morbo Gallico, lui Hungaricæ & tot novis febrium generibus remederi ſciret, niſi novos experientiſſimorum Medicorum tractatus de hiſce evulgatos inſpiciendi copia daretur, cum novis morbis, nova invenienda & adhibenda remedia: Nova adinventa remedia Chymica quis ad uſum applicabit, niſi Neotericorum Medicorum manuductiones habuerit & indagaverit.

Sic quoque in reliquis Philoſophiæ partibus, quot novæ opiniones & quæſtiones, caſus & emergentia circa meteora in Phyſicis, & maximè in Aſtrologicis, Mathematicis, Architectura, præſertim militari, inciderunt hactenus, & adhucdum incidunt, quæ ſi quis ſolo veterum interpretum juvamine eruere & diſcutere vellet, certè is parum proficeret.

Hiſtoriarum cognitio, ſicuti de tempore in tempus, de anno in annum, de die in diem, de hora in horam colligenda eſt, ita quantum crebræ mutationes circa ipſum etiam hoc ſtudium, experientia teſtatum facit. Hiſtoria enim perpetuus exemplorum theſaurus, vitæque humanæ theatrum, ad omnia mundi tempora congruens, ita ut in mundo ſemper una eadem-

 que

que fabula agatur, mutatis tantùm personis, unde fit, ut quamdiu mundus stabit, tamdiu historiæ scribendæ sint. Cujus rei & continuæ mundi mutationis causam hanc conjicere licet, quod rebus cunctis inest quidam velut orbis, ut quemadmodum temporum vices, ita morum vertantur, *Tacit. lib. 3. annal. cap. 55.*

Annon æternis laudum præconiis digni sunt quàm plurimi inter recentiores Juris Interpretes & scriptores, veluti *Menochius de præsumptionibus & arbitraris judicum casibus*; *Tiraquellus de primogeniis & Nobilitate*; *Mascardus & Pacianus de probationibus*; *Farinacius de delictis*; *Gilkenius de usucapionibus*; *Zangerus de exceptionibus*; *Antonius Heringius de fidejussoribus*; *Johannes Heringius de molendinis*; *Rutgerus Rulandus de Commissionibus*; *Petrus Fridericus de Processibus & Mandatis*; *Regnerus Sixtinus de Regalibus*; *Hieronymus Setzerus de Juramentis*; *Johannes Gryphiander de Insulis*; *Martinus Magerus de Advocatia*; *Casparus Klockius de Contributionibus & Ærario*; *Henricus à Rosenthal & Ludolphus Schraderus de feudis*; *Benedictus Carpzovius de Lege Regia Germanorum, ejusdem practica Civilis & criminalis, decisiones, definitiones Ecclesiasticæ sive Consistorialia & similia*; *Johannes Limnæus de jure publico*; *Theodorus Höping de jure Insignium & Sigillorum*; *Reinkingius de Regimine Seculari & Ecclesiastico*, & si qui sunt alii. Atque ita etiam id, quod perfectius à majoribus datum, adjectionibus quandoque ampliare oportere, scribit Imperator *Justinianus in Novell. 78. in fin. princ.*

Quamvis igitur & ego lucubrationes hasce meas non eo scripserim animo, quod ipsæ unquā publicam lucem sint visuræ, sed proprii & privati tantum usus gratia collegerim, nec scribendi cacoëthes me tenuerit, vel vana aliqua ambitio, vel typhus aut arrogans votum per famam (cui tamen juxta *Tacitum in Agricol.* sæpè etiam boni indulgent,) inclarescendi pellexerit, satisque mihi constet, quod nonnullæ extent de Civitatum Imperialium Juribus & Privilegiis dissertationes, nimirum *Christophori Besoldi, Johannis Michaelis* Heintzen/ *Johannis* Steinwichen/ & si qui sunt alii, mihi non visi, qui tamen generalia tantum & vulgaria attingunt, primisque quod dicitur labiis delibarunt, & Civitatum Imperialium & liberarum Privilegia & Jura tam generalia, quàm specialia non omnibus, imò nec ipsis quandoque proceribus & civibus satis sint cognita, cum plerumque hodie ita comparatum esse videamus, quod plerique varias Regiones visitent, exoticas linguas, leges & mores addiscant, cujusque Reipublicæ statum, officia, vivendi modum, populorumque naturas & ingenia perspiciant, inque exterorum Principum sensus abditos penetrent, ea verò, quæ domi sunt, parvi pendant, aliena verò curare & propria negligere, & domesticas leges, statuta, jura & privilegia ignorare, non immeritò magno dignum semper opprobrio fuerit habitum, sicuti *Servius*, cum primum locum in causis ornandis post *Marcum Tullium* obtineret, & *Quintum Mutium* de causa amici consuleret, eumque respondentem parum intelligeret, & propterea iterum interrogaret, idque æque non caperet, ita à *Quinto Mutio* objurgatus legitur: Turpe esse patritio & Nobili, & causas oranti, jus in quo versaretur ignorare, *l. 2. §. Servius. 43. ff. de origin. jur.* Et præterea experientia doceat, quod Civitatum Juribus, Privilegiis & libertatibus multum invideant vicini magnates, easque jugo suo subjicere omnibus viribus moliantur, cum magnatibus innata quasi dominandi libido, & ita semper comparatum, ut potentior imbecilliorem coërceat, & sibi subjicere annitatur, isque qui rerum potitur, imbecillioribus jus interpretetur & definiat, & inferiorum privilegia parvi pendere soleat, juxta illud *Vergæ* Hispani ad Lovanienses Academicos dictum: *Nos non curamus vestros privilegios*; illudque Annæ Montmorantii Franciæ Connestabilis ad Regem suum adserentis: de jure privilegiorum ex jure Canonum, *par le droict de Canon*, hoc est bellicorum instrumentorum, cum Metensibus esse disputandum. Ideò ab amicis & viris nonnullis gravibus, qui hasce meas lucubrationes viderunt, monitus, ut in publicum, publici boni promovendi causa, ederem, morem gessi.

Ab aliis nonnulla sum mutuatus, sed eorum authores fidelissimè, & ut decet, laudavi, ne alienæ industriæ laudem, suppresso ipsorum, ex quibus habuerim, nomine, mihi adscripsisse, & arrogasse videar id, quod alii ante me literis consecrarunt: Est enim benignum & plenum ingenui pudoris, palàm fateri, per quos quis profecerit, quorumque opera & industria in suis scriptis adjutus fuerit.

Quod si fortè alicubi me lapsum esse contigerit, veniam deprecor, omnium siquidem habere memoriam, & in nullo errare, divinitatis potius, quàm humanitatis esse, attestatur Imp. *Justinianus in l. 2. §. si quid. 14. C. de veter. jur. enucl.* & secundum *Senecam*, nemo est mortalium, quem non aliqua pars ignorantiæ attingat, quam contagionem ex ipsa humani-

tate

tate & mortalitate contraximus : nam homo cum errat, humanitus errat, errorem autem in homine calumniari, est ipsi mortalitati convitium facere. Nemo sanus irascitur in tenebris parum certa vestigia ponenti. Cur ergo, si densissimis tenebris involuta mortalium mens, in re quapiam hallucinatur, sic invicem exacerbamur? Corporis vitia non exprobranda, non ira, sed commiseratione prosequenda: Quid enim si quis irascitur surdis imperia non exaudientibus; si illis, qui ægrotant, senescunt, fatigantur, corporis incommodis aliis laborant, annon talem cum ratione insanire judicabimus? Quod si meliora monitus & errorem aliquem edoctus fuero, rectiora lubens sequar: Non enim ego ita natus, cui nihil placeat, quod aliis placet, quique vincere, quàm confessæ veritati cedere ac annuere, aliisque assensum imperare, aut apertissimè falsa verisimilibus argumentis asserere malim, quandoquidem omnes mortales, quantumvis immortalitate dignos, judicio aliquando lapsos fuisse, nemini est incognitum, & artificis opus est quasi quidam ingenii fœtus, de quo, secundum *Socratem*, rectius judicat obstetrix, quàm ipsa mater. Interim tamen cum Momis & detrectatoribus veluti scorpiis, venenatæ linguæ arcuato vulnere insurgentibus, nihil mihi est negotii: Candido & æquo lectori

- - - - cuncta legenti
Forsitan occurret, vacuas quod mulceat aures,
Pœniteatque minus suscepti in fine laboris.

Nam & in ratione conviviorum, quamvis à plerisque cibis singuli temperemus, totam tamen cœnam laudare solemus, nec ea, quæ stomachus noster recusat adire, adimunt gratiam illis, quibus capitur, inquit *Plinius lib. 2. epist. ad Luperc.*

Vobis autem, Viri Magnifici, Nobilissimi, Amplissimi, Clarissimi, Consultissimi & Prudentissimi, quod labores hosce meos inscribere & consecrare voluerim, causæ me impulerunt quamplurimæ, & inter illas hæc maximè, quod in iisdem Rerumpublicarum Vestrarum jura, privilegia, eminentiæ & immunitates comprehendantur & adumbrentur, ac propterea eosdem vobis tanto gratiores futuros, patrocinioque Vestro suscepturos & à malevolis Zoilorum morsibus vindicaturos, mihi pollicitus fuerim. Accipite igitur, quicquid erit, benignè, & favore Vestro conservate. DEUS Ter Optimus Maximus Vos omnes, Vestrasque Respublicas in flore viridi, pace perpetua, concordia fœlicissima, omnique fœlicitate ac prosperitate in æternum conservet, & ab omni malo & adversitate custodiat & liberet, posteritas Vestra floreat ut palma, & velut Cedrus Libani multiplicetur, dispergantur inimici Vestri. Vivite, valete, favete. Dabam Esslingæ 13. Julii, Anno Christi 1657.

Vestrarum Magnific. Nobilitat. Amplitud. & Claritat.

Deditissimus Cliens,

PHILIPPUS Knipschildt/ D.

LECTORI B. S.

CUm primum ad Publicam adspiraret lucem Knipschildianum *de juribus & privilegiis Imperialium Civitatum* Opus, *suam in dedicatione fidem benevolo Lectori Beatissimus* Author *obstrinxit, accessura aliquando ad Limnæi exemplum, qui suis, de jure publico voluminibus, aliquot additionum Tomos adjunxerat, necessaria vasti licet operis* supplementa: *Quæ cum fatorum acerbitas, & cum his aliàs quoque ejusdem generis curas, intra conatum primarum veluti linearum coercuisset, Gener ipsius* Johannes Datt, *Prætor Liberæ Imperialis Eßlingæ, quantum concatenata ipsius negotia patiuntur, subsidiis ex Archivis & Actis publicis depromptis hactenus locupletavit: Quorum publicationem (cum iterata editione, cui nulla ferè alia, nisi errorum Typographicorum accuratâ emendatione, lima accessit;) ne Orbi erudito faceret, dilata ex Tabulariis Imperialium Civitatum subsidia, repagulum hactenus injecêre. Cùm verò funesto seculi genio fatalique hac Civitatum periodo, ad coercendas aliorum spes, intersit, sua Imperialium Urbium Collegio, Jura & privilegia fulciri, proindè illarum* Consiliarii & Syndici, *ut publicorum Archivorum fores illustrando operi aperiant, se patientur benignè exorari. Quæ spicilegia si vel ad beatissimi Authoris Generum Eßlingam, vel ad* Georgium Wilhelmum Kühn, *Bibliopolam Ulmensem transmittentur, additionum iste Tomus propediem publicam videbit lucem, quem tuo* Lector Benevole *favori & Patrocinio commendamus.*

I

CIPPUS HONORARIUS

In Tractatum Politico-Historico-Juridicum,

De Juribus & Privilegiis Civitatum Imperialium,

VIRI Nobilis, Magnifici & Amplissimi

DN. PHILIPPI KNIPSCHILDI, JCti,

& Reipublicæ Esslingensis Syndici Celeberrimi,

URBES IMPERII,
Sacri *mysteria juris*, quæ teneant?
Genii dexteritate sui,
KNIPSCHILDUS
Pandit, detecta *origine* prima;
Nec non illarum fortia facta canit.
Præterea
Ritus describit, *& ordine mores*,
Qui viguere olim,
Quique vigent hodie.
His non contentus;
Politiæ jura repandit,
Quæ miscet *studio rebus* ubique suo.
Nec non historicos decerptos undique *flores* intermiscendo,
Sedulitate refert jucunda.
Ne forte gravis *lectura* molestum/*lectorem* faciat,
Cuncta *lepore* struit.
Rem magnam cunctis præstat!
GERMANIA
Grates, summaq; persolvat *præmia* pro *meritis*,
Famam & ad astra vehent calidissima vota bonorum,
Quosquos Germanus scilicet orbis habet.
Et meritò
Magni sunt *præmia* magna *laboris*,
Egregium nunquam laude carebit opus.

In honorem Excellentiss. Dn. Authoris positus à

M. Adamo VVeinheimero, Gissa-Hesso, Pastore & Super. Esslingensi.

II.

EPIGRAMMA

AD CLARISSIMUM VIRUM,

Dn. PHILIPPUM KNIPSCHILDT,

J. C. meritissimum: Amicum suum honorandum,

Tractatum Historico-Politico-Juridicum de Juribus & Immunitatibus Civitatum Imperialium edentem.

HIstoricus qualis, qualisque Politicus, Auctor
Et juris qualis, macte Philippe fies:
Hæc indefessi monumenta probata laboris,
Edita quin dudum scripta diserta docent.
Scilicet insignem Socerum vis ritè referre,
Cujus aperta tibi Bibliotheca patet.
Urbes Imperii te dicent nomen in ævum,
Et decus immensum posteritatis eris.

Boni affectûs contestandi gratia adposuit

Joh. Ludov. Pock/ U. J. D. Reip. Ulmens. Consiliarius & Advocatus,

III.

KNIPSCHILDUS *Astrea jubar enthea,*
ceu Phœbus inter lucida sydera,
splendore præclaro coruscans,
inclytus Eunomiæ sacerdos,
nuper docebat Nobilium BONIS * [* von Stam-Gütern]
nutrire stirpem; Imperialium
nunc jura pandit Civitatum,
Numinis auspicio favente;
Ergo sacrarum nobilis urbium
caterva, palmis plaudite jugiter,
& nobilem vestrum Patronum
condecorate novis corollis.

In honorem Domini Authoris, suique Fautoris, l. mq; f.

David Guther/ *J. V. D. Reipubl. Ulm. Consiliarius & Advocatus Ordinarius.*

IV.

Lib. I. URbes Imperii quales ab origine prima
II. Agnoscant caussas? & quæ communia jura
III. Possideant? harum privataq; gratia cuiq;
Quæ data sit variis temporibus atque vicissim
IV. Illis acciderit quænam mutatio? quodnam
V. VI. Officium civis? sanctū deceatve Senatum?
Si quis nosse cupit, *Knipschildum* comparet ære
Parvo, nemo docet melius, vel fusius ipso.
Quicquid enim sparsim per multa volumina docti
Hâc de materie scripserunt, omnia solus
Continet, & magni census nova plurima junxit;
Pro queis jure viro debetur gratia magna.

Honoris ergò l. mq. adposuit

Joann. Pfautz/ Med. D.

V.

KNipschilde *docto note dudum seculo*
Scriptis politis, diva quæ Themis tibi
Dictavit ipsa notior nunc omnibus
Hoc nobili fies libro: quo sol nihil
Præclarius, diviniusque viderat
Unquam. Stupescet orbis ingenio tuo
Magno, atque texta deperibit aurea,
Sed maxime ipsæ civitates *Imperl*
Te cœli ad usque septa laudibus vehent;
Multumque se debere vindici suo
Tibi fatebuntur libentes, quo sua
Et salva jura, & privilegia *possident,*
DEI quidem atque Cæsarum hæc sunt munera:
Sed Te quoque in consortium illorum vocant,
Quod Cæsarum illis, & DEI dona asseris
Stilo loquente, & erudita pagina.

Hoc observantiæ monumentum p.

M. Guilielmus Diezius, Gymn. Ulm. ευηγετης

INDEX

INDEX
LIBRORUM ET CAPITUM,
In Tractatu De Juribus Et Privilegiis Civitatum Imperialium.

LIBER PRIMUS,

Generalia continens circa Civitates municipales, quàm Imperiales, veluti earundem notationes, significationes, definitiones, divisiones, origines, causas efficientes, materiales, formales, finales, effectus, actiones, probationes, incrementa, conservationes & contraria.

CAPITA:

1. *De Notatione, significatione & definitione Civitatum.*
2. *De divisione Civitatum.*
3. *De Civitatibus mixtis.*
4. *De Civitatibus Hanseaticis.*
5. *De origine Civitatum.*
6. *De causa efficiente Civitatum.*
7. *De materia Civitatum.*
8. *De causa formali Civitatum, seu de modis, quibus Civitates constituuntur.*
9. *De causa finali Civitatum.*
10. *De effectu Civitatum.*
11. *De actionibus Civitatibus competentibus.*
12. *De modis probandi Civitatum privilegia & immedietatem.*
13. *De incrementis & amplificatione Civitatum & Rerumpublicarum.*
14. *De conservatione Civitatum & Rerumpublicarum.*
15. *De causis, ex quibus Civitates evertuntur.*
16. *De signis eversionum Rerumpublicarum & Imperiorum.*
17. *De remediis contra eversionem Rerumpublicarum & Civitatum.*
18. *De modis, quibus Rerumpublicarum & Civitatum jura & privilegia amittuntur.*
19. *De modis, quibus Respublica & Civitates convertuntur & evertuntur.*
20. *De modis, quibus Civitates & Respublica jura & privilegia amissa recuperant.*

LIBER SECUNDUS,

Jura & Privilegia Civitatum Imperialium generalia continens.

CAPITA:

1. *De dignitate & prærogativa Civitatum Imperialium.*
2. *De jure Status & sessionis Civitatum Imperialium.*
3. *De jure Civitatum Imperialium circa curam Religionis.*
4. *De juribus Regalibus Civitatum Imperialium.*
5. *De jure & superioritate territoriali.*
6. *De jurisdictione Civitatum Imperialium.*
7. *De jure venandi & pascendi.*
8. *De jure constituendi magistratus.*
9. *De jure homagii.*
10. *De jure condendi statuta & jura municipalia.*
11. *De diætis & Conventibus Civitatum Imperialium.*
12. *De jure Archivi Civitatibus Imperialibus competente.*
13. *De jure Sigillorum.*
14. *De insignibus Civitatum Imperialium.*
15. *De jure fisci Civitatibus competente.*
16. *De ærario Civitatum Imperialium.*
17. *De jure collectandi.*
18. *De jure vectigalium.*
19. *De jure Gabellarum.*
20. *De jure detractionis*, vom Abzug / Nach-Steur.
21. *De jure monetarum.*
22. *De jure belli & armorum.*
23. *De jure fœderum.*
24. *De jure protectionis.*
25. *De jure Legationum.*
26. *De jure conducendi.*

27. De

27. *De jure aggratiandi, sive minuendi pœnas.*
28. *De jure Asylorum & palatiis Statuum.*
29. *De jure concedendi jus civilitatis, seu recipiendi cives,* Burger-Recht.
30. *De Iudæorum receptione.*
31. *De alienatione & oppignoratione Civitatum Imperialium.*
32. *De juribus Civitatum Imperialium cum aliis universitatibus communibus.*
33. *De Civitatum imperialium foro & judice competente.*

LIBER TERTIUS,

Continens specialem descriptionem Civitatum Imperialium, earumque originem, jura & privilegia specialia, secundum ordinem Alphabeticum.

CAPITA:

1. Aach/ *Aquisgranum.*
2. Alen/ *Ala.*
3. Augspurg/ *Augusta.*
4. Biberach/ *Biberacum.*
5. Bopfingen/ *Bopfinga.*
6. Bremen/ *Brema.*
7. Buchaw am Federsee/ *Buchavia.*
8. Buchorn/ *Buchornia.*
9. Collmar/ *Colmaria.*
10. Cölln/ *Colonia.*
11. Dinckelspühl/ *Dinckelspuhla.*
12. Dortmund/ *Tremonium.*
13. Eßlingen/ *Eßlinga.*
14. Franckfurth/ *Francofurtum.*
15. Fridtberg/ *Fridberga.*
16. Gelnhausen/ *Gelnhusa.*
17. Gemundt/ Schwäbisch Gemundt/ *Gemunda Suevorum.*
18. Gengenbach/ *Gengenbachium.*
19. Giengen/ *Gienga.*
20. Goßlar/ *Goslaria.*
21. Hagenaw/ *Hagenovia.*
22. Hall/ Schwäbisch Hall/ *Halla Sueviæ.*
23. Heilbrunn/ *Heilprunna.*
24. Hervorden/ *Hervordia.*
25. Ysny/ *Isena.*
26. Kauffbeuren/ *Kauffbeura.*
27. Kaysersberg/ *Cæsareamontanum.*
28. Kempten/ *Campidonum.*
29. Landaw/ *Landavia.*
30. Leuthkirch/ *Leukircha.*
31. Lindaw/ *Lindavia.*
32. Lübeck/ *Lubecca.*
33. Memmingen/ *Memminga.*
34. Mülhausen in Thüringen/ *Mulhusia Thuringiæ.*
35. Münster in Sanct Gregorien Thal/ *Monasterium Sancti Georgii.*
36. Nordthausen/ *Northusia.*
37. Nördlingen/ *Nordlinga.*
38. Nürnberg/ *Noriberga.*
39. Ober-Ehenheim/ *superius Ehenhemium.*
40. Offenburg/ *Offenburgum.*
41. Pfullendorff/ *Pfulendorffium.*
42. Ravenspurg/ *Ravenspurgum.*
43. Regenspurg/ *Ratispona.*
44. Reutlingen/ *Reutlinga.*
45. Roßheim/ *Conshæmium.*
46. Rottenburg an der Tauber/ *Rotenburgum ad Tubarim.*
47. Rotweil/ *Rotvvila.*
48. Schletstatt/ *Selestadium.*
49. Schweinfurth/ *Schvveinfurtum, Schvveinfurdum.*
50. Speyr/ *Spira.*
51. Straßburg/ *Argentoratum.*
52. Türckheim/ *Turckhamium.*
53. Uberlingen/ *Vberlinga.*
54. Ulm/ *Vlma.*
55. Wangen/ *Wangena.*
56. Weissenburg am Waßgaw/ *Weissebur gum Sebustorum.*
57. Weissenburg im Nordtgaw/ *Weissebur gum Norici.*
58. Weill/ die Statt/ *Wila civitas.*
59. Weßlar/ *Wetzlaria.*
60. Wimpffen/ *Wimpina.*
61. Winßheim/ *Windeshæmia.*
62. Wormbs/ *Wormatia.*
63. Zell am Hammerspach/ *Zella.*

LIBER QUARTUS,

Continens Comites, Civitates, Respublicas, Provincias & Regna unà cum Civitatibus ab Imperio Romano-Germanico avulsa.

CAPI-

CAPITA:

1. *De Civitatibus Imperialibus ab Imperio Romano avulsis, & nunc aliis Statibus vel plenè, vel certis conditionibus subjectis.*

2. *De Regnis, Principatibus & Provinciis, unà cùm Civitatibus ab Imperio Romano avulsis.*

LIBER QUINTUS,

Officia Magistratuum Civitatum Imperialium continens.

CAPITA:

1. *De officio Magistratus in genere, ejusq; distributione.*
2. *De collegiis mercatorum & opificum*, von Zünfften.
3. *De Praefectis, sive Praetoribus Civitatum Imperialium*, von Reichs-Vögten.
4. *De Syndicis, sive Advocatis & Consiliariis Civitatum Imperialium.*
5. *De reliquis administratoribus & officialibus Civitatum Imperialium.*
6. *De Contractibus Civitatum Imperialium, earumq; administratorum.*
7. *De delictis Universitatum.*
8. *De officio Magistratus, quoad bonorum civitatis administrationem.*
9. *De alienatione bonorum publicorum civitatis.*
10. *De ratiociniis administratorũ & officialiũ.*
11. *De officio Magistratus circa administrationem Justitiae.*
12. *De defensione civitatis, bonorum & privilegiorum.*
13. *De officio Magistratus circa mores civium, & de Censoribus.*
14. *De legibus sumptuariis.*
15. *De legibus vestiariis.*
16. *De officio Magistratus circa educationem juventutis, & de Scholarum institutione.*
17. *De officio Magistratus circa curam pupillorum & viduarum.*
18. *De officio Magistratus circa curam nativitatis.*
19. *De officio Magistratus circa curam sanitatis & tempore pestis.*
20. *De cura sepulturae.*
21. *De cura annonae.*
22. *De cura Commerciorum & Mercaturae.*
23. *De cura nundinarum.*
24. *De cura pauperum & personarum miserabilium.*
25. *De otiosis, mendicis validis, vagabundis & extorribus, prodigis & bonorum decoctoribus, & Cingaris tollendis & coërcendis.*
26. *De officio Magistratus circa curam aedificiorum publicorum.*
27. *De cura aedificiorum privatorum.*

LIBER SEXTUS,

Agens de officio civium & subditorum erga Magistratum.

CAPITA:

1. *De Reverentia Civium ergà Magistratum.*
2. *De obedientia Civium Magistratuì praestanda.*
3. *De operibus & muneribus à Civibus Magistratui exhibendis.*
4. *De Remediis Civium & subditorum ergà Magistratum iniquè gravantem.*

DE JU-

DE

JURIBUS ET PRIVILEGIIS CIVITATUM IMPERIALIUM

LIBER PRIMUS,

Generalia continens circa Civitates tàm municipales, quàm Imperiales, veluti earundem Notationes, Significationes, Definitiones, Divisiones, Origines, Causas efficientes, materiales, formales, finales, effectus, actiones, probationes, incrementa, conservationes & contraria.

CAPUT I.

De Notatione, Significatione & Definitione Civitatum.

Summaria.

1. *Methodi necessitas.*
2. *A definitione incipiendum & Verborum prior ratio habenda.*
3. *Civitas unde dicatur.*
4. Stätte *unde dicantur.*
5. *Germani vocabulorum brevitate gaudent.*
6. *Tubinga unde dicta.*
7. *Civitatis vocabulum quandoq; universum Reipublicæ corpus complectitur.*
8. *Roma communis patria.*
9. *Civitatis nomine sola Roma venit.*
10. *Strictius Civitatis nomen civium conjunctionem denotat.*
11. *Civitas & Cives idem aliquando denotant.*
12. *Quando Civitas pro Civibus accipitur, non opus est ut muris sit cincta.*
13. *Civitatem non lapides, sed homines faciunt.*
14. *Civitas quandoque jus Civitatis denotat.*
15. *Aliquando pro jure Civitatis accipitur.*
16. *Aliquando pro Senatu.*
17. *Quandoq; pro ædificiis & muris.*
18. *Aliquando ædificiorum & prædiorum universitatem denotat,* Zwing und Bänn.
19. *Aliquando sumitur pro populo.*
20. *Sicuti etiam aliquando pro Regimine.*
21. *Propriè accipitur pro cœtu civium, urbem muro clausam inhabitantium.*
22. *Urbs non consistit in parietibus.*
23. *Carthaginenses quomodo sub vocabulo civitatis delusi.*
24. *Civitas sine muris esse potest.*
25. *Definitio Civitatis.*
26. *Urbs & civitas synonima sunt.*
27. *Differunt tamen, & urbis appellatio muris definitur.*
28. *Urbs quid sit.*
29. *Urbe destructa civitas permanere potest.*
30. *Urbs unde dicatur.*
31. *Urbes olim aratro definiebantur.*
32. *Quanam in condendis urbibus olim religio, & ritus.*
33. *Porta unde dicatur.*
34. *Idem ritus in coloniis deducendis observatus.*
35. *Oppidum quid sit.*
36. *Oppidum & urbs confunduntur.*
37. *Quid intersit.*
38. *Oppidum unde dicatur.*
39. *Municipia quid sint.*
40. *Municipes quinam sint.*
41. *Respublica quid sit.*

42. Reipublicæ nomen quot modis accipiatur.
43. Respublica sumitur pro civitate Romana.
44. Sicuti etiam pro urbe & municipio.
45. Et pro cœtu hominum publico.
46. Uti & pro statu & regimine.
47. Pro Civitatis communi bono, quasi populi res.
48. Quandoq; pro statu Aristocratiæ.
49. Uti & Democratiæ.
50. Etsi, Respubl. sine summa potestate non consistat, potest tamen habere plures administratores.
51. Respublica & civitas quomodo differant.
52. Universitas Civitatis nomine venit, & quid comprehendat.
53. Universitas quid sit.
54. Comunitas quid.
55. Provinciæ nomine quandoque Civitas venit & quid sit.
56. Castrum & civitas quatenus differant.
57. Castrum unde dicatur.
58. Castellum quid sit, & quomodo accipiatur.
59. Burgus quid sit.
60. Burg *frequentissimè pro arce & propugnaculo accipitur.*
61. Burgstall *quid sit.*
62. Burghalden *quid*
63. Burgsaß/ Burgmänner *unde dicti.*
64. Arx quid & unde dicta.
65. Schloß *quid & unde dicta.*
66. Quomodo à Castro & Burgo differat.
67. Vicus quid & unde dicatur.
68. Quotuplex sit.
69. Villa quid sit.
70. Civitates Imperiales olim villæ dictæ.
71. Marcktflecken *quid*
72. Pagus quid sit, & unde dicatur.
73. Pagani unde dicti.
74. Göw *quid.*
75. Helvetiæ pagi quinam.
76. A fluminibus & collibus multæ Civitates dictæ.
77. Qui natus in pago, villa, &c. in Civitate natus esse, & domicilium habere dicitur.
78. Vicus censetur pars civitatis, ejusq; juribus regitur.
79. Urbis appellatione etiam suburbium venit.
80. Quod in suburbiis factum, in civitate factum censetur.
81. Suburbia civitatis privilegiis utuntur.
82. Germanicè dicuntur Vorburg/ Vorstadt.
83. Civitatis nomine etiam venit territorium.
84. Civitas etiam territorium habere præsumitur.
85. Territorium est de pertinentiis Civitatis.
86. Civitas inest territorio, & viceversa.
87. Prædia adjacentia civitatis esse intelliguntur.
88. Idem est quoad jurisdictionem.

Cum methodus &
1. ordo sit res divina, & sine ea ipsa natura constare nequeat, secundum Scaliger. *de subtilit. exerc. 2. ab init.* & sine methodo & ordine procedens equum per caudam frenare dicatur, Lancellot. *in l. nemo potest. ff. de legat. 1.* Ventur de Valent, *in parthen. litigios. lib. 1. cap. 15. n. 4.* ejusque ratio postulet, ut à definitione
2. proficiscatur omnis, quæ à ratione suscipitur de re aliqua institutio, ut intelligatur, quid sit id, de quo tractatur, Cicer. *1. offic.* ac difficilis omnis disputatio, nisi id, de quo instituitur, rectè ab initio definiatur, Aristot. *8. topic. 3.* Indeque definitio proprietatis quædam amussis, totiusque exactæ tractationis fundamentum quoddam nuncupetur, Everhard. *in loc. legal. à definit. 3. n. 4. circa fin.* & Verborum prior, & postea rerum potior ratio habenda veniat, secundum Aristot. *1. post. 1.* Oldendorp. *de usu cap. ad rubric. in princ.* & sicuti natura ab Elementis, ita ars à vocabulis incipere debeat, Bald. *in l. libertæ C. de oper. libert.* ac à verbis ad ipsas res quasi manu ducamur, Halicarnass. *Roman. antiquit. lib. 11. in princ.* Indeque Jureconsulti nostri verborum significationes diligenter fuerint persecuti, sicuti imprimis videre licet ex *l. pronunciatio. 195. l. pueri 204. & tot. tit. ff. de verb. signific.* Ideò de juribus & privilegiis Civitatum imperialium tractaturo, earundem nomina prius explicanda & definienda veniunt.

Dicitur autem Civitas, quasi civium uni- 3.
tas, Apostill. ad Bart. *in extravag. qui sint rebelles. in verb. Lombardiæ. n. 6. in verb. 2. Civitas.* Petr. Gregor. Tholosan. *de republ. lib. 1. cap. 3. n. 1.* Althus. *cap. 5. polit. n. 48.* sicuti etiam cives à coëundo dicuntur, quod in unum coierint, & societatem instituerint, commodè & benè vivendi gratia, Petr. Gregor. Tholos. *d. lib. 1. cap. 1. n 7. & cap. 3. n. 1* Indeque Cicero *in somnio Scipion.* nihil, inquit, est illi Principi Deo, qui hunc mundum regit, quod quidem in terris fiat acceptius, quàm concilia, cœtusque hominum jure societatis, quæ civitates apellantur. Et civitatem à coëundo nominari, censet Cicero *in somnio Scipionis*, quod in illa cives vinculo quodam societatis in unum coëant, Bodin. *de Republ. lib. 1. cap. 6. n. 49.* Vel quod plurimorum vitas consciscat, & in unum contineat Beda *in cap. 19. Genes.*

Germanis dicuntur Stätte / quam vocem 4.
nonnulli originem suam duxisse putant, à Stäthe/ id est, firmo, sive Veste/ quasi firmè sint con-

constitutæ & stabilitæ, uti innuit Besold. *de jur. universitat. c. 1. n. 5. ad fin.* Alii verò Germanicum hoc vocabulum Stätte / à Romanorum stativis, sive stationibus, & mansionibus militum in hybernis dictum putant, veluti quæ demum in civitates & oppida fuerint mutatæ, Johan. Herold. *in comment. de Romanor. in Rhetia litoralis stationibus. cap. 11.* Besold. *de jure civitat Imperial. n. 2. & de jur. universitat. cap. 1 n. 5. ad fin.* & apud eundem Johan. Adam Dapp. *in differt. de civit. Imperial. cap. 1. n. 11.* siquidem Romani voces suas plerumque abbreviatas scribebant, & pro stati-
5. va sive statione syllabam illam Stadt / exsculpere solebant, sicuti testatur Besold. *thesaur. pract. verb.* Stadt / Stadt-Recht. ubi addit, pauca municipia & urbes reperiri, quæ in Stadt desinunt, quas non contingat esse antiquissimas, & Romanorum incolatu nobilitatas: sicque constat pro castris stativis usurpari, eodemque intuitu castrum interdum pro oppido sumi, quia castrorum militarium ritu, vallo & fossis claudebantur. Lipsius *in Lovan. lib. 1. cap. 6.* Atque inde etiam Tu-
6. bingam ex Caracallæ castris, ejusque ibi extructo palatio, ubi jus dixerit, dictam fuisse, censet Johan. Herold. *de Roman. in Rhat. litor. station. cap 9.* Et ex his legionum stativis multas civitates originem duxisse, dicetur *infra. cap. 5. n. 7.* Et aliàs quoque Germanos vocabulorum brevitate gaudere, & ferè una, aut duabus syllabis dictiones suas absolvere, experientia testatur; sic enim quod Romani Moguntiacum; Germani primùm dixerunt Mauganz, & postea Maintz / Coloniam Cöln / Trevirim Trier / Aquisgranum Aach / Saletio Seltz / Augustam Vindelicorum Augspurg / sive Aßburg / Welser. *rer. Augustan. lib. 6.* Lehman. *Chron. Spirens. lib. 1. cap. 7.*
7. Civitatis nomen varias admittit significationes, Nam. 1. materialiter, & in latissima significatione, civitas universum Reipublicæ corpus complectitur, Georg. Gumpelshaimer. *in discurs. de civitatib. apud Aruma. de jur. publ. tom. 2. discurs. 9. conclus 8.* sive sit Respublica per se, sive alii Reipublicæ subjecta, per *l. civibus. 2. ff. de reb. dub. l. in omnibus vers. omnibus civitatibus. ff. ad Sctm. Trebel.* Cicer. *pro Sestio.* Paurmeister. *de jurisdict. lib. 2. cap. ult. n. 1.* Unde illi omnes unius & ejusdem civitatis esse dicuntur, quibus una & eadem Imperii majestas, per omnes Imperii & Regni provincias dominatur, etiamsi moribus, institutis, legibus, linguis, ac infinita gentium varietate distinguantur, Aristot. *3. polit. 6. n. 42.* Bodin. *de Republ. lib. 1. cap. 6. vers. ex pluribus ergo fol 75.* Johan. Limnæ. *de jur. publ. lib. 7.*
8. *cap. 1. n. 5.* Ex quo Roma communis nostra patria dicitur, in *l. Roma 33. ff. ad municipal.* juxta illud Rutilii:

, *Fecisti patriam diversis gentibus unam,*
, *Profuit injustis te dominante capi:*
, *Dumq; offers victis proprii consortia juris,*
, *Urbem fecisti, quod prius orbis erat.*

Et cives Romanos effectos esse, qui in orbe Romano sunt, scribit Ulpianus *in l. in orbe. 17. ff. de stat. homin.* & licet apud Romanos, præter Romam etiam aliæ plures fuerint civitates, uti constat *ex l. 1. §. 1. & tot. tit. ff. ad municipal. l. 2. ff. de nundin.* Civitatis tamen no- 9.
mine, per excellentiam, sola venit Roma §. *sed jus quidem. 3. l.* de *jur. natur. gent. & civil.* Eodemque Romam Verticem mundi, patriam libertatis, in qua unica totius civitate soli Barbari & servi peregrinantur, scribit Lipsius *de magnitud. Roman. lib. 1. cap. 7.* Atque indè hodiernum Imperium Romano-Germanicum unius civitatis nomine, omnes Imperii provincias & regna, omnesque status & populos, Romanam Aquilam agnoscentes, vel etiam agnoscere debentes, complecti, non adeò absonum dici putant, post Zoanet. *de Roman Imper. n. 250.* Kirchner. *de republ. disp. 7. conclus. 1. lit a.* Gumpelzhaim *d. l. conclus. 10.*

II. Strictior verò Civitatis significatio est, 10.
qua consociatus iisdem legibus cœtus est, etiamsi per vicos & urbes, sejunctis laribus & sedibus degant, & sic ipsam civium seu hominum iisdem legibus ac moribus utentium conjunctionem denotat, *l. forma. 4. in princ. & §. 15. verò. 2. ff. de censib.* Jacob. Thoming. *consil. 41. n. 24. lib. 1.* Paurmeister. *de jurisdict. lib. 2. cap. ult. num. 1. & 8.* Ziegler. §. *Civitas in proœm. n. 4.* Johan. Adam Dapp *differt. de civitat. German. cap. 2. n 2.* Et sic refertur civitas ad incolas, & cives, & definitur cœtus multitudinis juris consensu & utilitatis communione sociatus, ab Augustin. *de civitat. Dei, lib. 2. cap 21.* Quo intuitu civitas & cives idem denotant & alterum pro altero usurpatur, Author. *consilii Fridbergens. part. 1. punct. 2 n 66.* Menoch. *4. præsumt. 111. n. 14.* Eadem- 11.
que significatione Roma urbs est, & eam civitas incolit, ut ait Cicero *in orat. pro Mu-* 12.
ren. ad cujus constitutionem non requiritur, ut muris sit cincta Dn. Lansius *in disceptat. de leg. Reg.* Indeque civitatem nec in personis, nec in mœnibus consistere, sed in civium omnium cœtu, ab ejusdem Imperii summa potestate, scribit Bodin. *de republic. lib. 1 cap. 2.* & civitatem non lapides, sed homines facere asserit. Petr. Gregor. Tholosan. *de* 13.
republ. lib. 1. cap. 3. n. 2. & civitatem non saxa, sed habitatores vocari refert ex Isidor. *lib. 5. etymolog.* Menoch. *4. præsumpt. 111. n. 15.* Hinc qui civibus relinquit, civitati relinquere dicitur, cum cives ipsi civitatem constituant, *l. 2. ff. de reb. dub.* Menoch. *lib. 4. præsumpt. 114. n. 14. seq* Et talem civitatem hodie esse in pagis Helveticis, Uri / Schweitz / Underwalden / Appenzell / Claris / refert ex Besold. *1. polit. 12. n. 81.* Michael Heintz / *de civitat. Imperial. concl. 1. lit. a.* Johan. Adam. Dapp. *de civitat. German. cap. 2. n. 2.* In hoc significatu civitatis nomen cum vocabulo & nomine Reipublicæ coincidit, & unum idemque denotat. Kirchner. *de republ. disput. 7. conc. 1. lit. a. ad fin.* Indeque qui

extra urbem quid, quod legibus vetitum erit, exportaverit, ut in aliam ejusdem provinciæ urbem transvehat, neque rem extra civitatem exportasse, neque in legem commisisse dicitur, per *l. Cæsar. 15. ff. de publican.* Bodin. *de Republ. lib. 1. cap. 6. fol. 77.*

14. III. Vulgato quoque Germaniæ more civitas, jus civitatis, sive civilitatis significat, veluti cum dicimus civitate aliquem donare, einem das Stadt- oder Burger-Recht schencken/ Meichsn. *tom. 4. decis. 22. n. 116.* Bruning. *de var. universit. spec. conclus. 12. lit. c.* Ziegler. §. *civitas. in proœm. n. 1.* Michael. Heintz/ *d. disput. de civit. Imper. conclus. 1. lit. a.* Dapp. *d. dissert. de civit. German. cap. 2. n. 2.*

15. IV. Refertur quoque civitatis nomen ad jus condendæ, sive constituendæ civitatis, das Stadt-Recht/ veluti sine quo nec civitas, nec jura civitatis consistere possunt, Thom. Michael. *de jurisdict. conclus. 12. lit. c.* Wehner. *pract. observ. verb.* Stadt-Recht. Heintz. *d. conclus. 1. lit. a.* De quo vide *infra cap. 6. per tot.*

16. V. Sumitur quoque civitatis nomen pro senatu, consulibus & administratoribus, deputatis, qui civitatem repræsentant *Ord. Camer. part. 1. tit. 38.* §. zum vierdten. Bartol. *in l. principalibus. n. 3. ff. si cert. petat.* Wehner. *pract. obs. verb.* Städte. Haintz. *d. conc. 1. lit. a.* Zasius *in l. civitas. n. 6. ff. si cert. petat:* Meichsner. *tom. 4. decis. 22. n. 116.* Ziegler. §. *civitas. in proœm. n. 3.* Paurmeist. *de jurisdict. lib. 2. c. ult n. 7.*

17. VI. Ut plurimùm quoque civitas accipitur pro ædificiis & muris, & illam ædificiorum continentiam importat, quæ muris cingitur, & describitur, communitas plurium vicorum, fossa & muro munita, Hieron. à Monte *tract. fin. regund. cap. 5. n. 1.* Besold. *1. pol. lit. 12. n. 54.* Joh. Limnæ. *de jur. public. lib. 7. cap. 1. n. 10.* & hoc sensu civitas dirigitur ad muros, mœnia ac domos è lapidibus & lignis constructos, sicuti etiam Ecclesiæ vocabulum vulgò pro structura simili materia congesta accipitur; cum tamen civitas reverâ hominum moribus constet, & Ecclesia animorum in verâ Religione consensus sit, Wehner. *d. verb.* Städte *fol. 621.* & hæc propriè urbs dicitur, per *l. pupillus. 239. §. urbs. 6. ff. de V. S.* de qua *infra. n. 26.* Hinc interdicta civitate, ipsum locum, non ejus cives, aut habitatores interdictos, concludit Covarruv. *tom. 1. relect. c. alma pater. part. 2. §. 1. de interdicto. n. 8.* & si ususfructus civitati legetur, & aratrum in ea inducatur, civitas esse desinit, ut passa est Carthago, ideoqne quasi mortua desinit habere usumfructum, respondit Modestinus *in l. si ususfructus. 21. ff. quibus mod. ususfructus amit.*

18. VII. Nonnunquam etiam civitas ipsam ædificiorum & prædiorum universitatem denotat, & territorium, Zwing und Bänn/ simul comprehendit. Cardinal. Mantic. *lucubrat. vatican. lib. 13. tit. 24. n. 11.* Ziegler. §. *civitas in proœm. n. 1.* Tuschus. *pract. conclus. lit. C. conclus. 280. n. 8. seq.* & nihil aliud est, quàm tractus, sive districtus, vel provincia, & continet villas, pagos, prædia & alia bona ad civitatem pertinentia, Paurmeister. *de jurisdict. lib. 2. cap. ult. n. 4.* Latè Besold *part 2. consil. 70. n. 17. seqq.* Et ita etiam Romæ quid fieri dicitur, non tàm quod intra muros, sed etiam extra, intra continentia geritur, *l. 2. in princ. l. ut Alfenus. 87. l. ædificio. 139. l. collegarum. 173. §. 1. ff. de V. S. l. 4. §. si ita. ff. de pen. legat.* Imó civitatis quoque nomine venire portum & illi adjacens mare docet, gloss. *in c. ubi periculum: §. porro vers. cum sua curia. de elect. n. 6.* Hier. de Monte *tract. fin. regund. cap. 5. n. 6.* Besold. *d. cons. 70. n. 23.*

VIII. Sumitur quandoque Civitas, pro populo in civitate existente, & legitimum magistratum habente. *l. 2. ff. de nundin. l. 2. § post. originem. ff. de orig. jur.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 2. cap. 1. n. 15.* 19.

IX. Sumitur etiam Civitatis nomen pro ordine, sive statu, regimine & administratione publici cætus, veluti quando civitatem aliquam, veluti Norimbergensem accipimus pro ordine, modo & regimine in administranda Republica Norimbergensi, quo ipso formale Civitatis designatur. *vid. infra n. 45. seq.* 20.

X. Propriè & usitatius civitatis nomen accipitur pro cœtu & multitudine civium iisdem legibus & moribus viventium, & urbem muro clausam inhabitantium, *l. civitas. 27. ff. si cert. petat. c. civitas de excommun. in 6.* Cicero *in somn. Scipion.* Clarissim. Dn. affinis Joachim. Cluten. piæ memoriæ, *in syllog. rerum quotidian. conc. 27. lit. a.* Arnisæ. *de Republ. cap. 5. sect. 5. n. 1.* Nicola. Losæ. *de jure univ. part. 1. c. 6. n. 14.* Bodin. *de Republ. lib. 1. c. 6.* Zasius *ad l. 2. n. 4. & ibi* Cagnol. *n. 24. ff. de orig. jur.* Paurmeist. *d. cap. ult. n. 7.* Limnæ. *de jur. publ. lib. 7. cap. 1. n. 9.* Ex quo Civis & Civitas in eodem sunt prædicamento, sicuti societas & socius, æqualitas & æqualis, cum civium congregatio faciat civitatem, sicut collegarum conventus collegium, Arnisæ. *de Republ. cap. 5. sect. 2. n. 17.* Indeque urbem in parietibus esse rectè negavit Pompejus apud Dion: *lib. 41.* cum enim ducentos Senatores ac meliorem civium partem ab urbe, quam Cæsari reliquerat, seduxisset; non est, inquit, in parietibus Respublica. Bodin. *de Republ. lib. 1. cap. 6. fol. 78.* & civitatem, non in parietibus aut muris, sed in jure & hominum multitudine positam esse, dicit Besold. *in præcognit. polit. cap. 3. n. 2.* Et hac æquivocatione Carthaginenses à Romanis sunt elusi: Nam cum in senatu Romanor. de Carthagine exscindendâ decerneretur, pervulgata famâ, Carthaginenses legatos Romam miserunt, ne urbem rerum ante gestarum gloria clarissimam, ac urbis ipsius Romæ decus monimentumque victoriarum illustrium delerent. Nihilominus re diu multumque in Senatu agitatâ, decretum est, ad Imperii Romani salutem deleri Carthaginem oportere, tum

21. 22. 23.

tum propter loci opportunitatem, tum etiam propter insitam pœnis perfidiam, qui jam Romanorum socios lacessiverant, & finitimos populos latenter ad defectionem invitabant. Posteaquam ita decretum esset, legati Carthaginensium in senatum venire jubentur; quibus responsum est à Consule, ut in fide senatus populiq; Romani permanerent, obsidibus trecentis ac navibus populo Romano datis, civitatem Carthaginensium salvam fore, jura, privilegia, immunitates easdem habituros, quibus antea semper usi fuissent. Legati accepto responso, læti domum redeunt. Interea Scipio Africanus Junior accepta classe Carthaginem maturè proficisci jubetur, & urbem ferro flammaque delere, salvis civibus, ac rebus omnibus, quas ex urbe exportare possent. Scipio Censorinum legatum mittit, qui posteaquam obsides unâ cum navibus Carthaginensium recepisset, jussit populum universum Carthaginensem ex urbe excedere, sic tamen, ut quæcunque vellet exportare, urbemque à portu remotiorem condere liceret. Carthaginenses imperio Ducis perterrefacti, fidem senatus populique Romani appellant, quibus responsum est, populum Romanum semper fidem coluisse, & quæcunque legatis eorum promissa fuissent, præstitisse, Civitatem vero mœnibus urbis minimè contineri. Ita Carthaginenses Verborum ambiguitate decepti urbem, totius Africæ pulcherrimam ardere & solo æquari viderunt, sicuti refert ex Appian. *in Lybic.* Bodinus *de Republ. lib. 1. cap. 6. fol. 79.* Arnisæ. *polit. relect. cap. 5. sect. 2. n. 1. seq. vid.* Grot. *de jur. Bell. & pac. lib. 2. c. 16. n. 15.* ubi hanc verbi civitatis ambiguitatem ejusque ignorantiam Carthaginem ab interitu vindicare non potuisse, disserit. Cau-
24. tius verò, Themistocle interprete, hujusmodi ambiguitatem ex oraculi effato illo (Civitas salva erit in muris ligneis) prægustarunt Athenienses, & civitatem sine muris esse posse testati sunt, dum navibus sibi salutem quæsiverunt, & effecerunt, ut civitas ex urbe exiret, Plutarch. *in Vita Themistocl.*

25. Quemadmodum civitatis nomen varias admittit significationes, ita etiam variè describi & definiri solet. Nam alii civitatem in genere definiunt, quod sit perfecta domorum ac familiarum societas, iisdem legibus ordinata, ad vitam perfectam, & per se sufficientem degendam. Aristot. *3. polit. 6. n. 42.* Georg. Gumpeltzhaim. *de civitatib.* apud Arumæ. *de jur. publ. tom. 2. discurs. 9. conclus. 15. seq.* Vel quod sit perfecta communio plurium vicorum, quæ omni copia rerum necessariarum jam est instructa, & constituta vivendi causa, sed benè vivendi gratia subsistens & permanens, secundum Aristot. *1. polit. 2.* Alii Civitatem definiunt, quod sit hominum multitudo societatis vinculo adunata, Episcopum habens, muris cincta, & quæ veterum auctoritate civitas nuncupata, Johan. Andre. *in c. si civitas de sentent. ex commun. in 6.* Nicola. Losæus. *de jurib. universitat. part. 1. cap. 2. n. 14. seq.* Seu, quod sit communio, sive multitudo civium gratia commodioris vitæ, quàm maximè fieri potest, quæ non ex quorumcunque inhabitantium, sed ex eorum multitudine coalescit, qui velut propriam civitatis partem referunt, Cagnol. *in l. 2. n. 24. ff. de orig. jur.* Losæus *d. n. 14.* Definitur quoque civitas cœtus multitudinis, juris consensu, & utilitatis communione securatus, omnia continens ad vitam optimè degendam necessaria. B. Augustin. *de civit. Dei lib. 19. cap. 21.* Item quod sit hominum multitudo societatis vinculo conglutinata, Isidor. *etymol. lib. 5.* Vel cœtus civium jure sociatus Cicer. *in somn. Scipion.* Alii definiunt, quod sit hominum secundum easdem leges viventium certa ratione moderatus cœtus. Schönborn. *polit. lib. 1. cap. 13. in princ.* Bodinus *lib. 1. cap. 6.* Civitatem definit, quod sit urbis ipsius, & municipiorum, tam etiam vicorum iisdem legibus & moribus utentium conjunctio. Et Tholosan. *lib. 1. cap. 3.* quod sit civium unitas iisdem legibus, & unius potestati subjectorum. Petricius *lib. 1. cap. 3.* quod sit collecta hominum multitudo ad jure vivendum.

Civitatis vocabulum multa quoque ha- 26.
bet synonyma & æquipollentia, ut sunt 1. Urbs: nam civitas & urbs sæpissimè confunduntur, ac unum, idemque denotant, *l. si usufructus civitati 21. ff. quib. mod. usufruct. amittat. l. si quis. 6. l. singulorum 8. ff. de ædific. privat. l. præscriptio. C. de oper. publ.* Bart. *in* § *1. n. 4. & 5. auth. quib. mod. natur. effic. legit.* Et urbs per Synechdochen sæpissimè accipitur pro populo, seu civibus urbem inhabitantibus, juxta illud Virgilii. *2. Æneid. Invadunt urbem somno vinoque sepultam.* Unde legatus Regis Macedonum urbem truncam vocat sine senatu, sine plebe, sine magistratibus, referente Lipsio. Verum propriè loquendo urbs à 27.
civitate differt; nam urbis appellatio muris finitur, & muri urbis termini sunt. *l. urbis 2. in princ. l. ut Alfenus. 87. ff. de V. S.* Civitas autem, ut *supra n. 22.* dictum, non in parietibus aut muris, sed in jure & hominum multitudine posita est, quam ligneis etiam muris includit Themistocles apud Justin. & Æmil. iique cives alicujus Reip. esse possunt, qui in urbe non habitant: sicuti ruri morabantur Quinctius, Cato Senex, Lucullus & alii, qui nihilominus cives Romani erant. Et urbis appellatione sola ædificia significari definit Marcellus Grammatic. *cap. 5.* ac inter urbem & civitatem hoc interesse, quod urbs ædificia & mœnia, civitas verò incolas respiciat, scribit Nonius Marcell. ni- 28.
hilque aliud urbs est, quàm locus ipse & domicilia mœnibus conclusa *C. si civitas, de sentent. excommun. in 6.* & definitur urbs, quod sit tectorum conjunctio locis manuque septa, delubris & spatiis communibus districta, in qua cœtus hominum juris con-

sensu & communione, sit sociatus, à Cicer. *de repub. lib.1.* Vel quod sit receptaculum societatis civilis ex vicorum pagorumque multitudine constans, communibus munimentis & securitate munita, & ornamentis publicis ac privilegiis exornata, Christian. Matth. *system. polit. lib. 1. exercit. 4. sect. 3.* Vel, quod sit vicorum multitudo communi fossâ & muro septa & munita Bodin. *de Republ. lib.* 1. *cap. 6.* Clemen. Timpler. *lib. 1. polit. cap. 6. quæst. 2. & 3.* Danæ. *lib. 1 polit. cap. 3.* Sicut etiam secundum Galliæ usum, urbes nominari loca, ubi plures domus sunt, quæ loca muris sunt clausa & portis, quæque jus corporis, collegii, & communitatis habent, nec non scabinos, & arcam communem redituum: Civitates autem, solum appellari oppida clausa, quæ habent Ecclesiam Cathedralem & Episcopum, sicuti refert ex Coquill. *ad consuet. Nivern. tit. de domib. & servitut. real. art 18 p 370.* Joh Limnæ. *de jur. publ tom. 4. lib. 7. cap. 1. n. 14.* Unde fieri
29. potest, ut urbe à tyranno vel prædonibus destructâ, civitas adhuc vivere & omnia sua privilegia retinere dicatur, Gail. *2. observ. 61. n. 7.* Stephan. Gratian. *forens. disceptat. lib. 2. cap. 217. n 28.* de quo *infra cap 18. n. 33* eodemque modo Romani urbem Carthaginensium per Scipionem Africanum flammâ & ferro perdiderunt; civitatem verò, seu ipsos cives, reservatis juribus ac privilegiis integris salvam esse concesserunt, de quo *supra n. 23.*

Hinc urbs dicitur ab urvo, sive urbo: ur-
30. vum autem, sive urbum est curvatura aratri; & urvare sive urbare est arare, aratroque definire teste Pompon. *in l. pupillus. 239. §. urbs. 6 ff. de V S.* siquidem in condendis urbibus olim a-
31. ratro utebantur & aratro sulcum ducebant, quo futuræ urbis magnitudinem, proportionem situmque muro cingendam definiebant, Varro. *lib. 4. de latin. ling.* Cœlius Rhodig. *lib. 14 cap. 5.* Schönborn. *lib. 1. polit. cap. 14.* juxta illud Virgil.

Interea Æneas urbem designat aratro,
Sortiturq; domos: hoc Ilium, & hæc loca Trojæ
Esse jubet: gaudet regno Trojanus Acestes
32. *Indicitq; forum, & patribus dat jura vocatis.*

In condendis enim urbibus olim magna erat religio. Nam primum conditor urbis ante omnia augurio operam dabat, ut à religione exordium duceretur. Augurio captato, is, qui urbem erat conditurus tauro & vacca arabat, ubi arasset, murum faciebat, ubi portam esse volebat, aratrum tollebat, & portam
33. vocabat à portando aratro, qui ritus condendarum Urbium, ab Etruscis descendere videtur, qui æneo vomere vinctis tauro & vaccâ interiore die auspicato, soliti sunt urbis spatia definire. Unde Cato apud Isidorum scribit: qui urbem novam condit, tauro & vaccâ aret: ubi araverit, murum faciat, ubi portam vult esse, aratrum sustollat; portam appellet; nimirum à portando aratro, ut scribit Donatus *in Adelph.* Aratrum qui tenebat laciniam togæ in humerum dextrum rejiciebat, seseq; cingebat, & caput velabat, vel quia is sacris operantium erat habitus, inter quæ sacra & hoc opus referebatur; vel ut commodius stivam tenere posset; denique ut multitudinem civium togato, id est, pacifico habitu fovendam esse ostenderet, neque solum bellicis artibus civitates vigere, sed multò magis pace florere. Aratrum dirigebat conditor ipse, si verò mulier urbis author esset, id muneris apud architectos relinquebatur. Vomer fuit æreus, quod erat perpetuitatis symbolum, Welser. *rer. Augustan. lib. 5. pag. 80.* & sulcus ille, quo loca murorum designabantur, dictus fuit sulcus primogenius. Ræyard. *lib. 2. conjectur cap. 7.* In fodiendo glebæ internè rejiciebantur, quoniam omnis fertilitas in urbem importanda. Boves duo tantum erant, taurus scilicet & vacca, quo legitimum inter marem & fœminam matrimonium notabant, quod Rempubl tuetur & auget. Boves illi erant albi, ut illo candore ostenderentur cives sine labe. Boves ita juncti erant, ut vacca interior, taurus exterior esset: cum mulieris sit, curare, quæ intra domum sunt; viri autem exteriora, Jul. Cæsar. Bulenger. *de Roman. Imper. lib. 1. cap. 1.* Locum ubi mœnia ponenda, alii albâ signabant cretâ, quandoque farinâ albâ, sicuti factum eo loco, quo Alexandrina urbs extruenda, memorat Moreau, *in tabul. des Armoirries de France, cap. 11. pag. 387.* A causa formali urbs dicebatur ab orbe, quod sulcus in orbem duceretur, & urbes antiquæ in orbem fierent. Christian Matth. *System. polit. lib. 1. exercit. 9 sect. 3.* Non tantum autem in condendis sed etiam evertendis & destruendis urbibus hoc modo inductum fuit aratrum, ut eodem modo, quo definitæ essent urbes, rursus delerent, expungerent, everterent & destruerent, de quo infra *cap. 19 n 5.*

Idem ritus in Coloniis deducendis fuit ob- 34.
servatus, quando pristinis possessoribus ager adimebatur, & novis Colonis assignabatur; Arnisæ. *de republ. cap. 5. sect. 2. n. 5.* Besold. *de jure universit. cap 1. n. 5.* Idemque testatur Varro, Coloniæ, inquiens nostræ omnes in literis antiquis scribuntur urbes; quod item conditæ, ut Roma. Cujus quoque mentionem facit Cicer. *Philip. 2.* ubi ait: Tu autem insolentia elatus omni auspiciorum jure turbato Casinum Coloniam deduxisti, quo erat paucis annis ante deducta, ut vexillum tolleres, & aratrum circumduceres, cujus quidem vomere portam Capuæ pene perstrinxisti, ut florentis Coloniæ territorium minueretur. Atque hinc aratrum inducere nihil aliud est, quàm ædificia & muros solo
æquare, de quo plura vide *inf. c. 19. n. 5. & 6.* 35.

XI. Civitati synonimum est Oppidum; Quamvis enim hæ duæ voces urbs & oppidum diversas significationes quibusdam habere videantur, & secundum judicium vulgi per oppida solum minores & obscuriores urbes intelligi soleant, & quæ non sint benè munitæ, Isidor *lib. 15 orig. cap 2.* Besold *de jur. univers. cap 1. n 5.* Althus. *polit cap 5. n. 38.* largè tamen & generaliter oppidum dicitur quælibet civitas, præter urbem Romanam Cagnol. *in proœm.*

proem. Digest. § *illud verò. n. 274.* Franc. Marc. *decis. 366. n. 29. vol. 1.* Losæ. *de jur. universit. part. 1. cap. 2. num. 46.* Et Romani Romam per excellentiam urbem dixerunt, cæteras urbes & civitates oppida vocarunt, adeò, ut Cajus Cæsar Alexandriam, totius orientis duas maximas urbes, nihilominus oppida vocaverit, Scipio Gentil. *in origin. verb. oppidum.* Sic quoque Servius Sulpitius *in epistolis consolat. ad Ciceron.* de morte Tulliæ, cum enumerasset, multas insignes urbes partim vi hostili, partim terræ motu eversas, mox subjungit; quæ oppida quodam tempore florentissima fuerunt, &c. Et Plautus cum Eleusipolim sæpius urbem vocasset, postea eandem oppidi nomine indigitare non dubitavit, his verbis: Eleusipolim Persæ cepêre in Arabia, plenam bonarum rerum, antiquum oppidum, &c. Licet Titus Livius alicubi oppidum vocet Romam, quia mœnibus clausa, Scipio Gentil. *in origi-*
36. *nal. verb. oppidum.* Et oppidi nomen cum civitate, quatenus pro urbe accipitur, confundi, quod oppidum æquè muris ac fossis cingatur, scribit ex Petr. Gregor. Tholos. *de republ. lib. 2.*
37. *cap. 1, n. 4.* Paurmeister. *de jurisdict. lib. 2. cap. ult. n. 6.* Et inter urbem & oppidum hoc tantùm interesse videtur, quod oppidum non erat solemniter aratro cinctum, & angustioribus terminis inclusum, quam urbes. Petrus Greg. Tholos. *d. n. 4. Dn.* Cluten. *syllog. rer. quotid. concl. 27. lit. a. in fin.* Joh. Limnæ. *de jur. publ. lib. 7. c. 1. n. 2.* & oppidum dicitur pagus amplior, nonnihil fossa, vallo, vel muro cinctus & munitus, Christ. Liebenthal. *colleg. polit. exerc. 5. conclus. 11.*

38. De notatione nominis oppidi authores non satis conveniunt; Nam Festus, oppidum, scribit, dictum est, quod opem præbet, vel quod opes ibi conferunt. Et Isidorus *lib. 15. origin. cap. 1.* ita differit: Oppidum quidem ab oppositione murorum dixerunt: alii ab opibus recondendis, eo, quod sit munitum: alii, quod in eo sit conventus habitantium, & opem det mutuam contra hostes. Alii ab opponendo dictum putant, quod insultibus hominum opponatur, de quo Isidor. *lib. 15. orig. cap. 1.* Sed obtinuit inter Jure-Consultos, oppidum ab ope ferendâ & sustinendâ, sic appellari, & quod ejus causâ mœnia sint constituta, sicuti testatur Pomponius *in l. pupillus. 239. §. oppidum. 7. ff. de V. S.* confer *infra c. 9. n. 5.*

39. III. Civitates etiam dictæ sunt Municipia, & civitas & municipium unum & idem sunt, Losæus *de jure universit. part. 1. cap. 2. n. 31.* ac municipia dictæ sunt civitates suo jure & legibus utentes; muneribus tamen populi Romani & honoribus fungentes; capiebant enim munera & honores cum Civibus Romanis, à quo nomen sibi vindicarunt, nullâ populi Romani lege adstricti, Gellius *lib. 16. cap. 13.* Petr. Gregor. Tholos. *de republ. lib. 2. cap. 1. n. 5.* Et municipia dicta sunt omnes cæteræ civitates, præter Romam, & postea Constantinopolim, & ita municipia dicuntur Capua, Campana, Ilium, &c. *arg. l. 1. §. 1. & 2. ff. ad municipal.* ad hæc municipia passim quoque in jure dicuntur Respublicæ, *l. sed & si. 31. §. 1. ff. de furt.* & civitates, quæ habent propria jura & communem societatem, sive urbes,
sive oppida, dicuntur municipia, & munici- 40.
pes, qui ibi sunt cives, & qui in his munera publica capere, aut gerere possunt & debent, per *l. munus. 18. l. municipes. 228. ff. de V. S.* & municipes propriè dicti, qui in civitatem Romanam recepti munerum participes facti; sed nunc abusivè dici suæ cujusque civitatis cives, scribit Ulpianus *in l. 1, §. 1. ff. ad municipal.* Ex quo Servius municipes describit, qui eâ conditione cives Romani fuissent, ut semper rempublicam separatim à populo Romano haberent, qui æquè cives Romani erant, & in legione merebant, sed dignitates non capiebant, nisi domicilium Romam transferrent. Livius. *lib. 41.* Latius tamen patet municipium, quàm civitas, quia municipium etiam accipitur pro castro & villa, *l. 1. ff. ad municipal.* Franc. Marc. *decis. 880. n. 1. vol. 1.*

IV. Synonima quoque sunt Respublica & 41.
civitas, sicut ex sequentibus apparet. Definitur enim Respublica, quod sit hominum plurium, ac rerum privatarum, tùm inter se communium, summâ cum potestate ac ratione gubernatio, Aristot. *2. polit. 1. & lib. 2. cap. 4. & lib. 4. cap. 4.* Paul. Busius, *polit. disput. 1 conclus. 3. sq.* Besold. *in præcognit. polit. cap. 8. n. 2.* Vel quod sit ordo consistens in regimine, summæ potestatis, & magistratus, Christ. Liebenthal. *colleg. polit. exerc. 5. conc. 62.* Vel, quod sit universitas legitimæ civitatis uno Imperio contentæ, Dn. affin. Cluten. *in fascicul. paradox. 1.* ubi Bodini improbat definitionem, quâ Rempublicam esse dicit, familiarum rerumque inter ipsas communium summâ potestate ac ratione moderata multitudo.

Reipublicæ autem vocabulum diversimo- 42.
das admittit significationes, & quidem 1. in generali significatione sumitur pro integro aliquo Imperio, regno, provinciâ vel natione, & omnes regiminis species comprehendit, pro hominum plurium ac rerum privatarum, tum inter se communium gubernatione, quæ unâ aliquâ summâ potestate continetur, Aristotel. *2. polit. cap. 1. & lib. 3. cap. 4. & lib. 4. cap. 1.* Busius. *polit. disput. 1. conclus. 3.* Timpler. *polit. 1. cap. 2. quæst. 1.* & ita etiam accipitur pro Imperio Romano ut *in Novel. 1. in præfat. in princ. & ibi* Accurs. *in verb. Republicæ.* Unde magnum Imperium, magnam Rempublicam vocat Isidor. ac olim Respublica Romana ex municipiis, præfecturis & coloniis constabat, Onuphr. *de Roman. Imper. tit. de præfecturis,* & sumitur pro alio quovis legitimo Imperio; sic enim Cicero *ad Attic.* Hoc bello, inquit, quam Rempublicam habituri simus, nescio, victis certe nulla unquam erit. Et Festus ex Cajo Gracho: Eæ nationes per avaritiam ac stultitiam suas Respublicas amiserunt.

2. Quandoque etiam, ac propriè Respu- 43.
blica sumitur pro civitate tantùm Romanâ,

per *l. bona 15. & l. eum qui vectigal. 16. ff. de V. S.* Bartol. *in l. 3. C. qui potior. in pign.* Jason. *in l. ut inter divinum, n. 15. C. de S.S. Eccles.* Losæus *de jur. univ. part. 1. cap. 2. n. 34.* olim enim Rempublicam non habebat, nisi populus Romanus, vel Imperator, hodie verò quælibet civitas, quæ superiorem non recognoscit, aliæ verò civitates, castra & municipia subdita, non dicuntur propriè & strictè habere Rempublicam, sed impropriè, & largo modo, ex Castrens. *in l. 1. §. 1. in princ. ff. quod cujusq. universitat. nomin.* Losæ. *d. n. 34. in fin.*

44. Atque ita 3. Impropriè Respublica sumitur etiam pro civitate, urbe, municipio, *tot. tit. C. de jur. Reipubl.* Aristotel. *3. polit. cap. 6.* Losæus *de num. 34. in fin.* omnis civitas, quæ est constitutio populi, Respublica est, inquit Cicero. *de Republ. 1.* & sic dicitur Respublica Argentinensis, Norica, Augustana, Ulmensis, Eslingensis, Reutlingensis, &c. & quælibet civitas venit appellatione Reipublicæ, & habet Rempublicam, scribit Bald. *in l. 3. C. ad Sct. Trebell.* ac Rempublicam poni pro quolibet municipio, castro, & villâ probat *l. sed & si §. 1. ff. de publican. & vectigal.* Jason *in l. ut inter divinum. n. 15. C. de S. S. Eccles.* Bald. *in l. 4. n. 2. C. ex quib. caus. major.* Alex. *consil. 13. n. 4. fol. 6.*

45. 4. Concretivè Respublica sumitur pro cœtu hominum publico, certo loco habitantium, & certo ordine gubernatorum, veluti si Respublica Norimbergensis, vel alia, sumatur pro ipsâ civitate, & hominibus Norimbergicis, & sic denotat materiale, seu objectum Reipublicæ. Quo sensu Pompejus dicebat, non est in parietibus Respublica, cum senatores ducentos, melioremque civium florem, qui Rempublicam deserere tergiversabantur, se sequi juberet, & urbe, Italiaque abduceret, Dion. *in histor. Pompej.* Arnisæ. *de Republ. cap. 5. sect. 2. n. 24.*

46. 5. Abstractivè sumitur Respublica pro ordine, sive statu, regimine & administratione publici cœtus, veluti quando Rempublicam Norimbergensem accipimus pro ordine & regimine in administranda Republica Norimbergensi, quæ formale istius Reipublicæ denotat, Aristot. *1. polit. cap. 4.* Petr. Gregor. Tholosan. *de republ. lib. 1. c. 1. n. 13. vid. supr. n. 20.*

47. 6. Sumitur etiam Respublica pro civitatis alicujus communi bono, *l. ult. C. de jur. Reipubl.* Unde Respublica dicitur, quasi populi res, Augustin. *de civit. Dei. lib. 2. cap. 21.* sive res populica, vel ad communem populum pertinens, Petr. Gregor. Tholos. *d. cap. 1. n. 11. & 12.* seu, publica res, à re, id est, imperio publico, Busius *de Republ. lib. 1. cap. 2.*

48. 7. Quandoque etiam Respublica accipitur pro Aristocraticæ gubernationis specie, opposita Monarchiæ & Democratiæ, Kirchner. *de Republ. disput. 1. concl. 3. lit. a.*

49. 8. Magis verò specialiter, sive specialissimè capitur pro democraticæ gubernationis specie, oppositâ monarchiæ, seu principatui, & aristocratiæ, ex eo, quod inibi omnia publica, hoc est populica, seu communia existant, universique cives æqua inter se ratione jus publicum sint partiti, Besold. *polit. disput. class. 1. disput. 7. conclus. 19.*

Nec his negocium facessit, quod Respublica sine summâ aliquâ potestate consistere non possit, per tradita Aristot. *2. polit. c. 1. & lib. 3. c. 4. & lib. 4. cap. 1.* & ubi non est summa imperandi facultas, ibi nulla Respublica: Quemadmodum enim in uno corpore physico una anima, quia imperat in mundo unus Deus, qui omnia moderatur: ita & in Republica oportet esse unam, & summam potestatem. Resp Siquidem summa hæc potestas plures administratores admittere potest, Vellten. *disput. polit. decad. 5. quæst. 1.* Althus. *polit. c. 9. n. 19.* Ita enim in Aristocratia & Democratia, ubi pluribus, quàm uni, Reipublicæ clavus est commissus, hi tamen unius tantùm vicem subeunt, *l. 2. ff. quod cujusq. universitat. n. l. 25. ff. ad municipal.* Bornit. *de majestat. cap. 3.* ac quibus non ut singulis, sed ut universis imperii administratio est concessa, quam proindè omnes simul expedire tenentur Bocer. *de jurisdict. cap. 8. n. 46.* Quatenus enim plures, ut plures & diversi considerantur, eatenus à pluribus legitimum Imperium sive Respublica condi vel administrari non potest: quatenus verò isti plures considerantur, non ut diversi, sed tanquam in unum conspirantes, atque adeo, ut unum facti, tàm sensu animorum, sive consiliis, quàm administratione, sive actione exequendi consilia, eatenus etiam à pluribus Respublica gubernari potest post Keckerman. *system. polit. lib. 2. cap. 1. canon. 1.* Hœnon. *polit. disputat. 10. conclus. 1.* 50.

Differt tamen Civitas à Republica, quia civitas est quasi materia, in quam Respublica tanquam forma inducitur, Casus *in sphær. civitat. lib. 3. cap. 1.* Schönborn. *lib. 1. polit. cap. 13.* & Respublica forma & finis, Aristot. *3. polit. 3.* nec non vita & anima civitatis est, Aristot. *lib. 4. polit. cap. 11.* Arnisæ. *de Republ. cap. 5. sect. 3. n. 4.* Liebenthal. *colleg. polit. exerc. 5. conclus. 60.* Est enim Respublica ordo, vita, forma & anima civitatis. Nam uti materia per formam recipit unitatem & existentiam; ita civitas per Rempublicam efformatur. Et sicuti subjectum non continet in se, quæ per formam demum superventura sunt, sed iis subordinatur tantum; sic civitas per se non continet jurisdictionem, majestatem & leges, sed ea omnia demum per Rempublicam in civitatem introducuntur. 51.

V. Universitas quoque civitatis nomine venit, ita enim universitas omne collegium, sive corpus & professorum, quod dicitur Academia, & civium, quod civitas dicitur, tanquam membra seu partes integrantes sub se comprehendit, Christian. Matthias. *disput. polit. 4. conclus. 85.* & triplicem facit universitatem, unam largam, quæ faciat provinciam; alteram minus largam, quæ constituat civitatem; tertiam minimam, ut castrum & villam, Bart. *Cons. 89. n. 1. seq. libr. 1.* Besold. *de jur. universit. cap. 1. n. 2.* 52.

Unde

53. Unde universitas definitur familiarum, collegiorum & corporum ejusdem oppidi juris communione sociata, & superioris consensu approbata multitudo, Bodin. *de republ. lib. 3. cap. 7.* Dn. Wolffgang Jacob Sadler/ *dissert. de jur. universit. conclus. 2.* Et universitas nihil aliud est, quam ipsimet homines universitatis, gloss. *in l. sicut. §. c. in verb. non debetur. in fin. ff quod cujusq. universit.* Losæ. *de jur. universit. part. 1. cap. 1. n. 4 seq.* collectivè sumti, nam homines separati & singuli, non faciunt universitatem, & populum, & ideò universitas propriè non dicitur homines, sed hominum collectio in unum corpus mysticum, & abstractivè sumtum, Losæus, *d. cap. 1. n. 4.* Differunt tamen civitas & universitas, ut latius & angustius; rectè enim dicitur: Omnis Civitas est universitas, sed non vice versa, omnis universitas est civitas.

54. VI. Communitas quoque nomen generale est, pertinens ad universitatem civitatis, castri & villæ, & cujuslibet municipii, eo quod ab ipsa hominum communitate principaliter regatur, Losæ. *de jur. universit. part. 1. cap. 2. n. 33* Tuschus *pract. conclus. lit V. concl. 255 n. 12.*

55. VII. Provinciarum quoque nomine quandoque civitates venire solent gloss. *in l. fin. C. de quadrien. præscript.* Henr. Bruning. *de var. universit. spec conclus 12. lit. a.* & hodie provincia vocari solet quælibet civitas superiorem non recognoscens, distinctum ac separatum habens regimen & territorium, & sic merum mixtumque imperium obtinens gloss. *in l. fin. C. de præscript long. Temp.* Bartol *in l. unic. n 5. C. de metropol.* Franc. Marcus, *decis. 366. n. 13. & 14. vol 1.* Losæ. *de jur. universit. part. 1. cap. 2. n. 11.* Et quando una civitas constituitur caput aliarum civitatum & in præsidatum erigitur, ad quam per alias subjectas recurritur, uti & quando una civitas merum & mixtum imperium obtinens non subjicitur alteri civitati, ipsa pro provincia habetur, Bart. *in extravag. qui sint rebelles. verb. Lombardia. n. 7. & 8. vers. provincia vero* Tuschus *pract. l. P. conc. 949. n. 4.*

Quamvis cum civitate affinitatem quandam habeant castrum, burgus, arx, vicus, villa, pagus, &c. à civitate tamen differunt. Ita enim licet. 1. Castrum & civitas non videantur differre, nisi quatenus civitas parva &

56. magna, uti scribit Nicol. Losæus *de jure universit. part. 3. cap. 13. n 7.* ubi dicit, quod castrum sit membrum civitatis, & plus & minus non faciant differre specie, per *l. qui ex vico. ff. ad municipal.* ac civitates & castra pro synonimis haberi, nonnulli colligunt ex *l 2. §. 15. C. de offic. præf prat. Afric.* Unde etiam privilegia universitati, vel civitati concessa, etiam ad castra, villas, & terras adjacentes & civitati subjectas extendi, vulgò concluditur per tradita Losæ. *d cap 13. per tot.* Gail. *de arrest. cap. 8 n. 10.* & per castrum non solùm arcem munitam, eine Burg/ sed etiam oppidum eidem annexum intelligi, scribit Stumpf. *Chron. Helvet. lib 6. cap. 12.* Auctor. *actor. Lindav. fol. 610.* ubi id eleganter probat. Differt tamen castrum à civitate, & civitatis nomine non venit, per *Novell. 28.* Besold. *de jur. universit. cap. 1. n. 2. circa med. vers muris certe.* & dicitur castrum, quasi casa stricta, ad differentiam 57.
oppidi vel pagi; quia castrum non debet esse nimis spatiosa vel diffusa habitatio, ne multa custodia egeat, Gail. *2. obs. 61. n. 1. & ibi* Bern. Grævæus, *lib. 2. conclus 62. in princ.* Vel casa alta, seu fortis & munita muris seu vallo, Besold. *de jur. universit. cap. 1. n. 2.* A quo diminutivum est castellum, quod interdum sumitur pro receptaculo aquæ, ein Wasserstuben/ ut *in l. 1. §. ait Prætor ff de aqua quotid. & æstiv. l. 78. ff. de contrah. empt.* Besold. *thes. pract. verb. Burg. in fin.* Kyllinger. *de Ganerb. castror. discurs. 2 n. 9.* interdum etiam pro locis fortificatis, seu fortalitiis, & propugnaculis, Vestungen, *ut in l. 2. §. 14. C. de offic. præfect. Afric. & in l. 2. C. de fund. limitroph.* & propriè nunc castrum reputatur, quod territorium certum, & plerumque subditos habet; qualia ferè sunt omnia castra, quæ in Suevia, Franconia & tractu Rhenano à Nobilibus possidentur, & iisdem privilegiis utuntur, quibus civitas, vel alia quæque universitas *l. si hæres jussus. §. vicis. & ibi* Jason. *n. 1. ff. de legat. 1* Besold *de jur. universit. cap. 1. n. 2.* Unde etiam concesso vel vendito castro jurisdictio quoque transire dicitur, Schrader *cons. 22. n. 24. seq. vol. 2.* Quatenus autem castrum ad civitatem pertinere probetur, vide Mascard. *de probat. conclus. 270. per tot.* Castra etiam quandoque dicuntur clausuræ, Clausen/ per *l. 2. C. de fund. limitroph.* Kyllinger. *de Ganerb. Castror. discurs. 3. n. 16. & seq.* (58. in margin beside "ein Wasserstuben")

2. Burgus etiam est nomen universitatis, 59.
l. penult. C. de fund. rei privat. Bart. *in l. si hæres. §. 1. ff. de legat. 1.* & Burgus dicitur, pars civitatis cohærens, etiamsi extra muros sit, & qui habitant in burgis in civitate habitare dicuntur, Franc. Marcus *decis. 365. n. 41. vol. 1.* Losæ. *de jur. universit. part. 1. cap. 2. n. 46.* & Burgos oppida cincta muris dici, observatione dignum putat Petr. Gregor. Tholos. *lib. 2. c. 1. n. 5.* Et Burgum, sive Burg. non solum arcem munitam, sed & castellum, vel oppidum muris cinctum portisque clausum, designare, probat auctor *actor. Lindaviens fol. 610. ad med.* Sic Franci oppida quævis Burgos vocabant, & antiquis nominibus addebant; veluti Straßburg/ Freyburg/ Regensburg/ Megdeburg/ Rotenburg/ Weissenburg/ Augspurg/ quasi Augusti Burgus, ab Augusto conditore, Freher. *de Lupoduno fol. 13.* Kyllinger/ *de Ganerb. castror. discurs. 3. n. 14.* Eratque Burgum oppidum muro, turribusque cinctum, & clausile portis, Besold. *thesaur. pract. verb. Burg.* ac Burgum esse partem civitatis dicit Franc. Marcus *part. 1. decis. 800. n. 6* Ex quo etiam Burggravios, qui in Civitatibus jus dicebant, appellationem accepisse, tradunt Petr Greg. Tholos. *de republ. lib 2 cap. 1 n. 6.* Marq. Freher *de orig. Palat. lib. 1. cap 10 n 81.*

Generaliter autem & frequentissimè Ver- 60.
bum Burg usurpatur pro arcibus & propugnaculis,

gnaculis, quocunque in loco extructis, Conrad. Lagus *in comparat. jur. civil. & Saxon. lib. 2. cap. 8. vers.* ein Burggraff. Kyllinger. *d. discurs. 3. n. 20 & seq.* ubi *n. 25.* addit, certum esse, quod nulla arx aut fortalitium id nomen propriè mereatur, nisi in quo sit plurium hominum congregatio, & quædam universitas. Idque probatur ex textu juris Saxonici, quem adducit Rittershus. *partit. feudal. lib. 1. c. 17.* ubi ait: Burglehen heissen solche Lehen / da ihr viel Edelleut / oder Ganerben / wie mans jetzo nennet / in einer Burg und Schloß zusammen haben Lehen und Lehensrecht / von Fürsten und Herren / denen die Burg zugehöret. & ibidem: Daß Burger und Burgmänner heissen / die Ganerben und Edelleut / so vor Alters unter einem Burgherrn auff einer Burg gewohnet haben / da sie dann der Burg Bürger genennet worden.

61. A Burgo descendit Burgstall / quod rudera destructorum Burgorum, sive castellorum denotat, Wehner. *pract. observ. verb.* Burg. & propriè locus est, in quo Burgus fuit extructus, da ein Burg gestanden / ein Burg-Stall / oder Burg-Standt. Kyllinger. *d. discurs. 3. num. 37.* & plerumque dicitur à ruderibus arcis, ein alter Burgstall / da vor Zeiten ein Schloß gestanden / Besold. *thes. pract. verb.* Burgstall.

62. Burghalden nihil aliud esse videntur, quàm montes, sive colles, super quos arces sunt extructæ, der Burg-Berg. Cum Halden nihil aliud sit, quàm locus campi sublimior, ein Hügel / Kyllinger. *d. disc. 3. n. 38. seq.* ubi *n. 41.* addit, quod mons, seu collis arcis Tubingensis dicebatur Pfaltzhalden / & quod arx ista olim Pfaltz dicta, eò quod Comites Tubingenses ibidem habitantes Comites fuerint Palatini, sive Palatii. Besold. *thes. pract. verb.* Burghalden. A Burgo etiam denominationem habent Bürger / quasi Burgenses, qui idem sunt quod apud

63. nos cives, *infra lib. 2. cap. 29. num. 8.* A Burgo etiam dicuntur Burgsäß / Burgsassen / Burgmänner / Burgfrieden / Burghuet / Burgfehde / Burglehen / Burggraffen / &c. de quibus vide Kyllinger. *de Ganerb. castror. discurs. 3. per tot.* Wehner. *in pract. observ.* Besold. *in thes. pract.* & Joh. Jacob Speidel. *in notabil. jurid.* in dictis vocabulis.

64. 3. Arx, tutissima pars urbis esse dicitur, Petr. Gregor. Tholos. *de republ. lib. 2. cap. 5. n. 2.* & arcem ab arcendo dictam, quod is locus munitissimus sit urbis, à quo facilius hostis arceri & prohiberi possit, scribit Varro *de lingua latin. lib. 4.* Indeque nomen accepisse videtur, quod arcta, sive stricta sit, enge zusammen gezogen oder beschlossen / ab arctando, Kyllinger. *de Ganerb. castror. discurs. 2. n. 64.* arces enim non debent esse nimiæ magnitudinis, quo melius & per paucos servari possint, *l. 2. §. interea. 14. C. de offic. præf. prætor. Afric.* Germanis dicitur

65. Schloß / à schliessen / eo quod arces clausæ sint muris, scilicet & fossis, daß sie mit Mauren /

66. Wählen / oder Gräben beschlossen seynd / Kyllinger. *d. disc. 2. n. 66.* quo ipso etiam à castro differt, cum arx ex unicâ tantum domo, castrum autem non nisi ex pluribus ædificiis constare possit Kyllinger. *d. discurs. 2. num. 18.* Sicuti etiam à Burgo, quod arx nulla propriè Burg dicatur, nisi in qua plurium hominum congregatio, Kyllinger. *d. l. discurs. 3. num 25.* Quæ tamen differentia hodie non observatur, & usu invaluit, ut arx & castrum pro paribus usurpentur, Kyllinger. *d. discurs. 2. n. 18.*

4. Vicus, qui idem videtur, quod Burgus, 67.
secundum Kyllinger. *de Ganerb. castror. discurs. 3. n. 10.* & dicitur, quod vice civitatis, cui subest, regitur, vel à vicinis habitatoribus, vel quia viis, non muris clauditur, ein Dorff / Isidor. *origin. lib. 15. cap. 2.* Losæus *de jur. univers. part. 1. cap. 2. n. 43.* Besold. *d. jur. universit cap. 1. n. 4.* Vel quod in eo sint ex utraque parte viæ domus certis spatiis distinctæ, Varro *libr. 1. de legib.* ac vicus propriè nihil aliud est, quàm locus publicus utrinque ædificiis cinctus, per quem incolæ transeunt; Germanicè, ein Gaß. Et à vico Saxonicum Wick descendit, indeque Brunschwick / quasi Brunonis vicus; cum Wick antiquis Saxonibus castellum significet Fleck / oder Städtlein / darinn sich die Burger und Einwohner deren Orths für Gewalt enthalten mögen / Besold. *d. n. 4.*

Vici alii sunt urbani, alii pagani. Vici ur- 68.
bani sunt plateæ in urbe ex utraque parte ædificiis cinctæ. In urbe enim fiunt vici connexis & cohærentibus ædificiis. Unde Romæ vicus Cyprius, vicus Africus, vicus sceleratus nominatur, & nullum in urbe vicum, nullum angiportum esse, in quo Miloni non esset conducta domus, scribit Cicer. *pro Milon.* Vici pagani sunt pagi, ex pluribus villis domibusque rusticis coagmentati spatio aliquantulo ab urbe remoti, nullisque mœnibus cincti, Cicer *ad Attic.* Et vicus inchoamentum est civitatis & ex numerosis & amplis familiis primitus ortus. Liebenthal. *colleg. polit. exerc. 5. conclus. 5.*

5. Cum vico idem ferè esse videtur Villa, 69.
Tuschus *pract. conclus lit. V. conclus 207. num. 2.* & in Gallia villa idem est, quod civitas, Losæ. *de jur. universit. part. 1. cap. 2. n. 39.* Tholosan. 70.
de Republ. lib. 2. cap. 1. n. 6. ac immediatas civitates olim dictas fuisse villas publicas, veluti quæ Regni & Reipublicæ essent, non Principum, Comitum, Ecclesiarum refert Freher. ad Petr. de Andlo *de Roman. Imper. lib. 1. cap. 16. fol. 162.* Johan Limnæ. *de jur. publ. tom. 3. lib. 7. cap. 1. n. 37.* Besold. *de jur. civitat. Imperial. n. 4.* latè Auctor. *actor Lindaviens. fol. 566.* Ita enim Carolus Magnus in donatione Divitaugiensi monasterio, *anno 813.* facta, Ulmam nominat villam suam regalem, Crus. *annal. Suev. part. 2. lib. 1. cap. 7. fol. 10.* confer *lib. 3. cap. 54 n. 8.* & seq. Propriè tamen villa est congregatio hominum, & unitas quarundam domorum, sine muris, quasi vallis vallata & circumdata, & villa est, quæ est extra muros civitatis, *l. 1 C. ne rustican. ad ull. obseq* Jason. *in l. si hæres §. 1. n. 8. & ibi* Bart. *ff. de legat. 1.* Franc Marc. *decis 366. n. 27. vol. 1.* Losæ. *de jur. univers. part. 1. cap. 2. n. 39.* seu, est locus consistens ex pluribus ædificiis, quæ non circumdantur muris, neque fossis & de jure communi nullam habent jurisdictionem, sed civitati subsunt, Bart. *in*

extra-

extravag. qui sint rebell. verb. Lombardia. n. 3. ver. villa.

71. 6. Quamvis etiam inter civitates & mercatus, Marcktflecken/ magna sit differentia; tamen cum primum fundarentur, & tenuia oppidorum essent initia, in Saxonia hæc vocabula promiscuè esse accepta testatur Besold. *thes. pract verb.* Marckfleck. ubi addit, quod modò municipia dicantur, à munitionibus, juxta Weichbild/ *art. 6.* modò foralia, quod forum habeant, Weichbild/ *art. 7. §. 2.* & Lehenrecht. *cap. 31. §. 11.* ubi castra & loca foralia vernaculus textus interpretatur, Berg und Städte/ vulgò Marcktflecken. Et ita glossa ad Landrecht. *art. 66. lib. 3.* forum interpretatur ein Marckt/ von allerley Burgerlicher Hanthierung/ welche den Städten zuständig seynd Et in Germania vulgò mercatus, Marcktflecken dicuntur, qui criminalem jurisdictionem, ejusque signa propria habent; welche eigene Halßgericht/ Stock und Galgen haben/ Besold *de verb* Marcktfleck. Auctor *actor. Lindaviens. fol. 62. ad med. & fol. 211. post med.*

72. 7. Pagus quoque cum vico & villa, maximam affinitatem habet, & pagus definitur vicus, in quo multa rusticorum ædificia ex villis conjuncta sunt, Petr Gregor. Tholosan. *de republ. lib. 2 cap. 1. n. 4.* Vel, quod sit receptaculum societatis politicæ, ex duobus vel pluribus vicis collectæ absque munitionibus & muro: Vel pagus sunt rusticanæ domus in unum coagmentatæ, absque munitionibus & muro, ac dicitur pagus à Græco πηγὴ, quod

73. Dores παγὰ dicunt, quod Latinis fons est, Besold. *de jur. universit. c 1. n. 3.* Tholosan *d. n. 4.* Unde vicini & alii homines, qui ex diversis agrorum partibus, prædiis & ædificiis ad aquam ex eodem & communi fonte hauriendam conveniebant, pagani dicebantur Hœnon. *polit. disput 11. conclus. 6. lit. b.* Quod vocabulum, pagani, dupliciter accipitur, 1. Politicè pro rusticis in pagis habitantibus 2. pro gentibus, sive hominibus gentilismo addictis, quo significato nomen paganorum usurpari cœpit sub Constantino Constantini Magni filio Imperarore orientis, qui milites non Christianos exautoravit, & in pagos remisit. vid. Dn. Bachov. *in Comment. ad princ. pr. de Testament. milit. n. 2. p. 423. & seq.* Et porrò pagus dictus fuit locus, in quo homines convenerunt propter fontis commoditatem, quod nomen postea latius extensum, ad significandam omnem politicam societatem, ex duobus vel pluribus vicis constantem, scribit Besold. *d. cap. 1. n. 3* ac differt pagus à vico, juxta illud Taciti: Eliguntur Principes, qui jura per pagos vicosque reddunt. Quod etiam innuit Besold. *d. cap. 1. n. 4* Et quidem in eo, quod pagus ex pluribus constet vicis absque munitione & muro, vicus verò nihil aliud sit, quàm locus publicus ædificiis utrinque cinctus, per quem incolæ transeunt, Germanicè eine Gasse/ Lebenthal. *colleg. polit. exercit. 5.*

74. *conclus. 9.* uti & à civitate, quod ex pluribus pagis civitates constituantur, Aristot. *1. polit. 2.*

Pagus quoque terram, sive ditionem & provinciam significat, ein Gow/ sive Gäw/ in qua plures sunt civitates & villæ, Freher *de origin. Palatin. cap. 5.* Besold. *de jur. universit. cap. 1. n. 3.* & sumitur pro regione, sive territorio, eine Gegne/ oder Gegend/ veluti Algow/ quasi Alpium Gäw/ vel ab Alemannis, unde interdum Allmangäw? Stumpf. *Helvet. Chron. cap. 45. lib. 1.* Item Nordtgaw/ Brißgäw/ Turgäw/ Hegaw/ 75.
Speyrgaw/ Creichgaw/ &c. Ex quo etiam Cæsar *de bell. Gall. lib. 1.* scribit; Helvetiam totam in quatuor divisam fuisse pagos, quorum tamen hodie tredecim numerantur 1. Tigurini, 2. Bernates, 3. Lucernates, 4. Urani, 5. Suitenses, 6. Unterwaldii, 7. Tugiani, 8. Glareani, 9. Basileenses, 10. Solodurii, 11. Friburgii, 12. Schaffhusiani, 13. Appecellenses, utpote, qui arctissimo fœdere conjuncti per jusjurandum, 76.
& æquali utuntur jure ac veluti communem Rempublicam administrant, Sleidan. *lib. 3. comment.* Cum autem veteres ædes & habitationes suas ad colles, sylvas, fontes, flumina, in campis, &c. extruxerunt, inde hodie remanserunt plurimæ civitatum, villarum & pagorum denominationes, daß unzehlich viel Städt/ Flecken und Dörffer von den fliessenden Wassern und Bronnen/ von Bächen/ und von Feld/ von Wald/ Riedt/ oder Hayden/ noch heutiges Tags ihren Nahmen haben/ Lehman. *Chron. Spirens lib. 1. cap 5.* 77.

Circa castra, vicos, villas, & pagos generaliter observandum venit, quod qui natus in vico, villa, pago seu territorio civitatis alicujus, in ipsa civitate domicilium habere censeatur, *l. qui ex vico 30. ff. ad municipal.* & iisdem privilegiis gaudeat, quibus fruuntur ipsimet de civitate. *l. nulli. 28. §. quod si in vico 3. C. de* 78.
Episcop. & Cler. Indeque vicus & castra civitati supposita dicuntur pars civitatis *per l. qui ex vico. 30. ff. ad municip.* Bart. *in l. 1. & in l. fin. §. item. rescripserunt. ff. ad municipal.* Besold. *consil. 70. n. 31.* & vicos regi ac moderari statutis & legibus civitatis, cui subsunt, scripsit Jason. *in §. rursus n. 42. l. de action.* ac nati in vico, vel pago, quoad honores & onera eodem gaudent privilegio, ac si in urbe nati essent. *Novell. 89. cap. 2. §. si tamen aliquis. l. si quis. C. de natural. lib.* Gylman. *symph. tom. 1. part. 6. tit. 6. vol. 6. n. 17. fol. 47.* & quod jus est in civitate, id etiam in villis est, Bened. Carpzov. *pract. forens. part. 2. constit. 5. de fin. 1. n. 7.* Gail *de arrest. cap. 8. n. 10.* & jurisdictio concessa civitati, complectitur etiam vicos ac integrum comitatum, Besold. *2. consil. 70. n. 31.* ac quis sortitur originem ex illa civitate, cui illa terra, castrum vel vicus subest. *Novell. 89. cap. 2. §. si quis igitur. 2.* Losæ. *de jur. universit. part. 3 cap. 13 n. 8.* Unde Virgilius vocatur Mantuanus, licet natus fuerit in vico, seu villa vicina. Losæ. *de jur. universit. part. 1. cap. 2. n. 42.* Et villani quandoque dicuntur cives, Burger/ Kyllinger. *de Ganerb. castror. discurs. 3. num. 122.* 79.

Ex quibus etiam fit, quod licet suburbia, propriè urbis appellatione non veniant, sed potius ipsius sint appendices, cum urbs murorum ambitu terminari soleat, nihilominus tamen ea generaliter loquendo urbis appellatione veniant Besold. *de jur. universit. cap. 1. n. 8.* Petr.

8. Petr. Gregor. Tholosan. *de republ. lib. 2. cap. 4. n. 2.* Wehner. *verb.* Stadt. *fol. 621.* Giland. *lib. 2. decis. 12. n. 21.* & urbem ipsam mœniorum & suburbiorum ambitu contineri, scribit Bodin. *de republ. lib. 1. cap. 6.* ac appellatione civitatis suburbia venire, ubi eadem est ratio, asserit per *l. 1. §. cum urbem. ff. de offic. præf. urb. l. qui in continentibus. 147. l. pupillus. 239. §. incola. 2. ff. de V. S.* Moditius *in §. plebiscitum. dub. 77. n. 11.* ubi addit, quod parochiani Ecclesiarum civitatis, die in ein Stadt verpfarret / licet longè extra muros extendatur parochia, civitatensium appellatione veniant, Besold. *d. n. 8.* Et civitatis nomine in favorabilibus non solum veniunt suburbani, *l. ædificia. 139. in pr. l. qui in continentibus. 147. ff. de V. S.* sed etiam villani, sive districtuales, qui in vicis civitati subjectis habitant, *l. qui ex vico 3. ff. ad municipal.* Felin. *in c. Rodolphus. 35. n. 9.* Gail. *de arrest. cap. 18. n. 10.* Auctor. *actor. Lindaviens. fol. 232. ad princ.* & Comitatenses. *l. qui ex vico 30. ff. ad municipal. l. pupillus. 239. §. incola. 2. ff. de V. S.* Gylman. *symph. tom. 1. part. 2. tit. 26. vot. 43. n. 17.* Unde si civitas, villa aut castrum Ecclesiastico subjiciantur interdicto, illorum quoque suburbia & ædificia continentia interdicta esse, statuit Pontifex Bonifacius VIII. *in c. si civitas. 17. de sentent. excommun. in 6.* ac ædificia Romæ fieri etiam ea videntur, quæ in continentibus Romæ ædificiis fiunt, *l. ædificia. 139. in princ. ff. de V. S.* & qui in continentibus urbis nati sunt, Romæ nati esse intelliguntur, *l. qui in continentibus. 147. ff. de V. S.* Unde etiam ex suburbiis Consules & Senatores creari solent

80. Joh. Papon. *lib. 6. tit. 11. arrest. 1.* & quod in suburbiis factum, in civitate factum esse intelligitur, tradit Menoch. *arbit. judic. cas. 155. per tot.*

81. Atque ita suburbia, quatenus formaliter considerantur, sive ratione juris civilis, seu quoad jus civitatis, propriè urbis appellatione veniunt, quia communibus civitatis privilegiis, & juribus utuntur ac fruuntur. Materialiter verò, sive ratione ædificiorum & situationis, spatium illud pomeriis inclusum murisque cinctum propriè urbs dicitur, & sic suburbia propriè non sunt urbis partes, sed potius appendices. Quia suburbia murorum ambitu, quo urbs finitur & terminatur, non

82. continetur. *l. 2. ff. de V. S.* Indeque Galli suburbia vocant *Faulxbourgs*, quasi Vorburg / & Germanicè Vorstadt / quasi vor der Stadt / siquidem suburbia non in urbe, sed ante urbem sita sunt.

83. Civitatis quoque appellatione, in materia ampla, favorabili, & differenti, intelligitur etiam illius territorium, quatenus una eademque est jurisdictio territorii & civitatis, Bald. *cons. 327. n. 10. in fin. 6. lib. 1.* Besold. *part. 2. cons. 70. num. 24.* cum quælibet civitas habeat universitatem agrorum & territorium, per *l. pupillus. 239. §. territorium. 8 ff. de V. S. c. ubi periculum. 3. §. porro. ibi. in civitate, in cujus territorio, seu districtu idem Pontifex obiit. &c.* de *Elect. in 6.* sive ihren eigenen Etter / Desch / Weichbild / Zwang und Bann / uti interpretatur referens apud Gylman. *symphor. tom. 1. part. 2. tit. de reconvent. num. 156. seq.* Rosenthal. *de feud. cap. 5. conclus. 6. num. 3.* & juris communis dispositione regulariter quælibet oppida proprios fines habere præsumantur, *arg. l. cum pater. 77. §. vicos. fin. ff. de legat. 2. l. pen. ibi: qui proprios fines habebant, C. de instit. & substit. l. si quando. 2. C. de bon. vacant. l. quicunque. C. de fund. limotroph.* Cacheran. *cons. 34. num. 1.* ita, ut naturali ratione territorium civitati accedat, ut qui civi- 84.
tati accedat, ut qui civitatem habet, ratione connexitatis, etiam territorium habere censeatur, Bald. *cons. 337. n. 1. vol. 5.* Natta *cons. 636. num. 170.* Et concessione civitatis, concedatur etiam merum & mixtum Imperium, Bart. *in l. 1. ff. de jurisdict.* Bald. *in l. 1. §. initio. num. 2. ff. de præfect. urb.* Et territorium est de pertinen- 85.
tiis, & accessoriis civitatis, Innocent. *in c. cum ad sedem. num. 7. ff. de restit. spol.* Oldrad. *cons. 176. in fin.* Boër *quæst. 227. num. 7.* Indeque jurisdictio territorii dicitur dependere ex jurisdictione civitatis, vel castri, quasi à capite, per *l. 1. §. cum urbem 4. ff. de offic. præfect. urb.* Meichsner. *decis. 33. num. 41. tom. 2.* & territorium propriè Dominium civitatis esse dicitur, Aretin. *cons. 77.* Meichsner. *d. decis. 33. num. 66.* & civi- 86.
tatis nomine & significatione contineri casalia, territorium & districtum scribit Gylman. *symphor. part. 1. tit. 1. vot. 1. num. 155. fol. 111.* Imò civitas inest territorio, & territorium inest civitati, Hier. de Mont. *tract. fin. regund. cap. 6. num. 9.* & civitas quoque sine territorio consistere potest, Meichsner. *tom. 2. libr. 2. decis. 1. num. 17.* Ex quo etiam castrum, quoad jurisdictionis administrationem, proximæ civitati subesse censetur Menoch. *2. præsump. 97. n. 9.* omnisque villa vel castrum in comitatu, districtu, vel territorio alicujus civitatis situm, sub eadem civitate esse censetur, nisi speciale privilegium habeat, *arg. l. nulli. 28. §. quod si in vico. 4. C. de Episcop. & cler.* Bart. *in l. 1. §. cum urbem. num. 5. ff. de offic. præfect. urb.* Meichsner. *d. decis. 33. num. 81.* Quinimò etiam 87.
prædia civitati adjacentia, vel in ejus finibus sita & existentia, præsumuntur subesse jurisdictioni civitatis, Menoch. *3. præs. 100. num. 1.* & quando de munerum & tributorum argumento agitur, civitatis nomine etiam agri, pagi & villæ, quæ illius existunt jurisdictionis, comprehenduntur, *d. l. qui ex vico: 30. ff. ad municipal. l. forma. 4. §. is verò qui agrum 2. ff. de censib. Novell. 80. §. si quis igitur.* Idem est quando de jurisdictione exer- 88.
cenda tractatur, Besold. *cons. 70. num. 17. seq.* ubi *num. 23.* addit, quod civitatis denominatione etiam veniat portus, & illi adjacens mare, post gloss. *in c. ubi periculum. §. porro. vers. cum sua curia. de elect. in 6.* Hier. de Monte, *tract. fin. regund. cap. 5. num. 6.* Hinc quoque cohabitationem civium non esse necessariam ad constituendam civitatem rectè concluditur, quia auctis Rebuspubl. non solum illi dicti sunt cives, qui muris continebantur, sed & qui per universam provinciam habitabant,

bant, sicuti cives Romani sunt, quicunque in orbe Romano sunt, *l. in orbe. ff. de stat. hom. Novel. 78. cap. 1.* & olim non tantùm ad comitia, sed etiam ad summos honores rure vocati sunt Romani, prout L. Quintio aranti sua rura Dictatura delata fuit, Valer. Max. *lib. 4. cap. 4.* Et quamvis Pompejus Atticus domicilium suum non tantùm extra urbem, verum Athenas transtulerit, Romanam tamen civitatem non perdidit. Sicuti etiam omnes Helvetiæ pagi Rheno, Rhodano & Monti Juræ conclusi unã constituunt civitatem, Cæsar. *de bell. Gall. lib. 1.*

CAPUT II.

De Divisione Civitatum.

Summaria.

1. *Olim non eadem erat conditio civitatum.*
2. *Maximæ, magnæ, minores civitates quænam olim dictæ.*
3. *Civitates metropolitanæ & coloniæ quænam sint.*
4. *Municipales quæ.*
5. *Imperiales quænam dicantur & sint.*
6. *Imperiales dicuntur* Ehrbare / Freye und Reichs-Stätte.
7. *Honoratorum nomine olim quoq; Nobiles venerunt.*
8. *Imperiales unde sic dictæ.*
9. *Vocabulum* Reichs *quid denotet.*
10. *Libertatis vocabulum,* Frey / Freyheit / *quid importet.*
11. *Liberum etiam est, quod certa lege licet.*
12. *Sumitur pro ingenuitate.*
13. *Liber dicitur, qui neminem superiorem agnoscit.*
14. *Libertatis nomine gaudent, qui in quibusdam Imperio Romano subjecti.*
15. *Et qui certis tantum immunitatibus gaudent.*
16. *Et qui Imperio Romano sunt subjecti.*
17. *Helvetii quare liberi dicti.*
18. *Civitates Imperiales quomodo dividantur.*
19. *An & qualis inter eas sit differentia, & n. 20. 21.*
22. *Copulæ natura quænam, & n. 31.*
23. *In Civitatis Aquisgranensis monetæ inscriptione, impugnata vox, liberæ, & num. 32.*
24. *Ipsæ Civitates differentiam inter se fecerunt, & n. 33.*
25. *Differentia inter Civitates liberas Imperiales, & simpliciter Imperiales rejicitur.*
26. *In Imperatorum decretis & rescriptis simpliciter* Reichs-Stätte *vocantur.*
27. *Omnes Civitates Imperiales æquali jure gaudent.*
28. *Nulla differentia inter eos, qui vel citius, vel serius libertatem acceperunt.*
29. *Magis & minus non mutant speciem.*
30. *Nobiles Frisii se liberos dicunt.*
34. *Matthiæ Stephani catalogus rejicitur.*
35. *Pactitiæ civitates quænam dicantur.*
36. *Exemptitiæ quænam.*
37. *Exemptio quotuplex.*
28. *Privilegiariæ quænam.*
39. *Quædam per excellentiam Imperii Civitates dicuntur.*
40. *Quatuor pagi, rustici & villæ quænam dicantur.*
41. Legstätte / *quænam remissivè.*
42. Außschreibende Stätt *quænam sint.*
43. *Dignior præferendus, & quis sit dignior.*
44. *Imperator in Germania est Rex Regum.*
45. *Inter Civitates Imperiales non est differentia nec altera dignior & superior.*
46. *De parva & magna quantitate idem est judicium.*
47. *Reges minorum Regnorum non sunt minus Reges, quàm amplissimorum.*
48. *Regia majestas divitiis non æstimanda.*
49. *Elephas non magis animal, quàm formica.*
50. *Julii Cæsaris dictum in transitu Alpium.*
51. *In Comitiis ditiores & potentiores non semper præcedunt.*
52. *Par in parem non habet jurisdictionem.*
53. *De Deputatis Civitatibus remissivè.*

1. OLim cum Respublica Romana floreret, non una eademque omnium civitatum fuit conditio; Populus enim Romanus quasdam sibi subjecit, quasdam liberas reliquit, T. Quint. Flaminius Philippo Macedone juniore primò in faucibus Epiri, ac deinde Thessalia superato, Senatus populiq; Romani decreto omnes civitates Græciæ liberas esse, suoque jure uti jussit, Livius *lib. 3. decad. 4.* Philip. Melancht. *in Chronic. lib. 2. sub Tit. Quint. Flamin.* Subjectæ verò civitates ex Epistola Antonii Pii dividebantur, in maximas, majores, & minores, ut refert Modestinus *in l. si duas 6. §. est autem. 2. vers. decet ff. de excusat. tutor. Bart. in tract. de reg. civit. num 15. & 20.* Tib. Decian. *cons. 19. num. 20 vol. 3.* 2. Maximæ illæ dicebantur, in quibus erat forum causarum, cui aliæ multæ civitates suberant, etiam merum Imperium

rium habentes. Magnæ dicebantur illæ, quæ habebant merum Imperium, alias tamen civitates sub se non habebant. Minores, sive parvæ, quæ non habebant merum Imperium, sed jurisdictionem tantùm, quæ defensoribus civitatum dabatur, *d. l. 1. si duas 6. §. 2. vers. decet. ff. de excusat. tut.* Tuschus *pract. conc. lit. C. conc. 280. num. 17.* Losæus *de jur. universit. part. 1. cap. 2. n. 20.* Casp. Klock. *de contribut. c. 5. n. 3. & tom. 1. consf. 14. n. 17.*

3. Maximæ civitates dicebantur quoq; Metropoles, sive metropolitanæ, quasi mater & caput reliquarum urbium ac provinciæ, quod inde Coloniæ deductæ, vel quia præcipua est inter alias Civitates, à quibus observatur tanquam mater, *l. 1. C. de metropol.* Schönborn. *lib. 1. polit. cap. 13. ad fin.* Petr. Gregor. Tholosan. *de Republ. lib. 2. cap. 1. n. 9.* Et sic Metropolis non tantum est civitas vetustissima, à qua reliquæ originẽ duxerunt, sed & illa, quæ omnium maxima, mœniis & aliis propugnaculis firmissima, dignitate, amplitudine, & omni commoditatũ & virtutum genere, modoque gubernandi & administrandi, & reliquis munimentis, quibus tempore belli, suppetias & auxilia ferre, perfugiumq; reliquis præbere queat, abundãtissima & exornatissima, Tholos. *d. l.* Danæ. *4. polit. 2.* Constat enim apud Romanos, cum propter ingentem hominum copiam Roma nõ sufficeret, populos in colonias missos. Et fuerunt Coloniæ nihil aliud, quàm oppida & urbes, in quas Romani populum abundantem miserunt, atq; sic Roma metropolis facta, hoc est mater aliarum civitatum, propterea, quod reliquæ civitates & oppida ab eadem progenita videantur. Tholos. *d. l.* Unde etiam subditæ civitates sequi tenentur statuta civitatis dominantis, sive metropolitanæ, §. *ult.* I. *de satis. dat. c. translato. X. de constitut. c. cum non liceat. X. de præscript.* Bruning. *de var. universit. spec. conclus 52* nisi inferior civitas peculiaria statuta habeat, tunc enim illa valent, nec per contraria civitatis metropolitanæ sive dominantis statuta tolluntur, Bruning. *d. conclus. 52.* Peregrin. *consil. 5. n. 1. vol. 1. & cons. 11. num. 40. vol. 3.* Magna civitas unde dicatur, & an expediat magnas & populosas esse civitates, vide *infra, cap. 13. num.* 1. *& seq.*

Nostro seculo civitates varii variè dispertiuntur, ita ut secundum judicium Paurmeister. *de jurisdict. lib. 2. c. ult.* rem apertam ac planam ita involvant, ut certi fermè nihil ex iis constitui queat, ut plurimùm tamen, quoad hodiernum Imperii Romani statum, in genere civitates aliæ sunt provinciales & mediatæ, aliæ Imperiales, & immediatæ, aliæ mixtæ Gail. *2. observat. 25. in fin.* Mynsinger. *respons. 13. n. 10. decad. 2.* Gylman. *symphor. tom. 1. part. 1. tit. 2. de recon. vent. vot. 1. n. 97. fol. 90.* Rutger. Ruland. *de commiss. part. 2. lib. 5. cap. 4. n. 47.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 2. cap. 1. num. 18. seq.* Reinking. *de regim. secul. lib. 1. class. 4. cap. 20. n. 3. seq.* Casp. Klock. *de contribut. cap. 5. n. 4. & seq. vol. 1. consf. 14. n. 11. & n. 115. seq.*

4. Municipales sive provinciales & mediatæ sunt, quæ in totum Principibus aliisque territoriorum Dominis ac Statibus subjectæ sunt, Mynsing. *d. respons. 13. n. 10.* Paurmeister. *de jurisdict. lib. 2. cap. ult. n. 12* & sunt instar municipiorum, quæ olim sub præsidibus provinciarũ erant, Bocer. *de jurisdict. cap. 8. n. 85.* ex quo etiã municipales dicuntur: Et provinciales, & mediatæ, Land- oder Fürsten-Städte / quod primò ac immediatè Principibus, ac aliis Imperii ordinibus ac Statibus, & provinciarum Dominis parent, mediatè autem Imperio subjectæ sunt, Reichs-Abschied zu Speyr *de anno 1544.* §. *& ibi:* Die Frey und Reichs-Städte / auch andere Städte / so den Fürsten / oder andern Herrschafften zugehören. 39. Reichs-Abschied zu Augspurg. *de anno 1548.* §. und als erstlich 47. *ibi.* daß etlicher Fürsten und Herrn Städt.

Civitates Imperiales sunt & dicuntur illæ, quæ soli Imperatori obedientiam & fidelitatem gerunt, ut definit Johan. Limnæ. *de jur. publ. lib. 7. cap. 1. n 32.* Vel quæ non nisi Imperatorem superiorem recognoscunt, Gail. *2. observ. 57. n 7.* Paurmeist. *de jurisdict. lib. 2. cap. ult. n. 11.* vel, quod sint civitates, Imperio immediatè parentes, quæ jus status Imperii obtinent, Michael Hainß *disp. de civitat. Imperial. conclus. 6.* Vel, quod civitas Imperialis sit communitas directò Imperio parens, jus sessuræ & suffragiorum in comitiis obtinens, Paurmeister *d cap. ult. num. 25 in fin.* Reinking. *de regim. secular. lib. 1. class. 4. cap. 20. n. 11.* Et hodie Civitates Imperiales illæ esse dicuntur, quæ Imperio Romano Germanico, & Imperatori immediatè subjectæ, in catalogo Statuum Imperii inscriptæ secundũ matriculam certam Imperio summam contribuunt, & in comitiis sessionem & votum obtinent, Mager. *de advocat. cap. 6. num. 140.* Paurmeister *de cap. ult. num. 23. & 26. seq.* ubi priorem definitionem rejicit, ac formam essentialem civitatum Imperialium esse jus comitiorum, scribit Paurmeister. *d. cap. ult. n. 29.* 5.

Dicuntur die Ehrbare / Freye und Reichs-Städte / 6.
Ordnung deß Regiments zu Augspurg *de anno 1500. tit.* von der Steur der Frey- und Reichs-Städt. Reichs-Abschied zu Speyr *de anno 1544.* §. die Frey und Reichs-Städte 39. Reichs-Abschied zu Augspurg *de anno 1555.* §. nach dem aber 27. *& ibidem in epilog.* & passim in aliis Imperii Recessibus, ubi in fine & in subscriptione plerumq; adiiciuntur hæc verba: auch deß heiligen Reichs Frey und Reichs-Städt Bottschafften. Wehner. *pract. observ. verb.* Freye Reichs-Städte. *vers. nam in effectu. & vers. videri etiam.* Ehrbare / sive honoratæ civitates Imperiales passim quoque dicuntur, quo nomine olim Nobiles 7.
quoque & patricii ut plurimùm sunt appellati, sicuti testatur & probat Johan Jacob Draco *in tract. de orig. & jur. patrit. lib. 3. cap. 3. n. 11. seq* Et sic Saxones Equestris ordinis viros, die Ritterschafft / appellasse die Ehrbare und gute Männer / testatur Spangenberg im Adelspiegel *part. 1. lib. 5. cap. 5.* Item, die Ehrbare gute Leuthe / Matth. Stephan. *de jurisd. lib. 2 part. 1. cap. 7. membr. 6. num. 17* nec non die Ehrbare Mannschafft / Draco *d. cap. 3 num. 12.* ubi addit etiam adhuc hodie stylo antiquissimo quibusdam in locis inferioris Saxoniæ dici, Ehrbare und Unehrbare (id est, Adenliche oder Unadenliche) Landschafft / oder Landständ. Et à Ducibus etiam nonnullis Nobiles non aliter, als

Ehr-

Ehrbare oder Ehrnveste appellari, refert Johan. Dauth. *in quæstion. miscell. jur. publ. quæst. 1.* Ita etiam in Recessu Imper. Spirensi *anno 1526.* §. Zum andern. *5.* de seditione rusticorum contra suos magistratus & Nobiles refertur: Als sich verschienen Jahrs erschröcklich/unerhörte/ und unchristliche Empörungen der Unterthanen fast an allen Orthen der Teutschen Nation, gegen der Ober: und Ehrbarkeit begeben / &c. ubi per Obrigkeit magistratum, per Ehrbarkeit autem Nobilitatem sine dubio significare scribit Draco *d. num 12. in fin.* ac apud Romanos quoque Nobiles honoratorum nomine quondam appellatos, plebejos verò inhonoratos dictos fuisse, apparet ex Livio *libr. 3. decad. 3.* ubi ait: adeò imparem libertatem Romæ diti ac pauperi, honorato atque inhonorato, &c. ubi per honoratos Nobiles & patricios, ac in administratione munerum constitutos intelligi scribit wolff. Laz *lib. 3. Republ. Rom. cap 1.* Et hoc intellectu civitates liberas Imperiales, vocari, die Ehrbare/ Freye und Reichsstädte/ scribit post Dauth. *d. quæst* 1. Draco. *d. num* 12

8. Imperiales, Reichsstädte dicuntur, quod ImperioRomano & Imperatori immediatè parét. Et civitates immediatè imperio subjectas, justo titulo mereri, ut Imperiales vocentur scribit Johan Limnæ. *de. jur. publ. lib. 7. cap. 1. n. 32.* Licet easdem Regias vel Regni Germanici appellandas esse arbitrentur Trithem. *de origin. Francor.* Goldast. *in Imperial polit part. 10. discurs. 1. pag. 140. & in rational. ad constitut. Ludov. t. 2.*

9. *constit. Imper. pag 388.* Et notandum est, quod vox hæc, Imperialis, Reichs/ aliàs sit nomen generis; ex imediata subjectione promanans, quo tàm eæ civitates quæ statū Imperii agunt, quàm quæ Imperio tantùm immediatè parent, contineantur & junctæ in hoc genere à provincialibus distinguuntur, sicut probat Paurmeister. *de jurisdict. libr. 2. cap. ult num. 23.* ubi dicit, quod Imperij civitates in genere accipiantur pro iis, quæ ad Imperium pertinent, per *l. omnibus. ff. ad SCt. Trebell.* quales in Italia Imperij civitates dicuntur Asta, Brixia, Crema, Cremona, Cuma, Florentia, Genua, Luca, Laudum, Mediolanum, Papia, Parma, Placentia, Regium, Senæ, &c. ex Goldast. *constitut. Imperial. tom. 3.* Paurmeister *d. num. 21.* & vocabulum hoc, Reich, plurimis modis in constitutionibus Imperij accipi demonstrat, Paurmeister. *d. l. n 20. & seq.* Hodie tamen per usum eo deventum est, ut hanc vocem, Reichs non de subjectione, sed potius de dignitate status Imperij intelligamus, & per eam specifica differentia ponatur inter eas civitates, quæ statum, vel jus sessuræ in comitiis habent, & eas quæ immediatè tantùm imperio parent, constat ex traditis Paurmeister. *d. cap. ult. num 20. & seq. & 29.* Et esse civitates, quæ imperio immediatè parent, & tamen in comitiis sessionem non habere, constat exemplo der Stadt Elen / & aliarum in Italia.

10. Libertatis, Frey/ Freyheit/ vocabulum quod attinet, non ejusdem est significationis, sed sicut in jure, ita etiam in politicis plures admittit significatus. Ita enim in jure libertas in genere dicitur facultas naturalis ejus quod cuique facere licet, nisi quid vi aut jure prohibeatur, §. *& libertas. 1. 1. d. jur. Personar. l. 4. ff. de stat. hom.* Paurmeister. *de jurisdict. lib. 2. cap. ult. n. 18.* Unde non minus liber dicitur quis, quod ipsi non liceat peccare, delinquere, fidem fallere & turpiter agere, *l. finus. 15. ff. de condit. institut. l. nepos Proculo. 125. & ibi* Gœddæ. *ff. de V. S.* & ideò legum servi sumus, ut liberi esse possimus ut ait Cicero pro *Cluent.* ac liberum quo- 11.
que est & dicitur, quod sub certa lege liberum est, ita enim matrimoni um sub certa lege liberum est, sicuti etiam donatio, alienatio, testandi & contrahendi facultas & similia libera dicuntur, quæ tamen certis legibus licita sunt, ac certis personis & casibus prohibentur, Hering *de fide jussor. cap. 7. num. 224. seq.* Deinde etiam sumitur contractius, pro ingenuitate, 12.
l. cum. pacto. ff. de liberal. caus. l. 21. ff de statu hom.

In politicis liber populus, vel Princeps olim appellabatur superioris expers, & nullius 13.
alterius potestati politicæ subjectus: sive fœderatus, sive qui æquo jure in amicitiam venit, sive fœdere comprehensum esset, ut alterius majestatem comiter observaret *l. 7. §. 1. ff de captiv. & postlim.* Paurmeister *d. cap. ult. num. 18. vid.* Grot. *de J. B. & p. lib. 1. c. 3. n. 21.* Nostri temporis usu, liberi Principes & civitates quadrifariam dicuntur. Primò enim sunt, qui nullius superioris jurisdictionem vel imperium agnoscunt, ut sunt Imper. Roman. Reges Galliarū, Angliæ, Hispaniarum, Poloniæ, Sueciæ, &c. a Daniæ ab An. 1660. & alij Mæjestatis jurium, veluti Respublicæ liberæ, Veneta, Genuensis, Rhagusiorū, Helvetiorum, &c. Mager *de advocat. cap. 6. num. 129.* ac propriè Rempublicam & populum illum liberum censeri, qui neminem, & nec Imperatorem in dominum profitetur, scribunt, per *l. postliminium. 19. verb. inter nos, & omnes liberos populos Regesque. l. hostes. 24. & ibi. gloss. verb. prædones. l. non dubito. ff. de captiv. & postlim. rev.* Bart. *in l. 1. § de qua re. num. 3. ff. de postul.* Mager. *d. cap. 6. num. 136.* Indeque libertatem civitatum importare, ut non sint sub Dominio alicujus personæ, vel universitatis, & hunc communem esse usum loquendi, addit, quod nulla terra dicatur vivere in libertate, quæ sit sub dominio alicujus personæ vel universitatis, sed quæ non recognoscit aliquem dominum, vel absolutè superiorem, dicit Corneus *consil. 187. col. 2. in fin. vol. 4.* quod etiam vult Bald. *cons. 364. num 5. part. 3.* ubi addit, illum populum liberum dici, cui libera lingua est. Et de hujusmodi civitatibus superiorem non recognoscentibus, idem judicari, quod de principe, quia in suo statu persimiles existunt Imperatori, plures allegat Mager. *d cap. 6. n. 138. seq.* de quo *infra lib. 2. cap. 1. n. 35. & seq.*

II. Libertatis nomine gaudent, qui non pla- 14.
nè & in omnibus, sed in quibusdam Imperii Romani & Imperatoris potestatem declinant, quales sunt & liberi dicuntur Italiæ nonnulli Principes & civitates, ex Sigonio *de Regno Italiæ. libr. 7. in Othone Magno.* Paurmeister. *de jurisdict. lib. 2. cap. ult. n. 19.*

15. III. Generalissimè libera aliqua civitas, quæ certis tantum immunitatibus & prærogativis gaudet, quo modo etiam civitates provinciales, vici liberi dicuntur, quoad sua specialia jura ac privilegia.

16. IV. Denique in Germania liberi dicuntur Electores, Principes, Comites, Barones, Nobiles, & Civitates, & reliqui status, qui immediatè Imperio Romano & Imperatori parent, die freye Reichs-Fürsten / freye Reichs-Graffen / Frey-Herrn / freye Reichs-Ritterschafft / Freye und deß heiligen Reichs-Städte. Et hoc significatu civitates Imperiales dicuntur liberæ, Freye Reichs-Städte / non quod omnimoda libertate, & immunitate fruantur, & ab Imperatoris & Imperii jurisdictione exemptæ sint, sed quod ab Electorum, Principum, Comitum, Baronum ac aliorum Statuum jurisdictione, & exactione liberæ sint, Paurmeister. *de jurisdict. lib. 2. cap. ult. n. 19.* Besold. *de jur. civit. Imperial. n. 5.* Reinking. *d. regim. secul. lib. 1. class. 4. cap. 20. n. 10.* Mager. *de advocat. cap. 6. n. 145.* Johan Limnæ. *de jur. publ. tom. 3. lib. 7. cap. 1. n. 35.*

17. Sicuti olim Helvetii liberi dicti fuerunt, die freye Schweitzer / non quod planè à ditione Imperii Romani essent exempti, ut nunc præ se ferunt, sed quod ab eo tempore, quo à Germanicis Imperatoribus ratio administrandæ Reipubl. immutata, & provinciæ ac civitates pleræque Principibus, Comitibus & aliis feudi titulo sunt concessæ, illi verò ab horum Imperio immunitate donati, ac immediatè Cæsarum potestati sint relicti, Paurmeister. *d. n. 19. in med.* Mager. *de advocat. cap. 6 n. 162.* Unde etiam Alciatus *in l. censere. 111. ff. de V. S.* & Guicciard. *lib. 7. histor.* 7. francas civitates eas esse dicunt, quæ quidem Imperatoris fastigium libenter agnoscunt, tributis tamen violentia urgeri, tyrannide opprimi non patiantur; & quæ pensionibus quibusdam certis & definitis Imperii autoritatem recognoscunt, cæterum ipsæ suis ferè moribus ac magistratibus gubernantur, neque tàm student territorio amplificando, quàm libertati suæ conservandæ, uti refert Limnæ. *de. jur publ. tom. 3. lib. 7. cap. 1. num. 35.*

Vulgò Civitates Imperiales dividi solent, in liberas Imperii Civitates, freye Reichs-Städte / & simpliciter Imperiales, Reichs-Städte. Et liberas Imperii Civitates, freye Reichs-Städte / illæ dicuntur, quæ nihil ex aquila Romana in Insigniis habent, & quæ olim sub jugo Episcoporum fuerunt, postea verò seipsas, interveniente pecunia, vel aliis modis in libertatem vindicârunt: Simpliciter verò Imperiales illæ dicuntur, quæ integram aquilam, vel partem Aquilæ in Insigniis habent, prout sentiunt Author *decis. sive præjudic. Camer. Imper.* apud Gyl-

18. man. *symphorem. tom. 3. verb. Civitas Imperialis.* ubi ait: Freye Reichs-Städt werden genannt / die nichts vom Adler in insigniis haben / olim sub jugo Episcoporum, vel aliorum fuerunt, & postmodum liberæ factæ. Simpliciter aber Reichs-Städt / die einen gantzen Adler / oder etwas darvon führen / ut Nürnberg. Hinc in genere dici debet, die Ehrbare Freye und Reichs-Städt. Quem postea secuti sunt Wehner. *pract. observat. verb.* Freye Reichs-Städte. *in princ.* Rutger. Ruland. *de commiss. part. 2. lib. 5. cap. 4. n. 41. lit.* K. Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 2. cap. 1. n. 81 & seq.* Besold *de jur. civit. Imperial. n. 4. & class. 1. disput. 9. n. 11. seq.* Bocer. *de jurisdict. cap. 8. n. 82. seq. & de collect. cap. 4. n. 29.* Lehman. *Chronic. Spirens. lib. 4. cap. 4.* Reinking. *de regim. secul. lib. 1. class. 4. cap. 20. n. 40. & seq.*

2. Alii in eo differentiam ponunt, & discriminis causam assignant, quod propriè liberæ civitates, Freye Reichs-Städt vocentur, quæ à Germaniæ Regibus vel Cæsaribus conditæ, & quæ semper & ab ævo neminem superiorem, quàm Imperatorem, recognoverunt, simpliciter verò Reichs-Städte / quæ aliis quidem antea subjectæ, postea verò exemptæ, & Imperio immediatè conventionibus subjectæ factæ fuerunt, Author *decis. sive præjudic. Camer. Imper.* apud Gylman. *symphor. tom. 3. verb.* Frey- und Reichs-Städt. *pag 143.* ubi in fine ita scribit: Es kan zum wenigsten hierauß ein Unterscheid genommen werden / daß sie diese Freystädt nennen mögen / welche je und allewegen von alters her kein andere Oberherrn / dann Käyserl. Mayst. oder das Römische Reich gehabt und erkandt haben / aber diese allein propriè Reichs-Städt und nicht Frey-Städt seyn / die vor Zeiten andere Herrn gehabt und sich erst nachfolgends darvon eximiret und außgezogen / und ohne Mittel zum Reich gebracht und erkaufft hatten / wie dann mit Reutlingen und Eßlingen / & quibusdam aliis, bey Menschen gedencken geschehen seyn solle / &c. quod ex eo transcribit Wehner. *pract. observ. verb.* Freye Reichs-Städte. §. Es kan aber. *fol. 178* Mager. *de advocat. cap. 6. n. 154 seq.* de Eslinga hæc tantum relativè adducuntur, tam constat eam ab initio & tempore Imperatoris Friderici II. liberum fuisse, *vid. infr. lib. 3. cap. 13. n. 2.* 19. 20.

3. Communiter differentia, si quæ sit, in eo posita esse censetur; quod illæ liberæ civitates, Freye Reichs-Städte / dicantur, quæ præ aliis, majoribus privilegiis & immunitatibus gaudent, sicuti vult idem Author. *decis. sive præjudic. Camer.* apud Gylman. *symphor. tom. 3. Verb.* Frey und Reichs-Städt / *in princ.* ubi ita tradit: Da aber ein Unterscheid darunder zu begründen / und zu suchen / ist allezeit dafür gehalten worden / daß eine Reichs-Stadt mehr gefreyet ist / dann die andere / und nemblich in Teutschen Landen / deß freyen Abzugs an Gütern / oder aber der Personen halben / daß darinnen kein Leibeigen / oder sonst dienstbare verpflichte Mann oder Erben seyn sollen / die sich (wo sie etwa nach ihrer Gelegenheit an andere Orth oder Herrschafft verrucken wolten) mit der ersten Obrigkeit abtragen / oder abledigen müssen / und werden dermassen etliche Städt / als Heilbronn / Schwäbischen Hall / Eßlingen und dergleichen befunden / mit denen man sich mit Abzug schwerlich abkauffen muß / aber herwiderum ist solches in andern Städten nicht im Brauch / als Straßburg / Speyr / Wormbs / darum sich auch dieselbigen gemeiniglich Frey und Reichs-Städte nennen. Quem sequuntur Mager. *de advocat. cap 6. n. 158.* ubi ait, si quædam differentia subesse censeatur, semper pro eo habitum fuisse, unam civitatem plus altera liberam; & nempe in Germania liberæ, à tributis vel jure migrationis, vel pensionis causa, quod in illis non servi, vel aliâs ad servitia astri-

ćti viri, vel eorum hæredes eſſe debeant, qui
ſi vellent pro ſua oportunitate alia loca & do-
micilia adire, prius ſe à priori magiſtratu vel
domino, ratione Juris migrandi liberare de-
bent, & ita quædam civitates, ut Ulma, Heil-
bronna, Halla Suevorum, Eslinga, & aliæ ſi-
miles reperiuntur, cum quibus ante diſceſ-
ſum, de Falcidia illa quam Abzug/vel Nachſteur
vulgus nominat, conveniendum eſt, quod ge-
nus gabellæ è contra in aliis civitatibus in uſu
non eſt, ut Aquisgrani, Argentinæ, Spiræ, ac
Wormatiæ, quare etiam ſe liberas & Imperi-
ales civitates nominant, Rutger. Ruland. *d.
Commiſſ. part. 2. lib. 5. cap. 4. n. 41.* Wehner. *de
verb.* Freye und Reichs-Städte. §. gemeiniglich ta-
men, *fol. 177. verſ.* Da aber ein Unterſcheid. Hœping.
de jur. inſign. cap. 6. n. 972. Matth. Stephan. *de*
21 *jurisdict. lib. 2. part. 2. c. 1. n. 87. ſeq.* Vel etiam,
uti ſcribit d. Author. *deciſ ſive præjud. Cameral.*
apud Gylman. *ſymphor. tom. 3. verb.* Freye Reichs-
Stadt. §. *audivi & aliam, fol. 143.* quod plurimæ
civitates Imperii teneantur Imperatori quo-
tannis, ad certam pecuniariam ſummam, qua-
ſi pro tributo, vel alio ſubſidio, aut aliâs ſal-
tem in ſimilem recognitionem, ſi non quo-
tannis, tamen certis modis & conditionibus,
puta quotiescunque Imperator aliquam civi-
tatem tranſit, vel ingreditur; cujus ratione &
intuitu non ſunt liberæ, ſed merè & propriè
Imperiales, addens. Aber die wahre rechte und
gründliche Urſachen und Unterſcheid ſolcher Nahmen
bedünckt mich die ſeyn / daß dieſe propriè und præ-
cellenter Frey Städt (neben dem Titul der Reichs-
Stadt) ſeyn und genannt werden ſollen und mögen/
welche ſonderlich fürtreffliche Freyheiten von Käyſerl.
Mayſt. von alters erlangt und herbracht / oder deſſen
gegründete Urſachen haben / daß ſie von den gemeinen
Reichs Anlagen/ in viel Fällen eximirt und außgezo-
gen ſeynd / daß ſie ſolche nicht / wie andere gemeine
Reichs-Städt/ oder Stände tragen / und leiden müſ-
ſen/ als da ſeynd etliche der Städt/und auch andere/ die
in finibus, & limitibus, Imperii ligen/ und darum
ſonſt auſſerhalb deß Reichs zufällige Beſchwerden von
anſtoſſenden Herrſchafften und Käyſerl. Mayſt. Erb-
Landen haben/ und gewarten müſſen/wie man denn von
Biſantz anzeigt/daß dieſelbe/ und andere mehr/ von vie-
len Sachen/ in gemeinen Beſchwerden deß Reichs und
Anlagen gefreyet ſeyn / und nicht wie andere Reichs-
Städte gehalten werden / wiewol ſie auch zum Reich
gehören. Wehner. *pract. obſerv. verb.* Freye Reichs-
Städte / §. *alia eſt ratio.* Mager. *de advocat. c. 6.
n. 156 & 158.* & nominari rectè quasdam civita-
tes Imperiales per excellentiam liberas, quod
præ cæteris privilegiis immunitatum gaude-
ant, & immunes à multis ſint, dictu abſonum
non eſſe; veluti Aquisgranum à vectigalibus
in toto Imperio; nec ejus cives alibi, quàm
coram Scabinis ſenatus conveniuntur, ac aliis
à Carolo Magno ipſis conceſſis utuntur juri-
bus ſcribit poſt Rutg. Ruland. *de commiſſ. part.
2. lib. 5. cap. 4. n. 41. lit. L.* Höping. *de jur. inſign.
cap. 6 n. 970. vid. infr. lib. 3. c. 1. n. 18. ſeq.* Ac Ger-
manos eas civitates liberas appellare, quæ
certo ac definito cenſu Imperii authoritatem
agnoſcentes, in reliquis omnibus, ſuis legi-
bus, non imperio ſuo augendo, ſed propriæ
libertati conſervandæ, operam dantes, vi-
vunt, ſcribit Guicciard. *lib. 7. hiſtor 2.* Lehman.
Chron. Spirenſ. lib. 4. cap. 4 fol. 288. Et diſcrepare
has ipſas etiam liberas & Imperiales civitates
inter ſe, quoad libertatis qualitatem, mirum
in modum, tradit *Mager. d. cap. 6. n. 258.* Quæ-
dam enim, inquiens, omninò, ac in omnibus
Cæſari ac Imperio ſubſunt, aliæ autem non
tam planè, ſed in quibusdam tantum ab Impe-
rii ac Cæſaris poteſtate dependent, alias à
communibus Imperii collectis & tributis in
multis exemptæ & liberatæ, adeò, ut non pro-
inde cum aliis ſtatibus ac civitatibus Imperii
eadem ſufferre teneantur, cujusmodi ſunt aliæ
dictarum civitatum ac aliarum, quæ in fini-
bus ac limitibus Imperii ſitæ, & ideo exceptis
Imperii improviſis oneribus, à proximis regi-
onibus & dominiis, aut etiam Cæſareæ maje-
ſtatis hæreditariis ditionibus, alia habere &
expectare non coguntur, ut de civitate Biſan-
tina dicitur, eam & alias plures in multis à
communibus Imperii difficultatibus immu-
nes eſſe, & non ut aliæ civitates Imperiales
tractari, quantumvis ad Imperium pertine-
ant.

Eſſe autem aliquam differentiam inter ci-
vitates liberas, Freye Reichs-Städte/ & Imperi-
ales ſimpliciter ita dictas, Reichs-Städte/ innu-
ere videtur 1. Copula un̄/ quæ paſſim & ut pluri-
mùm in Receſſibus & Conſtitutionibus Impe-
rii; ubi de civitatibus Imperialibus agitur, ad-
ponitur, non enim dicitur Freye Reichs-Städt/
ſed Freye und Reichs-Städte/ cujusmodi copula
und/ diſtinctionis nota eſt, & innuit, alias civi-
tates Imperiales eſſe Freye/ ſive liberas, & alias
ſimpliciter Imperiales, Reichs-Städte / cùm co-
pulæ natura ſit, ut ponatur inter diverſa, gloſſ. 22.
in rubr. ff. de jur. & fact. ignor. Jaſon. *in l. 32. n.
3. ff. de legib.* & dictionis, &, ſive und/ naturam
eſſe diverſa copulare, docet Lanfranc. *in rubr.
de cauſ. poſſeſſ. & propr. n. 4.* Juxta illud: Jungit
diverſa conjunctio ſignificata Alex *in l. natu-
raliter. §. nihil. ff. de adquir. poſſeſſ.* & ſi diverſæ,
vel diſtinctæ non eſſent, omiſſa copula, und/
dicendum fuiſſet, die Freye Reichs-Städte.

2. Idem colligi videtur ex eo, quod cum o- 23.
lim Aquisgranum loco veteris inſcriptionis:
Moneta Regiæ urbis Aquenſis; hanc ſubſtitu-
iſſet formulam: Moneta liberæ civitatis, A-
quenſis; vox liberæ impugnata, & tota inſcri-
ptio ad veterem formam revocata fuerit, refe-
rente Thuan. *lib. 133 pag. l. 160.* quod fieri nō po-
tuiſſet, ſi eædem, quæ Imperiales, idem eſſent,
quod liberæ civitates.

3. Atque hoc etiam comprobari videtur ex 24.
iis, quæ ſcribit Lehman. *Chron. Spirens. lib. 4. c.
4.* ubi refert, quod apud civitates Imper. uſu
obtineat, ut ipſæ diſcrimen faciant, inter Freye
und Reichs Städte / & *anno 1486.* in Comitiis Es-
lingenſibus, civitatum legatos ſive deputatos,
in hunc modum: Der Frey-Städt Bottſchafften/
ſo auff dieſem Tag geweſen/ &c. & inter hos refert,
Straßburg/ Baſel / Wormbs / Speyr/ Franckfurth/
Hagenau / Colmar. & poſtea: Der Reichs-Städt
Bottſchafft / &c. veluti Augſpurg / Nürnberg/

 Ulm

Ulm/ Reutlingen/Rottenburg/Hall/Gemünd/Memmingen/ Heylbronn/ Dünckelspühl/ Wimpffen/ Ravenspurg/ Winßheim/ Schweinfurth/ Giengen/ Eßlingen. Atque ita etiam in Comitiis Wormatiensibus *ann 1495*. Civitates Imperiales se iterum in liberas, Freye/ & simpliciter Imperiales divisisse,& cum Colonienses præ Aquensibus primum locum occupassent, ac propterea hi assidere denegassent, Colonienses ex Aquensibus quæsivisse, quales se ergò putent, an pro libera an verò simpliciter Imperiali civitate, für ein Frey/ oder für ein Reichs-Stadt/ refert idem Lehman *d. lib 4. cap. 4. fol. 289.* & relatum est *infra lib. 3. cap. 1. n. 13.*

4. Unde etiam Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2 part. 2. cap. 1. n. 85. & 86.* Catalogum refert Civitatum, quæ liberæ Imperiales Freye Reichs-Stätte/ & quæ simpliciter Imperiales sint & dicantur, & liberas Imperiales Civitates numerat octuaginta & quatuor sequentes: Augspurg/ Metz/ Aach/ Lubeck/ Costnitz/ Cölln/ Bamberg/ Ulm/ Schletstatt/ Hagenaw/ Magdeburg/ Oldenburg/ Rottenburg/ Lutzeburg/ Nürnberg/ Franckfurth am Main/ Speyr/ Wormbs/ Oppenheim/ Memmingen/ Kanstein (forte Kempten) Eyssen (Ysny) Wangen/ Ravenspurg/ Uberlingen/ Leytkirch/ Kauffbeurn/ Donawerth/ Nördlingen/ Dinckelsfurth/ (Dinckelspühl) Winshein/ (Winßheimb/ Offenburg/ Pfullendorff/ Dortmunde/ Northausen/ Colmar/ Neuß/ Goßlar/ Weil/ Eßlingen/ Reutlingen/ Rothweil/ Daventer/ Campen/ Schwol/ Kronweissenburg/ Lindaw/ Biberach/ Buchorn/ Achler/ (Aalen) Bopffingen/ Schwäbisch-Gemünd/ Keyserslauttern/ Toll/ Meintz/ Trier/ Gelnhausen/ Wetzlar/ Friedburg/ Siltach/ Mülhausen/ und Hildesheimb. Simpliciter Imperiales tantùm enumerat decem & octo sequentes: Straßburg/ Erfurth/ Breßlaw/ Hamburg/ Braunschweig/ Basel/ Zürch/ Bern/ Lucern/ Solotorn/ Freyburg/ Zug/ Unterwalden/ Glaris/ Uhri/ Schweitz/ Apenzell/ und S. Gallen.

25. Verùm nullam veram, vel realem aliquam esse differentiam inter civitates Imperiales, sive libera Imperiales Freye Reichs-Städte/ sive simpliciter Imperiales, Reichs-Städte/ vocentur, inde firmissimè mihi concludendum videtur, quod in Recessibus & Constitutionibus Imperij Freye und Reichs-Städte/ promiscuè ponuntur, & quæ alicubi vocantur civitates Imperiales liberæ, Freye und Reichs-Städte/ alibi & in eodem Recessu & loco, & in iisdem vel proximè subsequentibus paragraphis, & lineis paucis intermediis, simpliciter civitates Imperiales, Reichs-Städte/ dicuntur. Ita enim in ordinatione Regimenti Augustæ *de anno 1500.* Civitates Imperiales, quæ ibi passim Freye und Reichs-Städte/ dictæ, postea paucis intermediis lineis, sub tit. der dritte Rath. 7. simpliciter Reichs-Städte/ dicuntur, ibi: Herrn und Reichs-Städte. Idem videre licet im Reichs Abschied zu Regenspurg *de an 1532.* ubi quæ ad finem §. uñ wir Churfürsten/ dicuntur, des heiligen Reichs Frey und Reichsstädt. *in.* §. *seq* und seynd diß. simpliciter dicuntur deß heiligen Reichsstädt: Quæ etiam in fine subscriptionis iterum dicuntur die Frey und Reichsstädte. Idem planè reperitur im Reichs Abschied zu Augspurg *de anno 1551.* in Epilogo & subscriptione, §. und wir Churfürsten- *ibi*: und deß heiligen Römischen Reichs Frey und Reichsstädt. &c. & §. *seq.* und seynd diß. *in princ. ibi*: des heiligen Reichsstädt. & *ibid. in fin. ibi.* Den Frey und Reichsstädten Gesandten. Ita im Reichs Abschied zu Wormbs *de anno 1564. in fine*, §. deß zu uhrkund/ civitates Imperiales simpliciter dicuntur, deß heiligen Römischen Reichsstädte & postea eædem ibidem in fine liberæ Imperiales dicuntur, *ibi*: An statt und von wegen der Frey und Reichsstätt. Idem habetur *in fin.* Reichs Abschied zu Augspurg. *de anno 1566.* Reichs Abschied zu Franckfurth. *de anno 1571.* Reichs Abschied zu Speyr. *de anno 1600.* Sic quod im Reichs Abschied zu Regenspurg. *de anno 1541.* in subscriptione dicitur: von der Frey und Reichsstädt wegen/ postea dicitur simpliciter, von wegen der Stadt Cölln/ Aach/ &c. idem habetur *in fin.* Reichs Abschied zu Augspurg. *de anno 1582.* Reichs Abschied zu Regenspurg. *de anno 1594.* Reichs Abschied *de anno 1598. & de anno 1641.* & alibi passim, nec ullibi in subscriptione alia dicitur Freye Reichs Städt/ sed omnes simpliciter Reichsstädte dicuntur. Neque etiam in Imperij constitutionibus, vel catalogo statuum iisdem adjuncto, vel etiam in Imperij matricula inter civitates Imperiales, sive statim ab initio liberæ relictæ, vel postea immunitate & libertate donatæ sint, hujusmodi distinctionis ulla vestigia apparent, nec quid Imperiales liberæ, & quid simpliciter Imperiales sint, & quid inter easdem intersit, ullibi, quod ego noverim, reperitur, sed omnes quoad immediatam Imperij subjectionem, & libertatem, æquali jure censentur. 26.

Atque hoc etiam usus communis loquendi comprobat, ubi nullibi una vel altera Imperialis civitas dicitur die Freye Reichsstadt/ sed tantùm, deß heiligen Reichs-Stadt: Et Imperator in inscriptionibus, decretis, rescriptis & privilegiis, recepto hoc stylo utitur: Unser und deß H. Reichs-Stadt. Ex quo etiam Arumæ. *de Comitiis Imp. cap. 4. n. 127.* Frey und Reichsstätte dici putat, non quod oppositione inter se factâ differant, sed quod præ aliis civitatibus Imperii liberis (quales etiamnum sunt in Germania. Lehman. *Chron. Spir. lib. 4. cap. 5.* & Italia, Marta *decis. Neapol. part. 1. cap. 33. n. 83.* præcipuè verò in Lombardia, quæ recognoscunt Papam vel Imperatorem immediatè, ut ait Marta *d. cap. 33. n. 36.*) in hunc usque diem veterem libertatem, & statum in Imperio conservarent, hocque intuitu non solùm liberæ, quod nullis alterius, quàm solius Imperatoris potestati subsint, dicantur, verum etiam Imperiales, quod cum Electoribus & Principibus ad comitia, in quibus de summa Imperii agitur, vocentur, ejusque status, & honoratiora membra dicantur.

Hinc, quamvis non semper, omnique tempore, par civitatum Imperialium fuerit conditio, sicuti nec ipsæ civitates Imperiales ratione libertatis & privilegiorum sint ejusmodi, sed quædã ab initio majore libertate donatæ, quædã successu temporis privilegia magis illustria promeruerint, quia tamen Imperium Romanũ immediatè agnoscunt, non tàm hoc intui-

tu

tu liberas dici, quàm quod hodie inter liberas & simpliciter Imperiales civitates, sive ab initio liberæ relictæ, sive postea immunitate donatæ sint, nihil quoad immediatam subjectionem interesse, sed omnes æquali jure censeri, communiter Doctores asserunt.
27. Ita enim author *decis. sive præjudic. Cameræ. Imper.* apud Gylman. symphor. *tom. 3. verb.* Frey und Reichsstadt *in princ.* notanter scribit: Gemeiniglich und collectivè davon zu reden / seynd Frey und Reichsstätt im Grund ein Ding / als daß alle Reichsstätte / auch Freystätte sind / und genennet werden sollen / eo respectu & fundamento, daß sie sonsten keinen andern Herrn / dann Käyserl. Majest. oder das heilige Reich ohne Mittel haben und erkennen / und wurd darum / so man aller Stätt wegen / bey Käyserl. Majest. oder deß Heil. Reichs Ständen / oder auch sonsten handeln pflegen thut / der Titul der Freyen und Reichsstätt gemeiniglich copulativè gesetzt / wie dann solcher Titul in deß Käyserlichen Fiscals Register und deß Reichs Anlegung / oder andern Handlungen / mit oder gegen denselbigen / auch copulativè gesetzt und eingeschrieben ist / &c. Quod ex eo scripserunt, & sequuntur, Wehner. *pract. observ. verb.* Freye Reichsstätte. §. Gemeiniglich. Mager. *de advocat. cap. 6. n. 157.* Reinking. *de regim. secul. lib. 1. class. 4. cap. 20. num. 29. seq.* Höping. *de jur. insign. cap. 6. n. 967.* Dn Cluten. *syllog. rer. quotid. conclus. 27. lit. C.* Besold. *de jur. civit. Imper. n. 4.* Paurmeister *de jurisdict. libr. 2. cap. ult. n. 24.* Sixtin. *de regal. lib. 1. cap. 4. n. 78.* Johan. Limnæ. *de jur. publ. tom. 3. lib. 7. cap. 1. num. 34. seq.* Quibus non adversantur, quæ in contrarium adducta: Nam ex eo, quod una civitas citius & statim ab initio, aut serius ad immedietatem & libertatem Imperii pervenit, nulla inter easdem constituenda est differentia, cum ut dictum, nihilominus omnes una eademq; libertate & immedietate gaudeant,
28. non secus, ac illi, qui apud Romanos à nativitatis suæ termino liberi erant, non majori libertate gaudebant, quàm illi, quibus postea libertas dabatur. §. *ult. Instit. de libertin.* quàvis inter utrosq; maxima quandoq; data in aliis fuerit differentia, prout benignitas Principis in alium prodiga, in alterum avara, Limn. *d. lib. 7. cap. 1. n. 35. in fin.* Atq; ita licet una vel altera civitas Imper. præ alia majoribus privilegiis honorata, indè tamen major libertas, vel realis aliqua præeminentia cõcludi non poterit, cum magis & minus non mutent speciem,
29. *l. fin ff. de fund. instr. l. legat generaliter 37. ff. de legat. 1. l. is cui ff. quemad. serv. amit.* Neque etiam ex insignis Aquilæ vel integræ, vel dimidiæ aliqua libertatis differentia concludi poterit, cum & illæ civitates omnes, quæ Aquilæ particulam
30. aliquam gerunt, liberæ dicendæ. Ita enim pleraq; Nobilitas inter Frisios clypeis suis & insigniis dimidiatas jam olim adjecit Aquilas, non alio fine, quàm peculiari libertatis tuendæ studio, indeq; Frisios proverbialis dicterii specie etiamnum se liberos Frisios venditare, seque Cæsarum necessarios & cognatos nuncupare, refert ex aliis Höping *de jur. insign. cap. 6. n. 973. seq.*
31. Quod de copula, &, sive, und / adducitur, parum ad rem facit: Nam copula quidem, distinctionum nota est, sed ratione qualitatum eidem subjecto competentium, non verò continuò diversorum subjectorum: ita enim sicut nemo ex verbis Imperatorum: Unser und deß heiligen Reichsstätte / arguere conabitur, alias civitates Imperiales esse Imperatoris, alias verò Imperii, sed duos respectus subesse, quibus eadem civitas, & Imperatoris & Imperii esse; ita etiam quoad nostrum casum, & libera, & Imperii civitas dicatur. Justus Sinolt. cognom Schütz *colleg. publ. disp. 8 conc. 22. lit. b.* Et copula hæc: und hoc loco nihil aliud inferre mihi videtur, quàm quod civitates Imper. sint liberæ, & imperio imediatè subjectæ, quasi Freye und deß Reichs Stätte.

Quod 2. de Aquisgrano ex Thuano adductum, in contrarium nihil movet, cum non 32.
constet, à quonam, & qua de causa, nova ista Aquensium monetæ inscriptio impugnata fuerit, & nec vox, Regiæ, in antiqua formula usitata, quicquam prohibeat, quo minus Aquisgranum inter civitates Imperial. referatur, sed docet potius, cum de re constet, veterum verborum usum amari, & aliâs quoq; in minimis antiquæ consuetudinis momenta servanda esse, tradat Valer Maxim. *lib. 2 cap. 1.* Schütz *d. lit b.*

Ad 3. Respondetur, allegatum istum Re- 33.
cessum Imperii *anno 1486.* Eslingæ habitum, in fasciculo aliorum Recessuum nuper Mogunt. impressorum non reperiri, cum tamen alius anterior *de anno 1442.* ibidem extet, qua ergo de causa is aliis non sit insertus, mihi non constat, neque eundem apud Goldastum, vel alios authores invenire hactenus potui, atque ita etiam de ejusdem subscriptionis tenore judicare non licet, nec alibi eadem in aliis Recessibus repetita reperitur. Et cum subscriptio ista, uti & aliâs communiter fieri consuevit, secundum scamna, nach den Bäncken / facta, & in subscriptione; der Freyen Stadt Bottschafften / illæ tantùm civitates contineantur, quæ in scamno Rhenano; & in altera; der Reichsstätt Bottschafft / illæ quæ sub scamno Suevico comprehenduntur, quarum tamen plurimæ in Catalogo, à Matthia Stephani allegato, inter liberas civitates referuntur & vice versâ, nonnullæ, quæ à Lehmanno inter liberas, Freye Stätte / referuntur, à Matthia Stephani simpliciter Imperialibus accensentur, colligitur inde erroneam hanc esse Lehmanni inscriptionem, ac in eadem omissa esse voces, Rheinische / & Schwäbische Banck, & in Suevico scamno vocabulum freye prætermissum esse, sive id incuriâ scribæ, sive typographi, sive ipsius relatoris factum fuerit.

4. Matthiæ Stephani catalogum quod atti- 34.
net, is incerto quoque patre natus, ac planè suspectus & vitiosus est, cujus authorem nec ipse laudare potuit; idque inde apparet, cum 1. in calculo erret, dum asserit, octuaginta quatuor esse liberas civitates, & tantùm sexaginta tres recenseat. 2. Cum inter liberas civitates etiam illas referat, quæ alibi in Recessibus imperii, nunquam tales, sed simpliciter Stätte / sive Reichsstätte appellantur: sicuti in specie de Augusta Vindelicorum apparet, quæ

in hoc catalogo inter liberas prima refertur, & tamen in Imperii constitutionibus, non aliter, quàm Stadt/ & Reichsstadt dicitur, sicuti videre licet in subscriptione, Reichs Abschied *de an. 1500. in princ.* Reichs Abschied *de an. 1518. in fin.* Reichs Abs *de an. 1525 in princ. & fin.* Reichs Abschied *de an. 1530. in princ. & fin. de an. 1548. in fin. de an. 1551 1555. 1556. de an. 1582.* & alibi passim, nullibi autem libera Imperialis Freye Reichs-Stadt dicitur. Idem etiam de Spira tenendum, utpote, quæ non alio nomine, quàm Reichs-Stadt/ compellatur, quod etiam de aliis civitatibus ex ipsorum Recessuum subscriptionibus manifestum est, utpote quæ non alio, quàm Stätt & Reichsstätt nomine veniunt, Johan. Limnæ. *de jur. publ. tom. 3. lib 7. cap. 1. num. 36.* 3. Quibus accedit quod catalogus ille inter liberas civitates Imperiales etiam referat Salisburgum, Bambergam, Oldenburgum, & alias, quæ nec olim, & ne quidem hodiè inter civitates Imperiales connumerantur, atque ideò à genere exclusæ, à specie quoque non immeritò excludendæ. Mixtas civitates quod attinet, cum de ipsis non levis sit contentio, an civitates dentur mixtæ, ipsæque quoad libertatem, jurisdictionem, & regalia civitatibus Imperialibus omninò similes, quoad immedietatem verò plenariam aliquo modo dissimiles, juxta Lehman. *Chron. Spirens. libr. 4. cap. 4.* ideòque de iisdem sequenti capite agam. Mixtæ civitates aliæ sunt & dicuntur pactitiæ, aliæ exemtitiæ, aliæ privilegiariæ.

35. Pactitiæ civitates dicuntur, quæ ab initio quidem liberæ & plenæ Imperiales fuerunt, postea verò quoad certa pacta & conditiones Principibus se submiserunt, extra quæ, & in reliquis libertate sua placidè utuntur, per *l. 2. ff. de jur. immunit. l. non dubito. 7. §. liber populus. ff. de captiv. & postlimin.* Gail. 2. *observat. 54. n. 10.* Bruning. *de var. universit. spec. conc. 15. lit a.* seu, quæ pacto libertatem, quam antea ampliorem habuerunt, imminuerunt Bruning. *d. conclus. 15. lit. b.* Michael. Hainß. *de civitat. Imperial. conclus. 5. lit. s.* Et pro hujusmodi civitatibus pactitiis libertatis præsumptionem militare asserit Bruning. *d. conclus 15. lit b.* Hainß *d. conclus. 5. lit. c.* Ad statum autem pactitiæ civitatis duo requiruntur, primùm, ut se submittens, respectu illius, cui se submittit, vel in totum, vel pro parte liber sit, secundò, ut submissio illa fiat certis tantùm capitibus, in cæteris verò libertas integra servetur, Bruning. *d. conclus. 15. lit. a.* An & quatenus autem civitas Imperialis alii statui se subjicere possit, vide *infra cap. 18. n. 37. & seq.* Et
36. quod civitas pactitia extra pacta in reliquis libertate sua fruatur, vide *infra cap 3. n. 35.*

Exemptitiæ civitates illæ dicuntur, quæ aliquando provinciales, sive municipales, & aliis statibus subditæ fuerunt, postea tamen præscriptione, vel contractu, vel alio modo, quoad certa jura, se exemerunt; vel, quæ adquisiverunt libertatem, quam antea non habuerunt. Bruning. *de var. universit. spec conclus. 15. lit. b.* Hainß. *d. conclus. 5. lit. c.* & contra has servitutis præsumptionem militare, scribit Bruning. & Hainß. *d. l.*

Exemptio hæc est vel originaria, vel accidentaria. Originaria illa dicitur, quâ civitates, quæ ab initio concessis ab Imperatoriâ majestate territoriis & dignitatibus quoad Principes postmodum investitos, exemptione originariâ gaudet. Accidentaria verò illa dicitur, quam ex præscriptione, contractibus, pactis aliisque modis civitates acquirunt, Bruning. *d. conclus. 15. lit. b.* 37.

Privilegiariæ civitates dicuntur, quæ certis privilegiis donatæ exemptionem & libertatem quandam sunt adeptæ, ita tamen, ut subjectionis notam non eluant. Michael. Hainß. *d. concl. 5. lit. c.* Bruning. *de concl. 15. lit. b.* ubi inter exemptitiam & privilegiariam civitatem hoc interesse dicit, quod exemtitia in casibus exemtis pro libera reputetur, privilegiaria verò subjectionis notam non eluat Meichsner. *tom. 2. decis. 9. n. 19. fol. 846.* 38.

Sunt quoq; Imperii Civitates, quæ primariæ, & speciali privilegio per excellentiam Imperii civitates dicuntur: Quemadmodum enim, ex reliquis Imperii ordinibus quidam singulari dignitate & excellentia, ad Imperii majestatem augendam singularibus titulis Ducum, Marchionum, Comitum, Baronum Imperii sunt ornati, ita etiam quatuor Imperii civitates, Augusta, Aquisgranum, Metis & Lubeca Imperii civitates dicuntur Petr. de Andlo *de Imper. Rom. lib. 1. cap. 16.* Paurmeist *de jurisdict. lib. 2. cap. ult. n. 33.* Münster. *Cosmogr. lib. 3. c. 18. & 24.* 39.

Et alia est civitatum per quaterniones divisio, qua aliæ dicuntur quatuor pagi: Bamberga Selestadium, Ulma & Hagenoa. Quatuor Rustici: Colonia, Ratisbona, Salisburgum & Constantia. Quatuor villæ: Amberga, Orlemunda, Lichtenavia & Ingelhemia, de quibus videatur Petr. de Andlo *d. cap. 16.* Goldast. *tom. 1. Constitut. Imper. fol. 35.* 40.

Sunt quoque Imperii civitates, quæ dicuntur Leg-Stätt/ sive civitates solutionis, in quib⁹ Imperii contributiones exsolvuntur, Meichsner. *tom. 3. decis. 6. num. 25.* quales referuntur 41.
Francofurtum, Norimberga, Ratisbona, Augusta & Lipsia Reichs Abschied zu Augspurg. *de anno 1566.* §. wiewol nun Churfürsten 36.

Sunt quoque inter civitates Imperiales außschreibende Stätt/ quæ alias convocant, de quibus *infra lib. 2. cap. 11. n. 9. & 10.* 42.

Quamvis autem Imperiales civitates aliæ aliis sint splendidiores, vel opibus, vel subditis, vel privilegiis, ac dignior & præferendus censeatur is, qui potentiorem Ducatum, Principatum vel ditionem habet, Fichard. *consil. 77. n. 15. tom 1.* Knichen. *de Saxon. non provoc. jur. verb. Ducum. cap 2. n. 42. & seq.* in multitudine populi dignitas Regis sit, & in paucitate ignominia Principis, *Proverb. cap. 14. v. 28* Ac dignior quoq; & præferendus is, qui altero ditior est, Cephal. *consil. 615. n. 137. lib. 5.* Menoch. *consil. 126. num. 26. tom. 3.* & divitiæ ac dignitates æquipararentur in *l. 1. ff. d. custod. reor.* & quemadmodum propter paupertatem dignitas sordescit & familiæ splendor obscuratur, Brukman *cons. 22. n. 142. vol. 1.* Trentacinq. *l. 1. var. resol. 1 de statut. n. 3. vers. minor.* Ita enim ob divitias illustratur magis ac magis splendescit Jason. *cons. 33. n. 13. vol. 4.* 43.

Socin.

Socin *sen. cons. 26. n. 8. vol. 4.* Atq; inde etiam non immeritò dignior judicetur & præcedentiam mereatur, qui in nobiliores dominatum & jurisdict. habet *Novell. 15. in fin. præfat.* Cephal. *cons. 615 n. 3 lib. 5.* Natta *cons 637. n 35. tom 3.* Menoch. *cons. 126. n. 5. in fin lib. 2.* Knich. *de jur. territ. cap. 1. n. 1. seq.* & qui illustrioribus leges præscribit, Scip. Ammirat. *lib 2 disc. pol. cap 8* quo enim quis nobilius habet subjectum, & nobilior judicatur, *Novel. 5 in fin.* Simon Pistor. *cons. 18. n 17. vol. 1.* Capyc. *decis 27. n. 23* & ex dignitate subditorum dignitatis præeminentia dignoscitur. Mod. Pistor. *consil. 51. n 36* cum Regiæ dignitatis non sit, imperium exercere in mendicos, sed opulentos potius ac fœlices; Thom. Morus in *Ut op. lib. 1 fol. 103.*

44. Unde Imperator Maximil. I. & Carol. V. ad ostentandam præeminentiam præ cæteris Regibus, jactare soliti sunt, se in Germania esse Reges Regum, in aliis verò Regnis, alios mancipiis & verbis imperitare, & sic Regem Hispaniæ hominum, & Galliæ Regem asinorum esse, Casp. Ens *in thesaur polit part. 3. apotel. 13.* Dn. Compten. *syllog. rer. quotid. conclus. 26. lit. a.* Ziegler. §. *Landsassii. conclus 1. n. 108.* Nolden. *de stat. nobil. cap. 10. n. 23.*

45. Secus tamen hæc se habent quoad civitates Imperiales, utpotè inter quas nulla est differentia, nec una altera major, vel superior habetur, sed omnes una eademq; dignitate & immediatæ subjectionis jure gaudent, sicuti paulò *antea n 27.* dictum est, et si una aliqua altera sit ditior, potentior, amplior vel major, cum magis & minus non mutent speciem, nec

46. diversam speciem constituant, eademq; qualitas in parva, quæ in magna quantitate, ac de parvo & magno regulariter idem jus statuatur, *l. & in majorib C. de appellat. c. novit. 13. X. de judic. c. de appellationib. 11. X de appellat.* ac forma det esse rei, non quantitas, *l. Divus 7. ff. de in integrũ. rest. l. Julian. 9. § si quis rem ff ad exhib.* Unde etiam divitiarum potentia & paupertatis humilitas, vel sublimiorem, vel inferiorem Episcopum non facit, *c. legimus. 24. Dist 93.* Choppin. *de doman. Gall. lib 3. tit. 7. n. 12.* Poterit quis multis imperare, at non qualitate, & libertate ea, qua alius paucis: poterit longè lateq; extensum tenere Regnum, at non æquè excultum, nec populus abundans, ut aliud angustius: Et revera potentia est qualitas à dignitate separata, Johan. Limnæ *de jur. publ. lib. 4 cap. 9. n. 84.*

47. Quapropter licet Regis ditio unius scopuli terminis finiatur, sicuti de Regno Ulyssis refert. Horat. vel nidi instar fuerit, ut ait Cicero, & Regno Yvetot in Gallia. de quo vide Limn. *in Notit. Regni Franciæ. lib 1. c. 4. lit. ccc. ddd. eee. fol. 103. & seq. add. infra c. 12. n. 106.* æqua tamen summa majestate & potestate gaudere potest, qua potentissimus Monarcha, si non extensivè, tamen intensivè, ut scribit Nolden. *de stat. nobil. cap. 10. n. 54.* Nec enim minus Regis titulo gaudebat Emathion angustis inclusis pagis, Justin. *lib 7.* aut cui uxor cibaria coquebat, apud Herodot *lib 8* quàm Alexand. Magn. qui totum mundum sibi debellasse videbatur; aut Artaxerxes, qui regnavit ab India, usque ad Æthiopiam super centum viginti septem provincias, ut legitur *Esther. 1. vers. 1.* & apud Plutarch. *in vita Artaxerx.* Sic Eumenes Rex Pergami fractis opibus, etsi nihil præter arcem, in qua obsidebatur, suum dicere posset, cum tamen de pace ageretur, cum Antigono Asiæ Rege, qui ut potentia, sic etiam dignitate superior videri vellet, Legatis Antigoni respondit, superiorem se neminem accepturum, quam diu gladium manu exertum teneret, sicuti ex Plutarch. *in Eumen* refert Bodin *de republ lib. 1. cap 9. fol 224.* Non enim summa potestas, vel Re- 48.
gia majestas divitiis, neq; locorum spatiis, neque numerosa provinciarum multitudine definienda, nam ut ait Bodin. *de republ. lib. 1. cap. 2. fol 15.* sicuti Elephas non magis animal dici de- 49.
bet, quam formica, sic Ragusia civitatum ferè omnium, quæ sunt in Europa, minima, non minus Respublica dici debet, quàm Turcarum aut Tartarorum, aut etiam Hispanorum, quorum Imperia iisdem finibus, quibus solis cursus terminantur. Et quemadmodum exigua familia angustissimis gurgustiis comprehensa, odem familiarum jure censetur, quo quæ superbissimus, à cæteris patentibus ædificiis gloriantur: Sic Ulysses cujus Imper. Ithaca scopulo continebatur, Rex æquè dicitur ab Homero, atq; Agamemn. Bodin. *d. fol. 15.* Ita inter Helvetiorum civitates Tigurini cœteris dignitate priores sunt, etiamsi Bernates opibus, & Imperii finibus potentiores habeantur, Bodin. *d. lib. 1. cap. 9. fol. 225* Unde cum Julius Cæsar in transi- 50.
tu Alpium oppidum quoddam humile prætereiret, comitibus per jocum & risum percontantibus, num illic etiam aliquos esse putaret Principatus, ambitionis & dignitatis certamina, seriò respondit: mallem hic primus esse, quàm Romæ secundus, Plutarch. *in vit. Jul. Cæsar.* Tiraquel. *de nobilit cap. 12. num. 2.*

Hinc quoq; in Imperii nostri Romani Comi- 51.
tiis Dux Holsatiæ, Dux Sabaudiæ, & Lotharingiæ, licet potentissimi sint, non tamen præferuntur Imperii Ducib⁹ antiquioribus, quamvis potentia & regiorum amplitudine multum inferioribus, Goldast. *de majorat. cap. 17. n 5.* Quod etiam in ipsis civitatibus Imperialibus videre licet, utpotè quæ in comitiis non secundum civitatem splendorem, magnitudinem, amplitudinem, opulentiam, & civium dignitatem, vel privilegiorum multitudinem, sessionem & votum habent, sed juxta ordinem & morem antiquitus observatum incedunt, ac aliæ præ aliis votis & aliis actibus, nullã prærogativam habent, nisi quoad ordinem & præcedentiam. Atq; hæc in tantum procedunt, ut nec civitates primariæ, die außschreibende Stätt/ in reliquas inferiores prærogativam aliquam, vel jurisdictionem ullam habeant, cum par in 52.
parem non habeat jurisdictionem & superioritatem, *l. nam & magistratus. ff. de arbitr. l. ille à quo 13. §. tempestivum 4. ff. ad SCt. Trebell. c. innotuit. X. de elect.* Harumque officium tantummodo consistat in convocando, proponendo, &c. sicuti apparet ex traditis *infra lib. 2. cap. 11. n 10.* De civitatibus Deputatis & quænam sint, vide *infra lib. 2. cap. 2. n. 14.*

CA-

CAPUT III.
De Civitatibus Mixtis.

Summaria.

1. Mixtas dari civitates nonnulli negant.
2. Constitutiones Imperij earum non faciunt mentionem.
3. Hanseaticæ inter Imperiales non referuntur.
4. Annumerantur provincialibus.
5. Doctores unius tantum generis civitatum Imperialium mentionem faciunt.
6. Mixtæ Civitates aliis Dominis homagium præstant.
7. Alij Domini in eas maxima jura habent.
8. Hamburgum licet Holsatiæ Ducibus homagium præstat, quoad alia tamen jura Imperialis est.
9. Idem quoad Brunsuigum.
10. Mixtas esse civitates, quinam tradant, & n. 11. 12. 13. 14. 15. 16.
11. Vna eademq́ persona diversis respectibus & juribus considerari potest.
18. Respectu bonorum aliquis esse potest Imperio immediate subjectus & Landsassius.
19. Duplex qualitas in una persona facit, ut pro duabus reputetur.
20. Exemplo Principum Catholicorum.
21. Regis Hispaniarum.
22. Regis Daniæ.
23. Ducis Clivensis & Brunsuicensis.
24. Lotharingiæ & Sabaudiæ.
25. Comitum Rheingraviorum.
26. Comitum de Schwartzenburg/ Stollberg/ &c.
27. Ipsius Imperatoris.
28. Quorundam Nobilium.
29. Aliorumq́ Comitum & Baronum in Austria, Bavaria, &c.
30. Patriciorum & Civitatum nonnullarum Imperialium.
31. Rostochium ad mixtas civitates refertur.
32. Vti & Goslaria, Erphordia, Lemgovia.
33. Mixtæ Civitates rectius Imperialibus accensentur.
34. A potentiori fit denominatio.
35. Civitates mixtæ, quoad pacta tantum subditæ, in reliquis liberæ permanent.
36. Qui se ad certa quædam obligat, in reliquis se non obligatam declarat.
37. Vnius inclusio est alterius exclusio.
38. Mixtæ civitates maxima habent privilegia.
39. Cur earum mentio non fiat in Imperij Recessibus.
40. Ad 2. & 3. Paurmeisteri argumentum responsio.
41. Homagium diversimodè præstatur.
42. Colonia licet Archiepiscopo præstet homagium, nihilominus tamen libera est.
43. Domini quandoq́ subditis juratam fidem præstant.
44. A juribus quibusdam specialibus ad universalem superioritatem concludi nequit.
45. Exemplo civitatum Coloniensis, 46. Goslariensis Brunsuicensis, 47. Norimbergensis, 48. Magdeburgensis, 49. Erphordiensis, 50. Aquisgranensis, 51. Argentinensis, Augustanæ, Wormatiensis, Spirensis, 52. Hagenoviensis, 53. Fridbergensis.
54. Mixtarum Civitatum conditio non est eadem, & tenor pactorum inspiciendus.
55. Civitates mixtæ an sint Status Imperii, & quo significatu, n. 114.
56. Differentia est inter illos, qui sunt Status Imperij, & qui Imperio immediatè subjecti.
57. Civitates mixtæ olim in comitijs comparuerunt, & matriculæ inscriptæ.
58. A præterito ad præsens præsumitur.
59. Qualis quis olim fuit, talis & hodie esse censetur.
60. Semel aliquem in matricula scriptum esse sufficit ad status probationem.
61. Civitates Imperiales, licet in ipsis alij status jura nonnulla habeant, nihilominus tamen status permanent.
62. Mixtæ civitates in Camera Imperiali conveniuntur.
63. Regalia obtinent.
64. Habentur pro personis publicis.
65. Habent jura Principum.
66. Ius fisci.
67. Et archivi.
68. Habent Religionis libertatem.
69. Constitutione pignorationum utuntur.
70. Collectas Imperio plerumq́ solvunt.
71. Fœdera contrahunt, & quatenus.
72. Magistratus liberè constituunt.
73. Ex principis familia in civitate subdita delinquens à quo puniri possit.
74. Exemptio & privilegium Domini, ad officiales & famulos pertinet.
75. Sicuti clericorum ad concubinas.
76. Et universitatis ad ministros.
77. Mixtæ Civitates alijs se in protectionem concedere possunt.
78. Quæ in effectu conveniunt, inter se quoq́ convenire censentur.

79. Quæ-

79. Qualis effectus, talis causa.
80. Quis propriè sit status Imperii dubitatur.
81. Dictio, Imprimis, casum dubitabilem implicat.
82. Dictio, Horum, quid importet.
83. Matricula Imperii quando primum facta.
84. Rex Bohemiæ in matricula Imperii non continetur, & tamen Imperii Status dicitur, & n. 87.
85. Status Imperii unde dicatur.
86. Rex Bohemiæ Imperii onera non præstat.
88. Matricula duplex.
89. Sunt Status, qui ad Comitia non vocantur.
90. Quare Reges Bohemiæ in Comitiis non compareant.
91. Austriæ Archiduces in Comitiis inviti comparare non tenentur.
92. Idem est, quoad Lotharingiæ Duces & Belgiæ provincias, qui tamen citari solent.
93. Non omnes civitates Imperiales & status in Comitiis comparent.
94. Sicuti & administratores Episcopatuum, Abbates nonnulli, Barones, & Nobiles immediati.
95. Principes Appennagiati.
96. Non omnes Comites, Barones & Prælati vota in Comitiis habent.
97. Pro Statibus habentur, qui primum in horum numerum recepti, licet sessionem nondum adepti.
98. Reperiuntur in matricula, de quibus non constat quinam sint.
99. Status à subsistendo dictus videtur.
100. Quare Status & Civitates nonnullæ in matricula olim comprehensi, in ea ulterius non reperiantur.
101. Statum Imperii esse est dignitas personalis, n. 105.
102. Status aliquis à collectis eximi potest.
103. Status Imperii permanent, qui nihil in Imperio possident.
104. Sicuti etiam Status extorres, & depossessionati titulum retinent, & ad Comitia vocantur.
106. Ratio originis consideratur, si origine quis sit Status.
107. Distincta sunt Status Imperii & territorij jura.
108. Immediata subjectio etiam sine territorio subsistit.
109. Vt quis sit Imperij Status, non opus est, ut bona ab Imperio in feudum habeat.
110. Ordinatio Circulorum quando & quomodo facta.
111. Quotuplices sint Imperij Status.
112. Italiæ nonnulli Principes immediatè Imperio sunt subjecti, qui tamen Imperij Constitutionibus nonnullis non utuntur.
113. Quinam illi sint.
114. Vocabulum Status latè & strictè accipitur.

1. Mixtas dari in Germania civitates, partim Imperiales, & partim provinciales, nonnulli in dubium vocant, idque negant, inprimis civitatum libertatis inimicissimus hostis Andreas Knichen *passim*. Paurmeister. *de jurisdict. lib. 2. cap. ult. n. 17. & 31.* Engelbrecht. *de jurisdict. conclus. 155. seq.* Easque civitatibus provincialibus adnumerat Paurmeister. *d. n.*
2. *17. & 31.* Idque his potissimùm rationibus. 1. Quod constitutiones & acta Imperii nulla alia civitatum genera agnoscunt, quàm Imperialium ac provincialium, vulgò Reichs-Städt/ und Fürsten sive Land-Städt. Reichs Abschied zu Speyer *de anno 1544.* §. die Frey- und Reichs-Stätte/ auch andere Stätt/ so den Fürsten oder andern Herrschafften zu gehören. Reichs Abschied zu Augspurg *de anno 1548.* §. Und als erstlich *47. ibi*: Daß etlicher Fürsten und Herrn Stätte. Reichs Abschied zu Augspurg. *de anno 1566.* §. die Hein- und See-Stätt. *51.* Et quotiescunque liberarum Imperii civitatum mentio fit, ex tantùm intelliguntur, quæ ad conventus publicos vocantur, & quæ jura comitiorum habent, sicuti vulgata Imperii Recessuum subscriptio comprobat his verbis: Und wir Chur-Fürsten/ Fürsten/ Prælaten/ Grafen/ Herrn und deß heiligen Reichs Frey- und Reichs-Stätte.

2. Idem probare conatur ex eo, quod licet 3.
civitates maritimæ, sive Anseaticæ, quoad punctum Contributionis, neque Imperio, neque Electoribus, Principibus vel aliis ordinibus se subjectas esse prætendant, inter civitates tamen Imperiales non referantur, Reichs Abschied zu Augspurg *de anno 1548.* §. und als erstlich. *47. ibi*: Wiewol nun solcher Articul allein auf die See- und Ansee-Stätte/ die solcher Hülff halben/ weder dem Reich/ noch andern Chur-Fürsten/ Fürsten oder Herrn unterworffen seyn wollen. Et quod Electoribus, Principibus ac ordinibus, in quorum territoriis Anseaticæ civitates sunt sitæ, superioritatis & alia jura in eas expresse reservantur, Reichs Abschied zu Regenspurg *de an. 1576.* §. wir wollen auch zu mehrer. *22.* Idem etiam, & 4.
quod mixtæ hujusmodi & Anseaticæ Civitates ex genere civitatū provincialium non sint exemptæ, sed iisdem annumerentur, probare videtur, Reichs Abschied zu Augspurg *de anno 1566.* §. die Hain- und See-Stätt belangend. *51.* ubi inter ordines Imperii convenit, quod tractatio ejusmodi cum civitatibus Anseaticis super collectis ita instituí debeat, ut Electorum, Principum, ac ordinum juri & superioritati, quoad ipsorum collectas, nullum fiat præjudicium, nihilque rationibus ærarii Imperialis detrahatur.

3. Quibus addit Paurmeisterus, quod Ludovicus 5.

dovicus Crempius, & Hieronymus zum Lamb/
& alius quidam anonymus, de jure civitatum
Imperialium consulti, & negociorum Imperi-
alium peritissimi Advocati, in consiliis suis
Francofurti editis, unius tantùm generis li-
berarum Imperii civitatum meminerint, illa-
rum nimirum, quæ inter status Imperii refe-
runtur, nuspiam verò tertii & mixti generis
mentionem faciant.

6. Idem quoque 4. ex eo comprobari videtur,
quod hujusmodi civitates Electoribus, Prin-
cipibus, Comitibus & aliis territoriorum Do-
minis homagium præstare soleant, quod in-
dubitatum subjectionis signum, & non ab a-
liis, quàm subditis, ac civitatibus provincia-
libus præstari constat ex traditis *infra lib. 2. cap.
9. n. 16. & seq.*

7. 5. Quibus denique accedere videtur, quod
in civitatibus hujusmodi, quæ mixtæ dicun-
tur, Electores, Principes, Comites & alii Sta-
tus plerumque jura maxima & summa habe-
ant; præsertim territorialia regalia, & alia
similia, quæ subjectionem immediatam planè
excludunt, per tradita *infra lib. 2. cap. 4. & 5.*

Verùm his non attentis, esse aliquas civita-
tes, quæ quoad quædam alios status quodam-
modò superiores agnoscunt, in reliquis verò
Imperatori & Imperio immediatè subsunt &
parent, easque mixtas dici, ipsa experientia
8. testatur, rerumque exempla quam plurima
demonstrant, idque maximè comprobat illu-
stre præjudicium Caroli IV. Imperatoris de
Civitate Hamburgensi, quæ cum unà cum u-
niversitate Ducatus, cui illa adhæret, Holsa-
tiæ Duci in feudum concedi semper fuerit so-
lita, eique homagium præstiterit ac etiam-
num hodie præstet, sicuti probat ex Crantz.
Hotoman. *disput. feud. cap. 24.* ac propterea an-
te aliquot annos Holsatiæ tunc Comites, qui
hodie Duces, eandem tanquam simpliciter si-
bi subjectam, ac merè provincialem sibi ap-
propriare, inibique imperium exercere atten-
tarent, litem hanc ad se delatam Imperator
Carolus IV. Lubecæ ita interloquendo deter-
minavit, ut Hamburgum oppidum Comiti-
bus quidem pareret, salvis tamen libertati-
bus, quas ab Imperiali culmine promerue-
runt, Albert. Crantz. *in Saxon. lib. 10. cap. 2.*
Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 2. cap. 1.
num. 22.* Besold. *de jur. universit. cap. 8. n. 5.* ubi
ait, quod hoc nihil aliud sit, ac si dixisset: Ci-
vitatem, quoad suas immunitates, libertates,
privilegia, imperio immediatè subjectam es-
se, horumque respectu Comitem ipsi nihil
præcipere posse, indeque ipsi plene subditam
dici non debere, confer *infra lib. 4. cap. 1. n. 78.
& seq.*

9. Consimile exemplum & præjudicium pro-
diit in causa Braunschweig contra Braunschweig/
quo Camera Imperialis Spiræ *27. Septembris
anno. 1599.* Henrico Julio Duci Brunsuicensi
purè & absque clausula mandavit, ut à cogni-
tione & processibus causarum, regalia civita-
tis attinentium, planè abstineat, Besold. *de jur.
universit. d. cap. 8 n. 5* Dn. Cluten. *syllog. rer. quo-
tid. conclus. 27. lit. e.* Matth. Stephan. *de juris-
dict. lib. 2. part. 2. cap. 1. n. 23.* ubi addit, quod li-
cet Civitas Brunsuicensis certo respectu Du-
cem Brunsuicensem ratione territorii reco-
gnoscat, ratione tamen regalium, quæ habet
ab Imperatoribus & Imperio, immediatè eam
subditam esse. Et annis quoque quatuor ante,
Brunsuicenses Pragæ decretum impetrasse,
quo declaratum, eos in possessione, vel quasi
juris contribuendi Imperio immediatè esse,
nec à Principe ad suarum collectarum imple-
mentum, tributa Imperialia, ab iis exigi pos-
se, gravi præstituta in secus facientem pœnâ,
refert Author *Actor. Brunsuicens. respons. 6. fol.
6.* Ex quo etiam cives Brunsuicenses ab Impe-
ratore Maximiliano *anno 1575.* in diplomate
quodam Imperatoris & Imperii cives nomina-
ri, unsere und deß Reichs Liebe getreue Bürgermeister
und Rath der Stadt Braunschweig/ ut videre licet
in dict. Actis Brunsuic. part. 1. fol. 72 confer *infra n.
38. & lib. 4. cap. 1. n. 25.* Klok. *v. 1. cons. 14. n. 1. & n. 115.*

Atque hinc etiam mixtas dari civitates, par-
tim Imperatori & Imperio, partim verò & cer- 10.
tis conditionibus aliis Statibus parentes, com-
muniter Doctores concludunt, Gail. *2. observ.
54. n. 10.* ubi ait, esse civitates in Germania
nonnullas, quæ certa lege & conventione su-
periorem agnoscunt, & extra pacta conventa
sua placide fruuntur libertate. Cum quo eti-
am transit Mynsinger. *decad. 2. respons. 13 n. 10.* 11.
sunt, inquiens, qui non recognoscunt superi-
orem, ut civitates Imperii, nisi Imperatorem;
sunt, qui recognoscunt, ut oppida, Princi-
pem; non tamen subsunt Principi, nisi cum
certis pactis, sicque habent propriam jurisdi-
ctionem & alia jura publica, &c. Idem tradit
Sixtin. *de regalib. lib. 1. cap. 4. n. 84.* ubi præter 12.
civitates omninò liberas, & eas, quæ solum
Imperatorem superiorem recognoscunt, etiam
alias esse scribit, quæ non aliter, quàm certis
pactis, & conditionibus aliis inferioribus
Principibus subjectæ, & olim merè Imperiales
fuerunt, atque indè tantùm quoad illa pacta,
& expressas conditiones subditæ censeantur,
in reliquis verò liberæ maneant, per *l. 2. ff. de
jur. immunit. l. non dubito §. liber populus. ff. de
captiv. & postlimin.* Quibus accedit referens
in causa Maintz contra Erfurth/ apud Gylman.
symphor. tom. 1. part. 1. tit. 2. de reconv. vot. 1. n. 97. 13.
fol. 90. ubi variis oneribus civitatum remissi-
vè adductis vers. in provinciis addit: In pro-
vinciis Germaniæ sunt quæ nec immediatè o-
mninò imperio, nec tamen propterea etiam
planè Principib⁹ subditæ sunt, in quibus etiam
multa sunt libertatis antiquæ indicia, ut ano-
malæ magis videantur esse, quàm quod sub
certis regulis comprehendi possint. Et plu-
rimæ in Germania civitates reperiuntur, quæ
licèt Principibus subesse videantur, maxima
ab Imperatoribus habent regalia; adeò, ut
an subjectæ, an verò liberæ sint, sæpè dubitari
contingat, scribit Rut. Ruland. *de commissar.
part. 2. lib 5. cap 4. num. 47.* Atque ita in aper- 14.
to esse, dari civitates, quæ quidem merè Im-
periales non sunt, nec solum Imperatorem
mediatè recognoscunt, verum etiam Princi-
pibus, in quorum territoriis sitæ sunt, certis

pactis & conditionibus subsunt: interim tamen non simpliciter, sed multis privilegiis & libertatis axiomatibus illustres, etiam Imperatorem, non solum ratione universalis illius superioritatis, sed specialiori aliqua liberioris immedietatis ratione recognoscunt, ab eoque regalia & jurisdictionem habent, quo respectu quoque non Land-Fürsten oder Erbstätte/ sed Frey-Stätte non nemini appellantur, tradit Justus Sinolt Schütz. *in colleg. public. disput. 8. conclus. 22. lit. G.* ubi addit, quod hujusmodi civitates verè mixti generis, ac partim mediatæ, partim immediatæ sint; partim Imperatores quoad Regalia, partim Principes, quoad territoria, in quibus sitæ sunt, quanquam non quoad ipsum jus terrendi, recognoscant, Reinking. *de regim. secul. lib. 1. class. 4. c. 20. n. 6.*
15. Idem statuit Martin. Mager. *de advocat. cap. 6. n. 168.* ubi ait: Tertiò reperiuntur quædam civitates, non minus de libertate participantes, quæ mixtæ sunt conditionis, & in rebus nonnullis, civitatum Imperialium privilegiis & immunitatibus fruuntur, in quibusdam autem Principibus subsunt, quæ olim quidem immediatè imperio subjectæ, & in matricula inter membra imediata & Status Imperii numeratæ fuerunt, hodie autem Imperio non amplius simpliciter, sed aliis inferioribus Principibus, certis pactis & conditionibus, aliqualiter parent, multa tamen ex iis privilegiis & Regalibus, quæ olim tanquam Imperiales civitates statusque Imperii, aut ex pecu-
16. liari indulto Cæsareo, vel etiam præscriptione habuerunt, adhuc retinet. Idem quoque statuunt Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 2. cap. 1. n. 18.* Thom. Michael. *de jurisdict. conclus. 139.* Bruning. *de var. universit. speciet. concl. 14.* Joh. Wurmser. *de jur. publ. exerc. 1. conclus. 18.* Caspar. Klock. *tom. 1. cons. 31. n. 64.* Johan. Limnæ. *de jur. publ. lib. 7. cap. 1. n. 31.* ubi easdem nec municipales propriè, nec Land-Fürsten/ aut Erbstätte/ ut cæteras, vocari, sed certo respectu Freystätte ab aliis audire asserit. Et sic civitates Imperiales in duplici esse differentia, & quasdam solum Imperatorem immediatè recognoscere, & ab eo plenam & omnem concessam vel præscriptam jurisdictionem ac regalia habere, quasdam verò partim Imperatorem recognoscere, partim etiam certis conditionibus ac pactis Principi alicui, Duci, Marchioni, Comiti, vel aliis Statibus, in quorum territoriis sitæ, vel quibus vicinæ, parere scribit Dn. Bocer. *de collect. cap. 4. n. 26* Reinking. *d. cap. 20. n. 7.*

17. Nec absonum est, unam eandemque civitatem, ratione regalium, privilegiorum & exemptionum Imperatori & Imperio immediatè, in aliis verò, Electoribus, Principibus & aliis Statibus subesse, cum & in una eademq; persona diversissimi respectus concurrere possint, ac una eademque persona diversis respectibus & qualitatibus, diversoque jure considerari possit, per *l. ille à quo. 13. §. fin. & l. seq. ff. ad SCt. Trebell. c. cum capella. X de privileg. c. ex literis. X. de probat. & ibi* gloss. *in verb. vices duorum.* Everhard. *in loc. leg. de tanq. sive respectivis per tot.* Gail. 1. *obs. 30. n. 6. & de arrest. cap. 6. n. 14.* Schrader. *de feud. part. 10. sect. 19. n. 87.* Sixtin. *de regal. 1. cap. 4. n. 122.* Gylman. *symphor. tom. 4. part. 1. vot. 30. n. 186. seq.* atque ita una eademque persona, sive homo, respectu quorundam bonorum imediatè imperio potest esse non sub- 18.
jectus, vel omnino liber, respectu verò aliorum Landsassius & subditus, & alium pro superiore recognoscere tenetur, sicuti constat ex Reichs Abschied zu Augsp. *de an. 1548.* §. wiewol auch *66.* §. nachdem auch *69. &* §. auch der Graffen von Tübingen. *71.* Et unũ eundemq; statum Imperii ratione Regalium, privilegiorũ & exemptionum, imediatæ Cæsareæ majestati subesse, eique homagium personale præstare, in aliis verò ratione bonorum quorundam Electores vel Principes recognoscere, iisque homagium reale præstare, tradunt Gylman. *lib. 1. decis. 46. per tot.* Thom. Michael. *de jurisd. conc. 58. lit. b. in fin.* Vietor. *de exempt. conc. 29.* Non enim contraria sunt, aliquem esse in libertate respectu unius in servitute, quoad alium, *arg. l. loci corpus §. competit. ff. si servit. vind.* Bald. *in c. cum super. n. 1. X. de sent & re judic.* & hoc casu, quando duplex qualitas in una eademq; per- 19.
sona concurrit, illa persona pro duabus personis reputatur, ac proinde habetur, ac si illa duplex qualitas diversis personis inesset, *l. tutorem. 22. ff. de his, quib. ut indign. l. si consul. 3. & l. seq. ff. de adopt. l. cum quadam. 26. ff. de administr. tut. §. si tutor. l. de in offic. testam. c. à collatione. de appell. in 6.* Schrad. *de feud. part. 10 sect. 19. n. 88.* Gail. *de arrest. cap. 6. n. 18.* 20.
Ita in negotiis Ecclesiasticis Electores & Principes Catholicos Papam pro superiore habere, in aliis Cæsari parere, scribit Gail. *1. observ. 30. n. 1. & de pac. publ. lib. 1. cap. 1. n. 12.* sic Rex 21.
Hispaniæ licet in suo Regno summus sit, & neminem superiorem recognoscat, respectu tamen Burgundiæ Ducatus, & aliarum provinciarum Status Imperii est, & in Comitiis non ut Rex supremum locum obtinet, sed ut Dux Burgundiæ suo ordine inter Principes sedet, 22.
Gail. *de arrest. cap. 6. n. 15.* Sic Rex Daniæ & Norwegiæ, licet hodie, qua Rex est, nullum superiorem recognoscat, ratione tamen Ducatus Holsatiæ Romani Imperii Vasallus est, & eidem tanquam alii Status Imperii subest, & Imperatoris majestatem agnoscit, Reichs Abschied zu Speyr *de anno 1542.* § dieweil aber. Gail. *d. cap. 6. n. 16.* Bodin. *de republ. lib. 1. cap. 9. fol. 173.* Sicuti etiam idem Rex Daniæ feuda quædam certorum dominiorum à seipso & sua majestate atque Regno per procuratorem petit & recognoscit, & proinde Regni status est, ut Rex autem feuda illa concedit, Auchor *consil. 5. in caus.* Braunschweig *contra* Braunschweig. *part. 2 n. 20.* Sic Dux Clivensis in Flan- 23.
dria, Brunsuicensis in Hollandia, urbes, arces & dominia possident, quorum respectu non Imperio, sed in Flandria, vel Hollandia forum sortiuntur, Gail. *de arrest. d. cap. 6.* 24.
n. 16. Idem est, quoad Duces Lotharingiæ & Sabaudiæ, qui haud dispari jure Imperatorem Romanum recognoscunt, Bodin. *de republ. lib. 1. c. 9.* Ille enim licet privilegio Imperatoris ex judicio Cameræ exemptus sit, onerum tamen Imperii particeps, Imperatori homa-

gium præstet, & ut alii status Comitiis Imperialibus interest. Hic verò quanquam Imperii Jura in suo Dominio obtineat, Imperatorem tamen, à quo primum Comitiis, deinde etiam Ducis dignitatem consecutus est, tanquam superiorem recognoscit, eique homagium præstat, quod Carolum à Carolo V. restitutum fecisse scribit Bodin. *d. c. 9.* Henr. Bruning. *de var. universit. spec conclus. 6. lit. C.* Dn. Cluten. *syllog. rer. quotid. conclus. 10. lit. b.* Thom.
25. Michael. *d. jurisdict. conclus. 20. lit. e.* Comites Rheingravii respectu feudorum Imperialium sunt Wildæ & Rheni Comites, & Imperio immediatè subjecti, respectu verò Comitatus Solmensis sunt Landsassii Lotharingici, & Duci Lotharingiæ homagium præstant, Dn.
26. Cluten. *d. conclus. 10. lit. e.* Comites de Schwarzenburg / Stollberg / Mannsfeldt / & Barones de Pappenheim / ratione feudorum Regalium inter Status & membra Imperii referuntur, ratione tamen possessionum, quas ab aliis statibus habent, vel uti dicti Barones ratione ditionis Gräventhal / ipsis statibus homagium præstant & parent. Sicuti etiam Barones & Erbtruchsessen zu Waldtburg Imperii status sunt, & tamen ratione quorundam dominiorũ Landsassii & status Provinciales sunt domus Austriacæ, prout testantur acta Ortenburgica.

27. Sic & ipse Imperator ratione ditionum & Ducatuum, quos sub, vel ab Imperio habet, Adsessores Cameræ dat, non tanquam Imperator, sed tanquam Archidux Austriæ, vel alterius cujusq; Principatus, *Ord. Camer. part. 1. tit. 1. §.* nemlich wollen 2. ibi: Von wegen ihrer Liebd und Käyserl. Majest. Erb-Lande / so sie unter / oder von dem Reich haben. Similiter Imperatori in Comitiis ratione Ducatuum & ditionum ab Imperio dependentium onera communi Imperatoris ipsius & Statuum Imperii consensu injunguntur, non tanquam Imperatori, sed tanquam Principi & Statui Imperii. Reichs Abschied zu Nürnberg. *de anno 1542. §* ferner *6. ibi*: daß wir uns mit den ansehnlichen trefflichen Kriegs-Stücken / so uns auff obgemeldtem Speyris. Reichstag / von wegen unser Königreich und Landen in obbestimmte beharrliche Türcken-Hülff zu leisten aufferlegt worden. Ex quo etiam fit, quod ipse Imperator in Camera Imperiali, non quidem tanquam Imperator, sed tanquam Archidux Austriæ, vel alius Imperii Princeps, citari & conveniri possit, quo casu mandata hoc tenore non ita pridem concepta fuisse constat: Wir Carl / 2c. Römischer Käyser / entbieten dir Carl / Ertz-Hertzogen zu Oesterreich / 2c. referente Buxtorff. *ad Aur. Bull. cap 5. concl. 64. circ. fin.*

28. Præterea, teste Nolden. *de stat. nobil. cap. 17. n. 8. seq.* sunt Nobiles, qui respectu certorum quorundam bonorum Landsassii, ratione verò aliorum immediati sunt, & privilegiati, quæ dicuntur Sattel-Gütter. Ratione illorum sunt æquè deß Reichs constitution fähig / als andere. Ita Marfeld im Stifft Münster / Steinheimb und Prumb. Item Fortun in Ducatu Clivensi, da sonsten lautere Landsassen seyn / ratione der Herrschafft Witting und Königelding / sunt specialiter privilegiati, sicq; ratione eorum bonorum ipsis pro cessus decreti, ut in causa Steinheim contra Dortmündn / mandati de relaxando arresto, *Author decis. sive præjud. Camer.* apud Gylman *tom. 3 verb. Nobilitas fol. 235.* Wehner. *pract. obs. verb.* Sattel-Gütter / *& verb.* ohne Mittel dem Reich unterworffen. Ita Nobiles die Riedt Esseln in Jsenach / Landgraviis Hassiæ subjecti, eisq; homagium præstant, & sunt pars ordinis Equestris in Hassia, Landsassen und Erb-Marschalck deß Hauses Hessen / & in conventibus provincialibus comparẽt, à certo quoq; respectu Abbati Fuldensi homagium præstant, & ibi quoq; sunt pars ordinis Equestris, nihilominus tamen in Camera Imperiali multos processus obtinuerunt, non tantùm contra alios imediatos, sed etiam contra ipsum Abbatem Gylm. *Cameral decis. 46. n. 153. part. 1.* Wehn. *d. verb.* ohne Mittel *fol. 1536. in fin. seq.*

Hinc notorium esse, per totam Germaniam multos esse in Imperio Comites & Barones, qui 29.
etsi feuda dignitatum & nobilia ab Imperatore recognoscant, ideoq; inter status & ordines Imperii referantur, qui tamẽ in aliorum Principum Provinciis Dominia quoq; & domicilia sua habent, eorum respectu pro subditis illorũ Principum indubitatè haberi, & proinde ad onera & munera talium Provinciarum, æquè atque alios Provinciales teneri, ut in Austria, Bavaria, Saxonia, Marchia, Hassia & aliis Provinciis, tàm Ecclesiasticorum, quàm Secularium Statuum personis perspicuum est, scribit D. Cluten. *de concl. 10. lit. e.* Idem etiam testatur Kyllinger *de Ganerb. castror. discurs 16. n. 10. seq.* ubi ait, ita nos quotidie fieri videre, ut Nobilis aliquis inferioris Principis vasallus sit, aut etiam certorum bonorum respectu imediatè subsit Imperio videlicet, si feudum possideat Imperii, aut castrum liberum, ein Frey Adelich Ritter-Gut. Eodemq; modo sæpè accidit, ut patricii & 30.
cives Civitatum Imperialium libera ejusmodi bona possideant, & propter eandem immedietatis jure gaudeant, nihilo tamen minus, quoad cæteras facultates suas in civitatibus suis conveniantur, & Senatui pareant, ut alii cives. Ex eodem genere etiam esse Rostochium, & e- 31.
andem civitatem præter alia regalia, una cum ipsis Principibus Megapolitanis æqualiter adhuc hodie excellens, & ad majora regalia pertinens jus condendæ & conservandæ Academiæ habere, idq; non minus civitati, quàm ipsis Principibus competere, scribit Martin. Mager. *de advocat cap. 6. n. 170.* Joh. Adam Dapp. *dissert. de civitat German. cap 10. n. 4.* eandemque urbem jus ipsum, privilegia antiqua, & libertatem retinere, summi Imperii umbram penes Principes Megapolitanos esse, tradit Thuan. *lib 56 Acta Brunsuic. d. resp 6 n. 28. fol. 18* de quo vid. *infra lib. 4 cap 1 n. 121.* De Goslaria, quod partim 32.
Imperialis, & partim provincialis, ac Duci Brunsuic. subdita, idem tradit Matth. Stephan. *d. cap. 1. n. 25.* de qua tamen vide *lib. 3. cap. 20.* Idem quoque de Erphordia, Lemgovia refert Wehner. *pract. observ. verb.* Freye Reichs-Stadt. *vers. hodie quædam fol 179.*

Quamvis autem, ut *supra n 1* dictum, Paur- 33.
meister. mixtas hujusmodi civitates, non Imperialibus, sed provincialibus, civitatibus adnume-

numerandas esse censeat, rectius tamen easdem, à potentiori, civitates Imperiales dici, comuniter Doctores judicant. Matth. Steph. *de jurisd. lib 2. part. 2. cap. 1. n. 18.* Reinking. *de regim. secul. lib. 1. class. 4. cap. 20. n. 6.* vel editione posteriori *n. 9.* Schütz *in colleg. public. disputat. 8. conclus. 22. lit. G.* Gumpelzhaim. *de civitat.* apud Arumæ. *de jur. publ. tom. 2. discurs. 9. conclus. 157. & ibid.* Reinh. König. *de statib. & membr. Imper. discurs 18 concl. 101.* Rut. Rulant. *de commissar. lib. 5. part. 2. cap. 4. n. 47.* Arumæ. *ad Aur. Bull. discurs. 6. concl. 8.* Joh. Adam. Dapp. *in dissertat. de civitat. German. cap. 5 n. 6.* ubi dicit, quod alii civitates Imperiales etiam illas esse velint, quæ sub Imperii tutela degentes, certis pactis & conditionibus Principibus se submiserunt, & plenè liberæ non sunt, nec ad comitia vocantur. Cum enim civitates hujusmodi certò tantùm respectu, certisq; pactis, & quoad certa quædam jura, territoriorū Dominis pareant, & quodammodò subsint, in reliquis verò liberæ, & Imperatori ac Imperio subjectæ, ejusq; superioritatem recognoscant, à
34. potentiori meritò fit denominatio, per *l. quaritur. ff. de stat. hom.* Craver *consil. 638. n. 17.* Quilibet enim quoad quædam se alii submittere potest, qui tamen in reliquis liber manet, Bart. *in l. non dubito. n. 1 ff. de captiv. & postlim. revers.* Bald. *in l. etiam num. 10. C. de jur. dot.* Socin. *in l. si ex toto in fin.*
35. *ff. de legat. 1.* Et hujusmodi mixtas civitates tantùm quoad illa pacta & conditiones expresse subditas censeri, in reliquis verò liberas permanere, tradunt per *l. 2 ff. de jur. immunit. l. non dubito. 7. §. liber populus. 1. ff. de captiv. & postlim. l. quæsitū. 12. §. idem respondit. 43. ff. de fund. instruct. legat.* Decius *consil. 360. n. 7. & 8. & consil 364. n. 11.* Bart. *cons. 59. n. 2. vol. 1.* Roman. *consil. 44 n. 4.* Cravet. *cons. 241. n. 17.* Gail. *2. obs. 54. n. 10.* Caspar. Klock. *de contribut. cap. 6. n. 68. & n. 96. & cap. 14. sect. 3 n. 26.* Mager. *de advocat cap 6. n. 180. seq.* Sixtin. *de regalib. lib. 1. cap. 4. n. 86.* Matth. Stephan. *de jurisd. lib. 2. part. 2. cap. 1. n. 31. seq.* Besold *de civitat. Imper. n. 12.* Reinking. *d. cap. 20. n. 10* Unde illos, qui sub speciali pacto aliquem recognoscunt in superiorem, quoad quædam certa capitula tantùm subjectos censeri, in aliis verò capitulis non dici deserere libertatem, & jurisdictionem, quæ fundatur super conventionibus & pactis, non debere extendi ad alia, quàm in pactis expressa, & talem superiorem dici adquisivisse limitatam jurisdictionem, & consequenter extra limites, non esse superiorem, vel jurisdictionem habere, scribunt Petr. Anchor. *cons. 438.* Albert. Brun. *consil. 53. n. 1. & 2* Caspar.
36. Klock. *1. consil. 14. n. 52.* Gail. *d. n. 10. in fin.* Qui enim certa quædam exprimit, ad quæ teneri velit, declarat se in reliquis obligatum esse nolle *l. cum de. § fundus. ff. d. instr. legat.* Surd. *cons. 234. n. 6.* Rol. à Valle *cons. 1. n. 45. vol. 2.* Mantic. *de tacit.*
37. *convent. lib. 27. tit. 7. n. 17.* cum unius inclusio sit alterius exclusio, *l. cum prætor. 12. ff. de judic. l. cum marit⁹ 21. C. de procur. l. quāvis. 2. C. de pig. l. ait Prætor. 7 §. sed quod. 10 ff. de minor. c. rōne X. de præsumpt.*

Et longè aliam esse rationem & conditionē mixtarum harum civitatum, quàm provincialium, sive municipalium, easque non haberi loco privatorum, sicuti civitates provinciales, sed pro personis publicis, & mēmbris Imperio in reliquis imēdiatè subjectis, indè constat, quod ipse Paurmeist. *de jurisd. lib. 2. cap. ult. n. 30. in fin.* scribit, quod plures & imprimis nobiles Saxoniæ civitates Magdeburgum, Brunsuiga, Brema, Hamburgum, Lunæburgum, & aliæ in matricula non comprehensæ, imò constitutionibus disertè ab Imperialibus sejunctæ, Principibus, in quorum territoriis sitæ, κατὰ πάντα non subditæ, sed amplissima non tantùm ab ordinariis, sed etiam ab ipso Imperio privilegia imūnitates, quib⁹ multas Imperiales longè 38.
superant, obtineant, &c. sicuti in individuo Brunsuiga præ Colonia prærogativam expressè jactat, in *actis Brunsuic. part. 1 fol. 31. & 42.* Idque ex eo potissimùm, quod Colonia facinorosos suos in carcerem tantùm detrudat, & damnandi & absolvēdi potestas penes Archiepisc. Coloniens. resideat, prout hoc pro exemptione sua contra Ducem Brunsuicens. urget, in *dict. actis Brunsuic. respons. 6 n. 23.* Quo fine etiam Armādiarum jus deducit, cujus vigore ex armamentario suo, ad expeditionem Turcicam, multas munitiones Imperatori deprompserit, ejusq; gratia, solum Imperatorem recognoscat, *Acta Brunsuic. d part. 1 fol. 59.* Et aliquas mixtas civitates in tantum Cæsareis privilegiis esse decoratas, ut non tantùm Imperii Comites, sed & Principes quosdam longo post se intervallo relinquant, deprædicat, Taut *disc. de Rebuspubl. Sax. inferior. part. 2. pag. 28.* & inter mixtas civitates nō paucas esse, quæ amplitudine, opibus & potentia multas ex civitatibus Imperialibus longè superant, testatur Sixtin *de regal. lib. 1 cap. 4. n. 86.* Et matricum inferioris Saxoniæ Rerumpublicarum Nobilitatem majorem esse, quàm aliarum civitatum Imperialiū; cum non per surrogationem, in locum præsidum factam, uti aliis accidit, sed à prima suæ atq; originaria fundatione, Respublicæ perfectorum regiminum fuerint, & adhuc sint, nisi se opprimi patiantur: Atq; has quidem maximas atq; matrices Respublicas, aut in solidum omnem suam à sacra Cæsar. Majestate dependentiam habere; aut ratione sui perfecti atq; liberi status (id est respectu liberi & consularis regiminis & juris armorum, cum eadem pertinente mero & mixto imperio, atq; regalibus) imēdiatas & matriculis inscriptas esse; sed certorum jurium respectu aliunde etiam dependere, scribit Joh. Dauth apud Casp. Klock. *consil. 134. n. 22 seq.* ubi *n. 223 seq* addit, quod metropoles hæ Civitates status sui illustris fundationem habeant ex jure gentium, & Saxonum moribus antiquissimis, quibus illæ ante modernorum Principum creationem, inter status liberos Saxoniæ reputatæ sunt, &c.

Quibus negocium non facessunt rationes Paurmeisteri, supra relatæ. Nam primam quod attinet, Recessus Imperii ideò 39.
mixtarum civitatum mentionem non facere, ac easdem civitatibus Imperialibus non connumerare videntur, quod ipsæ in comitiis non conspiciantur, nec sessionem & votū in iisdem obtineāt, Recessus autem de iis tractēt, quæ in

 conven-

conventibus Imperii peraguntur, reliqua verò in Imperio suo loco relinquentes. Et præterea Besoldus *1. polit. 12. n. 70. vers. 3.* artificialem hanc esse dicit distinctionem ex natura ipsius rei depromptam, quam faciant regalia, libertas & jurisdictio, ac alia jura, quæ ab Imperio habeant, & non ita sint in Principum arbitrio, quoad revocationem, quemadmodum municipalibus concessa privilegia. Quod etiam repetit in *dissert. d. jur. universit. c. 8. n. 5.* ubi addit, neminem non videre, notabilem esse differentiam inter eas civitates, quæ regalia, jurisdictionem, libertatem, & alia jura imediatè ab Imperio habent, in quorum exercitio à Principibus impediri nequeunt, iisq; non absolutè, sed salvis privilegiis subsunt; & eas, quæ omnimoda subjectione Principibus subjectæ sunt; ac licet privilegia à Principib' habeant, eorum tamen revocatio in Principum arbitrio posita esse videtur. Et cum ipse Paurmeist. *d. lib. 2. cap. ult. n. 19. ad fin. vers. tertio generalibus.* fateatur, Civitates quasdam esse quæ non *καταπαντὸς*, sive in totum, sed in quibusdam Principum & ordinum aliorum jurisdictione ac potestate exemtæ sint, talemq; Magdeburgum esse asserat, eo ipso mixtas dari & esse civitates adserere videtur, cum non videam quomodo differat, negare civitates esse mixtas, & fateri quasdam ex parte esse liberas, sicuti animadvertit Besold. *de jur. universit. d. cap. 8. n. 5. in fin.*

40. Quod 2. de Hanseaticis civitatibus infert Paurmeist. nihil ad rhombum facere videtur, cum in allegatis Imperii Recessibus non agatur de civitatibus provincialibus, nec ipsæ declarentur, sed Principibus jura, quæ inibi habent, maximè cum in aliis sint majora, & ita subjectionem majorem evincant, in aliis minora, Imperator ipsis ea illibata asservari, nec quoad illa eas eximere velit, de reliqua verò libertate, ac regalibus, quæ mixtionem omninò inducere videntur, nihil decernat.

Ludovici Grempii, & Hieronymi zum Lamb/ & alterius anonymi tertio loco allegatam authoritatem quod attinet, & quod hi mixtarum civitatum mentionem non fecerint, ideò id factum esse censetur, quod ipsi de civitatibus integrum aliquem tractatum non scripserint, vel earundem divisiones non proposuerint, & quod de istis non fuerunt requisiti, sed negotia tantum tractant comitialia de jure sessionis & suffragii, atq; ideò, cum mixtæ civitates comitiis non intersint, de iis quoque respondere, & extra propositum excurrere noluerunt. Neq; etiam ipsis jus Comitiorum, si quod habeant, aut status ac libertatis ademerunt, vel taciturnitate sua adimere potuerunt.

41. Quod 4. de homagio adducitur observandum est, quod homagium aliud sit absolutè sive simpliciter subjectivum, aliud limitatè seu secundum quid. Absolutè subjectivum, sive jurisdictionale homagium est, quod illi purè & simpliciter præstant, qui nullas certas habent pactiones, sive conditiones, sub quibus dominis suis obedientiam & subjectionem promittunt, sed penes quos universalis illa in omnibus absoluta ac immediata subjectio residet, Johan. Bruning. *de homag. conclus. 43.* Limitatè subjectivum, vulgò gemässigte Huldigung/ est vel respectivum, vel conditionatum. Respectivum est quod fit ab iis, qui in quibusdam Domino, cui illud præstant, in quibusdam verò immediatè Imperio sunt subjecti, veluti in casu regalium, aliorumque jurium immediatè à Cæsarea majestate & Imperio dependentium. Bruning. *d. l. conclus. 45.* Conditionatum est, ubi subditi ea vi & virtute homagii juxta antiquum morem & ex conventione Domino novo non ante coguntur fidelitatem jurare, nisi ipse prius privilegia ipsorum confirmaverit & quamdiu eadem observaverit. Bruning. *d. l. conclus. 46.* Et sic aliæ civitates sunt, quæ absolutè, & simpliciter homagiũ præstant, & meræ subditæ sunt Principi suo, quæ provinciales sive municipales dicuntur, Land-Stätte/ Fürstl-Stätte/ Erb-Stätte/ quæ planè subditæ sunt. Aliæ verò quæ homagiũ territorii quidem Domino præstant, sed conditionaliter, cujusmodi homagiũ absolutam non infert subjectionem, sed limitatam, conditionatam, & quoad contenta restrictam, per *l. 2. ff. de jur. immunit.* quod quandoque etiam ratione rerum præstari solet, non autem personæ, ita ut quis etiam duobus vel pluribus præstare possit homagium die Erbhuldigung/ sicuti latissimè agitatum fuit in causa Ortenburg contra Beyern/ de quo Meichsn. *tom. 3. Cameral. decis. 6 per tot.* Gail. *de arrest. cap. 6. n. 10. & seq.* Johan. Bruning. *de homag. conclus. 44. & 45.* ubi tale homagium limitatum & respectivum appellat, exemplo civitatum quarundam Imperialium, quarum quædam vicinis Principibus fidelitatis juramentum præstant, Imperii libertate salva, Tileman. de Benign. *syntagm. 4. decis. 1. vot. 10. n. 18.* Victor. *de exempt. conclus. 36.* Ita enim civitas Hamburgensis Holsatiæ Duci homagium præstat, quæ tamen in cæteris ipsi subjecta non est, sed ad plenam libertatem quam proximè accedit, ut *supra n. 8.* probatum.

Et civitas Coloniensis Archiepiscopo Co- 42.
loniensi homagium præstat, & nihilominus civitas est Imperialis, ac Imperatori quoque jurare solet. Besold. *de jur. civit. Imper. n. 12* ubi ex statutis Coloniensibus *fol. 8.* hanc juramenti formulam refert: Diesen Tag heut/ und diese Tag all/ und von diesem Tag fort/ hulden wir freye Bürger zu Cölln/ unserm Herrn N. Ertz-Bischoffen von Cölln treu und hold zu seyn/ als lang er uns hält/ in Rechte und Ehren/ bey unser guter alter gewohnde/ die wir und unsere Vorfahren herbracht haben.

Quandoq; etiam ipsi Domini subditis reci- 43.
procam fidem præstant, sicuti formula Ducum Lunæburgensium est; Daß Ihre Fürstliche Gnaden wolle den Rath und gemeine Stadt bey allen Rechten/ Gerichten/ Freyheiten/ Gnad und Gewohnheiten/ die sie gehabt haben/ sampt und sonders lassen/ auch daß sie darbey mit gutem Willen/ ohne Hindernuß und Widersprach/ treulich und ewiglich von Ihr Fürstlichen Gnaden sollen beschirmet und gehalten werden. *Act. Brunsuic. part. 1. fol. 41. & fol. 309.* Et Brunsuicẽses prius literas homagiales exigunt, testificantes, daß aller Gram und Widerwill/ biß auf denselben Tag gäntzlich verglichen uñ vertragen sey. Schrad.

cons.

conf. 1. in actis Brunsuic. part. 2. n. 4. seq. Ita quoque videmus plurimos in Imperio Romano existere, qui ratione rerum Principi alicui homagium præstant, ratione autem personæ suæ omninò liberi, & nemini, nisi Cæsari subjecti sunt: Eosdemque constitutionibus Imperii non secus, ac alios immediatos comprehendi, infinitis præjudiciis demõstrari posse, testatur Thom. Michael. *de jurisdict. conclus. 58. lit. b.* Hinc quoq; civitates hujusmodi ideò juramẽtum se præstare dicunt, ut cum Principibus fidelius correspondeant, alterque sine alterius injuria vivant, *Acta. Brunsuic. part. 1. fol. 22.* confer plura *infra. cap. 12. n. 204. seq.*

Ad 5. respondetur, quod ex eo, quod Principes ac alii territoriorũ Domini in civitatibus hujusmodi jura quædam obtineant, ad universalem superioritatem vel subjectionem cõcludi non possit, cum communis Doctorum sit conclusio, quod licet Princeps sive alius quis Dominus in Comitis, Baronis, Nobilis vel civitatis territorio, districtu vel ditione speciem
44. aliquam juris territorialis, vel jurisdictionis, jus collectandi, conducendi, foresti, patronatus, hospitaturæ, intradæ, vel simile quid, conventione, præscriptione, vel alio quodam titulo legitimo adquisiverit, exinde tamen jus ipsum territoriale, sibi minimè adquisiverit, nec Comitem, Baronem, Nobilem, vel civitatem istam sibi subditam esse, Knichen. *in velitat. apol. num. 213.* Ziegler. §. *Landsass. conclus. 1. n. 74. seq.* Zach. Vietor. *de exempt. conclus. 34.* Dn. Cluten. *syllog. rer. quotid. concl. 27. lit. e.* Author deß gründliche Berichts der Stadt Friedberg Standt. *cap. 2. n. 56.* Bidenbach. *nobil. quæst. 1. n. 21. seq.* Sixtin. *de regal. lib. 1. cap. 4. n. 82.* ubi ait: licet non desint Principes vicini, qui ratione meri mixtique Imperii, vel vectigalium, vel salvi conductus, vel similium, in totum, vel tantum ex parte aliquod jus in nonnullis civitatibus Imperialibus ex præscriptione, vel cõventione, cum iis inita, aliove modo adquisiverunt, tamen eæ & liberæ civitates, statusque Imperii nihilominus remanent, & reliqua regalia retinent Meichsner. *in Causa* Ingelheim/ *contra* ChurPfaltz/ *tom. 2. lib. 2. decis. 4. n 71. seq.* ubi eleganter scribit: Etsi constaret, superiorẽ die Lands-Fürstliche Obrigkeit in certo loco habere, ab ea tamen ad alias diversas jurisdictionis species, quarum possessionem & titulum alij probassent, inferri non posse, per ea quæ notat prolixè Gabriel *lib. 5. tit. de præscript. conclus. 2. n. 24.* Alex. *cons. 68. n. 18. lib. 2.* potest enim jurisdictionis species acquiri per unum, uno in loco, & alia species in eodẽ loco per alium. Hier. à Monte *c. 78. n. 4.* Capyc. *decis. 96. n. 9.* Unde nec novum, nec rarum est, ut Principes Electores, & alii Lands-Fürstliche Obrigkeit in civitates & Nobiles prætendant, qui tamen notoriè merum & mixtum Imperium variis modis exercent. Et paulò post addens, à jure conducendi, seu salvi conductus, quod inter regalia numerari solet Boër. *decis. 179. in princ.* Afflict. *in constit. Regn. Sicil. libr. 1. rubr. 17. n. 8.* Bart. *& Dd. in l. nulli. C. de navicul.* ad merum Imperium, & sic ad aliam prorsus diversam speciem argumẽtari non posse per deducta, *infra. lib. 2. cap. 26. n. 7.*

Quod exemplis plurimis demonstrari poterit sic enim Archiepiscopus & Elector Coloni- 45.
ensis, in civitate Coloniensi, in causis criminalibus jus dicendi & exequendi sententiam habet, Cluten. *syllog. rer. quotid. concl. 27. lit. e.* Matth. Stephan. *de jurisdict. libr. 2. part. 2. cap. 1. num. 34.* Reinking. *de regim. secul. lib. 2. class. 2. cap. 17. n. 27.* quæ tamen in reliquis superioritatem territorialem obtinet, & nobile Imperii membrum est. Vietor *de exempt. conclus. 34.* Sixtin. *de regal. lib. 1. cap. 4. n. 82.* Reinking. *d. lib. 1. class. 4. cap. 20. n. 13.* Duces Brunsuicenses Goslariæ insignia
jura habere constat, neque tamen Principes 46.
isti civitatis hujus Domini, & superiores sunt, sed illa libera Imperii civitas dicitur Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 2. cap. 1. n. 25.* Cluten. *Syllog. rer. quotid. conclus. 27. lit. e.* Vietor. *d. conclus. 34.* Besold. *de jur. civit. Imper. n. 12.* ipsimet Duces Brunsuicenses in civitate Brunsuicensi ratione territorii jura nonnulla habent, ratione tamen Regalium, quæ ab Imperatore tenet, eadem civitas immediatè Imperio subdita est, Cluten. *d. lit.* e. Matth. Stephan. *d. cap. 1. n. 23.* confer *supra n. 42. & seq* Marchiones Bran-
denburgenses Norimbergæ sibi Burggraviatũ 47.
vendicant, & nihilominus tamen civitas ista libera, & imperio immediatè subest. Cluten *d. lit. e.* Matth. Stephan. *d. l. n. 26.* Idem est quoad Duces Saxoniæ, qui Burggraviatum Magde-
burgensem sibi adscribũt, cum tamen Magde- 48.
burgum Saxoniæ Ducibus nullatenus subjectum sit Cluten. *d. lit. e.* Matth. Stephan. *d. l. n. 28.* Sic iidem Saxoniæ Duces Erphordiæ ve- 49.
ctigalia, & jus conducendi habent, cum tamen Archiepiscopus Moguntinus civitatem illam sibi vindicet; Cluten. *d. l.* Matth. Steph. *d. l. n. 36.* Dux Juliacensis in civitate Aquisgranensi 50.
jura nonnulla prætendit & habet, quæ tamen civitas nihilominus Imperio imẽdiatè subdita est, Cluten. *d. lit.* e. Matth. Stephan. *d. l. n. 30.* Quod etiam de Hamburga dictum est *supra n.*
8. Sic etiam Episcopus Argentinensis Argenti- 51.
næ, Augustanus Augustæ, Wormatiensis Wormatiæ, Spirensis Spiræ, certa quædam jura sibi vindicant, quas tamen civitates nihilominus Imperiales & liberas, & immediatè Imperio subjectas esse, negari non potest, Cluten. *d. lit. e.* Matth. Stephan. *d. n. 30.* Vietor. *d. conclus. 27.*
Ac licet in & extra civitatem Hagenoviensem 52.
Domus Austriaca vigore der Lands-Vogtey multa regalia ac jura habeat, nihilominus tamen civitas ista libera & Imperialis permanet, plenaque in cæteris superioritate fruitur, sicuti di- 53.
cetur *infra cap. 12. n. 175. & seq* Idem de civitate Fridbergensi deducit Author *cons.* der Stadt Friedberg Standt. &c *per tot.*

Illud autem observandum est, quod mixta- 54.
rum civitatũ conditio & potestas non sit uniformis, sed vel amplior, vel angustior, Besold. *de jur. universit. cap 8. n. 4.* atque ideo tenorem pactorũ & conditionum, quibus Principib⁹ vel aliis statib⁹ subjectæ sunt, & ipsa privilegia inspicienda, & ex iisdem judicandũ esse monent Rut. Ruland *de Commiss. lib. 5. part. 2. cap. 4. n. 47.* Johan. Limnæ. *de jur publ. lib. 7. cap. 1. n. 31. in fin.* & differentiam faciendam inter eas civitates

quæ regalia & privilegia sua ab Imperatore, & eas, quæ illa à suis Principibus habent, putat Ruland. *d. n. 47.*

55. An autem civitates mixtæ sint status Imperii dubio non caret quæstio? Pro negativa sententia facere videtur, quod Status Imperii sit & definiatur, immediatus Imperii civis, in matriculam Imperii, Cæsaris ac communi procerum consensu inscriptus, ut Cæsari in Comitiis de utilitate Imperii proponenti, consilio & suffragiis assistat, sicuti dicetur *infra lib. 2. cap. 2. n. 17. & 18.* ubi etiam *n. 20. & seq.* dictum est sex requiri ad hoc, ut quis Imperii status esse dicatur. Hæc autem requisita, neq; singulatim, neque conjunctim in civitatibus mixtis reperiri, non opus est, ut demonstretur, sed per se patet. Non enim immediatè Imperio sunt subjectæ, & solum Imperatorem imediatè superiorem, sed alios Principes & Status pro dominis in plurimis recognoscunt, sicuti ex præcedentib⁹ constat. Neque etiam in Imperii matricula de *anno 1521* utpotè recentiori & approbata, continentur. Nec in comitiis comparent, vel sessionem & votum obtinent. Nec contributiones Imperio immediatè, sed Principibus ac aliis Dominis solvunt. Nec omnimodam jurisdictionem & regalia habent, sed aliis parent, & alii status regalia & alia plura jura in ipsarum territoriis & ditionibus exercent. Nec certo alicui circulo incorporatæ.

56. Et quamvis secundò, nonnullæ civitates mixtæ regalia ac alia jura ab Imperatore & Imperio obtineant, eorumq; nomine Imperio immediatè sint subjectæ, differentia tamen facienda est inter illos, qui Imperio immediatè sunt subjecti, & illos, qui Status sunt Imperii, Deputations Abschied zu Wormbs de anno 1564. §. und wollen wir. 29. ibi: gegen denen/so nicht Stände deß Reichs jedoch dem heiligen Reich immediatè unterworffen/&c. cum aliud sit, imperio immediatè esse subjectum, aliud imperii statum esse, & latius pateat, immediatè subjectum, quàm Statum esse, *Author. decis. sive præjudic. Cameral.* apud Gylman. *symphor. tom. 3. verb. Nobilitas. fol. 235.* Reinking. *de regim. secul. & Eccles. lib. 1. class. 4. cap. 1. n. 19. & lib. 1. class 5 cap. 10. n. 1 seq.* & sola immedietas ad inducendam Status qualitatem non sufficiat, Reinking. *d. lib. 1. class. 4. cap. 20. n. 18.*

Alii verò mixtas hujusmodi civitates pro statibus Imperii adhucdum habendas esse putant, 1. propterea, quod olim tales fuerint, & plurimæ ex iisdem in anterioribus matriculis insertæ reperiantur, & certa ipsis summa pecuniaria ac militum, sicuti reliquis Statibus in

57. eadem adsignata fuerit, olimq; in Comitiis comparuerint, ac in iisdem sessionem & votum habuerint, prout testatur Regner. Sixtin. *d. regal. lib. 1. cap. 4. n. 84* ubi ait, quod olim omninò liberæ fuerint & in matricula inter membra immediata & Status Imperii extiterint, nec aliter, quàm certis pactis & conditionibus, aliis inferioribus Principibus subjectæ sint, multaq; ex iis privilegiis & regalibus, quæ olim tanquam Imperiales civitates statusque Imperii, aut ex speciali privilegio Cæsareo, vel etiam præscriptione habuerunt, adhuc retineant. Idem etiam testatur Lehman. *Chron. Spirens. lib. 4. cap. 5.* ubi inter tertium ordinem civitatum Imperialium refert civitates Saxoniæ inferioris & alias, quæ libertatem, jura, regalia, superiorem & inferiorem jurisdictionē obtineant, & exerceant, ac in veteribus matriculis inter civitates Imperiales contineantur, hodie tamen ad comitia non vocentur, nec in iisdem sessionem & votum habeant, ubi ait: Die dritte Zahl der Reichs-Stätte/ sind die Nieder-Sächsische und andere Stätte/ welche ihre Freyheit/ Recht/ Regalien, Hohe und Niedere Obrigkeit haben uñ gebrauchen/auch in der alten Reichs-matricul unter den Reichs-Ständen begriffen/ aber weder auff die Reichs- noch Städt-Versamlungen beruffen werden/ auch nicht wie andere Stände/ daselbst unter den Frey- und Reichs-Stätten/ Stand/ Stimmen und session haben/ easdemque in Comitiis Norimbergicis *anno 1467.* in matriculam relatas iisdemque certam summam Equitum ac peditum adsignatam, in hunc modum:

	Zu Roß.	Zu Fuß.
Basel	30	50
Braunschweig	20	40
Bremen	20	40
Erfurt	30	70
Gelhausen	6	12
Göttingen	15	30
Hamburg	20	50
Hildesheim	20	50
Ingelheim	4	8
Lüneburg	30	60
Lemgaw	10	20
Maintz	10	20
Magdeburg	30	60
Prackel	10	20
Padelborn	10	20
Quedlinburg	20	40
Rostock	25	60
Sundt	20	40
Trier	20	40
Tull	8	16
Verdun	8	16
Wißmar	15	30
Warburg	10	20

Quod etiam videre licet ex veteribus aliis matriculis à Limn. *de jur. publ. lib. 4. cap. 7. num. 66.* relatis & addit Lehman. *d. lib. 4 cap. 5.* quod, cum in comitiis Wormatiensibus *an 1495* civitatibus Imperialibus pro subsidiario auxilio impositæ essent *24600.* floreni solvendi, proportione sua sequentes civitates solverint in hunc modum:

Basel	50 Gülden
Bisantz	200 fl.
Costantz	500 fl.
Camerich	200 fl.
Dantzig	600 fl.
Duißburg	50 fl.
Grüningen	1000 fl.
S. Gallen	200 fl.
Hamburg	1000 fl.
Herfurden	60 fl.
Kauffmanns Sarbrück	100 fl.
Lavadt in Frießland	150 fl.

Metz

Metz	1000 fl.
Mülhausen in Elsaß	100 fl.
Niederwesel	200 fl.
Pracks l	60 fl.
Soest	20 fl.
Tull	200 fl.
Teuren	150 fl.
Verdun	150 fl.
Wartenburg	60 fl.

Confer Johan. Dauth. apud Caspar. Klock. *consil. 134. n. 122. seq.*

Cum ergò prædictæ civitates olim fuerint Imperiales, in Comitiis comparuerint, in matricula insertæ, in iisq; certa summa equitum ac peditum adsignata, ac Statibus Imperii adnumeratæ, consequens indè videtur, quod etiam adhucdum hodie pro talibus sint habendæ; siquidem à præterito ad præsens præsumi-
58. tur, *l. sicut. §. iisdem. ff. de accusat. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milit. c. cum juventute. X. de præsumpt. c. monachus dist. 77. Mascard. de probat. concl. 551. n. 5. & concl. 874. per tot.* Everhard. *in loco à tem-*
59. *por. ad tempus 90. n. 4.* sicuti & identitas durare, seu id, quod olim fuit, hodie adhuc esse, Bald. *in l. ex persona. n. 2. C. de prob.* Mascard *d. concl. 874. n. 1.* nec mutatio præsumitur, Cravet. *de antiq. temp. part. 1. n. 22. & part. 4. n. 226.* Alex. *cons. 8. num. 4.* Mascard. *d. concl. 874. n. 1. seq. & concl. 1084. n. 1. & per tot.* sed qualis quis olim fuit, talis etiam hodie existere judicatur per *d. l. non omnes. §. à Barbaris. ff. de re milit. c. semel malus. & ibi gloss. de R. I. in 6.* Mascard. *d. concl. 874. n. 8.* ita, ut qui olim Dominus, idem etiam hodie, *l. sive possidetis. C. de prob.* Mascard. *d. l. concl. 551. n. 1.* Menoch. *1 præsumpt. 48. n. 5.* Alciat. *de præsumpt. reg. 2. præs. 20.* & qui olim subditus, etiam subditus esse præsumatur *c. præterea & ibi* Bald. *X. de transact.* Mascard. *de probat. conclus. 1346. num. 6.* Atque ideò, qui statum Reipubl. mutatum esse dicit, id probare debeat *Author. apolog. Colmar. c. 1.*
60. *membr. 3. lit. l. fol. 152.* Indeq; semel aliquem, & antiquitus in matricula descriptum esse, sufficere ad Status probationem, licet in posterioribus matriculis nomen ejus non reperiatur, concludit Bald. *in l. scriniarios. C de milit. testam.* Gail. *1. obs. 21. n. 11.* Casp. Klock *de contribut. cap. 19. n. 62.* Henr. Bruning. *de var. univers. spec. concl. 38. vers. nec tamen.* Etsi allegare possit fiscus, eximendum reperiri in matricula, collectas Imperio solvisse, in comitiis comparuisse, ad conventus circulares, tanquam epitomen Comitiorum convocatum fuisse, regalia ab Imperatore adquisivisse, fideliterq; & firmiter Imperio adhæsisse, vivat libertas, scribit Zach. Vietor. *de caus. exempt. concl 40. ad fin.* Klock. *d. cap. 19. n 64.* quia omissi hæc Imperio nocumento & fraudi esse non debet, nisi legitimè probatum sit, cum Cæsaris & Statuum consensu & voluntate ex matricula nomen expunctum esse. Petr. Frider. *de processib. lib. 2. cap. 67. n. 4.* Klock. *d. cap. 19. n. 62.* Bruning. *de concl. 38.* Atq; ideò si civitas aliqua semel Imperio imediatè subdita fuisse probetur, ea tàm diu pro imediatè subjecta habetur, donec contrarium & status mutatio, per probationes luce meridiana clariores, demonstretur, *Author. apol. Colmar. cap. 1. membr. 3. lit. l. fol. 152.*

II. Idem concludendum videtur ex eo, quòd 61.
illæ civitates Imperiales, in quibus alii Status & ordines jura aliqua, etiam regalia & similia obtinent, nihilominus liberæ & Imperii Status permanent, Sixtin. *d. regalib. lib. 1. cap. 4. n. 82.* Reinking. *de regim. secul. lib. 1. class. 4. cap. 20. n. 12.* & extra pacta & conventiones mixtis hujusmodi civitatibus, reliqua jura, quæ ipsis antiquitus competierunt, illæsa, salva, sarta, tecta & integra permaneant, sicuti paulò ante *n. 45. seq.* probatum & exemplis demonstratum est.

Quibus etiam III. accedere videtur, quod 62.
mixtæ hujusmodi civitates respectu regaliũ, aliorumq; jurium, quæ ab Imperatore & Imperio obtinent, Imperio immediatè subjectæ, constitutionibus Imperii de immediatè subjectis & Statibus Imperii loquentibus, comprehenduntur, iisq; ut reliqui Status, utuntur & fruuntur. Ita enim 1. horum jurium nomine, vel coram Imperatore, vel in Camera Imperiali conveniuntur, ac ipsis processus activè, & passivè in Camera Imperiali decernuntur, sicuti plurimis præjudiciis, ex Gylman. Meichsner. & aliis, si opus esset, demonstrari posset.

2. Ipsis regalia competunt, secundum Sixtin. 63.
de regal. lib. 1. cap. 4. num. 84. seq. & n. 91. quæ agnoscunt vel ab Imperatore, vel eorum ratione sunt exemptæ, vel ab inferioribus Principibus eadem acceperunt, quorum tamen ex postremis neminem esse dicturum, ratiocinatur Collegium Jurid *in Actis Brunsuicens. respons. 6. n. 29.* Cum regalia, ut regalia, immediata sint, & non nisi à suprema Cæsarea Majestate conferantur, sicuti attestatur Knichen. *de vestitur. pact. 4. num 289. & de jur. territor. cap. 1. n. 340.* vel usu immemoriali adquirantur, Mynsing. *4. obs. 24. & 5. obs. 29.* Wesembec. *cons. 45. n. 22. seq.* si verò eorum commodum in privatos redundet, nomen amittunt, & de pertinentiis castrorum esse dicuntur. *d. respons. 6. n. 23.*

Ex quo 3. Civitates hujusmodi mixtas non 64.
haberi pro privatis, sed publicis personis, tradit Sixtin. *de regal. lib. 1. cap. 4. n. 91.* Non obstante, quod contrarium statuere videatur Gail. *2. obs. 57. n. 8. & de arrest. cap. 9. n. 2.* dum scribit, civitates municipales, & quæ superiorem recognoscunt, privatorum loco haberi, per *l. eum, qui vectigal ff d. V. S. l. nihil interest. ff. ad SCt. Macedon.* siquidem non loquitur de civitatibus mixtis, sed merè provincialibus, sive municipalibus, sicuti apparet ex *observ. 54. n. 10.* ubi ait, quod civitates certis pactis & conditionibus subditæ, quoad illa tantùm pacta & conditiones subjectæ, in reliquis verò liberæ maneant.

4. Regalium ratione, mixtis civitatibus ju- 65.
ra quoq; Principum competere asserit Colleg. juridic. *d. respons 6 n. 30. fol. 41* ex eo, quod is, qui regalia, cum mero, mixtoq; Imperio habet, is quoque jura Principum obtineat, eaq; sit formalis differentia, qua jus Principis habentes, ab aliis secernantur, licet ab Imperatore, in alium plus minus in alium influant. Quemadmodum enim Carol. Magn Lombardicis civitatib⁹ regalia, merum mixtumq; Imperium, ac jura fisci cõcessit, ita Ottonem Magn. Saxoniæ Civitatibus jura Præsidum, meri mixtique Imperii,

perii, ac jus fisci jam antea habentibus, non ademisse, sed confirmasse putat d.Colleg. Jurid. *in actis Brunsuic. consil. 6. num. 30. fol. 41.* per Land-Recht *artic. 28.* Kirchof. *varior. consil. German. lib. 8. cons. 35. n. 6.* Indeque generica Principum definitione has civitates comprehendi, censet Taut. *disc. d. Rebuspubl. Saxon. infer. part. 3. fol. 42. & part. 2. fol. 25. seq.* ubi nomen Regis & Principis in genere sumptum omnibus sacri Imperii Romani Statibus rectè competere; hocque sensu Barones Imperii etiam Principes esse, & dici putat Schrader. *de feud. part. 10. sect. 1. n. 22. seq.*

66. Hinc quoque 5. mixtas hasce civitates jure fisci uti scribit, d. Colleg. Jurid. *in act. Brunsuic. d. resp. 6. n. 30. f. 41.*

67. Idem est 6. quoad jus archivi Rut. Rulant. *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 4. num. 47. & num. 56. seq.* ubi hoc jus civitatibus Anseaticis competere asserit. Et experientia testatur ipsas generale archivum Lubeccæ habere, ubi quotannis conveniunt, Reinking. *de regim. secul. lib. 1. class. 4. cap. 20. num. 54.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 2. cap. 3. n. 21. seq.*

68. 7. Vigore libertatis, & jure Regalium, mixtæ civitates Religionis libertatem habent, & publicè exercent, eoque nomine quædam peculiares cum Cæsare transactiones prætendunt, Henric. Bruning. *de var. universit. specieb. conclus. 20. lit. a.* ubi sicuti mixtarum civitatum in cæteris vel amplior, vel angustior potestas, ita & in hoc Religionis puncto judicandum, & privilegia perpendenda esse monet.

69. 8. Constitutionem quoque pignorationum ad mixtas civitates pertinere, concludit Aut. *Actor. Brunsuic. consil. 5. num. 118.* ubi ex Gailii quodam responso in causa Brunsuicensi ita scribit: Was die Constitution der Pfandung belanget / deren könte man sich auch wol behelffen / sed non sine difficultate: quia illa constitutio requirit, quo utraq; pars, tam pignorator, quam pignoratus immediatè Imperio subjecti, welches argument villeicht bey etlichen möchte statt haben. Aber in Warheit meo judicio, hielte ich dafür / daß Cammerrichter und Beysitzer / in casibus privilegii exemptionis & libertatis, solche processus wohl möchten erkennen. Cum sit notorium, civitatem vestram, non per omnia, sed certo tantum modo, parti adversæ subjectam, in reliquis liberam esse: Also daß man in casibus exeptionis kein subjectionem und Landsässerey allegiren könte.

70. 9. Collectas & contributiones suas cum aliis civitatibus imperialibus ut plurimùm Imperatori & Imperio immediatè solvunt Sixtin. *de regalib. lib. 1. cap. 4. num. 84.* ubi ait, ex his civitatibus mixtis nonnullas existere, adversus quas tanquàm immediatè Imperio adhuc subjectas, & ad solutionem collectarum Imperii una cum aliis ejus imediatis membris obstrictas, processus à Fiscali in Camera Imperiali institutus & adhuc non obstante etiam eorum, qui sibi superioritatem in eas arrogant, contradictione, continuatur, Idem etiam probat Henric. Bruning. *de var. universit. spec. conclus. 38. circa. med.* ubi quæstionem illam decidit; An decisiones Imperiales de exemptis Statibus quoad collectas Imperiales, loquentes, propriè tantum sint Principum, Comitum, & Civitatū Imperialium, an verò etiam pertineant ad civitates mixti generis, quæ in veteribus Imperii matriculis locum habuerunt, welche in den alten Anschlägen begriffen gewesen / puta ad metropoles Saxoniæ inferioris & alias? Et respondet, par hic omnium esse jus, & Status nomen competere etiam iis civitatibus, quæ non sunt merè Imperiales, idque probat Reichs Abschied zu Regenspurg *de anno 1594.* §. und damit unsers *ibi*: Sollen die jenige Stände / so durch andere außgezogen / und nicht in possessione vel quasi libertatis sind / ein jeder sein gebührende Anlag / neben andern Ständen / vermöge deß heiligen Reichs Anschläge / entweder selbst / oder die außziehende Stände vor sie zu bezahlen schuldig seyn, Ex quo apparet, quod civitates, hujusmodi contributiones & collectas suas Imperio vel per se, imediatè, vel per Status eximentes solvere teneantur; indeque profectum esse, quod in recentioribus matriculis, & præsertim ea, quæ anno 152 , confecta, cæterisque perfectior esse creditur, civitates hæ, quæ peculiarem taxam antea habuerunt, nunc cum Principibus nominatim conjunguntur, quod magnum ipsarum libertatis argument esse scribit Bruning. *d. conclus. 38.* propterea, quod hoc collectandi modo soli status onerentur, per consequens illi, qui in collectarum catalogo reperiuntur, sive per se soli, sive unà cum aliis Statibus, pro Statibus habentur. Nec officit, quod collecta illa per alterum fisco infertur; siquidem & qui caput familiæ est Princeps, pro aliis etiam ejusdem familiæ Principibus, & diversorum Episcopatuum Episcopus, sive Administrator, cæterorum nomine collectas in fiscum solvit, qui tamen non minus, ac ipse familiæ caput, ac Episcopatuum administrator, Status sunt & permanent

10. Mixtæ civitates cum aliis quoque fœdera contrahunt, Ubi tamen conventionis formulæ, quibus se aliis subjecerunt, inspiciendæ sunt. Quando enim apparet, quod etiam quoad regalia subjectæ, vel non quoad omnia, sed tamen specialiter jus confœderationis, inscio vel invito Principe ipsis inhibitum, sit; quibus casibus fœdera contrahere non potuerunt. Si verò de tottali (regalium intuitu) subjectione, aut speciali reservatione nihil constet, licitè cum aliis fœdera contrahere poterūt, Arumæ. ad *Aur. Bull. discurs conclus.* 8. Martin. Rumelin. *ad Aur. Bull. part. 2. dissert. 4. conclus. 34.* Atque hoc etiam apparet ex fœdere Hanseatico, quo plurimæ civitates mixtæ continentur, & quod hoc fœdus propterea conspirationis speciem sapere videtur, quod in eo plurimæ civitates comprehendantur, quæ aliorū Imperio subjectæ, & quæ neque Regalia à Cæsare vel Imperio habeant, & superiorem magistratū præter Cæsarem agnoscunt, quibus & alii Principes mandare possunt, quæ etiam nec in comitiis, nec circularib9 conventibus sessionem & votū habent, scribit Rumelin. *d. conclus. 34.* ubi tamē fœdus hoc legitimum & ab Imperat. comprobatum esse refert, de quo *cap. seq. 4. n. 19. & seq.* 71.

11. Civi-

72. 11. Civitates hujusmodi pleræque magistratus liberè constituunt, Johan. Adam. Dapp. *dissert. de civitatib. Germaniæ. part. 2. cap. 10. num. 7.* Henric. Bruning. *de var. universit. spec.* ubi dicit, quod magistratus hi vel ex privilegio Imperatorum, vel consuetudine, vel alio titulo merum mixtumque Imperium sibi adquisiverunt, & vi hujus sui Imperii in delicta in civitatibus suis commissa, animadvertunt. Ubi hanc quoque subnectit quæstionem: An si quis ex familia principis, vel ejus domesticis in civitate sibi subdita delinquat, civitati cognitio tribuenda? in qua quæstione statuendũ credit, quod si in civitate, quæ præscriptione, vel contractu oneroso, maximè hac adjecta
73. clausula, ut jurisdictione tàm liberè, quàm prædecessores concedentis Principis, vel ipse concedens uti possit, merum & mixtum Imperium sibi adquisiverint, ipse magistratus civitatis talia delicta punire possit, per tradita Bover. *singul. 21. verb. causæ cognitio. n. 6.* quatenus ibi asserit, quod Baro causæ cognitionem habeat, si serviens Principis intra suam jurisdictionem deliquerit, Frech. *de feud. lib. 2. de differ. feud. pat. num. 39. & 40.* & quod Rectores sive præsides provinciæ, officiales præfectorum deliquentes punire possint *l. officiales. C. de offic. rect. provinc.* ac posse judicem minorem punire officialem judicis majoris in suo territorio delinquentem scribit Bart. *in l. officiales. C. de offic. rect. provinc.*

A quo tamen non sine ratione discedunt, & cognitionem ad Principem ejusque consiliarios pertinere, tradunt Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 2. cap. 2. num. 81. seq.* Petr. Pœck. *de jur. sist. cap. 22. num. 2. & per tot.* Ziegler. §. *civitas. limit. 1. num. 45. seq.* Berlich. *pract. conclus. part. 1. conclus. 2. num. 33.* Petr. Heig. *part. 2. quæst. 25. per tot.* ubi *n. 13. seq.* ita *anno 1595. mense decembri* judicatum refert. Ubi enim loquitur superior, ibi inferior tacere debet, & præsente majori lumine minus obfuscatur, Heig. *d. l. num. 14.* Et quemadmodum Princeps, sive Dominus istius civitatis ab ejus jurisdictione est exemptus, ita etiam ipsius officiales & ministri aulici, siquidem exemptio Domino competens, etiam ad familiam & ministros, sine quibus esse
74. nequit extenditur *l. hujus ff. qui pot. in pign. l. administrantes, §. 1. ff. de excusat. tut. l. 1. §. f. vir aut uxor. ff. ad SC. Syllan.* Wesembec. *cons. 50. num. 22.* Gail. *de pac. publ. lib. 1. cap. 6. num. 21. in fin.*
75. Indeque clericorum ministri forum sortiuntur clericorum. *l. 1. circa med. & in fin. vers. omnibus. C. de Episcop. & cler.* in tantum, ut etiam clericorum concubinæ, licet putida sint membra, ut ulcus de corpore, cleri judicem sequantur. *c. si concubinæ X. de sent. excommun.* Jason. *in l. cũ quædam puella. ff. de jurisdict.* Matth. Stephan. *d.*
76. *cap. 2. n. 87.* sicuti etiam privilegium universitati, Professoribus ac Scholaribus concessum, eorum quoque ministris & famulis competit. *auth. habita. C. ne fi. pro patr. & ibi. Dd.* Menoch. *arbit. jud. cas. 376. n. 8. & 10.* Rebuff. *de privil. Scholar. privil. 166. n. 1. & 4.* Hinc solere quosdam judices locorum in apparitores Regis manum injicere, sed non posse alium quam Regem judicem in illos animadvertere & ad illũ transmitti solere, eosque Principis consensu postea impetrato, punire posse, scribunt, per *l. in officiales. 4. C. de offic. rect. provinc. l. 2. C. de offic. magistr. milit.* Johan. Faber. *in l. Curialibus 4. C. de lucr. advocat.* Boër. *decis. 8. num. 2.* Renat. Choppin. *de doman. lib. 2. tit. 6. n. 2.* Petr. Peck. *d. cap. 22. num. 3. & 4.* Ziegler. *d.* §. *civitas. limit. 1. num. 47.* non enim hoc casu tam officialium, quàm ipsius Principis Persona respicienda est, Matth. Stephan. *d. cap. 2. n. 96.* Nec unquam Princeps potestatem aliquam tàm largè concessisse videtur, ut non majorem penes se retinuerit; multò minus ipsius & familiarum ejus personæ, sub jurisdictione oppidana comprehendentur. *c. dudum. §. nos igitur. de præbend. in 6. l. inquisitio. & ibi Dd. C. de solution.* Atque hæc quidem procedunt, quando civitas ab ipso Principe jurisdictionem obtinet, & ipse superior sit, secus verò erit, quando civitas ipsa superioritatem & jurisdictionem ab ipso Imperatore, vel præscriptione, vel vigore contractus, quo Princeps omni suo jure renunciavit, obtineat, Bruning. *de var. universit. spec. conclus. 27.* Vel etiam, si Princeps aliqua tantùmmodò jura in civitate quadam conventione, vel alio modo habeat, quæ tamen quoad regalia & alia extra pacta conventa Imperatori imediatè subjecta, quia hæc, quoad reliqua, superioritatem & jurisdictionem immediatam retinet & libera manet, sicuti ex præcedentibus constat.

12. Possunt etiam mixtæ hujusmodi civita- 77.
tes, quæ principi alicui certis pactis & conditionibus subjectæ, aliis se in protectionem concedere, Warem. ab Ehrenberg. *de fœderib. lib. 1. cap. 1. n. 41.* Gail. *2. observ. 54. num. 10.* ubi in hac protectionis materia singulariter observandum monet, castrum vel civitatem certis pactis & conditionibus alicui Principi, vel alteri civitati subjectam, solùm subditam censeri quoad illa pacta, & expressas conditiones, in reliquis vero liberam permanere. Mager. *de advocat. c. 6 n. 173. seq.* ubi distinguendum putat, inter illas civitates, quæ quoad territorialia & Regalia subjectæ sunt Principi, & illas, quæ certis tantùm conditionibus & pactis parent, ita ut, illas quod attinet, cum Princeps in iisdem habeat jus affigendi mandata, statuta præscribendi, nec ipsæ ad Comitia vocentur, nec in Imperii matricula reperiantur, sed & insignia Principis in portis habeant, Dominumque Erbherrn vocent, Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2 part. 1 cap. 7. n. 248.* Cothman. *cons. 57. num. 45. vol. 2.* & hic ipsos liebe getreuen / ac in super Principi suo, ut Landes-Fürsten / juramentum mediatæ subjectionis indicium præstent, Tileman. de Benign. *synt. 4. dec. 1. vot. 10. num. 28.* ejusdem legibus & monitis pareant, Pacian. de probat. *lib. 2. cap. 35.* Marta *de jurisdictione part. 4. cap. 2. cas. 137. num. 10.* de his judicandum sit, quod de aliis subditis, sicuti etiam has civitates, inscio Domino, sese in alterius protectionem dare non posse, docent per *l. illicitas. §. ne potentiores. ff d. offic. præsid.* Rulant *de Commiss. part. 4. lib. 2. cap. 3. n. 14.* Mager. *d. cap. 6. num. 174. seq.*

seq. Quæ autem certis tantùm pactis & conditionibus Principi alicui parent, & superiorem recognoscunt, in reliquis verò extra pacta libertate fruuntur & liberæ censentur, hæ idem jus, quod reliquæ civitates Imperiales habent, & protectores liberè eligere possunt, Warem. ab Ehrenberg. *de fœder. lib. 2. cap. 1. n. 41.* Mager. *d. cap. 6. num. 180. seq.* confer de Erphordia *infra lib. 4. cap. 1. n. 60.*

Cum igitur ex his omnibus constet, quod civitatibus hujusmodi mixtis omnia illa regalia, privilegia, aliaque jura competant, quæ alii status immediati habent, consequens indè est, quod & hæ Status sint Imperii; quæ enim in effectu conveniunt, ea quoque inter se convenire censentur, & quidem simpliciter, per *l. si non sortem. §. indebitum l. ex his. ff.*
78. *de condict. indeb. l. 1. in fin. l. nihil refert. ff. d. condict. sine caus.* Cravet. *consil. 657. n 19. vers. consequenter his dicendum.* & qualis effectus, talis causa, ac ex efficacia effectus, potentia causæ efficientis arguitur Everhard. *loc. legal. ab effectu. 21. n. 2.* & effectus à sua causa dependet, eique
79. connexus est. Gœddæ *4. Marburg. cons. 49. nu. 119.*

Quibus non adversantur ea, quæ in contrarium sunt adducta, nam primum quod attinet, sciendum est, quod vocabulum Status, sive Stand / varias habeat significationes, sicuti dicetur *infra lib. 2. cap. 2. n. 2. & seq.* Unde quoque Doctores pragmatici ad-
80. hucdum non conveniunt, quid propriè sit Status Imperii, & quis sub nomine Status propriè comprehendatur. Quamvis enim plurimi magni nominis Jureconsulti attentarint, quæstionem hanc, quidnam sit Status Imperii, decidere, adeò tamen reperiuntur discrepantes, ut non immeritò dubitetur, an scopum verum attigerint, nec ne, quod indè potissimum evenit, quod nonnulli votis Cameralibus ab Adriano Gylmanno, & aliis editis & congestis, nimium fidei attribuerunt, & quæ in uno vel altero loco particulatim invenerunt, statim & absque præmatura consideratione, pro Delphico oraculo, & indubitata hujus quæstionis decisione habuerunt, & allegarunt, cùm tamen ejusmodi vota non semper à Dominis Cameralibus per majora comprobata, vel secundum eadem decisum, sed sæpius ea, quæ ex una parte pro decisione adducta, ab alio refutata, & pro contraria sententia judicatum fuerit, ideoque vota ejusmodi cum sano & præmaturo judicio legenda, iisque non semper præcisè inhærendum, sed vota cum votis, conferenda, & quid tandem per majora conclusum & pronunciatum fuerit, observandum venit. Et quidem definitionem Gailii, & aliorum sequacium, quod attinet, ea non ab omnibus observata, & alii aliter Statum Imperii definiunt, sicuti dicetur infra *lib. 2. cap. 2. n. 17. & 18.* Ex quibus ibidem dictis si Gailii definitio rectè consideretur, ea opinioni huic non adversatur, siquidem in eadem non omnes Status continentur, & illi, qui in ea non nominati, non excluduntur, sed aliqui tantùm exempli & declarationis causa referuntur, sicuti ex ipsis Gailii verbis: *Horum numero imprimis continentur, &c.* satis colligitur, utpote quæ singularem emphasin continent, & alios Status ibidem nominatim non relatos, non excludunt, sed potius includunt, cum juris sit indubitati, quod dictio, *Imprimis*, non excludat, sed casum 81.
magis dubitabilem implicet, *l. 1. § pater. ver. maximè. ff. de collat. bon.* gloss. *in l. illud. ff. ad. L. Aquil.* Decian. *resp. 30. num. 42. vol. 3.* Sicuti etiam pronomen relativum, *Horum*, ibidem
positum se refert ad Status Imperii in genere, 82.
etiam eos, qui in matriculam non sunt recepti, non verò ad eos tantùm, qui in matricula reperiuntur, ac jus sessuræ, & suffragiorum in comitiis habent, si enim ad hos tantùm restringere voluisset, relativum hoc tautologiæ, & inanis repetitionis vitio laboraret hæc oratio, quæ sic concepta est: *Horum* (Statuum scilicet Imperii) autem numero Imprimis continentur Electores, Principes, Comites, Barones, & Civitates Imperiales. Horum autem numero hi inprimis contineri non possunt, sed sunt illi ipsi Status, quibus matricula constat, & præter eos nemo comprehenditur, ideòque prædicta verba in hisce Statibus tantùm, qui matricula continentur verificari non possunt, sed necessariò ad alios etiam Status Imperii, qui non sunt in matricula comprehensi, referenda erunt, & sic vocabulum, *Imprimis*, includit etiam illos Status, qui non sunt immatriculati, & in Comitiis sessionem & votum non habent, atque ita Gailius præsupponit, alios etiam adhuc extare Status extra matriculam, quales sunt Principes & Comites, qui non sunt in administratione, Nobiles immediati, civitates Hanseaticæ & mixtæ, & alii.

Atque hoc etiam clarius exindè patescet si requisita illa, quæ ad Status constitutionem & probationem suprà relata sunt, exactius examinata fuerint. Quamvis enim, quoad primum non sit dubium, quod is, qui pro Statu Imperii haberi velit, is Imperio immediatè subjectus esse debeat; Secundum tamen requisitum, & quod matriculæ Imperii insertus, eique certa summa vel militum vel peditum adsignata esse, vel hoc nomine certam
summam contribuere debeat, certo funda- 83.
mento destituitur. Siquidem prima & vetustissima matricula primum tempore Imperatoris Friderici III. in Comitiis Norimbergicis *anno 1467.* altera Francofurti *anno 1489.* & tertia in Comitiis Norimbergicis *anno 1491.* confecta, quæ postea in Comitiis Wormatiensibus *anno 1521.* aucta & approbata fuit, sicuti videre licet apud Meichsner. *tom 3. decis. 6. n. 20. fol. 66. seqq.* Wehner. *pract. observ. verb. matricul. fol. 488. seqq.* Quod si igitur matriculæ in sertio & certæ summæ peditum, ac Equitum, vel pecuniariæ contributionis adsignatio, requisitum necessarium Imperii Status esset, sequeretur quod ante matriculæ constitutionem, & sic ante *annum 1469.* Status Imperii nullus fuerit, sed is demùm per matriculæ ordinationem originem suam duxerit,

quod

quoad tamen absonum & certo fundamento destituitur.

84. Ad hæc Imperii membra nonnulla reperiuntur, quæ licet in matricula non contineantur, nec in ea certam summam adsignatam habeant, nihilominus tamen Imperii Status sunt. Ita enim Rex Bohemiæ non tantùm Imperio immediatè subjectus, per tradita Dn. Cluten. *syllog. rer. quotid. conclus. 24. lit. O.* Besold. *de respubl. stat. sub. alter. cap. 7. num. 10.* Gerlac. Buxtorff. *ad Aur. Bull. conclus 88. lit. c.* Sed etiam Status Imperii est, sicuti ex Electorum ac Principum Imperii responso Pragæ *an. 1610.* ad Imperatorem Matthiam videre licet, *ibi*, Es müssen aber Chur: und Fürsten dieses wohlmeindlich darbey erinnern / daß in solchen wichtigen Sachen / so respective, das H. Römische Reich ratione deß Königreichs Böhmen / weil der König von Böheimb ein Standt deß Reichs / der sieben Chur-Fürsten einer / und deß Römischen Käysers Erbschencke ist. &c. referente ex Goldast. *lib. 3. de regn. Bohem. cap. 3. n. 4.* Johan Limnæo *de jur. publ. lib. 3. cap. 8. n. 23.* tanquam Elector Imperii inter Imperii Status refertur, sicuti videre licet apud VVehner. *pract. observ. verb.* Standt deß Reichs. *fol. 614.* Matth Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 1. c. 4. n. 97.* Reinking. *de regim. secul. libr. 1. class 4. cap. 21. in princ.* Gevold. *de S. R. Imper. Septem viratu. cap. 9. in fin.* Limnæ. *d. num. 23. & lib. 1. cap. 7. num. 94. & ibid. in addit. tom. 5.* Carpz. *de Leg. Reg. Germ. cap. 5. sect. 11. n. 26.* Paurmeister. *de jurisdict. lib. 2. cap. 2. num. 126. vers. & ibi*: Reges Bohemiæ ad conventus quidem circulorum non vocantur, quando tamen milites, vel pecuniæ aliis ordinibus imperantur, tanquam Imperii Status & membrum 400. Equites, & 600. pedites ad singulos menses mittere tenentur, & si hoc tempore propter belli Hungarici molem se à præstatione eorum immunes arbitrentur Et Goldast. *d. cap 3. n. 4.* quod cum ita sit, inquit, & Rex Bohemiæ non modo Princeps Imperii, sed etiam Principale membrum sit, consequi necesse est, ut etiam *Status* Imperii existat, cum sine Principali membro corpus nequeat stare, aut integram reti-

85. nere substantiam: hinc enim nomen invenit, ut Status Imperii dicantur, quod in illis, ceu membris, id est, basibus & columnis ipsum Imperium stet, & subsistat, &c. Nihilominus tamen Bohemiæ Rex Imperii matriculæ, præsertim recentiori, ejusque pensitationi insertus non reperitur, nec circulo alicui certo additus Cum hodiæ Bohemiæ Reges non operas, non voluntarias collationes, præstent, nec gratuita onera ferant, Hartm. Maur. *de coronat. Caroli V.* Cluten. *syllog. rer. quotid. conclus. 24. lit. O. in princ.* Ac licet Electores, Principes & alii Status Imperii allaboraverint Bohemiæ Regem matriculæ inserere, eique certum numerum militum vel pecuniæ adsignare, nihil tamen obtinere potuerunt, semperque Impe-

86. rio subsidium aliquod præstare recusavit, sicuti videre licet ex responso Ferdinandi I. quod actis Comitiorum Augustanorum *de anno 1548.* insertum, & refertur à Limnæo *de jur. publ lib. 3 cap. 8. num. 28. & ibid in not. tom. 4. ubi refert* den alten Anschlag *pag. 359.*

Et quamvis nonnulli velint, quod Bohemiæ Rex Imperii Status non sit, veluti Arumæ. *de Comit. cap. 4. num. 45. seq.* Reinking. sibi contrarius *libr. 1. class. 4. cap. 3. num. 27. & n. 31.* propterea, quod is matriculæ, ejusque pensitationi non insertus, nec certo alicui circulo addictus, nec ad Comitia vocetur, nec Imperii constitutionibus teneatur. Hoc tamen neminem movebit, si observetur differentia inter Status Imperii privilegiatos, & non privilegiatos, & consideretur, qua de causa Bohemiæ Rex in Comitiis non compareat, & respondet Johan. Limnæ. *de. jur. publ. lib. 1. cap. 7. num. 94.* his Verbis: Ne verò te moveat, quod in matricula Imperii Rex Bohemiæ descriptus non reperiatur: Nam si indè collegeris, Statum eum Imperii non esse, scias te confundere matriculas. Aliæ enim sunt, quæ tantùm Imperii Status exprimunt, quibus etiam Bohemiæ Rex inscriptus noscitur: Aliæ quibus die Anschläg deß Reichs notantur, ubi eos tantùm Status consignatos reperire licet, qui contributionibus obnoxii: His Rex Bohemiæ (de posterioribus loquor, quæ mihi ad manus sunt, de aliis enim contrarium docuit Goldastus *de Regn. Bohem. lib. 2. cap. 17. per. tot*) insertus non est, cum à contributionibus, ut alii volunt, liber sit, & immunis. His matriculis Status inscripti sunt, non quatenus tales, sed quatenus possessores hujus vel illius districtus, cujus nomine onera contributionum sustinent, unde etiam alios, qui Status non sunt, immediata tamen, & imperii oneribus subjecta territoria tenent, iisdem contineri videas, als Innhaber der Herschafft rc. 87. 88.

Idem etiam est, quoad tertium requisitum, cum notorium sit, quod Status nonnulli reperiantur, qui tamen ad Comitia non vocantur, nec in iisdem comparent, vel sessionem & votum obtinent, prout paulò ante de Rege Bohemiæ probatum est, & præter ipsam experientiã constat ex constitutione Imperatoris Henrici II. von dem Churfürstenthum zu Böheimb / &c. *de anno 1212. die 15. Octobr.* apud Goldast. in Reichs-Satzungen. *fol. 30. §. 7 ibi*: Wir befreyen sie auch in Krafft unsers Käyserlichen Gewalts mit disem Brieff / damit der vorgedachte Durchläuchtige König in Böheim und alle seine Nachkommende zu unserm Käyserlichen Hofnitgends hinzuziehen verbunden seyn sollen / es were dann Sach / daß wir unsere Hoff-altung / oder Zusammenkünfften / gen Bamberg / Nürnberg / oder Mörßburg / anstellen wurden / daselbst hin sollen sie zu erscheinen verpflichtet seyn. Joh. Limnæ. *de jur. publ. lib. 3. cap. 8. n. 21.* 89.

Quare autem Regis Bohemiæ in comitiis comparere non soleant, rationem hanc reddit Goldastus *de Regno Bohemiæ lib. 4. cap. 5. num. 14.* Si quæras, inquiens, ut Rex Bohemiæ, si ad comitia citatur, ab annis propemodum ducentis non legitur ullis subscripsisse Comitialibus decretis, aut Recessib⁹ curiatis? Respondeo, tũ quia Bohemi supremitatem affectantes, venire obluctantur, tùm quia constitutionibs sese cõformare nolunt, ab Electoribus & Ordinibus meritò excluduntur, ne leges Germanis se potius dare, quàm accipere possint gloriari, tùm deniq; quia iidem fuerũt Reges Bohemiæ, qui & Imperatores Romanorũ, confer. Arumæ. *de* 90.

Comi-

Comit. cap. 4. n. 60. & 61. ubi concludit, quod cum Rex Bohemiæ se Imperii constitutionum vinculis & oneribus exemptum velit, consequens inde esse, ut & is & subditi dignitatibus & honoribus Imperii non gaudeant, indeq; Regem Georgium Comitiali honore indignum judicatum fuisse scribit Hagec *part. 2. Chron. Bohem. anno 1476* & Regem Ladislaum pro Electore Imperii in electione Maximiliani I. habitum non fuisse Hartm. Maur. *de. Coronat. Caroli V.* confer Limnæ *d. lib. 3 cap. 8. n. 23.* ubi Reinkingii opinionem, quod nimirum Rex Bohemiæ non sit Status Imperii, quia in Imperii Comitiis non comparet, refutat, & scribit, quod malè colligat, qui ad Senatum & consilium Imperii non admittitur, non sit Status Imperii; nam qui ad Comitia vocantur & in illis votum & sessionem obtinent, omnes sunt Status Imperii, at non protinus, qui ad Comitia non vocantur, nec in illis votum & sessionem habet, Statuum eximendus numero. Falsumq; præterea esse Regem Bohemiæ ad consilium & senatum Imperii non admitti, non vocari, licet verum sit, vocatum indistinctè non teneri comparere. Et quis addens, tàm est iniquus, qui quod privilegii & gratiæ loco Bohemo datum fuit, ejusdem in odium velit detorquere: Quis dicet Bohemum eo, quo vocatur & admittitur casu privilegii expresso, Statum esse, altero, quo non vocatur, aut non ritè, Statum non esse, onus est Imperii Statuum, ut in comitiis compareant. Quod si verò privilegium alicui ex his fuerit tributum, ne cogatur invitus comparere, sicuti tributum est Regi Bohemiæ, & Serenissimæ Archiducum Austriæ familiæ, is utique qualitatem & nomen Status permanebit, præ aliis tamen privilegiatus & honorarius erit, licet non onerarius.

91. Consimile privilegium obtinet Serenissima domus Austriaca; quamvis enim hæc extra omnem dubitationis aleam sit Imperii Status, & in comitiis Imperii sessionem & votum obtineat, & cum Archiepiscopo Salisburgensi directorii & præcedentiæ nomine alternatio intercedat, Arumæ. *de. Comit. cap. 7. num. 87.* singulari tamen privilegio cautum est, quod Austriæ Archiduces in Comitiis comparere non teneantur, nisi spontè velint, & ab oneribus Imperii exemti sunt, sicuti constat ex privilegio Imperatoris Friderici II. apud Cuspinian. *p. 32.* & Johan. Limnæ. *de jur. publ. lib. 5. cap. 2. num. 30.* & ex privilegio Caroli. V. apud eundem Cuspin. & Limnæ. *d. l. num. 31. fol. 36. seqq. ibi*: Das Land Oesterreich ist auch exempt und frey/ sampt seinen annehmen/ für all ander Land/ aller Zinß und Auffschlagen der Käyser in Ewigkeit/ und dieselben Fürsten von Oesterreich seyn dem Römischen Käyser keine Steur/ noch Dienst schuldig/ sie wollen dann das gern thun. Außgenommen zwölff gewapneter Mann in seinem kosten in Ungern ein Monat lang zu halten. Et pauló post: Er ist auch nicht schuldig auff die Reichs-Täg zu kommen und zu erscheinen / dann mit gutem Willen. So aber der Hertzog auff einer Reichs-Versamblung ist/ soll er als ein Pfaltz-Ertz-Hertzog gehalten werden / und nichts weniger im Sitz und Gang zu der gerechten Seiten deß Reichs / die erste statt nach den Chur-Fürsten haben und behalten.

Idem etiam in Lotharingiæ Ducibus & aliis 92. in transactione inter Imperatorem Carolum V. tanquam Burgundiæ Ducem, & Imperii Status Augustæ Vindelicorum *26. Junij anno 1548.* factam, nominatis Belgiæ provinciis, obtinet, utpote quæ Imperio Romano immediatè subjectæ & Status Imperii sunt, & tamen in Comitiis non nisi volentes comparent, prout ex ipsa transactione apparet, *ibi*: Daß wir / als rechter Erb- und Ober-Herr gemeldter unsrer Nieder-Erbland / für uns/ unsere Erben/ und Nachkommen/ sampt derselbigen nach benanten unsern Nieder-Erbländen/ nemblich Hertzogthumb Lothringen/ Brabandt/ Limburg/ Lützenburg/ Geldern/ die Graffschafften Flandern/ Arthois/ Burgund/ Henigaw/ Hollandt/ Seelandt/ Namur/ Zupffen/ die Marggraffschafft deß heiligen Reichs / die Herrschafft Frießland / etc. zu ewigen Zeiten in der Römischen Käyser und König / und deß heiligen Reichs Schutz/ Schirm/ Vertheidigung und Hülff seyn / auch sich dessen Freyheiten / Rechten und Gerechtigkeiten frewen und gebrauchen / und von gemeldten Römischen Käysern / Königen / und Fürsten/ Ständen und dergleichen derselben heiligen Reichs geschützet / geschirmet / vertheidiget und getrewlich geholffen / und dann auch zu allen Reichstägen und Versamblungen beschrieben und erfordert werden sollen / ob sie wollen / dieselben neben andern Ständen zubesuchen oder zuschicken haben / auch ihnen / unsern Erben und Nachkommen / unsern und derselben Gesandten session und Stimm / von wegen obberührter unser Land/ als einem Ertz-Hertzogen zu Oesterreich / zugelassen werden sollen/ &c. Vide Gylman. *symphor. tom. 6. cap. 2. tit. Domus Burgund. cap. 2. fol. 41 in fin. & seq.* Arumæ. *de Comit. cap. 4. num. 90. & seq.* Ex quo etiam Ducem Lotharingiæ citari quidem solere ad comitia, sed non comparere, scribit Goldast. *de regn. Bohem. lib. 4. cap. 5. num. 14. fol. 454.* Indéque eorum, qui ad comitia citantur, alios comparere, alios verò non comparere scribit Limnæ. *de. jur. publ. lib 9. cap. 1. num. 87. & seq.* ubi addit, horum duplicem esse conditionem, alios enim privilegio munitos esse, ne comparere teneantur, quorum rursus in eo differentia, quod aliorum privilegium generale sit, aliorum autem speciale. Generale privilegium habeant Austriæ Duces, ut quocunque locorum in Imperio Comitia sive curiæ Imperii celebrentur, ad eadem illi non teneantur accedere, possint tamen, si velint. Speciale privilegium obtineat Rex Bohemiæ, ut ad curiam vocatus, salvo etiam accedente conductu, ut moris est, venire non teneatur, nisi Imperator curiam Norimbergæ, Bambergæ, aut Martisburgi celebret. Credibile tamen esse, temporis tractu, speciale hoc privilegium in generale transiisse, cum nullibi legatur, Regem Bohemiæ, quatenus talem, comitiis interfuisse, aut absentiam ejus comminatorio, alioque unquam indè perculsam fuisse decreto. Alios verò privilegio non munitos, vel negligêtia, vel contumacia inductos ad comitia non comparere; neq; per se, neque per alios.

Atque hinc etiam non omnes civitates Imperiales in comitiis comparere scribunt Wehner. 93.

ner. *pract. observ. verb.* Freye Reichs-Stätte. *§. videri etiam. fol. 179.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 2. cap. 1. num. 60. & seq.* Taut. *disc. de civitat infer. Saxon. pag. 19. & 20.* qui tales esse Hamburgum & Bremam, easque liberas Imperii civitates, & Status Imperii esse, & tamen in comitiis non comparere, referunt. Idem de Hamburgo, quod Status sit Imperii, tradit Gylman. *symph. tom. 1. part. 1. vot. 3. num. 1. fol. 220. & tom. 6. cap. 7. §. Hamburgum. in princ. fol. 187.* Taut. *d. l.* eamq; civitatem in matricula ejusq; pensitatione esse comprehensam, probat Joh. Limnæ. *de jur. publ. libr. 4. cap. 7. fol. 104. & 164.* cum tamen constet, eandem intra centum ferè annos in comitiis non comparuisse, nec sessionem & votum habuisse. Et si matriculæ perlustrentur, præsertim antiquiores, plurimi reperientur, Principes, Prælati, Comites, Barones, civitates ac alii Status, qui matriculis istis inserti, & in iisdem certam summam militum ac pecuniæ adsignatam habent, qui tamen hodie in comitiis non comparent, nec in iisdem sessionem & votum habent, nihilque Imperio Romano contribuunt. Et alios quā plurimos reperiri in Imperio Romano, qui Status quidē sunt, in comitiis tamen sessionem & votum nō habeant, exemplis comprobat Goldast. *de regn. Bohem. lib. 2. cap. 16. num. 4. fol. 240.* ubi disertè ita scribit: Sunt hodie complures Status in Imperio, qui ad comitia nō modò non vocantur, sed & ultro comparentes à sessione & consul-
94. tationibus excluduntur. Ejusmodi sunt Administratores Archiepiscopatuū Magdeburgensis & Bremensis Episcopatuū Misnensis, Mersburgens. Naumburgensis, Mindensis, Halberstadiens. Ultrajectinus, Verdensis, Lubecensis, Suerinensis, Ratzenburgensis, Caminēsis, Sleswicensis, Brandeburgens. Havelburgensis, Libussensis, &c. Abbatiarum Principalium, Hürsfeldens. Salfeldensis, &c. Abbates Walkenriedensis, S. Michaelis, Luneburgens. Rittershusanus, Bebenhusanus, Maulbroñensis, Hirsaugiensis, Heilbroñensis, Königsbronnensis, &c. Abbatissæ, Hervordensis, Gandersheimensis, Wunstorffensis, Kauffingensis, quib⁹ propter mutatam Religionē aditus ad Comitialem Senatum interdictus est. Item præpositi, Saletinēsis ad Rhenum, Adenheimens. Bruxellanus in Brutheimio, Burschedēsis propè Aquisgranū. Arnudensis propè Sarbruckum, &c. Abbates, Bruwileranus, S. Blasii in nigra sylva, Bingenbachius, &c. Abbatissæ Schonningens. Seckingensis, Elthenæ in Amlandia ad Rhenum, &c. Princeps, Comes Bergarum ad Somam: Comites Bergiæ in Geldria, Egmondæ, Culemburgi, Tubingæ, Bredaæ, Viandæ Nassoviorū, Stulingæ Pappēheimiorū, Stirumbi in Geldria: &c Barones, Justingensis, Hohensaxensis in Helvetia, Ehrenfelsius in Rhœtia Curiensi, Barrensis in Alsatia, Wartbergius in inferiori Saxonia, Bergæ in Hollandia, Bassenheimius, Anholdinus in Geldria, Beurensis in Westphalia, Milichlingus in Franconia, Reiffenbergi⁹, Heisensteinius, Stalenbergius, omnes tres in Wetteravia, Ulmius Wangiæ Baro in Suevia, Plessensis in Saxonia, Fleckensteinius in Alsatia: Bredenrodius Vianæ Dominus in Hollandia, &c. Burggravii Fridbergæ, Gelnhusæ, Kürchbergæ in Thuringia, Rottenbergæ in Franconia, & civitates Hanseaticæ, & Nobiles liberi in Imperio, &c. Ad hæc, quod non omnes in matricula comprehensi, & qui Status Imperii sunt, in Comitiis compareant & in iisdem sessionem & votū habeant, inde apparet, quod inter Principes, Comites & Barones illi tantùm, qui in administratione sunt, in comitiis compareant, inibiq; sessionem & votum habeant, & non etiam illi, qui non regunt, sed Domini appennagiati sunt, abgefundene Fürsten und 95.
Herrn/ qui certa pecuniæ vel aliorum annuorum redituum summa, vel certis tantumodo bonis contenti esse jubentur, & à Principatib⁹, comitatibus, aliisq; ditionibus excluduntur, & nihilominus Imperio immediatè subjecti, & Status Imperii sunt. Ita etiam experientia testatur, quod non omnes Comites & Barones etiam administrantes sive regnantes, regierende Grafen und Herren/ & qui matriculæ inserti, ac Comitatus ac Baronias suas ab imperio imme- 96.
diatè in feudum recognoscunt, in comitiis sessionem & votū obtineant. Siquidem inter Comites & Barones Suevici & Wetteravici duo tantùm, sicuti & inter Prælatos solummodo Suevici & Rhenani, duo quoq; tantùm vota habent, reliqui verò, veluti Franconici & Rhenani, qui inter Wetteravicos non continentur, sicuti etiam Saxonici & Westphalici Prælati, Comites & Barones, etiamsi in comitiis compareant, ad vota tamen & suffragia nō admittuntur, ac sessionem in subsellis extraordinariis, auf der Adjuncten Banck/ obtinent. Besold. *discurs. de Comit. & Baron. Imper. num. 13. & de jurisd. Imper. quæst. 14.* Author deß warhafften Berichts/ wie es heutigen Tags auf Reichs-Versamlung gehalten werde. *tit.* Von Fürsten Rath. §. und haben. *fol. 121.* Arumæ. *de Comit. cap. 7. n. 89.* Ex quo tamen non sequitur, quod reliqui Prælati, Comites, & Barones, veluti Wertheimenses, Castellani, Hohenloici, Schaumburgenses, Oldenburgenses, Lippienses, Bentheimenses, Ostfrieslandii. & alii, non sint Status Imperii, cū hi æque ac alii Imperio immediatè subjecti, ac ejusdem constitutionibus activè & passivè utuntur.

Porrò illi quoq; pro Statibus Imperii haben- 97.
tur, qui jam primùm in horum numerum recepti, etiamsi in Comitiis sessionem nondū adepti, Reichs Abschied zu Speyr *de an. 1550.* §. nach dem auch noch etliche 163. Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 4. n. 30.* Imò reperiuntur quoque, in matricula Imperii, de quibus tamen non constat, quinam illi sint, & ubinam locorum reperiantur, atq; ita etiam sessionem & votum 98.
non habeant, Reichs Abschied zu Augspurg *de anno*
1548. §. als auch durch die Kraiß-Verordnete. 50. Ex 99.
quibus quoq; dicendum videtur, quod vocabulum *Status* non à Statuendo, vom setzen/ ordnen/ oder Gesetz machen/ sed potius à stando, sive subsistendo, derivetur, prout *lib. 2. cap. 2. num. 1.* dictum.

Unde autem evenerit, quod civitates Impe- 100.
riales noñullæ olim in matricula comprehensæ, in ea ulterius non reperiatur, & in comitiis

non amplius compareant, certò non constat. Ego illud indè factum fuisse autumo, quod cū olim Status ac civitates per Edictum ad comitia Imperialia vocarentur, licuit omnibus, ad quos Edicti notitia perveniebat, ad comitia venire: sed pôstquam Status omnes Friderico III. imperante, per literas vocari cœperunt, multi in Cancellaria Cæsarea, qui ante veniebant, ex incuria omissi sunt, quam occasionem Principes arripientes, Status tenuiores & nonnullas civitates non comparentes exemerunt, quas etiam non invitas citatoriis libellis præteriri se passas, ut hoc pacto mitigationem & exemptionem onerum, der gewisen Anschläge/ impetrarent, & tollerabiliores fierent contributiones illæ, quæ ad peculiares Cæsaris expeditiones conferuntur, ut plausibiliter arbitratur Henr. Bruning. *de var. universit. spec. concl. 18. ad fin.* Quod etiam sequitur Casp. Klock. *de contribut. cap. 19. num. 55.* ubi *n 56.* addit, quod quamdiu veterum Matricularum indoles viguit, quæ civitates quasdam à Principum collectis distinxit præclarè eum S. Romano Imperio actum fuerit: postquam verò nonnullæ civitates, mit ihren Römerzügen/ *an. 1487 1488. 1489. 1491. & 1507.* cum Principum taxis, bono consilio (ut scilicet collectarum solutio tanto expeditior redderetur) permixtæ, quædam etiam planè omissæ sunt, & Principes illam innovationem, aliorsum, puta ad Exemptiones torquere voluerunt, non leve præjudicium Imperio hinc natum fuerit. An autem hujusmodi omissio seu præteritio pro deletione sit habenda & civitatibus istis præjudicet, dicetur *infra cap. 12. num. 14. & seq.*

Quartum requisitum quod attinet, *supra n. 70.* dictum est, quod mixtæ hujusmodi civitates contributiones & collectas Imperio vel imediatè & per se, vel per Status eximentes solvant, nihilq; interesse, an per se, an verò per alios, easdem Imperio solvant, ita, ut respectu hujus requisiti nihil in civitatibus mixtis desiderari videatur, quo minus non sint Status. Quod si tamen in hoc requisitum penitius inquiratur, apparebit & hoc certo fundamento carere, cū
101. Statum Imperii esse, dignitas sit personalis, collectæ verò & contributiones sint onera patrimonialia sive realia, Gail. *2. obs. 52. n. 9. & 10.* atq; ita nullam inter sese habent communionem, sed alterum sine altero per se subsistere potest, sicuti etiam Status nonnulli reperiuntur, qui ad Imperii collectas nō tenentur, prout de Serenissima domo Austriaca pauló ante
102. demonstratum est. Et posse quoq; statum aliquem per speciale privilegium vel præscriptionem à collectis Imperii eximi & liberari, non habet dubium, & constat ex Reichs Abschied zu Augspurg *de an. 1548.* §. und soll unser Käyserlich. *45.* §. wann auch ein außgezogener *56.* §. deßgleichen seynd auch *72.* Reichs Abschied zu Regenspurg. *de an. 1557.* §. damit auch diese Hülffe. *52.* Reichs Abschied zu Augspurg. *de anno 1559.* §. und damit gemeine *13.* Reichs Abschied zu Augspurg. *de an. 1566.* §. wir setzen/ ordnen. *15.* Reichs Abschied zu Regenspurg. *de an. 1576.* §. wann auch in dieser. 20. Caspar. Klock. *de contribut. cap. 16. n. 2. seq.* Ex quo etiam Goldastus testatur, quod Sabaudus, Arnburgius, Principes: Cameracensis, Curiensis, Sedunensis Episcopi: Abbatissa Andlaviensis, Abbas Hohenemsius & Rechberganus ad comitia admittantur, sed nihil Imperio contribuant, nisi quod hi duo postremi circularibus contributionibus obnoxii legantur, *de regn. Bohem. lib. 2. cap. 16. n 4.* Et idem Goldast. *in epistol. dedicatoria* der Reichshandlungen refert, quod Helvetii dum adhuc Status Imperii essent, nihilominus à Judicio Aulico, Camerali, & Rotwilensi, & ab omnib' oneribus realibus Imperio debitis exempti, & tantum ad subsidia militaria contra hostes extraneos ad imperii protectionem & defensionem obstricti fuerint. Adhæc etiam illi Status Imperii permanent, qui in Imperio nihil 103.
possident, præter titulos tumulosq; majorum, Zach. Vietor. *de caus. exempt. concl. 31.* Johan. Limnæ. *de jur. publ. lib. 1. cap. 7. n. 96. & ibi in addit. tom. 4. pag. 73. sq.* & status etiam extorres titulū & dignitatem retinent, Janninius *de citat. real.* 104
cap. 1. n 787. Limnæ *d. n. 96.* privilegiis primæ instantiæ gaudent Petr. Frider. Mindan. *de process. lib. 1. cap. 19. n. 23* cæterisq; Imperii constitutionibus utuntur, fruuntur, Knichen. *de jur. territor. cap. 1. num. 221.* ad comitia vocantur. Rulant. *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 4. num. 27.* sessionem inter Principes ac reliquos Status obtinent Suanman. *decis. 8. n. 10. fol. 79.* Tileman. *de Bening. syntag. 4. dec. 2. vers. 4. n. 7.* Goldast. *de regn. Bohem. lib. 4. cap. 8. num. 6. fol. 475.* ubi ait: Nonnulli Principes, licet depossessionati, tamen adhuc nostra memoria in Comitiis Imperii sessionem & suffragium habuerunt, veluti Episcop' Gevenensis, Lausanensis & Curiensis à Bernatibus & Rhetis ejecti, Verodunensis. Sicuti etiam Principes & Comites secundo- & ultrogeniti appennagiati, abgefundene Herren/ nihil Imperio contribuunt, & nihilominus tamen Status Imperii sunt, & Imperii constitutionib' gaudent.

Quamvis etiam, quoad quintum requisitū, mixtæ civitates territoria & bona Imperio immediatè subjecta & regalia & alia jura realia obtineant, observandum tamen est, quod bonorum ab Imperio imediatè dependentium 105
possessio ad Status constitutionem & essentiam non requiratur, cū Status Imperii regulariter non feudatariæ possessionis dignitas, sed personæ celsitudo est: nō glebæ prætium, sed summi Principis præmium, Zach. Vietor. *de caus. exempt. concl. 28.* Joh. Limnæ. *de jur. publ. lib. 1. cap. 7. n. 96. & ibid in addit. tom. 4.* & dignitas ista non rei, sed personæ adhæret, splendorque provinciæ ex hominis dignitate, non dignitas hominis ex provincia oritur, Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 6. n. 34. seq.* Et sic hoc ca- 106
su consideratur ratio originis, si scilicet origine sit Status, etiā si forsitan nulla bona immediata sub Imperio habeat, prout consideratum in causa Hoheneck contra Reineck/ testatur Author *decis. sive præjudic. Cameral. apud.* Gylm. *tom. 3. verb. Status Imperii in princ. fol. 325.* Auctor. *actor. Lindaviens. fol 621. post. princ.* ubi id exemplo monasteriorū Sueviæ comprobat. Vel quāvis Comitatus, vel territorium in alias familias sit translatum, nihilominus tamen Status permanet, prout factum in causa Limburg contra

tra Stirum & Newenar contra Manderscheid zu Gerttlstein/ uti refert idem author. *decis. Camer.*
107 *d. l.* Distincta enim sunt & diversa Status Imperii & territorii jura, & subjectio immediata sine territorii jure subsistere potest, Zach. Vietor. *d. conclus. 28. & 31.* Knichen. *in velit. apolog.*
108 *n. 13. 14. 110. 120. & 131* Atque indè requisitum hoc non esse perpetuum, & in omni subjecto necessarium. concludit Reinking. *de regim. secul. lib. 1. class. 4. cap. 1. n. 30.* ac eorum sententiam, qui solummodò habentes jus territorii cum omnimoda jurisdictione, in Statuum classem referunt, improbat Arumæ. *de comit. cap. 4. n. 76.* sicuti immediata subjectio etiam sine territorio subsistere potest, Reinking *de regim. sec. lib. 1. class. 4. cap. 1. n. 46. seq.* Et ex ipsis Imperii constitutionibus constat, quod ad hoc, ut quis sit Imperii Status, necessariò non requiratur, ut bona ab Imperio in feudum recognoscat, sed sufficiat, si bona vel sub Imperio, vel ab Imperio
109 obtineat, per Reichs Abschied zu Augspurg. *de anno 1548. §.* wiewol auch in der Regierungs *66. ibi*: nicht immediatè Glieder oder Stände deß Reichs gewesen/ oder darinnen begütert/ ꝛc. auch nicht Güter ohne Mittel/ von oder unter dem Reich hätten/ ut ita in hisce alternativis, ut nimirum quis vel immediatum sit Imperii membrum, vel bona immediata habeat, eademque vel sub Imperio, vel ab Imperio possideat, alterutrum sufficiat adesse, per tradita Everhard. *in loc. legal. ab alternativis. 108. num. 8.* Vietor. *d. conclus. 28.* Quod etiam comprobatur exemplo Ducis Würtembergici, qui licet sine omni dubio Status fuerit Imperii, Ducatum tamen Würtembergicum non immediatè ab Imperio, sed tanquam subfeudum ein Affter-Lehen/ à Serenissima Domo Austriaca, hactenus & usque ad *annum 1599.* possedit, Nicol. Everhard. *lib. 1. consil. 41. num. 85.* Zachar. Vietor. *de caus. exempt. concl. 28. ad fin.* Johan Limnæ. *de jur. publ. lib. 1. cap. 7. n. 100. & libr. 5. cap. 16. n. 5. & seq. pag. 372. ubi tamen in not. ad h. locum tom. 4. fol. 940.* sententiam suam mutat & contrarium statuit, *add. tom. 5. lib. 1. cap. 7. n. 99. p. 124. sq.* Idque vigore transactionis Cadanæ, *de anno 1534.* quæ extat apud Goldast. Reichssatzungen *pag. 269. & seq.* §. 19. ubi ita dispositum: Aber so viel die Kriegung/ und Einnehmung deß Fürstenthumbs Würtemberg belangt/ ist beredt und vertragen: Nachdem die Königliche Majest. hievor von der Käyserlichen Majest. mit dem Fürstenthumb Würtemberg gnädiglich und freundlich belehnet seyn/ daß die Römische Käyserl. Majest. den Titul/ Hertzog von Würtemberg/ behalte/ und hinfür bemeldt Fürstenthum Würtemberg deß Hauß Oesterreichs Affter-Lehen sey/ und Hertzog Ulrich dasselbig/ von Römisch. Käyserl. Majestät oder derselben Erben/ Ertz-Hertzogen zu Oesterreich/ nach Abgang Hertzog Ulrichs/ verbunden seyn/ angezeigt Fürstenthumb/ seinen Männlichen/ Ehelichen Leibs-Erben zu Lehen zu verleyhen/ und die Hertzogen zu Würtemberg/ so offt sich der Fall begibt/ solches von dem Hauß zu Oesterreich/ als zu Affter-Lehen zu empfangen schuldig seyn: Doch dem Heil. Reich sein Oberkeit und Gerechtigkeit/ auch dem von Würtemberg/ sein Stand und Stimm im Reich/ wie er solches zuvor hat gehabt/ an gemeldtem Hertzogthumb in allweg vorbehalten/ in der gestalt/ daß sich die Königliche Majest. für sich und ihre Männliche Nachkommen/ Ertz-Hertzogen zu Oesterreich/ gegen Auffrichtung dieses Vertrags verschrieben hat/ so offt von Ihr Königl. Majest. oder derselben Lehens-Erben das Fürstenthumb Würtemberg zu Affter-Lehen verliehen wird/ oder sich der Fall obgemeldter massen begibt/ daß berührt Fürstenthumb Würtemberg an das Hauß Oesterreich fallen/ und von Königl. Maj. als Ertz-Hertzogen zu Oesterreich/ oder derselben Lehens-Erben von dem Reich zu Lehen empfangen wurde/ und selbst besitzen/ daß durch dieselb Belehnung dem Reich nichts benommen/ sondern dem Reich von angezeigtem Fürstenthumb alle Dienstbarkeit/ Gehorsam/ Steur und anders/ wie von Alters herkommen ist/ zu[illegible]ehen/ und verfolgen soll. Quod tamen hodie secus se habet, & ex transactione Pragensi *de anno 1599.* feudum Imperii immediatum denuo factum fuit. Postquam enim Ludovico Würtembergiæ Duce, Christophori filio, sine liberis mortuo, ea linea defecit, & ad Fridericum Würtembergiæ, & Montbelgardiæ Comitem, Georgii Comitis, Ulrici Ducis fratris filium Ducatus Würtembergici successio delata est, is omnem Austriacæ domui feudalitatem negavit, nullum ab agnato Ulrico Duce præjudicium per transactionem Cadaviensem creari sibi potuisse asserens; utpote, ad quem ea successio, non à prædicto Duce Ulrico, sed à primo acquirente, ex pacto & providentia Majorum, & vi primæ Ducatus Würtembergici erectionis, deferretur: Pacto equidem cessisse jure illo, quod propter agnationem in Ducatum Würtembergicum sibi competebat, parentem Georgium; Verùm hunc in casum quo nimirum, vel Ulricus, vel Christophorus Duces, absque liberis decederent, pristina sibi jura specialiter reservasse. Huic controversiæ diu, multumque agitatæ, transactione Pragensi *de anno 1599.* ab Imper. Rudolpho. II. finis tandem est impositus, in qua inter alia hæc formalia habentur verba: Als nemblich haben wir (Käyser Rudolphus) anfangs zugesagt/ für uns und alle die Ertz-Hertzogen zu Oesterreich/ und deren gantze posterität/ aller Spruch und Forderung/ der Affter-Lehenschafft zu begeben/ uns auch einiger Belehnungs-Gerechtigkeit bey den Hertzogthumben Würtemberg und Teck hinfüro in einige Wegen nicht anzumassen/ sondern S. L. der jetzt regierende Hertzog Friederich/ dessen Männliche Leibs-Erben/ und derselben posterität/ so lang immer Hertzogen von Würtemberg im Leben seyn werden/ sollen solche Hertzogthum allein von uns/ als regierenden/ und unsern am Reich nachkommenden Römischen Käysern und Königen/ zu einem rechten Fürstlichen Reichs-Lehen (nach Inhalt berührter Hertzogthumb erection, und darauff erfolgten investitur) ohne alle Hinderung/ zu empfahen befugt seyn. Dargegen haben wir uns/ und unserm gantzen löblichen Hause Oesterreich/ ꝛc. vid. gründlichen Beweiß/ daß die Prælaten und Clöster deß Hertzogthumbs Würtemberg vor *90. 100. 150. 200.* und mehr Jahren/ zu dem Land und Hertzogthumb gehörig gewesen/ *pag. 98. & seqq.*

Ex quibus satis apertè colligitur, quod Imperator Rudolphus II. non tantum suo, sed etiam totius Austriacæ domus nomine, hanc feudalitatem Würtembergiæ Ducibus remisit,

 & sibi

& sibi & domui Austriacæ in eum casum, quo vel tota domus Würtembergica deficeret, vel ob aliquod commissum, Ducatus Würtembergicus in commissum caderet, expectationem & jus succedendi reservavit. Quam transactionem consensu & approbatione sua confirmarunt non tantum tres Electores Ecclesiastici, sed etiam Imperatoris Rudolphi II. fratres, & ipse Imperator Ferdinandns II. tum temporis adhuc Austriæ Dux, suo & nomine fratrum suorum Dn Leopoldi, Maximiliani & Caroli Archiducum tum temporis adhuc minorennium. Ex quo etiam post mortem Friderici parentis, Johan. Fridericus Dux Würtembergicus, expressa transactionis hujus Pragensis facta mentione, ad eamq; relatione, *an. 1608.* ab Imperatore de Ducatu Würtembergico investitus fuit. Sicuti etiam nuper post pacificationem Monasteriensem & Osnabrugensem prædicti Johan. Friderici filius Everhardus Würtembergiæ Dux modernus consimili modo Ducatum hunc ab Imperatore Ferdinando III. in feudum accepit.

Sextum quoq; requisitum nullo fundamento nititur, & Exemplo Regis Bohem. refellitur, qui licet, ut supra dictum, sit Imperii Status, nulli tamen circulo addictus reperitur. Ad hæc constat, quod distinctio, sive ordinatio circulorum nuper demùm inceperit. & primum *an.*
110. *1500.* in Comitiis Augustanis à Maximiliano I. Imperium Romanum in sex circulos, veluti Franconicum, Bavaricum, Suevicum, Rhenanum, Westphalicum, & Saxonicum divisum, Ordnung deß Regiments zu Augspurg. *de an. 1500. tit.* wie sechs Räthe. 5. *& seq.* Cammergerichts Ordnung zu Costantz/ *de an. 1507. tit.* wann das Cammergericht angehen soll. 19. Reichs Abschied zu Trier und Cölln. *de an. 1512.* §. Item sollen die vier Chur-Fürsten. 12. Quibus postea *an. 1512.* in dictis Comitiis Trevirensibus & Coloniensibus alii quatuor nimirum Austriacus, Burgundicus, Electoralis Rhenanus & Saxonicus superior additi, & ita decem circuli constituti: die Reichs-Abschied zu Trier und Cölln. *de an. 1512.* §. darauff haben wir den Ständen zehen Circkel verordnet. 11. Erklärung deß Landfridens zu Nürnberg. *de anno 1522 tit.* hernach folgen die zehen Kreiß. Reinking. *de regim. secul. lib. 1. class. 4. cap 2. n. 1. seq.* Limnæ. *de jur publ. lib. 1. cap. 7. num. 21. & seq. & in Not. tom. 5. p. 95. & seq.* vid. *infra l. 2. c. 2. n. 123.* Quod si igitur prædictum requisitum fundamentum aliquod haberet, sequeretur, quod ante circulorum hujusmodi ordinationem & distinctionem, atq; ita ante 150. annos nulli fuerint Status Imperii, quod tamen dictu absurdum foret.

111. Ex quibus omnibus patet, quod inter Status Imperii sit differentia, primò enim Status Imperii illi dicuntur, qui Imperio Romano immediatè subjecti, omnibusque Imperii constitutionibus utuntur, fruuntur. Secundo alii Status sunt privilegiati, qui Imperio Romano immediatè parent, omnibusque Imperii constitutionibus ordinationibus ac privilegiis utuntur fruuntur, sed præ aliis Statibus ita sunt privilegiati, ut in matricula non sint comprehensi, ad Cameræ sustentationem nihil contribuant, ad alia Imperii onera non obligentur, nec in Comitiis comparere teneantur. Et denique tertiò alii, qui in matricula ejusq; pensitatione comprehenduntur, & in Comitiis sessionem & votum obtinent. Quæ ultima differentia ante paucos demum annos à pragmaticis Doctoribus, præsertim Andrea Gailio, inventa, vel potius indè nata, quod ejusdem definitionem Status, alii non rectè perpenderint, eandemq; antea incognitam, per errorem, & contra Imperii constitutiones ac longævam observantiam introduxerint, sicuti ex prædictis omnibus satis apparet: Ex quibus etiam apertè constat, quod juxta primam & secundam differentiam, civitates mixtæ rectè inter Status Imperii referantur.

Ad secundum in contrarium adductum argumentum, quod aliud sit Statum esse Imperii, & aliud Imperio immediatè subjectum esse, respondetur, quod in ibidem allegato §. und wollen wir 29. nulla fiat mentio mixtarum civitatum, sed hoc, secundum circumstantias alias ibidem adductas, de illis intelligendum venit, qui quidem Imperio Romano immediatè subjecti, sed tamen privilegiis, imunitatibus ac juribus, quæ aliis Imperii Statibus competunt, non fruuntur, nec Imperii constitutionibus, sanctionibus & ordinationibus utuntur,
quales nonnulli Italiæ sunt Principes ac Co- 112.
mites, qui Imperio quidem Romano sunt subjecti, ab eodemq; Principatus, Comitatus & alias ditiones in feudum recognoscunt, sed tamen istis privilegiis & constitutionibus, quæ aliis Statibus in Germania competunt, non utuntur, ut sunt constitutio pacis Religiosæ & prophanæ, pignorationum, arrestorum & similium. Quorum imediatorum Imperii membrorum Italiæ in novissimo quoq; Imperii Recessu mentio fit. Reichs Abschied zu Regenspurg/ *de anno 1641.* §. damit auch diese Hülff *fol. 39. ibi*: damit auch diese Hülff zu desto besserer Würckligkeit erschiessen möge/ wollen wir nicht unterlassen/ die uns und dem heiligen Reich ohne Mittel unterworffene Freye Reichs-Ritterschafft/ Hansee-Stätt/ dann die Eydtgenossen/ der dreyzehen Orther in der Schweitz/ ingleichem unser und deß heiligen Reichs Fürsten/ auch Vasallen in Italien/ zu einer ebenmässigen Beyhülff/ in dieser allgemeinen Noth und Gefahr deß Reichs zu ersuchen/ ꝛc. Constat enim quod Hel- 113.
vetii & Belgæ, quoad onera & contributiones ab Imperio exempti quidem non tamen spreta Imperatoris & Imperii majestate, & quod omnes ferè Italiæ Principes, ut Magnus Dux Etruriæ, Dux Mantuæ, Mediolani, Mutinæ, Mirandulæ, Plombini, Comites, Marchiones infiniti per Liguriã & Lombardiam, Respublica Lucensis, Imperii & Imperatoris majestatẽ comiter observent, se jura Imperii habere glorientur, ac inde non incongruè Honorarii Imperii cives & membra dici mereâtur, Goldast. *in præfat. ad illustriss. Ducem VVürtemberg. tract.* von Reichshandlungen. Reinking. *de regim. secul. & Eccles. lib. 1. class. 2. cap. 9. num. 49. seq.* Et quod ipsi etiam Italiæ Principes & Comites, ceu Imperii Vasalli investituræ renovationem petant, & hisce Imperii turbis intestinis, aliquoties

ties extraordinaria collatione Imperatoriæ Majestati subvenerint, ex literis Imperialibus per Cæsareum Legatum Comitem di Ravatta ad Italiæ Principes & Vasallos Imperii missis, se Romæ cognovisse, scribit Dn. Nicol. Myler. *in dissert. inaugural. de Statib. Imper. conclus. 105 n. 6. seq.* Ita enim Mediolani Ducem Principem & Vasallum Imperii esse, scribit Marta *de jurisd. part. 1. cap. 33. n. 38.* est enim Mediolanum metropolis Lombardiæ, quæ subjecta Imperio dicitur, Tuschus *pract. conclus. lit. L conclus. 440.* Idem de Mantuæ Duce, quod Princeps & Vasallus Imperii sit, testatur Natta *cons. 402. num. 6. vol. 2.* Tusch. *lit. M. conclus. 73. num. 5.* & de Marchione Montisferrati, Anton. Faber. *in consultat. de Montisfer. Duc part. 1.* Marta *de jurisdict. part. 1. cap. 33. n. 48. & seq.* sicuti etiam de Duce Mutinæ & Regii, Marta *d. cap. 33. num. 78. & 124.* hosq; & nonnullos alios Imperio Romano subjectos esse tradit Paurmeister. *de jurisdict. lib. 2. cap. 4. num 52. & seq. & num. 74. seq.* Idem est, quoad Principem Ratzivilium in Lituania, & Transylvanum, qui Imperii Principes se scribunt, Marta, *de jurisd. d. part. 1. cap. 26. num. 67.* Ex quo etiam fit, quod prædictorum Principum ac Comitum Italiæ Imperio immediatè subjectorum causæ non ad Cameram Imperialem, sed ad Imperatoris judicium Aulicum deferantur, & ibidem decidantur.

Atq; hæc quidem, quod mixtæ civitates sint Status Imperii, procedunt quoad generalem significatum vocabuli *Status*, quatenus scilicet in genere Imperii Status dicitur, qui immediatè Imperio paret, ac jure & privilegiis Statuū Imperii aliorum utitur, de quo *infra lib. 2. cap. 2. num. 6.* Secus verò quatenus *Status* vocabulum strictè accipitur, & de illis tantùm dicitur, qui in Imperii Comitiis comparent, in iisdem sessionem & votum habent, & in Imperii matricula continentur, prout hæc distinctio ex præcedentibus satis clarè patescit. Quam distinctionem si attendere voluisset Dn. Limn. *de jur. publ. Tom. 4. lib. 6. cap. 3. num. 10. seq.* non adeò rigidus censor fuisset Hyppoliti à Treispach/ qui Nobiles imediatos Status quoque esse generaliter loquendo, & Statuum Reliquorum juribus gaudere, asseruit. Interim tamen hanc distinctionem Dn. Limnæ. quoque admittit & illâ contra Reinkingium utitur, *libr. 1. de jur. publ. cap. 7. n. 94. & l. 3. cap. 8. n. 22. tom. 5. lib. 1. c. 7. n. 65.* 114.

CAPUT IV.

De Civitatibus Hanseaticis.

Summaria.

1. Mixtæ Civitates maximam in partem associatæ sunt Hanseaticis.
2. Hanseaticæ Civitates unde sic dictæ, & num. 4. 5. 6. 7.
3. Ansi, Hansi quid.
8. Origo Civitatum Hanseaticarum unde.
9. Quando inceperint.
10. Vandalicæ civitates quænam.
11. Quartier-Stätt quænam.
12. Emporia quæ.
13. Quot & quænam civitates Hanseaticæ.
14. Ex societate hac civitates nonnullæ sunt exclusæ.
15. Protectores hujus fœderis quinam fuerint.
16. Privilegia Regis Galliæ his data civitatibus.
17. Conventus suos habent.
18. Habent Archivi præfectos.
19. An justum sit hoc fœdus.
20. Videtur sapere conspirationem.
21. A Carolo IV. inhibitum.
22. Inquisitio in id facta.
23. Societates magnas se aboliturum promittit Imperator.
24. Confœderatio hæc Dominorū contemptum secum trahere videtur.
25. Confœderationes ad bonum finem initæ, validæ sunt.
26. Defensio omni jure permissa.
27. Dignius trahit ad se minus dignum.
28. Ab Imper. fœdus hoc approbatum censetur.
29. Nullibi in Recessibus Imperii improbatum.
30. Imperator Rudolphus II. confœderatos in patrocinium recepit.
31. Impp. & Principes confœderatos legationibus dignati sunt, & n. 42.
32. Habent jus mittendi legatos.
33. Tempus immemoriale habet vim legis, privilegii, &c.
34. A socio injuriam repellere licet.
35. Monopolia quatenus aliquando permittantur.
36. Benignior interpretatio facienda.
37. Ab Imperatore in subsidium Imperii sollicitantur civitates Hanseaticæ.
38. Recessus Imperii de quibus civitatibus Hanseaticis intelligendi, & num. 40. & 41.
39. Nemo in Imperio acephalus, & n. 44.
43. Recessus illi de Russiæ & Livoniæ Civitatibus cur non sint intelligendi.
45. Ab Imperii contributionibus exemptum esse, non videtur æquum.

1. Mixtarum Civitatum numero habentur civitates Hanseaticæ, & Saxoniæ inferioris metropoles, Johan. Adam. *dissert. de civitatib. German. cap. 10. n. 1.* Et Hanseatica ista societas maximam in partem ex civitatibus mixtis, & aliis ordinibus certis quibusdam pactis subjectis, tum etiam pro parte ex civitatibus Imperialibus & liberis, ac aliis nonnullis planè extra Imperium sitis, constat, Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 2. cap. 3. in princ.* Et dicuntur aliquando Hain-und See-Stätte / Reichs Abschied zu Speyr. *de* 2.

anno

anno 1542. §. demnach haben wir auff der Chur-Fürsten. 58. Reichs-Abschied zu Speyr *de anno 1544.* §. demnach haben wir auff der Chur-Fürsten. 33 Reichs Abschied zu Augspurg. *de anno 1566.* §. die Hain- und See-Stätte belangend. 51. quasi die grosse Stätte/ cũ vocabulum, Hain / idem sit, quod magnus, à Hunnis, quorũ procera erat statura, Benedict. Carpzov. *de capitulat. cap. 6. sect. 10. num. 3.* Johan. Limnæ. *de jur. publ. lib. 7. cap. 1. n. 60. & ibi in Not. tom. 5. p. (m) 135. seq.* ubi addit, quod majores nostri Hunnos dixerint, die Heine/ & grosse Heinen/ eos, qui statura Hunnos æquabant, & adhuc hodie in locis quibusdam uvas majores dici Haynische Weinbeer: atq; ita Hayn-Stätte quasi grosse Stätte.

Quorsum etiam facere videtur, quod 2 nonnulli civitates Hanseaticas dici putant, à Gothico Ansi, qua voce proceres & Heroës, sive Semi Dei denotentur, ut Hansee-Städt sint urbes præcipuè negotiationibus, opibus & confœderationibus potentiores, Besold. *de jur. civitat. imper. num. 13. & de fœderib. cap. 3. n. 11.* Reinking.
3. *de regim. secul. lib. 1. class. 4. cap. 20. num. 42. seq.* Unde & adhuc hodie in inferiore Saxonia & Westphalia populari & vulgari loquendi usu, si qui supra sortem suam videri & æstimari volunt Ironicè *Hansi* appellari solẽt, dat willen grote Hansen syn / item, ein gewaldiger Hanß/ & non infrequens apud omnes ferè loquendi modus est: Es seye groß oder klein Hanß/ ex quib⁹ apparet, vocem illam olim aliquid magni & præcipui denotasse Reinking *d. cap. 20. n. 43.* Et hodie in Helvetia & Rhetia Nobiles & optimates, ac à plebe diversam factionem foventes; appellari die Hansen scribit Nolden. *de stat. nobil. cap. 1. num. 40.*
4. 3. Aliis Hanseaticæ civitates dictæ videntur, quasi Handels-Stätte/ à comerciis, quib⁹ indulgent, postea corrupto vocabulo Hansel-Stätte/ & deniq; corruptius Hansee-Stätte/ ut videre licet apud Joh. Limn. *de jur. publ. lib. 7. cap. 1. n. 65.* Besold. *thes. pract. verb.* Hansee-Stätt/ ubi dicit, quod Ratisbonæ adhuc sit magistratus, qui Hanß-Graff indigitatur, & qui de litibus mercaturam concernentibus cognoscit. 4 Alii à voce
5. Hand/ id est manu, deductũ putant, quasi manus mutuum defensionis vinculum notet, Remig. Fesch. *de fœderib. concl. 19. lit. c.* quã tamen remotam deductionem putat Limn. *d. cap. 1. n. 66.* addens, si ab Hand deducendũ foret, proximius ab Handelen deducendum esse, cũ hoc ab Hand sit, ex eo, quod manus in comerciis, quæ dando & accipiẽdo perficiuntur, maxime sit officiosa.
6. Ex quo etiam 5. nonnulli derivant à societate, ex eo, quod Ansee societatem significet, de quo Carpzov. *de capitulat. cap. 6. sect. 10 num. 5.*
7. 6. Communiter autem civitates Hanseaticæ dictæ putãtur, quasi am-See-Stätte/ ex eo, quod maxima earum pars mari adjaceat, Rut. Rulant. *de commiss. lib. 5. part 2 cap. 4. n. 56.* Arumæ. *ad Aur. Bull. discurs. 6. concl. 9.* Wehner. *pract. obs. verb.* Hansee-Stätt. Matth. Steph. *de jurisd. lib. 2. part. 2. cap. 3 n. 4* Reinking. *de regim. secul. lib. 1. class. 4. cap. 20. n. 43* Et cum passim in Recessibus Imperii separentur Haine: und See-Stätte / & res ipsa loquatur, plures civitates, quæ non sunt maritimæ seu mari vicinæ, in hoc fœdus Hanseaticum esse receptas, indè hoc factum videri cẽsetur, quod se aliæ his maritimis, fœderis utilitate cognita, conjunxerunt, idq; illustrius fecerunt, ita ut postea synecdochicè denominatio ab una harum civitatum confœderatarum parte remanserit.

Origo hujusmodi fœderis Hanseaticarum 8.
civitatum indè descendare videtur, quod cum vicinis Principibus ac Dominis, maximè verò à Danis & Cimbricæ Chersonensis incolis, & Suecis, Holsatiæ, Lunæburgensis & Saxoniæ regiones & civitates irruerentur nimiumq; infestarentur, & in commerciis impedirentur, pro defensione, & ad promovenda commercia libera, de mutuo invicem auxilio præstando inter sese convenerunt, quod fœdus postea cẽtum annorum spacio in tantum excrevit, ut magnis etiam Principib⁹ id formidabile esset, Chytræ. *in Chron. Saxon. fol. 672* Matth. Steph. *de jurisd. lib. 2 part. 2 cap 3. n. 2.* Joh. Limnæ. *de jur. publ. lib 7. cap. 1. n. 70. & ibi in not. Tom. 4. p. 136.*

De tempore, quo inceperit hoc fœdus, 9.
certi nihil constat, & incepisse illud paulò ante tempora Friderici II Imperatoris circa annum Christi 1200 refert Wehner. *pract. observ verb.* Hansee-Stätt. Thuan. *histor. lib. 51.* vel circiter an. Christi 1270. secundum Warem. ab Ehrenberg. *de fœderib. c 2. n. 44.* Matth. Steph. *d. cap. 3. n. 1.* vide Joh. Limnæ. *de jur. publ. tom 4. lib. 7. cap. 1 n. 70.*

Hic fœderi etiam adhæret fœdus civitatum 10.
Vandalicarum, der Wenden Stätte / quæ adhuc durant & numerantur, 1. Lubeca, 2. Wismaria, 3. Rostochium, 4 Stralsunda, 5. Gripeswaldum, 6. Hamburgum, 7 Lunæburgum, Warem. ab Ehrenberg. *de fœder. lib 1. cap. 2. n. 44.* quarum hodie, omisso Gripeswaldo, sex numerantur, Chytræ. *Chron. Sax. lib. 1. p. 3. & 40.*

Totum hoc Hanseaticum corpus olim in 11.
tres, postea Prussicis accedentibus, in quatuor classes, sive membra & metropoles, in die vier Quartier distribuitur, & cuilibet classi, certa, & quasi pro capite, civitas est assignata, quæ vocatur, die Quartier-Stadt/ veluti 1. Lubeca est die Quartier-Stadt inter civitates Pomeranicas, & sex Vandalicas. 2. Colonia, est die Quartier-Stadt inter civitates Cliviæ, Marchiæ, Turingiæ, Geldriæ & aliquot Westphaliæ, 3. Brunsuigũ, est die Quartier-Stadt inter civitates Saxoniæ & nonnullas Westphaliæ 4. Dantiscum est die Quartier-Stadt inter civitates Borussiæ & Livoniæ. Remig. Fesch. *de fœderib. conclus. 9. lit. d.*

Habuerunt quoque istæ civitates quatuor 12.
emporia, in quibus aliæ civitates exteræ privilegiis societatis frui non potuerunt; nati verò in oppidis ac pagis civitatum hujus fœderis Hanseatici ad privilegia eorum non admittuntur, priusquam jus civitatis in aliqua earum adepti sunt. Quatuor autem prædicta emporia erant. 1. Londinum in Anglia, 2. Brugense in Flandria. 3. Novogardiense in Russia, 4. Bergense in Norwegia, de quibus Johan. Limnæ. *d. lib. 7. cap. 1. n. 74. seq.* Matth. Stephan. *d. cap. 3. num 16. seq.*

Civitates Hanseaticæ olim fuerunt plures 13.
octuaginta, secundum Thuan. aut plus minus octua-

octuaginta tres, juxta Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 2. cap. 3 num 6.* Quarum ex numero cum anno 1418. ejectæ essent, quatuordecim, adhuc hodie in societate permansisse sexaginta sex civitates, author est Thuan. & Dresser. *de urbib. German. pag. 626.* Vandalicas nimirum sex; Pomeranicas octo; Borussas sex; Livonicas tres; Saxonicas tredecim; Westphalicas decem; Clevicas seu Marchicas septem; Transisulanas tres; Geldricas septem; Frisiæ tres; Hodie in societate ista Hanseatica esse recensentur. 1. Lubeca. 2. Brema. 3. Rostochium. 4. Sundium. 5. Wismaria 6. Thorna. 7. Elbinga. 8. Danticũ. 9. Regius mons. 10 Brunsberga. 11. Riga. 12. Derbatum. 13. Revalia. 14. Stetinum. 15. Stadium. 16. Ulcenia. 17. Buxtehuda. 18. Stargardia. 19. Anclamum. 20. Golnovia. 21. Chilonium. 22. Hamburgum. 23. Lunæburgum. 24 Gryphisvvaldia. 25 Colberga. 26. Colonia. 27. Osnabruga. 28. Susatum. 29. Minda 30 Hervordia. 31. Paderborna. 32. Lemgovia. 33. Tremonia. 34. Monasterium. 35 Neomagus. 36. Daventria. 37. Zutphania. 38. Svvolla. 39. Hartervvicum 40. Groninga. 41. VVeselia. 42. Duisburgum. 43. Elburga 44. Stavaria 45. Ruræmunda. 46. Arenacum. 47. Campi. 48. Bolsvverda. 49 Lippia 50 Unna. 51. Hamma. 52. Emmerica. 53. VVarburga 54. Bilefelda. 55. VVenlo. 56. Brunsuiga. 57. Magdeburga. 58. Hala. 59. Stendalia 60. Salisquella 61. Berlinum. 62. Halberstadium. 63. Hildesium. 64 Goslaria. 65 Gottinga 66. Hannovera. 67. Hamelia. 68. Quendlinburga. 69. Ascherslebia 70. Northeimia 71 Helmstadia. 72. VVisbui. 73 Uratislavia. 74. Cracovia. 75. Francofordia ad Oderam. 76. Brandenburgum. 77. Gosfeld. 78. Stolpe. 79. Rugenvvold. 80. Seehusen. 81 Osterbach. 82 VVerben. 83. Demminium Matth. Stephan. *de jurisd. lib. 2. part. 2. cap. 3 n. 8* cui cutem an plena fides tribuenda sit, nõ satis constat Falsum autem esse exinde constat, quod omnes civitates Hanseaticas Imperiales esse, tradit Bodin *de republ. lib. 1. cap. 6.* Et sicuti hic in excessu, ita in defectu peccat VVaremund. ab Ehrenberg qui unam tantũ Imperialem civitatem inter omnes Hanseaticas civitates esse scribit, de fœderib. *cap. 2. num. 45* quod notat Kirchner. *in Morviller. lib. 1. cap. 4. num. 122.* ubi quatuor civitates Imperiales liberas Ansæ hoc corpore hodie etiam contineri adserit, quod ex iis quoque quæ præcedenti capite dixi, facilè refellitur. Adde Limnæ. *tom. 4. lib. 7. c. 1. n. 71. p. 137. seq.*

14. Ex prædictis civitatibus nonnullæ ante aliquot annos à societate hac sunt exclusæ, non nullæ etiam sua sponte eidem renunciaverunt. Sic enim Brunsuicenses an. 1383. ex hac societate exclusi, post annos aliquot, Lubeccæ in publico conventu publicam pœnitentiam facere, nudisque pedibus, nudatoque capite cereos è D. Mariæ templo in prætorium portare, & ibi ingeniculati veniam precari coacti sunt, antequam, authoritate interveniente Imperatoris Caroli IV. reciperentur, prout refert ex Crantz. *lib. 9 Vandalic histor. cap. 7.* Matth. Stephan *d. cap. 3. num. 11. seq* Author der vereinigten Teutschen Hansee-Städte / kurtzen nothwendigen Beantwortung. Carpzov. *de lege Reg. German. cap. 6. sect. 10. num. 14.* Ita etiam Colonienses à communione ista exclusi, *anno 1475.* ad instantiam Imperatoris Friderici III. & ArchiEpiscopi Coloniensis, satisfactione prius facta, iterum recepti sunt. Crantz. *d. l. lib. 15. cap. 22.* Matth. Stephan. *d. l. num. 13. seq.* Carpzov. *d. sect. 10. num. 15.* Et cum anno 1562. inter societatem hanc, & Bremensem civitatem difficultates ortæ, ac ipsa civitas ab eadem removeretur, Imperatorum Ferdinandi I. & Maximiliani II. hortatu in pristinum statũ restituta fuit, Johan. Adam Dapp. *dissert. de civitat. German. cap. 10. 10. num. fol. 119.* Carpzov. *d. num. 15.*

Protectores quoque hoc fœdus olim habuit suos, quales ab initio fuerunt Magni Teutonici ordinis Magistri. Cessante autem ordinis illius sub Alberto Brandeburgico potestate, ipsa etiam protectio cessavit: à quo tempore varii Reges & Principes munus illud ambierunt, inter quos Reges Daniæ, & Sueciæ, & ut fama fuit, Hispaniæ propter Belgii Dominium; Item Franciscus Dux d'Alenzon, postquam in Belgii Principem esset ascitus, missis ad hoc Lubecam; ubi tum fœderatorum conventus erat, legatis suis, Joachimo de Brandenstein/ & Philippo Farenrod, quorum illi absolutè repudiati, hic verò vana spe tractatus, & protractione temporis pertæsus, sponte recessit, & ita fœdus illud huc usque sine protectore mansit, uti refert Remig Felchius *in dissert. de fœderib. conclus. 9 lit d.* 15.

His quoque civitatibus in Gallia Rex Ludovicus egregia concessit privilegia, quæ Carolus VIII. *an. 1484.* approbavit, quorum præcipua hæc erant capita, ut fœderati mercatores suis de bonis in Gallia decernerent & statuerent pro arbitrio, vivi aut morientes, seu mortis causa, ne deinde eorum merces tributariæ forent, sed vectigalium novorũ vacationes haberent, cujusmodi privilegia aliquoties etiam renovata esse, testatur Choppin, *de doman. Franc. lib. 1. tit. 11. num. 22.* Diploma Henrici IV. vide ap. Limnæ. *tom. 4. lib. 7. cap. 1. n. 78. pag. 139 seq.* 16.

Quia autem tàm amplæ societatis negocia sine conventibus & legationibus expediri nequeunt, ideò ipsis conventus indicendi & legatos mittendi jus competere consequens est Matth. Stephan. *de jurisdict. libr. 2. parte 2. cap. 3. n. 3. vers. caterum quia.* Idque propter eminentiam, quam collegium illud civitatum ex eo consequitur, quod civitates Imperiales iis sunt conjunctæ, quæ singulæ per se jus archivorum habent. Cumigitur dignior qualitas semper consideretur, ex conjunctione civitatum Imperialium hoc jus habere censentur. Matth. Stephan. *d. l. vers. cæterum quia. & num. 21.* Johan. Limnæ. *de jur. publ. lib. 7. cap. 1. num. 77.* tùm etiam quod hoc archivum à duabus Imperii civitatibus, Colonia scilicet & Lubeca dependet, quæ huic sunt præfectæ, & ideò ex earum dignitate merito omnium cæterarum civitatũ Anseaticarum jura regulari debent, Rut. Ruland. *de commiss. part 2. lib. 5. cap. 4. n. 58. & 59.* Matth Stephan. *d. l. num. 22.* Limnæ. *d. num. 77.* 17. 18.

De Justitia fœderis hujus Hanseatici, & an licitum sit, nonnulli dubitant, idq; tanquam illicitum

licitum improbant, Author quidam anonymus quorundam scriptorum, in quibus fœdus illud ceu ligam prohibitam, factionem & conspirationem impugnat, & ad commercia tantum restringit, nec ad necessitatem tuitionis, defensionis vel commerciorum, vel ipsarum imprimis urbium pertinere contendit, 1. propterea, quod fœdus hoc conspirationem quandam sapiat cum in eo plures civitates mixtæ &
20. aliis Dominis subjectæ, & ita jus fœderis non habentes, reperiantur, Waremund. ab Ehrenberg. *de fœderib. cap. 2. num. 44.* ubi ait; si penitius examinaverimus hujus fœderis vel conventionis naturam, vix negari poterimus, quin sapiat, quoad nonnullas civitates, speciem conspirationis, cum multæ civitates eo comprehendantur aliorum Imperio subjectæ, quæ neque Regalia à Cæsare habent, & superiorem magistratum præter Cæsarem agnoscunt: quibus & alii Principes mandare possunt; quæ etiam nec in comitiis, nec circularibus conventibus, sessionem ac votum habent, neq; in matricula sunt comprehensæ, nec contributionē Cæsari, sed Principibus solvunt. Sed benè est, quod domesticis insidiis, & privato commodo fascinati, nesciant hac potentia ingenti uti, cum homines alant aliis Regibus Principibusque addictos & obligatos, & conconcionatores ad quæ libet vulgus incitantes.

21. Ex quo etiam 2. Imperator Carolus IV. confœderationes civitatum aliis subjectarum, sine Dominorum consensu inhibet, Aurea Bulla. *tit. 15.* Bened. Carpzov. *de Capitulat. cap. 6. sect. 10. num. 13.*

22. Quod etiam 3. probari videtur ex eo, quod Imperatori & Imperio fœdus hoc nunquam satis cognitum fuerit, & ideò inquisitionem & informationem faciendam esse quomodo res Hanseaticarum hujusmodi civitatum verè sese habeant, quænam illæ sint, quomodo vocentur, ubinam sitæ, an & quatenus Imperio, vel aliis Statibus sint subjectæ, Reichs Abschied zu Augspurg *de anno 1548.* §. solchem zu begegnen *48. ibi:* um Bericht einzunehmen / wie es um vielgemeldte See und Ansee-Städte gelegen / wer dieselben sind / wie sie genannt / wo sie gelegen / ob und wie sie seynd dem Reich / oder andern Ständen unterworffen. Idem Imperator Rudolphus II. sub dato Pragæ *ultimo Maij anno 1606.* in literis ad Lubecenses datis requirit, & voluit, daß der Rath zu Lübeck / als directorn der Hansee-Städten / alle und jede / alte und neue Hansische privilegia, Einigung / Bündnus / Capitulationes, Statuta, und bey gehaltenen Hansee-Tägen auffgerichte Recess, auff ihro Käyserl. Mayst. Reichs Hoff Cantzeley überschicken / neben einer ordentlichen Verzeichnus aller Städten / wie / oder wann sie in den Bund kommen / sicuti ex actis Brunsuicens. *part. 3* refert Johan. Limnæ. *de jur. publ. lib. 7. cap. 1. num. 79. fol. 51.*

23 4. Atque indè etiam Imperator in Capitulationibus promittere solet, confœderationes & societates mercatorum onerosas se aboliturum & interdicturum, Capitul. Imperator Ferdinandi. III. §. *19. & ibi*: wir sollen und wollen auch die grosse Gesellschafften / und Kauffgewerbs Leuth / so bißhero mit ihrem Geld regieret / ihres Willens gehandelt / und mit Wucherung viel Ungeschicklichkeiten dem Reich / dessen Inwohnern und Unterthanen mercklich Schaden / Nachtheil und Beschwerungen zugefügt / eingeführen / und noch täglich begehren / mit ihrer der Chur-Fürsten / und anderer Ständ / Rath / nach dem / wie deme zu begegnen / hiebevor auch bedacht / und vorgenommen / aber nicht vollnstrecket worden / gar abthun. Concordat Capitul. Imperat. Leopoldi *artic. 20.* Ex quo dicendum videtur, quod ex hoc capitulationis Cæsareæ capite, fœdus quoque hoc civitatum Hanseaticarum abolendum sit, veluti quod speciem Monopolii præ se ferre videtur, cum ideò contractum putetur, ut certis locis merces emant confœderati; quo rursus pretio eo, quo volunt, vendant, quod nihil aliud est, quam monopolium, utpotè quod vel in rebus, seu mercibus, aut in personis, aut in certo loco contrahi solet; In mercibus ut cum mercatores conveniunt, ut piper totum coëmant, & certo pretio inter se constituto divendant: In personis, cū certæ personæ inter se conveniunt hoc vel illud, hoc & non alio modo agere: In loco, si statuitur, ut res aliqua certo loco, & non alio fiat, vel vendatur, Sichard. *in l. unic. n. 2. C. de monopol.* utrum autem horum modorum assumpserimus, inveniemus eum non leviter Anseaticum fœdus concutere, inquit Arumæ. *ad Aur. Bull. discurs. 6. conclus. 9.* hujusmodi autem monopolia legibus interdicta esse dicetur *infra lib. 5. cap. 2. num. 38. seq.*

5. Quia hujusmodi confœderationes harum civitatum, præsertim mixtarum, Principum contemptum secum trahere videntur; 24.
sua enim confisæ potentia, non semel hostili manu Principum conatus infringere sustinuerunt, quo nihil perniciosius in Republica excogitari posse, Romanæ plebis à patriciis discedentis exemplo constare, scribit Arumæ. *ad Aur. Bull discurs. 6. conclus. 9.*

Verum fœdus hoc tanquam licitum defendunt Author der vereinigten Teutschen Hansee-Stätte kurtze nothwendige Verantwortung. per tot. Ventur. de Valent. *in parthen: litig. lib. 1. cap. 6. num. 34.* Arumæ. *ad Aur. Bull. discurs. 6. conclus. 9.* Nic. Betsius *de pact. famil. Illustr. c. 3 fol. 53. seq.* Reinh. Kœnig. *in theatr polit. part. 1. cap. 5. num. 74.* Reinking. *de regim. secul. & Eccles. lib. 1. class. 4. cap. 20. num. 48. seq.* Bened. Carpzov. *de leg. reg. German. cap. 6. sect. 10. n. 14. seq.* Johan. Limnæ. *de jur. publ. lib. 7. cap. 1. n. 79. & ibi in Not. tom. 4. p. 141.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 2. cap. 3. n. 3 seq.* Daniel Otto. *de jur publ. cap. 11. fol. 403.* Bruning *de var. univers. spec. conclus. 17.* Bertram. *de Comit. conclus. 11. ad. fin.* Kyllinger. *de ganerb. castr. disc. 15. n. 27.* Mart. Rumelin. *ad Aur. Bull. part. 2. diss. 4. cōclus 34. & ibi*; Dn. Nicol. Myler. *in addit.*
Quia 1. omni jure permittuntur colligationes 25.
& confœderationes hominū, quæ ad aliquod bonum, & licitum finem fiunt, Everhard *in loc. à virtute finis. 132. n. 3.* Mynf. *6. obs 2. n. 4. & 5.* Schrader. *de feud part. 10. sect. 10. n. 26.* War. ab Ehrenberg. *de fœder. cap. 2. n. 128.* veluti, si quis timeret, se oppressum iri à suis vicinis, & adversariis, cum hæc sit species defensionis, quæ tàm quoad res, quàm quoad personas licita est & 26.
jure permissa, *l. ut. vim. 3. & ibi* Dd. *com. ff. de justit. & jur.*

& jur. l. 1. C. unde vi. Bart *in extravag. ad reprimendum. in verb. occulte.* ubi ligas vel societates, quæ hodie fiunt inter civitates, vel Barones & alios recognoscentes superiorem, si fiant ad ipsorum defensionem, jure subsistere dicit. Et cum hujusmodi confœderatio ad pacis publicæ conservationem & executionem directa, constitutionibus Imperii non contrariatur, sed iisdem planè conveniens est, sicuti apparet ex *Aur. Bull. cap. 15.* ubi pœna ibidem constituta ad conspirationes, conventicula & colligationes illicitas restringitur, & ab eadem excipiuntur confœderationes & ligæ illæ, quas Principes & civitates, ac alii super generali pace provinciarum ac terrarum inter se formasse noscuntur; sicuti etiam ex hoc ipso Aureæ Bullæ titulo evinci, fœdera fundata in conservatione pacis publicæ non prohibita esse, tradit Warem. ab Ehrenberg. *de fœder. cap. 2. n. 229.* Matth. Stephan *d. cap. 3. n. 3.* ex quo licitum & validum habitum fœdus, quod Suevici circuli ordines pro pace publica contra seditiosos rusticos inter sese pepigerunt, Reichs Abschied *de anno 1529.* §. und als ein Abschied. Caspar. Klock. *de contribut. cap. 14. sect. 3 num. 53. seq.*

2. Potissimæ civitates confœderatæ sunt Imperiales immediatæ & Imperii Status, quibus jus fœderis competere, dicetur *infra lib 2. cap. 23. n. 4.* & licet iisdem aliæ mixtæ, vel etiam mediatæ conjunctæ, ipsæ tamen aliarum immediatarum jure immemorialis temporis præscriptione, præsumtoque Principum consensu, ac Imperatoris confirmatione sustinentur, cũ aliàs quoque multa aliis conjuncta tolerantur, quæ separata corruerent, *l. 39. ff. de vulg. & pupill. l. in negotiis. 5. ff. de R. I.* & dignius trahat ad se minus dignum Bald. *in l. princ. C. commun.*
27. *de legat.*

28. 3. Quibus accedit Imperatorum ac Statuum Imperii approbatio; Nam, ut paulo *ante n. 14.* dictum, cum Imperatorum Caroli IV. nec non Friderici III. Ferdinandi I. & Maximiliani II. autoritate & interventione accedente civitates Brunsuicensis, Coloniensis & Bremensis à fœdere exclusæ, restitutæ sint, eo ipso id approbasse intelliguntur Carpzov. *de leg. reg. German. cap. 6. sect. 10. num. 14. seqq.* Johan. Limnæ. *de jur. publ. lib. 7. cap. 1. n. 79.*

29. 4. Quia per tot Imperii Recessus, quibus mentio fit hujusmodi civitatum Hanseaticarum nullibi fœdus hoc improbatum legitur, sed pro singulari corpore habitum, & ab Imperatoribus & Imperii ordinibus in subsidium sollicitatum fuit, ut maximè videre licet Reichs Abschied zu Speyr / *de anno 1542.* §. demnach haben wir. 58. & Reichs Abschied. *ibid. de anno 1544.* §. demnach haben wir auf 33. Reichs Abschied zu Augspurg. *de anno 1548.* §. und als erstlich 47. Reichs Abschied zu Augspurg *de anno 1566.* §. die Hain und See Städte 51. Reichs Abschied zu Regenspurg *de anno 1594.* §. deßgleichen die Freye Reichs-Ritterschafft. uti & *de annis 1576 1582 & seq passim* Quod nunquam factum fuisset, si Hanseaticum hoc fœdus & societas illicitam conspirationis speciem foveret, Carpzov. *d. sect. 10. num. 17.*

30. Ex quo etiam 5. Imperatorem Rudolphum II. Hanseaticarum civitatum patrocinium suscepisse, contra Elisabetham Angliæ Reginam, refert Remig. Fesch. *de fœder. concl. 9. lit. d.* ubi etiam refert, quod postquam anno. 1566. ortâ inter civitates controversia, periculum esset totalis distractionis Imp. Maximilianus pro singulari suo in fœderatos affectu, ad pristinam amicitiam hortatus fuerit.

Quibus 6 accedit, quod Imperatores ma- 31.
gniq; Principes & exteri Reges legationibus suis splendidissimis Hanseaticos Conventus dignati fuerint, ita ut paucis ab hinc *annis 1597. & 1598.* uno eodemque tempore visi Imperatoris, Regum Hispaniæ & Poloniæ legati, referentibus Matth. Steph. *de jurisd lib. 2. part. 2 cap. 3. n. 3.* Bruning. *de var. univ. spec. concl. 17. in fin.* Kirchner. *lib. 1. de legat. cap. 3. n. 55.* quod etiam videre licet ex Reichs Abschied zu Augspurg
de anno 1566. §. die Hain und See Städte 51. Et 32.
ipsas quoq; confœderatas civitates Hanseaticas jus mittendi legatos habere, tradunt Besold. *de legat. cap. 3. n. 3. & 4* Bort apud Arumæ. *de jur. publ. tom. 1 discurs. 14 concl. 8.* Dan. Otto. *de jur. publ. cap. 14. fol. mihi 529.* Joh. Wurmß. *de jur. publ. exerc. 4 quæst. 6.* Rasch. *de legat. conclus. 25.* Easdemque legatos suos misisse anno 1399. in Daniam ad faciendam pacem cum Regina Margaretha: & anno 1418 de pace cum eodem Regno facienda: nec non anno 1437. in Angliam, ob jus sibi violatum, refert ex Gallico Scriptore Servin *2. vol. des. plaid. fol. 267.* Johan. Adam Dapp. *in dissert. de civitat. German. cap. 10. n. 10.*

7. Et denique fœdus hoc confirmat imme- 33.
morialis temporis præscriptio, siquidã id jam ante 400. annos contractum fuit, & cum per tot seculorum intervalla, citra contradictionẽ eorum, quibus Imperii cura commissa, continuatum fuerit, id legitimum esse, & antiquitate sua privilegiatum, cũ tanti & imemorialis temporis decursus, vim legis & specialis concessionis obtineat, *l. 1. §. fin. l. fin ff. de aq. pluv. arc.*

Ex quibus etiam ea, quæ in contrarium adducta sunt facilè diluuntur, & quidem primum, quod scilicet hoc fœdus ex eo illicitum, quod in eo civitates aliorum Principum ac Dominornm Imperio subjectæ comprehendantur; quia vitium hoc, si quod subfuerit, tanti temporis præscriptio tollit, utpotè quæ multum privilegiata est, & ex vitioso etiam titulo ac principio dominium & jus tribuit, per *l. competit. 6. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* omnesque solennitates, etiam extrinsecas negotio accessisse tanti temporis præsumit antiquitas *l. sciendum 36. & ibi.* Bart. *ff. de V. O.* Dec. *cons. 13. n 8. & cons. 341. n. 13.* Cravet *consil. 274. n. 4. & 5.* habetq; tempus immemoriale vim privilegii, *l. fin. ff de aqu pluv. arc. l. hoc jure. 3. §. ductus. 4. ff. de aqu. quot. c super quibusdam. § præterea. X. de V. S.* Mascard. *de probat. concl. 122. n. 43.* vim concessionis à Principe factæ. Gail. *1. obs. 21. n. 15. in fin.* Mynf. *1 obs. 30* regii assensus Cephal. *cons. 26. n. 3. lib. 1.* Cothman. *cons 79. n. 72. vol. 2.* tituli legitimè adquisiti Everh *jun. cons. 9 n. 6.* Meichsner. *decis. Camer. 4. n. 118. tom. 2. lib. 2.* tantumq; potest, quantum Imperator cũ causa, Marpurgens. *1 cons. 9. n. 3* . tantiq; temporis suffragio omnis adquiritur jurisdictio Peregrin. *d. jur. fisc lib. 6.*

lib. 6. tit. 8. Paris. *conf. 16. n. 28. lib. 4.* omnia regalia, omneq; Imperium. Balb. *de præscr. 2. part. 3. princ. quæst. 6. n. 13.* Cravet. *de antiq. temp. part. 4. quæst. 24. n. 201.* Mynf. *1. obs. 30.* Syxtin. *de regal. lib. 1. cap. 5. n. 136. seq.* etiam reservata Principi Mascard. *de probat. concl. 1221. n. 50.* Marpurg. *1. consf. 9. n. 32.* ac alia jura alias non præscriptibilia, Meichsner. *tom. 3. decis. 6. n. 8.* Natta. *cons. 222. n. 2.* Rol. à Vall *cons. 59. n. 6. vol. 4.* Atq; ita etiam propter vetustatem receptionis incertum adhuc est, an civitates istæ tùm temporis plenariè fuerint subjectæ, cum in vetustioribus matriculis insertæ reperiantur; vel Dominorum consensus non intervenerit: hoc enim factum esse, salvoq; Principum ac Dominorũ suorum jure fœderi civitates istas accessisse præsumitur, Arumæ. *ad Aur. Bull. discurs. 6. concl. 9.* Carpzov *d. cap. 6. sect. 10. n. 20.* Et præterea Bartol. Muscul. *dissert. de confraternit. sive de pact. success. illust. pers. conclus. 17.* respondet, etsi non omnium civitatum hoc fœdere innexarum æqualis libertas sit, in dubium tamen illud revocare, cujus initia ipsis vetustatis tenebris propemodum sunt obscurata, inanis esse operæ valdeq; periculosæ, quin potius optandum, ne unquam post hac Ansaticus populus occasionem habeat vires suas & potentiam experiundi. Nec enim facilè in disputationem vocandum illud, quod de jure non valet, si de
34. facto fiat, Joh. Köppen. *decis. 21. num. 18.* & annosam quercum transferre, qui vetustos ævi nostri mores in melius mutare conatur, Ant. Hering. *de fidejussor. cap. 10. n. 46.* Atque ideò immemoriali præscriptione se tueri possunt Arumæ. *d. conclus. 9.* Idqs maximè propter injurias, & molestias, quas à Dominis perpessæ. Quid enim, inquit *ibid.* Arumæ. si civitas subjecta Principi oppugnationem ejusdem contra jus, fasq; metueret, utiq; pro defensione, quæ juris naturæ est, opem civitatum Anseaticarum, pro defensione, quæ juris naturæ est implorare, seque illis defensivè, non offensivè, conjungere posset: Nam ut Cicero *1. offic.* inquit, duo sunt genera injustitiæ, unum eorum, qui inferunt, alterum eorum, qui ab his, quibus infertur, si possunt, non propulsant injuriam. Et Augustinus *in Psalm. 181.* qui desinit obviare, inquit, cũ potest, consentit, *c. fin. caus. 23. quæst. 3.* Et non inferenda, sed depellenda injuria, lex virtutis est, qui non repellit à socio injuriam, si potest, tàm est in vitio, quam ille, qui facit, *c. non inferenda. caus. 23. quæst. 3.* Ad 2. respondetur, ex superioribus *n. 26.* constare, quod Aurea Bulla in specie nõ loquatur de fœdere hoc Hanseatico, tãquã licito, ab Imperatorib. approbato, sed de aliis illicitis de cõgregationib⁹, quo me refero.

Tertium quod concernit, ex præcedentibus decidendi rationibus, Imperatorumq; factã approbatione, & per tot Imperii Recessuum documenta satis apparet fœdus hoc Imperatoribus cognitum fuisse; sed ut in antiquis fieri assolet, nõ omnes qualitates & accidentia fœderis ex asse Imperatorib. nota fuisse, ac propterea penitius in ea inquirẽdum esse statutum in d. Reichs Abschied *de anno 1548.* §. Solchen zu begegnen 48. & Imperator Rudolphus hoc nomine ad Lubeccenses literas dedit. Siquidem multa olim Imperatoribus cognita, modernis verò incognita, quæ ut cognita fiant, inquisitioni locus est. Sicuti etiã complures matriculis inserti leguntur, de quibus tamen non constat, quinam illi sint, & ubinam gentium degant, Reichs Abschied *de an. 1548.* §. als auch die Craiß. 54.

Quod 4. de monopolio dictum est, id licet secundum quid concederetur, quia tamen cõ- 35.
suetudine immemoriali & Cæsarum consensu societas fulcitur, omnis monopolii respectus meritò cessat, *c. significante. X. de appellat. & ibid.* Innocent. *in princ.* Carpzov. *de leg. Reg. German. c. 6. sect. 10. n. 25.* Arumæ. *d. concl. 9.* & posse constitutioni Codicis de monopoliis per privilegium & consuetudinem derogari, scribit Bald. in *l. un. vers. monopolium. C. de monopol.* Indeq; omnẽ monopolii speciem illicitam ab Hanseatico fœdere, quatenus ab Imperatoribus approbatum, abesse credit, Joh. Limnæ. *de jur. publ. lib. 7. cap. 1. n. 77. in fin.* ubi addit, si temporis tractu aliud inter ipsos confœderatos actum, salvo fœdere pristino, Imperatoris esse, Capitulationis suæ sequi præscriptum & monopolia Germaniæ perniciosa coërcere. Ubi etiam Baldo largitur, olim monopolia Imperatorum firmata privilegio sub onere vectigalis licita fuisse, Cujac. *in paratit. C. de monopol.* Cassiodor. *epist. 26. & 30.*

Quod ultimo loco objicitur confœderatio- 36.
nem Hanseaticam, Principum ac Dominorum contemptum secum trahere, cum id fieri possit, & non fieri possit, ea interpretatio facienda, quæ benignior est, & contemptum excludit, *l. merito 51. ff. pro soc. l. 1. C. ad L. Cornel. de sicar.* Grammat. *decis. 18. n. 5.* Arumæ. *d. concl. 9. in fin.* & rectius insolentia illa emendanda, quàm tota societas propterea culpanda aut dissolvenda, quæ sicut robore, potentia & viribus pollet, ita etiam urgentibus Imperii fatis & necessitatibus succurrere potest Reichs Abschied *de anno 1566.* §. die Hain- und See-Städte. *in fin. ibi:* dieweil es aber ansehnliche vermögliche Städte. etc.

Contributiones civitatum Hanseaticarum 37.
quod attinet, jam *ante n. 29.* dictum est easdem ab Imperatoribus ad subsidiarium auxilium sollicitari: cum enim Imperator Carolus V. & Imperii ordines animadverterent, talium civitatum nomina in recentioribus Matriculis nõ reperiri, eoq; ipsis occasionẽ dari publicis Imperii necessitatibus se subducendi, consultum visum fuit, cum illis agere, ut ponderatis causis, quas quilibet Christianus meritò apud animum expendit, in piam illam communem & æqualem contributionem consentirent, mit ihnen handelen zu lassen/ daß sie in Bedenckung dero Ursachen/ die ein jeder Christ billich zu Hertzen und Gemüth führet/ in den Christlichen gemeinen und gleichen Anschlag/ auch mit willigen/ und denselben von ihr und ihrer Unterthanen Gütern bezahlen möchten/ etc. Reichs Abschied zu Speyr/ *de anno 1542.* §. demnach haben wir. & de *annis 1544. 1548. 1557. 1566. 1594. 1598. 1603. & 1642.* ita tamen, ut Electorum, Principum ac aliorum Statuum jus integrum & illibatum remaneat. d. Reichs Abschied *de an. 1542.* §. wir wollen auch & *alibi* passim. Et licet hujsmodi contributionum sollicitationes Principes ac ordines nonnulli impedire sint conati, nihil ta-

men

men obtinuerunt, prout refert Wilh. Dilichius, *in Chron. Bremens. fol. 145.* Jam ab Anno 1542. inquiens, in Imperio Romano receptum erat, ut civitates Anseaticæ æquè ac Nobilitas libera Imperii per Cæsareos legatos ad aliquid in comune conferendum sollicitaretur: id ut impediret Christophorus ArchiEpiscopus Bremensis, & jus collectádi civitatem sibi vindicaret, consilio cum aliis inferioris Saxoniæ Principibus inito, *anno 1557.* illi per literas apud Ferdinandum Regem omnem moverunt lapidem, ut legatio illa intermitteretur, Ferdinandus verò & Electores nihilominus legatos suos ad conventum Anseaticum miserunt, auxiliaque Imperii sollicitarunt: Cum verò legati Principum de eo protestationem interponerent, Brema cæteræq; civitates, quæ eodem jure & libertate utebantur, eas protestationes & postulata nihil ad se pertinere ostenderunt.

38. Ad quosnam autem propriè constitutiones Imperii de Hanseaticis civitatibus ad contributiones sollicitandis pertineant, nonnulli in dubium vocant? Nonnulli enim putant Recessus Imperii hosce non de Hanseaticis in genere, sed de Borussicis & Livonicis tantùm civitatibus intelligendos esse; Alii putant, eosdem ad corpus civitatum Hanseaticarum tantùm, & non etiam ad singulas civitates pertinere. Et quod Recessus isti non sint intelligendi de civitatibus Hanseaticis in Imperio Romano sitis, sed de Borussicis & Livonicis extra Imperium, indè 1. dicendum videtur, quod in illis disertè statuitur, hanc Cæsaream Comissionem ad eas tantùm spectare civitates, quæ nec Imperio, nec Electoribus, nec Principibus, quantũ ad hujusmodi subsidia, sive contributiones attinet, subjectæ sunt, Reichs Abschied zu Speyr / *de anno 1542.* §. demnach haben wir. 38. *ibi*: Dergleichen auch die Hain- und See-Städte / die nicht Chur-Fürsten / Fürsten oder andern Obrigkeitẽ ohne Mittel unterworffẽ und zugehörig seind / uñ in deß Reichs Anschlägen nicht beleget werden. Quod repetitur, im Reichs-Abschied zu Speyr *de anno 1544.* §. demnach haben wir 33. Reichs Abschied zu Regenspurg. *de anno 1557.* §. wir wollen auch auß. 53. uti & Reichs Abschied zu Augspurg *de anno 1548.* §. und als erstlich. 47. *ibi*: Wiewohl nun solcher Articul allein auff die See- und Ansee-Städt / die solcher Hülff halben / weder dem Reich / noch andern Chur-Fürsten / Fürsten oder Herrn unterworffen seyn wollen / gestellt und verstanden werden solte / etc. Quod ipsum autem de illis civitatibus, quæ in Imperio Romano continentur, ideò intelligi

39. nequeat, quod in Imperio Romano nullæ reperiantur, quæ acephalæ, hoc est, sine capite, atque à subditis supremæ superioritati debitis, immunes aut exemptæ sint, nemo siquidem debet esse acephalus, *c. nulla. 8. dist. 93. c. omnis 2. X. de censib. c. magnum. 28. caus. 11. quæst. 1. c. cum non liceat. & ibi* Panormit. *X. de præscript.* Petr. Gregor. Tholosan. *de republ. lib. 6. cap. 2. n. 1.* & ave, ut dicitur, alba ratior est civitas, quæ in alienam non venerit potestatem Scot. *resp. 1. n. 18. lib. 1. tom. 1.*

40. 2. Quia in Recessibus Imperii addita reperitur clausula, quod hæc Hanseaticarũ collectatio, Electorum, Statuumque juri territorii, superioritatis, & Regalium fraudi esse, vel præjudicare non debeat, Reichs Abschied zu Augspurg *de anno 1566.* §. die Hain- und See-Städt. 51. *ibi*: daß in berührter Handlung / diese Bescheidenheit gehalten werden soll, damit den Chur-Fürsten und Obrigkeiten an ihrer habenden Gerechtigkeit / superiorität, Obrigkeit / etc. nichts benommen. Quod si verò Hanseaticæ civitates aliis Statibus subditæ, collectationem hanc præstare tenerentur ad Imperatoris sollicitationem, utique hoc ipsis in juribus suis fraudi & præjudicio foret, cum collectæ ex jurisdictione & superioritate profluant.

Verum Recessus Imperiales de illis quoque civitatibus Hanseaticis loqui & intelligendos esse, quæ mixtum Statum obtinent, & partim Imperio, partim verò certis pactis & conditionibus Principibus aliisque Statibus Imperii subditæ, ac publicis Imperii tabulis, sive matriculis insertæ non sunt, apertè constat ex d. Reichs Abschied zu Augspurg. *de an. 1566.* §. die Hain- und See-Städte *51. ibi*: Da dañ nicht allein die Städt / welche keinem Chur-Fürsten / Fürsten oder andern Obrigkeiten ohne Mittel unterworffen und zugehörig / etc. Sondern auch andere / so Chur-Fürsten / Fürsten oder andern Obrigkeiten ohne Mittel unterworffen und zugehörig seynd / und in deß heiligen Reichs Anschlägen nicht beleget werden, zu bestimbtem Tag beschrieben / etc. 41.

Atque hoc ipsum experientia Imperii comprobat, qua constat, Cæsareas hujusmodi legationes, non tantùm ad Prutenicas & Livonicas, sed alias quoque civitates Hanseaticas directas fuisse, sicuti testatur Henric. Bruning. *de var. universit. conclus. 38. in fin.* Caspar. Klock. *de contrib. cap. 14. sect. 3. n. 38.* 42.

Nec dictos Recessus de Borussiæ & Livoniæ civitatibus intelligi posse, indè dicendum videtur, quod licet Imperatores non tantum eas sed universas illas provincias semper sibi vindicaverint, ac etiamnum vindicent, & *an. 1548.* eo ipso tempore, quo de jure, quod Poloniæ Rex in Borussiam asserebat, disceptatũ fuit, ad comitia Imperialia Gedanum & Elbingam vocaverint, uti testatur Thuan. *histor. lib. 5.* & Imperator Maximilianus *anno 1564.* mandata pœnalia contra Gedanenses decreverit: Rex tamen Poloniæ per legatum suum in comitiis Imperii *anno 1548.* Dantiscum & Elbingam ad comitia Imperialia vocari, ægrè ferre se significavit, petiitque, cum civitates illæ ditionis (ut ille quidem prætendebat) Polonicæ sint, ne imposterum tale quid fiat, & cum præter se nemo quicquam juris in illos habeat, ut suis uti legibus permittantur. Unde cum in Recessibus Imperii præsupponatur, civitates tales, nec Electoribus, nec Principibus quoad contributiones (solcher Hülff halben / secus ergò in aliis casibus) subjectas esse, sequitur de Borussicis, quæ Imperio planè exemptæ erant, eos nequaqam accipiendos. Bruning. *d. conclus. 38.* Casp. Klock. *de contribut. cap. 14. sect. 3. n. 35. seq.* Et quod Recessus illi *de anno 1542. 1544. 1548. & 1557.* intelligendi non sint de civitatibus illis, quæ aliis Principibus planè non sunt subjectæ, sed de illis, quæ quoad contributiones iisdem non subditæ, nec in matricula certam sibi 43.

præ-

præscriptam habent, id ex d. Reichs Abschied zu Augspurg/ *de an. 1448.* §. und als erstlich 47. expresse declaratur, his verbis: Wiewohl nun solcher Articul allein auff die See-Städt und Ansee/ die solcher Hülff halben/ unter dem Reich/ noch andern Chur-Fürsten oder Herrn unterworffen seyn wolle gestellet/ etc. Atque ideò etiam Imperator cum ordinibus statuit ibidem, ut inquiratur in civitates istas, an & quatenus aliis Statibus sint subjectæ, ne per hujusmodi requisitiones & collectas iisdem in juribus suis præjudicetur, d. Reichs Ab-
44. schied zu Augspurg *de anno 1548.* §. solchem zu begegnen 48. de quo *supra n. 22.* Ex quo etiam non adversatur quod in Imperio non reperiantur acephalæ civitates, cum hic de talibus nobis non sit sermo, & præterea constet, quod etiam contra supremi Principis superioritatem præscribi possit, Cravetta *de antiquit. temp. part. 4. §. mater. a. n. 73. seq.* Vasqui. *illustr. controv. lib. 2. cap. 82. n. 8. vers. tenendo.* Caspar. Klock. *tom. 1. consf. 31 n. 66 & seq. & n. 97. seq.* ubi dicit, non obstare, quod nemo possit esse acephalus, & sine capite, quia ipse præscribens sibi ipsi caput erit. Nec refragari, quod contra obedientiam præscribi non possit, *c. cum non liceat. X. de præscript.* quia verum sit, quamdiu quis durat subditus, non possit præscribere, ne sit obediens suo superiori; sed si gerat se pro libero, tanto tempore, quod sufficiat ad præscribendam libertatem, tum libertatem adquirat. Klock. *d. l. n. 68.*

Ex quo etiam secundum argumentum corruit, cum hic quæstio & sermo tantùm sit de illis civitatibus Hanseaticis, quæ aliis ordinibus & Statibus, quoad contributiones non sunt subditæ, atque ideò ipsis quoque quoad contributiones nihil quicquam præjudicatur, ipsisque etiam in reliquis jus suum salvum & integrum permanere debet, juxta Recessus supra relatos. Neque enim collationum hujusmodi requisitiones ad duplicationem, sed parificationem contributionum spectant, ne scilicet hujusmodi civitates Hanseaticæ, quæ in matricula Imperii nō reperiuntur, aliisque Statibus, quoad contributiones, subjectæ non sunt, ab ejusmodi oneribus Imperio communibus solæ immunes existant, quod æquum non fuit visum, per d. Reichs Abschied zu Speyr/ 45.
de anno 1542 §. demnach haben wir. 58. *ibi.* mit ihnen handlen zu lassen/ daß sie in Betrachtung oberzehlter Ursachen in disen Christlichen gemeinen und gleichen Anschlag auch willigen. Quod repetitur Reichs Abschied zu Speyr *de anno 1544.* §. demnach haben wir 33. Reichs Abschied zu Regenspurg *de anno 1557.* §. wir wollen auch 53 *ibi*: in gleiche Hülff und Bürde zu bewegen/ deß gnädigen Versehens/ sie werden sich darein Christlich und willfährig erzeigen und halten. Reichs Abschied zu Augspurg. *de anno 1566.* § die Hain- und See-Städte. 51. *in fin. ibi*: Sie werden sich von disem allgemeinen Gottseligen Werck nicht absondern. Casp. Klock *de contrib. cap 14. sect. 3. n. 22.* Ex quibus omnibus quoque colligitur, quod tales Imperii constitutiones & requisitiones non ad omnes civitates Hanseaticas mixtas, sed ad quasdam tantùm, & illas quidem pertineant, quæ aliis quidem ordinibus quoad certa quædam capita certisque conditionibus, non tamen quoad contributiones & collectas subditæ, Henric. Bruning. *de var. univers. spec. concl. 38. vers. pertinet ergò.* Caspar. Klock *de contribut. cap. 14. sect. 3. n. 8.* Indeque fieri, ut à quibusdam liberis civitatibus Hanseaticis, minimè verò tanquam ab integro corpore, S. Cæs. Majestati aliquid pecuniarum, immunitatibus tamen salvis, conferatur, scribit idem Klock. *de sect. 3. n. 24.*

CAPUT V.

De origine Civitatum.

Summaria.

1. *Cainus primùm civitatem condidit.*
2. *Quomodo id facere potuerit.*
3. *Hunc alij postea secuti.*
4. *Quando Germani civitates condere ceperint.*
5. *Quales horum olim habitationes fuerint.*
6. *An ante Christum natum in Germania civitates fuerint.*
7. *Unde civitates in Germania originem duxerint.*
8. *Liberæ & Imperiales civitates unde ortæ.*
9. *A Christianitate Libertatem habere videntur.*
10. *Roma Imperii Romani epitome.*
11. *Romani Germanis libertatem inviderunt.*
12. *Romani loca occupata in provincias redegerunt.*
13. *Permiserunt Germanos Romano jure vivere.*
14. *Francicum regnum quale apud Romanos fuerit.*
15. *Quodnam officium fuerit Comitum & Sculte torum.*
16. *Principum, Ducum, Comitum &c. officium ad hæredes olim non erat transitorium.*
17. *Carolus Magnus Principibus, Ducibus, &c. certas concessit provincias cum suis juribus.*
18. *Henricus Auceps, Otto I. & III. provincias hæreditario jure concesserunt in feudum.*
19. *Otto I. Episcopis secularem jurisdictionem concessit.*
20. *Quam Henricus IV. Præcidit.*
21. *Quædam civitates ab Episcoporum jurisdictione variè sese liberarunt.*
22. *Civitatū libertas cui tempori adscribenda.*
23. *Italiæ civitates prius, quàm Germaniæ libertatem accepisse videntur.*

Omni-

1. OMnium primus civitatem condidisse legitur Cain, is enim cum fratrem suum Abelem occidisset, & metueret, ne occideretur à quovis obvio, profugus habitavit in terra ad orientalem plagam Eden, & ædificavit civitatem, eamque ex nomine filii sui Henoch vocavit *Genes. 4. vers. 14. & seq.*
2. Quomodo autem Cain in principio generis humani civitatem condere potuerit, quæstionem movet Augustinus *de civitate Dei lib. 15. cap. 8.* ubi facilè id fieri potuisse respondet: Non enim putandum, tres tantùm viros, Adamum, Cainum & hujus filium Henochum in mundo fuisse, sed innumeros alios. Quod indè etiam colligitur, quod Cain metuerit ne interficeretur à quovis obvio *Genes. 4. vers. 13. seq.* & sic alios adesse oportuerit, quos metuere potuerit, Ac Abelem fortassis habuisse liberos, qui ulciscerentur mortem patris, quorum metu locum habitationis muniverit, Hœnon. *politic. disput. conclus. 12. lit. a.*
3. Cainum postea alii utilitatis & necessitatis causâ sunt secuti, Plato *de republ. lib. 2.* Danæ. *lib. 1. polit. in aphoris. profan. sub. tit. urbes cur condita.* Timpler. *lib. 1. polit. cap. 6. quæst. 4.* Et post diluvium filii & posteri Noæ multas alias urbes condiderunt *Genes. 10. vers. 10. & 11.* Cumque Deus familiam Noæ in ædificatione Babel per confusionem labiorum rursus dispersèrit super faciem cunctarũ regionum, ita ut illas incolerent, cœperunt sibi jungere domus, & ex conjunctione formare urbes, ut adversus aliorum injurias tutiores redderentur.

4. An verò tùm quoque in Germania statim urbes conditæ fuerint? non satis constat, & indè affirmare non licet, quod constans Historicorum traditio, Germanos ab initio urbes non coluisse, prout testatur Tacitus *in lib. de German. sub fin.* Fennis, inquiens, Germanis ad ortum Septentrionemq; extremis, mira feritas, fœda paupertas. Non arma, non equi, non penates. Victui herba, vestitui pelles, cubile humus. Sola in sagittis spes, quas inopia ferri ossibus asperant, idemq; venatus, viros pariter, ac fœminas alit Passim enim comitantur, partemq; præda petunt. Nec aliud infantibus ferarum, imbriumq; suffugium, quàm ut in aliquo ramorum nexu contegantur. Huc redeunt juvenes, hoc senum receptaculum. Id beatius arbitrantur, quàm ingemere agris, illaborare domibus, suas, alienasq; fortunas spe, metuq; versare, &c.
5. Qualis habitandi mos omnium fuit antiquissimus, & illi proximus, quem Seneca omnibus Germanis communem asserit; omnes, inquiens, considera gentes, in quibus Romana pax desinit, Germanos dico, & quicquid circa Istrum vagarum gentium occursat, perpetua illos hyems, triste cœlum premit, malignè solum sterile sustentat, imbrem culmo, aut fronde defendunt. Palis nempè quatuor, vel pluribus in humum defixis, tectũ è culmo, paleis è messe collectis, aut ex arborũ ramis frondibusq; compositum imponebatur. Habuisse tamen etiam domos meliores, parietibus tectoq; firmiores, arguitur ex Taciti verbis illis: Nullas Germanorum populis urbes habitari satis notum est: Ne pati quidem inter se junctas ædes. Colunt discreti ac diversi, ut fons, ut campus, ut nemus placuit: vicos locant, non in nostrum morem, connexis & cohærentibus ædificiis, suam quisq; domum spatia circumdant, sic adversus casus ignis remedium, sive inscitia ædificandi: sive potius innatæ libertatis ductu, ne confinio quis alterius libertatem violet, secundum Lehman. *Chron. Spirens. l. 1. c. 5. in princ.* Imò Germani nec sua fortitudine expugnatas urbes incolere voluerũt, sicuti exemplo suo comprobant Alemanni, qui sub Juliano Argẽtoratum, Brotomagum, Vangiones, & Moguntiacum Galliæ tunc urbes occupantes, eas inhabitare recusarunt, ne contra primævam suam libertatem, veluti feræ in sylvis inclusæ habitare cogerentur, imò munitarum civitatum muros solo æquarunt, ne vel viribus earum confisi, otio torpescerent, vel si vincerentur, absque mora auffugere possent, Lehman. *d. cap. 5.*

Quamvis autem Historici nonnulli putent 6.
etiam 1500. annos ante natũ Christum in Germania urbes extitisse, Et Crusius *annal. Suevic. lib. 1 part. 1.* notet, Manno (Teutonis Dei filio, à quo Alemanni denominati) inter alios fuisse, nomine Trevir, qui ad Rhenũ Treverim, Moguntiam, Wormatiam, Spiram ædificaverit; & Julii quoque temporibus Spiram extructam esse referat Reusner. *in libel. de urbib. Imperial.* ac Cæsar *in suis commentar.* Germaniæ oppidorum meminerit, hæc tamen vicos tantùm fuisse Cæsaremq; negligenter, ut alia multa, oppida appellasse, respondet Cluver. *German. antiq. libr. 1. art. 13.* Nec verisimile est credere, tempore Julii Cæsaris in Germania oppida fuisse, sub Taciti autem ætate nulla amplius extitisse, qui historiam suam sub initium Imperatoris Trajani, año post Christum natũ circiter 100. cõscripsit.

In Germania autem civitates originem su- 7.
am duxisse videntur à Romanorum Stativis, secundum Lehman *Chron. Spir. lib. 1. c. 5.* ubi de Druso refert, eum ad Rhenum 50. circiter Castella hinc indè extruxisse, quæ in civitates postmodum ampliata fuerint, Et ex Dion. *lib. 56.* refert Lehman. *d. c. 5.* quod iis in locis Germaniæ ad Rhenum, ubi milites Romani hyberna, sive mansiones hybernas, Winter-Läger/ habebant, civitates condere inceperint, indeq; Germani Romanorum mores acceperint, in foro convenerint, congressus pacatos cum illis habuerint, ac postea ipsi quoq; civitates condiderint. Ex quo etiã civitates à stativis dictas fuisse Stätte sive Stätt/ dictum est *supra. c. 1. n. 4.* Et ex his legionum Romanarum stativis, multorum oppidorum origines deducit, & à legione, Romano vocabulo has voces esse residuas, Läger/lägern/zu Feldligen/lingen/ pro castris, castra metari, in castris agere, & legionum more alacrem & fortem esse, refert Herold. *de stat. leg. in veter. Germ. c. 3.* ubi terminationem Ingen certam notam esse castrorũ Romanorum, eorumque reliquias per totam Würtembergicam ditionem multis in locis ostentare, autumat.

8. Unde verò & quo tempore liberæ & immediatæ Imperii civitates originem suam traxerint, non satis apertè constat, nominatimque dici nequit. Cum immunitas & autocratia latenter incrementa sumpserit, ut termin⁹, à quo inceperit, ignoretur, & juxta Senecam, crevisse apparuerit, non crescere. Quæ enim paulatim irrepere solent, vix unquam percipiuntur, nec nisi conversione secuta sentiuntur, uti scribit Bodin. *de republ. lib. 2. c. 6.* Sicuti & alia ferè infinita in Imperio Romano-Germanico conspiciuntur, quorum certa origo planè ignoratur. Indeq; Historici certant, & incertum adhuc est, quando Septemviratus, sive Electoratus inceperit, quando lex Regia, sive capitulatio Cæsarea orta, & ipsa Regis Romani electio, quando cœperit, & num ipsa in Imperio Romano-Germanico semper fuerit usitata? Quæ omnia & plura alia gressu latente, tractuque temporis introducta. Atq; ita etiam imperium & jurisdictio regalis civitatum Imperialium indies major accrevit, Besold. *de jur. civit. Imperial. num. 2.* Author. *respons. Fridberg. part. 1. puncto 2. n. 1. seq.*

9. Imperiales civitates à Christianitate libertatem suam habere, asserit Imperator Sigismundus apud Goldast. *tom. 1. constitut. Imper. fol. 172.* in der Geistlichen reformation *c. 3. vers. 11.* darzu sollen *ibi.* ihr habt euer Freyheit von der Christenheit. easque solas antiquam Romanæ libertatis indolem in Germania retinuisse, scribit Alciat. *in l. censeri. 111. in fin. ff. de V. S.* Casp. Klock. *de contribut. cap. 5. num. 40.* quod tamen de sola Roma intelligendum, cum olim jure Romano & more illius Imperii nullæ civitates liberæ fuerint, ac nulla civitas aut Respublica dignitatis gradui annumerata, *l. 3. §. etsi alterutram. C. de natural. lib.* Decian. *cons. 19. n. 17. & 18.* præter
10. Romam, quæ illustris, ac totius orbis, sive ditionis & Imperii Romani epitome nominabatur, Petr. Pithæus *advers. lib. 2. cap. 18.* Muret. *var. lect. lib. 17. cap. 12.* Hieron. Magius *miscell. sive var. lect. lib. 4. cap. 5.* & reliquæ civitates & Respublicæ privatorum loco censebantur, *infra lib. 2. cap. 1. n. 29.* Et olim quidem, sicut integræ provinciæ, sic quoq; civitates omnes, immediatè Cæsarum Imperio fuerunt subditæ, postea autem quædam, beneficio Imperatorum, cum universitate Ducatus, Marchionatus, Comitatus, Baronatus, item Episcopatus, Abbatiæ, Præpositturæ, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Episcopis, Prælatis, &c. feudi titulo commendatæ: Quædam ab initio Cæsaris Imperio relictæ, vel postea ex Principum & ordinum potestate exemptæ, immediatè juris Imperialis esse cœperunt, & sic civitates hujusmodi varias mutationes perpessæ sunt. Aliam enim mutationem sustinuerunt 1. sub initio Imperii Romani, ubi Imperii civitates quædam primū effectæ fuerunt. Victrix enim Aquila quiescere non potuit, quin armis, vel armorum terrore percelleret, quātum ad Orientem est, & quantum Occidens respicit, & quantum ex utriusq; lateribus est, *Novel. 9. in præfat. Novel. 26. cap. 2.* donec Roma caput orbis, domus æternabilis & orbis epitome. *l. 3. C. de consulib.* & ipse Imperator totius orbis Dominus & arbiter diceretur. *l. deprecatio. ff. ad L. Rhod.* Atq; indè etiam 11.
Romani Germanorum libertatem (qua tùm temporis plenariè fruebantur) aggressi sunt, & illis fortitudine se impares viderent, dolis & fallaciis contenderunt, & alii eos pecuniæ interventu circumvenerunt, & Germanorum auxilia contra Germanos emerunt, post Julium Capitolin. Lehman. *Chron. Spirens. lib. 1 c. 15.* alii aliis allaborarunt modis, donec pressius pedem fixerunt, ac loca capta in provinciæ formam redegerunt, præsidibus constitutis cō-suetudines & pristina jura ademerunt, vecti- 12.
galium redituumq; exactores constituerunt, ejusq; obtinendi causa locis subactis præsidia imposuerunt. Joh. Adam. Dapp. *dissert. de civitat. German. c. 1. n. 8.* Quod tamen provinciæ jus sæpissimè fuit interpolatum à Germanis; præsides multoties ejecti: pacem etiam, annuis reditibus constitutis, Romani à Germanis emerunt, ut se trans Rhenum & Danubium continerent, sicuti ex Plinio refert Aventinus, & Cruf. *annal. Suevic. part. 1. libr. 4. cap. 5.* tandem tamen effectum est, ut moribus Germanorum asperioribus emollitis, iis præsertim in locis ubi milites Romani hyberna habebant, & civitates condebant, ipsi Germani Romanorum 13.
mores acceperint, in forum convenerint, congressus cum illis pacatos habuerint, interim tamen consuetudinum suarum & libertatis non obliviscentes, sicuti ex Dion. refert Dapp. *d. c. 1. n. 9.* Indeque Romani civitatibus Germaniæ potentioribus jure municipali vivere, earumque cives eâdem cum Romanis libertate eminere permiserunt, Lehman. *Chron. Spirens. lib. 1. cap. 5.* Dapp. *d. cap. 1. num. 16.*

II. Aliam deinde sub Francici Regni consti- 14.
tutione mutationem sustinuerunt & formam novam induerunt. Cum enim Romani Imperatores à vi & fortitudine tùm Alemannorum, tùm Francorum civitates sibi retinere non potuerint, liberiorem ipsis statum regiminis, ut non tàm regentium magnitudinem supra se, sed & pro se, scirent, de quo Lehman. *Chron. Spirens. lib. 4. c. 2. 3. & 4.* & Francicum tandem regnum, tribus Statibus, Principū Ecclesiasticorum, secularium, & civitatum, tanquam columnis innixum, post ambiguas multas cum Alemannis contentiones, fuit fundatum. Joh. Adam Dapp. *d. dissert. d. civitat. Germ. c. 3. n 1.* Atq; sub hoc regno Francorum civitatib⁹ cum territorio simul Episcopi, Duces, Comites & alii officiales fuerunt præfecti, qui nomine Germanorū Regis Ecclesiasticā & Secularem jurisdictionē administrarent. Et quidam Episcopi Ecclesiasticā jurisdictionem exercebant, Duces verò civitates Imperii nomine ab hostilib⁹ impressionibus tuebantur, Lehman *Chron. Spirens. lib. 2. c. 4.* Comitibus maximè in metropoli- 15.
bus rerum criminaliū & civilium exercitium & cognitio erat demandata, v. Wehner. *pract. obs. verb.* Graffschafft. Præter quos Imperatores isti etiam alios officiales civitatibus præfecerunt, quos Schultetos, sive Schuldheissen vocarūt, ex eo, quod causæ debitorū, Schuldsachē sub iis dijudicarētur, Simler. *de Republ. Helvet. lib. 2.*

quorum

quorum tamen jurisdictio, comitũ jurisdictioni obnoxia fuit. Besold. *de jur. civit. Imper. n. 2.* ac ideò harum causarum judiciis plerumque adjuncti fuerunt, ut dignitas, honor & autoritas Scabinorum, der Schöpffen und Haußgenossen/ eo major, & promptior executio esset, Author. *respons. in causa Fridberg. part. 1. punct. 12. num. 5.*

Hac ratione Franconiæ Duces rexerunt civitates, Wormatiam, Spiram, Oppeheimium, Landaviam, Sebusium: Sueviæ vero Duces Argentinam, cum aliis Alsatiæ civitatib⁹, nec non Tigurum, Basilæam, & eas, quæ ad lacum Acronicum positæ fuerunt, gubernarunt. Leh-

16. man. *Spirens. Chron. lib. 2 cap. 4.* Quorum tamen Principum, Ducum, Comitum ac aliorum officialium dignitas ab arbitrio Imperatorum depẽdebat, nec ad hæredes transitoria erat, Knichen. *de jur. territor. cap. 1. n 57.* Et hujus temporis respectu civitates in Germania Imperiales, Imperatoribus diu ita subditæ fuerunt, sicuti nunc aliæ civitates municipales Principibus ac aliis Dominis sunt subjectæ, unde quoque oppignoratæ fuerunt, Dapp. *de German. civitat. cap. 3 n. 7* Atque indè etiam Regii officiales Imperatorio fisco omnes vectigalium, gabellarum, cauponariorum, accisiarum, tributorum, fredarum, reditus colligebant, per *Capit. 23. 43.* Dapp *d. c. p. 3. n. 5.*

17. Cum verò hæc quoq; Imperii forma paulatim laberetur, alia à Carolo Magno primo Francorum Rege introducta fuit. Is enim postquam *an. 8 2.* in occidente Imperator declarat⁹ fuit, Imperium per Constantinopolitanorum Imperatorum incuriã, variè dilaceratum, partim redintegravit, partim novum ipsi corpus formavit, & omnia suæ ditioni subjecta antiquo jure in provincias redegit, Trithem. *de origin. Franc. fol. 94* & per totã Aquitaniam, Comites, Abbates, & alios quam plures Vassos ordinavit, iisq; regni curam commisit, Aimon. Monach. *de gest. Francor lib. 4. cap. 1. & lib. 6. cap. 35.* Et cum in fide & fortitudine multorum suæ potestatis periculum videret, maluit iis certas concedere provincias, quàm omnia retinendo de summa imperii semper periclitari, Cujac *de feud. lib. 1. tit. 1.* Et hac ratione toti Saxoniæ, aliisque populis, antiquis suis legibus & libertate vivere concessit, ita ut leges, consuetudines, jurisdictiones, vectigalia & magistratus, sui fermè juris haberent, Sigon. *de regno Ital. libr. 7.* Multæ tamen civitates, Imperio ita ad Germanos delato, his officialibus caruerunt, sicuti ex originalibus gratiis, & investituris prodidit Author deß ersten Rathschlags / der Reichs-Stădt session und Stimm betreffend. *pag. 5. & seq.* Et Romam à Caroli Magni officialibus liberatam, ad annuam tamen tributi præstationem adstrictam fuisse, testatur Sigon. *de regn. Ital. sub anno 973.*

III. Postquam verò Imperium à Francis ad Saxones devolutum, cui initium dedit Henricus Auceps, & Ducatum suum ad posteros hæreditario jure transmisit, tùm sicuti aliorũ Statuum & Imperii ordinum, ita civitatum quoque ingens visa fuit mutatio, opibusque & imperio valdè creverunt, ac fossis, muris & vallis magis, quàm ante, se munire cœperunt, & sub Saxonum Imperio, Ducum, Comitum, &c. dignitates, quæ antea erant officiorum tantùm, nec ad hæredes transitoriæ perpetuari cœperunt. Saxonici siquidem Imperatores, maximè Henricus Auceps, Otto I. & Otto II. Du- 18.
catus initio paucos, Marchionatus, Comitat⁹ & Baronias plures per Germaniam constituerunt, definitis territoriis distinxerunt, & perpetua dignitate, eaq; regali cõdecorarunt, modò in allodium, modò sub clientelari fide in feudum concesserunt, prout testatur Lehman. *Chron. Spirens. lib. 4. cap. 1.* Michael Haintz. *de civitat. Imperial. conclus. 4. lit. b.*

Ex quo etiam Otto I. Ducibus & Comitib⁹ 19.
jurisdictionem & potestatem in civitates ademit, & in Episcopos transtulit, Lehmã. *Spirens. Chron. lib. 4. c. 3.* Qui cum ante nullam secularem jurisdictionem haberent, eandem exercere cœperunt, omniumq; primus Otto I. fratrem suum Brunonem Archiepiscopum Moguntinum seculari jurisdictione decoravit, quod aliis iniquum visum fuit: Da begunten zu erst die Bischöffe weltliche Recht zu haben / das dauchte damahlen unbillich manchen Mann / uti scribit Knichen. *de jur. territ. cap. 1. num. 18.* eodemq; modo Otto III. Ruperto Episcopo in civitatem Spirensem jurisdictionem tribuit, Lehman. *d. lib. 4. c. 3.* Verùm cum Episcopi in civitatibus ita dominarentur, ac si omninò ipsorum essent patrimoniales, ipsisque ad luxum & superbiam concessæ, adeò, ut etiam Imperii cõventus ibidem agi Imperatoribus denegare non erubuerint, Lehman. *d. cap. 3.* hæc autem res intolerabilem Imperii jacturam concerneret, Henric⁹ IV. & alii Imperatores alas ipsis aliquantò præcidere aggressi sunt, civitatibus pristinum 20.
Ottonum statum vindicarunt, & Episcopis cõcessa privilegia & imunitates confirmare recusarunt, Petr. Diacon. *lib. 4. cap. 42.* Ita enim Henricus V. coronam à Papa recipere recusavit, antequam clerici omni potestate & jurisdictione seculari se abdicarent: Quod Papæ Paschali quoq; non displicuit, ita ut hostiam sacramenti divisam Cæsari manducandam præberet his verbis: Sicut pars ista vivifica corporis divisa est, ita divisus sit à regno Christi, qui pactum istud rumpere & violare tentaverit, Petr. Diacon. *lib. 4. cap. 42.*

Quædam quoq; civitates ab omni Episco- 21.
porum, uti & antea Ducum & Comitum jurisdictione propter benemerita sua, & propterea, quod plurimi Principes diversis temporibus regalia sibi cõcessa & sublimitatem suã in Imperio sæpius converterent, civitates verò auxiliis suis Imperatorib⁹ fideles permanerent, variis decoratæ sunt imunitatibus, & quod alii per vim, aliisq; mediis, id civitates gratia, & remnueratione perpetua consecutæ, sicuti autumat Author *respons. Fridbergens. part. 1. cap. 2. n. 3. seq.* Aliæ verò civitates temporibus interregnorum & dissidiorum intestinorum imunitatem hanc adeptæ sunt. Quædam pecuniæ interventu, vel etiam aliis modis & pactis à Statuũ dominatione evaserunt, ut dicetur *infra c. 6. num.*

6. num. 19. ubi notandum est, quod licet Episcopi olim in civitatibus, in quib⁹ resederunt, maxima jura obtinuerint, non tamen ipsis totaliter subditæ fuerint, quod exemplis Churiæ, Constantiæ, Basileæ, Argentorati, Spiræ, Wormatiæ, Moguntiæ, Coloniæ, Treviris, Ratisponæ, Lubeccæ, &c. probat Author Reichs-Vogteiischer *Apolog. prælim. 4. pag. 35. & seq.*

22. Ex quibus omnibus colligitur, de vera & certa origine civitatum imperialium ac liberarum certo non constare. Verisimilius autem, & communis Historicorum ac politicorum est traditio, quod originatio ipsarum illis temporibus maxime inceperit, iisdemq; occasionib⁹ adscribenda sit, quibus Ducatus, Marchionatus, Principatus, Comitatus & similes dignitates hæreditariæ & successoriæ factæ sunt, & ita territorio jurisdictio adnecti, & Imperii autocratici (der Lands-Fürstlichen Obrigkeit) fundamenta poni cœperunt, sicuti sentiunt Besold. *dissert. de jur. civitat. Imperial. n. 2.* Joh; Limnæ. *de jur. pub. lib. 7. c. 1. n. 38.* Author. *apolog. Colmariens. fol. 153.* Schütz *in colleg. de jur. publ. disput. 8. concl. 21. lit. c.* Author *consil. Fridbergens. part. 1. c. 2. n. 4. & seq.* Dapp. *de civitat. German. c. 4. n. 2.* Quemadmodū enim Imperatores & Reges Germanico Romani, Duces ac reliquos ordines: Sic etiam antiquas Imperii civitates, ex singulari clemētia ac liberalitate, immunitatibus donarunt; iisq; jurisdictionem, ac potissimam vectigaliū partem, juriumq; aliorum ad fiscum pertinentium concesserunt, sicuti scribit Munster. *Cosmogr. lib. 3. c. 22. 24. & 28.* Quod multis etiam comprobat Lehman. *Spirens. Chron. lib. 4. c. 1.* ubi ex Beato Rhenano *rer. German. lib. 2.* ita scribit: Hertzog Heinrich / hernach König in Teutschland / hat sich unter allen Ständen deß Reichs zu erst zur Freyheit erhoben / und sein Hertzogthum erblich zu regieren angefangen / unterdessen und seinen Nachkommen auffm Stamm Sachsen Regierung / seynd nicht allein andere Hertzogen und Graffen zur Freyheit gelanget / das ist / daß sie die Land / Hertzogthum und Graffschafften gantz oder zum Theil eigen / oder zu erblichen Lehen empfangen / und die Unterthanen von deß Königs oder Käysers Gehorsam erledigt / und ihnen zu Gebott und Verbott unterthänig gemacht / sondern die Städt seynd in gleichmässige Freyheit / durch Milde der König und Käyser / und Bewilligung der Reichs-Fürsten / gesetzet worden / bevorab welche an Einkommen und Gefällen zum Reich gehörig / andere übertroffen / und ihre angefangene Freyheit / Recht und Herrligkeit / gegen andern Gewalt schützen und handhaben / und zur Zeit der Noth / den Königen / Käysern und gantzem Reich getreuen Dienst leisten können; Jst auch darauff erfolget / daß die Städt zur selben Zeit und hinfürder je länger je mehr an Gewalt / Reichthum und Herrligkeit zugenommen / und sich mit Wällen / Gräben und Mauren / nach Gelegenheit / mehr als zuvor befestigt / &c. ubi plura similia refert ex Münstero & Carolo Sigon. *de regn. Ital. lib. 7.* Idem confirmat Wurstisius *Chron. Basiliens. lib. 2. c. 11. fol. 96.* ubi ait: Nach denen Zeiten Ottonis III. seynd die Stätte / so nach dem Käyser / als einem Ober-Haupt / keine besondere Fürsten gehabt / etliche zu Freystätten worden / nachdem die Käyser einer jeden wol gewolt / ihnen irgend die Zöll und andere Rechtungen zu kauffen geben / und allein / zu Erhaltung der Käyserlichen hohen Obrigkeit Reichs-Vögte verordnet. Nam ut quæq; plus bonorum, quæ ad regnum pertinebant, habuit, ita maturius & facilius ad libertatem pervenit, Beat. Rhenan. *lib. 2. sub rubr. Status Germaniæ sub Imper. Saxon.* Atq; hanc sententiam confirmant quoq; rationes & Imperatoriæ munificentiæ, & liberalitatis causæ, quibus Imperatores provincias & territoria, hæreditario jure Imperii ordinibus concesserunt, utpote quæ etiam ipsis civitatibus Imperialib⁹ conveniunt, qualis prima est, quod antiqui Imperatores, sapienti consilio, de jure suo, tàm quoad potestatem, quàm quoad reditus Provinciarum aliquid cesserint; satius esse existimantes, magistratus à se constitutos, omnibus cupiditatum illecebris præcisis, id remittēdo, & in illos trāsferendo, arctius sibi devincire, seq; eo defraudare, quàm illa omnia absolutè retinendo, singulis ferè momentis de rerum summa periclitari, reservato tamen jure superioritatis universalis, quam ita refert Vultej. *de jurisd. in præfat.* sicuti & altera illa, quod crediderint Imperatores, magistratus illos imēdiatos eo attentius militaturos, diligentiamq; in piè gubernando majorem adhibituros, si sua etiam rura & jura potius, quàm aliena defenderent, Coñan. *2. comment. cap. 9. n. 5.* non minus in civitatibus Imperialibus, quàm in reliquis majoribus Statibus & Dynastiis obtinet & ad hoc quoque civitatibus datum est liberè vivere, ut ita beneficiis magis, quàm trophæis ad bonum regimen in suis membris invitarentur. Qua ratione non secus, ac ad capitis arbitrium membra reliqua in universalem totius corporis Imperii fœlicissimam harmoniam reducuntur. Haing. *dissert. de civit. Imper. conclus. 34. lit. C.* confer Author. der Reichs-Vogteischer *Apologi prælim. 4. pag. 34. & seq.* Atque hanc antiquam suam libertatem civitates Imperiales adhuc obtinere, testatur Alciat. *in l. censere. 111. num. 7. ff. de V. S.* Wehner. *pract. obs. verb.* Freye Reichs-Stätte / *in princ.* Reinking. *de regim. sec. lib. 1. class. 4. cap. 20. n. 11.*

Italici autem Regni civitates prius, quàm Germaniæ libertatem accepisse, ex Carolo Sigonio sub fin. lib. 7. de regn. Ital. refert Lehman. *Chron. Spirens. lib 4. cap. 1. fol. 270.* ubi ita scribit: Daß die Stätt im Königreich Jtalien vor den Städten in Teutschland zur Freyheit auffgestiegen. Dann als Käyser Otto der Erste in Jtalien angelangt / hat er in allen Landen und Stätten / die durch langwiriges Abwesen der Käyser zerrütte / und verfallene Regierung / Gesatz und Ordnungen wieder auffgericht / und erbauet / erfahrne und verständige Regenten und Obrigkeiten bestellt und eingesetzet. Damit dann in seinem Abwesen / bemeldtes Königreich desto mehr bey gutem friedlichen Wesen und Wolstand möchte beständiglich verbleiben / hat der Käyser ein neue uns hierzu ersprießliche Regierung von nöthen ermessen / und dieselbe in solche Form verfast / nemblich / daß er vielen Stätten sonderbahre Freyheit ertheilet: Erstlich / daß sie ihre Obrigkeiten / die sie regieren sollen / selbst erwählet: Zum andern / einige Recht / Gesatz und Ordnungen gemacht / auch ihre Gewohnheiten und Brauch vor ein Recht angenommen: Zum dritten / daß sie zu gebieten und verbieten / und die darwider ge- 23.

der gehandelt / an Hab und Gut / Leib und Leben zu bestraffen / Macht und Gewalt gehabt: Etliche Stätte aber habe der Käyser / der Marggraffen / oder Graffen jurisdiction und Herschafft übergeben / doch mit Vorbehalt der Käyser und Reichs hergebrachten Recht und Gerechtigkeit / etc.

CAPUT VI.
De causa efficiente Civitatum.

Summaria.

1. *An imperia vi primum cœperint.*
2. *Homo natura est animal sociale.*
3. *Quomodo homines in societatem pervenerint.*
4. *Prima causa politiarum Deus est.*
5. *De jure gentium cuiq; ædificare permissum.*
6. *Solus Imperator jus condendi civitatem concedit.*
7. *Exempla eorum, quibus Imper. jus condendi civitatem concessit, & num. 8. 9. 10. 11. 12. 13.*
14. *Imper. Maximilianus I. Comiti Mansfeldio inhibuit Civitatem condere.*
15. *Imperator solo verbo civitatem facit.*
16. *Comiti Hanoviēsi pomeria civitatis* Hanaw *extendenti, novum opus nunciatum.*
17. *Si civitas alio transferenda.*
18. *Imperatores multa oppida Imperialia condiderunt.*
19. *Quædam civitates Imperiales pecunia libertatem emerunt.*
20. *Exemplo Ulmæ,* 21. *Tigurinæ.* 22. *Augustæ,* 23. *Kauffbeuræ,* 24. *Eslingæ & Reutlingæ.*
25. *Quædam ex benemeritis & Imperatorum clementia liberæ factæ.*
26. *Quædam civitates spontaneo motu ad Imperium accesserunt.*
27. *Quædam temporibus Interregnorū libertatem acceperunt.*
28. *Aliæ pactis ab aliorum jurisdictione exemptæ.*
29. *Uti & cooptatione in numerum Statuum.*

Civitatis (quatenus pro Respublica vel Imperio accipitur) causam efficientem nonnulli violentiam esse volunt & omnia Imperia vi primùm cœpisse, quandoquidem primus Nimrod in fundatione Imperii Assyriaci visus fuerit, homines à domestico
1. patrioque communionis jure, ad publicam, eamque severam redegisse consociationem. Bodin. *de republ. lib. 1 cap. 6. & lib. 4 cap. 1.* Quod tamen non immerito displicet, cum voluntarium sit, & non violentum, quod homines inter se mutuorum officiorum causa convenerunt, Schönborn. *lib. 1. polit. cap 4.*

Deinde causa efficiens civitatis consideratur vel ratione inchoamenti, vel cōplementi;
2. ratione inchoamenti, causa efficiens videtur esse natura, quæ connexione familiarum gaudet, homo enim sui natura est animal politicum, ad societates aptum, per rectam rationem, ad civilem vitam congruenter apparatū, Aristot, *libr. 1. Ethic. cap. 7.* & *lib. 1. polit. cap. 2.* Christian Liebenthal *colleg. polit. disput. 2. quæst. 1.* Unde quandam inter nos cognationem constituisse Naturam scribit JCtus Florentinus in *l. ut vim 3. ff. de justit. & jur.* Et homines ad quandam communem societatem & cohabitationem, instinctu quodam naturali trahi, indicat sermo, homini à natura datus, utpote qui solitario supervacuus esset: Et ad vitam insuper symbioticam amplectendam ducitur & quasi impellitur homo, dum omni auxilio destitutus, nudus & inermis, quasi ex naufragio, rebus omnibus amissis, in hujus vitæ ærumnas ejicitur: neq; etiam in adulta ætate, propriis virib⁹, omnia vitæ subsidia parare potest, Timler. *lib. 1. polit. c. 3. quæst. 5.* Althus. *1. polit. 1. à princ.* Unde nunquam fuisse tempus, in quo non fu-
3. erit societas & communitas aliqua vitæ inter homines; nisi vi aliqua majore coacti ab illa in solitudines abirent, scribit Besold. *disput. polit. class. 1. disp. 1. concl. 17.* ubi ridiculos illos judicat, qui affirmant, homines primum more ferarum vitam egisse, in sylvis & montibus oberrantes, juxta illud Grat. Phalisci *in Cyneget.*

Nuda sylvas virtute movebant
Inconsulti homines, vitaq; erat error in omni.

donec per eloquentiam oratorum, vel ut alii somniant, Orphei musicâ ad civilem societatem colendam, moti, quod etiam improbant Petr. Greg. Tholos. *de republ. lib. 1. cap. 2. n. 6.* Velsten. *polit. quæst. decad. 2. quæst. 2.* nōnulli quoque homines fortuitò & temerè in societatē pervenisse tenent, perindè ut atomi temerè confluunt, quam opinionem Epicuro tribuit Cicero, eamque refellit. *1. & 2. Deor.* Lambert. Danæ. *lib. 1. polit. Christ. cap. 3.*

Ratione complementi causa efficiens civitatis ex hominum instituto & placito dependere videtur, qui domorum & familiarum perfectionem intendunt Christian. Matthi. *system. polit. lib. 1. sect. 6. n. 6. & 7.*

Verùm quemadmodum omnia entia esse suum dependens & parti ipatum habent à summo illo Ente, Deo: Ita & Imperia ab unico hoc 4. fonte promanant, Patric. *de regn. lib. 1. cap 11.* ac prima & universalissima politiarum ac Rerūpublicarū causa efficiens est Deus, qui eas ab initio mundi constituit, constitutas protegit, & cōservat, *Genes. 9. vers. 6 1. Sam. 9. 10. & 16. 1. Dan. 4. vers. 14. Romanor 13. v. 1.* & Deus varias Rerumpublicarum formas, vices, & mutationes ordinat, gaudetq; distinctione Statuum, & ordinatâ hominum, pro diversitate donorum, in quemcunque eorum collatorum, dispositione, Schönborn. *1. polit. 4.*

Hodie in Imperio Romano-Germanico nostro solus Imperator est causa efficiens civitatum. Quamvis enim nō desint, qui autumant, que-

quemadmodum de jure gentium cuilibet permissum facere ædificium, sic etiam civitates, castra & fortalitia ædificare licitum, modò æ-
5. mulatio absit, *l. ex hoc jure. & ibi* Jason *n. 6. ff. de justit. & jur. l. per provincias. C. de ædific. privat.* Nicol. Everhard. *jun. cons. 1. num. 238. vol. 2.* Saison. *ad consuet. Turonens. rubr. 4. §. 7. gloss. 1. in princ.* Flamin. de Rube. *cons. 65. n. 50.* Gail. *2. obs. 69. n. 8.* indeq; inter jus gentium & civile distingendũ, ita ut illo jure civitas cōdi potuerit, etsi nulla Principis autoritas intervenisset; hoc tamen nō aliter, quàm si populi volentes condere civitatem, sint liberi, putat Alciat. *in c. 1. num. 2. X. de offic. ordin.* Et quod possint homines civitatē propria auctoritate sibi ipsis, sine superioris licentia, cōstituere, tradit Bart. *in l. 2. in fin. ff. de V. S. & in l. 1. n. 1. & 2. & ibi.* gloss. *ff. quod cujusq́. universit. nom.* Et in nostra Germania Principes Imperii & cæteros Status hanc potestatē usurpare autumat. Casp. Klock. *de contribut. c. 5. n. 1. in fin.* ubi ejus rei exempla refert in Electore Palatino Franckenthal in civitatem & fortalitium erigente, & in in Duce Würtembergico, Freudenstadt/ civitatē ædificante, nec non in Comite Hanoviense civitatis Hanaw pomeria extēdente. Et de generali cōsuetudine testatur Matth. Coler. *cons. 1. n. 125.* Aliter tamen res se habet, & hodie in Imperio Romano jus civitatis constituendæ, vel pagis ac vicis jus civitatis indulgendæ, Stadt-Recht zu geben/ inter regalia maje-
6. statis majora Principi reservata refertur, & inferiorib. ab Imperatore minimè competit, soliusq; Imperatoris autoritate & voluntate civitas constituitur, solusq; Imperator Spiritũ & vitam civitati infundit, & non alius aliquis à Cæsare inferior. *l. 1. & ibi* Cujac. *C. de Metropol.* Hippol. Riminald. *cons. 640. n. 35.* Fab. de Anna *cōs. 44. n. 12. & 52.* Tib Decian. *cons. 21. num. 18. vol. 1.* Clapmar. *de arcan. Rerumpubl. l. 1. c. 21 in fin.* Card. Thusc. *pract. concl. lit. C. concl. 280. n. 16* Obrecht. *de regal. tit. 8. concl. 188. seq.* Matth. Steph. *de jurisd. lib. 2. part. 1. c. 1. membr. 2. n. 114. seq.* Ziegler. §. *civitas in proœm. n. 14* Besold. *de jur. univers. cap. 1. n. 7.* Joh. Limnæ. *de jur. publ. lib. 2. cap. 9. num. 128. seqq.* Brunig. *de var. universit. spec. conclus. 13.* Caspar. Klock *de contribut. cap. 5. num. 1. in princ.* Thom. Michael. *de jurisdict. conclus. 12. lit. C.* Besold. *thes. pract. verb.* Stadt. *vers. in Imperio. & de jur. majestat. sect. 3. cap. 8. num. 11. fol. 205.* Quod etiam juri Saxonico convenit, quod non solum Principis, in cujus territorio civitas extruitur, sed etiam Imperatoris consensum in extruenda civitate requirit Land-Recht *art. 26.* Weichbild. *lib. 1. art. 9.* Bruning. *de var. univers. spec. conclus. 13.* Ita ut si in extructione civitatis Imperatoris consensus & authoritas non intervenerit, ea civitas non fit, nec civitatis jura & privilegia obtineat, Innocent. *in c. Ecclesiarum. num. 1. X. de offic. ordin.* Castald. *de Imperat. quæst. 110. privileg. 134.* Bartol. *in l. 2. n. 7. & ibi.* Alex. *in verb. Italia ff. de V. S.* Petr. Ant. de Petra *de potest. Princip. cap. 8. num. 10. seq.* Bruning. *d. conclus. 13.* Limnæ. *d. lib. 2. cap. 9. num. 128.* Unde jure civili nulli populo licitum esse, urbem constituere, sine Principis authoritate tradit Alciat. *in l. pupillus. §. urbs. num. 42. ff. de V. S.* Et summorum Principum esse, civitatum ac Castrorum ædificationem, respondit Montispel. *cons. 65. num. 9.* Sicuti etiam omnem universitatem, quæ nō est comprobata à Principe, universitatis nomen non mereri, & improbatam esse tenent Bart. *in l. sodales. num. 10. ff. de colleg. illic.* Pancirol. *cons. 101. num. 27.* Montispel. *d. cons. 65. n. 9.* Et artificum collegia instituere solius Principis esse, docet Choppin. *de doman. lib. 3. tit. 27. num. 24.*
Ita Imperator Fridericus. I. Casalensibus jus 7.
civitatis concessit, Natta *cons. 636. n. 110.* Et Lu- 8.
dovicus IV. Imperator *anno 1328.* Friderico Burggravio Norimbergensi authoritatem & facultatem concessit munitam civitatem in Grundlach constituendi & ædificandi, ipsamque muris fossatis & aliis munimentis quibuslibet, quibus muniri cœteræ simul solitæ civitates, muniendi, ibidemque judicium habendi, & supra universis casibus & excessibus, sanguinem, corpus, mutilationem membrorum, sive res attingentibus, judicandi. Quod privilegium 9.
refert Goldast *tom. 1. constit. Imper. fol 330. seq.* Ita etiam cives Lubeccenses ab Henrico Leone Saxoniæ Duce, postulârunt: Da nobis locum constituendi civitatem in loco, qui tibi placuerit: apud Helmod. *libr 1. Chron. Slav. 86.* Quorum postulatis Dux annuit, urbem privilegiis honestavit, monetam instituit, concilium allegit, publicari fecit in regna Aquilonis loci immunitatem, & multos ad inhabitandum, plures etiam ad quærendum mercibus suis emporium, invitavit, Crantz. *lib. 6. Saxon. 26.* Spangenberg *in Chron. Schavvenburg. lib. 1. cap. 15.* Eodem 10.
modo Imperator Lotharius primarias quasdã Imperii civitates sub aliis Imperatoribus eversas & excisas, sua authoritate restituit, Caspar. Klock. *de contribut. cap. 5. num. 1.* Et Conradus 11.
Suevus Friderici II. filius Johanni Episcopo Mindensi concessit potestatem duo oppida cōstituendi, ubicunque eadem in sua diœcesi cōstituenda duxerit, cujus diploma extat inter diplomata Mindensia Pistorii. Sicuti etiam Im- 12.
perator Ludovicus Gerhardo Episcopo Spirensi specialem potestatem concessit, pagum Udenheim (hodie Philipsburg dictum) muris & fossis circũdare, das Dorff Udenheim zu einer Stadt zu bauen / und die mit Mauren und Gräben umfahen und befestigen/ Limnæ. *de jur. publ. lib. 2. cap. 9. n. 128.* Et Imperator Fridericus *anno 1465* viro Nobili Reussio von Thungen / zum Reussenberg pote- 13.
statem concessit, ut ipsi & aliis ejusdem familiæ in pago & castro Thungen civitatem condere liceat, daß sie an den Schloß und Marckt Thungen/ eine Stadt machen/ bauen / und die mit Mauren/ Thurnen/ Thoren/ Brücken/ Gräben und andern nothdürfftigen Wehren/ zu recht bewahren/ besetzen und darzu in derselben Stadt einen Rath/ auß den Bürgern daselbst erwehlen / etc. mögen. cujus diploma refert Besold. *dissert. de jur. Majest. sect. 3. cap. 8. n. d. fin.* Johan Limnæ. *de jur. publ. tom. 4. lib. 2. cap. 9 num. 128.* Ut ita quotquot per universum Imperium sunt civitates, spiritum & vitam suam Imperatoris Romani voluntate habeant. 14.

Hinc cum Imperator Maximilianus I. cognovisset, Albertum Comitem Mansfeldicum propè Islebiam vicũ quendam extruxisse, eiq; Spi-

Spiritum & vitam, sive jus civitatis Stadtrecht/ dare voluisse, *6. Februarij 1514.* severissimum mandatum emisit, inhibitorium, his verbis: Wann nun dir / noch jemand anders/ nicht gezimmet/ Stadt-Recht/ oder anders / das der hohen Obrigkeit anhanget/ ohne sondere Erlaubnuß auffzurichten / so empfehlen / etc. prout referunt Thom. Michael. *de jurisdict. conclus. 1. 2. lit. c.* Dn. affinis Cluten. *syllog. rer. quotid. conclus. 22. lit.* D. Bruning. *de var. univers. spec conclus. 13.* Laur. Ohm. *de jur. Episc. conclus. 13. lit. c.* Ziegler. §. *civitas. in procem. n. 14.* Dn. Bocer. *de regal. cap. 2. n. 237.* Limnæ. *d. lib. 2. cap. 9. n. 128.* Et simile præceptum extractum esse ante aliquot annos à civitate Schweinfurth/ contra Episcopum Würtzburgensem, refert Caspar. Klock. *de contribut. d. cap. 5. num. 1.*

15\. Nihil autem refert an tacitus vel expressus Imperatoris consensus & authoritas in condenda civitate interveniat, Valasc. *in l. Imperiũ num. 73. ff. de jurisdict.* Princeps enim vel solo verbo civitatem facit, eo ipso, quod ei scribit, ut civitati, Fulv. Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 27. num. 145.* Flamin. *de Rubr. cons. 65. num. 87. lib. 2.* Fab. de Anna. *cons. 44. num. 11. & seq. & num. 81. seq.* Nicol. Betsius *de pact. famil. illustr. cap. 3. fol. 47.* Losæ. *de jur. universit. part. 1. cap. 2. num. 16.* & Princeps nominans civitatem, quæ non est, vel aliquem sub titulo dignitatis, quam non habet, eandam civitatem facere & dignitatem dare censetur, Hippol. Riminald. *cons. 640. n. 35. Mascard. de probat. concl. 555. n. 72.* sola enim Principis voluntas sufficit, ut civitas dicatur, & constituatur, *Clement. si summus Pontifex X. de sent. excomm.* Bart. *in l. ult. n. 5. ff. de colleg. illicit.* Et dicendo, quod sit civitas, omnia ei civitatis privilegia concedere videtur, Bart. *in const. qui sint rebell. verb. Lombardia. n. 5. & 6.* Losæ. *d. num. 16.*

Ex quo etiam colligitur Electorem Palatinum in extructione civitatis Franckenthal / & Würtembergiæ Ducem in ædificatione Freuden-
16\. Stadt/ Imperatoris consensum, si non expressum, tacitum tamen habuisse. Et Comiti Hanoviensi pomeria civitatis Hanaw extendenti, novum opus ab Archiepiscopo Moguntino nunciatum fuisse refert Caspar. Klock. *de contrib. cap. 5. num. 1. in fin.*

17\. Quemadmodum autem in condendis civitatibus Imperatoris consensus requiritur, ita etiam ejusdem consensu & privilegio opus est, si civitas aliò transferẽda veniat, Joh. Limnæ. *de jur. publ. tom. 4. lib. 2. cap. 9 sub num. 128.* ubi idem in Gallia observari notat ex Mornacio *in observat. ad 24. libros Digestor. ad l. 49. de adil. edict.* qui in exemplum adduxit Aream, quam vulgus vocat Ieres, in provincia Phocensi, circa Antipolim, hanc enim cum per multos annos certum malum infestasset, oppidani ab Henrico Magno beneficium acceperunt, mutari sedem, & in alium locum salubriorem vicinum transferri, juxta Mornacium *in catal. Gallic urb.*

Cæli intemperiem, lethales Area ventos
Perpetitur: sed eo Princeps decedere portu
Civibus indulsit, statuant ut colle propinquo
18\. *Delectam in melius longis ætatibus urbem.*

Civitates Imperiales quod attinet, ex Historicis constat. I. Quod Imperatores multa oppida de novo condiderunt, villasque in urbes Imperiales erexerunt, nonnunquam etiam ab aliorum Statuum jugo vindicarunt, & ita Imperatorem Fridericum I. Sueviæ antea Ducem, Eslingam, Reutlingam & Heilpronnam, muris circumdedisse, villasque in oppida transmutasse, refert Irenicus *lib. 9. cap. 18.* Lehman. *Chron. Spir. lib 4. cap. 8. fol. 286. & 288. vid. infr. l. 3. c. 13. n. 2. c. 23. n. 56. cap. 44. n. 2.*

Quædam civitates pecuniæ interventu, Statuum aliorum dominationem evaserunt, & liberæ Imperiales ita factæ sunt, ut nullo unquam postliminio ad veterem Dominum revertantur, scribit Gerard. de Roo *in annal. Austriac. lib. 4. fol. 154.* Ita enim Ulma quandoq; villa Regia, Monasterio Richenoensi à Carolo Magno, pro animæ suæ, ac parentum suorum remedio tradita, juxta Naucler. *vol. 2. gener. 27.* Crus. *annal. Suevic. part. 2. lib. 1. cap. 7.* Lehman. *Chron. Spirens. lib. 4. c. 4. fol. 287. vid. infr. l. 3. c. 54. n. 10.* sub Ludovico Bavaro, monachorum jurisdictionem pecunia avertit, à quo & jus eligendi senatus, qui urbem regeret, impetravit. Quod Carolus IV. eam aliquando irrito conatu obsidens, Hortled. von Ursachen des Teutschen Kriegs/ *tom. 1. lib. 3. c. 1. fol. 617.* confirmavit. Et cum monachi non adquiescerent, tandem Imper. Fridericus III. ulteriore pecuniâ erogatâ, in conciliis Constantiensi & Basileensi eandem omnimoda securitate prædidit, Crus. *annal. part. 3 lib. 4. cap. 15.* Lehman. *Chron. Spirens. lib 4. cap. 4. fol. 287. in fin. & seq.* Idem de Jsena traditur, *infr. libr. 3. cap. 26. n. 7.* Et de hoc modo & titulo etiam gloriatur Respublica Tigurina apud Stumpfium, quod plus, quam Ducatum possideat, ut refert Besold. *class. 2. disp. Polit. 8. num. 40.* Johan. Bruning. *de homag conclus. 132.* Ac laudatissimi Ducatus Wirtembergici incrementa ex hoc quoq; nota esse, testatur Besold. *d. num. 40.* Indeque Augustam à Conradino ultimo Sueviæ Duce se, non parva monetæ mole, in libertatem asseruisse, scribit Lehman. *Chron. Spirens. lib. 4. cap. 4.* Marc. Welser. *rer. August. fol. 111.* Dapp. *dissert. de civitat. German. cap. 5. num. 14.* Et Kauffbeuren Baronũ von Hoff jurisdictionem 50000. florenis amovisse, & postea Imperialem libertatem à Conrado III. & Rodolpho I. adquisivisse testatur Lehman. *d. lib. 4. cap. 4. fol. 288.* Eslingam quoq; & Reutlingam libertatem suam pecunia emisse & acquisivisse; Sed absque ullo historicæ veritatis fundamento, refert Author *decis. sive præjud. Camer. Imper.* apud Gylman. *symphor. tom. 3.* Frey und Reichs-Städt/ *fol. 143. in fin.*

19\.
20\.
21\.
22\.
23\.
24\.

3\. Quædam civitates ex benemeritis suis, & Imperatorum benignitate & clementia, Imperiales factæ sunt, prout diximus *supra. cap. 5. n. 21.* 25.

5\. Quædam spontaneo motu, salvâ, qua antea præditæ, libertate, ad Imperium accesserunt, Beat. Rhenan. *lib. 2 rer. German. tit. Germaniæ Regnum. fol. 179.* ubi translationem Imperii à Franco-Gallis in Germanos describens addit: Cum hæc fieri viderent civitates quædam in Galliis, quæ non serviebant, sed tantùm certis conditionibus agnoscebant Francos (de quarum numero præcipua fuit Arelas, 26.

 cum

cum circumjacentibus oppidis, Geneva ad lacum Lehmanum, in Sequanis, Vesontium, Tullum in Leucis, in Nerviis Tornacum & similes) ad Germanicum Imperium respicere cœperunt, sic suæ libertatis compotes permansuræ. Nam complusculæ civitates Romanis Præfectis usæ, Visogothis & Burgundionibus pertinaſſimè restiterunt, ut boni consulerent Barbari, quod certis pactis & fœderibus eos obnoxios haberent. Idem quoque de Berna refert Peterman. Etterlein *in chron.* der löblichen Eydgenoßschafft. *fol.* 31. ubi ait: Hertzog Berchtoldt von Zeringen hat Bern die Stadt erbauet / und als er sie beherschet hat 17. Jahr / hat er sie geben an das Römisch Reich / doch in der gestalt / daß sie mit sonderbahren Freyheiten begabet gnädenglichen halten / und von dem Reiche nicht mehr entfrömbdet solt werden; Also nam Käyser Friderich / der damahlen Römischer Käyser war / die Stadt auff an das Reich / begabet auch die mit sonderbahren Freyheiten / nemblich nach Recht und Freyheit der Stadt Cölln.

27. 5. Quædam civitates immunitatem & Imperialem hanc libertatem sibi quæsiverunt, temporibus interregnorum & aliorum dissidiorum, quibus Imperatores inter sese de Imperio vel aliis de causis certabant, vel circa recuperandas terras ab Imperio avulsas, extra Germaniam occupati erant, ubi quisque sibi ipsi vigilavit, & ipsæ quoque civitates aliis ordinibus se subjicere detrectaverunt, Imperatoribus firmiter adhæserunt, & indè libertatem sibi vel conservarunt, vel quæsiverunt, prout refert Author *consil. Fridbergens. part.* 1. *cap.* 2. *n.* 4. & 8. Quod etiam colligitur ex Peucer. *in vit. Rudolphi Habspurgensis. fol.* 84. ubi ait, propter Anarchiam, in qua cum certo Imperatore carerent Germani licentiam usurpare omnium, quæ vellent, & rapere, quæ cuperent, atque indè solutas interitu Principum terras, grassarique, qui vellent, jam impunè audebant. Et paulo post, *fol.* 86. addit: potentiorum exempla imitabantur tenuiores, ac simili audacia, quæ juris publici erant, quæque transferri in alios, nisi Senatus consulti sententia non poterant, invadebant ac sua faciebant, & quæ jura interea sibi adquisita, cum postea ab Imperatore Friderico II. ob tollendas confusiones, in Comitiis Herbipolensibus *anno* 1222. fuerint stabilita, ut testatur Peucer. *Chron. lib.* 5. evenit indè, quod & civitates istæ Imperio adjectæ fuerint & adhæserint, Author. *d. consil. Fridberg. part.* 1. *cap.* 2. *n.* 6. *seq.*

6. Aliæ aliis pactis & modis ab aliorum Statuum dominatione & jurisdictione sese liberarunt, & in libertatem vindicarunt sicuti *infra lib.* 3. passim videre licet. 28.

Et denique 7. cooptatione in numerum Statuum Imperii civitas quædam municipalis immedietatem sibi adquirit. Ubi tamen observandum est, quod si civitas aliqua municipalis in numerum Statuum recipiatur, & immediata efficiatur, id quidem quoad bona & jura ipsius civitatis antea propria & in alterius Status jurisdictione non sita, procedat, non verò quoad jurisdictionem & alia jura, in alterius territorio limitatè competentia, cum nec hoc quoque in Principum & Comitum jurisdictionibus particularibus, extra Principatum & Comitatum sitis, locum inveniat *arg. text. in Pace Constant. vers. extra verò, ib:* sicut ab antiquo habere consuevistis, vel habetis, in exercitu, in munitionibus civitatum, in jurisdictione, tam in causis criminalibus, quàm in causis pecuniariis, intus & extra, &c. Auctor. *actor. Lindaviens. fol.* 620. *ad fin.* Quod etiam manifestè sancitum est in Reichs Abschied zu Augspurg *de anno* 1548. §. wiewol auch in der Ringerungs-Handelung. 66. *ibi.* auch nicht Gütter ohne Mittel / von oder unter dem Reich hätten / daß dieselbe nicht in die Anschläg gezogen. 29.

CAPUT VII.

De Materia Civitatum.

Summaria.

1. *Quatenus muri, & quatenus homines materia civitatis sint.*
2. *In extructione civitatis loci situ & qualitas consideranda.*
3. *Ad Orientem sitæ civitates saluberrimæ sunt.*
4. *His proximæ urbes ad Septentrionem spectantes.*
5. *Ratio habenda elementorum.*
6. *Vti & aquæ salubritas & copia.*
7. *Et terræ fertilitas.*
8. *Consideranda maris vel fluminis navigabilis vicinitas.*
9. *Nec non loci quantitas.*
10. *Et qualitas.*
11. *Vtrum magis expediat in locis asperis & montosis, an verò in planitie urbes extruere.*
12. *Tractus, qui habent ex parte montes & fluminibus irrigantur, optimi judicantur.*
13. *Pascua quoq; irrigua inspicienda.*
14. *Vnde loci bonitas æstimanda.*
15. *Loca sterilia homines acuunt, fertilia verò effœminant, & molliores faciunt.*
16. *Quod exemplis declaratur.*
17. *Qualibet gens suas & habet virtutes & vitia.*
18. *Educatio altera natura.*

Quam-

Quamvis supervacaneum videri possit, de civitatibus condendis verba facere, cum earum constructio rarissima jam sit, non tamen id à suscepto labore absterrebit, cum fieri possit, ut malè constructæ vel in loco insalubri, vel non tutò destruantur, vel emendandæ sint, vel etiam novas condere oporteat, cujus rei exemplo esse possunt Hanovia nuper ex permissu Comitis Philippi Ludovici à Gallis & Belgis; nec non Franckenthalium, Manhæmia, aliæque inter Rehnum & Nicrum ab Electore Palatino & Freudenthalium à Duce Würtembergico splendidè extructa.

Quemadmodum autem civitatis vocabulum varias admittit significationes, de quibus *supra cap. 1. n. 7. seq.* Ita etiam causa ejusdem materialis non est eadem. Quatenus enim civitas accipitur pro ædificiis & muris, causa ejus materialis sunt muri, fossæ, valla & ædi-
1. ficia, Joh. Limnæ. *de jur. publ. lib. 7. cap. 1. n. 22.* Quatenus verò civitas propriè & strictius accipitur pro cœtu iisdem legibus juris consensu & utilitatis communione consociato, civitatis materia est ipsa turba hominum, ut loquitur Casus *in Sphær. civitat. lib. 3. cap. 3. in princ.* Vel est ipse populus, seu ipsi cives in civitate degentes, in quibus Reipublicæ forma recipi nata est. Aristot. *lib. 3. polit. cap. 2.* Nicol. Vernulæ. *institut. polit. libr. 1. tit. 1. quæst. 1.* seu, est civitatis multitudo, seu congregatio familiarum per se spectata, Christian. Matth. *system. polit. lib. 1. exerc. 4. sect. 6. theor. 1. n. 9.* ubi hanc remotam, & cives propinquam materiam civitatis dicit.

Cum in omnibus Rerumpublicarum arcanis nullum majus esse credatur, qua ad varios mores & naturas civitatis cujusq; leges & formam congruentem accommodare, eademque, notitia ex situ, sedeque regionis, ex ætate, fortuna, educatione colligitur, secundum
2. Bodin. *de republ. lib. 5.* ideo in extructione urbium consideranda sunt loci situs & qualitas & alia, quibus civitates potissimùm commendari solent. Imprimis vero 1. habenda est ratio plagarum mundi, ita ut urbes extruantur potius versus Orientem & Septemtrionem, quam Austrum. Urbes enim Orientem, & Septentrionem versus sitæ & constitutæ salubriores sunt, quàm quæ Austrum solisque Occasum spectant Aristot. *lib. 7. polit. c. 11.*

3. Omnium verò saluberrimæ sunt civitates ad Orientem sitæ: quia orientalium urbium situs à cœlo, ventis, & aëre omnium benignissimam habet influentiam, Cas. *in Sphær. civit. lib. 5. cap. 11.* Timpler. *lib. 1. polit. cap. 6. quæst. 4.* & sol, reliquaque sidera orientia, primam lucem primosque radios iis communicant, & sic vires suas in eas primùm effundunt, ac etiam in plaga, quæ versus orientem, aër magis temperatus redditur & à crassis, virulentisque vaporibus purgatur Timpler. *d. cap. 6. quæst. 5.* ac venti à solis ortu spirantes sunt saluberrimi, ficciores, ventilant aërem, vapores dissipant, temperant æstum, fovent vitales æstus præcordiorum Jun. *part. 2. polit. quæst. 63.* Aristot. *lib. 7 polit. cap. 11.* Unde quoque aquæ, ab ortu profluentes saluberrimæ judicantur.

His secundæ & proximæ sunt urbes, quæ 4. Septentrionem spectant, à qua mundi plaga Boreas spirat, Boreales autem venti aërem quoque purissimum reddunt, intusque pulso naturali calore concoctionem faciliorem & celeriorem efficiunt, & mutationes noxias nō recipiunt, Christian. Matth. *system. polit. lib. 1. exerc. 4. sect. 3. theor. 4. n. 5.* econtra verò civitates illæ, quæ Austrum, sive Occidentem spectant, sole exorto tepescunt, meridiè calent, vespere fervent, qualis mutatio admodum noxia, cum Australes & Occidentales venti crassiores & humidiores & sic contrarios effectus pariant. Aristot. *lib. 11. polit. cap. 11.* Christian. Matth. *d. n. 5.* & sic etiam urbes salubriores esse censentur, ubi montes Austrum prohibent Junius *quæst. polit. 63.*

II. Ratio habenda est elementorum, veluti 5. aëris, aquæ & terræ. Aeris salubritas ideo requiritur, quia spiritus reddit vivaciores, si purus & subtilis extiterit, suffocat autem cor ipsum vitæ fontem, si crassus & impurus Hippocrat. *de aëre, aqua.* Galen. *de cur. valetud. lib. 9. cap. 14.* Quod etiam ex præcedentibus colligitur.

III. Consideranda venit aquæ salubritas, 6. vicinitas & copia sufficiens: Est enim aqua maximè necessaria ad vitam sustentandam & conservandam, & facilè homines cujusq; rei, quàm aquæ, maximè dulcis defectum ferre possunt, de quo vide *infra lib. 5. cap. 26. n. 51.* Ea autem maximè commendatur aqua, quæ motu est velocissima, aspectu limpidissima, pondere levissima, concoctu facillima, Aristot. *lib. 7. polit. cap. 11.* damnantur verò fontes, qui cœnum faciunt, vasa ærugine inficiunt, legumina tardè concoquunt, confer Plinium *lib. 31. cap. 3.* Besold. *de jur. univers. c. 2. n. 3.* Et ita etiam vitanda est aqua putrida & palustris, ex tali enim vapores nebulosi catervatim ascendere solent, qui aërem inficiunt, & corpora hominum paulatim conficiunt. Atque ideo urbes stagnis & paludibus non sint vicinæ, propter nebulas & spiritus venenatos bestiarum palustrium, Vitruvius *lib. 1. cap 4.* Timpler. *lib. 1. polit. cap. 6. quæst. 7.* Et sic loca salubriora censentur, quæ à stagnis & paludibus longè distant; talia enim minus nebularum, & exhalationum venenatarū habent, indeque dulcium aquarum copiam illi exigunt, qui urbis locum collaudant, Besold. *de jur. univers. cap. 2. n. 3.*

IV. Terræ sive loci fertilitas in extruenda 7. urbe non negligenda, ut in eo civibus numero auctis alimenta suppetant, potentioresque effecti cives omnem externam vim propulsare possint, Schönborn. *lib. 1. polit. cap. 14. n. 7.* & plerosque politicos in eam concedere sententiam, quæ urbem in loco fertili extructam, ei quæ in sterili loco condita, præfert, testatur Lather. *d. cens. lib. 3. cap 12. n. 6.* Locum autem fertilem novem conditionibus, quæ si non conjunctim omnes reperiantur, optimus is erit,

erit, qui plura ex his habebit, veluti 1. ubi vineæ esse possunt, bono & multo vino; 2. ubi hortus irriguus; 3. ubi salicta; 4. ubi oliveta; 5. ubi prata; 6. ubi campus frumentarius; 7. ubi sylva cædua; 8. ubi arbustum; 9. ubi sylva glandiaria, describit Cato *de re rustic. cap. 1.*

8. Unde quoque is optimus urbis situs habetur, qui non procul à mari, aut flumine navigabili abest, propterea, quod inde & evehi, quæ supersunt, & quæ desunt, advehi possunt, Plato *de republ. lib. 5.* Aristot. *lib. 7. polit. cap. 12.* Thom Morus. *libr. 1. cap. 13.* Patric. *de republ. instit. libr. 7. tit. 11.* Unde Tacitus passim illas civitates commendat, quæ portum cum mari, aut flumen navigabile habent, quod semper cives reddant quæstuosos & opulentos, ob commerciorum cum aliis gentibus commoditatem, Lather. *de cens. lib. 3. cap. 12. n. 8.* sicuti etiam è contrario fluminum & fluviorum defectus, unde negotiationibus & mercaturæ incommodatur, inter vastitates & pœnas Ægyptiorum recensentur à Propheta *Esaia cap. 19. vers. 5.* Ex quo etiam hoc nomine Romam commendat Livius *lib. 5. pag. 292.* Dii hominesque inquiens, hunc urbi condendæ locum elegerunt; saluberrimos colles, flumen opportunum, quo ex mediterraneis locis fruges devehantur, quo maritimi commeatus accipiantur, mare vicinum ad commoditates, nec expositum nimia propinquitate ad periculum classium externarum. De aquarum stantium & manantium utilitate & necessitate vide *infra. lib. 5. cap. 26. n. 50. & seq.*

VI. Loci quoque quantitas, ubi urbs condenda, observanda venit, ita ut locus is sit spatiosus, ut urbs amplificari possit, si necesse
9. fuerit. Non tamen amplitudine sua nimium sit diffusa, ut cives facilius commercia inter sese habere possint, & ne magistratus officium in infinita extendatur, & peregrini passim se immisceant, quod necesse fieri oportuit in vastissima illa Babylone, quam captam fuisse triduo ante, quã ab habitatoribus omnib⁹ sentiretur, scribit Aristot. 3. *polit. cap. 2.* de qua Curtius *lib. 5. fol. 80.* totius operis ambitum 358. stadia complecti asserit: ædificia non esse admota muris, sed ferè spatium unius jugeri abesse, ac ne totam quidem urbem tectis occupatam: per 90. stadia habitari: nec omnia contigua esse, quod tutius visum fuerit pluribus spargi: cætera seri, colique, ut si externa vis ingruat, obsessis alimenta ex ipsius urbis solo subministrentur, referente Schönborn. *lib. 1. polit. cap. 14.* Gygantea corporum moles variis ac magnis non rarò malis agitatur, modica verò statura sæpè cum sanitate est: Ita etiam magna illa Imperia vix unquam sine grandibus malis sunt, & ipsa nimia magnitudo suis viribus tandem fatiscit: parva autem & mediocria, aut rarò, aut serò, concutiuntur & deficiunt, scribit Nicol. Vernulæ *lib. 1. instit. polit. tit. 5. quæst. 4* Neque etiam ubivis magnæ urbes exstrui possunt, nec expedit, & cur non æquè in omnibus locis magnæ inveniantur urbes, indagat Cardanus *de subtilit. lib. 11. fol. 631. seq.* cujus verba refert Besold. *discurs. de increment. Imper. cap. 3. n. 7.*

VII. Idem est, quoad loci qualitatem, qui debet esse opportunus & civibus accommodatus tempore tàm belli, quàm pacis, sive ad civilium actionum expeditionem & bellorum opportunitatem. Et ad bellum aptus est locus, si faciles exitus habeat, ad educendum exercitum, hostibus verò difficilis sit accessu Besold. *de jur. universit. cap. 2. num. 4.* Tholosan. *de republ. libr. 2. cap. 1.* 10.

An autem magis expediat in locis asperis & montosis, an verò in planitie civitates condere, non omnium eadem est sententia? Et pro locis montosis & altioribus facere videtur, quod tales censentur esse munitiores, Plato *de legib. lib. 6.* & quod locus excelsus non est nebulosus, neque etiam pruinosus, Vitruvius *de architect. cap. 4.* ac ideò ad aëris salubritatem comprimis confert, quia ventis patet, quibus aër purus & subtilis redditur, Thom. Morus. *lib. 2. cap. 2.* Timpler. *lib. 1. polit. cap. 6. quæst 7.* Simanca *de republ. lib. 1. c. 4.* Ex quo etiam per universam Europam firmissimæ fuerunt habitæ munitiones in montibus & locis editioribus sitæ, quales sunt invicta Ostenda Flandriæ, Gomorrha, fortalitium Schenkiannm, Aden fœlicis Arabiæ metropolis, & ipsa quondam Hierosolyma, de qua Tacitus *lib. 5. histor. n. 3.* Verùm cum tales loci sublimiores & montani aliis commoditatibus careant multis, pro planicie statuendum videtur, quia facilior in his commeatuum est invectio, Scaliger *3. poet. 106.* Unde etiam ejusmodi arces sublimiores hodie ferè omnes desertæ conspiciuntur, Indeque cum Carolus V. Rhenum aliquando trajiciens ex Principe aliquo quæsivisset, cur majores nostri, arces & præsidia in excelsis montibus extruxissent, Et Princeps responderet, munitiores illis arces in locis editis visas fuisse: Cæsar censuit, rectius, eas in planitie collocari propter aquationis & commeatus invehendi, tormentorum item, & aggerum commoditatem. Chytræ. *in concion. funebr. Caroli V.* referente Besold. *de jur. universit. cap. 2. n. 2. in fin.* Indeque malè suasisse Dinocratem Alexandro Magno, ut etiam supra montem Athon urbem extrueret, ex qua incolæ nihil quod ad vitæ sustentationem faceret, obtinere possent, refert Machiavel. *lib. 1. disp. 1.* 11.

VIII. Universaliter autem illi tractus pulcherrimi & optimi dijudicantur, qui habent montes, sive ab una parte, sive ab utraque Besold. *d. n. 2.* uti & illæ Regiones, quæ fluminibus irrigantur, Richter *axiom. histor. 70.* 12.

IX. Non solùm autem in loco civitati condendæ destinando, spectanda est frugum uberrima gleba, & ea, quæ ad hominum, sed etiam aliorum animantium & pecudum sustentationem necessaria sunt & conducunt, consideranda veniunt, ut sunt pascua irrigua, sylvæ & nemora. Kirchner. *polit. disputat. 13. coroll. 6.* Besold. *de jur. universit. cap. 2. n. 4.* ubi ait, se vereri, ut caritura sint aliquando multa Germaniæ loca, lignis: Et Melanchthonis vaticinium fuisse, tria mundo aliquando defutura: 13.

ra: ligna scilicet, bonam monetam & bonos amicos, ut refert Keckerm. *polit. lib. 1. fol. 330.* Quorum sanè cunctorum copiam & nunc non admodũ abundantem esse, ait Besol. *d. n. 4. in fin.*

Urbem igitur condituros hæc omnia & si quæ sunt alia similia, probe advertere, locique bonitatem & commoditatem considerare debet, ubi hæc potissimum signa inspicienda,
14. quibus loci bonitas & commoditas dijudicatur, veluti 1. si quæ ex terra nascuntur, sint benè picta, & probè colorata, & reposita diutius permaneant Simanca *de Republ. lib. 1. cap. 4. 2.* Si ibidem pueri multi ac vivaces, multique senes reperiantur, Thom. Morus. *lib. 7. cap. 2.* ac optimum & certissimum esse indicium bonæ terræ, si homines in eo loco diu vivant, refert. Besold. *de jur. universit. cap. 2. n. 5.* eodemque argumento Cyprij cæli bonitatem evincit Stephan. de Lusign. *tract. de Insul. Cypri. cap. 6. fol. 13. seq.* E contra verò incommodioris situationis & loci signum esse censetur, ubi mali coloris homines, aut deformes, debiles, pauci pueri, & pauci seniores reperiuntur. Thom. Morus *d. lib. 7. cap. 2.* Melchior Junius *part. 2. polit. quæst. 63.* Hinc etiam veteres oppida aut castra stativa constituturi, pecorum, quæ ibi pascebantur jecinora inspiciebant, & si essent livida aut vitiosa, aliò migrabant, quod statuerent, idem in humanis quoque corporibus metuendum esse, Vitruvius *lib. 1. cap. 4.* Timpler. *lib. 1. polit. cap. 5. quæst. 7.*

Verum enim verò, ut tota terra incolatur, addit Deus cuilibet Regioni sua dona, nec uni omnia dedit, nec uni omnia ademit, ac cuili-
15. bet patriæ suæ, etiam agrestis, amorem ingeneravit, de quo Boccalin. *ragguagl. de Parnass. 1. cap. 11. fol. 231.* Et observantia testatur, quod sterilia loca homines ad exercitationem virtutum, ac variarum artium disquisitionem acuunt, ipsique etiam soli cœlique duritie animantur: illæ verò quæ ubertim & copiosè omnia proferunt terræ, nimiâ locorum fiduciâ, incolas effœminant, & enervant: Sicuti Norimberga in sterili planitie sita, nec abundantia rerum, nec opulentia, nec magnitudine ulli aliarum urbium Germaniæ secunda est. Besold. *de jur. universit. cap. 2. n. 5.*

Hic segetes, illic veniunt fœlicius uvæ:
Arbores fœtus alibi, atque injussa virescunt.
Gramina. Nonne vides croceos ut Tmolus odores,
India mittit ebur, molles sua thura Sabæi?

16. Sicuti pro regionis ratione, vegetioria corpora infirmiorave sunt, sic animorum motus celeriores moderatioresve reperiuntur. Longa enim observatione notatum est, eas regiones, quæ cœli clementia, & rerum affluenti copia gaudent, sensu hebetes, & obtusa mente plerumque homines gignere; quæ verò difficiles & agrestes sunt, singulari ingenio viros educere, Aristot. *7 polit. cap. 7.* Polyb. *4. histor. cap. 21.* Alex. ab. Alex. *4. genial. dier. cap. 13.* Tholosan. *de republ. lib. 4. cap. 4. n. 13.* Et ipsa experientia testatur, quod quanto regiones fructuosiores, tanto homines pejores & molliores, je besser fruchtbahrer Land / je ärgere Leuthe / Reinking. *polit. biblic. lib. 3. axiom. 43.* ubi id exemplo Sodomæ, Gomorrhæ, Tyri, terræ Canaan & aliarum regionum demonstrat. Ventosa loca ferociores homines ac mobiliores reddunt; quieta humaniores & constantiores: Palustrium & convallium incolas molles & desides agri facit ubertas: Qui in extremis Imperii cujusq; finibus positi sunt, cæteris, qui intimos recessus occupant, ferociores & validiores sunt. Athenis tenue cœlum, inquit Cicero, est, ex quo acutiores putantur Attici: itaque pingues Thebani & valentes. Et alibi idem Cicero ait: Carthaginenses natura loci fraudulenti; Ligures montani duri atque agrestes: Campani bonitate agrorum superbi sunt. Gentes, inquit Livius *lib. 45.* aliæ iracundæ, aliæ audaces, quædam timidæ; in vinum in venerem proniores aliæ: Atheniensium populum fama est celerem, & supra vires audacem ad conandum; ac Lacedæmoniorum, cunctatorem fuisse. Et nulla ferè natio est, quam natura non finxerit aliquibus vel vitiis, vel virtutibus insignem, quæ virtute seminis posteritati ingeminentur, Hier. Orosius *de nobil. civil. lib. 1.* Ita enim Ætoli habentur fœdifragi, Alexandrini derisores & dicaces: Aphri subdoli & mendaces: Arabes molles & effœminati: Argivi latrones Alex. ab Alexand. *d. lib. 4. cap. 13.* Asiatici luxuriosi, Menoch. *arbit. jud. cas. 57. num. 51.* Athenienses gloriosi, Demosthen. *advers. Andron.* Bituriges militares, Hippol. à collib. *de Princip. cap. 8.* Bohemi hæretici, Johann-Boëm. *lib. 3. d. morib. gent. cap 16. in fin.* Burgundiones feroces, Hippol. à collib. *d. c. 8.* Campani superbi, Cicer. *in orat. contr Rull. in fin.* Catheloni fœdifragi, Boër. *decis. 179. n. 8.* Menoch. *d. cas. 57. n. 151.* C. appadoces, Cilicenses & Cretenses subdoli & mendaces, *1. ad. Tit. 1. v. 12.* Alex. *d. cap. 13.* Cenamomi versuti, Flandri mites: Francii industrii, Hippol. *à coll. d. cap. 8.* Galli stolidi, ingenio simplici atque ostentatores, mobiles, leves, Menoch. *d. l. num. 56.* Alex. *d. cap. 13.* in armis tamen feroces, bellicosi, fortes, Tacit. *in vit. Iul. Agricol. cap. 11.* Livius *decad. 1. lib. 7. cap. 23. & lib. 10. cap 16.* Germani ebrii & potatores, Tacit. *de morib. German. cap. 4. 22. & 23.* Lipsius *cent. 1. epist. 22.* Bodin. *in meth. histor. cap. 5.* Duri tamen, fortes & laboriosi, Tacit. *d. l. cap. 3. vers. sexcentesimum.* Jul. Cæsar. *de bell. civil. lib. 1. cap. 21.* Cominæ. *lib. 8. comment. fol. 625.* Alex. *d. cap. 13.* pacis amantes & fide præstantes, post Tacit. Mich. Piccart. *decad. 6. histor. cap. 10. fol. 312.* Græci leves & ad fallendum proni, unde proverbium: Græca fides, Chassan. *in catal. glor. mund. part. 12. consid. 16.* Alex. *d. cap. 13.* Hannonii pertinaces, Hippol. *à collib. d. cap. 8.* Hispani jactabundi, Chassan. *d. l.* Menoch. *d cas. 57. n. 52* ingeniosi, versuti, alacres ad certamina, callidi, duri ac parci, Justin. *libr. 44.* Tholosan. *de republ. libr. 18. cap. 1. num. 19.* Alex. *d. l.* Indi & Persæ otiosi, Alex. *d. cap 13.* Itali astuti, delitiis dediti, vindictæ cupidi, ad quælibet lucra studiosi, Keller. *de offic jurid. pol libr. 2. cap. 9. in princ.* graves, prudentes & sapientes, ex quo meridianas incolunt regiones, Chassan. *d. consid. 16.* Ligures montani duri & agrestes: ac Lombardiam inhabitantes, ut & Normanni 17.

versuti

versuti & callidi, Sigismund. Scac. *de judic. lib. 2. cap. 7. num. 723.* Locrenses Fœdifragi, Alex. *d. cap. 13.* Lotharingi faciles: Narbonenses fideles, fortes: Piccardi alacres; Hippol. à collib. *d. cap. 8.* Romani gloriæ avidi, Salust. *in Catilin. cap. 7.* Curt. *lib. 9.* Polyb. *libr. 3.* Santones frugi: Senones versuti, Hippol. *à collib. d. l.* Sclavones hominum nequiores: Siculi acuti: Syri avari, Menoch. & Chassan. *d. l.* Scacc. *d. num. 723.* confer Johan. Limnæ. *de jur. publ. tom. 4. lib. 1. cap. 6. & ibid. tom. 5. pag. 79. seq.*

18 Educatio tamen tanquam altera natura ex ferocioribus & crudelioribus humaniores, & contra reddit, quod civibus suis eleganti duorum catulorū iisdem parentibus procreatorum exemplo ostendit Lycurgus, Hippol. à collib. *de princip. d. cap. 8.*

CAPUT VIII.

De causa formali civitatis, seu de modis, quibus civitates constituuntur.

Summaria.

1. *Forma civitatum interna consistit in administratione.*
2. *Imperiales quomodo differant à municipalibus & aliis superiorem non recognoscentibus.*
3. *Urbis appellatio muris definitur.*
4. *Multæ civitates muros non habent.*
5. *Parvo etiam civium numero civitas definitur.*
6. *An ad formam civitatis Episcopus requiratur.*
7. *Una quæ civitas proprium Episcopum habere debet, & num. 12.*
8. *Quales etiam præstantiores fuerunt, & n. 13.*
9. *Civitas pro forma Episcopum non requirit.*
10. *Civitates etiam ante Episcoporum constitutiones fuerunt.*
11. *In magnis tantum civitatibus Episcopi constituti.*
14. *In Imperii Recessibus non habetur discrimen inter civitates Episcopum habentes, vel non habentes.*
15. *Quotnam Rerumpubl. sint formæ.*
16. *Monarchia quid sit.*
17. *Proceres Monarchiæ partes sunt.*
18. *Imperium Romanum monarchicum, sed aristocraticè temperatum censetur.*
19. *Bodini error refertur.*
20. *Monarchiæ opponitur tyrannis.*
21. *Dominatus quid.*
22. *Aristocratia quid.*
23. *Optimates quid.*
24. *Concordia facilius per paucos conservatur.*
25. *In Aristocratia magistratus perpetuus esse debet.*
26. *Venetiarum Ducis potestas quænam.*
27. *Aristocratia ratione eligentium duplex.*
28. *Aristocraticus Status apud quos vigeat.*
29. *Leges aristocratiæ quænam sint.*
30. *Arcana quænam.*
31. *Obligarchia quid.*
32. *Et ubi nam vigerit.*
33. *Oligarchia degenerans quid.*
34. *Simplex oligarchia quid sit.*
35. *Mixta oligarchia quid.*
36. *Democratia quid sit.*
37. *In democratia quinam, quomodo imperent.*
38. *Democratia liberior quid.*
39. *Adstrictior quænam sit.*
40. *Democratiæ Status ubinam vigeat.*
41. *Ochlocratia quid.*
42. *Aristocratici Status, quænam sint notæ, & n. 43. 44. & 45.*
46. *Democraticus Status probatur, si Nobilibus aditus ad magistratus potentiores præcluditur.*
47. *Quid Argentinæ observetur.*
48. *Quando jus gladij & jurisdictio penes populum est.*
49. *Sicuti etiam jura regalia.*
50. *Probatur democratia, quando extranei ad magistratum admittuntur.*
51. *Quando officia non sunt perpetua.*
52. *Ubi magistratus à populo constituitur.*
53. *Quando magistratus partim ex optimatibus, & partim ex plebe eligitur, democratia est.*
54. *Idem, quando magistratus ex tribubus constituitur.*
55. *In democratia per vices imperatur, & paretur.*
56. *Quænam in Statu Democratico observanda.*
57. *Arcana Democratiæ quænam sint.*
58. *Ostracismus quid, & an sit approbandus.*
59. *Ubinam obtinuerit.*
60. *Ostracismus non est ferendus.*
61. *An detur Reipubl. Status mixtus.*
62. *Exempla Rerumpubl. mixtarum referuntur.*
63. *In mixto Statu à potentiori fit denominatio.*

64. *Respu-*

64. Respublica & Imperia quaenam absoluta, & quaenam subalterna dicantur.
65. Gynaecocratia improbatur.
66. Exempla Gynaecocratiae referuntur.
67. Anarchia meritò damnatur, eaq; nihil deterius.
68. Melius sub malo Principe esse, quàm sub nullo.
69. Quaenam Reipubl. forma praeferenda, & quinam Monarchiam praeferant.
70. Monarchia omnium antiquissima.
71. Monarchia naturae est implantata.
72. Mundus ab uno creatore regitur.
73. Sol unus in mundo.
74. Praestat unum habere Ducem.
75. Virtus unita praestantior.
76. Facilius unus, quàm plures boni reperiuntur.
77. Tranquillior Monarchiae Status.
78. Alii Aristocratiam praeferunt.
79. Magnatibus insita dominandi cupido.
80. Monarchae à poenis plerumq; sunt immunes, & ideo liberius peccant.
81. Optimates maximè virtuti student.
82. Concors optimatum gubernatio non facilè perit.
83. Unus regiminis onus vix sustinere valet.
84. Aristocratia apud quos in usu sit.
85. Pro Democratia quaenam faciant rationes, & num. 86. 87. 89. 90. 91.
87. Constantior reputatur populus, quàm Princeps.
92. Mirandum quod homines uni parent.
93. Democratia postrema Rerumpubl. forma judicatur.
94. Bestia multorum capitum populus censetur.
95. Non omnibus una eademq; Reipubl. forma convenit.
96. Ad gentis naturam & ingenium imperium est attemperandum.
97. Uno eodemque die Norimbergici & Augustani contraria privilegia petierunt & obtinuerunt.

Quatenus civitas pro urbe accipitur, & pro aedificiis ac muris, & illam aedificiorum continentiam denotat, quae muris cingitur, forma ejus, & quidem externa sunt ipsi muri, fossae, valla & aedificia, & quod olim aratro solemniter definiebatur, de quo *supra cap. 1. num. 31. & seqq.*

1. Quatenus verò civitas propriè pro coetu iisdem legibus juris consensu consociato, capitur, causa formalis, & quidem interna, civitatum ac Rerumpublicarum in genere, est ipsa recta civium, ac rerum communium administratio, bonis legibus & consuetudinibus temperata, qua Imperantium & parentium ordo consistit, Petr. Greg. Tholosan. *de republ. lib. 1. cap. 1.* Nicol. Vernulaeus, *Institut. polit. lib. 1. tit. 1. quaest. 1.* vel est unio & ordo civium secundum leges, Casus *in Sphaer. civitat. lib. 3. c. 3.* Georg. Gumpeltzhaim. apud Arumae. *de jur. publ. tom. 2. discurs. 9. de civitat. conclus. 14. & 28.* Et ita civitatum ac rerumpublicarum forma non nisi in ipsa vi Imperii, & modo administrandi Rempublicam consistit, Besold. *dissert. de monarch. cap. 2. num. 3.*

2. Causa formalis & essentialis civitatum Imperialium est, quod Imperio immediatè subjectae, & ab aliorum Statuum & ordinum jurisdictione exemptae sunt, quo differunt ab aliis civitatibus provincialibus sive municipalibus, utpotè quae Principibus aliisque Statibus subditae. Et quod civitates Imperiales jus habent Comitiorum, quo ipso differunt ab aliis civitatibus & Rebuspublicis, superiorem non recognoscentibus, quales olim fuerunt Lacaedemoniorum, Carthaginensium, Cretensium, Atheniesium & nostro tempore, Venetorum, Helveticorum, Rhaetorum & Belgarum civitates, Paurmeist. *de jurisd. libr. 2. c. ult. n. 29.*

De forma & solemnitatibus, quibus apud Romanos urbes condebantur, dictum est *supra d. cap. 1. num. 31. seq.* Unde dubitatur, an ad civitatis formam & essentiam requiratur, ut muris vel moeniis sit circumdata vel cincta? 3. Quod exindè dicendum videtur, quod in civitatis descriptione addantur verba illa: muris cincta, & civitas sit, quae muris cingitur & circumdatur, & civitatis, seu urbis appellatio muris finiatur, *l. 2. & ibi Bart. num. 2. l. ut Alfenus. ff. de V. S. l. nam quod liquidè. §. si ita. & ibid.* Bart. *ff. de pen. legat. l. 1. C. ne rusticum ad ull. obseq. C. de. vot* Franc. Marc. *decis. 365. n. 34. vol. 1.* Hier. de Mont. *de finib. regund. cap. 5. n. 1.*

Verùm contrarium exindè apparet, quod multae sint urbes sine fossa & muris, multaeque in mari extructae, vel aliis fluminibus circumdatae, quae muros non habent, 4. Arnisae. *lib. 1. polit. doctrin. cap. 6. fol. 124.* Keckerman. *in praecogn. system. polit. pag. 19.* quae tamen nihilominus alia munimenta habent, quibus tutae & à pagis distinctae sunt, Hoenon. *polit. disput. 11. conclus. 11. lit. b.* non enim muri & lapides, sed homines & cives civitatem faciunt, ut dictum est *supra cap. 1 num. 22. & 27.* & licet muri dejecti, vel collapsi sint, nihilominus tamen civitas permanet, *infra cap. 19. num. 11.* Ac olim plures civitates sine muris extitisse, constat ex Lehman. *Chron. Spirens. lib. 5. cap. 108. pag. 630. vers.* ist aber die Stadt ungemauret. Qualis fuit Sparta, Plutarch. *in Lacon.* & Tarentum, Polyb. *lib. 2.* 5. Neque etiam certus numerus familiarum vel civium ad civitatis formam, sive existentiam requiritur, nec certus numerus definiri potest, sed sufficiens illi sit oportet, & talis judicio prudentum aestimetur, ut nec nimia hominum multitudine oneretur, nec inopia laboret. Innumeram

hominum multitudinem rebus omnibus necessariis instruere, legibusq; coërcere, arduum est. Quæ parvo etiam civium numero civitas definitur, facile vel contagione aliqua pestifera, vel martis furore, vel alia injuria cladeque exhauritur, scribit Nicol. Vernulæ. *instit. polit. lib. 1. tit. 1. quæst. 3.*

6. An quoque ad formam & essentiam civitatis requiratur, quod habeat Episcopum, dubio non caret? Et quod requiratur Episcopus sentiunt Bald. *in l. ex hoc jure. ff. de justit. & jur.* Panormit. *in cap. 1. n. 1. sub fin. de privil. & excess. prælat.* Marc. *decis. 366. n. 26. vol. 1* Et urbes Christiana consuetudine oppida se vocare, quæ proprio erant ornatæ Episcopo, scribit Sigon. *de regno Ital. lib. 10. fol. 242.* Et civitatem hodie dici non posse, nisi habeat Episcopum à summo Pontifice constitutum tradit Castrens. *in l. 1. n. 3. ff. quod cujusq. univers.* Ac de consuetudine communi maximè Italiæ, illam solum civitatem dici, quæ Episcopum habet, testantur Bart. *in l. 6. §. ult. ff. de excusat. tut.* Sigon. *de regn. Ital. lib. 10. fol. 240.* Jason, *in l. hæres. §. vici. n. 4. ff. de legat. 1.* Laur. Ohm. *de jur. Episc. conclus. 13.* Tusch. *pract. concl. lit. c. conclus. 280. n. 15.* Losæ. *de jur. universit. part. 1. cap. 2. n. 16.* Et de jure Canonico eas duntaxat civitatum numero habendas esse, quæ Episcopum habent, tradit Alciat. *in cap. 1. n. 2. X. de offic. ordin.* Bald. *in l. ex hoc jure ff. de just. & jur.*

7. 2. Quia ipse Imperator Justinianus voluit, ut unaquæque civitas proprium habeat Episcopum, *l. unaquaq. 36. C. de Episcop. & cler.* Wesembec. *consil. 339. n. 55. vol. 7.*

8. 3. Ex quo etiam civitates illas, quibus olim Episcopi dati fuerunt, cæteris præstantiores fuisse elicitur, *ex can. 3. dist. 8. c. audivimus. caus. 3. quæst. 2.* Henr Bruning. *de var. universit. spec. conclus. 13. in fin.* Unde quoque in scriptis antiquorum Patrum & conciliorum, civitatem semper denotare Episcopalem ac metropolitanam refert ex Andr. Fauyn. *de offic. prim. Franc. lib. 3. cap. 5. fol. 300.* Johan. Limnæ. *de jur. publ. lib. 7. cap. 1. num. 13.*

4. Hinc quoque evenire, quod in Germania, in Cancellariis Principum, ea sola oppida dicantur civitates, ubi sunt Episcopi, & illis ubi sunt Episcopi, scribi soleat: Unsern lieben besondern/ Bürgermeister und Rath der Stadt Straßburg/ Speyr/ rc. ubi verò nullus Episcopus, unsern lieben besondern Bürgermeister und Rath/ zu Ulm/ Nördlingen/ rc. refert ex quodam Johanne Petro Zwengel. im *formular-Buch, fol. 32.* Besold. *dissert. de jur. univers. cap. 1. n. 7.*

9. Verùm quicquid sit de consuetudine Italiæ, vel de jure Canonico, de jure tamen communi & moribus Germaniæ secus se res habet, & civitas, sive Stadt / Episcopum pro anima non requirit, prout statuunt gloss. *in c. si civitas. de sent. excommun. in 6.* Flamin. *de Rube. cons. 67. n. 49. seq* Bart. *in l. ex hoc jure. ff. de just. & jur.* Losæ. *de jur. univers. part. 1. c 2. n. 16.* Bruning, *de var. univers. spec. conclus. 13. lit. b.* Johan. Limnæ. *de jur. publ. lib. 7. c. 1. n. 16.* Caspar. Klock. *de contribut. cap. 5. n. 2. & vol. 1. cons. 14 n. 2. 3. 4. & n. 57. seqq.* Dn. Cluten. *syllog. rer quotid. conclus. 22. lit. d.* Thom. Michael. *de jurisdict. conclus. 12. lit. c.* Quia 1. civitates constituuntur sola Principis voluntate, & verbo, dicentis, vel volentis aliquam esse civitatem, ut dictum est *supra cap. 6. n. 15.* nec ullibi in jure ad hoc Episcopi essentia sive existentia requiritur. Et ita Germania nostra alium civitatum Spiritum non novit, nisi quem Imperator iis tribuit, ut ait Schütz *in colleg. de jur. publ. dissert. 8. conclus. 2. lit. b.*

2. Quia fuerunt etiam ante Episcoporum constitutionem civitates, ut habet gloss. *in c. si civitas de sent. excommun. in 6.* Losæ. *de jur. univers. part. 1. c. 2. n. 16.* Klock. *de contribut. c. 5. n. 2.* siquidem Episcopatus creatus fuit post adventum Christi tempore Apostolorum, in publico concilio per *c. olim. Dist. 96.* cum tamen etiam ante natum Christum civitates fuerint, *l. ex hoc jur. ff. de justit. & jur. c. cleros. Dist. 21.* Jason. *in l. si hæret. 76. §. 1. n. 4. seq.* Franc. Marc. *decis. 366. n. 26. vol.* Losæ. *d. n. 16.* 10.

3. Quia postquam Episcopi jam fuerunt instituti, non in omnibus civitatibus, sed in magnis tantùm & populosis & non etiam in parvis fuerunt constituti, ne ipsorum potestas, authoritas & nomen vilesceret. *c. in illis. 2. & c. Episcopi 3. distinct. 80* Losæ. *d. n. 16* Klock. *d. c. 5. num. 2.* Petr. Gregor. Tholosan. *de republ. lib. 2. cap. 1. num. 6.*

Quibus etiam accedit 4. Germaniæ consuetudo, qua omnes omninò urbes & oppida, civitates, Stätte/ dicuntur, sive Episcopum habeant, sive non, sicuti ex ipsis Imperii Recessuum subscriptionibus, & communi loquendi usu satis apertè constat. 11.

Nec quicquam in contrarium movet Italiæ consuetudo, & juris Canonici authoritas, cum non respiciendum, quid Romæ vel in Italia fiat, sed quid Imperii nostri constitutiones, & Germaniæ mos ferat.

Voluit quidem 3. etiam Imperator, *in d. l. unaquaq. 36.* ut unaquæque civitas proprium haberet Episcopum, indè tamen non sequitur, quod eam demum civitatem dici & esse voluerit, quæ Episcopum haberet, sed hoc, ut quæ civitas esset, Episcopum haberet: Quod exindè colligitur, quod eadem Imperatoris constitutio mentionem quoque facit civitatum, & civitates nominet, quæ Episcopum non habent, & quarum cura ad alios Episcopos pertinet. *d. l. 36. in verb.* illius enim Episcopus, reliquarum etiam civitatum curam gerit. 12.

Neque etiam, quod tertio loco adductum, præstantia illa civitatum, in quibus Episcopi habentur, essentiam rei constituit. Ita enim apud Romanos civitatis nomine per excellentiam Roma venit, cum tamen præter hanc & aliæ fuerint civitates, de quo *supra cap. 1. n. 9.* Et quemadmodum apud Græcos poëtæ nomine Homerus, & apud Latinos Virgilius venit, & nihilominus apud utrosq; & alii fuerint poëtæ: Ita etiam non obstat, civitatis nomen excellentiæ respectu à conciliis, Patribus & aliis, illis tribui civitatibus, in quibus Episcopi sunt, non enim indè statim cæteræ civitates excluduntur, cum unius inclusio non statim sit alterius exclusio. 13.

14. Non etiam, quoad quartum, in Germania opus est ad unius vel alterius cancellariæ formulam & stylum se alligare, cum varii & discrepantes sint; Imò Imperii RecessuumStylus planè est in contrarium, quo omnes civitates præsertim Imperiales, promiscuè Stätte dicuntur, sive Episcopum habeant, sive non habeant, civitates in contrarium allegatæ, Ulm & Nördlingen/ nominatim Stätte dicuntur, sicuti videre licet ex inscriptione Reichs-Abschied / *de anno 1500.* & reliquis sequentibus omnibus.

15. Cum porrò formam civitatum ac rerumpublicarum in modo administrationis consistere dixerimus, observandum nunc venit, quot & quales illi sint modi. Et quidem alii septem Rerumpublicarum formas esse asserunt, veluti 1. Monarchiam, 2. huic oppositam Tyrannidem, 3. Aristocratiam, huicque oppositam. 4. Oligarchiam. 5. Democratiam, & 6. ei oppositam Ochlocratiam, & deniq; 7. mixtam. Polyb. *lib. 6. de milit. ac domest. Roman. discipl.* Dionys. Halicarnass. *lib. 2.* Casus *in Sphær. civit. lib. 3. c. 5.* Verùm cum tyrannis, Oligarchia & Ochlocratia, non sint formæ, sed digressiones, pestes, & interitus Rerumpublicarum, secundum Aristot. *lib. 3 polit. cap. 4. & lib. 8. Ethic. cap. 10.* & Platon. *de legib. lib. 8.* Et de mixto Statu dubitetur, an talis detur, de quo *infra n. 61.* Ideò alii Rerumpublicarum formam ac modum administrandi alium dicunt monarchicũ, alium Polyarchicum. Et Polyarchicum, in quo plures, penes quos summa rerum est, Imperium exercent, iterum duplicem faciunt, Aristocraticum & Democraticum: Et sic vulgò Politici tres Rerumpublicarum formas, easque licitas & bonas agnoscunt, Monarchiam, Aristocratiam, Democratiam Lipsius *lib. 2. polit. c. 2.* Petr. Greg. Tholosan. *de Republ. libr. 5. cap. 5.* Melch. Jun. *part. 1. polit. quæst. 1.* Plato *de Republ. c. 8. & de legib. cap. 3.* Aristotel. *Polit. lib. 3. cap. 7. & Ethic. lib. 8. cap. 10.* Seneca. *libr. 2. epist. 14.* Simanca. *de republ. lib. 2. cap. 2.*

16. Monarchia est Respublica, ubi uni alicui præcipua & suprema gubernationis, seu administrationis cura commissa est, Hœnon, *polit. disp. 9. concl. 3.* Qua regiminis forma usi sunt Judæi à Saule usque ad Sedeciam, Assyrii à Nimrodo ad Sardanapalum usque, Medi ab Arbace usq; ad Astyagem, Persæ à Cyro usq; ad Darium Arsaini filium, Macedones à Carano usq; ad Perseum, Romani sub Romulo, Numa Pompilio, & cæteris Regibus, usq; ad Tarquinium Superbum, & postea à Julio Cæsare ad hodiernum usque diem: Galli itidem à Pharamundo, Hispani à Pelagio, Dani à Gramo, Suecones ab Humulfo, Ungari ab Attila, Bohemi à Zecho, Poloni à Craco, Britanni à Britone, Scoti à Vergusio, &c. Hœnon *d. disput. 9. conclus. 3. in fin.* Schönborn. *lib. 5. polit. cap. 1.*

17. Additur in definitione, *præcipua*, quia Regni administratio Regi soli non est commissa, sed supremus ejus duntaxat gradus, & singuli officiarii inferiores, id est, optimates & proceres ejus partem, pro suo quisque gradu, obtinent, Steph. Jun. Brut. *in vindic. contra tyran. c. 3. p. 162.*

18. Atque ita etiam, licet in Imperio Romano Imperator monarcha & Imperium Romanum monarchicum dicatur, sicuti multis contendunt, Hortleder. *de caus. Bell. Germ. lib. 1. cap 18. & lib. 3. cap. 30.* Herman. Kirchner. *in orat. 15. & de republ. disput. 2. conclus. 3.* Reinh. König. apud Goldast. *in polit. Imper. part. 13.* Reinking. *de regim. secul. & Eccles. lib. 1. class. 2. cap. 2.* Arumæ. *de jur. publ. discurs. 2.* Hœnon. *polit. disput. 9. conclus. 16. lit. b.* Cum tamen ipse Imperator solus non omnia peragat, sed in partem curarum & sollicitudinis Imperii proceres & Status admittat, nec solas leges universales condat, nec solus bellum indicat, nec fœdera contrahat, sed hæc & similia, non nisi cum consensu Procerum & Statuum Imperii peragat, ideò modernum Imperii nostri Romano-Germanici statum non esse purè monarchicum, sed Aristocraticè temperatum, seu cum Aristocratia mixtum esse contendunt, Dn. affinis Cluten. *syllog rer. quotid. concl. 16.* Paurmeist. *de jurisd. lib. 2 c. 1. n. 9* Heig. *part. 1. quæst. 2. n 14. seq.* Arnold. Clapmar. *de arcan rerump. lib. 5. c. 20.* Rumelin. *ad A. B. dissert. 3. conclus. 18.* Besold. *dissert. de Stat. Reipubl. mixt. c. 2. & de appellat. cap. 2. n. 21.* Daniel Otto. *de jur. publ. cap. 7 fol. 89.* Johan. Limnæ. *de jur. publ. lib. 1. cap. 10. n. 11. seqq. & ibi in addit. tom 4. & dissert. Apologet. contra* Wizendorpium *per tot.* Benedict. Carpzov. *de capitulat. Cæsar. cap. 13. sect. 8. & 9. per tot.* Johan. Wurmser. *de jur. publ. exerc. 1. quæst. 9.* confer Hœnon. *polit. disput. 9. conclus. 16. lit. c.* non tamen, ut Aristocratia prævaleat, secundum Johan. Limnæ. *de jur. publ. lib 1. cap. 10. n. 12. & 42.* sed ut Monarchiæ lumen clarius appareat, juxta Bened. Carpzov. *de capitul. Cæsar. cap. 13 sect. 9. num. 11. seq.*

Ex quo etiam Bodini error refellitur, dum statuit, Imperium nostrum Romano-Germanicum puram esse Aristocratiam, quæ septem Electoribus, trecentis Principibus ac civitatum Imperialium legatis coalescat, quibus Princeps, sive Imperator, unus præsit, ut concilii jussa exequatur, aut magistratum abdicare cogatur, *de Republ. lib. 2. cap 1 fol 291. & cap 6. fol. 348.* cujus argumenta refert Hœnon *polit. disp. 9. concl. 16. lit. a.* Et hæc Rerumpublicarum forma, monarchia scilicet, omnium prima & antiquissima est, & Regium Statum post tempora diluvii floruisse, docet Moyses, *Genes. 10. vers. 8. & 9. infra n. 70.* 19.

Monarchiæ opponitur Tyrannis, & Monarchæ Tyrannus: Quemadmodum enim Monarcha secundum leges & legitimè imperat, ita Tyrannus non secundum leges, sed pro sua voluntate & arbitrio imperat: Et Aristot. *in polit.* hac notâ distinguit Regem à Tyranno, quod ille nihil aliud spectet, quàm prodesse Reipublicæ, hic suis studeat commodis: Princeps quacunque de re deliberans, illud semper spectat, num expediat universis civibus; Tyrannus nihil aliud considerat, quam quod sibi conducat. Atque ita Tyrannus negligit & subvertit bonum publicum, habitâ tantùm ratione sui commodi, Seneca. *1 de clement.* rebus alienis, ut suis, & liberis hominibus, quasi mancipiis, ad libidinem abutitur, Bodin. *de republ. lib. 2. cap. 4. à princ.* 20.

Inter

21. Inter Tyrannidem & Monarchiam medium quid est Dominatus, qui definitur, cum Princeps unus libertatis ac fortunarum omnium Dominus, jure belli aut fœdere factus, subditos, quasi paterfamilias servos moderatur, Bodin. *de republ. lib. 2. cap. 2.* Qualis Dominus hodie est Turca, cujus legibus cautum, ne quis omninò dominium affectet, aut ullius prædii Dominum se dicat præter Calipham Pontificem Maximum, refert Bodin *d. l.* Warsewic. *in Turcic. 1 fol. 11.*

22. Aristocratica Reipublicæ forma est, quando Imperium est penes optimates, qui prudentia, justitia & cæteris virtutibus antecellunt, Aristot. *3 polit. cap. 5. & lib. 8. Ethic. cap. 10.* Reinking. *de regim. secul. & Eccles. lib. 1. class. 1. cap. 1. n. 13. & 14.* Norderman. *de jur. Principat. conclus. 11.* Martin. Rumelin. *ad A.B. part. 3. dissert. 2. conclus. 24.*
23. Besold. *disc. de aristocrat. cap. 2. n 1.* qui optimates indè dicuntur, quod optimi ex omni reliquorum numero, & qui ita præsunt, ut omnia ad illud referant, quod civitati, & illis utile est, cum quibus ea communicatur, Aristot. *libr. 3. polit. cap. 5.* Herodot. *lib. 3. in Megab. orat.* Dicuntur etiam quandoque Patricii, Seniores, Status, ordines, rarius Principes, Alex. ab Alex *6. gen. dier. 24.*

24. In Aristocratico regimine quo pauciores fuerint, eo stabilior & diuturnior optimatum erit Status, cum concordia facilius inter paucos, quam multos conservetur, Arist *5. polit. 6.* Bodin. *d. republ lib. 2. c. 6. fol 342. & lib. 6. cap. 4. fol. 1102.* Unde Pharsaliorum & Lacedæmoniorum Respublicæ, quarum altera viginti, altera triginta civium Principes ex optimis selectos habuit, ex infinito pene civium numero, diutissimè floruerunt, Hœnon *polit. disput. 10. concl. 23.*

25. Aristocratiæ natura etiam requirit, ut pluribus ex sociis ex æquo jus imperandi, & par potestas indivisim & indesinenter, quamdiu vivunt, in eosdem subditos competat Hœnon. *d. disp. 10. concl. 24.* Unde Genevarum Rempublicam aliis stabiliorem & conversionibus, seditiosisq; novationibus minus obnoxiam esse, quia optimates perpetuos habeat, scribit Bodin *de republ. lib. 2. cap 6. fol. 344 & lib. 4. cap. 4.* Melch Jun. *polit. quæst. 26. in fin.* Althus. *polit. c. 32.* Kirchner. *de republ. disp. 5. thes. 3.*

In Aristocratico quoque Statu, & quando apud optimates summa residet potestas, unus aliquis eligi solet, qui senatui tanquam Princeps vel Dux præsidet, & in civitatibus Imperialibus plerumque vocatur consul, Burgermeister / Ammeister / &c. quod tamen nihil impedit, quo minus status ille Aristocraticus, sit & permaneat, cum hic nihil ulterioris juris in reliquos optimates & cives habeat, quàm quod præeat, senatum convocet, proponat, vota re-
26. quirat, & conclusa exequatur. Sicuti etiam in Venetorum Republica videre licet, quæ sine dubio Aristocratica est, ibique Dux nihil juris in Reipubl. summam habet, quàm quod Senatorio ordini praeat, & omninò vivat ex legibus à Senatu sibi constitutis, & sine senatu nullam Reipubl habet administrationem, sed majestatis jura penes consilium magnum & Senatum consistunt, Petr. Gregor Tholos. *de republ. lib. 5. cap. 1.* Jun *1. polit. quæst. 4.* Besold. *de aristocrat. cap. 2. in princ.* Atque hinc etiam in Aristocratiam, sive regimine Aristocratico tot Reges esse, quot Senatum optimates constituunt, scribit Nicol. Vernulæ. *institut. polit. lib. 1. tit. 2. quæst. 5*

Aristocratia pro eligentium diversitate duplex est, aut enim populus eligit, aut optima- 27.
tes tantùm in locum vacantem alios substituunt, & hic posterior eligendi modus Reipubl. utilior & optimatibus ex officio hoc injunctum esse videtur, cum ipsis Reipubl natura & conditio notior, & populus haud raro affectibus ducatur, nec de bonis, prudentibus, & idoneis judicare possit Bodin *de republ. lib. 2. cap. 6.* Besold *de aristocrat. cap. 2. num. 2.* Petr. Gregor Rholosan. *de republ. libr. 4. cap. 5. seq.* Hœnon *d. disp 10. concl. 27.*

Alia est, quando electionis jus solus po- 28.
pulus habet. Et hoc rursus in respectu numeri, paucissimorum de populo, quæ est Aristocratia nobilissima, per jam dicta, vel paucorum: Vel etiam respectu conditionis, in qua eliguntur optimates virtutis intuitu præstantissimi, quæ optima & aliis præferenda Tholos *de republ. lib. 4. cap. 5. n. 16. & 42.* Vel etiam respectu census, ubi divites eliguntur, quibus tamen cæteris paribus, satius est, quàm pauperibus præferri magistratum, Aristot. *2. polit. 7.* Casus *in Sphær. civ. 7.* Junius *1. quæst. polit 17.* Vel generis & prosapiæ consideratione, dum patricii & Nobiles eliguntur, Jun. *1. polit. quæst. 16.* Vel denique respectu temporis imperandi, ut alia sit, in qua optimates sunt perpetui, quæ diuturnior, Bodin. *de republ. lib. 2. cap. 6. supra n. 25.*

Aristocraticus hujusmodi Status fuisse videtur in politia Israëlis sub septuaginta senioribus, & tribuum, ac familiarum singularum Principibus, quando nullus rex erat, *Genes. 36. v. 31. Exod. 3. vers. 16. & 18. & cap. 5. vers. 14. seq. & cap. 6. vers. 16. & seq. Josu. cap. 22. vers. 14. Judic cap. 1. & 2. Esdr. 9. Nehem. 5. & 13.* Wilhelm. Zepper. *de legib. Mosaic. lib. 3. cap. 6.* Joseph. antiquit. *Jud. lib. 4.* Sigon *de republ. Hebr. lib. 6. cap 7.* Et apud Romanos Regibus exactis summa rerum ad optimates delata fuit, Livius *lib. 2.* Halicar. *lib. 4.* Hodie apud Venetos, Melch. Jun. *polit. quæst. 4. c. 9.* Hœnon *polit. disp. 10. conclus. 30.* Petr. Bemb. & Contaren *de republ. Venet.* Et hæc hodiernis moribus in plerisque civitatibus Imperialibus observatur.

Aristocratiam jam constitutam conservant 29.
leges & arcana. Leges tales sint, quibus subditi ad amorem & obedientiam singulorum optimatum incitentur, Thol. *de republ. lib. 10. c. 5. n. 9.* quod si in Aristocratia non fiat, maxima mala suboriri necesse est, de quibus latè Bodin. *de republ. lib. 6 c. 4.* Arnisæ. *2. polit. c. 2.* Et quibus è converso optimates ab inferiorum contumeliis, calumniis, & insimulationibus avertantur, subditi enim & cives in hoc statu id præstare omnibus & singulis optimatibus debent, quod in Statu monarchico uni principi præstatur, Keckerman. *2. polit. 2. pag. 543. canon. a.*

Arcana

30. Arcana Aristocratiæ sunt, ut Optimates consilia sua secreta habeant, & ne qua ad vulgus emanent, summa diligentia præcaveant. Keckerman. *2. polit. 3. canon. 7.* Bodin. *d. lib. 6. cap. 4.* Ignoratio enim politicorum consiliorum rectè capessendorum, & Reipubl. administrandæ facilè potest apud rudem & promiscuam plebem seditioni ansam præbere. Et deinde ut caveant optimates, ne ulla injuria plebem afficiant, inter se verò concordiam & æqualitatem conservare maxime studeant, Aristot. *5. polit. 6. in princ.* ubi dicit duas mutationis Aristocraticæ præcipuas esse causas; injuriam plebi illatam, & dissensionem optimatum inter ipsos, Tholosan. *d. l. & lib. 22. c. 1.* Arnisæ. *2. polit. 4. & 5.* hoc ubi non strictissimè observatur, labefactari, & omninò vel in democratiam, vel oligarchiam, vel Tyrannidem hunc statum converti, exempla apud allegatos probant.

31. Aristocratiæ opponitur Oligarchia, quæ est Reipublicæ corruptio, in qua potestas est penes paucos, qui vel per potentiam, violentiam, injurias, malas artes, aut gratiam, Reipublicæ administrationem sibi adquisiverunt, reliquis, penes quos pariter erat, exclusis; atque ita ad suam privatam utilitatem Rempublicam administrant, Georg Richter. *axiom. polit. 39.* Danæ. *polit. Christian. lib 1. cap. 6.* Vel qua pauci Dominatum ad se rapiunt, & eo suos consortes spoliant, Althus. *polit. cap. 32.* Vel cum injustè pauci divites dominantur, & præter leges, & ad reliquam multitudinem opprimendam cōspirant, Lamb. Danæ. *polit. Christ. libr. 1. cap. 6.*

32. Qualis Reipublicæ Atheniensium constitutio tum fuit, cum de Lysandri sententia, triginta, nomine quidem administratores, revera autem tyranni constituti fuerunt, qui sua pro libidine cuncta egerunt, locupletissimos & optimos è medio sustulerunt, optimates omnes, vel vindictæ, vel avaritiæ saturandæ studio proscripserunt, Diod *lib. 14.* Alex. ab Alex. *libr. 5. cap. 2.* Bodin. *meth. hist. cap. 6.* Talis quoque fuit Romæ, dum à Decemviris, & postea à Triumviris regebatur, Livius *lib 3.* Et apud Polonos, cum Wayvodæ duodecim ad rerum gubernacula sederunt, & sua potentia abusi, Cromer. *de republ. Polon. lib. 2.*

33. An autem Oligarchia degenerans Reipublicæ sit forma? negat Bodin. *de republ. lib. 2. cap. 4.* Affirmat autem Aristot. *libr. 4. polit. cap. 4.* Quam litem distinctione dirimunt Casus *in Sphær. civit. lib. 4. cap. 2.* Hœnon. *d. disput. pol. 10. conclus. 36.* qui Oligarchiam aliam faciunt sim-
34. plicem, aliam mixtam. Simplex Oligarchia illa dicitur, in qua paucorum divitum vel Nobilium affectus, non ratio, non æquitas, non lex, sed impetus dominatur; & hunc aberrantem
35. esse nemo negaverit. Mixta autem Oligarchia dicitur, in qua opulenti secundum legis normam imperant, quæ bona & legitima Reipublicæ forma dijudicatur, cum ejusmodi Status, ubi divites, Nobiles & leges imperant, nihil aliud sit, quàm aristocraticus, Hœnon. *d. conclus. 36.* Et talem Oligarchiam nostro seculo Venetiis præcipuè & Norimbergæ conspicere licere putat Besold. *de aristocrat. cap. 3. n. 3.* Quibus etiam Rhagusiorum, & Genuensium Respublicas accenset Krantz. *in virid. polit. lib. 2. c. 8.* siquidem Noribergæ ex innumerabili civium numero & multitudine octo tantùm & viginti tribus seu familiæ, ab antiqua civium stirpe, honorum ac Imperii participes sunt, teste Bodin. *de republ. lib. 2. cap 6.* Besold. *d. n. 3.*

Democratia dicitur & est, quando penes universum populum est imperium, seu; quando universi cives, aut maxima pars civium, cæteris omnibus, nòn tantùm singulatim, sed etiam simul, coacervatis & collectis imperandi jus habent, Bodin. *de republ. libr. 2. cap. 7. in princ.* vel ubi universus populus, seu major pars civium magistratum obtinet Hœnon. *d. disput. 10. conclus. 37.* 36.

Imperare autem in statu democratico omnes dicuntur, non quidem actu & exercitio, sed imperandi potentia, & imperium hîc quidem penes populum est, non tamen à toto populo exercetur. Nam populi, seu civium universorum nomine quidam ex iis alternatim, & successivè, certis temporibus ab universis electi, cæteris omnibus singulis vel universis imperant, & secundum suffragia populi universi collecta jura majestatis, & summæ potestatis administrant, Bodin. *de republ. lib. 2. cap. 7. & lib. 6. cap. 4.* Et in hoc politiæ statu optimatum locum & vices tenent præfecti collegiorum, curiarum, tribuum, centuriarum & classium, Althus. *polit. cap. 32.* 37.

Democratia in duas species dividi solet, in liberiorem & adstrictiorem. Liberior Democratia existit, ubi multitudini consultationes & judicia tribuuntur, veluti in Rhetia, ac nonnullis Helvetiæ pagis, in den Ländern / dictis, fieri solet. Besold. *de democrat. cap. 2. num. 7.* Vel in qua omnes promiscuè & indistinctè, successivè tamen, ad magistratus evehuntur, seu ubi omnes per vices imperant & parent, Tholosan, *de republ. lib. 4. cap. 5. n. 16. & lib. cap. 2. num. 3.* 38.

Adstrictior Democratia dicitur, ubi populus omnia per magistratus peragit, eisve deligendorum & corrigendorum facultatem tribuit, ac sibi ipsi manus quasi ligat, vel in qua ex omni ordine civium magistratus eliguntur, sed tamen ratione personarum habitâ, ut magis idonei reliquis præferantur, Keckerman. *2 polit. 3.* prout Genevæ, & in majoribus Helvetiæ, ac Hanseaticis civitatibus, Lucæ in Hetruria, & Vesontinæ Burgundiæ metropoli fieri solet, Petr. Gregor. Tholos. *de republ. lib. 5. cap 2.* Besold. *de democrat. cap. 2. & 3.* 39.

Democratiæ Status Romæ viguit Regibus ejectis, & cum à Tribunis plebis populi nomine omnia administrarentur, *l. 2. §. 20. ff. de orig. jur.* Plutarch. *in vit. Valer. Public.* Vultej. *in prolegom. jurisprud. Rom. fol. 16.* Matth. Stephan. *de jurisd. lib. 1. cap. 2. n. 53.* Bened. Carpzov. *de Capitul. Cas. cap. 1. sect. 8. n. 7. seq.* Besold. *de democrat. cap. 2. num. 5.* Et hodie conspicitur apud Helvetios, maximè Montanos, Suitenses, Uranios, Underwaldos, Tugios, Glarenses & Abbatiscellanos. Bodin. *de republ. lib. 2. cap. 7.* Et adhuc dum hodie in civitatibus nonnullis Imperialibus obtinet, 40.

obtinet, veluti Reutlingæ, Rotwilæ, Argentinæ, & alibi.

41. Democratiæ opponitur Ochlocratia, quæ est turbulentæ, & furientis plebis impotentia, in qua egenorum, non verò publicæ salutis habetur ratio, Bodin. *de republ. lib. 4. cap. 1. & in method. histor. cap. 6.* Aristot. *3. polit. cap. 5. 7. & 8.* Lamb. Danæ. *polit. Christ. lib. 1. cap. ult.* Tholos. *de republ. lib. 22. cap. 2. n. 4. 8. & passim.* Hœnon. *polit. disp. 10. concl. 61.* Hanc Cicero maximam tyrannidem vocat, nec tam vitiosam, quam nullam prorsus Rempublicam statuit, eamque ferarum omnium ferocissimam vocat Bodin. *4. de republ. cap. 7.*

42. Notæ autem & argumenta, ex quibus Reipublicæ alicujus Statum esse vel democraticum, vel Aristocraticũ colligitur, potissimùm sunt hæc, & quidem Status Aristocratici 1. ubi consiliorum & judiciorum summa potestas nõ penes populum, seu plebem, sed potius penes optimates residet, cum forma cujusque Reipublicæ non ex titulis, & extremis quibusdam simulacris, sed ex ipsa Imperii vi & jurisdictione æstimanda sit, Matth. Bernegger *in comment. ad lib. 2. Thucidid. c. 10. n. 2.*

43. 2 Aristocraticus intelligitur esse Reipublicæ Status, ubi optimi Reipublicæ administrationi præficiuntur, illi videlicet, quos generis dignitas, opum fulgor, virtutum gloria, sapientiæ ratio extollit, Bodin. *de republ. lib. 3. c. 8. infra. lib. 3. cap. 46. n. 13.* Et ubi in electione Senatorum, vel maximè eorum habetur ratio, qui eruditionis laude, experientia, sapientia, & aliis animi dotibus, alios antecedunt. Ubi licet interdum unus vel alter idiota & plebejus ex opificibus cæteris adjungatur, hoc tamen Aristocratiam obscuriorem non efficit, vel in mixtum statum convertit, quia hoc non perpetuum, nec æqualiter considerari necesse est, cum nec perfectæ Aristocratiæ opifices planè omnes Senatu excludant, exemplo Norimbergæ, quæ licet perfecta & indubitata sit Aristocratia, octo tamen ex certis opificiis in Senatum legit. Joh. Limn. *de jur. publ. tom. 4. lib. 7. c. 43. fol. 303. infra libr. 3. c. 46. n. 17.* Quod etiã Augustæ, Francofurti, Ulmæ & alibi observari & opificia in senatum eligi videmus.

44. 3. Aristocraticus Reipul. Status esse judicatur, ubi administratio ad pauciores personas redacta est, hocque notam characteristicam Aristocratiæ præ se ferre, testatur Bodin. *de republ. libr. 2. cap. 6. infra libr. 3. cap. 46. n. 16.*

45. 4. Ubi magistratus jura majestatis & regalia indivisa, sine populi suffragio & communicatione exercet, ibi Aristocratiæ forma vigere deprehenditur, ita ut quarũ civitatum jura majestatis, inter senatum & populum divisa sunt, minimè omnium Respublicas, sed Rerumpublicarum corruptiones appellari debere, putat Bodin. *de republ. lib. 2. c. 1.* & jurium majestatis ad unum vel plures agglutinatio, Reipublicæ formam constituit, teste Arnisæ. *de republ. lib 2. cap. 6. sect. 1. num. 38. infra lib. 3. cap. 46. num. 19.*

46. 5. Ejus quoq; Reipubl. Status Aristocraticus esse judicatur, ubi potestas asservandi claves portarum penes Consulem est, & cui eas ille in specie cõmittit, & ubi dispensationes vectigalium, nomothesia, & dicæothesia, in civilibus & criminalibus, tàm quoad cognitionem, quàm executionem, penes ordinarium est Senatum, & plebs de his nihil participat. Johan. Limnæ. *d. cap. 43. fol. 303. ad fin. infra d. lib 3. cap. 46. n. 20.*

Democraticus probatur esse Reipublicæ Status, 1. ubi Nobilibus aditus ad magistratus potentiores est præclusus, Besold. *de democrat. cap. 1. n. 2.* prout olim factum fuit Argentinæ, ubi teste Joach. Krantzio. *in viridar. polit. lib. 2. cap. 9.* cives seditiosi Reipublicæ administrationem ad se transferentes, sanciverunt, ne quem Ammeisterum (qui summus in civitate magistratus,) creari fas esset, nisi qui opificio alicui deditum se docere posset, daß er von den Handwercken seye / non quidem quod opificio alicui sit deditus, sed quod tribui alicui sit addictus, daß er auß einer Zunfft genommen werde / cum Argentoratensi more loquendi, die Handwerck / appellentur, tribus, alias Zünffte / in quibus tàm patricii, quàm plebei reperiuntur, exclusis tantùm Nobilibus, qui separatos suos conventus, sive duas tributarias ædes, habent, quarum una dicitur Mühlenstein / altera Hohensteig / de quo vide *infra libr. 3. cap. 51. num. 26.* Ammeisterum quidem præcedit Stetmeisterus, qui ex Nobilibus est, ab omni tamen Imperio, sine Ammeisteri consensu excluditur. Et cum incursus hostium timetur, vel quoties incendium oritur, universæ Nobilitati interdictum est, extra ædium munimentum conspici, vel in platea deprehendi, talique modo Nobilitati viam recuperandi regimen præcludunt, referente Besold. *d. num. 2.* ubi etiam *num. 3.* addit, pro Democratiæ specie non minus eam Rempublicam habendam esse, ubi populus rerum Dominus, licet honores & magistratus Patriciis tantùm tribuat, uti Romæ factum usque ad legem Canulejam, ex quo postea omnes patricii magistratus cum plebe communicati fuerunt Alex. ab Alexandr. *lib. genial. dier. cap. 24.* Ubi enim summa est populi authoritas, & incommunicata, nec tamen à plebeculæ Imperio administratur, sed consilio eorum, qui optimi sunt in civitate, tunc Democratia locum obtinet, quamvis non liberior, sed adstrictior; illa quippe maximè ignobilis est, hæc verò species facile ad Aristocratiæ illam speciem, quæ Oligarchia aut Timocratia dicitur, accedit, ubi populus Rempublicam non administrat, sed quidam aptiores reliquis omnib⁹ imperitant, ita tamen, ut secundum populi suffragia potestatem istam accipiant, Limnæ. *d. tom. 4. libr. 7. cap. 3. fol. 151.* 47.

2. Democraticus Status ex eo colligitur, si penes Senatum aliquem ex plebe vel populo & tribubus constantem, & ex singulis tribubus senatorem habentem, & populum repræsentantem jus gladii omnisq; jurisdictio, & alia ad judicii partes omnes pertinentia resideant, penes quem enim est merũ Imperium & omnis jurisdictio, penes illum quoq; est Respublica, ex qua ejusdem forma patescit Joh Limnæ. *de jur. publ. tom. 4. libr. 7 cap. 3. fol. 149. in fin. seq.* 48.

Idem

49. Idem est, quoad jus exercendi alia jura majestatica sive regalia & causas momentosas, veluti jus muniendi urbes, bella indicendi, fœdera contrahendi, & similia, ita ut si hæc jura, sive summa potestas, penes tribus & omnem populum ita resideant, ut de iis quidem in Senatu disceptetur, sed sine Scabinorum & tribuum, der Schöpffen und Zünffte/ qui universitatem repræsentant, consensu & ratificatione, magistratus hæc & similia jura exercere nequeat, ejus Reipublicæ status sit democraticus, per tradita Bernegger. *cent. 2. quæst. ad German. Taciti quæst. 55.* Arnisæ. *de jur. majestat. libr. 2. c. 5. num. 8. seq* ubi demonstrant, jura hæc regalia penes eos solum esse, qui jura majestatis obtinent, nec à superioris alicujus potestate & nutu dependent, qualis in Monarchia Princeps, in Aristocratia optimates, in Democratia populus. Et si in causis momentosis magistratus teneatur civium delectum, & qui eos repræsentant, convocare, eorum consensum implorare, hoc ipso Democraticum Statum demonstrari, scribit Limnæ. *d. tom. 4. lib. 7. cap. 43. fol. 301 ad fin.* adducens ad id Thucidid. *lib. 6. de bell. Pelopones. cap. 2. num. 1.* attestantem, Athenienses popularem & democraticum Statum habentes, populi consilium requisivisse, an bellum adversus Lacedæmonios offensivè belligerandum, idem *lib. 1. infra lib. 3. cap. 46. n. 13.* Eodemque modo Argentoratensem Rempubl. teneri Scabinorum consilium explorare, an bellum gerendum, an fœdera ineunda, testatur Bernegger. *in comment. ad Thucid. lib. 6. cap. 1. num. 1. seqq. & ad Tacit. German. cent. 2. decad. 6. quæst. 5.*

50. 4. Ille status Reipublicæ Democraticus esse censetur, ubi ad officia Consulatus & Senatus dignitatem extranei & alienigenæ pervenire possunt. Tradunt enim politici, & ex contrapositione veræ Aristocratiæ manifestum esse videtur, ad Statum optimatum nullo modo promoveri posse peregrinos, sed solùm patricios & originarios, vel quorum parentes diu in Republ. vixerunt, idque exemplo Reipubl. Norimbergensis verè Aristocraticæ, ubi nemo in Senatum, multò minus ad præcipua officia promoveri potest, nisi patricio genere natus, & quidem non promiscuè patricius, sed qui ex familia singulari, senatus munere gaudente, den Rathsfähigen Geschlechtern / prodit, quarum familiarum tantum octo & viginti sunt. Quod etiam Augustæ Vindelicorum, Ulmæ & alibi observatur, ubi ad officia primaria, præfecturæ civitatis, Senioratus, Consulatus, Quæsturæ, nemo admittitur, nisi indigena, & patritio genere satus: & omninò ubi Aristocratiæ forma viget, ibi peregrinos ab officiis primariis, imò toto Senatu exclusos esse, ex Christoph. Walthero, Syndico Rotemburgico, scribit Limnæ. *d. cap. 43. fol. 301.* vide *infra lib. 3. cap. 46. n. 8.*

51. 5. Democraticum Statum arguit, ubi primaria Senatus officia non sunt perpetua, sed mutabilia, & propriam notam Democratiæ esse, summos & intimos honores esse temporarios, testatur Petr. Gregor. Tholos. *de republ. lib. 5. c. 5.* Lamb. Danæ. *lib. 6. polit. cap. 5. infra lib. 3. cap. 46. num. 9.* Sicuti è contrario, ubi Aristocratia viget, primaria Reipubl. officia sunt perpetua, personæ non mutantur, sed morientibus aliæ substituuntur, prout fit Norimbergæ, teste Gylman. Symphor. *tom. 6. cap. 7. §. 34.*

6. Democraticus quoque Status in ea Republica obtinere probatur, ubi magistratus à populo constituitur, & ab eodem authoritatem suam obtinet, Besold. *de democrat. cap. 1. num 1. infra. lib. 3. cap. 46. num. 11.* prout fieri solet Argentinæ, ubi Senatores eliguntur, à Scabinis, & à singulis tribubus, quarum viginti tota plebs circumscripta est, singuli in Senatum adsciscuntur Scabini, constituti in iisdem tribubus, ac easdem repræsentantes, eos legunt; uti è contra Norimbergæ, senatus non eligit Senatum vel constituit, sed ex interiore & secretiore Senatu unus vel alter eligitur, Electores dicti, Wehler/ qui postmodum Senatores eligunt, & constituunt, Wehner. *d. §. 34.* 52.

Ubi tamen observandum, & à Politicis connotatum est hoc discrimen, quod ubi etiam plebs eligit optimates perpetuò permanentes, seu fixos, nihilominus Aristocratia fit, & permaneat, ubi verò ad certum tempus annuum vel biennium, optimates senatui præficiuntur, & postea rursus mutantur, tunc democratia arguatur, Besold. *de form. rerumpubl. & in spec. de Aristocrat. cap. 2. n. 2.*

8. Ubi dimidia pars Senatus ex patriciorum ordine, altera verò ex plebe deligitur, non Aristocratia sed democratia locum obtinere censetur, Limnæ. *d. cap. 43. fol. 302. circa. med.* 53.

8. Quamvis etiam, ut *supra num. 42.* dictum, pauci opifices in Senatu Statui Aristocratico nihil officiant, secus tamen est, ubi omnibus artificiis & tribubus, sine discrimine, aditus ad senatoria munera, ex æquabili partitione, patet, & ex omnibus tribubus senatus constituendus est, tum enim democraticus illius Reipublicæ Status esse probatur Limnæ *d. cap. 43. fol. 303. in med.* Hinc in democratico Statu quatuor esse debere, 1. ut magistratus ab ipso populo constituatur, & ab eodem authoritatem sumat. 2. ut à sententia magistratus, in rebus gravioribus ad judicium populi appelletur. 3. Ut leges, quibus Respublica est gubernanda, à magistratu quidem proponantur, sed à populo jubeantur. 4. Ut magistratus apud populum accusari possit, vel etiam morte mulctari, si ita populo videatur, refert ex Bellarmin. *de Pontific. Rom. libr. 1. cap. 6.* Besold. *de democrat. cap. 1. in princ.* 54.

Et præterea natura Democratiæ in honorum æqualitate & libertate consistit, nam legum æqualitas propria est democratiæ, quæ tamen rerum æqualitatem non inducit, Kirchner. *de republ. disp. 5. thes. 4.* eique maximè proposita est libertas, Plato *de republ. 8.* Arist. *4. polit. 4. & libr. 6. cap. 2.* & imprimis postulat, ut populares per vices imperent, & pareant, Besold. *de democrat. cap. 1.* Jun. *part. 1. polit. quæst. 4.* Petr. Gregor. Tholosan. *de republ. libr. 4. cap. 5. & lib. 5. cap. 2.* Et in hoc Statu populus ipse 55.

 vult

vult timeri & monarchæ instar haberi, eamq; summam judicat libertatem, ut summa deliberationum sit penes se, Aristot. *lib. 4. polit. cap. 4. & libr. 6. cap. 2.* Bodin. *de republ. lib. 6. cap. 4.* Jun. *libr. 1. quæst. 4.* Et populare est, ut magistratus ab aliquo semel tantùm geratur, & tempore quidem brevi: Quamvis enim in genere verum sit, perpetuos magistratus temporaneis esse præferendos, *infra libr. 2. cap. 8. num. 157. seqq.* pro natura tamen democratiæ, consultum est, ut magistratus sint temporarii, Petr. Gregor. Tholosan. *de republ. libr. 5. cap. 5:* Schönborn. *lib. 2. polit. cap. 3.* Hœnon. *polit. disputat. 10. concl. 45* quos ita imperare par est, ut cogitent, se vicissim parere, cæterisque in omnibus exæquari debere, cum hîc per vices imperetur & pareatur. Aristot. *d. l.* Danæ. *3. polit. & lib. 6. cap. 5.* Arnisæ. *2 polit. 4.*

56. Pro conservatione quoque popularis Status, non tàm conandum esse magistratibus, ut placeant multitudini, quàm utilitati communi, monet Aristot. *Polit. lib. 6. cap. 5.* sunt enim multi, qui cum id efficere student, ut populo placeant, Rempublicam ad subversionem & interitum, vel confusionem deducunt, Petr. Gregor. Tholosan. *de republ. lib. 5. cap. 2. num. 1.* Cavere etiam solent Democratici, ne summa officia patriciis & antiquis familiis concedantur, cum ea ratione popularia Imperia successu temporis in Aristocratiam facilè converti possint, teste Besold. *de arcan. rerumpubl. cap. 2. num. 7.* Christ. Liebenthal. *de trib. rerumpubl. form. conclus. 95* Nimia quoque licentia populari Magistratui non est indulgenda, ne elatior factus, Reipublicæ gubernacula sibi soli adsignet. Ita enim Crassi, Pompei, & Julij Cæsaris triumphi, & præclara opera Reipubl. Romanæ navata, cujus ministerio, opibus, militibus & dignitatibus, gloriam sibi pepererant, nimiaque eorum fœlicitas genuit ambitionem, per quam sublato populari statu, sibi dominationem vindicarunt, & demum inter se dissidentes, & consortis impatientes, ad monarchiam viam parârunt. Florus. *lib. 4. rer. Roman.* Tholos. *de republ. libr. 22. cap. 2. num. 4.* Sicuti quoque à magistratu populo nimium non est indulgendum: bestia enim populus multorum capitum est, & mobilè vulgus & invidum, cui frena, si laxentur, statum præsentem fastidit, & ut simul suspiciosum est, se lacessitum bona administratione existimans, jugum excutere nititur, libertatis, seu potius agendi, quod velit, sine ratione studiosum, ideò novationi vacat, & rejectis bonis & ingenuis rectoribus, meliores adhiberi postulat: vocat autem meliores, qui magis ei indulgeant, Petr. Gregor. Tholosan. *de republ libr. 22 c. 2. n. 8.*

57. Arcana democratiæ sunt, ut 1. leges severè & strictè executioni mandentur, Bodin. *de republ libr. 6. cap. 4.* ubi Helvetios laudat, quod supplicia de sceleratis severissimè deposcant, nec capitalium delictorum ulla apud eos venia speretur, Tholosan. *de republ. libr. 10. cap. 5.* 2. Ut accusationes publicæ popularium instituantur rarissimè, indeque in delatores falsos graves pœnæ statuendæ, Tholosan. *de republ. lib. 5. cap. 2. num. 2.* ne multis ob atrocia crimina pudefactis, vel condemnatis popularium authoritas & numerus decrescat, & sic aristocratici prævaleant, Keckerman. *2. polit. 3.* 3. Bona damnatorum sacra sint, & pœna publicationis & confiscationis exsit, & ut obviam eatur injuriis, pœnarum servetur proportio, & à condemnandi cupiditate populus revocetur, Tholos. *d. cap. 2. num. 1.* 4. Conventus civium & collegia ne impediantur, ad concordiam & amicitiam inter cives stabiliendam, Bodin. *de republ. libr. 3. cap. 7.* 5. Comitia habeantur creberrima, Tholosan. *13 de republ. 12. num. 14.* 6. Præsidia & arces in urbibus & provinciis ne extruantur. Tholosan. *2. cap. 3.* ex quo Valerius Publicola, quod domum in summa Velia, loco urbis editiori extruere tantum decrevisset, effectatæ tyrannidis suspicionem declinare non potuit, Plutarch. *in Public.* Michael. *1. disc de republ. 28.*

58. Cum verò Democratico Statui semper inimica & exosa fuerit civium potentiorum, ditiorum, avarorum, ambitiosorum, continuata in honoribus gerendis, & perpetua authoritas, Aristot. *lib. 6. polit. cap. 2.* Inde Athenis Ostracismus, & Syracusis Petalismus fuit institutus, ita ut si qui nimia inter cæteros cives authoritate pollerent, ejicerentur & in exilium mitterentur; nec reciperentur antequam cæteris vicissim pares facti judicarentur, Aristot. *3. polit. cap. 9.* Hœnon. *d. disput. 10. conclus. 34.*

An autem ostracismus in benè constituta Republ. sit approbandus, politici nondum omnes conveniunt? Consultum enim nonnulli judicant, ut opibus & gratia maximè pollentes alio ablegentur, inter quos sunt, Aristot. *libr. 3. polit. cap. 9.* Scip. Amirat. *polit. dissert. libr. 14. discurs. 3.* Besold. *class. 2. polit. 9. conclus. 61. seqq. & democrat. cap. 2. num 3* Clapmar. *de arcan. Rerumpubl. lib. 2.* ubi addit, ablegationem istam sub specie honoris, vel legationis fieri debere, Besold. *d. l.* Et hanc relegationem gravioris potestatis moderationem & pœnam vocat Plutarch. *in Alcibiad. & Arist.* Tholosan. *d. libr. 22. cap. 10. num. 5.* Et ideò à populari Statu hoc genus exilii, quod præclarissimis virtute & fœlicitate civibus imponebatur, inductum videtur, ut æqualitas omnium, quam is Status potissimùm intuetur, conservaretur, ablegatis iis, quorum virtus & potentia, vel auctoritas aut gloria & existimatio major erat, quàm ut æqualitatis Status eam ferre posset, quique ob id metui erant, ne seditionem moverent, & Rempublicam occuparent, Bodin. *de republ libr 6. cap. 4.* Tholosan. *d. libr. 22. cap. 10. num. 5.* Et ita præstantissimos viros ejectos esse legimus apud Athenienses Themistoclem, Alcibiadem, Cimonem, Aristidem: Carthaginenses Annibalem: Ephesios Hermodorum, Aristot. *3. polit 9.*

59. Et hujusmodi Ostracismus etiam apud Romanos usu obtinuit: Ita enim Tarquinius Collatinus, vita innocentissimus, exactis Regibus, confestim civitate prohibitus fuit, occasione domus in alto ædificatæ & odio nominis

minis

minis Regii prætextu. Cæsonis quoque Quintii damnationem, à Lucio Lucretio improbatam, ex eadem ratione profectam esse refert Livius *lib. 3.* Quintus Cæcilius Metellus Numidicus, quod in legem Apuleiam per vim latam jurare noluit, in exilium actus fuit. Et Scipio Africanus, per invidiam repetundarum damnatus, in voluntarium exilium concessit, Besold. *de democrat. cap. 2. n. 3.* ubi etiam Ostracismi naturam sapere addit, quod Nobiles (cum Oligarchiam adfectarent) ex Helvetiis, & quibusdam civitatibus Imperialibus, partim sponte, partim etiam coacti, secesserunt.

60. Verum Ostracismum, quo virtute aut meritis eminentes, exilio mulctari solent, ferendum non esse, rectius & æquius mihi sentire videntur Bodin. *de republ. lib. 2. cap. 7. fol. 368.* Paul. Busf. *disquis. polit. 4. concl. 26. & 28.* Hœnon. *polit. disput. 10. concl. 43.* Et Lambert. Danæ. *lib. 2. polit. Christ. cap. 2. fol. 84.* Ostracismi illam rationem prorsus in humanam & crudelem vocat, & summam injuriæ significationem habere ait, cum quis præter meritum è sua patria, & avitis sedibus ejicitur. Non solum autem injuria, sed etiam summa incommoda & pericula Ostracismum comitantur. Potentiores siquidem, præsertim bellatores, in exilium missi, hostibus expellentium se associant, & dominationem vi & armis ambiunt. Testatur id Martius Coriolanus Romanus, qui in exilium à Romanis missus, eosdem in extremam perniciem præcipites egisset, nisi matris, conjugis, & aliarum fœminarum lachrymis ac precibus commotus, à proposito retractus fuisset, Plutarch. *in ejus vit.* Liv. *lib. 2.* Idem accidit Heracleotis, Cumanis & Megarensibus, cum plebei Nobilitatem universam in exilium misissent; Nobiles enim conjunctis amicorum copiis, trium civitatum populares status everterunt, ac optimatum deinceps imperium stabilierunt Bodin. *de republ. lib. 4. c. 1.* Qui Ciceronem reprehendit, quod Catilinam Româ expulerit, cum potius conjuratione detecta, illum in ipsa urbe opprimere debuisset; Nam qui se domo, inquiens, ac civitate pulsum videt, nemini dubium est, quin, si possit, Rempublicam evertat.

61. De eo quoque Politici nondum conveniunt, an detur aliquis Reipublicæ Status mixtus? Negant hoc Bodin. *de republ. libr. 2. cap. 1.* Casus *in Sphær. civit. lib. 3 cap. 5. quæst. 1.* Bornit. *de jur. majest. cap. 11 & 13.* Petr. Gregor. Tholos. *de republ. lib. 5. cap. 1.* Timpler *lib. 5. polit. cap. 2. quæst. 7.* Verum contrarium asserunt, & Statum tùm Monarchicum, tùm popularem, Aristocraticè per Magistratus & officia posse temperari, & vicissim Aristocraticum statum temperamentum suscipere Monarchicum, & ita permixtionem illam fieri vel duabus tantùm, vel ex pluribus, & Doctores communiter, & exempla probant; Ita enim statuunt, & dissentientium argumenta refellunt, Arn. Clapmar. *de arcan. Rerumpubl. libr. 5. cap. 20.* Arnisæ. *lib. 1. polit. cap. 8.* Herm. Kirchner. *de republ. disp. 3. corol. ult. & disp. 5. concl. 1.* Velsten. *polit. quæst. de cad. 7. quæst. 5.* Thom. Mor. *in utop.* Machiavel. *lib. 1. disc. cap. 2.* Reinh. König. *theat. polit. part. 1. cap. 9.* Keckerm. *syst. polit. lib. 2. cap. 4. & 5.* Besold. *de stat. Reipubl. mixt. cap. 1. n. 1. seq. per tot.* Bened. Carpzov. *de capitulat. cap. 13. sect. 9. n. 16. seq.* Schönborn. *lib. 1. polit. cap. 16.*

Et hoc comprobant exempla plurimarum Rerumpublicarum antiquissimarum, veluti Atheniensium, quam quondam temperamentum suscepisse, testatur Plato *lib. 2. polit. 6.* Lacedæmoniensium, quam à Lycurgo institutam, ex tribus formis fuisse conflatam, referunt, Sigon. *de republ. Spartan* Plato *de legib. lib. 3. & 4.* Machiavel. *libr. 1. disc. in Liv. cap. 2.* Justin. *libr. 2.* & hanc Lacedæmoniorum Rempubl. ex tribus formis ita fuisse compositam, ut nemo unquam, ne ex illis quidem, qui sunt incolæ, constanter, edicere potuerit, an tota illa Respublica; vel Monarchia, vel Aristocratia, vel Democratia fuerit, scribit Polyb. *libr. 6.* Administrationem enim istius Reipubl. Lycurgus per ordines divisit, Regibus potestatem bellorum, Magistratibus judicia, annuasque successiones, Senatui custodiam legum, populo eligendi Senatum, vel creandi quos vellit, magistratui potestatem permisit, fundos omnium æqualiter divisit, referente Carpzov. *d. sect. 9. num. 18.* Venetorum item Rempubl. ex Regno & Consulatu constare, docent Casp. Contar. *de Republ. Venet.* Steph. Jun. Brut. *de jur. magistr. in subdit. in repet. ad quæst. 6.* Veteris quoque Romanæ Reipubl. mixturam testantur Cicero *de legib.* Halicarnass. *lib. 7. & 8.* Polib. *de re milit. & domest. discipl. lib. 6. cap. 5.* Et hodiernam Imperii Romani Rempublicam Aristocraticè per Electorum ac Ordinum consensus & consilia temperatam esse, dictum est *supra num. 18.* Et talem hodie plerarumque Rerumpublicarum & civitatum Imperialium formam esse, paucissimis exceptis, quæ unicam solamque, eamque perfectam & puram putam docere queant, testatur Keckerman. *syst. polit. lib. 2. cap. 5.* Solet tamen plerumque altera aliqua forma vel aristocratica, vel democratica præponderare, ita ut æqualem mixturam nullibi inveniri, doceant Lipsius *libr. 3. polit. cap. 2.* Kirchner. *de republ. disp. 3. corol. ult.* Atque inde in mixto hoc Rerumpublicarum Statu semper à potiori denominatio fieri 63.
solet Kirchner. *de republ. disp. 3. auctar. ult.* Melch. Junius *polit. quæst. 2. in princ.* sicuti enim pauxillum aquæ vino generoso admixtum, vino neque virtutem, neque nomen adimit, Lipsius *libr. 8. polit. cap. 14.* ita neque nomen, neque vim suam temperamento isto Reipublicæ Status amittit.

Sunt quoque Respublicæ & Imperia quædam absoluta, quædam subalterna. Absoluta 64.
illa dicuntur, quæ nemini nisi Deo, vel ensi subsunt. Subalterna verò sunt, quæ alteri, Principi vel populo subsunt, Cabot. *lib. 1. disput. cap. 12.* Quod etiam Paul. Busius. *disput polit. 1. conclus. 19. & Republ. libr. 1. cap. 5.* innuit, dũ scribit, Rempublicam omnem, respectu Imperii, duplicem esse; supremam, seu universalem, quæ Imperio supremo, sine alterius recogni-

tione

tione constat: & particularem, quæ quidem jus Reipubl. habet, sed à superiori *tot. tit. C. de jur. Reipubl. l. municipes. 14. ff. ad municipal. l. magistratus. 6. ff. de administr. rer. ad civit. pertin.* De quo videatur Besold. *disputat. polit. class. 1. disput. 9. & dissert. de stat. Reipubl. subaltern. per tot.* ubi plurima exempla tam veterum quàm recentiorum Rerumpublicarum & Imperiorum subalternatorum & in Imperio Romano refert, in Electoratibus, Principatibus, Ducatibus, Marchionatibus, Comitatibus, Baronatibus & civitatibus Imperialibus, quorum possessores in suis territoriis liberam ferè & Regiam potestatem habent, & Imperatori & imperio etiam in aliis quàm ad simplicem jurisdictionem feudalem pertinentibus subsunt, & una simul Romani Imperii Rempublicam constituunt, Besold. *d. disput. 9. conclus. 5. & de stat. Reip. subaltern. c. 3. n. 1.*

65. Est quoque Rerumpublicarum & Imperiorum species Gynæcocratia, sive Imperium muliebre, quo fœmina summam rerum tenet, quod de jure tàm divino, quàm canonico naturali & civili improbatur, *Genes. 3. vers. 16. 1. Corinth. 11. vers. 3. & 10. cap. 14. vers. 34. & seq. c. mulierem. & c. seq. caus. 33. quæst. 5. l. 2. ff. de R. I. cum prætor. 12. §. 2. ff. de judic. l. pen. ff. de edend. l. 1. §. 1. ff. ad SCt. Vellei.* Et jure naturali fœminas viris esse subjectas scribit Aristot. *1. polit. cap. 8.* confer Reinking. *polit. Biblic. lib. 2. axiom. 4.*

66. Licet non desint quoque exempla muliebris Imperii, quæ fœlicissimè Imperii sceptra tenuerunt, veluti Regina Saba, quæ venit ad tentandum Salomonem Regem sapientissimum in ænigmatibus, & ad explorandam ejus sapientiam, *1. Reg. 10. vers. 1.* ac Debora judicavit populum, *Iudic. 4. vers. 4. & 5.* Maria Regina Hungarica, Bodin. *de Republ. lib. 6. cap. 5.* Hedvvigis Poloniæ Regina, Alex. Guagin. *tom. 1. rer. polon.* Margaritha Daniæ, Sueciæ, & Norvvegiæ Regina, Münster. *Cosmogr. lib. 4.* Elisabetha Anglica, artium & linguarum scientissima Meteran. *histor. bell. Belg. lib. 20.*

67. Omnium verò Rerumpublicarum ac Imperiorum forma perniciosissima & deterrima est Anarchia, qua nemo, vel omnes imperii & Reipublicæ sceptra tenent, wann Herr omnis Meister ist und das Regiment führet / juxta illud: Temporibus illis non erat Rex in Israele, quisque quod rectum videbatur in oculis suis faciebat. *Iudic. 17. vers. 6. & cap. 19. vers. 1. & cap. ult. vers. ult.* qua nihil perniciosius esse scribit Plato *de legib. lib. 1.* quæque omni tyrannide omnique corrupto civitatis statu deterior est, quaque nihil magis pestiferum excogitari potest; quæ nec formam ullam civitatis habet, & in qua imperare qui possit cuiquam, quique parere velit imperanti, reperiatur nemo, Bodin. *de republ. lib. 6. c. 4. fol. 1083.* Danæ. *polit. Christ. lib. 1. cap. ult.* Keckerman. *systhem. polit. lib. 1. cap. 28.* Hœnon. *polit. disp. 10. in fin.* ubi Anarchiam quavis tyrannide deteriorem ideò esse dicit, quia in ea pro uno, tyranni innumerabiles existunt, ita ut nihil ibi sit ordinis, sed mera confusio ac disordinatio, cum sub tyranno Principe aliqua adhuc ordinis saltem particula remaneat. Unde præstat Regem tyrannum habere, quàm nullum, inquit Chrysost. *homilia ad popul. Antioch.* Et melius sub 68.
malo Principe & magistratu esse, quàm sub nullo scribit Tacit. *histor. lib. 1.* Besold *præcogn. polit. cap. 5. n. 5.* Inde Anarchia nihil est periculosius, quippe quæ effrenatam licentiam morum, vitæque dissolutionem, scelerum impunitatem, horrendarum rerum omnium confusionem, denique calamitatum, tàm publicarum, quam privatarum iliadem, & lernam malorum in Rempublicam introducit, ait Timpler. *lib. 2. polit cap. 1 quæst. 2. n. 7.*

Quænam porrò inter has Rerumpublica- 69.
rum formas, Monarchiam, Aristocratiam & Democratiam, præstantior & aliis præferenda sit, contendunt Politici? Reliquis omnibus Monarchiam præferunt, Rob. Bellarmin. *de Christo, lib. 1. c. 3. ad fin. & de Pontific. c. 2. & 4.* Joh. Gerhard. *de magistrat. polit. n. 133. seq.* Bodin *de republ. lib. 6. c. 4.* Lipsius *monit. polit. lib. 2. cap. 1.* Hippol. à Collib. *de Principe. c. 1.* Knichen. *de Sax. non prov. verb. Ducum. c. 3. n. 19.* Arnisæ. *lib. 1. polit. c. 10.* Timpler *lib. 5. polit. c. 2. quæst. 5.* Chokier. *aphorism. polit. lib. 1. cap. 3.* Simanc. *de Republ. libr. 3. c. 2 &* Melch. Junius. *part. 1. polit. quæst. 4.* Schönborn. *polit. lib. 5. cap. 1.* Petr. Greg. Tholos. *d. republ. lib. 5. cap. 3. & 4.* Aristot. *8. polit. cap. 10.* Casus *in Sphær. civit. lib. 3. cap. 7.* Althus *polit. cap. 32.*

Quia hæc forma reliquarum omnium anti- 70.
quissima, & principio rerum, gentium, nationumque Imperium penes Reges erat, Justin. *lib. 1.* Cicero *de legib.* Tacit. *annal. lib. 3.* hocque in terris nomen Imperii primum fuit, Salust. *in Catil.* & ita petierunt Israëlitæ à Samuele Regem, ut aliæ gentes omnes *1. Samuel. 8 vers. 5. Genes. 36. vers. 31. Iudic. cap 17. v. 6. Exod. v. 13 Iosu. 1. v. 17.* Sub Saule, Davide, Salomone & sequentibus Regibus Iudaicis *1 Samuel. 8. & 2. Samuel. 7. Deut. 17. Psal. 2.* 2. Monarchia naturæ est implantata, uti videre licet in gruibus & apibus, de quibus Plinius *histor. natur. lib. 11.* 71.
cap. 7. & lib. 10. cap. 23. esse, inquit, sine Rege nõ possunt, invitæ autem interimunt eos, cum plures facti fuerunt, potiusque nascentium domos diruunt. Idem in cæteris animalibus patet, quia gregem cervorum custodit & ducit unus, Leo inter quadrupedes dominatur, inter aves principatum tenet aquila, gruum volatus longiores non sunt sine duce, sunt sub rege apiculæ, Aristot. *polit. lib. 3. cap. 7.*

3. Ita etiam quemadmodum mundi dispo- 72.
sitio ab uno creatore & rerum universarũ domino ac Rege Deo gubernatur, isque solus mundi globum regit, Plato *in polit* Patrit *de regno libr. 1. tit. 13* Ita etiam in Republica penes unum summa potestas, & ab uno Reipubl. salus dependet, cum summus Princeps in hisce terris Dei omnipotentis viva imago, ejusque potentiam aliquo modo ob oculos ponit, Bodin. *de republ. lib. 1. cap. 10. in princ.* Petr. Gregor. Tholosan. *de republ. libr. 5. cap. 3.* Unus sol diei præest, luna itidem est una noctis oculus; gemini soles si forent, metuendum esset, ne conflagra-

flagrarent, & perirent omnia. Stobæ. *serm.* 47. Lipsius 2. *polit. cap.* 2.

74. 4. Bellicis quoque rebus monarchia optima, cum bello nihil sit utilius, quàm habere Ducem, cujus nutu cuncta gerantur, nihilque periculosius, quàm cum multorum arbitrio res administretur, ex quo illud adagium: *Multi duces Cariam perdiderunt.* Item: *Multos imperitare malum est, Rex unicus esto.* Roma dùm condita est, duos fratres simul Reges habere non potuit. unde Lucan. *de bell. civil. lib.* 10.

Nulla fides regni sociis, omnisq́; potestas,
Impatiens consortis erit: nec gentibus ullis
Credite, nec longè fatorum exempla petantur:
Fraterno primi maduerunt sanguine muri.

Et quemadmodum gubernatores, cum in re nautica plures dantur, qui simul clavum torquere velint, etiamsi gubernandi artem teneant, nihilominus seipsos in navi gubernanda impediunt, ita quoque in reliquis Rerumpublicarum formis varia & multa impedimenta injiciuntur, Bodin. *de republ. lib.* 6. *cap.* 4.

75. 5. Quia virtus unita longè præstantior, quàm dispersa est, & utilior ad omnes bonas & rectas actiones, Patrit. *d. republ. lib.* 1. *tit.* 13.

76. 6. Facilius quoq; reperitur unus vir bonus & justa servans, quàm plures, & semper facilius est, unius viri judicio & voluntati satisfacere, quàm multorum & variorum ingeniis & moribus placere, Isocrat. *in Nicocl.*

77. 7. Tranquillior, quoque hic regiminis modus & constantior esse videtur, nec tot & tantis turbationibus, & ambitionibus obnoxius, sicuti Aristocratia, & maximè Democratia, qua Romæ florente, magni tumultus, seditiones & rixæ fuerunt subortæ, sicuti exempla Catilinæ, Coriolani, & Appij Claudij & aliorum demonstrant, Cicero *in orat. ad Catil.* Salust. *in conjurat. Catil.* Plutarch. *in Coriol.* Liv. *libr.* 2. Halicarnass. *lib.* 7. *& seq.* Et duplici potissimùm incommodo afficitur optimatum Status, unum ab hostibus, alterum à plebeis dependet. Nam si optimatibus graves inter se controversiæ fuerint, plebs in eos armari consuevit. Hostes verò libertati & vitæ insidiantur, quæ res omnes Græciæ civitates afflixit & evertit, Justin. *libr.* 3.

78. Alii verò contra Monarchiam, & pro Aristocratia contendunt, & hanc præferendam esse statuunt Johan. Angelus Politian. *tract. de form. Rerumpubl. contra Bellarmin. per tot.* Calvin. 4. *Instit. Relig. cap.* 20. *sect* 18. Schönborn. *lib.* 1. *polit. cap.* 2. Aristot. *polit. lib.* 5 Quod in statu Aristocratico vera concernatur & respiciatur Respublica ejusque commodum: In principatu verò, sive monarchia Principis privatum emolumentum & utilitas pro summo bono habeatur:

79. Nec ullus Princeps sit, qui non convellatur vi dominationis, insita enim & quasi innata est magnatibus dominandi cupido, & in summa fortuna id æquius, quod validius Zach. Vietor. *de caus. exempt. conclus.* 6. *in princ.* Et quo quisque potentior, eo turpius, ne dicam stultius potentia sua abusus est, sicuti exemplis demonstrat Piccart. *decad.* 2. 1. Nemoque magnus est, nisi ingentibus vitiis conspurcatus; Et heroicæ naturæ, ut maximis virtutibus inclarescunt, ita non levioribus vitiis obnoxiæ, existunt, Piccart. *decad.* 1. *cap.* 8. *vid. infr. l.* 5. *c.* 3. *n.* 77.

2. Monarchæ licet graviter peccent, modo non contra Statum Regni id fiat, à pœna hominum sunt immunes, & quicquid impunè faciunt, & singulare jus Regium esse fertur, delicti impunitas. 80. Quis enim Davidem de adulterio, & in Uria de homicidio accusavit vel punivit nisi Deus? Unde Princeps & Monarcha in hoc mundo impune blasphemat, scortatur, occidit, debachatur, & alia quævis graviora delicta comittit, quæ coram Deo non tantùm sunt abominatio, & sæpissimè totius regni ruinam & interitum, majoresque pœnas promerentur, sed etiã ipsis subditis ad similia perpetranda ansam præbent, siquidem *Regis ad exemplum totus componitur orbis*, de quo vide *infra cap.* 14. *num.* 12. *& seq.* Quæ tamen omnia in poliarchico statu secus se habent, ubi omnium in singulis est potestas, pœnæ promeritæ subtrahitur nemo.

3. Quia in polyarchico statu præmia virtutum omnibus sunt communia, & propterea viri boni plurimi virtuti student, propterea, ut honorum præmia adipiscantur, quæ ut maximè in eo consistere censentur, ut ad dignitates Rerumpublicarum promoveantur, & earum administratio ipsis, tanquam dignioribus committatur, de quo *infra cap.* 14. *num.* 8. Ex quo etiã popularia imperia, cùm bellicis laudibus, tùm artium & ingeniorum claritudine aliis sunt florentiora, ac majorem in liberis civitatibus quàm alibi, existere virorum fortiũ copiam, notat Hipocrat. *lib. de aër. & aquis num.* 40. optimates enim virtuti maxime student, honores & præmia concedunt, morum curam agunt, & leges observant & volunt, Aristot. *Ethic. libr.* 8. *cap.* 13. *& Rhetor. libr.* 1. *cap.* 8. Cum è contra bonorum Monarcharum ac Principum exempla sint rara, bonosque Principes in uno annulo perscribi & depingi posse omnes, nihilque difficilius esse bono Principe, scribat Vopiscus *in Aurelian.* & eorum quæ deprædicantur virtutes, vitia ferè sint sub illarum larva, Gruter. *discurs. ad Tacit. part.* 2 *fol.* 71. 81.

4. Atque hinc etiam, cum in Rebuspublicis Monarchicis, optimi reperiantur viri, & ex ipsis optimates Reipublicæ curam gerant, exiis quoque tanquam optimis & prudentissimis viris, optima & saluberrima consilia provenire magis probabile est, sicuti disserit Megabyzus apud *Herodot libr.* 3.

5. Quia concors paucorum & optimatum 82. gubernatio non facilè ex se perit, Aristot. 5. *polit. cap.* 6. Kirchner. *de republ. disp.* 3. *conclus.* 3. ubi ait, Aristocratiam adversus populum tuebitur maximum justa putentia optimatum, adversus unius Imperium concordia & æqualitas, exemplo Venetorum, quorum Aristocratia, ut omnibus florentior, ita diuturnior fuit. Nam in senatu est summa prudentia, summa inter optimates concordia, summus tenuium cum potentioribus conspirantium inter se consensus, ut testatur Bodin. *de republ lib.* 6. *cap.* 4. Et non solùm Aristocratias, sed etiam Oligarchias

non-

nonullos integras & incolumes permanere, si magistratus præclarè se moderatè gerat. 1. erga consortes sociosque Imperii, istisque benigni & populares existant, 2. erga privatos, dùm eos nulla afficiunt injuria, nec opprimunt, nec commodum, quæstumque præripiunt, scribit Aristot. *libr. 5. polit. cap. 6. & 8.*

6. Quia Aristocratia magis accedit ad Monarchiam, quàm Democratia, quia pauci sunt viciniores uni, quàm multi, sive omnes; ideo, sicuti Monarchia simpliciter & absolutè considerata, præstantissima Reipublicæ forma esse creditur, ita Aristocratia accommodatissima est forma ad conditionem & imbecillitatem
83. humani generis, sive humanæ naturæ, quæ sic est comparata, ut unus vix possit sustinere onus regiminis, & vix ipse idonea consilia invenire, & propterea facilè in omne genus licentiæ ac scelerum degenerare & delabi possit: ubi verò è contrario plures plura vident, & plurium optimorum virorum optima sint cõsilia, ac unus alterum in officio retinere, atque ita æquilibrium in Republica conservare valeat, Keckerm. *system. polit. lib. 2. cap. 2. canon. 2.* Hœnon. *polit. disput. 10. conclus. 22.* Besold. *disc. de rerumpubl. inter se comparat. cap. 1. num. 4.*

84. His & similibus aliis rationibus commoti plures populi hanc gubernandi formam Aristocraticam civitatibus suis accommodarunt, veluti Romani, qui exactis Regibus summam rerum ad optimates detulerunt, Liv. *lib. 2.* Halicarnass. *lib. 4.* Bodin. *lib. 6. cap. 4.* sicuti etiam Spartani, Aristot. *2. polit. cap. 7.* Plutarch. *in Lycurg.* Cæsar. *lib. 6.* Massilienses, Strabo *lib. 14.* Ædui, Cæsar *lib. 7. de bell. Gall.* sicuti etiam Veneti & alii, de quibus *supra*.

85. Pro Democratia stabilienda plurima quoque argumenta, & rationes adducit Besold. *discurs. de rerumpubl. inter se comparat. cap. 1. num. 2. fol. 220. & seq.* 1. quod in Democratia cives plerique omnes, verè sint cives; in aliis vero Rerumpublicarum formis, cives videntur subditi, & servi magis, quàm cives, Aristot. *3. polit. cap. 1.* magisque cives in Democratia publicæ saluti student, & à proditionibus abhorrent, Boccalin. *cent. 1. ragg. 25.* & minus largitionibus corrumpuntur, patriæque magis fi-
86. deles existunt, Boccalin. *cent. 2. cap. 6.* 2. Democraticum hoc imperium magis legitimum esse & humano generi per conditiones cunctis communes, naturalique libertati magis congruere videtur, qua omnes homines singuliq; æquali nascendi jure, à Deo mundi Domini facti sunt, *Genes. 1. vers. 28.*

87. 3. Prudentior quoque & constantior reputatur populus, quàm Princeps, si fides habenda
88. Machiavello *discurs. lib. 1. cap. 58.* Varietatis enim, & constantiæ ipsius, cujus vulgus hominum ubique accusatur, omnes ac singuli homines accusandi sunt, ac imprimis viri quoq; Principes, ac horum unusquisque, si legibus solutus sit, ex iisdem permotus causis, eadem horum vitiorum exempla edet, sicuti stulta populi multitudo. Et populus gubernationi rerum præfectus, si legibus rectè sit institutus, æque constans & prudens erit, ac sapientissimus Princeps. Ex quo etiam fœdera cum populo initia magis firma esse creduntur, Machiavel. *libr. 1. discurs. 59.* magis enim lentè progreditur vulgus, & diutius deliberat, antequam fœdus frangat. 4. Quod populus vul- 89.
gò malè audiat, id Democratiam rectè institutæ non magis detrahere videtur, quàm quod de Aulis magnatum dicitur, quod sint suburbia inferni, ut ait Ant. Peretz. *in aphorism.* & quod Aula paucos beavit, plures perdidit, & hos quoque ipsos, quos beavit, perdidit. Licet quoque 5. motus & mutationes in popu- 90.
lari Republ. sunt frequentiores, ipsi tamen nunquam, sunt graviores iis mutationibus ac motibus, qui Principe mortuo suboriuntur: Principe siquidem occumbente, omnes simul ejusdem conatus corruunt, incæpta cuncta abrumpuntur, aliamque faciem totum imperium induit: Populus verò est immortalis, idemque semper permanet. Omnis mutatio Principis est periculosa, sive hæres præsto sit, sive non sit, Clapmar. *de arcan. rerumpubl. lib. 2. cap. 21. ad fin.* Quod 6. Imperium Regium, imi- 91.
tationem Imperii Dei esse nonnulli volunt, id tale esse, quasi personam Herculis, ejusque cothurnos, aptare infantibus velint, scribit Besold. *disc. de Rerumpubl. inter se comparat. cap. 1 n. 2. fol. 225.* Inter similes namque, addens, & pares, ut unus omnibus dominetur, si non quanto Dii, Heroësque hominibus, vel Jupiter præ cæteris Diis excellere putatur, similiter & is unus cæteros omnes prudentia simul & virtute superet, non esse neque commodum, neque justum, censuit Aristot. *lib. 3. polit. cap 9. & cap. 12. & polit. lib. 3. cap. 14. in princ.* Indè non im- 92.
meritò miratur Plato, quod soli homines, uni pareant viliori: Et nihil magis contra naturam videtur, quàm ut animo haut inferiores, ab aliis subjugentur. Boter. *lib. 1. fol. 57.* Ex quo Michael Montanus *lib. 1. de essais. cap. 30. ad fin.* insignis apophtegmatis loco refert, quod Brasiliensis quidam in Italiam adductus, quidque maximè ipsi mirum videretur, interrogatus responderit: 1. quod viri ætate, statura, & gravitate præstantes, uni puero obedierint. 2. quod medietates (homines alios, seu proximos ita appellans) multæ ostiatim mendicarent panem, aliæ, & quidem pauciores, omnibus etiam ad luxum, abundarent.

Plerumq; tamen Politici Democratiam in- 93.
fimam ac postremam Rerumpublicarum formam esse judicant; Aristot. *polit. lib. 4.* Non enim Comitiis semper judicat populus, sed movetur plerumq; gratia, cedit precibus, facit eos, à quibus est maximè ambitus, Cicero *pro Muren.* quod, si judicat non delectu aliquo, aut sapientia ducitur adjudicandũ, sed impetu nonnunquã, & quadam etiam temeritate, Cicer. *pro Planc.* Non enim, inquiens, est consilium in vulgo, non ratio, non discrimen, nõ diligentia, semperq; sapienter ea, quæ populus fecisset, ferenda, non semper laudanda. Quo etiam alludit Seneca, quæ ego, inquiens, scio, nõ probat populus, quæ probat populus, ego nescio. Et in multitudine varietas, levitas, & crebra

crebra tanquam tempestatum, sic sententiarum mutatio, inquit Cicero *pro domo*. Populus ægris oculis alienam fœlicitatem intuetur Tacit. *2. histor.* favens deteriori & infirmiori, Livius *lib. 42* pronus ad suspiciones, Tacit. *2. hist.* Vulgus ingenio mobili, seditiosum, atque discordiosum, cupidum novarum rerum, quieti & ocio adversum, Salust. *Jugurth.* Maximè si Duces sortiatur: Ut enim mare, quod sua natura tranquilla, ventorum vi agitur, sic populus sua sponte placatus, hominum seditiosorum vocibus, ut violentissimis tempestatibus, attollitur, Cicer. *pro Cluent.* Et propterea Democratiam risit Anacharsis, quod sapientes in eo Statu judicanda proponant, stulti verò judicent, Alex. ab Alexandr. *lib. 4. genial. dier. c. 11.* Unde Bias, cum eum popularis homo ineptè interpellaret, ut statum popularem in sua civitate stabiliret, respondit: fac primùm familiam tuam popularem, Bodin. *de republ. lib.*
94. *6. cap. 4.* Bestia multorum capitum populus est; & vulgus inter bestias commemoratur à Demosthene, qui jam exul, & cum lachrymis ad Atticum respiciens dixit: O Pallas urbium custos, cur tribus infensissimis bestiis delectar s: noctua, dracone & populo, Plutarch. *in vit. Demosth.* Mobile vulgus & invidum, si fræna laxentur, fastidit statum bonum præsentem, &, ut simul suspiciosum est, se lacessitum bona administratione existimans, jugum excutere nititur; libertatis, seu potius agendi, quod velit sine ratione, studiosum; ideò novationi vacat, & rejectis bonis, & ingenuis rectoribus, meliores adhiberi postulat, vocat autem meliores, qui magis ei indulgeant. Petr. Gregor. Tholosan. *in republ. lib 22. cap. 2.* Democratia mutationibus quam maximè est obnoxia, Polyb. *lib. 6.* Aristot. *5. polit cap 5.* Patrit. *de regn. libr. 1. tit. 3.* Richter. *axiom. polit. 41* multumq; in ea potest ductorum factiosorum, inquietorum & adulatorum petulantia, qui facundiæ fiducia divites calumniis onerant, popellum contra potentes, locupletes, virtute excellentes & nobiles excitant, Cicero *2. in Agrar.* Bodin. *de republ. lib. 6. cap. 4. fol. 1096. seq.* Melch. Junius *part. 1. polit. quæst. 5.* In democratia honores, imperia & officia publica maximè sunt venalia, id quod popularium civitatum omnium commune malum appellat Plutarch. Bodin. *de republ. d. lib. 6. cap. 4. fol 1095.* Atque ita comparatione cum Monarchia & Aristocratia factâ, Democratiam illis deteriorem & imperfectiorem esse, non videtur esse dubitandum, Richter. *axiom. polit. 4.* Bodin. *d. cap. 4. per tot.* Petr. Gregor. Tholosan. *de republ lib. 5. cap. 3.* Schönborn. *lib. 4. polit. cap. 3.*

95. Quod si non simpliciter, & per se formas Rerumpublicarum perlustramus, nulla Reipublicæ species abso'utè alteri præferenda erit, sed quemadmodum Medicina una, non omnibus & singulis corporum constitutionibus ac complexionibus prodest, sic quoque & populorum diversi sunt mores, ingenia, habitus, non omnibus una eademque Reipublicæ forma congruit, Adam. Contzen. *de republ. lib. 1. cap. 14. num. 5.* Et quid in aliis rerum generibus contingit, ut quæ præstantiora sunt & elegantiora, non omnibus conveniant, vestes, calcei, domicilium, idem in Reipublicæ forma contingere solet, ut quæ præstantissima sit, eam nō omnium populorum mores & instituta recipiant, Johan. Mariana. *in lib. de princip. institut.* Et sic ad gentis, seu populi naturam, & ingenium imperium est attemperandum, Calvin. *lib. 4. instut. c. 20 sect. 7. seq.* Danæ. *lib. 1. Eth. Christian. c. 6. in fin.* Sicuti & aliam Rempubl. aliis hominum ingeniis & usibus esse accommodatiorem docet Aristot. *3. polit. 12* Atque ita distinguendum est inter id, quod absolutè & ex ipsa rerum natura præstantius est, & inter id, quod propter certas quasdam temporum, locorum, personarum conditiones magis optabile & conveniens est, Keckerman. *lib. 1. system. polit. cap. 1.* Naturâ quoddam hominum genus proclive est, ut herili gubernetur Imperio, aliud ut Regio, aliud ut civili, ait Aristot. *lib. 3. polit. cap. 12.* Sic quoque olim civitates se Regibus ideo subjiciebant, quod rarò viri magnoperè virtute præstantes reperiebātur, præsertim cum exiguas tunc urbes inhabitarent; ac præterea ob accepta beneficia Reges constituebant, quod bonorum virorum opus est: postea verò multorum virtute similium copia suppetente, non amplius regna tolerabant, sed commune quiddam quærentes, Rempublicam constituerunt, Aristot. *3. polit. 6. 11.* Nostra ætate plerasque civitates mistim, Aristocratia & Democratia regi, perhibet Keckerman. *2. polit. 5.* Et mixtum statum ex Aristocratia & Democratia accommodatissimum esse civitatibus, in quibus mercaturæ & opifices florent, qui gaudere cupiunt, suis libertatibus, Principumque ministris & Aulis diffidunt, prudenter judicat Keckerman. *d. cap. 5.* 96.

Hinc quoque olim uno eodemque die, Norimbergici, & Augustani contraria ab Imperatore Sigismundo petierunt, & obtinuerunt: 97.
Augusta, ne absque Tribunorum approbatione quid constitueret Senatus; Norimberga, ne Senatus decreta Tribunis impedire liceret, Phil. Melancht. *in Chron. lib. 2.* Besold. *discurs. de rerumpubl. inter se comparat. cap. 2. num 1.* Atque hoc adeò verum, ut vel uni genti, non quovis tempore eadem forma placeat & conveniat, Adam. Contzen. *de republ. lib. 1. cap. 14. n. 5.* qua ratione post bellum Smalcaldicum, in multis civitatibus Tribus abolitas fuisse, refert Besold. *1. polit. 12. num. 25. vers. 2.* Hinc quoque Reipublicæ Status, etiam simpliciter optimus, cunctis tamen civitatibus non est optimus, sed iis tantùm, quibus adjumenta omnia, ad vivendum ex sententia, utque maximè velint, suppetunt, quibus si quædam civitates destituantur, aliam Reipubl. formam sequi coguntur, tanquam sibi magis convenientem, non eam, quæ simpliciter optima est, Aristot. *4. polit. cap. 11. in princ.*

CAPUT IX.

De causa finali civitatum.

Summaria.

1. *Variæ civitatum causæ finales referuntur.*
2. *Religionis causa ab initio homines convenisse videntur.*
3. *Homo sui natura animal sociabile.*
4. *Societatis humanæ causa videtur fuisse rerum indigentia.*
5. *Finalis causa civitatum videtur fuisse securitas.*
6. *Vti & societatis humanæ conservatio.*
7. *Nec non vitæ humanæ commoditas.*
8. *Et bonum publicum.*
9. *Salus populi suprema lex, eaq; maxime curanda.*
10. *Rex eligitur, non ut se curet, sed populum.*
11. *Vnus scopus dominantium publicum bonum esse debet, & subditorum salus.*

1. SEx fines civitatis refert post Aristot. Casus *in Sphær. civitat. lib. 3. cap. 4. fol. 145.* videlicet 1. ipsum vivere, 2. jucundè vivere 3. tutò vivere, 4. Commodè vivere, 5. pacificè vivere & 6. beatè vivere 1. Ipsum vivere, cum habitatio & unio multitudinis ad vitæ necessitatem plurimùm inserviat, & in unita multitudine magnum sit subsidium, in solitaria verò vita grave periculum. 2. Non solùm vivere, sed etiam jucundè & delectabiliter vivere, nullius siquidem rei sine socio jucunda esse potest possessio, juxta Senecam, quid enim prodest possidere Imperium, & neminem habere cui committas consilium. 3. Tutò ab impetu & insidiis adversariorum vivere; nam ut solitariam vitam agentes facilè in discrimen vocantur, ita in luce, & corona hominum degentes ab omni mali metu & suspicione liberantur. 4. Utiliter & fructuosè vivere, unde in civitatibus contractus & commutationes rerum exercentur, ut iisdem mediis observatis justitia, quæ Dea est civitatis, religiosè quasi adoretur, quæ cum in commutationibus rerum violetur, hominum societas dissolvitur. 5. Pacificè & in unitate consensus ac affinitatis vivere; unde cognationes, domus, familiæ, aliique civitatis nexus & vincula oriuntur, ex quibus firmissima amicitia, & concordia nascitur. 6. Honestè & beatè vivere, cujusmodi finis reliquos omnes in se complectitur, & sine quibus civitas non consistit, quia natura civitatis magis virtute, quàm scelere conservatur, & civitas propter honestum instituitur, & in civitate justitia fundamentum ponitur, ac hoc fine sublato, confusio in civitate sequitur, &c. Hactenus Casus.

Duplicem civitatis finem facit Georg Gumpeltzhaim. apud Arumæ. *tom. 2. discurs. 9. de civitatib. conclus. 33.* primarium, qui sit bonum honestum, id est, vita honesta & beata; & secundarium, qui sit bonum utile, ut vita commoda & jucunda.

Causam impulsivam & quodammodò fina-
2. lem societatis civilis ac civitatũ, quod attinet, alii (1) Religionis causa homines ab initio cõvenisse arbitrãtur, juxta illud vulgatũ Stigelii.

Vtq; alios alij de Religione docerent,
Contiguas pietas jussit habere domos.

3. 2, Alii ex affectu naturali homines primùm convenisse putant, cum homo sui naturâ sit animal politicum, ad societates aptum, per rectam rationem ad civilem societatem congruenter apparatum, Aristot. *lib. 1. Ethic. cap. 7. & polit. lib. 1. cap. 2. supra cap. 6. num. 2.*

3. Impulsiva causa externa societatis humanæ fuit indigentia plurimarũ rerum, qua homines impulsi instar aquæ confluxerunt, ut ope mutua facilius ea consequerentur, quibus indigebant, idque in hunc finem, ut conjunctim viventes, quasi membra membris sibi invicem servirent. Unde civitatis causam ab indigentia victus & cultus extitisse sociatosque esse homines, ut mutuis auxiliis adjuti commodius, fœliciusque viverent, scribit Plato de republ. libr. 1. & civilis societatis finis publica salus appellatur ab Aristot. *3 polit. cap. 4.* 4.

Finalis autem causa civitatum sive urbium 5.
& quod ipsæ muris cingi cœperunt, imprimis fuit metus, & securitas, ac ut homines tàm à ferarum bestiarum ferocia, & incursu, quàm hominum aliorũ violento impetu tuti essent, sicuti probat Varro *de ling. latin. lib. 4.* ubi inquit: oppidum ab ope dictum, quod munitum opis causa, ubi sint, & quod opus est ad vitam gerendam, ubi habitent tutò; vel oppida, quod opere muniebant mœnia, quo munitiora essent. Ideò enim civitates muris cinguntur, ut ipsarũ ope hosti resistamus, & ab incursionibus hostiũ, aliisque malis tuti simus. Nam primùm homines tanquam nudi & inermes, nec contra belluas præsidia habebant, nec receptacula frigoris & caloris, nec ipsi inter se homines ab hominib⁹ satis erant tuti: tandem naturali solertia, speluncis sylvestribusq; tegumẽtis tuguria, casas, virgultis, arundinib⁹q; sibi contexuerunt, quo esset vita tutior, nec iis, qui nocere possent, aditus esset, & hanc originem fuisse oppidorũ, quæ opem darent, & idcirco oppida dicta, scribit Isidor. *lib. 15. origin. cap. 1.* confer *supra cap. 1. num. 38.* Et in hunc quoque securitatis finem Cainum primùm civitatem condidisse, cum metueret, ne ob fratricidium à quovis obvio occideretur, constat ex *Genes cap. 4. vers. 13. seqq.* Joseph *de antiquit. lib 1. cap. 11.* ubi ait: Cain, sive quod domesticas facultates primus per vim & rapinas congerere aggrederetur, quod sine societate fieri non posse videret, primam in orbe terrarũ excitavit, Henochiam, referente Arnisæ. *relect. polit lib. 1. sect. 3. num. 7.* Hinc, etsi duce natura homines congregabantur, tamen spe custodiæ rerum suarum, urbium præsidia quæ-

quærebant, inquit Cicero *lib. 3. offic.* Et in Germania civitates muris & aggerib⁹ ideò munitas fuisse, ut ab Hungaris, Carolinorum tempore sæpissimè irrumpentibus, tuta haberent receptacula, ac propterea Noricos, Norimbergam; Bavaros, Ratisbonam, Salisburgum, Augustam, Suevos Constantiam, Alsatos Argentinam pecuniâ contributâ, tutiores erexisse, scribit Irenic. *lib. 9. cap. 18.*

6. Atque ita 2. causa finalis civitatum est societatis humanæ conservatio, ad verum decus & honestatem directa, Bodin. *de republ. lib. 1. c. 1.* Petr. Greg. Tholos. *de republ. lib. 5. in princ.* ubi dicit, finem omnium Rerumpublicarum esse, conservationem humanæ societatis, ejus autem societatis, habere vitam, in qua possit sine errore & quietè Deo inserviri: omnia enim propter hominem creata, & ad usum ejus, homo ipse verò propter Deum.

7. 3. Finis quoque civitatum ac Rerumpublicarum est vitæ humanæ commoditas, seu publica fœlicitas, quæ non in bonorum fortunæ tantùm, sed in virtutum præsertim affluentia consistit, ex qua singulorum utilitas consequitur. Nam ideò Respublicæ & civitates sunt, ut in iis homines bene beatèque vivant. Nicol. Vernulæ. *instit. polit. lib. 1. tit. 1. quæst. 2.*

8. 4 Quatenus porrò civitas pro Republica, & magistratu ipso accipitur, finis ejus est bonum publicum, totiusq; civitatis ac civium omnium salus, Schönborn *polit. lib. 1. c. 17.* salus enim

9. populi suprema lex esto. Cicer. *lib. 1. offic.* Et optimus quisquis commodum, securitatem, & salutem civium ante oculos positam habebit Cicer. *5. de republ.* Uti & illud Claudian.

Tu civem patremq; geras, tu consule cunctis,
Non tibi, nec tua te moveant, sed publica damna.

Quos enim divina providentia summæ rerum præfecit, hos omninò decet salutem Reipubl. tueri, *l. 3. ff. de offic. præf. vigil.* & pro incolumitate ejusdem exquisita cum solicitudine excubare, ac in omnib⁹ caput esse vigilans, müssen wachende Häupter seyn / uti dicitur in Reichs-Abschied *de an. 1570. §. nach erledigten Puncten.* nihilq; pro tuitione Reipubl. relinquere, *Novel. 8 c. itaq. 11.* sed omni tempore subjectorum commoda tàm investigare, quàm eis mederi, *l. Imperialis. 23. C. de nupt.* & propria illa æstimare, *l. un. §. hæc autem. C de caduc. toll.* eaq; agere quærentes, quæ incrementum subjectis introducendo, omni ipsos onere liberent, & omni damno extrinsecus illato, *Novel. 8. in princ.* ut isthoc pacto regni & Reipubl. utilitas incorrupta persistat, & subditorum status jugiter servetur illæsus *c. 1. de prohib feud. alien. per Frid. & c. 1. de prohib. feud. alien. per Lothar.* Et ita moderatori Reipubl beata civium vita proposita esse debet, Cicer. *de republ. lib. 5. & ad Attic. epist. 8.* omnisq; qui gubernat, quæcunq; dicit & facit, ad illorum tantum u-

10. tilitatem & decus dirigit, quos gubernat, inquit Plato *lib. 1. de republ.* Rex enim eligitur, nō ut sese curet molliter, sed ut per ipsum ii, qui elegerunt benè, beatèque agant, Xenophon. *in mem. Socr. lib. 3.* Et Principes, omnesq; alii Rerumpublicarum administratores meminisse debent, se ob utilitatem publicam & subditorum, esse institutos, prout latè demonstrat Michael ab Aguit. *apol. part. 2 n. 224.* Omnisque magistratus hac lege & conditione datus est, ut subditorum saluti prospiciat, eorum curam gerat; damna, si quæ immineant, avertat, & operam det, ne ad paupertatem redigantur, Mager. *de advocat. cap 5. n. 558. & c. 3. n. 95. & cap. 6. n. 326.* adeoque commoda ipsorum magis, quàm sua quærat. Mager. *d. cap. 6. num. 569. seq.* Unde graviter monet Cicero *lib. 1. offic.* omninò, inquiens, qui Reipubl præsunt, duo Platonis præcepta teneant, unum, ut utilitatem civium sic tueantur, ut quicquid agant, ad eam referant obliti commodorum suorum: alterum, ut totum Reipubl corpus sic curent, ne cum partem aliquam tuentur, reliquas deserant, & paulò post: ut enim tutela, sic procuratio Reipubl. ad eorum, quibus commissa, gerenda est. Neque etiam magistratibus civium servitus, sed tutela tradita est; scias non Rempubl. tuam esse, sed te Republicæ, civium non servitutem tibi traditam, sed tutelam, ait Seneca *de Clement.* Erasm. *de instit. Princ. Christ. c. 1.* Et hic summus & ultimus finis, publica civium omnium, & subditorum salus & utilitas, quo fine omnes omninò Principatus, potestates, superioritates, &c inventæ & constitutæ sunt, Michael. *ab Aguir. d. n 224.* Ferdin. Vasqui. *illustr. quæst procem. lib. 1. n. 102. & c. 1. n. 10. 24. & 26.* Lipsius *2. polit. 6.* Bornit. *de majest. cap. 6. &* 11.

12. Unus enim scopus dominantium publicum bonum, inquit Seneca *de benefic. lib. 7. c. 10.* Hinc quoq; Senatum in civitatibus non ideò inventum esse, ut qui in Senatorium ordinem cooptantur, suis commodis stupeant, patriciam dignitatem jactent, sed ut civium bonum quærant eos benè regant; eorum omni tempore non tàm commoda investigare, quàm incommoditatibus mederi procurent, scribit Michael Hainz. *de civitat. Imper. conclus. 42.*

Pessimi igitur & execrandi illi, qui in imperio non nisi imperium cogitant, qui exemplo Stratoclis & Democlis accedunt ad Rempublicam velut ad messem auream, & exercent spoliarium civium. Hi se non civibus datos arbitrantur, sed sibi cives Schönborn. *2. polit. 17.* Ut gubernatori cursus secundus, medico salus, Imperatori victoria; sic Reipubl. moderatori beata civium vita proposita est, ut opib⁹ firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honesta sit, ait Cicero *ad Attic* Nō enim primi homines, cum se alterius potestate submitterent, spectarunt, ut libertatem, vitam, fortunas, unius facerent prædam, sicuti accidit iis, qui armis victi, hostibus constricti deduntur; sed ut esset, qui sua prudentia & consilio multorum salutem, pari & æquali jure, Rempublicam administrando, in hominum societate tueretur. Nullum ornamentum Principis fastigio dignius, pulchriusque quàm illa Corona; *observatos civeis*: non hostilia arma detracta victis, non currus barbarorum sanguine cruenti, non parta bello spolia, inquit Seneca *lib. 1. de benefic ad fin.* Et sicut tutela, sic procuratio Reipubl ad utilitatem eorum, qui commissi sunt, non ad eorum, quibus commissa, gerenda est, scribit Cicer. *lib. 1. offic.* Indeque

Imper. Hadrianus solitus fuit dicere: se sic gesturum Rempubl. ut sciat, rem populi esse, non suam, Spart. *in vit. Hadrian.* Et Imperat. Lothar. *in cap. 1. in princ. de prohib. feud. alien. per Loth.* scribit; Imperialis benevolentiæ proprium esse judicamus, commoda subjectorum investigare, & eorum calamitatibus diligenti cura mederi; similiter Reipubl. bonum Statum, ac dignitatem Imperii omnibus privatis commodis præponere.

CAPUT X.

De Effectu civitatum.

Summaria.

1. *Effectus civitatum consistit in securitate hominum.*
2. *Uti & in commoditate vivendi.*
3. *Civium major urbanitas, quàm villicorum.*
4. *Civis ex splendida urbe oriundus, pro nobili habetur.*
5. *Nobilis in urbe habitans civilior, quàm qui in villa degit.*
6. *Prisco tempore Nobiles rarò in villis habitarunt.*
7. *Comites quoque & Barones in urbibus cives fuerunt.*

1. Effectus civitatum consistit. 1. in securitate hominum, quod nimirum cives in civitatibus magis sint securi, quàm qui in rure, villis & pagis habitant.

2. 2. In commoditate, major siquidem in civitatibus vivendi est commoditas, liberorum instructio & educatio rectius instituitur, sacra sanctius administrantur, judicia dexterius exercentur, omnia etiam in politia ad majorem ornatum, opulentiam & splendorem, magis accommodata sunt, adeò ut homines inter se non tantùm quomodocunque degant, sed etiam commodissimè vivant. Unde Aristoteles *1. polit. cap. 2.* dicit, eum, qui non est amans societatis politicæ, præsertim ejus, quæ in urbibus colitur, merito ab Homero per contumeliam increpari, quod sit sine tribu, sine jure, & sit belli cupidus, qui nullo retineri jugo possit.

3. 3. Cernitur & eminet quoq; in civitatibus civium & inhabitantium major civilitas & urbanitas, quàm eorum, qui in villis, vicis ac pagis vitam degunt. Videmus enim agrestes, sive ruri, in villis ac pagis degentes, moribus, vita, sermone, esse incultos, rudes, ineptos, stolidos, duros, inhumanos, truces, insuaves, asperos, immanes, feros, & penè barbaros, nullamque honestatis, sed utilitatis potius rationem habentes, & modis omnibus diffidentes à
4. moribus, Tiraquel. *de nobilitat. c. 2 n. 57.* Quæ omnia tamen secus se habent in civibus urbicis, & qui in civitatibus degunt, adeò ut civis ex urbe splendida oriundus, pro Nobili habeatur, Nicol. Boër. *de ord. grad. utriusq. fori. part.*
5. *2. n. 45.* Et pluris leges faciunt Nobilem in civitate habitantem, quàm in villa comorantem, propter majorem eorum civilitatem, rerumq; peritiam, *auth. præsides. C. de Episcop. aud. Novel. 15. c. 1.* Jason. *in §. item Serviana. I. de action.* Tiraquel. *de nobilit. c. 2. n. 55.* Decian. *resp. 84. n. 21 vol. 5.* sicuti alia quævis urbana rusticis nobiliora sunt, quod vel ex omnium significatu, vel etiam ex servitutibus constat, quorum urbanæ rusticis servitutibus sunt nobiliores, & difficilius præscribuntur, Tiraquel. *d. n. 55.* Chassan. *in catal. glor. mund. part. 8. consid. 18.*

Unde quoque de Germaniæ nostræ Nobilibus, quòd prisco tempore ut plurimùm in civitatibus, rarius verò ruri vixerint, testantur Seb. Munster. *cosmogr. lib. 5. c. 418.* Bernh. Hertzog. *in Chron. Alsat. lib. 7. c. 12. in princ.* ita, ut non puduerit Comites, aliosq; proceres, civium albo contineri, sicuti de Comitibus Nassoviensibus civibus Noricis, testatur *Chronic. Norimberg. manuscriptum.* Quod etiam attestatur David Chytræ. *lib. 15. Chron. Saxon. fol. 438.* ubi scribit, multas familias Nobiles ac illustres, & in his Nassovios Comites sua Domicilia Norimbergæ habuisse; Imò Adolphum Comitem Nassoviensem civem fuisse Norimbergensem, postea Imperatorem electum. Generosissimos quoque Comites à Gleichen olim condominos primò, deindè concives Erfordiensium fuisse, ex literis anno 1277. scriptis docet Johan. Draco *de orig. & jur. patrit. lib. 3. cap. 2. n. 16.*

(6. and 7. in right margin at "Unde quoque..." and "Quod etiam attestatur...")

4. Major. porrò effectus consistit in juribus, privilegiis, & immunitatibus, quæ civitatibus tàm in genere, quàm Imperialibus competunt, de quibus omnibus & singulis in sequentibus libris plura dicam, quo me remitto.

CAPUT XI.

De Actionibus Civitatibus competentibus.

Summaria.

1. *Privilegiorum nomine datur condictio ex Lege.*
2. *Quænam ad hanc actionem requirantur.*
3. *Privilegia ex possessione & observantia vires sortiuntur.*
4. *Actio injuriarum quomodo privilegiorum nomine detur.*
5. *Actio ex L. diffamari quatenus detur.*
6. *Pro conservatione privilegiorum officium judicis implorari potest.*
7. *Sicuti etiam restitutio in integrum peti.*
8. *Privilegiorum nomine conceduntur interdicta, tam recuperandæ, quàm retinendæ possessionis.*

9. Qua

9. *Quæ remedia an in eodem libello cumulari possint.*
10. *De sessione contendentes in possessorio & petitorio simul agere possunt.*
11. *Melior conditio est possessoris.*
12. *Intentari quoque potest interdictum uti possidetis.*
13. *Quod etiam pro incorporalibus juribus competit.*
14. *Datur quoque remedium c. redintegrandas. caus. 3. quæst. 1.*
15. *Interdictum unde vi, nam spoliatus ante omnia restituendus.*
16. *Remedia unde vi, recuperandæ, & uti possidetis, in uno libello conjungi possunt.*
17. *Actio Confessoria & Negatoria pro quovis jure incorporali competunt.*
18. *Protestatio protestanti jus suum salvum conservat.*
19. *An via facti & armis jus præcedentiæ defendi possit.*

QVemadmodum parum
esse dicitur, jus in civitate esse, nisi etiam sint, qui jura
regere possint. *l 1. ff. de orig. jur.*
Ita etiam parum erit, nosse
quod nobis competit, nisi etiam sciamus rationem & viam juris nostri tuendi & prosequendi, quæ in actionibus aliisque juris remediis posita. Ideò visis modis &
causis jura civitatum constituendi, earumque
fine & effectu, reliquum est, ut videamus, quænam actiones & remedia civitatibus ad defensionem jurium sibi competentium, proditæ
sint. Et quidem 1. Si civitati super juribus vel
privilegiis Status quæstio moveatur, specialis quidem actio nulla jure prodita est, qua ad
pœnæ declarationem agatur, propter con-
1. traventionem, sed condictio ex lege nova Imperatoris concedentis cōpetit, Gylm. *symph. tom. 1. part. 2. tit. 11. vot. 7. num. 47. fol. 258.* Jos Nolden. *de stat. nobil. cap. 18. num. 57. seq.* quia privilegium
vim legis obtinet, *arg. §. sed & quod Princip. l. de jur. nat. gent. & civ.* Bart. *in l. unic. de condict. ex leg.* Gylman. *d. vot. 7. n. 2. fol. 252.* Unde cum
ad pœnam privilegiorum actum esset, datá esse
actioné in factú vel cōdictionem ex lege, quæ
pœnam privilegiorum instituta, in causa Bürgermeister und Rath der Stadt Alt-Stettin / contra
Bürgermeister und Rath der Stadt Franckfurt an der
Oder / & consideratum in causa Hall / contra
Schwäbisch Gemünd / & in causa Speyr / contra
Germersheim / per fundamenta multa adducta,
& in causa Jngelheim / contra Churfürstliche Pfaltz /
refert ex Rutger. Rulant. *de commiss. part. 3.*
2. *lib. 3. cap. 6. num. 4.* Mart. Mager. *de advocat. cap. 37. num. 202.*

Ut autem in Camera, vel Aula Imperiali,
ex lege, vel privilegio Cæsareo, condictio sive
actio institui possit, requiritur I. probatio,
quod actori privilegium revera sit concessum,
Mager. *d. cap. 17. num. 204.* qui privilegium allegans, id probare debet, *c. cum personæ. de privileg. in 6.* Bart. *in l. si solennibus. C. de fide instrum.* II.
Ut privilegiū Cameræ sive Jndici in originali &
parti, contra quem citatio petitur, legitimè
sit insinuatum, *arg. l. si quis 5. C. de aquæ duct.*
Gail. *1. obs. 1. num. 9.* Höping. *tract. de jur. insign. cap. 14. num. 70. & seq* nam in Camera processus
non decernuntur, nisi privilegium & Cameræ
& parti sit insinuatum, Reinking. *de regim secul. libr. 2. class. 2. cap 8 num. 40. seq.* III. Ut in supplicatione pro citatione ad videndum se incidisse
in pœnam privilegii, continua privilegii possessio allegetur, & in causæ deductione probetur, Mager. *d. cap. 17. num. 213.* Hœping. *d. cap. 14. n. 82.* cum privilegia ex possessione declarentur & æstimentur Bart, *cons. 59. num. 3. vol. 1.*
Decian. *cons. 55. num. 36. vol. 2.* & ex observantia 3.
insecuta vires sortiantur. *l. si de interpretatione ff. de legib. l. semper. in stipulationibus 34. ff. de R. I.*
Klock. *de contribut. cap. 19. num. 676 sq* Hœping. *d. cap. 14. num. 83.* Mager. *d. cap. 17. n. 213. seq.* IV.
Ut violatio privilegii dolo malo facta sit, Mager. *d. l. n. 215. seq.* Höping. *d. c. 14. n. 70. & 78. seq.*
& ex contemptu, ideoque probandum erit, violatorem privilegii post factá admonitionem,
nach beschehener Verwarnung verächtlicher weiß / privilegium violasse, *Author. præjudic. Camer. verb. privilegium. vers. quomodo procedatur. fol. 275.* Höping. *d. l. num. 78. seq.* Et hæc quatuor requisita
nominatim in supplicatione simul commemoranda, & in judicio luculenter & conjunctim
probanda esse, nec alterutrum horum sufficere scribit Mager. *d. cap. 17. n. 220. seq.*

II. Si civitati, vel ejusdem legatis sive De- 4.
putatis debitus honor non deferatur, vel negetur, actio injuriarum ipsi competit, veluti
si debito & convenienti loco non collocetur,
sicuti hoc de Nobilibus asserunt, Bald. *in l. observare. §. antequam. num. 3. ff. de offic. pro cons.*
Gratian. *tom. 1. discept. for. cap. 110. n. 23.* Nolden. *de stat. nobil. cap. 19. num. 193.* Quemadmodum etiam is, cui statuæ, imagines, vel insignia concussa, dejecta, deleta, conflata, vel aliter violata, vi vel clam sublata, injuriarum
agere potest, *l. si statua. 27. ff. de injur. l. is qui 11. §. 1. & 2. ff. quod vi aut clam.* Bart. *in l. qui libertat §. ne ejus. ff. de oper. publ.* Chassan. *catal. glor. mund. part. 1. consid. 38. conclus. 29. & 49.* Rulant. *de commiss part. 4. lib. 7. cap. 6. num. 21.* Höping. *de jur. insign. cap. 14. num 99. seq.*

III. Quod si quoque quis civitatis alicujus 5.
jura in dubium vocet, vel eam civitatem Imperialem esse neget, ex *L. diffamari. 5. C. de. ingen. manumiss.* conveniri poterit. Est enim hoc remedium everriculum omnium injuriarum &
mendaciorum, ut ait Marq. Freher. *de exist. lib. 2. cap. 9. num. 18. & de fam. lib. 2 cap. 17. num. 3.* locumque habet in diffamatione cujuscunque generis, Guttierez. *cons. 51. num. 5.* Cothman. *cons. 82. num. 12. vol. 2.* Atque hoc etiam
insignium nomine competere probat Höping. *de jur. insign. cap. 14. n. 56. seq.*

IV. Pro conservatione privilegiorum im- 6.
plorari quoq; potest officium judicis innocent. *in c. constitutas.* & gloss. *in c. veniens. X. de except.*
Gylman. *symphor. tom. 1. part. 2. tit. 11. vot. 7. n. 2. fol. 252.*

fol. 252. in princ. Nolden. *d. stat nobil. de cap. 19. num. 109.* Hœping. *d. cap. 14. num. 170. seq.* & hoc officium implorari potest contra eum, qui ordinem turbare, & sessionem præripere conatur, ut nobis cedat, Farinac. *cons. crim. 94. n. 8. lib. 1.* Fichard. *cons. 77. num. 7. tom. 1.* Gail. *1. obs. 21. num. 22.*

7. V. Idem est, quoad restitutionem in integrum, quæ etiam non jure actionis, sed officio judicis petitur, per *l. quod. si §. fin. & ibi. gloss. ff. de minorib.* Schurff. *cons. 28. n. 2. cent. 1.* nam & hoc quoque in jure sessionis locum habet, Schrader. *cons. 4. num. 212. seq. vol. 1.* Nolden. *de stat. nobil. cap. 19. num. 120.*

8. VI. Ex privilegio quoque Principis dantur judicia tàm possessoria, quàm petitoria, sive interdicta utilia tàm recuperandæ, quàm retinendæ possessionis, Covarruv. *var. resol. libr. 1. tom. 2. cap. 16. num. 10.* Gylman. *d. vot. 7. num. 2.* Mager. *de advoc. cap. 17. num. 348.* Nolden. *de stat. nobil. cap. 18. num. 60.* Atque hæc quoque recuperandæ & retinendæ possessionis remedia utilia, utiliter instituere posse civitates Imperiales, cum jam ante ad sessionem & votum in Comitiis ulterius admitti nollent, consulti responderunt Ludov. Gremp. & Hieron. zum Lamb *in respons.* von deß heiligen Römischen Reichs Ehrbarn und Reichs Städt *session, &c. ad fin. fol. 101 seq.* ubi etiam simul concludunt, quod licet hæc remedia sibi invicem contraria videantur, cum spoliatio & turbatio circa eandem possessionem simul concurrere posse non videatur; quia spoliatio præsupponit, quod quis fuerit in possessione, & jam non sit, sed turbatio præsupponit, quod quis sit adhuc in possessione, vel quasi, in qua turbetur, plures autem actione contrariæ in uno libello cumulari nequeant, *l. 1. C. de furt. l. ubi repugnantia. ff. de R. J.* Aretin. *in §. si minus. vers. tertio fallit. I. de action.*

9. nihilominus tamen remedia hæc petitorium & possessorium sive recuperandæ & retinendæ possessionis, in uno libello cumulari possint, cum pro regula traditum sit, actionum accumulationem jure permissam esse, Dec. *in l. edita. num. 59. & ibi* Alciat. *vers. quid de accumulatione. C. de edend.* & duo remedia possessoria, quæ ad diversum effectum tendunt cumulari posse, tradat Paul de Castr. *cons. 284.* Dec. *cons. 302. in princ.* ita, ut respectu naturalis possessionis remedium recuperandæ, & ratione possessionis civilis retinendæ remedium institui possit, per *l. naturaliter. 12. §. nihil. commune. 1. & ibi* gloss. *lect. 5. in fin. ff. de adquir. poss.* cum etiam uno eodemque libello agi possit rei vindicatione, & sic petitorio judicio pro naturali, atque etiam remedio uti possidetis, & sic possessorio, pro civili, quia ista remedia non sunt contraria, nec etiam repugnantia, cum dico te detinere naturalem possessionem, & me turbari in civili, & sic dantur diversis respectibus, de quo gloss. *in d. §. nihil commune.* & Jason. *in l. clam. possidere. §. qui ad nundinas. num. 63. ff. de acquir. possess.*

10. Atque indè etiam de sessione contendentes, in possessorio & petitorio simul agere posse, tradunt Knichen. *de Sax. non prov. jur. verb. Ducum. cap. 2. num. 152.* Schrader. *cons. 4. num. 257. vol. 1.* Imò simul agere & respondere tenentur, Reichs Abschied zu Speyr/ *de anno 1570. §.* damit nun *161. ibi:* doch zugleich in possessorio & petitorio, & §. seq. *ibi:* auch samptlich in possessorio & petitorio, &c. respectu enim jurium, sive rerum incorporalium petitorium & possessorium in uno eodemque libello & cumulari & proponi possunt, Matth. de Afflict. *decis. 155. num. 1 seq.* Cothman *cons. 47. num. 9. vol. 4.* Gylman. *symphor. tom. 2 part. 3. tit. 10 vol. 4. num. 17. & 19.* Atque hæc remedia & interdicta possessoria omnium expedientissima, certissima & commodissima esse videntur. Quemadmodum enim JCtus Gajus, in terminis possessionis adipiscendæ & adquirend eam, qui destinavit rem petere, animadvertere debere respondit, an aliquo interdicto possit nancisci possessioné, quia longè commodius sit, ipsum possidere, & adversarium ad onera petitoris compellere, quàm alio possidente petere, *l. si quis. destinavit. 24. ff. de rei vindic.* Ita in negotio retinendæ possessionis animadvertendum est, ut aliquo interdicto possessionem nostram conservemus, quia 11.
longè commodius est, in possessorio superiorem esse, & possessionem rei judicatæ auctoritate firmare, & tùm adversarium ad onera petitoris compellere *l. exitus. ff. de aquir. poss. l. incerti. C. de interdict. l. si. quis C ad L Jul. de vi publ. l. sed & si ff. de precar.* quàm statim in rem experiri, & cum adversario non possidente petitorium ingredi, & dubium litis eventum subire, *l. quod debetur. 51. ff. de pecul.* & petitorio evacuato, nullam amplius post conclusionem in causa, rei aliter recuperandæ, spem habere, Wesembec. *cons. 7. num. 6. part. 1.*

VII Quod si quoque civitas in quasi possessione privilegiorum sibi competentium, vel 12.
jurisdictione, vel jure sessionis, turbetur, utili interdicto uti possidetis, experiri potest, sicuti, hoc interdictum utile, utiliter à civitatibus Imperialib⁹, pro stabiliendo jure sessionis & voti intentari posse consuluerunt Ludov. Gremp. & Hieron. zum Lamb d. respons. von deß heiligen Römischen Reichs Ehrbarn und Reichs Städte session. *ad. fin.* §. und dann zu kommen. *fol. 104. seq.* si- 13.
quidem hoc interdictum etiam pro incorporalibus juribus competit, eique qui in jure aliquo incorporali turbatur, utili interdicto, uti possidetis, succurri docent per *l sicuti. §. Aristo. in fin. ff. si servit. vindic.* Menoch. *retinend poss. remed. 3. quæst. 17. num. 131.* Maranta. *de remed. possess. num 14.* Sixtin. *de regalib. libr. 1. cap. 7. num. 28. seq.* Klock. *de contribut. cap. 9. num. 182. seqq.* Höping⁹ *de jur. insign. cap. 14. n. 27.* & possessorium judicium etiam in honoribus & dignitatibus locum habere tradit, Vinc. de Franch. *decis. Neapol. 90. num. 6. part 1.* Et licet interdictum uti possidetis, si retinendæ possessionis civilis, quæ penes actorem est, *l. 1. §. est igitur. ff. uti possidet.* Gylman. *symph. tom. 2. decis. 33. num. 12.* per quandã tamen consequentiam etiam est recuperandæ possessionis, *l. si duo. in. princ. & ibi* Bart. *n. 1. & l. 1. § interdictum & ibi* Bart. *num. 9. l. si. duo. 3. in princ. ff. uti possider.* respectu scilicet possessionis naturalis, quam adversarius obtinet, Beroi. *cons. 102. num. 38. vol. 1.* Menoch. *retin. possess. remed. 3. num. 26.* Ita ut qui civilem sessionis pos-

sessi-

sessionem animo retinuit, licet naturali possessione destitutus, utile habeat interdictum uti possideris, non solum ut in civili possessione defendatur, sed etiam naturalis possessio sibi restituatur, Natta. *cons. 419. n. 2. tom. 2.* Menoch. *d. remed. 3. n. 23.*

14. VIII. Idem quoque est, quoad remedium *c. redintegranda. 3. caus. 3. quaest. 1.* siquidem & hoc quoque utiliter detur pro recuperanda quasi possessione rerum incorporalium, Socin. *sen. cons. 187. num 24. lib. 2.* Beroi. *cons 54. num. 1. vol. 3.* Atque hoc quoque remedio sessionem suam tueri posse civitates Imperiales, consuluerunt Ludov. Gremp. & Hieron. zum Lamb. *d. consil.* von deß heiligen Römischen Reichs Ehrbarn und Reichs-Städte session *ad fin. §.* letzlich von obangezogenen. *fol. 106 seq.* Et hoc remedium omnium recuperandae plenissimum & tutissimum esse refert Menoch. *recuper. possess. remed. 15. num. 5.* Gail. *2. obs. 57. num. 10.* ac in eo generaliter, impersonaliter, & indefinitè disponitur spoliatum ante omnia esse restituendum. Natta. *cons. 562. num. 1. tom. 3.* Beroi. *cons. 56. num. 8. vol. 3.*

15. IX. Idem obtinet in utili interdicto, Unde vi, quo etiam spoliatus quasi possessione rei inincorporalis agere potest, ut ante omnia restituantur, Bart. *in l. 3. §. unde vi. num. 3. ff. de vi & vi armat.* Afflict. *in c. 1. similiter. num. 13. d. ca-*

16. *pit. Conrad.* Menoch. *recuper. poss. remed. 1. num. 81. seq.* Et haec quoque remedia, unde vi, recuperandae, & uti possidetis, retinendae possessionis in uno eodemque libello cumulari posse, tenent Grat. *cons. 50. num. 14. lib. 1.* Menoch. *retinend. poss. remed. 3. num. 507.* Wesembec. *cons. 7. num. 5. part. 1.* Nolden. *de stat. nobil. cap. 19. num. 133 seq.* & in puncto sessionis duo haec remedia conjungi possint, responderunt Ludov. Gremp. & Hieron. zum Lamb. *d. cons. circa. fin. §.* so viel nun erstlich *fol. 101. seq.* & practicatum esse in Camera in causa Jmlin contra Heilbrun / 20. April anno 1591. notat Author. *praejudic. Cameral. apud* Gylman. *symphor. tom. 3. verb. injuria. fol. 155.*

17. X. Quod si quoque civitatis nomine petitorio judicio quis experiri, ejusque privilegia vindicare velit, actione utili confessoria & negatoria experiri poterit, utpote quae non tantùm pro servitutibus, sed etiam pro quovis jure incorporali competunt, Johan del Castill. *de usufruct. cap. 7. num. 4.* Ant. de Padill. *in l. quas actiones. num 64. seqq. C. de servitut. & aqu.* Cothman. *respons. 1. num. 17. vol. 4.* Vultei. *2. Marpurg. cons. 30. num. 2.* Mynsing. *respons. 11. num. 3. cent. 1.* Matth. Stephan. *de nobilit. lib. 1. cap. 8. num. 11. seqq.* Höping. *de jur. insign. cap. 14. num. 40. seqq.* Nolden. *de stat. nobil. cap. 19. num. 186.* ubi *num. 187* addit, quod petitorium etiam intentari videatur, si quis in libello ita ponat: Daß Reus ihme an seinem wohlerlangten habenden Käyserlichen und Königlichen Privilegien deß Adlers oder session halber unbillichen Jntrag zu thun offtermahls unterstanden / &c. uti enim de privilegio agitur, petitorium tractare videtur, Rol. à Valle *cons. 6. n. 50. vol. 4.* Meichsner. *decis. 33. n. 22. lib. 3.*

XI. Possunt quoque Civitatum jura & privilegia, & maximè jus praecedentiae & sessionis per protestationem conservari, prout videmus in subscriptionib⁹ Recessuum Imperii hanc utplurimum clausulam adjici solere, daß einem jedwedern Chur-Fürsten / Fürsten / Praelaten / Graffen / Herrn und Stande / solche dessen Reichstag ungefährliche Session, auch die subscription zu End desselbigen beschehen / an seinem hergebrachten Gebrauch und Gerechtigkeit / in keinem Weg nachtheilig / vergreifflich / oder schädlich seyn solle / sicuti apparet ex Reichs-Abschied zu Worms *de anno 1521. §.* doch hat unser Oheimb 40. Reichs Abschied zu Speyr *de anno 1526. §. Item* als sich im anfang. 28. Reichs Abschied zu Regenspurg *de anno 1527. §.* als sich auch im anfang *n. 8.* Reichs Abschied zu Regenspurg *de anno 1532. tit.* Geistliche und Weltliche Beschwerung *9. §. item.* als sich 1. Reichs Abschied *de anno 1541. §.* als sich auch etliche. 78. Reichs Abschied *de anno 1542. §.* als sich auch etliche *140. & seqq.* Reichs Abschied *de anno 1544. §.* und als sich im Anfang 101. Reichs Abschied *de anno* 1545. 1548. 1551. 1555. 1557. 1559. 1566. 1570. 1776 1602. 1613. & 1641. Hujusmodi enim protestatio protestanti jus suum salvum & illaesum conservat, & in tuto collocat, *l. si debitor. 4. §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypot. solvat. l. pro haerede. 20. §. 1. ff. de aquir. haered.* Vultei. *3. Marpurg. cons. 23. num. 4.* omneque praejudicium amovet. *d. l. si debitor. 4. ff. quib. mod. pign. solv.* Wesembec. *cons. 43. num. 159. seq.* 18

XII. Sunt quoque qui jus praecedentiae & sessionis armis & via facti defendi & vindicari posse contendunt, Fab. de Anna. *cons. 7. num. 21.* Menoch. *cons. 902.* Vasqui. *illustr. controv. cap. 18. num. 16. & 18.* Hartman. *tit. 49. pract. obs. 4. num. 5.* quia haec sit turbatio honoris, Peregrin. *cons. 3. num. 36. lib. 2.* Pancirol. *cons. 6. num. 2.* quae cum vim includat, utique etiam vi repelli possit, Cavalcan. *decis 19. num. 87.* Sylvan. *de feud. recogn. quaest. 109. num. 26.* Johan. le Cirier. *de primogen. lib. 2. quaest. 3. num. 2.* Verum cum via facti cessare debeat, ubi ordinarium remedium suppetit Roman. *cons. 71. num. 6.* nec ad arma & rixam procedere patiatur Caesarea Majestas, quos sua jurisdictione componere potest; *arg. c. studendum. Dist. 40. l. si cujus. 13. §. aequissimum. 4. ff. de usufruct.* & si quas petitiones quis habere putet, actionibus experiri debeat, *l. extat. 13. ff quod. met. caus. l. pen. ff. ad L. Jul. de. vi privat.* non facilè violentum hoc remedium, & nisi non aliter sibi quis consulere possit, attentandum erit.

CAPUT XII.

De modis probandi civitatum privilegia & immedietatem.

Summaria.

1. *Quilibet tenetur probare fundamentum suæ intentionis.*
2. *Facta non præsumuntur.*
3. *Privilegia sunt probanda.*
4. *Matricula probat aliquem esse studiosum, civem, &c.*
5. *Et esse Statum Imperii.*
6. *Matriculæ inscriptus onus probandi in adversarium transfert.*
7. *Matricula plenam probationem facit.*
8. *Fisci intentionem probat.*
9. *Quænam vera Imperii matricula.*
10. *Concluditur pro matricula de anno 1521.*
11. *Nullibi constitutum videtur matriculæ credendum esse & contrarium num. 13.*
12. *In antiquis solemnitatum probatio non est necessaria.*
14. *An Status in anterioribus matriculis inscripti, in posterioribus verò præteriti, pro deletis habeantur.*
15. *Forma pragmatica non servata, nihil actum censetur.*
16. *Possessor gentilitiæ domus pro reliquis collectas solvit, qui tamen nihilominus Imperii Status permanent.*
17. *Res consolidata & unita alia & per se judicanda.*
18. *Unio non mutat bonorum separatorum naturam.*
19. *Unio strictè intelligenda.*
20. *Paria sunt non fieri, & minus legitimè fieri.*
21. *Probatur civitatem aliquam esse Imperialem, si ad comitia vocetur, & in iisdem sessionem & votum habeat.*
22. *Idem est, si ad conventus circulares vocetur.*
23. *Et si civitas aliqua immediatè in Camera Imperiali conveniatur.*
24. *Subditi Statuum Imperii ab ordinaria jurisdictione ad aulam Cæsaream evocari nequeunt.*
25. *Immediatus Imperii quis dicatur.*
26. *Instrumenta evidentem probationem faciunt.*
27. *Imperatoris adsertioni credendum est.*
28. *Verba,* unser Stadt, *superioritatem probant*
29. *Fama & communis opinio superioritatem & dominium probat.*
30. *Nobilitas per famam Probatur.*
31. *Immedietas probatur per sententiam, quæ in rem judicatam transiit.*
32. *Libris Chronicis & Historicis credendū est.*
33. *Per eosdem probatur nobilitas, jus patronatus, &c.*
34. *Exemptio & immedietas præscriptione adquiritur.*
35. *Immemorialis præscriptio quā vim habeat.*
36. *De paribus pariter judicatur.*
37. *Insignia Imperialia civitatem aliquam Imperialem esse probant.*
38. *Aquila Imperialis libertatis indicium est.*
39. *Arma & insignia muris, curiæ, aliisq; locis publicis infixa, superioritatis, jurisdictionis & dominii sunt symbola.*
40. *Aliorum potentiorum insignia suis prædiis affigentes, quomodo puniantur.*
41. *Arma & insignia jus patronatus probant.*
42. *Res illius esse censetur, cujus signo signata est.*
43. *Insignia in limitibus posita limites probant.*
44. *Si civitas in sigillis Aquilam Imperialem habeat, ea Imperialis esse probatur.*
45. *Idem est, quoad signum monetæ.*
46. *Rulandi Statua insignium privilegiorum tessera videtur.*
47. *Libertatem tamen concludenter non probat.*
48. *Probatur immedietas si quis feuda & regalia ab Imperatore & Imperio obtineat.*
49. *Superioritas territorialis non cadit in mediatos.*
50. *Nec mediato concedi potest.*
51. *Landsassii in tribunali domini comparere tenentur.*
52. *Cujusmodi comparitio subjectionis tessera est.*
53. *Sola citatio jurisdictionem non probat, nisi obedientia secuta.*
54. *Forum sortiri & subditum esse diversa sunt.*
55. *Qui mandatis alicujus paret, subditus intelligitur, & vice versa.*
56. *Qui legibus & Statutis alicujus paret, ejus subditus esse intelligitur, & è contra.*
57. *Immedietas probatur ex libero regimine & omnimoda jurisdictione.*
58. *Uti & statutorum & legum libera promulgatione.*

59. Nec

59. *Nec non mandatorum & edictorum affixione, & pœnarum exactione, remissivè.*
60. *Idem est, quoad inhibitiones autocraticas.*
61. *Et appellationis receptionem.*
62. *Religionis liberum exercitium immedietatem probat.*
63. *Fœdera cum aliis tantum liberi & immediati contrahunt.*
64. *Idem est, quoad protectionem.*
65. *Homagii præstatio subjectionis agnitio, & si Imperatori tantum præstetur, immedietatis probatio est.*
66. *Immedietas probatur, si collectæ immediatè Imperio solvantur.*
67. *Pro immediato habetur, qui de Vectigalibus investitus.*
68. *Jus vectigalium superioritati territoriali adscribitur.*
69. *Jus exigendi vectigal in alieno territorio concedi nequit.*
70. *Jus belli & armorum juribus territorialibus adscribitur.*
71. *Jus detractionis superioritatem probat.*
72. *Jus venandi ad superioritatem territorialem spectat.*
73. *Sicut & jus aggratiandi.*
74. *Jus conducendi.*
75. *Salvus conductus judicialis.*
76. *Jus recipiendi Judæos.*
77. *Cura ponderum & mensurarum, ad superioritatem pertinet.*
78. *Domini territoriales subditos cogere possunt, ut uniformi utantur pondere & mensura.*
79. *Qui in alterius Principis, vel Status territorio, oppida, pagos, &c. possident, monentur, ut diversis utantur ponderibus & mensuris.*
80. *Belgæ noluerunt æquale pondus & mensuras habere.*
81. *Sicuti etiam Nobiles & civitates liberæ & vicinæ in Ducatu Würtembergico.*
82. *Landsassii & subditi vocantur*, liebe/ getreue/ gehorsame/ *alii* liebe besondere.
83. Gehorsam *subjectionis nota est.*
84. Gewertig/ getreu/ *quid denotent, & vasalli & clientes* liebe getreue/ *salutantur.*
85. *Vocabulum* unterthänig/ *&* gnädiger Herr/ *non semper subjectionem denotat.*
86. *Verba adulatoria non sunt obligatoria, & serviunt de vento.*
87. *Verba* gehorsam/ getreu/ *pro subjecta materia sunt accipienda.*
88. *Verba pro more recepto interpretanda.*
89. Landes-Fürst/ Landes-Herr/ *subjectionem importat.*
90. *Domini vocabulum,* Herr/ *variè accipitur.*
91. *Obvios & ignotos etiam dominos vocamus.*
92. *Et blandientium vox est.*
93. *Quicquid sub ambitu alicujus territorii continetur, ejusdem domini & magistratus jurisdictioni subesse intelligitur, & quando secus. num. 116. 120. 121.*
94. *Idque quoad omnes causarum species.*
95. *Qui se fundat in toto, etiam in qualibet parte se fundare intelligitur.*
96. *Et sic quoad personas & prædia singularia.*
97. *Idem obtinet in locis adjacentibus, & vicinis, & quando secus. n. 122.*
98. *Castrum in finibus positum præsumitur esse vicini.*
99. *Districtus civitatis,* Bezürck/ *civitatis esse creditur.*
100. *Contrarium asserens, id probare tenetur.*
101. *Quod intra fines designatur, quasi sepimento inclusum intelligitur territorio & finibus.*
102. *Quæ procedere videntur in summo Principe.*
103. *In inferiorum Principum districtibus potest locus esse exemptus.*
104. *Argumentum à jurisdictione ad dominium, & viceversa valet.*
105. *Civitates sua regimina habentes instar provinciæ habentur, & provinciæ nomine continentur.*
106. *In medio Francico Regno absoluti sunt Principatus.*
107. *In Imperio Romano multi Comitatus, Baroniæ, Prælaturæ, monasteria, civitates, Nobiles in aliorum Principum & Magnatum territoriis reperiuntur, qui tamen Principibus non sunt subjecti, sed Imperatori & Imperio immediatè parent.*
108. *Exemplo Ratisbonæ.*
109. *Ordinis Teutonici.*
110. *Ducatus Bavariæ.*
111. *Baronis de Krenckingen.*
112. *Rusticorum nonnullorum liberorum.*
113. *Paria sunt esse extra territorium, & esse in territorio, sed exemptum.*
114. *Diversa sunt esse IN diœcesi, & DE diœcesi.*
115. *Aliud est,* in eines Fürsten Land und Obrigkeit/ *& aliud* unter eines Fürsten Land und Obrigkeit sitzen.
117. *Loca separatum dominium habentia, non censentur de territorio.*
118. *Territorium non loco, sed per actus jurisdictionales designatur.*
119. *Dicitur à terrendo.*
123. *Nonnulli jus superioritatis & regalia confundunt.*
124. *Regalia & jus superioritatis differunt.*

125. Præ-

125. Præscriptis Regalibus jus tamen territoriale præscriptum non intelligitur.
126. Confusio Regalium & juris territorialis unde orta.
127. Differunt tanquam totum & pars.
128. Ab una specie Regalium ad alias concludere non licet.
129. An merum Imperium in aliquo loco habens jus territoriale habere dicatur.
130. Superioritas territorialis nonnullis nihil aliud esse videtur, quàm merũ Imperium.
131. Merum Imperium habens Dominus dicitur ratione præeminentiæ.
132. Merum Imperium nobilius est jurisdictione.
133. Dignius trahit ad se minus dignum.
134. Defensio territorii absq; armis fieri potest.
135. Delictum non facit subditum.
136. Aliud est forum sortiri, aliud subditum esse.
137. Merum Imperium unde dicatur.
138. Qui merum Imperium habet, ei non præstatur homagium, nec curam habet Religionis, nec jus collectandi, nec defendendi, quæ tamen ad superioritatem territorialem pertinent, & num. 139. 140. 141.
142. Criminalem jurisdictionem habens, nullum jus habet, nisi delicto commisso.
143. Criminalis jurisdictio absque territorio consistere potest, quod secus in superioritate territoriali.
144. Criminalem jurisdictionem in aliquo loco habens non potest ibidem insignia sua affigere.
145. Criminalis jurisdictio & jus superioritatis differunt.
146. Unde confusio hæc orta.
147. Criminalem jurisdictionem habens, quatenus Dominus dicatur.
148. Nulla jurisdictio sine coërcitione est.
149. Domino criminali non licet simplicis jurisdictionis domini territorium armata manu ingredi.
150. Qui in uno vel altero gradu criminalem jurisdictionem obtinet, an in reliquis quoque cognitionem habeat.
151. Ex probatione specierum resultat probatio generis.
152. Alii contrarium sentiunt.
153. Olim Princeps non omnes partes Imperii magistratibus concessit, sed quasdam reservavit.
154. In jurisdictionalibus à majore ad minus, & è contra argumentum invalidum.
155. Tantum præscriptum, quantum possessum.
156. Ab Imperio mero ad mixtum inferre non licet.
157. Nec à præscriptione causarum civilium ad criminales.
158. Probatio unius actus vel speciei, non extenditur ad alias, si alius sit in possessione universalis jurisdictionis, vel aliarum specierum.
159. Confessio ex parte confitentis probat superioritatem, regalia & jurisdictionem.
160. Et nocet ipsius hæredibus.
161. Confessio sufficiens est probatio, omnesque alias superat.
162. Recognitio jus tantum fovet, quod invenit.
163. Nuda confessio non potest mutare titulum quo Dominii causa mutetur.
164. Erronea Confessio nihil præjudicat.
165. Sed revocari potest.
166. In his, quæ personæ subjectionem concernunt, obligatio patris non descendit ad filium.
167. Confessio in alterius præjudicium tendens, non est obligatoria.
168. Errore detecto, confessio nulla est.
169. Usus parochiæ communis superioritatem non probat.
170. Jus Albergariæ juri superioritatis cohæret.
171. Jus hoc ex curialitate & hospitalitate originem duxisse videtur.
172. Jus aperturæ superioritati territoriali adscribitur.
172. Ex vasallorum urbanitate ortum videtur.
174. Competit etiam ex speciali pacto & consuetudine.
175. Advocatia sive Landvogtia Hagenoviensis an superioritatem territorialem importet, quod negatur num. 162. & seq.
176. Advocatiæ jus à monasteriis initium sumsisse videtur.
177. Advocati provinciales quinam fuerint.
178. Landvogtia Hagenoviensis unde orta, & quænam civitates ad eam pertineant.
179. Comiti Palatino hypothecæ loco concessa fuit.
180. Quomodo ad domum Austriacam pervenerit.
181. Principum beneficia largissimè interpretanda.
182. Officium suum nemini debet esse damnosum.
183. Delegati Principis jurisdictionem habent, & ea facere possunt, quæ Princeps.
184. Superioritas nihil aliud est, quàm defensio.
185. Tria sunt genera juramentorum.
186. Civitates hæ à Præfectis suis vocantur,

liebe

liebe getrewe / *quod superioritatem importare videtur.*

187. Præfecti provinciales olim in clientes jurisdictionem exercuerunt.

188. Civitas Hagenoviensis coram officiato Cæsareo convenitur.

189. Vocabulum Ehren / *quid denotet, & num. 213.*

190. Ius constituendi Prætores & magistratus, est signum superioritatis.

191. Executio & missio in possessionem sunt actus jurisdictionales.

192. Landvogteia defensionis tantum gratia constituta, & n. 198.

193. Civitates ad Landvogteiam hanc pertinentes in Imperii matricula descripta, ad Comitia vocata, votum & sessionem obtinent, contributiones immediatè solvunt, appellationes ad Cameram deferunt.

194. In civitatibus suis omnimodam jurisdictionem, regalia & alia jura obtinent, delinquentibus gratiam faciunt.

195. Investituræ feudales stricti sunt juris.

196. Hagenovia privilegium habet, ne ab Imperio alienetur.

197. Princeps privilegia ab antecessoribus concessa, revocare voluisse non præsumitur.

198. Præfecti provinciales defensionis causa olim provinciis dati.

199. Inducta ad augmentum non debent operari diminutionem.

200. Præfecti civitatum harum privilegia se observaturos, jurato promittere tenentur.

201. Præfectorum confessio.

202. Protectionis causa merces dari solet.

203. Observantia optima interpres.

204. Iuramentam varia de causa præstatur.

205. Præter tria vulgata juramentorum genera, etiam alia sunt.

206. Protestatio & reservatio jus illæsum.

207. Iuramenta secundum actus naturam interpretanda, nec ultra intentionem extendenda.

208. Præfecto provinciali nomini Imperatoris & Imperii juramentum præstatur.

909. Iuramenta etiam per procuratores præstantur, ex quo tamen procuratori obligatio non adquiritur.

210. Nemo duorum homo ligius esse potest.

211. Confirmatoria juramenta nõ extendenda.

212. Ex homagio superioritas non probatur, quando alius est in possessione.

214. Quod juri communi competit, non opus est speciali contractu impetrare.

215. Executio etiam ei committi potest, qui jurisdictionem non habet.

216. Aliquando usus fructus est apud unum, commoditas tamen percipiendorum fructuum apud alium.

1. VIsis actionibus, quæ civitatibus privilegiorum nomine competunt, videndum nunc restat, quomodo civitatum privilegia, imprimis verò immediata ipsarum subjectio probetur, ut actio effectum sortiatur, non enim sufficit in libello aliquid enunciare, nisi illud probetur, Dec. *cons. 60. n. 2. & cons. 403. n. 12* Cacheran. *decis. 171. n. 9.* quilibet tenetur probare fundamentum suæ intentionis *l. ei qui dicit. ff. de probat. l. actor. qui asseverat.* C *eod* Rol. à Valle, *cons. 69. n. 47 & cons. 72. n 97.* Tiber. Decian. *respons. 58. n 1. lib. 2. & resp. 41. v. 4. lib. 3.* sive agat quis, sive excipiat, sive asserat, sive neget, Rol. à Valle. *cons. 10. n. 8. lib. 4.* Cravet. *cons. 226. n. 8.*
2. Quod maximè in facti quæstionibus procedit, cum facta non præsumantur, sed probari debeant *c. cum in jure X. de offic. de leg. l. in bello. §. facta. ff. de capt. & postlim. l. asseveratio. C. de non num. pec.* Mascard, *de probat. conclus. 733. n. 1. seq.*
3. atque ideo, cum privilegia facti sint *cap. 1. de privil. in 6.* Gail. *1. obs. 1. num. 9.* Vultei *3. Marpurg. cons. 35. n. 55.* probanda sunt, *c. porrò. X. de privileg. l. 1. C. de mandat. princ. c. cum in jure. & ibi Dd. X. de offic. deleg.* Bald. *in l. fin. C. de re judic.* Vultei *d cons. 35. num. 57.*
4. Probatur autem immedietas, sive immediata Imperii subjectio alicujus civitatis, vel alterius alicujus personæ vel loci I. ex Imperii matricula, quia indubitatum est, illos Status & immediatè imperio subjectos esse, qui in albo, sive matricula Imperii continentur & inscripti, & in ea certum censum, sive certum militum numerum vel pecuniæ summam sibi adsignatam habent, sicuti constat ex definitione Status relata *infra lib. 2. cap. 2. num. 17. & 18.* Quemadmodũ enim matricula probat aliquẽ esse studiosum, Paris. *cons. 159. n. 17. vol. 4.* Bart. *in l. 2. in fin. C. de error. Advoc.* Bald. *in l. fin. num. 3. C. de reb. credit.* Menoch. *cons. 98. n. 50. lib. 1.* Cothman *respons. 49. per tot.* Mascard. *de probat. conclus. 1297. num. 1.* civem, Schrader. *cons. 5. n. 65. vol. 1.* mercatorem, Chassan. *ad consuet. Burg. rubr. 4. §. 1. text. s'elle n'est Marchande n. 3.* Azeved. *ad constit. Hispan. lib. 2. tit. 16. n. 7 leg. 1.* Cohortalem, *l. quicunq. 10. C. de cohortal. l. 2. & 3. C. de commeat.* Notarium, Menoch. *2. præs. 78. n. 3.* Bald. *in l. 2. & ibi* Jason *limit. 4. ff. de offic. prætor.* Mascard. *de probat. conclus. 1038. n. 4.* militem, *l. ex eo tempore. 42. ff. de testam. milit.* Collegam, Mascard. *d. conclus. 1038. n. 5.* Bart. *in l. matriculam. C. de agent. in reb.* Nobilem, *arg. l. 1. & 2. C. de primicer.* Decian. *respons. 66. n. 55. vol. 3.* Jos. de Sesse. *decis. 43 n. 3. part 2.* Petr. Fritz. *de nobil. conclus. 27. lit. g.* Nolden. *de stat. nobil. cap. 20. num. 47. seq.* Hœping. *de jur. insign. cap. 15. n.* 5.
27. Ita etiam immediatè aliquem Imperio subjectum, & Statum Imperii esse probat matricula Gylman. *symphor. tom. 1. part. 1. tit. 3. vot. 3. n. 1.*

n. 1. Gail. *1. observ. 21. n. 4. 7. 8. 9. 11. & 15. & de arrest. cap. 7. sect. 4. n. 11. & 14.* Tileman. de Benign. *Camer. decis. syntagm. 1. decis. 1. & syntagm. 2. decis. 4. vers. 1. n. 14.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 4. n. 37.* Petr. Frider. Mindan. *de process. lib. 2. cap. 67. sect. 4. n. 11. & 14.* Zach. Vietor. *de caus. exempt. conclus. 5.* Reinking. *de regim. secul. class. 4. cap. 1. n. 4.* Dn. Cluten. *syllog. rer quotid. conclus. 27. lit. c.* Joh. Wurmser. *de jur. publ. exerc. 1. quæst. 16.* Mager. *de advocat. cap. 6. n. 146.* Author. *apolog. Colmariens. membr. 3. fol. 150. lit. c.* Author. *consil. Fridberg. part. 1. cap. 1. n. 176. seq.* Dn. Nicol. Myler. *diss. de Statib. Imper. conclus. 109. n. 4. seq.* In tantum, ut in matricula Imperii repertus fundatam intentionem habeat immediatæ subjectionis, *arg. c. cum de persona. de privileg. in 6. c. cum dilectus. X. de religios. dom. l. 1. ff. de alb. scrib.* Vietor. *de caus. exempt. conclus. 40.* Johan. Limnæ. *de jur. publ. lib. 1. cap. 7. num. 67.* Reinking. *de regim. secul. lib. 1. class. 4. cap. 1. num. 13.* Gail. *d. obs. 21. n. 4.* & matriculæ
6. inscriptus pro Statu & immediato Imperii membro tam diu habeatur, donec contrarium probetur, & difficilimum probandi onus in adversarium transferat, *arg. l. matriculam. 3. C. de agent. in reb. l. petitionem. 13. C. de advocat. divers. judic.* Gail. *1. obs. 21. num. 15.* Mascard. *de probat. conclus. 1038. n. 2.* Meichsner. *tom. 3. Cameral. decis. vot. 6. n. 9. seq.* Gylm. *symphor. tom. 2. part. 1. vot. 7. n. 2.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 4. num. 36.* Vietor. *d. conclus. 40.* Gail. *d. observ. 21. n. 7. & 9.* Hœping. *de jur. insign. cap. 15. n. 27.* Caspar. Klock. *d. contribut. c. 19. n. 59. seq.* ubi addit, album Imperii duplicem probationem præstare, illumque qui Cæsaris, Principum, Comitum, Statuumque omnium consensu in matriculam recipitur, duo efficaciter probare posse, quod & ante inscriptionem, pro Statu, qui per totum Imperium, in Statum creatus & cooptatus, atq; pro Statu reputatus, & deinde eadem autoritate, ut Status, in matriculam relatus sit. Et ita ma-
7. tricula imperio quasi possessionem immediatæ possessionis confert, *arg. l. si solennibus. 7. C. de fide instrum.* Petr. Frider. Mindan. *lib. 2. de mandat. cap. 67. n. 4.* Gail. *d. obs. 21. n. 5* Knichen. *encyclop. cap. 10. num. 70* ac matricula plenâ probationem facit, Dn. Nicol. Myler. *diss. inaugur. de Statib. Imper. conclus. 109 n. 6.* Johan. Limnæ. *de jur. publ. lib. 1. cap. 7. n. 68.* Quia est instrumentum publicum, ex archivo publico proveniens, quod plene probat, *c. pervenit. caus. 30. quæst. 1. c. ad audientiam. 13. & ibi* gloss. *X. de præscript. l. census. 10. ff. de probat.* Menoch. *2. arbitr. jud. cas. 526. n. 41.* Mascard. *de probat. conclus. 906. num. 3.* Vietor. *de exempt. conclus. 5.* Limnæ. *1. de*
8. *jur. publ. cap. 7. num. 68.* Unde etiam solam matriculam per se, fisci intentionem probare, ac onus probandi in adversarium transferre, affirmant *arg. l. petitionem. 13. C. de advoc. divers. judic.* Jason, *in l. Barbarius. num. 56 ff. de offic. prætor.* Alciat. *3 præs. 17.* Meichsner, *tom. 3. decis. 6. n. 8.* Gœdd. *in respons. pro restit. Baron Vallend. n. 11* Cothman. *respons. 28. n. 21. & resp. 21. & 12.* Gail. *d. obs. 21. n. 11* Johan. Limnæ. *de jur. publ. tom. 1. cap. 7. num. 91. & ibi tom. 5. pag. 121.* ita, ut sufficiat ad probandam quasi possionem Imperii, eximendum matriculæ inscriptum, adeoque semel & antiquitus inscriptum esse, licet in posterioribus matriculis nomen ejus amplius non reperiatur, quia hoc Imperio fraudi aut nocumento esse non debet, nisi legitimè probatum sit, eum Cæsaris & Statuum voluntate ex matricula deletum esse Gail. *1. obs. 21. num. 11.*

Quoniam autem variæ Imperii matriculæ 9.
inter sese discrepantes reperiuntur, sicuti videre licet apud Meichsner. *tom. 3. decis. 6 fol 66.* Goldast. *de regn. Bohem. lib. 2. cap. 17. num. 2.* Arumæ. *de Comit. cap. 8. n. 60.* Vietor. *de exempt. conclus. 5.* Johan. Limnæ. *tom. 1. cap. 7. num. 69. & ibi tom. 4. p. 8.* Ideò sæpe, & nuper acriter disputatum fuit in causa Ducis Brunsuicensis, contra civitatem Braunschweig / quænam vera & germana sit Imperii matricula, quæ ad causarum decisionem allegari possit, cum civitas Brunsuiga in antiquis Imperii matriculis inserta, in recentioribus verò omissa reperitur, Knichen. *encyclop cap 7. n. 72.* Lehman. *Chron. Spirens. libr. 7. cap. 112.* Et licet sæpius in Comitiis deliberatum fuerit de redintegranda matricula, sicuti videre est ex Reichs Abschied *de anno 1570.* §. wann dann darneben. Cum tamen hoc hactenus peragere non licuerit, ideò, in dubio, quando diversitas matricularum occurrit, recurrendum esse ad matriculam *anno 1521.* in Comitiis Wormatiensibus ordinum consensu confectam, donec perfectior constituatur, eamque unicè probare, doceat, per Reichs Abschied zu Augspurg *de anno 1548.* §. Ferner / wiewol deß H. Reichs. 76. Reichs Abs. zu Regenspurg *de an.* 10.
1576 §. wañ auch *99. ibi* wañ auch zu Franckfurth nechst diß dubium erregt worden / welche Reichs matricul vor Augen zu haben / darauff man sich im votiren und erkennen fundiren solte: Weil dann unverborgen / daß die matricul im Jahr der mindern Zahl zwantzig eins / mit Rath und Bewilligung gemeiner Ständen auffgericht / für unser und deß heiligen Reichsgerechte und gewisseste matricul zu halten / davon auch in unsern und deß Reichs Abschieden *anno 51. 56.* und *66.* zu Augspurg publicirt, Meldung geschicht: So setzen und erklären wir / daß derselben matricul im votiren und erkennen zu folgen / und alle und jede Stände darin begriffen / bey denselben Anschlägen zu lassen / was und so viel daran durch die vorige im Jahr 45. 57. und 71. gewesene moderatorn (doch den interponirten appellationibus ohn Nachtheil) oder durch nechstkünfftige moderatorn, oder deputirten nicht geändert wurde / darnach dann dieselbige erste matricul endlich ergäntzt / und richtig gemacht werden soll. Reichs Abschied zu Regenspurg *de anno 1594.* § wann auch bey voriger 122. Denais. *jur. Cameral tit. 191. n 9.* Knichen. *Epops. n. 305.* Vietor. *de exempt. conclus 5.* Arumæ. *de comit. cap. 8. n. 63.* Cluten. *syllog rer. quotid. conclus. 27. lit. c.* Reinking. *de regim. secul. lib. 1. class. 1. c. 1. n. 21.* Johan. Limnæ *de jur. publ. tom. 1. cap. 7. n. 84.* idque in contradictorio judicio obtinuisse in Camera in causa *Br. contra Br.* refert Meichsner *tom. 3. decis. 6* Knichen *encyclop. cap. 10. n. 72.* Dn. Nicol Myler. *de Statib. Imper. conclus. 109. n. 8. seq* & ita Imperiali authoritate coruscans hæc matricula inducit præsum-

ptionem

ptionem, incorporationem & investituram, Meichsner. *d. decis. 6. n. 10.* Nec obstat, quod nonnulli volunt matriculam non probare, *per l. Herennius. ff. de decurion. l. scriniarios. 16. C. de testam. milit. & ibi* Salicet. *n. 2.* Johan Andr. *in addit. ad specul. tit. de instrum. edit. §. restat in verb. & scias* Alb. d. Rosat. *in l. compresimus. col. 1. C.*
11 *de fide instrum.* ideò, quod non possit probari matriculas istas publica authoritate confectas & authenticas esse, quod necessariò requiritur, Innocent. *in c. 1. num 1. de fide instrument.* Mascard *de probat. conclus 1038. n. 6.* Meichsner. *tom. 3. decis. 6. n. 11 & 13.* Petr. Frider. Mindan. *lib. 2. de mandat. cap. 77. n. 20.* & quod nullibi constitutum in Imperialibus constitutionibus, matriculæ Imperiali credendum esse, quod utique non esset omissum, in re tanti momenti, in qua quasi cardo totius Imperii vertitur. Ac præterea experientiam docere plurimos in matriculam Imperii relatos, qui ipso facto Status non sunt, sicuti apparet ex Reichs Abschied *de anno 1544.* §. demnach sollen die obgedachte. & Reichs Abschied zu Augspurg *de anno 1548.* §. als auch durch die Craißverordnete. Quamvis enim hæc speciem aliquam habere videantur, nullum tamen est dubium, quin Imperii matricula de anno 1521. pro vera probatione habeatur, & in eam relati, Status Imperii existant, donec in specie de uno vel altero contrarium manifestè & indubitatis rationibus probetur. Quia notorium est, in omnibus collectis Imperii, Reichshülffen / Craiß-Anschlägen / usque ad hæc tempora, matriculam Imperii *anno 1521.* renovatam, observatam esse. Cum igitur in causa publica & in antiquis versemur, minus commodè disquiratur, an hæc matricula satis solemniter confecta & approbata; cum in factis antiquissimis nulla opus sit probatione
12 solemnitatum, sed propter antiquitatem temporis, omnia solemniter acta præsumantur, *c. ea noscitur. X. de his, quæ fiunt à Prælat. sine cons. capit. c. pervenit. X. de empt. & vendit. l. qui in aliena. § sed et si non. 3. ff. de adquir. vel amit. hæred.*

Et licet quoq; antiquæ matriculæ probabiliter in dubium vocari possint, hoc tamen quoad indictionem collectarum Imperii *de an. 1521.* & earum moderationem *de an. 1557* nullo modo dici potest, cum hæ magno tractatu, consensu & approbatione Statuum, per prag-
13 maticam sanctionem approbatæ & confirmatæ, per Reichs Abschied zu Wormbs *de anno 1521.* §. und dieweil wir jetzund mit allerley Reichs Abschied zu Augspurg. *de an. 1548.* §. Ferner / wiewol deß heiligen Reichs. Imò quod matriculæ *de an 152.* plena fides in votando & decidendo, adhibenda eademque observanda expresse sancitum reperitur in d. Reichs-Abschied zu Regenspurg. *de anno 1576.* §. wann auch zu Franckfurth. 99. Quamvis etiam successu temporum territoria, ac bona de uno in alterum translata sint, & sic Status vel succreverint, vel decreverint, vel quidam etiam exempti sint, indè tamen matriculæ certitudo non convellitur, cum bona ista cum onere, & censu Imperii ad alios istos possessores transeat, & hi eundem Imperio præstare teneantur. Gail. *d. obs. 21. n. 12. seq.* In tantum autem matricula probat, ut qui semel & antiquitus in ea descriptus reperitur, licet in posterioribus nomen ejus non reperiatur, nihilominus tamen pro Statu habeatur, cum hæc omissio Imperio fraudi & nocumento esse non debeat, nisi legitimè probatum sit, eum Cæsaris vel Statuum consensu, ex matricula deletum esse, ut dictum est *supra c. 3. n. 60.*

Sed cum in Comitiis Wormatiensibus anno 1521. novum Imperii album, sive matricula fuerit confecta, & in ea civitatum nonnullarum, quæ cum Principum taxis, Anschlägen / in prioribus matriculis expresse conjunctæ erant, nulla facta fuerit mentio, dubitari cœpit, An hujusmodi omissio sive præteritio pro deletione, & istæ civitates pro exemptis ab Imperio per Principes habendæ sint? Quod dubium maximè motum in causa Braunschweig / contra Braunschweig / cum in ea productæ fuerint matriculæ, *de annis 1431. 1467. 1471.* in quibus Brunsuicensis civitas inter Imperiales & liberas civitates collocata fuit, Lehman *Chron Spirens. lib. 7. cap. 112.* Acta Brunsuicensia *tom. 2. n. 174. seq.* in matriculis verò *de annis 1474 1486. 1487. & 1489.* civitatis illius nulla facta mentio. Lehman. *d. libr. 7. cap. 114. seqq.* de cujus varietatis causa diximus *supra cap. 3. n. 100.* 14

Verum quod præteritio illa pro deletione non sit habenda, & si pro deletione reputanda, civitatibus tamen istis non præjudicet, sed pro tali habenda, ac si civitates illæ, uti jam antea, mit ihren Anschlägen / adhuc dum, matriculis recentioribus insertæ sint, eleganter tradit Caspar. Klock. *de contribut cap. 19 n. 63. & seq.* Johan. Dauth. apud d. Klock. *consil. 134. n. 145. seq.* Quia 1. mutatio ista circa pragmaticam Imperii hanc sanctionem insciis & absentibus civitatum Deputatis facta, & civitates istæ novam hanc matriculam ex intervallo sibi oblatam non receperunt, nec approbarunt, sed eidem potius contradixerunt, & protestando jus suum sibi salvum sartumque conservarunt, qualis protestatio pro Stylo Imperii non fuit rejecta, sed in Archivo civitatum Imperialium, quod est Spiræ, etiamnum originaliter asservatur, sicuti testatur Goldast. in deductione von Freyheiten / Rechten und Privilegien der Stadt / Burg und Hoffgerichts-Stuel Magdeburg / tit. 8. von des Reichs matriculn. Johan. Dauth. apud Caspar. Klock. *consil 134 n. 55. & seq.* ut ita forma pragmatica non servata, nihil actum intelligatur, per *l. nihil tam naturale. ff. de R. I.*

Quia 2 aliud deletio, aliud verò Statuum nonnullorum, quoad pensum, der Römer Züge / copulatio est. Veteres matriculæ *de annis 1431. 1471. & 1480.* satis apertè evincunt, quod ejusmodi civitates semper antea & tùm pro Statibus sint reputatæ, & peculiares à Principum collectis taxas habuerint; in Recessu verò Norimbergensi *an. 1487.* & Francofurtensi *anno 1489.* Imperator Fridericus III. collectas Principum & civitatum conjunxit quidem, non tamen, ut in substantia priorum matricularum, so viel der Fürsten und Stätte unterschiedene Römerzüg betrifft / aliquid mutaret, sed ut collectarum Imperialium solutionem, tanto expeditiorem faceret & promoveret. Ita etiam videmus, quod 15

quod si plures Principes unius familiæ concurrant, senior sive gentilitiæ Domus possessor, der regierende Herr / und Besitzer des Stamm-Hauses / collectas Imperio etiam reliquorum nomine solvat, & ipsorum portiones ab iisdem exigat, Reichs Abschied zu Regensp. *de anno 1576.* §. bey Berathschlagung. 101. ex quo tamen reliquorum Principum juniorum immedietati & juri Status nihil quicquam præjudicatur. Et præterea ostendit rubrica ejusdem matriculæ, Frey und Reichs-Stätte / quod civitates ibidem designatæ ac aliorum Principum collectis copulatæ, à Cæsarea majestate, Electoribus, Principibus, cæterisque Statibus pro liberis & Imperialibus reputatæ fuerint. Sicuti etiam in matricula *anno 1489.* confecta & à Lehmanno *Chron. Spirens. lib. 7. cap. 120.* relata, diversi Episcopatus quoad taxam Anschläge und Römer-Züge conjuncti sunt. Ita enim sub Rubrica, Bischoffe / Episcopatus Halberstadiensis cum Archiepiscopatu Magdeburgensi copulatus reperitur; Quod etiam factum in matricula de anno 1521, cujusmodi tamen *conjunctio* & unio alterutrius Status jus non evertit, sic-
17 uti & alias quoque juris est notissimi, quod res etiam consolidata & unita, non censeatur eodem jure, quo res cui consolidatur & unitur, sed tanquam alia, & per se judicanda sit, §. *si cui & ibi* Dd. *l. de legat. l. Mævius 66. §. fundo ff. de legat. 2.* Tiraquel. *de utroque retract. §. 19. gloss. 2. n. 2. §. 32. gloss. 1. n. 72. seq.* Molin. *consuet. Paris. tit. 1. §. 30. n. 175* Schrad. *de feud. 2 part. 9 sect. 2. n. 10.*
18 Gœddæ. *3. Marpurg. cons. 33. n. 262.* cum unio non mutet bonorum separatorum naturam per *c 1. §. è contrario. de investit. de re alien.* Modest. Pistor. *cons. 40. n. 145. vol. 1.* Gœddæ. *d. n 262. & cons. 37. n. 788. vol. 4.* maximè, si unio voluntaria, nec ita facta sit, ut res unita per unionem & accessionem quasi consumpta, & per se non amplius existens censeatur, sed de per se sit, & totum quid existat licet accessoriè, ita ut per se stet ac nomen retineat, Fe in *in c. translato. n. 6. vers. sed adde notata. & n. 7. vers. istis adde X. de constitut.* Schrader. *d. sect. 2. n. 10* Gœddæ *d. n. 262. & d. cons 37. n. 789.* Cum igitur hæc diversorum Principum & civitatum collectæ, Römer-Züge und Anschläge / conjunctio sive unio, neque per extinctionem, neque ratione principalis & accessorii, sed principaliter & ita, ut omnes taxæ per se principaliter subsistant, & in hunc tantum finem facta, ut facilior collectarum exactio sit, salva nihilominus
19 cujusque Status distinctio & substantia permanet, nec ulla deletio, in præjudicium vel Imperii, vel civitatis facta præsumitur, cum aliâs quoque unio sui natura sit odiosa, & sic strictè accipienda, & species sit cujusdam servitutis, ac grave præjudicium subditis inferat, Tusch *pract. conclus. lit. V. concl. 229. n. 5.*

Quibus etiam accedit 3. quod non præsumantur Imperatores prætermissionem illam pro deletione habere voluisse, cum ea non tantùm in ipsius Imperii sed etiam ipsarum civitatum maximum præjudicium & damnum vergeret, quod de Imperatoribus nunquam præsumendum erit. Imò si prætermissio illa pro juridica deletione haberi voluisset, ipsa invalida & pro non facta habenda foret, cum civitatibus istis insciis & non auditis, & sic illegitimè facta, & paria sint aliquid non fieri, 20
vel minus legitimè fieri. *l. quoties. ff. qui satisdar. cog. l. de ætate. §. nihil interest ff. de interrogat. act.*

II. Civitatem aliquam immediatè Imperio 21
subjectam, & Statum Imperii esse, probatur, si ad comitia vocata, in iisdem comparuerit, ac sessionem & votum habuerit, per Reichs-Abschied zu Augspurg *de an. 1548.* §. wann auch ein außgezogener. 56. Gail. *1. obs. 21. n. 9. vers. tertio.* Meischner. *tom. 3. dec. 6 n. 27.* Mager. *de advocat. cap. 6. n. 148. seq.* Author. *consil. Fridbergens. part. 1. cap. 1. n. 204. & 223.* Noe. Meurer. *process. Cameral. part. 10. cap.* ein Fürst *eximirt. artic. pen.* Auth. des gründlichen Berichts von der Stadt Bremen Beruffung auff den Reichstag zu Regenspurg. *fol. 9.* Author. *apol. Colmar. membr. 3. fol. 150. lit. a.* Dn. Nicol. Myler. *de Statib. Imper. conclus. 109. num. 10.* Quod probari potest, per literas Imperatoris, si per easdem ad comitia sit citata, & si Recessibus Imperii subscripserit, quæ notoriam probationem faciunt. Author. *apol. Colmariens. fol. 156. lit. X.* cum notorium de quo ex tenore literarum, vel scripturæ authenticæ constat, Mascard. *de probat. conclus. 1106. n. 19. & 21.* Tiraq. *de retract. lignag. §. 2 gloss. 1 n. 20.* Et hoc procedit si literæ sint acceptatæ, etiamsi comparatio non sit facta, per tradita *infra lib. 3. cap. 24. n. 15. & 16.*

III. Idem est, quoad conventus circulares 22
& probatorios, Author. *apol. Colmar. d. fol. 150. lit. a in fin.*

IV. Quando civitas aliqua, immediatè in 23
Camera Imperiali in prima instantia, in causis realibus & personalibus, item mandatorum, pignorationis, arresti, & similium activè & passivè conveniatur, Auctor. *prodrom. Bremens. pag. 8.* Auctor. *apolog. Colmar. cap. 1. membr. 3. fol 151. lit H.* Quia non nisi Status Imperii, & qui Imperio immediatè subjecti sunt, in prima instantia coram Camera Imperiali conveniri possunt, Cammergerichts-Ordnung *part. 2. tit. 1. in princ. & §. 1. ibi*: Es soll auch demnach das Kayserliche Cammergericht in erster Instantz oder Rechtfertigung / auff niemands Klag oder Ansuchen / Ladung erkennen / oder geben / gegen demjenigen / die der Kayserl. Majest. und dem Reich / nicht ohn Mittel unterworffen sind / und doch sonst ihren ordentlichen Richter haben. *& tit. 21. 22 25. & 27.* Besold. *thes. pract. verb.* Freye Reichs-Ritterschafft. *in fin. vers. enim verò. fol. 293.* Facultas Juridic. Ingolstad. *in consil.* Waldeck *contra* Hessen / quod extat apud Caspar. Klock. *de contribut. cons. 10. vers. decimò solutio. fol. 106.* Frider. Alb. Maul. *de Statib. Imper. c. 2. n. 11.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 4. n. 44.* Gail. *1. obs. 1. n. 30.* Et evidentissimum jurisdictionis territorialis, sive superioritatis signum esse, si quis alicujus dicasterio in prima instantia de jure & necessitate subjectus, tradit Knichen. *de jur. territor. cap. 1. n. 178. & 182.* Ex quo etiam civitates Imperiales & Imperio immediatè subjectæ in dicasterio Spirensi conveniendæ. Gail. *1. obs. 1. num. 20.* Petr. Frid. Mindan. *de process. lib. 1. cap. 19. sect. 10. & cap. seq. sect. 1. n. 17.*

V. Idem

V. Idem est, quoad Imperatorem & Aulam Cæsaream, ita ut coram Imperatore & Aula Cæsarea in prima instantia conventi, & comparentes, immediatè Imperio subjecti esse probentur, cum non nisi immediatè Imperio subjecti in prima instantia coram Imperatore & Aula Cæsarea conveniantur, nec Statuum immediatorum, & procerum Imperii subditi ab ordinaria superiorum & Dominorum suorum jurisdictione ad Aulam Cæsaream evocari possint, Cammergerichts-Ordnung zu Wormbs. *de an. 1495. tit.* die Unterthanen in ihren ordentlichen Gerichten bleiben lassen. 24. Cammergerichts-Ordnung. *de an. 1521. tit.* einen jeden bey ordentlichen Gerichten bleiben zu lassen. 29. *ordin. Camer. part. 2. tit. 1. in princ. & §. 1. & tit. 5. §. fin. & tit. 8. §.* wo sich aber zwischen. 14. Capitular. Imper. Ferdinandi II. §. wir sollen und wollen. 13. & Ferdinandi III. *eod. §.* wir sollen und wollen. 17. Paurmeister. *de jurisdict. lib. 2. cap. 4. n. 78.* Rosenthal. *de feud. cap. 5. conclus. 5. n 4.* Buxtorff. ad A. B. *conclus. 83. lit. e.* Bocer. *de jurisdict. cap. 8. n. 80.* Reinking. *de regim. secul. libr. 1. class. 5. cap. 7. n. 16. seq.* Ming. *de super. territ. concl. 24. & 53.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib 2. cap 1. membr 2. n. 120.* Martin. Rumelin. *ad A. B. part. 1. dissert. 5. concl. 13. & part. 2. dissert. 1. concl. 1. & 2. & ibi* Dn. Nicol. Myller. *in addit.*

25 Is enim tantùm immediatus Imperii dicitur, qui nullius alterius, quàm Imperatoris jurisdictioni subjectus est, *arg. c. ex parte. 13. ibi: nullo mediante. X. de privileg. Clem. unic. vers. cæterum. X. de jurejur.* Hieron. Gabriel. *cons. 195. n. 6. vol. 2.* Rosenthal. *de feud. cap. 5. concl. 69. lit. H.* Mager. *de advocat. arm cap. 6. n 99 seq* Mingius. *de superior. territ. conclus. 45. vers. isti nobiles, & conclus. 47. vers. fin verò.*

VI. Probatur immedietas per instrumentum, seu diploma Cæsareum, veluti si Imperator in instrumento quodam fateatur, se hanc vel illam civitatem exemisse ab alterius Status jurisdictione, & Imperio immediatè subjecisse, vel Statum Imperii fecisse, vel eandem talem esse declaret: Quod enim ex tenore privi-

26 legii, sive instrumenti constat, evidenter constare dicitur, *c. auditis. X. de in integr. restit. c. licet causam. vers. evidenter X. de probat l. creditorem. vers. evidenter. ff. de legat. 2.* & probatio, quæ fit per instrumentum dicitur probatio verè realis, Rol. à Valle. *cons. 85. n. 40. lib. 1.* probatio probata, certa, patens, liquida, notoria, indubitata, evidens, evidentissima, manifesta, manifestissima, &c. per jura vulgò notissima. Ex quo etiam per diploma, seu instrumentum Nobilitatis concessionem probari, tradunt Azeved. *ad constitut. Regn. Hispan. lib. 6. tit. 2 n. 213. & 238. seq* Petr. Fritz. *de nobil. concl. 27 lit. c* Nolden. *de stat. nobil. cap 20 n. 7. seq.* Höping. *de jur. insign. cap. 15. n 12.*

VII. Idem est, quoad denominationem, si Imperator civitatem aliquam esse Imperialem, vel Statum Imperii esse asserat, eamque Imperialem dicat, unser und deß heiligen Reichs-Stadt/

27 *confer. n. 89.* Cum summi Principis, sive Imperatoris adsertioni, sive testimonio omninò standum & credendum sit, *Clem. 1. de probat. c. nobilissimus. Dist. 95.* Tusch. *pract. concl. lit. l. concl. 43.* Masard *de probat. concl. 1234. per tot.* & Imperator solo verbo civitatem constituere, eique vitam & Spiritum concedere possit, *supra cap. 6. n. 15.* sicuti è contrario, si Princeps vel alius Status civitatem aliquam suam esse scribat, unser Stadt/ eadem mediata & subjecta esse proba-

tur, cum hæc verba unser Stadt/ propriè superioritatem & dominium denotent, præsertim si iterata, & ab ipsis civib⁹ approbata sint, Gylman. *symph. tom. 1. part. 1. tit. 2. vot 1. n 39.* Wehner. *pract. obs. verb.* unser Stadt. *fol. 647.* Höping. *de jur. insign. cap. 22. n. 147.* ubi tamen hoc non semper procedere monendum est, siquidem non rarò appellatione *meorum* & *suorum*, non solùm ea, quæ nostra sunt, intelliguntur, sed etiam ea, in quibus jus aliquod habemus, Zasius *lib. 1. cons. 14. n. 62.* ubi addit, *meum* dici, in quo administrationem habeo, per Clem. *procuratorem. 4. de procurat. c. si tibi absenti. 17. de præbend. in 6.* & textus de domo sua loquentes non solum de propria, sed etiam de conducta, vel gratuita domo habitationis meæ, intelligendi veniunt, *l. lex Cornelia. 5. §. domum. 2. ff. de injur.* Ita enim de salvatore nostro Christo legimus, quod in suam venerit civitatem, Capernaum, *Matth. 9. vers. 1.* scilicet ratione domicilii vel habitationis, non verò dominii: Et parentes Christi dicuntur rediisse in Gallilæam ad suam civitatem Nazareth. *Lucæ 2. vers. 39.* 28

VIII. Probatur quoque immediata Imperii subjectio per famam & communem opinionem, hæc enim in probando jure territorii & dominii universalis optima perhibetur probatio, Bald. *in l. proprietatis. 4. n. 4. C. de probat:* Knichen. *de jur. territ. cap. 3. n. 84.* Klock. *de contribut. cap. 20. n. 535.* Gylman. *symph. tom. 1. part. 1. tit. 2. vot. 1. n. 22. fol. 71. in fin.* eamq; in antiquis ad demonstrandam jurisdictionis & superioritatis quasi possessionem, non parum conducere, tradunt Wesembec. *cons. 339. n. 218. vol. 7.* Goeden. *cons. 42 n. 20.* Thom. Michael. *de jurisdict. concl. 53. lit. c.* Mager. *de advoc. cap. 18. n. 194.* Atque indè etiam Nobilitatem per famam probari sentiunt Bald. *in l. providendum. C. de postul.* Menoch. *consil. 1261. n. 10.* Mascard. *de probat. concl. 1096 n. 11.* Tiraq. *de nobil. cap. 10. n. 8.* Matth. Stephan. *de nobil. lib. 1. cap. 8. n. 16.* Höping. *de jur. insign. cap. 15. n. 23.* Petr. Fritz *de nobil. concl. 27. lit. l.* 29 30

IX. Per sententiam, veluti si civitas quædam per sententiam Imperialis esse declaretur, quia sententia lata super Statu vel conditione personæ, pro veritate habetur, & jus facit ubique & inter omnes, etiam absentes & non vocatos, per *l. ingenuum. 25. ff. de stat. hom.* Tiraq. *de nobilit. cap. 37. n. 2.* & sententia quæ transiit in rem judicatam, tanti momenti est, ut faciat ex nigro album & ex albo nigrum, Bald. *in c. nostri. X de elect.* Cephal. *cons. 162 n. 8* & facit ex non ente ens, & ex non jure jus gloss. *in l. si non sortem. §. hæredi ff. de condict. in debit.* Ex quo etiam Nobilitatem probari per sententiam, quæ transiit in rem judicatam, tradunt Gutierez. *pract. quæst. lib. 3. quæst 14. n 101.* Petr. Fritz. *de nobil. concl. 27. lit. d.* Nolden *de stat. nobil. cap. 20. n. 95. & cap. 18. n. 74. seq.* 31

X. Probatur quoque jus civitatis, ejusque immediata subjectio per libros Historicos & Chronicos, si in iisdem talis esse asseratur, li- 32

bris enim Chronicis & Historicis credendum esse tradunt, per *Exod. 17. vers. 14. Deuter. 31. vers. 9 Jerem. 36. vers. 2. & 28. Esdr. 4. 1. c. 4. vers. 14. seq. l. 1. ff. de offic. Prætor. l. 1. ff. de offic. quæstor. l. 2. §. eodem tempore ff. de orig. Jur. l. quæstionibus ff. ad L. Jul. Majestat. §. 1. in fin. l. de donat. l. antiqui 3. ff. si pars hæred. petat. l. si pater. 36. ff. de solut. l. Cicero. 39. ff. de pœn. l. 1. ff. de cadaver. punit. l. 1. ff. de reb. credit. c. Valentinianus 3. c. Hadrianus 22 c. Agatho. Dist. 63. cap. 1. in fin. c. Apostolica sedes. 7. de his quæ fiunt à prælat. c. quamvis 3. dist. 21.* Mascard. *de probat. concl. 287. per tot.* Mager. *de advoc. c. 18. n. 193.* latè Caspar. Klok. *de contrib. c. 20 n. 424. seq. & ibi. alleg.* Höping. *de*
33 *jur. insign. c. 15. n. 31. seqq.* iisdemque nobilitatem probari, scribunt Everhard. *jun. cons. 41. n. 8. vol. 1.* Joh. le Cirier. *de primogenit. quæst. 10. n. 8. lib. 1.* Tiber. Decian. *respons. 66. n. 54. vol. 3.* Joh. Garcia. *de nobil. gloss. 18. n. 10.* sicuti etiam jus patronatus, Mascard. *de probat. concl. 237. num. 1. & 2.* Card. Tusch. *pract. concl. lit. L. concl. 346. n. 16.* jus advocatiæ; Mager. *de advoc. c. 18. n. 40. 192. seq.* Jus præcedentiæ, Joh. Aloys. Riccius. *var. resol. 102. n. 3.* Farinac. *in decis. Rot. Roman novis. decis. 718. n. 1. & 2.* jus collectandi, Caspar. Klock. *de contrib. cap. 20. n. 424. seq.* Et chronicorum libros plenam probationem inducere in judicio, tradit post Felin. *in c. ex parte illa. 1. in fin. de rescript.* Nicol. à Janua *de script. priv. lib. 5. quæst. 6. tit. de libr. Chron.*

34 XI. Probatur immediata Imperii subjectio per præscriptionem, veluti si civitas quædam tempore plus quàm immemoriali, neminem alium, quàm solum Imperatorem recognoverit superiorem. Posse enim contra Ducatum, Marchionatum, Principatum vel Comitatum tanto temporis spatio, cujus initii memoria non extat, exemptionem præscribi, & immedietatem adquiri, constat ex *Iudic. cap. 11. vers. 26. c. cum personæ. 7. de privileg. in 6.* arg. Reichs Abschied *de an. 1548.* §. und soll unser Kayserlich. 54. & §. wann auch. 56. Matth. Coler. *in c. cum non liceat. n. 9. X. de privileg. script.* Mager. *de advocat. c. 6. n.*
35 *36. seq.* Habet enim præscriptio immemorialis vim privilegii ex certa causa concessi, *c. super quibusdam 26. § præterea X. de V. S. l. hoc jure 3. §. ductus ff. de aqua quotid.* Molina *de primogen. Hisp. lib. 2. cap. 6 n. 13.* Mynsf. *resp. 43. n. 10 cent. 1.* Tusch. *pract. concl. lit. T. concl. 40. n. 9.* etiam in reservatis Principi. *d. c. super quibusdam § præterea. X. de V. S.* Maul. *de homag. tit. 10. n. 14. & ibi alleg.* habetque vim specialis concessionis à Principe factæ Rol. à Valle. *cons. 66. n. 40. lib. 2.* Pacian. *cons. 20. n. 59 seq. lib. 5.* Cravet. *cons. 10. n. 11.* Gail. *1. obs. 21. n. 15. in fin.* Mynsf. *1. obs. 30* regiique assensus Cephal. *cons. 26. n. 3. libr. 1.* Cothman. *cons. 79 n. 72. vol. 2.* tituli legitimè adquisiti *cap. 1. de præscript. in 6. l. si quis diuturno. ff. si servit. vindic.* Everhard. Jun. *cons. 9. n. 6. & cons. 41. n. 29.* Meischner. *tom. 2. lib. 2. decis. 4. n. 118.* Sixtin. *1. Marpurg. cons. 9. n. 41.* Maul. *de homag. tit. 10. n. 14.*

XII. Probatur immedietas, & civitatem aliquam immediatè Imperio subjectam & Statum esse, si probetur eam olim talem fuisse, nisi contrarium evidentissimè demonstretur, sicuti dictum est supra *cap. 3. n. 58.*

XIII. Quando civitas quædam aliis civitatibus Imperialibus & Imperii Statibus quoad constitutiones Imperii de pace Religiosa & prophana, pignorationibus, arresti, & aliis loquentes, æquiparatur, & sub iisdem comprehenditur, & æquè ac illæ, & alii immediati, jura territorialia obtinet, jurisdictione omnimoda utitur, fœdera licitè contrahit, aliorum protectioni sese committit, aliosque in protectionem recipit, pleraque regalia obtinet, collectas indicit, & immediatè Imperio solvit, diætas & conventus instituit, & si quæ sunt alia, Statibus, aliisque immediatè Imperio subjectis competentia jura exercet, ut suis locis dicetur; De paribus enim pariter judica- 36
tur *l. arboribus. 12. §. de illo ff. de usufruct. l. successori in fin. ff de negot. gest. l. sin autem. 28. §. sed & is qui. ff. de rei vind.* ac parium eadem natura & indoles, *l. si socer in fin. ff. solut. matrim.*

XIV. Immediata Imperii subjectio probatur ex insigniis, veluti si civitas aliqua longissimo tempore, in portis, muris, curiis, prætoriis, aliisque ædificiis & locis publicis, Aquilam & insignia Imperatoris & Imperii suspensa, depicta vel incisa habuerit, nemine ea evertente, tunc enim civitatem illam Imperialem & immediatè Imperio subjectam esse, nominatim docent post Austin. Dion. Gothofr. 37
in not. ad l. regia. 1. C. ut mem. priv. tit. Mager. *de advocat. cap. 18. num. 115.* Höping. *de jur. insign. cap. 6. num. 976.* Quia Aquila Imperialis libertatis & superioritatis, à qua talis libertas flu- 38
xit, indicium, maximè si alia concurrant indicia & adminicula, *arg. l qui liberalitate. 2. l. fin. ff. de oper. publ.* Bart. *de insign. & arm.* Peregrin. *cons. 75. num. 3. vol. 1.* Bruning. *de var. univers. spec. concl. 25. lit. a.* Höping. *d. n. 976.* sunt enim arma & insignia, palo è terra elato, vel 39
intus, vel extra civitatem ædibus publicis, muris, curiæ, vel aliis locis infixa, depicta vel incisa, publica superioritatis, dominii, jurisdictionis & possessionis symbola, *l. qui libertate. l. fin. ff. de oper. publ.* Peregrin. *cons. 75. num 3. lib. 1.* Wesembec. *cons. 21. n. 68.* Chassan. *in catal. glor. mund. part. 1. consid. 38. conclus. 55.* Bon. de Curtil. *de nobilit. part. 3. n. 171.* Hier. à Monte. *tr. fin. regund. cap. 75. n. 5.* Valasc. *de jur. emphyt. quæst. 9. n. 28.* Knichen. *encyclop. c. 14. n. 1. & epops. n. 289.* Thom. Michael. *de jurisd. concl. 53. lit. d.* Gylman. *symph. tom. 1. part. 1. vot. 1. n. 22. seq.* Cothman. *cons. 47. num. 29.* Schönborn. *polit. lib. 5. cap. 30.* Ziegler. *§. Landsassii. concl. 1. n. 167* Reinking. *de regim. sec. lib. 1. class. 5. c. 4. n. 160.* Höping. *de jur. insign. c. 13. n. 103. seq.* nulli enim hoc ipsum permissum est, nisi subjectionis & reverentiæ argumento Natta- *cons. 636. n. 92.* Bart. *de insign. n. 2.* Knichen. *d. cap. 14. n. 3. & in epops. n. 291.* adeò, ut aliorum, vel potentiorum insignia suis præ- 40
diis affigentes, ut alteri terrorem injiciant, jure suo priventur, & in metallum damnentur, & potentior, si consentiat, infametur, sin verò rebus alienis justè vel injustè possessis talia quis imponat, si plebejus, ultimo supplicio afficiatur, si Nobilis, proscribatur, & libertate privetur, *l. unic. C. de his. qui potent. nom. tit. præd.* Decian. *pract. crim. lib. 7. c. 51. n. 22. seq.* Mager. *de advoc. cap. 18. n. 152.* Knichen. *encyclop. cap. 14. n. 4.* Höping. *de jur. insign cap. 13. n. 127.* ubi etiam *n. 130* addit,

addit, quod delentes arma & insignia picta in castro alicujus Domini in signum subjectionis, ut Rebelles puniri possint, Bon. de Curtil. *de nobil. part. 3. n. 171.* Knichen. *encyclop. cap. 14. n. 17. seqq.* Hôping. *d. l. cap. 14. n. 157. add.* Klock. *vol. 1. cons. 16. per tot.*

41 Unde etiam arma & insignia insculpta vel depicta in Ecclesia jus patronatus arguere, tradunt Cravet. *de antiquit. tempor. pract. 1. §. octava datur. n. 12. seq.* Valasc. *de jur. emphyt. quaest. 8. n. 28.* Menoch. *2. praes. 59. n. 2. & 3. praes. 130. n. 31.* Mascard. *de probat. concl. 960 n. 21. seq.* Author. *consil. Fridberg. part. 2. n. 125.* Wehner. *verb.* Helm und Schildt. Thom. Michael. *de jurisd. concl. 53. lit. c.* Mager. *de advoc. c. 18. n. 104. seq. & n. 135. seq.* Hô-

42 ping. *de jur. insign. c. 13. n. 152. seq.* res enim illius esse intelligitur, cujus signo signata est. *l. qui libertate. & ibi* Bart. *ff. de oper. publ. l. momentorum. C. de religios. & sumpt. fun. l. quod si neque §. fin. ff. de peric. & com res vend.* Knichen *encyclop. d. c. 14. n. 7 seq.* Mager. *d. c. 18. n. 113.* Hôping. *de jur. insign. c. 13. num. 208. seq.* & juris est certi, quod in re aliena non liceat imponere arma & insignia *l. 1. & tot. tit. C. ut non lic. sign. impon. l. si basilicam. C. de oper. publ.* Joh. de Anan. *cons. 86.* Unde etiam, si insi-

43 gnia in limitibus inveniantur, eadem terminos & limites probare, tradunt Sixtin. *3. Marpurg. cons. 8. n. 38.* Rulant. *de commiss. part. 2. lib. 6. cap. 3. n. 27.* Hôping. *de jur. insign. cap. 13 n. 108. seq.* Oetinger. *de jur. limit. cap. 17. n. 16. & 17. lit. H. I.* Indeque ex insigniis Elector Moguntinus contra Erphordienses jus superioritatis inter alia deducere & probare voluit, teste Gylman. *symph. tom 1 part. 1. tit. 2. de re convent. vot. 1. n. 115. fol. 95.* cum civitates plerumque Dominorum suorum deferant insignia, ut constet eas velle Principi suo subditas, subjectas & obedientes esse, Hôping. *d. cap. 13. n. 107.* Unde quoque Mediolanenses promisisse Imperatori Friderico I. Aquilam ponere super Campanile Ecclesiae majoris, in signum fidelitatis, refert Goldast. *tom. 3. constit. Imper. fol. 336.*

44 Idem etiam est, quoad sigilla, ita ut si civitas in illis Aquilam Imperialem, vel Imperatoris & Imperii signum gerat, illa pro Imperiali & Imperio immediatè subdita habeatur, Gylman. *symphor. tom. 1. part. 1. tit 2. n. 13. fol. 72.* ubi arguit, civitatem Erphordiensem Archiepiscopo Moguntino subjectam esse, ex eo, quod illa Archiepiscopi illius insignia in sigillo ferat, Hôping. *de jur. insign. cap. 18 n. 114.* Bruning. *de var. univers. spec. concl. 5. lit. a.*

45 Sicuti etiam signum denarii, sive monetae dominium & superioritatem designat ejus, cujus est signum, *arg. Matth. 22. vers. 19. seq.* Hieron. Caevall. *commun. opin. quaest. 745. n. 4. & 5.* Mager. *de advocat. cap. 18. n. 113.* Bruning. *d. concl. 25. lit. a.*

46 Idem quoque nonnulli de Rulandinis statuis sentire videntur. Fuit enim Rulandus Caroli Magni ex sorore Bertha nepos, Britannici limitis praefectus, in bello Gasconio ad Roncevallim *anno 778.* occisus, heros magnanimus, cujus lacertis Imperatoris foelicitas & gloria maximè constitit, sicuti testatur Cuspinian. *in vit. Caroli. M. fol. 117.* Sabellic. *lib. 4. c. 6.* Matth. Dresser. *in Chron. Saxon. Germ. fol. 404.* Cujus statuam cum exerto gladio, Imperator Carolus Magn. in ejus honorem & memoriam passim in civitatibus erigi curavit, quae etiamnum passim visuntur, eamque statuam insignium privilegiorum tesseram esse, refert Crantz. *in Saxon. lib. 10. c. 2.* Georg. Fabric. *origin. Saxon. lib 7. pag. 785.* Spangenb. *in Chron. Mansfeld. c. 7. fol. 72.* Et hujusmodi statuam Rulandinam, indicium esse civitati illi, in qua reperitur, omnia sua privilegia & jura ab Imperatore concessa, adhuc sarta tectaque permansisse, refert Dresser. *in Chron. Saxon. German. d. fol. 404.* Dauth. apud Caspar Klock. *consil. 134. n. 76. & seq.* Unde Hamburgenses cum civitati suae omne jus Status, & immediatae dependentiae Carolina quadam sententia ademptum, & se Ducibus Holsatiae, ut subditos simpliciter adjudicatos, opinarentur, statuam suam Rulandinam ultro dejecisse, refert Crantz. *in Saxon. lib. 10. c. 2.* Dilich. *in Chron. Bremens. fol. 40.* sicuti etiam Marchiones Misnenses civitate Quedlinburgensi occupata, statuam Rulandinam, tanquam libertatis indicem, everterunt, Crantz. *libr. 12. Saxon. cap. 16.* Fabrit. *orig. Saxon. lib. 7. fol. 783.*

Non tamen immediatam civitatum à S. 47
Romano Imperio dependentiam, in praejudicium aliorum Dominorum ex Rulandinis colossis concludenter argui, tradit Casp. Klock. *de contribut. c. 5. n. 94. seq. & tom. 1. consil. 15. n. 79. seq.* Joh Gryphiander. *in comment. de VVeichbildis Saxon. sive colossis Rulandinis.* Cum multae reperiantur civitates, quae ejusmodi statua ornatae sunt, quae tamen aliis Principibus pareant, & ignobiles quoque pagi in Marchia Brandenburgensi & alibi colossos Rulandinos praeferre, quos tamen immediatè ab Imperio dependere nemo dixerit. Et è contra multae civitates reperiuntur, quae imperio immediatè subsunt, & tamen statuas hujusmodi non praeferunt, sicuti exemplis demonstrat Klock. *d. c. 5. n. 94. seq. & d. cons. 15. n. 83. seq.*

XV. Probatur quis esse Status & Imperio 48
immediatè subjectus, si feuda, & Regalia ab Imperatore, vel Imperio obtineat & recognoscat, per Reichs Abschied zu Augspurg. *de anno 1548. §.* wann auch ein ausgezogener *56. in verb.* auch keine Lehen vom Reich hätte Gail. *1. observ 21. n. 9.* Noë Meurer. *in process. part. 20. cap.* ein Fürst. *eximirt. art. 5.* Author. *consil. Fridberg. part. 1. cap. 1. n. 202.* Frid. Albert. Maul. *de Statib. Imper. cap. 2. num. 5.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 2. cap 1. n. 41.* Author. *prodrom. de civit. Bremens. vot. & sess. in Comit. fol. 8* Mager. *de advocat. cap. 6. n. 147.* Author. *apolog. Colmar. cap. 1. membr. 3. lit. D fol. 151.* Dn. Nicol. Myler. *diss. de Statib. Imper. concl. 109. n. 11.* Idem est, quoad aliorum privilegiorum concessionem, de qua vide *lib. 2. cap. 4. num. 38. & cap. 5. n. 218.*

XVI. Probatur immediata subjectio, si civitas in civitate, territorio, ditione & districtu suo omnimodam jurisdictionem & jus superioritatis, sive jura territorialia obtineat, die Landes-Obrigkeit und Herrligkeit/ Quia territoria- 49
lis superioritas non cadit in mediatos, sive

Landsaſſios, ſed illos tantùm, qui Imperio immediatè ſubjecti ſunt, per Reichs-Abſchied zu Augſpurg *de anno 1548*. §. wiewol auch in der Ringerungs-Handlung. *66. ibi*: und alſo mit der Zeit ihnen noch weiter Abbruch und Schmählerung an ihrer Lands-Fürſtlichen Obrigkeit gebähren / in Anſehung / daß ſolche neue Graffen und Herren nicht immediatè Glieder und Stände deß Heil. Reichs geweſen / oder darinn begütert / ſondern ſolcher Lands-Fürſten Unterthan und Land-Leut wären. Et paulò poſt: welche kürtzlich ihre Dignitäten erlanget / und dem Reich immediatè nicht / ſondern andern ihren Lands-Fürſten unterworffen / auch nicht Güter ohne Mittel von oder unter dem Reich hätten. Gœddæ. *reſponſ. de reſtit. Baron. Vallendar. n. 207. ſeq.* Knich. *de jur. territ. c. 1. n. 337. ſeq.* Reinking. *de regim. ſecul. lib 1. claſſ. 5. c. 2. n. 7.* Ming. *de ſuper. territ. concl. 30. & 49.* Brautlacht. *epit. jur. publ. lib. 3. c. 5. n. 8.* Thom. Mich. *de juriſd. concl. 44.* Vultej. *de feud. lib. 1. c. 5. n. 7.* Wehner. *pract. obſ. verb.* Lands-Fürſtlich. Gail. *2. obſ 57. n. 7.* Matth. Stephan. *de juriſd. lib. 2. part. 1. c. 7. n. 12* Quia in illum, qui Imperio mediatè ſubjectus eſt, non poteſt cadere nec effectus, nec cauſa juris ſublimis poteſtatis territorialis, quæ eſt, quod quisque Princeps, Comes, Baro, Nobilis, civitas immediata in ſuo territorio jura Principis exercet, & in ſuo territorio poteſt ea quæ poteſt Imperator in toto, Gœddæ. *d. reſponſ. n. 208.* Reinking. *d. n. 37.* Ming. *d. concl. 30.* & qui alium in ſuo loco & diſtrictu ſuperiorem recognoſcit, is poſt Imperatorem ſuperior dici, & ſuperioritatis territorialis jus habere non poteſt, ſed erit Domini territorialis Landſaſſius,
50 Ming. *d. concl. 49.* Imò etiamſi Imperator ejusmodi mediato ſuperioritatem territorialem concedere vellet, non tamen poſſet, Reichs-Abſchied *de anno 1548.* §. wiewol auch *66. ibi.* auch nicht anders / dann mit ausdrücklichem Vorbehalt der Fürſten Gerechtigkeit / zu denen Dignitäten zugelaſſen ſind / Ming. *de ſuper. territ. concl. 20. & 30.* Reinking. *d. c. 2. n. 38.* Cum officium Imperatoris ſit, omnes omnium jurisdictiones tueri, non turbare, & unumquemque Imperii Statum, in ea conditione, in qua fuit à ſuo principio & origine, conſervare. Capitulatio Imperatorum Ferdinandi II. & III. §. und in alle wege / *3. ibi.* Herren und Ständ / bey ihren Hoheiten / Würden / Rechten und Gerechtigkeiten / Macht und Gewalt / jeden nach ſeinem Stand und Weſen bleiben laſſen. Vietor. *de exempt. concl. 14.* Vultej. *Marpurg. conſ. 35. n. 205. vol. 3.*

51 XVII. Immediata Imperii ſubjectio probatur, ſi civitas coram aliorum Statuum ac ordinum tribunalibus non comparuerit, cum mediati, ſubditi & Landſaſſii in judicio & tribunali mediato & immediato Dominorum territorialium, tam in perſonalibus, quàm realibus activè & paſſivè comparere teneantur, müſſen Recht geben und nehmen. *arg. c. licet. in fin. X. de elect.* Wehner. *pract. obſ. verb.* Landſäſſerey *fol. 478* Reinking. *de regim. ſec. l. 1. claſſ. 5. c. 4. n. 73.* Knich. *de jur. territ. c. 3. n. 280.* Ritter. *de homag. concl. 186.* Et
52 hujusmodi comparitionem in judiciis alicujus Domini ſymbolum & teſſeram ſubjectionis & ſuperioritatis territorialis irrefragabilem & immotam eſſe, ait Gylm. *ſymph. tom. 1. part. 1. vot. 1. n. 23.* Meiſchner. *tom. 2. lib. 2. deciſ. ult. n. 127.* Knich. *in epopſ. n. 244.* Menoch. *retin. poſſeſſ. remed. 3. n. 585.* Reinking. *de regim. ſecul. l. 1. claſſ. 5. c. 4. n. 74.* adeò ut Principes & alii territoriorum Domini ſubditos ſuos alterius jurisdictioni, ſeu judicio ſeſe ſubjicientes, retrahere, eorumque cauſas ad ſe avocare poſſint, Gail. *1. obſ. 40. n. 3.* Vultej. *ad l. 1. n. 168. C. de juriſd.* Thom. Mich. *de juriſd. concl. 148. lit. d. & e.* Ziegler. §. *Landſaſſii. concl. 1. n. 230. ſeq.* Obſervandum tamen eſt, quod nec comparitio coram tribunali ſemper ſubjectionem & ſuperioritatem probet, ſed tum demùm, ſi ab evocato cum effectu fiat, & non alia intentione, quàm animo ſe ſubjiciendi edictis, Maſcard. *de prob. concl. 1405. n. 8.* ſicuti nec ſola citatio adſerti Domini, ejusque mandatum jurisdictionem probat, niſi obedientia ef- 53
fectivè ſecuta, Afflict. *dec. 265. n. 9.* Maſc. *de probat. concl 948. n. 4.* Gylman. *ſymphor. tom. 2. part. 1. vot. 5. n. 14.* Ziegler. §. *Landſaſſii. concl. 1. n. 141.* Vietor. *de exempt. concl. 37. in princ.* ſed ſola obedientia præſtita poſſeſſionem ſubjectionis & jurisdictionis inducit, Afflict. *d. dec. 265. n. 10.* Maſc. *d. n. 4.* Reink. *d. c. 4. n. 71.* Bocer. *de juriſd. c. 10. n. 10.* Ming. *de ſuper. territ. concl. 70. in fin.* Quando etiam cum proteſtatione de non conſentiendo vel per prorogationem, vel per metum, vel per compromiſſum amicabile, vel etiam per errorem quis compareat, per talem comparitionem jurisdictio non probatur, Ritter *de homag. concl. 187.* ſiquidem forum ſortiri & ſubditum eſſe, diverſa ſunt, & 54
non æquiparantur, Gail. *de pignor. c. 15. n. 6.* Heig. *part. 1. quæſt. 18. n. 5.* Ziegler. §. *Landſaſſii. concl. 1. n. 72.* Matth. Steph. *de juriſd. l. 2. part. 1. c. 4. n. 63.* Unde, ut per comparitionem ſuperioritatis & ſubjectionis poſſeſſio adquiratur, quatuor neceſſaria eſſe, 1. ut evocatus ſæpius & continuè comparuerit, 2. & præſtiterit, quæ reliqui ſubditi, 3. in album ſubditorum legitimè relatus ſit, & 4. omnia, quæ concluſa juſſaque fuerint, ſine ulla exceptione temporis aut perſonæ ſuæ obedienter præſtiterit, tradunt Knichen. *de jur. territ. c. 3. n. 269. & ſeq.* Ritter *de homag. concl. 187. in fin.*

XVIII. Idem eſt, ſi civitas, vel alius aliorum 55
Statuum mandatis & inhibitionibus non paruerit, cum ſubditi tantùm & Landſaſſii iisdem parere teneantur, atque ideò, quemadmodum is, qui mandatis alicujus paret, ſubditus ejus eſſe præſumitur, Innocent. *in c. cum olim. X. de reſtit. ſpoliat.* Pacian. *de probat. l. 2. c. 35. n. 16. & 21.* Maſcard. *de prob. concl. 1346. n. 1.* Thom. Mich. *de juriſd. concl. 52. lit. c.* Vietor. *de exempt. concl. 36. in princ.* Ita ſi iisdem non fuit paritum & obedientia denegata, immedietas probatur, & ſubjectio negatur, cum contrariorum contraria ſit diſpoſitio, contraria ratio, & contrarius effectus, *l. qui accuſare. ff. de accuſat. l. fin. ff. de calumniat.* Bald. *in l. Imperator. ff. de ſtat. hom.* Nicol. Everh. *in loc. leg. à contrariis. 19. n. 7.* & quod operatur propoſitum in propoſito, id operatur oppoſitum, in oppoſito, *l. fin. in fin. ff. de legat. 3.* §. *plus autem & ibi.* Angel. & Jaſon. *l. de action.* Everh. *d. l. n. 8.* Mandata enim, edicta, citationes, &c. quibus nulla præſtita obedientia, ſed potius contradictum jurisdictionem minimè, ſed contrarium potius firmiter probant, Afflict. *dec. 265. n. 10. & 11.* Maſc. *de prob. concl. 948. n. 4.*

XIX. Quem-

XIX. Quemadmodum etiam subditi & Landsassii Statutis, legibus & constitutionibus provincialibus, den Lands-Ordnungen und Landrechten/parere tenentur, & ex tali paritione subjectio probatur, Pacian. *de probat. lib. 2. c. 35.* Raudens. *respons. 2. n. 241.* & hæc extra territorium alios non ligant, *l. fin. ff. de jurisd.* Rol. à Valle. *de lucr. dot. quæst. 15. n. 5* Ita enim, si quis iisdem non paruerit, certum id indicium & symbolum est, quod Statuenti jurisdictioni non sit subjectus, quia aliàs nolens volens eadem observare coactus fuisset. Solet tamen aliquando accidere, ut quis alienas sanctiones & jura sponte imitetur & observet quod absq; præjudicio fieri posse, consuluit Alex. *cons. 150. n. 3. lib. 2.*

57 XX. Immediata Imperii subjectio probatur, si civitas liberum habet regimen, omnimodáq; jurisdictionem, merum, mixtumq; Imperium, & potestaté jurisdicundi & statuendi per tradita Gylman. *symph. tom. 1. tit. 2. de reconvent. n. 92. fol. 88* Avent. *Bojar. histor. lib. 3. fol. 281.* Lehman. *Chron. Spirens. lib. 4. cap. 3. fol. 281.* Bocer *de jurisd. cap. 8. n. 81.* Besold. *de jurisd. quæst. 8.* Author. *apol. Colmar. cap. 1. membr. 3. lit. E. fol. 151.* Author. *consil. Fridberg. part. 1. c. in fin.* atque ita si quis in caussis criminalibus & civilibus cognoverit, sententiam dixerit, condemnaverit vel absolverit, & sententiam executioni demandaverit, pro immediatè Imperio subjecto habendus erit, cum ex hoc & maximè per jurisdictionis criminalis, seu meri Imperii exercitationem loci, in quo exercetur, jurisdictionem & superioritatem territorialem omninò probari, apud omnes in confesso sit, per *auth. item nulla communitas. C. de Episcop. & cleric.* Menoch. *3. præs. 97. n. 27. seq.* Peregr. *de jur. fisc. lib. 1. in princ. n. 10.* Vultei. *de feud. c. 5. n. 7. vers. atq; hæc sunt regalia.* Zas. *de feud. part. 5. n. 11. verb. & cætera regalia.* Casp. Klock. *in consil. 3. ejus tract. de contribut. annexo, fol. 48. vers.* beschließlich und *pro sexto.*

58 XXI. Quando civitas aliqua leges & statuta promulgat & præscribit, ex eo quoq; immediata subjectio probatur, cũ statuta & leges condere & præscribere, ad jus superioritatis pertineat illudque probet, *infra lib. 2. cap. 10. n. 2.*

59 XXII. Quando civitas aliqua pro justitiæ administratione proclamationes, mandata & edicta publica proponit & affigit, pœnas in transgressores cõstituit, & comissa ab iis exigit, his enim naturalis & actualis quasi possessio jurisdictionis & superioritatis probatur. *inf. lib. 2. c. 5. n. 137.*

60 XXIII. Quorsum etiam pertinent inhibitiones autocraticæ, quæ itidem superioritatis symbolum esse dicuntur, *infra d. lib. 2. c. 5. n 139.*

61 XXIV. Probatur porrò imediata subjectio, per appellationem, devolutionem & receptionem, ita, ut si à sententiis alicujus civitatis immediatè ad Cameram Imperialem fuerit appellatum, civitas illa immediatè Imperio subjecta esse probetur, de quo vide *infra lib. 2. cap. 5. n. 180.*

62 XXV. Pro immediata civitate habetur quoque illa, quæ liberam Religionis vel Catholicæ, vel Augustanæ confessionis, vel introducendæ, vel mutandæ potestatem habet, cum apud omnes in confesso sit, quod Religionis alterutrius introducendæ libertas subditis sive mediatis & Landsassiis adempta sit, & non nisi Statibus, & Imperio immediatè subjectis, competat, ac jus mutandæ Religionis, aliiq; actus ad jus Episcopale pertinentes, sequela sint superioritatis & juris territorialis, & cujus est regio, ejusdem quoq; sit Religio, prout pluribus demonstratur *infra lib. 2. c. 3. n. 52. & seq.* Unde quoque concludit Besold. *part. 5. cons. 238. n. 28.* quod Nobiles in & circa Comitatum Hohenbergensem commorantes, Comitibus istis, sive domui Austriacæ non sint subjecti, cũ plurimi ex illis liberum Augustanæ confessionis exercitium publicè introduxerint, & adhucdùm liberè exerceant, quod infallibile signum exemptionis & immediatæ subjectionis, & à Serenissimis Austriæ Archiducibus nunquam permissum fuisset, si ipsis in eosdem superioritas territorialis competeret.

XXVI. Qod si quoq; civitas quædam cum aliis Statibus, vel etiam exteris Rebuspublicis & magnatib⁹ fœdus contraxerit, ex eo ejusdẽ imediata Imperii subjectio & libertas ab aliorum superioritate territoriali demonstratur & 63 probatur, quia fœdera pangere tantùm possunt magnates, populi liberi & Respublicæ liberæ, & alii Status Imperio Romano immediatè subjecti, non verò mediati, Landsassii & alii subditi. *l. 3. C. de summa Trinit. l. 1. & 2. C de sedit. l. denunciamus. C. de his, qui ad Eccles. l. fin. & tot. tit. ff. de colleg. illic. l. conventicula. 15. (. de Episc. & cler. § conventicula. lib. 2. feud. tit. 53.* Myns. *6. obs. 2.* Marta. *de jurisd. part 2. c. 23. n. 8* Kyllinger. *de Ganerb. disc. 15. n. 16. seq.* Warem. *ab* Ehrenberg *de fœderib. lib. 2. c. 1. n. 43.* Mager. *de advoc. c 6. n. 425. seq.* Remig. Fesch. *de fœderib. concl. 10. lit. A* & ita confœderationes cum aliis factas libertatis signa esse, scribit Casp. Klock. *de contrib. c. 5. n. 64.* confer plura *infr. lib 2. c. 23.*

XXVII. Æqualis ratio & jus est protectionis, 64 ita ut symbolum & signum immediatæ quoq; subjectionis sit, si quis se in alterius protectionem dederit, siquidem Landsassii, & subditi mediati, inscio & fine consensu magistratus & Dominorum suorum ordinariorum, protectorem sibi alium quærere, aliique Status eosdem in protectionem recipere non possunt, sicuti probatur *infra lib. 2. cap. 24. n. 40.*

XXVIII. Homagii exactio & præstatio immediatam subjectionem probat, veluti si civitas 65 vel alius quispiam, nemini alii, quàm Imperatori homagiũ præstet, ex eo ipsum Imperatori & Imperio imediatè subjectum esse apertè demonstratur cũ homagii exactio & receptio ad superioritaté territorialem pertineat, & superioritatis insigne & tessera, ejusq; præstatio subjectionis agnitio sit eamq; probet, *dicetur infra lib. 2. c. 9. n 9* Quemadmodum enim homagium, sive juramentũ subjectionis, testimonium omni receptione majus, & probatio probata esse dicitur medietatis sive Landsassiatus, si id Principi alicui præstetur, Besold *thes pract. verb.* Freye Reichs-Ritterschafft. *vers. est. & testimonium. fol. 292* & qui homagium præstat, propria confessione, & quidem jurata, se subditum mediatum

diatū constituit. Knichen. *de jur. territ. c. 3. n. 267.* & inter civiles actus superioritatem edocentes, primas obtinet partes juramentum assecurationis die Erb- und Huldigungs-Pflicht/ Knichen. *de jur. territ. c. 3. n. 278. seq.* Ita etiam qui Imperatori homagium præstat, fatetur se Imperatori immediatè subjectum esse, cum mediati & Landsassii Imperatori hoc non præstent, de quo vide *plura infra lib. 2. cap. 9. per tot.*

66 XXIX. Ex eo quoque, quod civitas, vel alius quis collectas & contributiones Imperatori & Imperio immediatè solverit, immediata Imperii subjectio probatur. Ita enim inter alios probandæ subjectionis Imperialis immediatæ hic ponitur modus: si docere possit, eum, qui se Imperii subjectum immediatum negat, atq; ita libertatem allegat, post hominum memoriam collectas Imperio ut cæteros Status, contribuisse, in Reichs-Abschied zu Augspurg *de anno 1548.* wann auch ein Außgezogener *ibi*: Daß er je in Menschen Gedächtnüß in deß Reichs gemeinen / und nicht privilegirten Hülffen contribuirt, oder einen Anschlag gerichtet und bezahlet habe. Gail. *1. obs. 21. n. 9. vers. quod indictiones* Mager. *de advoc. cap. 6. n. 150.* Author. *consil. Fridberg. part. 1. c. 1. n. 10. seq. & n. 225.* Knichen. *encyclop. c. 10. n. 28. & de jur. territ. cap. 3. n. 209. & seq.* Schurf. *cons. 59. n. 26. cent 1.* Mod. Pistor. *cons. 9. n. 190. vol. 1.* Wesembec. *cons. 27. n. 20. & 27. & seq.* Georg. Gumpeltzheim. apud Arumæ. *tom. 2. discurs. 9. de civitatib. concl 176. seq.* Author. *apol. Colmar. c. 1. membr. 3. lit. F. fol. 151.* Casp. Klock. *de controv. c. 20. n. 162.* Dn. Nicol. Myler. *in dissert. inaugur. de Statib. Imper. concl. 109. n. 11.* confer *infra lib. 2. cap. 17. n. 9 & seq.*

67 XXX. Idem est, quoad vestigalium exactionem & receptionem: Si quis enim de vectigalibus ab Imperatore vel Imperio fuerit investitus, ipsum pro immediatè Imperio subjecto haberi, tradunt Author. *consil. Fridberg. part. 1. tit. 1. n. 203.* Henr. Klock. *de vectigal. concl. 20. lit. a.* Jus enim vectigalium exigendorum, non tantum inter Regalia refertur, *infra lib. 2. c. 18. n. 11. & seq.*

68 sed etiam juri & superioritati territoriali adscribitur, Menoch. *cons. 900. n. 52.* Tiraquel. *de retract. part. 1. gloss. 7. n. 36.* Schrader. *de feud. part. 3. c. 4. n 38.* Card. Tusch. *pract. concl. lit. P. conclus. 263. n. 2.* Ming. *de super. territ. concl. 67. in fin.* Caspar. Klock. *consil. 3. tract. de contrib. annex. fol. 48.* Ita ut jus vectigalium pro reali habeatur jure, quod territorio cohæreat. *l. 1. §. 1. l. Imper. ff. de publ. & vectigal. l. 3. C. nov. vectigal. impon.* Bald. *cons. 289. n. 1. vol. 4* Menoch. *d. cons. 901. n. 51. & 52.* & jus vectigalium esse jurisdictionem territorio cohærentem, post Schrader. *de feud. part. 3. c. 4. n. 38. seqq.* scribit Rosenthal. *de feud. cap. 5. conclus. 33. in fin.* signumque esse servitutis & jurisdictionis respondit Menoch. *d. cons. 90. num 50.* Bonifac. *de furt. §. fraudulosa. num. 24.* ac citra jus, soli & jurisdictionis imponi non posse, consuluit Cravet. *cons. 881. num. 2. vers. quarto.* cum non nisi à summo Principe, jus in provincia & dominio, ubi exiguntur, habente, imponi possint, *l. vectigalia. l. non solent. C. nov. vectigal. impon.* Menoch. *d. cons. 901. n. 60.* Unde etiam meri Imperii esse, respondit Cravet. *cons. 673. num. 16.* & in vim territorialis superioritatis competere, Idem Cravet. *cons. 814. num. 4.* & ejus jurisdictionem, imperium, atque dominium ipsius Provinciæ esse, in cujus finibus exiguntur, consuluit Bursat. *cons. 235. num. 21. seq.* Menoch. *cons. 1000. num. 7.* Cephal. *cons. 441. num. 18.* ac fines probari ex solutione gabellæ, per eos, 69
qui eo transeunt, tenent Corne. *cons. 147.* Hieron. *de Monte tract. fin. regund. cap. 52. num. 9.* Ex quo etiam Imperatorem non posse alicui concedere jus vectigalia in alieno territorio exigendi, concludit Henr. Klock. *de jur. vectigal. conclus. 19.* Et ex more Andium vetusto, non licere Regi terris Baronum nova vectigalia, sine consensu eorundem imponere, scribit Choppin. *de jurisdict. And. lib. 1 cap. 49. n. 2* Quod si tamen aliquando contingat, ut alius quis, in alieno territorio jus vectigalium obtineat, vel speciali concessione, vel præscriptione quo casu, si alius sit in possessione universalis jurisdictionis, ab una hæc regalium, vel superioritatis territorialis specie, ad universale jus territoriale, vel alia regalia concludere non licet, cum nihil prohibeat, quin certa aliqua regalia alicujus sint, apud quem tamen universalis territorii jurisdictio non sit, Cravet. *cons. 673. num. 15. vers. tertio respondetur.* Bruckman. *de regalib. cap. 5. num. 8.* & præscriptis certis quibusdam regalibus jus superioritatis, seu suprema jurisdictio præscripta esse neutiquam intelligatur, Borcholt. *de regalib. num. 20.* Caspar. Klock. *tom. 1. consil. 29. n. 353. seq.* cum jus vectigalis dividuum sit à jurisdictione, sicut chorda à Palæstra, ut ait Petra *de fideicommiss. quæst. 13. num. 486.*

XXXI. Porrò probatur immediata Imperii 70
subjectio per jus belli & armorum, cum hoc quoq; juribus superioritatis territorialis annumeretur Gylman. *symphor. tom. 1. part 1. tit. 2. vot. 1. n. 60. vers. nec refert. fol. 78.* Besold *de jurisdict. quæst. 18. fol. 53. in fin. seq.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 1. c. 7. num. 470.* Ziegler *§. Landsassii conclus. 1. num. 164.* Ming. *de super. territ. conclus. 76.* & jurium sive actuum bellicorum usurpationem & exercitium, superioritatis indicinam esse, tradunt Knichen. *encyclop. c. 11. in fin. & de jur. territ. cap. 3. num. 373.* Gylman. *symphor. tom. 4. part. 1. vot. 30. num. 371.* Meichsner. *tom. 2. libr. 2. decis. 3. n. 7. fol. 144.* Pruckman. *cons. 27. n. 32. lib. 1.* Rut. Rulant. *de commiss. part. 4. lib. 2. c. 2. & 3.* Wehner. *pract. observ. verb.* Folge. *in princ. fol. 146.* Ziegler. *§. Landsassii. conclus. 1. n. 164.* de quo vide *infra lib. 2. cap. 22.*

XXXII. Si quoque civitas quædam vel alius 71
Dominus à concivibus & subditis alio commigrantibus gabellam, sive jus detractionis, den Abzug / exegerit & receperit, pro territorii Domino & immediate Imperio subjecto habetur, cum hoc tantùm à territorii Dominis exigi possit. Reichs-Abschied zu Augspurg *de anno 1555.* §. wo aber unsere 24. & Reichs-Abschied zu Regenspurg/ *de anno 1594.* §. Und so viel die Ungleiche. 82. de qua vide *infra lib. 2. cap. 20.*

XXXIII. Probabitur itidem superioritas ter- 72
ritorialis & immediata Imperii subjectio, ex jure venandi, veluti si quis in districtu & territo-

territorio suo jus venandi exercuerit, quia & hoc jus ad superioritatem territorialem & Dominos territorii pertinet, per tradita *infra lib. 2. cap. 7. num. 4.*

73 XXXIV. Immediata quoque Imperii subjectio probatur per aggratiationem & pœnæ capitalis remissionem, durch die Begnadigung der maleficanten/ cum & hæc ad superioritatem territorialem jurisdictionem & regalia pertineat, sicuti hoc probavimus *infra lib. 2. cap. 27. num. 2. & seq.*

74 XXXV. Idem est, quod jus conducendi, das Geleiten auff freyer Land-Strassen/ siquidem & hoc territoriorum Domini, tanquam partem jurisdictionis territorialis jure ordinario sibi vindicant, de quo vide *infra lib. 2. cap. 26. num. 4. & per tot.*

75 XXXVI. Idem obtinet in concessione salvi conductus judicialis, sive permissione securitatis delinquentibus, die Geleitliche Gerechtigkeit von und zum Rechten / zu Außführung berühmter Unschuld / utpotè quod etiam ad jus superioritatis territorialis pertinet, ejusque quasi possessionem evincit, *infra lib. 2. c. 4. n. 86. & seq.*

76 XXXVII Par quoque ratio est in jure recipiendi & defendendi Judæos, das Juden Geleit/ cum & hoc inter regalia & superioritatis jura referatur, de quo *infra lib. 2. c. 30. n. 3. & 4.*

77 XXXVIII. Evidens quoque signum & symbolum immedietatis, & jurisdictionis alii non competentis est, si civitas quædam, vel alius quidam Dominus in territorio & solo suo, diverso ab aliorum Principum, & Statuum vicinorum, pondere & mensura utatur; eodemque immediatam Imperii dependentiam probari, indè constat, quod hoc jus & cura, Maaß / Gewicht und Ehlen zu ertheilen / und gebührliche Ordnung darüber zu geben / superioritati territoriali adscribatur, Knichen. *de jur. territ. cap. 4. n. 287.* Besold. *thes. pract. verb.* Gewicht. *& de jurisdict. quæst. 18. vers. sic quoq; Princeps. fol 55* Mingius *de super. territ. conclus. 72.* Johan. Ernest. Zorn apud Arumæ. *de jur. publ. tom. 2. disc. 7. de jurisd. concl. 13 num. 8.* & inter regalia referatur à Petra *de potest. Princip. c. 22 n. 15.* Besold. *de jur. majest. sect. 3. cap. 8. n. 9.* licet alii id referant ad merum Imperium, Carol. Tapia *ad l. fin. part. 1. cap. 2. n. 50* Gylman. *symph. tom. 1 part. 2. tit. 6. vot. 3. n. 29. vers. ad reum fol. 49.* Bidembach. *nobil. quæst. 7. n. 3. vers. ad merum.* alii ad mixtū Imperium, Thom. Michael. *de jurisdict. conclus. 103. lit. c.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 1. cap. 12. num. 21.* Besold. *thes. pract. verb.* Gewicht. Tradel. *de jurisd.* apud Besold. *part. 1. consil. 3. c. 2. num. 7. vers. item* die Herrligkeit. alii ad simplicem jurisdictionem, Chassan. *in consuet. Burg. rubr. 1. verb & droits d'icelle. n. 97. vers. item jus mensurandi.* Et neminem constituere posse normam & gnomonem, nisi suprema jurisdictione sit munitus, tradit Knichen *d. cap 4. num. 294.* Besold. & Zorn. *d. ll.* Klock. *de Ærar. l. 2. aph. 36. n. 3. per tot. & v. 1. consil. 11. n. 46.* Indeque Domini territoriales subditos cogere possunt, ut omnes pondere &

78 mensura uniformi utantur, daß sie einerley Maaß und Gewicht gebrauchen/ Besold. *d. quæst. 18. vers. sic quoq; Princeps.* Georg. Andr. Majer. *dissert. de jurisd. sect. membr. 4. posit. 7. lit. d.* Zorn. *d. n. 8.* ac inferiores formam & pondus ex archetypo Principis desumere tenentur *arg. l. modios 9. C. de susceptor. archi.* Knichen *de cap. 4. num. 295.* Unde concluditur, si alicujus Nobilis vel civitatis subditi propria & diversa ab aliorum Dominorum vicinorum pondera & mensuras habent, vel ipsos prohibeant alienis uti, omnimodæ jurisdictionis & immediatæ subjectionis id infallibile signum & tesseram esse, tradit Author. *document. rediviv. monaster. VVürtemberg. fol. 88.*

Unde qui in alterius Principis territorio oppidum, pagum, &c. possidet, promptamq; habere probationem cupit, se de territorio non esse, singularibus Statutis non solùm circa successiones, aliasq; consimiles causas, sed, etiam pōderibus & mensuris à vicini Principis diversis uti debere, monet Dn. Lindenspür. *in comment. ad jus provinc. VVürtemberg.* rubr. von gemeinem Landmeß. *num. 3. fol. 260.* Indeque Belgæ noluerunt admittere commune & æquale pondus & mensuras, ein gemeine Maß und Gewicht/ne septendecim confœderatæ provinciæ, quarum quælibet singularia obtinet privilegia, unitæ censeantur, & in unius Regni formam, singularum provinciarum formis suppressis, redigantur, prout refert Meteran. *lib 2. histor. Belgic. fol. 56. col. 1 in princ.* Sicque licet Christophorus Dux Würtembergicus magna prudentia fuerit usus, quo in provinciis unius æquale pondus & mensuras induceret, civitates tamen Imperiales & Nobiles immediati vicini, id in civitatibus, ditionibus & districtib⁹ suis admittere recusarunt, ne non solùm subditæ videantur, sed &, ut eorum fora victualibus eo magis abundent, Besold. *de jur. majestat. sect. 3. cap. 8 num. 9.* 79 80 81

XXXIX. Non absimilis nota & symbolum immedietatis, & jurisdictionis aliis non competentis est, si Princeps Nobiles, vel civitatem aliquam in literarum inscriptionibus, dilectū suum, unsern lieben Besondern/ salutet, siquidem hoc titulo Principes & alii Magnates illos tantùm honorant, qui neutro jure, nec subjectione, nec Vasallagio devincti, sive qui nec subditi sive Landsassii nec Vasalli sunt, Gail. *de arrest. cap. 7. n. 13.* qui verò subditi & Landsassii sunt, liebe getreue/ gehorsame/ appellantur, nam subditi & Landsassii Dominis suis jurare tenentur, fidelitatem, obedientiam & subjectionem, unterthänig/ gehorsam/ getreu / hold und gewertig zu seyn/ Item, was ein getreuer Landsaß und Unterthan seinem Rechten natürlichen / angebohrnen Erb- und Land-Herrn zu thun schuldig ist. Besold. *thes. pract. verb.* Huldigung. *vers. hoc juramentum.* Gail. *de arrest cap. 7. num. 10. seq* Rosenthal. *de feud. cap. 6. conclus. 85. num. 7* ex quibus verbis subjectionem probari, tradit Gail. *d. cap 7. num. 10. seq.* Author. *cons. Fridberg. part. 1. cap. 5. num. 64* Et hoc de vocabulo, Gehorsamb / quod vera subjectionis sit nota, *c. quæ contra mores 2. vers. si enim Regi. Dist. 8.* Vultei. *3 Marpurg. cons. 35. n. 40.* Cothman. *vol. 3. resp. 47. n. 31.* & tantummodò a subditis scribatur, & dicatur, non etiam ab aliis, ne quidem à Vasallis, nisi etiam simul 82 83

domi-

domicilii jure subditi, sed tantummodò se appellitant, getreue/ item, mit getreuen Fleiß/ testatur Gail. *d. cap. 7. num. 11. seq.* Gœddæ. *resp. de restit. Baron. Vallendar. n. 479.* Besold *thes. pract. verb.* Gehorsamb/ Höpping. *de jur. insign. cap. 22. num. 141.* & hoc vocabulum, Gehorsamb/ ad fundandam & probandam superioritatem, sæpius allegari solet, veluti in causa Bäyern contra Ortenburg/ item, Erfurth contra Maintz/ ac inde etiam contra civitatem Brunsuicensem, quasi judicialem confessionem eruere conatus fuit Knichen, *encyclop. c. 2. per tot.* Dn. Speidel. *jurisdict. histor. verb.* Gewärtig. ubi addit, vocabulum Gehorsamb/ propriè ad eos pertinere, qui homagio Domino alicui obstricti sunt, quibusque in omnibus præcipi & mandari possit, cum non solùm homagium, die Erbhuldigung/ ad subjectionem & obedientiam, zum Gehorsamb / getreu und hold zu seyn/ adstringat Gail. *d. c. 7. n. 10.* & vocabulum hoc Gehorsamb / multiplicis esse significationis, & pro subjecta materia accipiendū,
84. docet, Author. *actor. Lindav. fol. 840. seq.* Vocabulum autem, Gewertig / obedientiam, sicuti etiam vocabulum Getreu/ fidelitatem, & non semper subjectionem denotat, cum etiam Vasalli jurent, getreu/ gewertig und hold zu seyn/ *cap. 1. qualit. vasal. jur. cap. 1. de nov. form. fidel.* ipsique liebe getreue vocentur, qui tamen subditi non sunt, Gail. *de pignorat. cap. 15. num. 3. & de arrest. cap. 7. num. 13.* Mager. *de advocat. cap. 10. num. 478.* Ziegler. §. *Landsassii. conclus. 1. n. 292.* Höping. *de jur. insign. cap. 22. n. 130. seq.* atque ideò etiam in vasallorum juramentis subjectionis verbum, Gehorsamb/ omittitur, Gail. *de arrest. c. 7. n. 11. seq.* Gœdde *d. resp. de restit. vallend. n. 507.* Ex quo etiam communi stylo receptum videmus, quod Principes Vasallos & subditos suos eodem hoc titulo compellent: dilecto & fideli nostro, unserm lieben getreuen/ Bruning. *de var. universit. spec. concl. 35.* quia ambo fidelitatis juramentum præstant, licet diversò respectu, hi tanquam subditi, illi verò tanquam clientes & vasalli: & hanc appellationem, liebe getreue/ propriè vasallos concernere, testatur Cothmā. *resp. 91. num. 33. & resp. 57. n. 45. vol. 1.* Gail. *d. cap. 7. n. 13.* Solent quoque protectores clientes suos nominare fideles, liebe getreue / & clientes se offerre, unterthänige getreue/ Bocer. *de jurisdict. c. 8. num. 97.* Remig. *Fesch. de fœderib. conclus. 23. lit. e.* cujusmodi tamen appellatio jurisdictionem non arguit, sicuti demonstrat Mager. *de advocat. cap. 10. num. 478.* nec protectio ullam subjectionem vel jurisdictionem importat, de quo *infra lib. 2. cap. 24. n. 64. & seq.*

85. Sic quoque vocabulum, unterthänig / non semper subjectionem denotat; videmus enim etiam non subditos, & civitates Imperiales, & Nobiles liberos, Electoribus, Principibus, Comitibus & Baronibus in literis suis scribere, unterthänigst/ unterthänig/ Item, meinem/ sive unserm gnädigsten/ gnädigen Herrn/ idque ex more & usu recepto, & magis honoris & curialitatis, quàm
86. subjectionis causa fieri solet, atq; ita verba ista magis adulatoria, quam obligatoria censentur Parlador. *rer. quotid. cap. 3. num. 45.* Ziegler. §. *Landsassii. conclus. 1. n. 200.* serviunt de vento, Boër. *decis. 13. num. 37.* & ad favorem loquentis sunt interpretanda, Marpurg. *cons. 23. n. 3. vol. 2.* Ziegler. *d. num. 200.* atque ita per se, & nisi alia urgentiora concurrant, subjectionem nō probant, Warem. ab Ehrenberg. *de fœder. lib. 1. cap. 4. num. 15.* Gœddæ. *de restit. Bar. Vallend. num. 477.* Vultei. *de feud. lib. 1. cap. 4. num. 14.* Besold. *thes. pract. verb.* Gnädige Herren. *fol. 356.* Ziegler. *d. §. Landsassii. conclus. 1. num. 202.* Sicuti etiam voca- 87.
bulum, Gehorsamb/ in civili significatione erga privatum quoque usurpari testatur, Besold. *thes. pract. verb.* Gehorsamb. Et hæc verba, getreu/ hold und gehorsam zu seyn/ pro subjecta materia aliquando impropriè accipienda esse, ne extra materiam trahantur vel extendantur, tradunt *arg. l. insulam. ff. de præscript. verb. l. si una. in princ. ff. locat. l. stipulatus. in princ. ff. de usur.* Author. *consil. Fridberg. part. 1. cap. 5. num. 65. seq.* Joh. Bruning. *de homag. conclus. 396.* Besold. *thes. pract. verb.* Gehorsamb. Author *actor. Lindaviens. fol. 275. ad fin. & fol. 841.*

Hinc licet nonnulli putent, quod multum sibi præjudicent Comites, Barones, Nobiles, & civitates Imperiales, & alii, qui in Epistolis & precibus alicui Principi oblatis profitentur, ipsum esse Dominum suum clementissimum vel clementem, meinem gnädigsten/ gnädigen Fürsten und Herrn/ quia hoc ipso fateri videantur, se ejus esse subditos, eamque professionem tantæ esse efficaciæ, ut revocari nequeat, *l. precum. C. de liber. caus.* Riminald. *cons. 233. num. 31.* nec à tali confessione liceat recedere, *l. generaliter. C. de non num. pec. c. per tuas X. de probat.* Verùm cum hujusmodi compellatio magis ex more & usu longævo fiat, non statim nisi aliis concurrentibus circumstantiis & probationibus evidentioribus, quæ rem explicent, subjectionem introducit, cum id, quod more & longævo usu certam habet interpretationem, non mutari, sed ita intelligi debeat, prout usu & more receptum & probatum est, *l. si de interpretation. ff. de* 88.
legib. Gæddæ. *in respons. de restit. Baron. Vallendar. n. 478.* Höping. *de jur. insign. c. 22. n. 130. seq.* Secus 89.
autem erit, si quis Principem vel alium, Dominum suum territorialem, seinen Lands-Fürsten/ sive Lands-Herrn/ nominet, hoc enim subjectionem importat, Besold. *thes. pract. verb.* Gnädige Herrn/ *in fin.* Vel Princeps scribat: Unser Stad / quæ verba propriè superioritatem & dominium denotant, præsertim si iterata, & ab ipsis subjectis approbata sint, Gylman. *symphor. tom. 1. part. 1. tit. 2. vot. 1. num. 39.* Wehner. *pract. observ. verb.* unser Stadt. *fol. 647.* Höping *d. cap. 22. num. 147.* confer *supra num. 27. & seq.*

Multò minus ex eo, quod quis Principem aliquem, Dominum suum, seinen Herrn/ appellitaverit, subjectio probabitur, siquidem Domini vocabulum diversimodè usurpari solet, quandoq; pro magistratu, sive superiore, respectu subditorum, unde dominandi & Imperandi actus, dominatus & dominatio dicitur, in *l. 2. § & cum placuisset. ff. de orig. jur.* Deinde dicitur Domin⁹ respectu servi, *l. si qui. ff. de condict. indeb.* & experientia in dies testatur, præsertim in Epistolis, dominos vocari eos, qui tamen nullam in hos potestatem & dominium habent,

Vultei.

Vultei. 3. *Marpurg. conſ. 30. num. 15.* Mager. *de advocat. cap. 10. num. 461. ſeq.* & qui territorii, ſive univerſitatis Domini non ſunt, ſed certo tantum reſpectu, Cœpoll. *de ſerv. urb. præd. n. 4.* Capyc. *deciſ. 35. num. 31.* Chaſſan. *in conſuet. Burg. in procem. verb. ſeigneur. rubr. 13. §. 5. verſ. an ſeigneur.* Author. *conſil. Fridberg. part. 1. c. 4. n. 12.* Ziegler. §. *Landſaſſii. concluſ. 1. num. 70.*
91. Ita etiam obvios & ignotos Dominorum nomine compellare ſolemus, Senec *in epiſt. 3.* quomodo, inquiens, obvios, ſi nomen non ſuccurrit, Dominos, ſalutamus. Sicuti etiam per Ironiam, vel irâ perciti liberos ad pœnam vocantes, Herrlein / Juncferlein / Jungfräulein appellitamus. Cui non abſimile illud Martialis lib. 5. epigram.

Cum voco te Dominum, noli tibi Cinna placere,
Sæpè etiam ſervum ſic reſaluto meum.

92. Et blandientium quoque vox eſt, Ovid. *3. amor. cap. 6.*

Et mihi blanditias dixit, dominumq; vocavit.

Circa immedietatis probationem graves nonnullæ quæſtiones occurrere ſolent, quas paucis enucleare operæ pretium videtur; Veluti an ex generali territorii poſſeſſione valida deſumi poſſit præſumptio, quod omnes perſonæ, omnes loci, civitates, pagi, villæ, omniaque bona in eo comprehenſa, de eodem ſint territorio, & territorii iſtius Domino ſubjecta? Quod inde affirmandum videtur, quod territoriorũ Domini univerſales, vigore juris & ſuperioritatis territorialis, in omnia bona, omnes ſubditos ac Landſaſſios, omnesq; perſonas in territorio commorantes ſive incluſas, univerſalem jurisdictionem habeant, ita, ut quicquid ſub ambitu alicujus territorii continetur, id regulari juris præſumptione, ejuſ-
93. dem Domini ac magiſtratus jurisdictioni ſub eſſe, eique parere intelligatur, *c. omnes baſilicæ. 10. cauſ. 16. quæſt. 7. c. cum perſonæ verſ. ordinariorum intentio. de privileg in 6. c. cum dilectus X. de religioſ. domib. l. 1. §. initio 4. verſ. quicquid intra urbem. ff. de offic. præf. urb. l. incola. 29. ſeq. ff. ad municipal. l. pupillus. 239. §. territorium. 8. ff. d. V. S. fines. ff. de act. empt. l. fin. verſ. qui certæ adminiſtrationi. C. ubi & apud quem cognit. in integr. l. ſi fines C. de evict. l. nulli. 28. § quod ſi viro. 4. C. de epiſc. & cler* Bart. *in l. 1. num. 15. ff. de jurisdict.* Weſembec. *conſ. 42. n. 3.* Menoch. *3 præſ. 100.* Knichen. *encyclop. cap. 1. n. 5. ſeq. & de jur. territ. cap. 3. num. 95.* Boër *deciſ. 227* Mynſing. *conſ. 16. num. 35.* Mager. *de advoc. cap. 6. n. 540. & cap. 9. n. 657.* Meichſner. *tom. 3 deciſ. 23. num. 20.* Reinking. *de regim. ſecul. lib. 1. claſſ. 5. cap. 1. num. 24. & ſeq.* Maſcard. *de probat. concluſ. 217. num. 1. & per tot.* Caſpar Klock. *de contribut. c. 20. n. 296. ſeq. & 1. conſ. 9. n. 5.* Vietor. *de exempt.*
94. *concl. 27.* Idque quoad omnes cauſarum ſpecies, in iſto territorio exortas, civiles & criminales, reales & perſonales, judicii tàm poſſeſſorii quàm petitorii, *d. l. 1. §. initio. ff. de offic. præf. urb.* Menoch. *2. præſ. 16. num. 35.* Paurmeiſter. *de jurisdict. lib. 2. cap. 9. num. 21. ſeq.* Valaſc. *de jur. emphyt. quæſt. 8. num. 21. ſeq.* Ziegler §. *Landſaſſii concluſ. 1. num. 22.* Reinking. *d. cap. 1. num. 27* tàm in primo, quam ultimo appellationis gradu, Thom. Michael. *de jurisdict. concl. 59. lit. e.* Molin. *conſuet. Pariſ. tit. 1. de fiefs. §. 3. gloſſ. 3. verb. la bouche. & les mains. n. 10. ſeq.* Idque non ſolùm in manifeſtè & directò ſubjectis provinciis univerſaliter, ſed ſingulis quoque finibus earum contentis, iisque adjacentibus, & acceſſoriis locis & pertinentiis, quoad omnem jurisdictionis ſpeciem fundatam habet intentionem *arg. d. l. 1. § 4. ff. de offic. præf. urb. c. fin. & ibi gloſſ. in verb. ſit ſitum. X. de offic. archidiac.* Maſcard. *de probat. concl. 217. n. 1. ſeq.* Klock. *de contribut. cap. 20. n. 301. ſeq.* Qui enim fundat ſe in toto, ſive univerſali, in qualibet etiam ejus parte, ſive rebus ſingularibus, ſe fundet neceſſe eſt, *arg. l. quæ de tota. 76. ff. de rei vind.* Covarruv. *var. reſol. quæſt. 5. n. 9.* Weſembec. *conſ. 62. n. 3.* Menoch. *3. præſ. 100. n. 1.* Mynſ. *conſ. 16. num. 35.* Gail. *2. obſ. 62. num. 9. & de pignorat. cap. 8. n. 6. ſeq.* Maſcard. *de probat. concluſ. 217. num. 2.* Knichen. *de jur. territ. c. 5. n. 130. ſeq.* idque etiam quoad perſonas & prædia ſingularia, tertii, quæ in territorio & caſtro exiſtunt, *c. cum Epiſcopus. de offic. ord. in 6.* Köppen. *deciſ. 48. num. 8.* Reinking. *de regim. ſecul. lib. 1. claſſ. 5. cap. 3. num. 26.* Ming. *de ſuper. territ. concl. 52.* etiam quoad perſonas & bona Eccleſiaſtica, de quo *infra lib. 2. c. 5. num. 70. ſeq.* Idem etiam obtinet in locis adjacentibus, vicinis & finitimis. Henric. Gœden. *conſ. 42. num. 16.* Maſcard. *de probat. d. concl. 217. num. 9. ſeq. & concluſ. 948. num. 26.* Hier. de Monte. *tract. fin. regund. c. 30. num. 9. & 10.* Reinking. *d. cap. 1. n. 31.* locus enim vicinus ejusdem cenſetur eſſe juris, quo reliqua jura vicina, Zaſius *conſ. 16. num. 26. lib. 2.* Meichſner. *tom. 2. lib. 1. deciſ. 10. num. 1.* & vicinitas præbet aptitudinem & argumentum Dominii, & adjacentia ejusdem juris habentur cujus ſunt ea, quibus adjacere videntur, *l. jam hoc jure. ff. de vulg. & pupill. l. eum, qui ædes. l. quam C. de impub. & al. ſubſt. c. tranſlato X. de conſtitut. c. majores. §. cæterum. X. de baptiſm.* Unde etiam caſtrum in finibus poſitum præſumitur eſſe vicini, Hieron. de Monte *d. c. 3. n. 9. & cap. 63. n. 2. ſeq.* Thom. Mich. *d. concluſ. 59. lit. c.* & jus ſuperioritatis ad eum pertinere intelligitur, cujus territorium limites attingunt, *l. ſi. fines. C. de evict. l. fundi. in princ. l. fines. ff. de act. empt. c. 2. de reſtit. ſpoliat. in 6.* Menoch. *3. præſ. 29.* Maſcard. *de probat. d. concluſ. 217. num. 9.* Gail. *2. obſ. 62. num. 9. & de pignorat. cap. 8. num. 7.* Ziegler. *d. § Landſaſſii. concl. 1. num. 26.* ſicuti etiam loca contentioſa intelliguntur eſſe de eo territorio, cui magis ſunt propinqua, Maſcard. *d. concluſ. 217. num. 10.* Knichen. *d. cap. 3. num. 105.* Unde diſtrictum civitatis, Landwehr und Bezürck / civitatis eſſe non ſolùm jure Dominii, ſed & jurisdictionis, reſpondit Schurff. *cent. 1. conſ. 26. n. 3.* Klock. *de contribut. cap. 20. num. 302. ſeq.*

95.

96.

97.

98.

99.

Atque hæc adeò procedunt, ut ſiquis contra hanc juris præſumptionem, in univerſali alicujus territorio, ſuperioritatis jura ſibi arrogare conetur, circa perſonas & res in eo ſitas, liquidò id ipſum probare teneatur, *c. contra morem. diſtinct. 10. c. ex ore. 17. X. de privil. c. cum perſonæ. eod. in 6.* Matth. Steph. *de jurisd. lib. 2. part. 1. cap. 7. num 76. ſeq.* Mynſing. *conſ. 16. num. 34.* Vietor. *d. concluſ. 27.* Knichen. *de jur. territ. cap. 5. n. 156. & in Epopſ. num. 195.* Meichſner. *tom. 2. lib. 1. deciſ. 9. num. 6.* Quicquid enim intra fines deſignatur, velut ſepimẽto incluſum dicitur illi territorio 100

& fini-

& finibus, *d. l. fines ff. de act. empt. d. l. si fines C. de evict.* Natta. *conf. 204. num. 1. seq.* Knichen. *de jur. terr. cap 3. num. 97.* Köppen. *quæst. 48. num. 9.* diciturque terminus terminatus, & de illo termino, sicuti terminus terminans quicquid extra terminos extenditur, perhibetur, Bald. *in d. l. si fines, n. 1. C. de evict.* Ming. *de super. territ. conclus. 52.* Knichen. *d. cap. 3. num. 98.* indeque secundum limites territorii æstimantur limites jurisdictionis, *l. fin. vers. qui certa. & ibi.* Bald. *C. ubi & apud quem cognit. in integr. rest.* Knichen. *d. l. num. 99.* quia quod ita terminatur, & Principatui, seu territorio includitur, jurisdictioni quoque suppositum existit, Cravet. *conf. 615. num. 13 seq.* Knichen. *d. cap. 3. num. 98.*

102 Sed his, & similibus non attentis, præsumptionem illam non esse universalem, & in inferioribus Principibus non semper locum invenire, sed in summo tantùm Principe, sive Imperatore, procedere, propter generalem in omnes sibi competentem jurisdictionem, tradunt Cravet. *conf. 615. num. 13.* Gabriel. *1. com. opin. tit. 1. de probat. conclus. 9.* Caspar. Klock. *de contrib. cap. 20. num. 321.* Vietor. *de exempt. concl. 27.* Anton. Faber. *in Cod. libr. 3. tit. 12. defin. 17.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part 1. cap. 7.*
103 *num. 70.* Mager. *de advoc. cap. 18. num. 28.* In inferiorũ verò Principum districtibus & territoriis facilè fallit, cum in ejus toparchia & ditione locus exemptus esse possit, Natta. *conf. 636. num. 30.* Vant. *de nullitat. ex defect. jurisdictio. ord. num. 108.* Petra *de potest. Princ. cap. 22. num. 51.* Mynf. *conf. 16. n. 45.* Meichsner. *tom. 2. lib. 1. decis. 6. num. 99. & lib. 2. decis. 4. num. 167.* Matth. Stephan *d. l. num. 69.* Thom. Michael. *de jurisdict. conclus. 60. lit. b.* Klock. *tom. 1. consil. 9. num. 68. seq.* & potest castrum cum territorio suo etiam in alterius provincia & territorio situm, ad alium dominum pertinere, & per se facere territorium à provincia ista separatum, Abbas *in c. nimis. num. 1. X. de jurejur.* Meichsner. *tom. 2. lib. 1. decis. 8. num. 43.* Ming. *de super territ. conclus. 16.* & quod unus Dominus possit habere jurisdictionem in parte alterius Domini, tradit Bald. *in l. uno de legatorum. col. pen. ff. de offic. deleg.* Jason. *conf. 146. num. 4.* Et quemadmodum non est inconveniens, ut unus sit Dominus in universo, alter verò in particularibus quibusdam rebus sub universitate ista comprehensis
104 *l. 1. §. fin. vers sed enim gregem. ff. de rei vind.* sic juris rationi non repugnat, ut idem circa jurisdictionem contingat, cum argumentum à dominio ad jurisdictionem, & è contra regulariter procedat, Bart. *in l. 1. & fin. ff. de juris. dict. l. qui furere & ibi* Bart *ff. de stat. hom.* Meichsn. *tom. 2. lib. 11 decis. 6. num 99.* sicuti etiam jus terrendi apud unum, mœnia autem castri apud alium consistere possunt, ut ait Bald. *in c. 1. quid sit investit. & in cap. 1. §. è contrario. ad fin. de invest. de re alien.* Zasius. *conf. 16. num. 48. lib. 2.* & locus mœnibus & pomerio inclusus liber esse potest, Cothman. *conf. 21. num. 103. vol. 1.* Atque ita ex consuetudine hodierna castra dici habere distincta territoria, etiam quoad jurisdictionem
105 tradit Paris. *conf. 16. num. 23. vers. nam hodie* Bart. *in l. piam. ff. de damn. infect.* Mascard. *de probat. conclus. 217. num. 3.* Sicque singulas civitates sua regimina obtinentes, suosque magistratus sibi constituentes, instar provinciæ obtinere scribit gloss. *in l. unic. C. de præscript. long. temp.* Bruning. *de var. univers. spec. conclus. 36.* & provinciæ appellatione unamquamque civitatem comprehendi, quæ merum mixtumque Imperium & territorium suum habet, tradit Schrader. *conf. 106 inter consil.* Borcholt. *part. 2.*

Et hoc infinitis ferè exemplis demonstrari 106
poterit, tàm extra, quàm intra Imperium Romanum: Sic enim in medio Francico Regno, non tantùm absoluti Principatus, quos souverainitez vocant, veluti Dombarum Mompenserii, Paradin. *lib. 2. annal. Sabaud. cap. 9.* Sedanensis, Bullionæi Chappin. *de doman. Franc. lib. 1. tit. 11. num. 19.* Auriacus Nassovii Thuan. *histor. libr. 31.* Archensis, Niversii & aliorum: sed etiam, quod singulare magis, in provincia Normandiæ Pricipatus d'Yvetot à nexu Regis Franciæ exemptus, & in peculiare Regnum ab Agapeto Pontifice erectus fuit, anno 536. de quo Choppin. *de doman. lib. 2. tit. 9. num 2. & de legib. Andium. 1. cap. 48. num. 6. add.* Limnæ. *Not. Franc. lib. 1. c. 4. f. 103. sq. lit. ccc. sqq* sic quod castrum sit in territorio Januensium, non tamen de territorio Januensium, sicut loca exempta sunt in diœcesi, non tamen de diœcesi, respondit Anchor. *conf. 437. n. 3.*

In Imperio nostro Romano quot Comita- 107
tus, quot Baronatus, quot Prælaturæ, quot Monasteria, quot Civitates, quot Nobiles, undique in Principum ac aliorum Magnatum territoriis, & oris reperiuntur, & velut palis circum sepiuntur, qui tamen sine ulla contradictione à Principum ejusmodi superioritate & jurisdictione territoriali planè sunt immunes, & Imperio immediatè subjecti, prout hoc, præter rei notorietatem, evidentiam & experientiam, testantur, per *c. dilectus. X. de Capell. monarch.* Mynsing. *conf. 16 num 15.* Thom Michael. *de jurisdict. conclus. 60.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 1. cap 7. num 66.* Paurmeister. *de jurisdict. lib. 2. cap. 9. num. 71. seq.* Ziegler. *§. Landsassii. concl. 1. num. 28. & 34.* Vietor. *de exempt. conclus. 27.* Mager. *de advocat. cap. 18. num. 32.* Reinking. *de regim. secul. lib. 1. class. 5. cap. 1. num. 65.* Sic 108
quoque Ratisbonæ eodem murorum ambitu quinque Imperii Status liberos & immediatè Imperio subjectos videmus, *infra lib. 4. cap. 43. num. 9.* Ita ordo Teutonicus sive Johannita- 109
rum, diversa, & omnia fere sua bona, in diversis regionibus & territoriis sita, possidet, quæ tamen omnia diversa, separata & distincta territoria constituunt, in iisq; omnibus & singulis, ubivis locorum sitis Magister ordinis omnimodam jurisdictionem & superioritatem territorialem obtinet, sicuti præter ipsam notorietatem, constat ex traditis Referentis apud Meichsner *tom. 2. lib. 1. decis. 6 num. 50. seq. & per tot.* Klock. *de contribut. cap. 20. n. 325. seq.* nisi aliud conventione, usu & consuetudine increbuerit. Imo in ipso Ducatu Bavariæ, ubi 110
aliàs Landsassiatus viget, & nemo bona possidere potest, nisi cum onere subjectionis, omnis generis Status Imperii, veluti Hag/ Ehrenfels/ Regen-

Regenſpurg / & civitatem Freiſingen / ſuas vide-
mus habere ſedes, qui tamen Ducis jurisdi-
ctionem non agnoſcunt, ſicuti tradit Refe-
rens apud Meiſchner. *tom. 3. deciſ. 6. num. 64.* ubi
addit, quod etiam in plerisque ſuperioris Ger-
maniæ Principatibus & Ducatibus invenian-
tur alii Status, qui nihilominus immediatè
Imperio ſubjecti.
Hinc quoque Baronem de Krenckingen
ne quidem Imperatori Friderico I oppidum e-
jus Tüngen Conſtantienſis diœceſeos trans-
eunti adſurrexiſſe, ſed immotum ſediſſe, & ca-
pellum ſive pileum moviſſe, & cum ipſe Impe-
rator quæreret, quisnam ille eſſet, qui majeſta-
ti ſuæ debitam venerationem non exhiberet,
reſponſum ferret, quod idem Baro poſſeſſioni-
bus, corpore, rebus tam liber, ut nec ab Impe-
ratore, nec ab alio quovis uſum, ſeu benefici-
um rei feudatariæ perciperet, Imperatorem
igitur, ut clericus pro Domino ſuo agnoſce-
111 ret, indè Imperatorem ejus animum hilariter
adſpexiſſe, & monetam in oppido ſuo cuden-
di, ſervatis ſervandis, cum Cæſaris effigie, ut &
hæredibus ſuis in feudum, ſeu beneficium ab
Imperio liberaliter concesſiſſe, refert ex Fœ-
lic. Malleol. Cruſ. annal. *Suev. part. 2. lib 11.
cap. 18.* Knichen. *de veſtit. pact. part. 2. cap. 5. n. 150.
vid. ſup. c. 2 n. 46. ſeqq.*
Quorſum etiam facit, quod de perſonis
quibusdam privatis ac ruſticis hominibus li-
112 beris, nullique Domino ſubjectis refert Ma-
ger. *de advoc. cap. 6. n. 27. ſeq* ubi ait, horum plu-
rimos in Franconiæ partibus, præſertim Mar-
chionatu Brandeburgico ac Principatu El-
wacenſi, & paſſim aliis locis reperiri, adeo ab
omni vicinorum Dominorum jugo ac pote-
ſtate exemptos ac liberos, ut ſe, una cum ſuis
prædiis, bonis ac tota familia in cujuscunque
Principis, ac Domini vicinioris fidem & pro-
tectionem pro libitu conferre poſſint, ea con-
ditione, ut exiguum duntaxat, cum gallina
carnis priviali, honorarium ad inditium ſu-
ſceptæ protectionis annuatim Advocato ſuo
perſolvant, numeratis etiam plerumque ſub
initium initi patrocinii arrhæ loco, prout et-
iam renunciata atque finita clientela; aliquot
florenis, cæteroquin ab omnibus aliis tribu-
tis, penſionibus, ſervitiis, laudemiis, juribus
capitalibus, ac ſimilibus oneribus, quibus a-
lioquin illic locorum ſubditi obſtringuntur,
prorſus immunes, exceptis tamē contributio-
nibus & collectis Imperialibus, quorum ne-
mo expers eſſe ſolet.
113 Hinc vulgata Doctorum eſt concluſio,
quod paria ſint, eſſe extra territorium, & eſſe
in territorio, ſed exemptum eſſe, *l. cum Epiſco-
pus. de offic. ord. in 6.* Natta. *conſ. 301. n. 2.* Surd.
deciſ. 129. n. 17. Schrader *de feud 2 part. 9. ſect. 3. n.
157.* Weſemb. *conſ. 33. n. 40. & conſ 37. n. 10* Matth.
Stephan. *de jurisdict. lib 1. cap 33 n. 15.* Knichen.
de jur. territ. cap. 4. n. 58. Meichſner. *tom. 2. lib. 1.
deciſ 6. n. 9. & deciſ 8. n. 42.* Ziegler. §. *Landſasſii.
concl. 1. n. 31.* Vietor. *de exempt. concl. 27.* Mager. *de
advoc. cap. 6. n. 687. & cap. 18. n. 29.* Reinking. *de re-
gim. ſecul. lib. 1. claſſ. 5. cap. 1. n. 61. vel n 73* Klock. *v. 1.
conſ. 1. n. 1 ſeqq. n. 48. ſeq. conſ. 8. n. 144. ſeq. conſ. n. 4. ſeq.
n. 66. ſeq. conſ. 10. n. 1 3 58. ſeq. conſ. 11. n. 84. conſ. 29. n. 43.
ſeqq & n. 255. usq. n. 269.* Bidembach. *nobil quæſt.
1. n. 17.* ubi ait, quod licet pagus, caſtrum vel bo-
na alicujus immediati Nobilis, atque ita lo-
cus exemptus, ratione ſitus ſit *IN* diſtrictu ali-
cujus Principis, tamen quoad ſuperioritatem
& jurisdictionem rectè dicatur extra diſtri-
ctum eſſe. Et ſicut apud Philoſophos particu-
læ *IN*, & *INTRA*, modò paritatem, modò acci-
dens denotant, ita etiam hoc receptum eſt a-
pud Jureconſultos, juxta Bart. *in l. quibus diebus
40. §. thermus. 5. ff. de condit. & demonſtrat.* Alber.
de Roſat. *in dictionar. verb. IN.* Menoch. *arbit.
jud. caſ. 495.* Unde diverſa & ſeparata ſunt, eſſe 114
IN diœceſi, & *DE* diœceſi, eſſe *IN* territorio, &
DE territorio, *c. ſi propter. X. de reſcript.* Rol. à
Valle. *conſ. 33. n. 35. vol. 3.* Cravet. *conſ 673. n 11.* An-
chor. *conſ. 437. n. 3.* Natta. *conſ 301. n. 2.* Surd. *deciſ.
129. n. 17.* Ziegler. §. *Landſasſii. concl. 1. n. 293* Mager.
de advoc. cap. 18. num. 31. Vietor. *de exempt. concl 27.*
Ming. *de ſuper. territ. concl. 16.* Bidembach. *nobil.
quæſt. 1 n 16. ſeq.* ubi ait, licet pagus, caſtrum vel
prædia alicujus immediati Nobilis ſita ſint
IN provincia vel territorio alicujus Principis,
non tamen propterea ſunt *DE* territorio, vel
provincia ipſius. Non enim ſemper & neceſſa-
rio ſequitur; ſum in hujus vel illius Domini
territorio, ergò ſum etiam ſub ipſius jurisdi-
ctione & Imperio. Illa enim argumentatio,
ſicuti bey den Landſäſſen veriſſima eſt, ita è contra
apud immediatè Nobiles rectè judicatur fal-
ſiſſima, nam & in ipſo Principis territorio pot-
eſt locus exemptus eſſe. Et dictiones *IN* & *DE*
differre, docet Barboſ. *de diction. uſu frequent.
lit. I. n. 22. ſeqq.* Atque indè maximam differenti- 115
am eſſe ſecundum vernaculam noſtram lin-
guam Germanicam, In eines Fürſten Land und
Obrigkeit / und unter eines Fürſten Land und Obrig-
keit ſitzen / tradunt Vietor. *de exempt. concluſ. 27.*
Ziegler. §. *Landſasſii. concl. 1. n. 33.* Reinking. *de re-
gim. ſec. lib. 1. claſſ. 5. cap. 1. n 68. vel. 80.* Bidembach.
nobil. quæſt. 1. n. 26. Dn. Joh Jacob. Speidel *notab.
jurid. hiſt. polit. verb.* inner und unter *fol. 528.*
Quibus non adverſatur præſumptio illa ge- 116
neralis pro territorii Domini generali juris-
dictione & ſuperioritate in omnes perſonas &
res, quia in dubio tantùm procedit, non verò,
quando de alio ſuperioritatis & jurisdictionis
particularis poſſeſſore conſtat, vel alius in
poſſeſſione, vel quaſi jurisdictionis, vel actus
terrendi, jurisdictionisve exercendæ exiſtit,
prout tradunt, Cravet. *conſ. 673. n. 11. verſ quinto.*
Cavalcan. *deciſ. 63. n. 89. part. 2.* Klock. *de contrib.
cap. 20. n. 312. & 324.* Maſcard. *de probat. concl. 217.
n. 16.* Gœddæ. *in reſp. de reſtit. Baron. Vallend. n. 428*
Beſold. *238. n. 47.* Cum veritas præſumptionem
ſuperet, & juris ſit explorati, ſi caſtra in alicu-
jus territorio undequaq; ſita, jurisdictionem
per ſe exerceant, quod tunc ceſſet illa territorii
univerſalis præſumptio, Cravet. *d. n. 11. verſ. 8. &
conſ. 615. n. 13.* Afflict. *deciſ. 267. n. 4.* Quemadmo- 117
dum etiam loca habentia dominium ſepara-
tum, non cenſeri de illo Regno ſeu provincia,
in qua illa fortè ſita ſunt, tradunt Rol. à Val-
le. *conſ. 33. num. 25. ſeq. vol 3.* Jaſon. *in l. fin. &
ibi* Caſtr. Angel. Dec. Marſil. *ff. de jurisdict.*

Schrader. *de feud. 2. part. 9. sect. 3. n. 157.* Besold. *cons. 238. n. 44.* Gœddæ. *in resp. de restit. Baron.*
118 *Vallend. n. 425.* Territorium enim non loco, non situ, sed per actus jurisdictionales designatur, Hier. de Monte. *tract. fin. regund. cap. 6.*
119 *n. 10.* Gylman. *tom. 1 part. 2. vot. 4 n. 54.* dicitur enim à terrendo, *l. pupillus. §. territorium. ff. de V. S.* ita ut nominis sonus indicet superioritatem coercitionis, Meischner. *tom. 2. lib. 2. decis. 4. n. 113.* Vultej. 2. Marpurg. *cons. 30. n. 94.* Indeque definitur terra spatium armatum jurisdictione, Guid. Pap. *decis. 577.* Meischner. *tom. 2. lib. 1. decis. 6 n. 50.* Boër. *decis. 217.* Jason. *cons. 166. n. 1. in fin vol. 4.* Vultej. 2. *Marpurg. cons. 30. n. 94.* & sic, si Princeps finitimus, non terrendi, non juris dicundi vim aliquoties jure exercuerit, locus adjacens de territorio ejus non erit, sed ejus, qui ibidem actus jurisdictionales exercuit, Bald. *in l. data. num. 28. C. qui accus. non poss.* Gylman. *symphor. tom 1. part. 2. tit. 11. vot. 4. n. 52.* Cothman. *cons. 85. vol 2.* Alciat. *in l. pupillus. §. territorium. ff. de V. S.*

120 Hinc præsumptionem illam pro universali territorii jurisdictione & superioritate, quoad aliquot personas & causas non procedere, scribit Paurmeister. *de jurisdict. lib. 2. cap. 9. n. 68. seq.* Veluti quoad monasteria, templa & Basilicas, *ibid. n. 71.* quoad domus & prædia militarium ordinum, Marianorum, sive Teutonicorum, & S. Johannis Hierosolymitani, *n. 72.* In arcibus communibus ac prædiis Collegiorum Nobilium, vulgò die Ganerben-Häuser oder Schlösser/ *n. 74.* In domibus ac prædiis Canonicorum liberorum in civilibus Episcopi vel Archiepiscopi authoritatem temporalem non agnoscentibus, sed immediatè Imperio & Cæsari subjectis, das freye Kayserliche Stifft seyn / qualia sunt Collegia Canonicorum Bruxellæ in Praurheim / item Burschad / propè Aquisgranum, & Arnuel prope Sarbruccum, Gail. *1 obs. 30. n. 9* Roding. *Pandect. Camer. lib. 1. tit. 4. n. 14.* In liberis Imperii urbibus, sive civitatibus Imperialibus, in Principum territoriis comprehensis, Paurmeister. *d. l. n. 79.* In prædiis, castris & districtibus Nobilium immediatè Imperio subjectorum, vulgò die Freye Reichs-Ritterschafft/ welche ohne Mittel der Kayserlichen Majest. und dem Reich unterworffen/ *num. 77.*

121 Ex quo etiam præsumptionem illam locum non habere, ubi prompta & parata est exemptionis probatio, scribit post Rol. à Valle. *cons. 33. n. 23. seq. vol. 3.* Wesembec. *cons. 37. n. 10.* Gail. *de pignor. obs. 8. n. 7.* Mager. *de advoc. cap. 6. n. 684.* Besold. *consil. 299. n. 12. seq.* ubi ait: Vigore der Landsasserey/omnes in territorio Principum suorum domicilia, castra & pagos habentes, tanquam subditi tractari queunt, salvis tamen privilegiis, quibus ubique Nobiles præ rusticis gaudent, pro cujusque loci consuetudine. Sed hæc omnia cessant, ubi exemptio est in promptu, cum residere in alterius territorio, non statim subjectionem importet, quod edocere volunt Dd. nostri, dum tradunt, aliud reputari, esse de alicujus territorio, aliud in territorio, Cravet. *cons. 673. n. 11. tom. 4.* Thom. Michael. *de jurisdict. conclus. 60.* Hinc sunt & possunt esse in Principum territoriis multa loca exempta, quæ non de territorio, neque sub jurisdictione & Imperio sunt. Parique hic intercedere putatur gradu, locum esse extra territorium, & ratione situs in districtu alterius Principis, sed exemptum, seu non subjectum, Wesemb. *cons. 33. n. 20.* Schrader. *part. 9. pr. sect. 4. n. 157.* Koppen. *quæst. 48. n. 18.* Et quis non videt, maximam in illis clausulis differentiam residere, in eines Fürsten Land und Obrigkeit / und unter eines Fürsten Obrigkeit sitzen/ Bidembach. *d. quæst. nobil. 1. n. 16.*

Multò minus autem ex vicinitate locorum, ad eorundem subjectionem, firmum argumentum desumi poterit, cum plurimi Dd.
id negent, & contrarium defendant; nempe 122
in dubio non præsumi castra & similia loca pertinere ad territorium & principatum, cui proximè cohærent, nec esse de pertinentiis, sed liquidò hoc probari debere, Bart. *ad l. si fit. §. 1. in fin. ff. de legat. 1.* Alex. *cons. 55. n. 19. lib. 4.* Cephal. *cons. 250. n. 13.* Gœddæ. *respons. de restit. Baron. Vallend. n. 427.* Besold. *cons. 238. n. 45.* Ad hæc Doctores contrarium sententes, ita se explicant, quod loquantur de re vicina & conjuncta, quæ pars totius est, ut videre licet apud Henning. Gœden. *cons. 42. n. 16.* Besold. *d. l. n. 46.* & Gœddæ *d. l. n. 428.* & procedere præsumptionem illam, si villa immediatè territorio juncta sit, & in medio non fuerit aliquid, quod unitatem ipsorum, territorii scilicet & villæ, impediat, sed totum eidem domino inserviat, tenet per *l. qui sella. §. fin. ff. de servit. præd. rustic.* Gœden. *d. l. vers. item cum villa.* Gœddæ. *d. num. 428.* Hoc verò nostro casu aliquid in medio est, certi nimirum fines, & nominatim tot Imperio immediatè parentes Comitatus, Baronatus, prælaturæ, monasteria, Nobilium immediatorum castra, pagi & districtus, civitates Imperiales, & alia loca exempta, quæ certis suis finibus & limitibus distincta, & à vicinorum Dominorum territoriis ita separata, ut rem per se, & territoria & dominia distincta & diversa constituant, sicuti ex præcedentibus apparet.

Cum *supra cap. 3. n. 44. & seq.* dictum sit, quod licet Princeps quidam vel alius, in civitate aliqua Imperiali speciem aliquam jurisdictionis sive superioritatis territorialis obtineat, velut jus conducendi, venandi, patronatus, &c. indè tamen ipsum jus territoriale ipsi non competere, nec civitatem illam propterea sibi subditam esse, dubitatio II. indè exoritur, quid de regalibus sentiendum sit, an si superior quis in civitatis, vel etiam Comitis, Baronis, vel Nobilis, vel alterius Status immediati territorio, Regalia, vel speciem quandam eorum obtineat, sibi exindè superioritatem territorialem asserere possit? Quod indè 123
dicendum videbitur, quod non nulli Jus superioritatis & Regalia confundant, & idem, qui jura superioritatis habet, plerumque etiam Regalium Dominus sit, sicuti referunt Sixtin. *de regal. lib. 1. cap. 1. n. 18. seq.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 7. num. 203.* Ziegler. §. *Landsassii, conclus. 1 num. 134.* Thom. Michael.

Michael. *de jurisdict. concl. 46.* & videre licet apud Meischner. *tom. 2. lib. 1. decis. 6. n. 10. fol. 615. ibi:* Die hohe Obrigkeit / und andere Regalia *& n. 24. fol. 617. ibi:* Nicht der Niedergerichtlichen / sondern der hohen Obrigkeit und Regalien anhängig. *& decis. 8 num. 2. fol. 791. ibi:* quæ collectæ non ad Niedergerichtbarkeit / sed ad Regalia und der hohen Lands-Fürstlichen Obrigkeit zugehörig. *& decis. 9. n. 2. fol. 8. 3. ibi:* Sondern in die hohen Obrigkeit und Regalia gehörig.

124 Verùm cum propriè loquendo Regalia & jus superioritatis sive dignitas regalis à dignitate territoriali differat, Mingius *de super. territ. concl. 44.* Reinking. *de regim. secul. lib. 1. class. 5. cap. 2. n. 41. & cap. 5. n. 15.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 7. n. 203. seq.* Thom. Michael. *de jurisdict. concl. 46. lit. a.* Joh. Wurmser. *de jur. publ. exerc. 3. quæst. 7.* dicendum omninò est, quod non statim is, qui Regalia habet, jus quoque superioritatis obtineat; Siquidem dignitas Regalis feudalis, qualis etiam est Comitatus & Baronatus, cadere potest, in mediatos & Principum Landsassios, & multi sunt Comites & Barones, qui dignitate quidem Regalis feudi investiti sunt, territorialem tamen jurisdictionem & superioritatem non habent, sed aliorum Principum Landsassii sunt, & salva illorum superioritate territoriali, Lands-Fürstlicher Obrigkeit / dignitatem tituli Regalem proeeminentiam annexam habentis, nacti sunt, sicuti patescit ex Reichs Abschied zu Augspurg *de an. 1548.* §. wiewol auch in der Ringerungs-Handlung. 66. Reinking. *de regim. secul. lib. 1. class. 5. cap. 2. n. 42. & class. 4. cap. 14. n 34.* Mingius *de superior. territ. concl. 12.* Quales sub domo Austriaca sunt Comites zu Hartteck / sub Electore Brandeburgico Comites zu Häftein / Barones zu Bürden / & sub Duce Pomeraniæ, Comites von Weingarten / qui omnes, sicuti & alii quàm plures, Regalem habent dignitatem, non tamen jura territorialia, Joh. Wurmser. *de jur. publ. exerc. 3. quæst. 17.* sicuti etiam Comites Palatini Regalia quædam habent, veluti jus nobilitandi, creandi Doctores, Notarios, Poëtas, legitimandi, &c. qui tamen jura superioritatis non obtinent, Matth. Stephan. *d. cap. 7. n. 203. seq.* Et jura quædam Regalia apud civitates quasdam esse posse, sed tamen sine præjudicio universalis jurisdictionis, quam Princeps ibidem habet, consuluit Cravet. *cons. 673. n. 15.* & hodie non paucos esse, qui Regalia habent, etiamsi superioritate, sive jurisdictione universali destituantur, experientiam testatum facere scribit Sixtin. *de regal. lib. 1. cap. 1. n. 19.*

125 Unde quoque sub Regalibus jus superioritatis non comprehendi, vel Regalibus præscriptis, jura tamen territorialia præscripta non censeri, tradit Borcholt. *de regal. lib. num. 20.* Thom. Michael. *de jurisdict. concl. 68* Ming. *de super. territ. concl. 12.* & Regalia concedi, salva superioritate, quam nec superior à se abdicare possit, tralatitium est, Rol. à Valle. *cons. 1. n. 138. & cons. 80. n. 2. vol. 2.* Surd. *cons. 127. n. 5.* Matth.

126 Stephan. *d. l. n. 207.* Confusio autem Regalium & juris superioritatis indè orta videtur, quod superioritas territorialis catenatim quasi adjuncta habeat regalia, hæcque territoriali potestati, maximè si à possessione feudi Regalis, ut potè Ducatus, Comitatus, &c. descendat, ut plurimum insint, *c. 1. in princ. de feud. March.* Paurmeister. *de jurisdict. lib. 2. c. 4. n. 44.* Rosenthal. *de feud. cap. 5. concl. 13. seq.* Ming. *d. concl. 12.* Matth. Stephan. *d. c. 7. n. 201. seq.* Differunt igitur jura superioritatis à Regalibus, tanquam 127
totum à parte; superioritatem territorialem qui habet, regalia quoque tam majora quàm minora sibi vindicat; Regalia verò qui habet, præter expresse concessa, vel præscripta nihil amplius habet. Joh. Wurmser. *d. quæst. 7.*

Ex quibus etiam constat, quod multò minus ab una specie Regalium, ad alias ipsorum 128
Regalium species, & tantò minus ad jus superioritatis concludere liceat, nihil enim prohibet, quin certa aliqua jura Regalia alicujus sint, apud quem tamen non sit universalis territorii jurisdictio, sicuti respondit Cravet. *cons. 673. n. 15. vers. tertio respondetur.* & novũ non est, in uno eodemque territorio uni Regalia posse concedi universaliter, alteri verò in specie, seu in certis casibus, Rol. à Valle. *cons. 1. n. 142 vol. 2.* Pruckman. *de regal. cap. 5. num. 8.* Et quædam Regalia apud civitates & oppida municipalia esse posse, sine præjudicio universalis jurisdictionis, quam alius ibidem habeat, scribit, Cravet. *cons. 973. n. 15.*

III. Quæritur, an is, qui merum tantùm imperium seu criminalem jurisdictionem habet in aliquo territorio vel civitate, sit Dominus territorialis, eique jura superioritatis competant? Et pro affirmativa concludere videtur 129
Knichen. *de jur. territor. c. 3. n. 401. seq.* 1. Quia merum imperium, seu jurisdictio criminalis, æquiparari solet, cum jurisdictione & superioritate territoriali, ita ut nonnulli superioritatem territorialem, die Lands-Fürstliche Obrigkeit / nihil aliud esse putent, quàm altam jurisdictionem, & merum, seu summum Imperium, Meischner. *tom. 2. lib. 1. decis. 8. n. 2. fol. 798.* ubi ex 130
sententia Palatini ait: Quod adversarius conetur separare altum Imperium, von der Lands-Fürstlichen Obrigkeit / esse sine fundamento juris & facti. Quia omnes tàm veteres, quàm recentiores juris Interpretes, non nisi unum, vel summum Imperium noverunt, tanquam genus, idque dividunt in species suas, utputa, in jus gladii, &c. In persona Principis sey die hohe und Lands-Fürstliche Obrigkeit ein Ding / etc. & ibidem *n. 4. vers. in locis ibi.* In locis ubi Landsasserey viget, indubitatum esse, daß die Lands-Fürstliche Obrigkeit / der Hohen Malefitzischen nachfolge / und beyde ein Ding sey. Quam æquiparationem superioritatis territorialis cum summo, sive mero Imperio, Adsessores Cameræ suis votis approbasse videntur, per tradita Meischner. *tom. 2. lib. 1. decis. 6. n. 70. fol. 633. & lib. 2. decis. 3. n. 6. fol. 144 & tom. 3. decis. 26. n. 41. seq. fol. 943.* Joh. Bidenbach. *Nobil. quæst. 1. num. 9. seq.* Wehner. *pract. obs. verb.* Lands-Fürstliche Obrigkeit. *fol. 460.*

2. Qui merum Imperium, sive jurisdictionem criminalem habet, dominus est, habens 131
potestatem & auctoritatem coërcendi & terrendi,

rendi, *l. pupillus. §. territorium. & ibi.* Alciat. *ff. de V. S.* Luc. de Penna. *in l. 2. C. de exact. & excuss.* & habens merum Imperium, est & dicitur Dominus ratione præeminentiæ, quam habet in homines facinorosos, Bart. *in l. & si cum. ff. de publican.* unde habens criminalem jurisdictionem custodem apponit in territorio, veluti dignior, prout refert Capyc. *decis. 27. col. 1.* Boër. *decis. 227.*

132 3. Merum Imperium nobilius, potentius & dignius est ipsa jurisdictione, per *l. Imperium. ff. de jurisdict.* Boër. *de custod. clav. n. 55.* Indeque jus animadvertendi in facinorosos, & pœnas irrogandi, inter jura supremæ potestatis referri, scribit Vincent. Cabot. *disput. de jur. publ. libr.*

133 *2. c. 2.* nobilius autem & dignius ad se trahit ignobilius & minus dignum, *l. in rem. actio. §. 1. seq. ff. de act. rei. vend. l. cum quidam. §. fin. ff. de aur. & arg. leg. c. 1. de consecr. Eccles. in 6.* Jason. *in l. duo judices. n. 17. ff. de re jud.* Mager. *de advoc. c. 6. n. 599.* magisque dignum præcellit minus digno, *l. quæritur. ff. de stat. hom.* Jas. *in l. Imperium. ff. de jurisd.*

4. Domino territorii incumbit protectio universalis & onus defendendi subditos, der Land-Schutz/ ut dicitur *infra lib. 5. cap. 12. per tot.*

134 cum autem defensio subditorum & civitatis custodia absque armis fieri non possit, & sic per eum, qui merum habet Imperium, utpotè quod gladii potestatem tribuit, & arma sumere, vincire, detinere, coërcere, cogere & servare, tantùm ad habentem merum imperium pertineant, sicuti demonstrat Luc. de Penna. *in l. quicunque. C. de exact. & execut.* consequens indè videtur, quod idem etiam pro territorii Domino habendus sit.

Sed his non attentis contraria sententia negativa verior est. Quia 1. homines illi, in quos aliquis speciali jure, & non vi territorii universalis, sive jurisdictionis ordinariæ, merum Imperium, sive criminalem tantùm juris-

135 dictionem habet, non sunt subditi, gloss. *in clem. unic. §. ejusdem etiam. vers. subditos. de for. compet.* Mager. *de advoc. c. 6. n. 604.* Unde licet ratione delicti forum quis sortiatur illius Principis vel Domini, sub quo deliquit, non tamen propterea ejus subditum fieri, docent Boss. *pract. crim. tit. de for. compet. n. 46.* Dec. *in c. ad nostram. n. 3. de appellat. & cons. 661. n. 6.* Hier. Gigas *de crim. læs. majest. lib. 1. rubr. qualit. & à quib. crim. læs. quæst. 68. n. 3.* Mager. *d. l. n. 605.* cum aliud & di-

136 versum sit forum sortiri, aliud subditum esse, Gail. *de pignor. c. 15. n. 6.* Heig. *part. 1. quæst. 18. n. 5.* Ziegler. *§. Landsassii, concl. 1. n. 72.* Matth. Steph. *de jurisd. lib. 2. part. 1. c. 4. n. 63.*

137 2. Merum Imperium non tàm ad jurisdictionem, quàm ad potestatem pertinet, Engelbrecht. *de jurisd. concl. 36.* unde & merum, hoc est purum, & à jurisdictione separatum dicitur, quod nullius alterius juris admixtionem habet, Ferd. Vasqui. *illustr. contr. lib. 1. c. 4. n. 2.* Matth. Stephan. *de jurisd. lib. 1. c. 6. n. 24. & 54.* Reinking. *de regim. sec. lib. 2. class. 2. c. 17. n. 18.*

138 3. Hinc subditi ei, qui merum tantùm Imperium sive criminalem jurisdictionem habet, homagium præstare non tenentur, sed ei, qui civilem jurisdictionem habet, uti dicetur *inf. lib. 2. c. 9. n. 27.*

4. Idem est, quoad curam Religionis, utpotè quæ ad Dominos territoriales pertinet, & sequela est superioritatis territorialis, is autem, qui merum Imperium, sive jurisdictionem criminalem tantùm habet, modum in Religione præscribere, vel eandem mutare nequit, *infra lib. 2. cap. 9. n. 169. & seq.* 139

5. Sic quoque collectarum provincialium impositio, Landsteur/ fit jure superioritatis territorialis, *infra lib. 2. c. 17. n. 10.* Is autem, qui merum Imperium, seu criminalem tantùm jurisdictionem habet, collectas exigere non potest, *d. c. 17. n. 15.* 140

6. Is territorii Dominus esse perhibetur, cui onus defendendi subditos incumbit, *infra lib. 5. cap. 12. n. 1.* hanc autem defensionem ei, qui criminalem tantùm jurisdictionem habet, non competere, sed ei, qui civilem habet, pluribus demonstrat, & ad contraria respondet Mager. *de advocat. cap. 6. n. 603. seq.* 141

7. Ei, qui criminalem tantùm jurisdictionem habet, nullum in homines jurisdictionis, sive competentiæ jus competit, nisi delicto commisso, Afflict. *in c. un. qual. vasall. jur.* Rosenthal. *de feud. c. 6. concl. 85. n. 10.* Reinking. *de regim. secul. lib. 1. class. 5. cap. 3. n. 10.* Besold. *thes. pract. verb.* Blutban. *vers. merum Imperium. & verb.* Freye Reichs-Ritterschafft. *vers. & criminalem. & cons. 298 n. 44.* & habentem merum Imperium in casu delicti tantùm, non autem in reliquis dici Dominum, nec posse dicere, quod sui sint homines, scribit Surd. *cons. 323. n. 38.* Et merum Imperium, der Blutban/ non tribuere jus subjectionis, sed versari tantùm circa gladii potestatem, scribit per *l. imperium. 3. ff. de jurisd.* Gylman. *symph. tom. 1. part. 1. tit. 3. vot. 7. n. 16. fol. 239.* 142

8. Superioritas territorialis absque territorio consistere nequit, sed eidem adhæret, sicut nebula super paludem, Bald. *in l. fin. C. ubi & apud quos.* Natta. *cons. 149. n. 29.* Reinking. *de regim. sec. lib. 1. class. 5. c. 1. n. 5. seq.* Ming. *de super. territ. conclus. 9.* & tanquam contentum continenti, Tib. Decian. *resp. 123. n. 24. vol. 3.* Gœddæ. *in l. pupillus. §. territorium. n. 2. ff. de V. S.* criminalis autem jurisdictio sine territorio consistere potest, Freccia *de auctor. 2. n. 2.* Quamvis enim merum Imperium territorio terminetur, non tamen ei adhæret, sed personæ id habenti, *l. more. ff. de jurisdict. c. cum contingat. in fin. de for. compet.* Mager. *de advoc. c. 6. n. 612. seq.* & habentem jurisdictionem criminalem non posse dici dominum terræ, scribit Capyc. *decis. 27. n. 32.* 143

9. Is qui in loco aliquo criminalem jurisdictionē habet, insignia sua ibidem affigere vel infigere non potest, sed is tantùm, qui civilem jurisdictionem habet Auth. *cons. Fridb. part. 1. c. 4. n. 143.* Mager. *de advoc. c. 6. n. 618.* Höping. *de jur. insign. c. 13. n. 14. seq.* Insignia autem muris, portis, curiis & aliis locis publicis affixa vel incisa territorii dominum & superioritatem demonstrare, dictum est *supra n. 37.* Ex his & similibus, criminalem jurisdictionem tantùm habentem, territorii dominum non esse, nec eidem superioritatem territorialem competere, docent Mar. Freccia *de feud. l. 2 auct. 4 n. 14. & auct. 47. n. 1.* Capyc. *dec. 27.* Thom. Michael. *de jurisdict. conclus. 56. lit. d.* Rosenthal. *de feud. cap. 6. conclus.* 144

conclus. 85. n. 10. Wehner. verb. Vogtey. fol. 656. Mager. de advocat. cap. 6. n. 603. Klock. de contrib. annex. cons. 3. vers. fürnemlich und in Erwegung fol. 40. Reinking. de regim. sec. libr. 1. class. 5. cap. 3. n. 9. seq. Höping. d. cap. 13. n. 114. Author. cons. Fridberg. part 1. punct. 3. n. 142. seq.

His negocium non facessunt in contrarium adducta, nam 1. quod concernit, æquiparatio ista non semper & ubique procedit, sed respective accipienda est, & maximè eo casu, quo quis omnimodam jurisdictionem habet, cum magna sit differentia inter Hohe Malefitzische/und hohe Lands-Fürstliche Obrigkeit/teste Wehner. pract. obs. verb. Lands-Fürstl. Obrigkeit. vers. verum supra dicta. fol. 461. ubi ait: Quod enim die Lands-Fürstliche Obrigkeit cum mero & summo Imperio der Freyen vom Adel æquiparatur, non semper & omninò procedit, cum magna sit differentia inter hohe Obrigkeit und Lands-Fürstliche Obrigkeit/ also daß die Lands-Fürstliche Obrigkeit/ und hohe Obrigkeit einander nicht anhangen. Dann viel Graven / Herren / vom Adel seynd anderer Fürsten Landsassen / haben aber gleichwol ihre hohe Obrigkeit. Sonst müste folgen / weil sie die hohe Obrigkeit hatten / wären sie derselben hohen Ständ und Landsassen nicht / quare suo modo illa æquiparatio sanè capienda. Confer. Bidembach. nobil. quæst. 1. n. 25. seq. Ming de super. territ. conclus. 11.

146 Inde autem hæc superioritatis territorialis, cum mero Imperio æquiparatio, vel potius confusio, orta videtur, quod superioritas territorialis plerumque pro summo Principatus jure, die Lands-Fürstliche Obrigkeit / usurpari cœperit, civitatibus verò Imperialibus, ac Nobilibus immediatis, talis superioritas, Lands-Fürstliche/ competere non fuerit visa, propterea, quod Principis titulo, Fürstlich/ non sint insigniti, & tamen summum Imperium & potestas, in territoriis, districtibus & civitatibus suis, ipsis competat, idque non tituli sed potestatis intuitu, ideoque ne Principes aliquam in Nobiles immediatos, & civitates Imperiales potestatem, sub prætextu superioritatis sibi adsererent, verisimile est, Doctores statuisse, talem potestatem Nobilium, civitatum, aliorumque ordinum immediatorum inferiorum, à potiori, die Lands-hohe Obrigkeit / vocandam, idque superioritati Principum territoriali, Lands-Fürstliche Obrigkeit / ratione potestatis, æquiparandum esse, uti etiam sentit Johan. Wurmser. de jur. publ. exerc. 3. quæst. 11.

147 Ad 2. respondetur, quod licet secundum allegatos Doctores merum Imperium habens, jus terrendi, coërcendi, & potestatem custodem adponendi in territorio habeat, exinde tamen non rectè inferri, quod propterea jus subjectionis in subditos ipsi competat, & territorii dominus dici debeat, sed id tantùm quoad quid, & quoad criminalem jurisdictionem abusive tantummodò procedat, delicto scilicet commisso, sicuti ex præcedentibus constat, & docet Capyc. decis. 27. n. 32. ubi concludit, habentem criminalem jurisdictionem non dici dominum terræ, & jura in contrarium allegata loqui in eo, qui largo modo Dominus dicitur, sicuti ratione connexitatis viri, uxor etiam rerum viri domina dicitur, l. 1. ff. rer. amot. & publicanus Dominus vectigalis l. 3. §. 1. ff. de publican. & vectig. & sic procedit tantùm quoad criminalia, non verò quoad alios actus civiles, Mager. de advocat. cap. 6. num. 640.

Ad 3. respondetur, jurisdictionem criminalem & merum Imperium esse quidem nobilius & potentius respectu animadversionis, seu punitionis corporalis hominum facinorosorum, non verò respectu actuum jurisdictionalium civilium, qui propriè jure territorii competunt, & cum Regalibus comparantur, ac ut plurimùm inter eadem referuntur, & æquè hominum personas & conditionem concernunt. Et posito, merum Imperium, nobilius & potentius esse simplici jurisdictione, indè tamen minus rectè inferri posset, quod illud hanc totaliter ad se traheret, & ita absorberet, ut virtutem omnem suam amitteret, aliàs enim sequeretur eum, qui habet proprietatem alicujus rei, statim etiam ejusdem possessionem & utile dominium consequi, & qui potitur mero Imperio, statim etiam simplicem jurisdictionem obtinere, cum tamen à mero Imperio ad simplicem jurisdictionem argumentari minimè liceat, imò ne quidem à mero Imperio in uno, vel summo gradu, ad alias species inferiores, ut paulò post n. 152. dicetur.

Ad 4. responsio patet ex ratione decidendi 6. n. 141. relata, & ex traditis Mager. de advocat. cap. 6. n. 603. seq. ubi pluribus demonstrat, defensionem & protectionem ordinariam, non ad habentem criminalem jurisdictionem, sed civilem pertinere. Et falsum est, de- 148
fensionem non æquè fieri posse per dominum civilem, ac criminalem, seu merum Imperium habentem, nulla siquidem, & sic nec inferior jurisdictio, sine coërcitione est, l. fin. ff. de offic. ejus. cui mand. & Imperium etiam aliquod simplici jurisdictioni cohæret, l. 1. §. fin. & ibi gloss. ff. eod. Unde etiam armorum impositio simplici jurisdictioni, & non etiam criminali adscribitur, Mager. de advocat. cap. 6. n. 626. seq. adeò, ut Domino criminali non liceat simplicis jurisdictionis Domini territorium armata manu ingredi, Petr. Leipold. apud Arumæ de jur. publ. discurs. 24. quæst. 5. ubi ait: Hinc nudum, Freißliche Obrigkeit habens in alterius ter- 149
ritorio, non potest aliquo jurisdictionis, ne quidem ipsius Freißligkeit/ actu illud introire insalutato Domino, darff unersucht und unbewust des Lands-Leuth: oder Vogtey-Herren/auff dessen uncentbahren vogteylichen Lehenban / oder eigenthumlichen Grund und Boden nicht einfallen / noch denselben mit Durchführung mißthätiger Personen berühren / darauff arrestiren/inventiren/angreiffen/niederwerffen/bestättigen/behafften/Handfesten noch den entleibten Cörper gerichtlich/mit Schöpffen besichtigen/ auffheben: weder Leib-Zeichen / Stich oder Wundmaß/ noch einig Fraisch-Pfand: Span aus des Thäters Thor oder Hauß abnehmen/ Gylman. tom. 1. part. 1. fol. 336. Resol. Lips. quæst. sign. 105. n. 3. Schwanman. obs. 87. Sondern der Thäter und Abgeleibte wurd auff Centbaren Grund und Boden geliefert/ Thom. Michael. de jurisdict. conclus. 93.

4. De eo quoque non levis est controversia, an, qui merum Imperium, sive criminalem jurisdicti-

risdictionem in civitate aliqua, vel territorio alieno, ut uno vel altero gradu, sive specie, obtinet, is quoq; reliquarum omnium causarum criminalium cognitionem habeat? Et communis ferè Doctorum videtur esse conclusio, quod unum gradum sive speciem meri Imperii præscribens, exercens, vel sibi competere probans, eodem jure reliquas quoq; sibi vindicare possit atque ita, qui unam quampiam meri Impe-
150 rii pœnam irrogavit, omnium aliarum, ad merum Imperium pertinentium pœnarum infligendarum potestatem habeat, *arg. l. si stillicidii. 8 §. 1. ff. quemadm. servit. amit.* Roman. *cons. 70. n. 13.* Menoch. *retin. poss. remed. 3. num. 586.* Thom. Michael. *de jurisd. conclus. 85. lit. b.* Tuschus *pract. concl. lit. F. concl. 540. n. 31. seq.* Meichsner. *tom. 2. lib. 2. decis. 4. n. 152.* Mascard. *de probat. concl. 948. n. 6. seq. & concl. 1055. n. 20. seq.* Johan. Harpprecht. *ad princ. n. 245. seq. I. de usucap. & ad §. fera. 12. n. 257. I. de rer. divis.* sive majoris, sive minoris sint gradus, Jason. *in l. Imperium. n. 23. & ibi* Cyn. Castr. *ff. de jurisd.* Balb. *de præscript. part. 5. pr. part. 2. quæst. 3. n. 10.* Meichsn. *tom. 2. lib. 2. decis. 4. n. 151. seq.* Thom. Michael *d. lit. b.* Cum omnium meri Imperii graduum non sit diversa substantia, sed diversa tantum qualitas, Sapia *ad l. imperium. n. 55. ff. de jurisd.* Meichsn. *d. l. n. 153* Tradel. *consil. de jurisdict. cap. 1. n. 31.* atque indè usus jurisdictione in uno actu, censeatur tribuere jurisdictionem in alio, Bart. *in l. 1. §. si quis hoc interdicto. n. 1. ff. de itin. act. priv.* & exercens ac conservans jurisdictionem in uno actu, censeatur eam exercuisse & conservasse quoad reliqua omnia, in quibus nullum exercitum habuit. *arg. d. l. stillicidii 8. §. fin. ff. servit. quemadmodum amit.* Wesembec. *cons. 32. n. 17.* Reinking. *de regim.*
151 *secul. lib. 1. class. 5. cap. 4. num. 164.* siquidem ex probatione specierum resultat probatio generis *arg. l. si chorus. ff. de legat. 3.* ac species sub genere positæ caudas habent colligatas, gloss. *in c. accusatus. §. eum, qui verb. judicati. de heret. in 6.* Zas. *part. 2. cons. 16. num. 8. seq.* Reinking. *d... num. 166.* ut ita hoc casu sufficiat, quod actus jurisdictionis probetur in aliquibus, & aptitudo in reliquis, Jason. *in l. Imperium num. 23. ff. de jurisdict.* Alex. *cons. 88. num. 20. vo. 2.* Schurff. *cons. 86. num. 9. seq cent. 2.* Nec hoc loco regula; quantum possessum, tantum præscriptum, locum habeat, cum ea non procedat, si actus, qui exercetur, sit generalis, & utique speciei conveniens, quia tunc, sicut sub genere continentur species, ita etiam sub eodem præscribuntur, Reinking. *de regim. secul. libr. 2. class. 2. cap. 17. num. 10.* Neque etiam moveat, quod præscriptio sit odiosa, atque ita ab una specie ad aliam extendi non debeat, *arg. l. 1 §. Julianus. ff. de itin. act. priv. c. auditis. 15. c. cum olim. 18. X. de præscript.* cum præscribens intelligatur uti speciei jurisdictionis, non jure ejus tantum speciei, sed totius generis, sub quo species continetur, *arg. d. l. stillicidii. 8. in fin. ff. quemad. serv. amit.* Modest. Pistor. *cons. 4. n. 42.* Atque indè illum, qui universale imperium alicubi sibi asserit, à potestate absolvendi, ad potestatem damnandi, & à mutilatione membri ad pœnam gladii rectè arguere post alios à se allegatos, dicit Thom. Michael. *de jurisd. concl. 85. lit. c.* Et hæc quoque obtinere in materia consuetudinis, ita, ut usus aliquo actu in una specie jurisdictionis, is etiam jurisdictionem ad omnes actus asperiores & graviores, qui sub illa jurisdictionis specie comprehenduntur, adquisivisse dicatur, tradit post Cyn. Innoc. Jason. & Alex. Meichsner. *tom. 2. lib. 2. decis. 4. n. 154 seq.*

Hæc licet speciosa esse videantur, contrari- 152
um tamen, quod nimirum merum Imperium, seu jus gladii, & jurisdictionem criminalem in uno vel alio gradu, sive specie, in civitate aliqua, vel alterius territorio, præscriptione, pacto vel consuetudine obtinens, id non ad omnes gradus, aut alias jurisdictionis species, extendere possit, & propterea malè sibi omnium causarum criminalium cognitionem vindicet, si specialiter possessionem & usum legitimo tempore non possit probare, rectius comprobare mihi videntur, Bart. *in l. cum de in rem. num. 11. ff. de usur.* Cravet. *cons. 592. n. 89.* Scip. Gentil. *de jurisdict. libr. 3. cap. 2* Bald. *de præscript. part 2. princ. num. 22.* Thom. Michael. *de jurisdict. conclus 81. lit. c. & conclus 86. lit. c.* Hieron. de Monte. *tr. fin. regund. c. 78. n. 13 seqq.* Ziegler. *§. Nobiles limit. 1. n. 3.* Schurff *cons. 86. n. 8. in fin cent. 2.* Author. *consil. Fridberg. cap. 4. n 144.*

Sunt enim meri Imperii certi quidam gra- 153
dus, qui tamen non semper in unam eandemque personam concurrunt, neq; etiam omnes partes meri Imperii olim Princeps dedit magistratibus, sed certas duntaxat quasdam concessit, quasdam verò sibi reservavit, *l. aut damnum. 8 §. 1. & §. præfecto. ff. de pœn.* nec is, cui certa hujus Imperii species concessa, omnium potestatem habuit, *arg. l. 1. §. qui mandatam. ff. de offic. ejus cui mand* sic enim Præsidibus jus gladii datum *l. illicitas. 6. §. qui universas. ff. de offic. præsid.* & tamen jus deportandi in insulam eis denegatum, *l. inter pœnas. 6. §. 1. ff. de interdict. & releg. l. rei capitalis. §. 1. ff. de pœn l. 1. §. 2. ff. de legat. 3. l. 1. ff. quand. appell.* Atque ita in juris- 154
dictionalibus rectè receptum est, quod argumentum à majore ad minus, & è converso, à minori ad majus, locum non habeat, & nullius sit efficaciæ, per *l. non debet. 21 ff. de R. I.* Thom Michael. *de jurisdict. conclus. 81. lit. d.* Ziegler. *§. Nobiles. limit. 1. num. 4.* Engelbrecht. *de jurisdict. conclus. 49* Sed hoc casu, 155
ubi nimirum alius superioritatem territorialem possidet, vel alius est in possessione jurisdictionis universalis, vulgatissimum illud Dd. axioma locum habeat, tantum duntaxat censeri præscriptum, quantum possessum & non amplius, *arg. l. quod meo 18. § fin. & ibi Dd. ff. de adquir. poss. c. olim. X. de præscript.* Hier. de Monte. *tr. fin. reg. c. 78. n 15. seq* Balb. *de præscript. part. 2. pr. n. 11. seqq.* Schurff. *2 cons 19. n. 6.* Coler. *in c. cum auditis. n. 10. 11. & 23. X. de præscript.* Gail. *de pignor. c. 24. n. 4.* Thom. Mich. *de jurisd. concl. 86. lit. c.* Klock. *de contrib. c. 3. n. 186. seq.* possessio enim in una re vel specie, non extenditur ad aliā, præsertim alio in possessione existente, Innocent. *in c. dilecto filio X. de offic. Archidiac.* maximè in exercitio jurisdictionis in una specie, Bart. *in l. § si quis ff. de itin. act. priv.* sed ibi singularem rerum & specierum singularis requiritur possessio, gloss. *in l. possideri. §. quilibet. & ibi* Bart. *n. 4. ff. de adquir. poss.* Paris. *cons.*

cons.145.n.8.part.4. Gyland. *Cameral.decis.51. n. 2. & 3.lib.1.* Atque inde ab una specie jurisdictionis, ad aliam nequaquam argui, etiam si major videatur, tradit Zas. *cons. 16. n. 57. lib. 1.* Gyland. *d. l. num.3.* Tilem. *de* Benign. *syntag 4. dec. 1. vot. 1. n. 9.* Wehner. *pract. obs. verb.* Gent. *fol. 706.* ubi ita consideratum esse ait, in causa Ingelheim/ contra Pfalz. Non enim inconveniens, vel novum est, unam jurisdictionis speciem certam in uno loco adquirere, & alterum alteram, Bart. *in l. si publicanus. §. fin. ff. de publican.* Hier. de Monte. *d. c. 78. n. 13.* Schurff. *d. cons. 86.* Capyc. *decis. 69. num. 9.* Atque ita probato aliquo actu jurisdictionis, non infertur alia jurisdictionis species, præter eam, quam ille actus refert, Corne *cons. 142. in princ. & cons. 333.* Hieron. de Monte *d. num. 13.*

156 Hinc quoque nec ab Imperio mero ad inferendum Imperium mixtum concludere licet, etiamsi illud hoc sit potentius, Jason. *in l. Imperium. 3. num. 24. ff. de jurisdict.* Balb *d. part. 2. num. 22. seq.* Goeden. *cons. 39. num. 23.* Chassan *in consu. Burg. rubr. 1. des justices. verb. justices. n. 31. seqq.* Thom. Michael. *d. conclus. 86. lit. a.* Ziegler. *§. Nobiles. limit. 1. num. 5.* Sicuti nec ex uno actu jurisdictionis criminalis arguitur ad jujurisdictionem universalem, Afflict. *decis. 388.*

157 *num. 7.* Multò minus à præscriptione jurisdictionis in causis civilibus ad causarum criminalium præscriptionem argumentari licet. Craver, *de antiqui. temp. part. 4. num. 61.* Chass. *d. tit. des justices. in princ. num. 32.* sicuti nec è contra à præscriptione causarum criminalium ad civiles, cum species sint separatæ, à quibus malè fit illatio. Thom. Michael. *d. lit. b.* Et observandum est, quod omnes casus meri imperii quidem sint criminales, Longoval. *in l. imperium, in fin. 3. part. n. 1. seq ff. de jurisd.* sed non è contra, omnes casus & causæ criminales ad merum Imperium referantur, cum aliquæ causæ criminales sint, quæ ad merum Imperium non spectent, veluti actio furti, actio injuriarũ criminaliter intentata, Knich. *de Sax. non prov. c 5.*

His non adversantur rationes & Doctores in contrarium allegati, siquidem illi non indefinitè, sed in actibus tantùm, qui sunt ejusdem speciei & caudas colligatas habent, quiq; ex uno eodemq; fonte & principio descendunt, procedunt, Schurff. *1. cons. 28 n. 28.* Meichsn. *tom. 2. lib. 1 decis. 8. n. 28 fol. 804.* Reinking *de regim. secul. lib. 1. class. 1. cap. 4. n. 169.* Et sic de uno actu ejusdem speciei ad alios actus ejusdem, non verò de una specie ad aliam diversam jurisdictio extenditur Meichsn.. *d. n. 28.* Masc. *de probat. concl. 1055. n. 20. & ibi alleg.* Harppr. *ad § fera. 12. n. 26. l. de rer divis.* Deinde prior illa sententia locum habet, si alius non sit in possessione aliarum specierum, aliorumve actuum, vel superiori-

158 tatis territorialis vel jurisdictionis universalis, quo casu probatio & possessio unius actus jus universale producit, ita ut per unicum actũ jus universale præscribi dicatur, Bart. *in l. 1. § si quis hoc interdicto ff. de itin. act. priv.* Jason. *in l. Imperium 3. n. 36. ff. de jurisd.* Dec. *cons. 171. n. 5.* Gail. *de pignor. c. 24. n. 4.* Secus verò, si alius sit in possessione vel universalis jurisdictionis, vel aliarum specierum & actuum, unus actus ad alium diversum, licet sub eodem genere vel specie constituatur, non extenditur, Jason. *in l. Imperium. n. 23. ff. de jurisd.* Bart. *in l. possideri. in princ. n. 5. ff. de adquir. poss.* Wesembec *cons. 32. n. 17.* Mascard. *de probat. concl. 948. n. 8. & concl. 1055. n. 21.* Meichsn *d. decis. 8 n. 28.* Wehner *verb.* Gent. *fol. 706. in princ.* Reinking. *d. cap. 4. n. 168.* Bidembach. *nobil. quæst. 8. n. 7.*

V. Porrò non levis est controversia de confessione, veluti si civitas quædam Imperialis, 159
Nobilis vel alius immediatus fateatur, se alterius subditum esse, an hujusmodi confessio ex parte confitentis, ejusdem hæredũ ac successorum subjectionem, & ex parte ejus, cui confessio facta, superioritatem, sufficienter probet? Et quod confessio & recognitio firmiter probet superioritatem, Regalia & jurisdictionem, tradunt latè Petra *de fideicommiss. quæst. 13. num. 313.* Knichen. *de jur. territ. cap. 3. num. 267. seq.* Menoch. *3. præs. 91. num. 54.* Decian. *cons. 40 n. 44. vol. 1.* Ita, ut hac confessione confitens non tan- 160
tùm sibi noceat, sed etiam suis hæredibus, adeoque etiam singulari successori, qui contra eam venire non potest, Cravet. *cons 29. num 1. & resp. 1. pro genero. num. 429.* est enim confessio 161
loco probationis sufficientis & indubitatæ, Bald. *in c. 1. § sacramentum. num. 15. X. de consuet.* omnium aliarum probationum fortior & potentior. *l. fin. C. de fideicom. l. generaliter. C. de non num. pec.* major & excellentior omni probatione, *l. perinde. ff. ad l. Aquil. l. si confessus. ff. de custod. reor. l. 1 ff. de confess. l. qui sententia. C. de pœn.* omnesque probationes superat, Paris. *cons 112. num. 46. vol. 1.* & confessio inter probationes primum locum obtinere dicitur, tanquam regina, & inter alia probationum genera fulgentior esse, sicut luna inter stellas, Bursat *cons 340 num. 12. vol 3* Jos. Ludov. *decis. Lucens. 5. num 56.* Est probatio probata, plena, plenissima, certa, indubitata, vera, & aliarum probationum verior, superior & potentior, *l. cum te. C. de transact. l. generaliter. C. de non num. pec. 1. c. per tuos. X. de prob.* Menoch. *recuper poss. rem. 1 n. 217.* & facit rem manifestã & notoriam, *c. fin. X. de cohab. cler. c. cũ olim. X. de V. S.* Schrad. *de feud. 2. part 9 sect 13. n. 63.*

Verum confessionem & recognitionem non 162
semper præjudicare confitenti ejusq; hæredibus & successoribus, ex sequentibus facilè cõstat. Siquidem confessio & recognitio per se, nisi justa & probabili causa suffulciatur, nihil juris tribuit, & per se verus titulus non est, atque ita quemadmodum, si quis pro domino feudali aliquem recognoscat, qui non est, ita & si cum pro ordinario magistratu, für seinen Landes-Fürsten/ oder andere hohe Obrigkeit/ recognoscat qui non est, ex nuda ista recognitione Dominus aut Magistratus ordinarius ejusdem non efficiatur, Klock. *de contribut cap. 20. n. 64. seq. & ibid* Facultas jurid. Ingolstad. *in consil. annex. 10 fol. 108 vers. ad septimum.* Author. *actor. Lindaviens. fol 710.* quia fovet tantũ recognitio jus, quod invenit, *quia diversitatem. X. de concess. præbend. c. cum inter dilectos. X. de re jud.* Jacob de S. Georg *de feud. verb. dictiq; vasalli promiserunt. n. 26.* Molinæ *ad consuet. Paris. tit des fiefs. § 1. gloss. 5. verb. le fief. n. 26. & §. 51. gloss. 1. n. 9. & de usur. n. 203.* & ut recognitio aliquid operetur, &

rem ab altero recognitam eidem subjiciat, necesse est, omnia scienter, & animo subjiciendi acta fuisse, & ut de eo non per verba enunciativa, sed per verba dispositiva & inductiva translationis Dominii constet, alioquin uno ex his deficiente, non transfertur jus rei in alium, Ant. Sola *in constit. Sabaud. tit. de jur. emphyt. decret. Rempubl. 2. part. gloss. 5. n. 11. seq.* Bur-
163 sat. *cons. 46. n. 18. seq.* nuda enim confessio non potest titulum mutare, quo Dominii causa mutetur, Ziegler. *§. Landsassii concl. 1. num. 198.* Knichen. *in epops. n. 171.* Höping. *de jur. insign. cap. 22. n. 132.*

164 Ad hæc erronea, & sine justa causa facta confessio, vel recognitio recognoscenti & confitenti, nihil planè præjudicat, etiamsi vel error juris intervenerit, postquam se rem aliter habere constat, latè Surd. *cons. 135. num. 120. seq.* Hondedæ. *cons. 66. n. 57. vol. 1. & cons. 21. num. 41. vol. 2.* & talem confessionem erroneam non præjudicare recognoscenti, neque in possessorio, neque in petitorio, dixit Molinæ. *in consuet. Paris. tit. des fiefs. §. 1. gloss. 5. in verb. de fief. n.*
165 *22. seq.* Eodemque respectu confessionem cum animi deliberatione omissam, detecto errore, ad sententiam usque revocari posse, firmat per *l. sancimus. C. de error. advoc.* Honded. *d. cons. 66. n. 66. & 68. vol. 1.* Decian. *cons. 10. n. 81. vol. 1.* Farinac. *prax. crim. res. cas. 186. n. 1.* Error enim sive facti, sive juris sit, eo ipso, quod rem aliter se habere constet, semper tolli, revocari & perpetuo emendari potest, cum per errorem non debeat quis rem suam, & jura amittere, *l. si procurator. ff. de adquir. rer. dom.* Decian. *cons. 32. n. 34. vol. 3.* Surd. *cons. 349. n. 20. & cons. 202. n. 13.* Cavalcan. *decis. 27. n. 43. part. 1.* Gratian. *discept. 501. num. 4.* Confessionem quoque, sive recognitionem subjectionis indebitè factam tantum confitentibus, non etiam filiis, multò minus aliis successoribus nocere, vel in subjectione præjudicare, consuluit Cephal. *cons. 154. n. 23.* Costa. *tr. de fact. scient. & ignor. inspect. 53. n. 2.*
166 In his enim, quæ concernunt subjectionem personæ, obligatio patris non descendit ad filium, sicuti nec homagium patris filium obligat, Bald. *in l. 1. num. 1. & 2. C. de patr. qui fil. distrax. & in l. transactione. n. 2. C. de transact.* ubi ait, quod licet aliquis se recognoscat ut vasallum, vel hominem alterius, id tamen non nocere filiis, nisi faciant similem recognitionem, quod sequitur Jason. *in l. 8. § patronum. n. 3. ff. de in jus voc.* Nevizan. *cons. 11. n. 7.* Atque ita, si Princeps aliquis civitatem aliquam, quæ ipsius non est, prorsus occupet, & cives ad confessionem, ut fateantur se ipsius esse, compellat, & desuper ab iis fidelitatis juramentum recipiat; nihilominus tamen confessio talis & juramentum ita præstitum, nullius sunt momenti, etiamsi Cæsarea confirmatio hujusmodi occupationi supervenerit, Gail. *2. observ. 54. n. 8.*

167 Idem quoque est, si confessio tendat in præjudicium tertii, tunc enim illa obligatoria non est, per *l. cum precium. C. de liber. caus. l. quod. ff. de constit. pec.* Jac. de S. Georg. *de homag. n. 21.* Abbas *in c. à te. art. 3. de jurejur.* ubi in terminis nostris ait, quod recognoscentes & nominantes aliquem Principem suum, nihil agant, si alium habeant superiorem, qui sit in quasi possessione superioritatis & jurisdictionis. Quod etiam tradit Bald. *in l. 2. col. 9. C. de servit. & aqu.* Archidiac. *in c. conquesti. caus. 9. quæst. 4.* Innocent. *in c. dilectus. de exp. monach.* ubi dicit, quod & si quis juratò confiteatur, se esse alicujus subditum, hujusmodi tamen confessio nihil operetur, cum fiat in Domini veri præjudicium. Idem sentit Speculat. *tit. de jurisdict. omn. jud. col. antepen. vers. illud etiam nota.* Quamvis enim regulariter quis contra fa- 168
ctum proprium venire prohibeatur, attamen si falsum, vel confessio sit nulla, errore detecto & probato, ad sui libitum contravenire potest, *c. cum laici & c. fin. & ibi. X. de jur. patron.* Abbas *in c. nosti. X. de elect.* Alex. *cons. 123. col. 4. vol. 3.* Vant. de nullitat. *tit. quot. & intra quod temp. n. 52. seq.* Atque indè, quod gens aliàs libera per solam confessionem erroneam, ad fortunam deteriorem, in alterius aut proprium præjudicium, trahenda non sit, tradunt per *l. cum scimus. 22. C. de ae agric. & censit.* Ziegler. *§ Landsassii. n. 197. seq.* Vietor. *de exempt. concl. 37. in fin.* Höping *de jur. insign. cap. 22. n. 131.* An autem, & quatenus subditi alterius, vel etiam civitas Imperialis, ac alii immediati, se alterius superioritati subjicere possint, dicetur *infra cap. 18. n. 37. & seq.*

VI. De jure quoque Patronatus quæritur, an illud in civitate quadam, vel alio loco obtinens, superior & loci Dominus istius sit habendus? Et ipsum patronum, præter jus nominandi, & præsentandi ministrum Ecclesiæ idoneum, nullam superioritatem sive jurisdictionem, neque in Politicis, neque in Ecclesiasticis obtinere, nec etiam modum in Religione præscribere posse, dicetur *infra lib. 2. cap. 3. n. 173. & seq.*

VII. Idem quoque obtinet in usu parochiæ, 169
Kirchgang/ oder Besuchung einer gemeinen Kirchen/ ita ut si quis, vel ejus subditi, jus habeat visitandi alterius parochiam, & ibidem verbum Dei audiendi, & Sacramentis utendi, is exindè superioritatem vel jurisdictionem in eandem sibi adserere non possit, cum usus parochiæ communis, territorii jurisdictionem minime inferat, vel concludenter probet, post Luchin. de Curte, pro commun. terræ sanctæ salvat. vers. septimo adducunt. Thom. Michael. *de jurisdict. conclus. 55. lit. c.* Adam Keller. *de offic. jurid. polit. lib. 2. c. 11.* Wehner. *verb. Kirchgang.* Author. *actor. Lindaviens. fol. 155. in fin. seq.* Besold. *cons. 298. n. 56. & thes. pract. verb. Freye Reichs-Ritterschafft. fol. 287. & verb. Kirchgang.* ubi hoc etiam quoad sepulturæ locum obtinere tradit.

VIII. De jure Albergariæ, sive hospitaturæ, 170
Atz / Aufspan / Ablager / Gastung / Nachtseldt / epulationis seu commessationis, ut vocat Ernest. Cothman. *cons. 38. n. 173. vol. 3.* itidem dubitatur, an illud in monasterio, castro, civitate, vel alio quodam loco obtinens, eo ipso quoq; superioritatem territorialem & jurisdictionem in isto loco vindicare possit? Quod indè dicendum videtur, quod hoc juri superioritatis cohæreat,

hæreat, per notata Menoch. *conf. 302. num. 29.* Ant. Sola *in constit. Sabaud tit. de jur. emphyt. part. 1. gloss. 4. n. 3.* ubi dicit, jus Albergariæ olim fuisse onus, seu salarium consuetum præstari Comiti provinciæ eunti ad castra & loca provinciæ ad audiendum querelas subditorum contra officiales, quod etiam vult Tuschus, *pract. concl. lit. A. concl. 250. n. 1.* Casp. Klock. *1. consf. 21. n. 34. & seq. & ibi alleg.* sicuti etiam hoc jus hospitaturæ superioritati & Regalibus accensent post alios Besold. *cons. 118. n. 55.* Klock. *de contrib. c. 17. n. 243.* Cum Albergariæ hoc jus, si cogatur quis adventantes hospitari, inferat aliquod Imperium, & superioritati cohæreat, Mager. *de advocat. c. 10. n. 282* Regulariter enim soli Principi licet gratis hospitia designare, ita tamen, ut in adsignatione ista non nisi tertiam partem domus hospitibus concedat, *l. 2. C. de metator.* Bald. *in l. observare. 4. num. 2. ff. d. offic. proconf.* Knichen. *de jur. territ. cap. 4. num. 422.*

Verùm cum hoc jus magnatibus ac Patronis in monasteriis, quorum sunt advocati, propter protectionem & defensionem, wegen Schutz und Schirms/ hodie nonullis in locis, ex speciali pacto, vel consuetudine competat, ita ut canes venaticos & Venatores, uti & ipsos Patronos in transitu recipere, eisque cibum & potum gratis exhibere teneantur, consequens est, quod indè, maxime in territorio alieno, nullam superioritatem & jurisdictionem in monasteria ejusmodi, eorumq. subditos, vindicare possint, cum hoc jus ex speciali pacto, vel consuetudine tantùm patronis competat, & ab advocatia, sive jure protectionis dependeat, quæ nullam superioritatem & jurisdicti-
171 onem in clientes tribuit, *infra lib. 2. cap. 24. n. 64. & seqq.* Ad hæc hospitaturæ hoc jus potius ex curialitate & hospitalitate monasteriorū quā obligatione originem duxisse videtur, utpote quæ peregrinantibus sponte cibum & potum præstare consueverunt, & ideò necessitatem solvendi imposterum non inducit, ubi de titulo legitimo non apparet, gloss. *in l. solet. verb. qualitatem. ff. de offic. pro cons.* Dan. Moller. *4. semestr. 37. n. 6.* Klock. *tom. 1. cons. 9. n. 84. seq. & cons. 21. n. 53. n. 91. seq. & n. 94. seq.* Varios Albergariarum species vide apud Wehner. *observ. pract. verb.* Schawen. *pag. 590.* Mager. *de Advoc. armat. c. 10. n. 256. 277. 310. Act. Lindavienf. fol. 489.* Limn. *de jur. publ. tom. 4 libr. 5. c 7. n. 62. f. 819.* Goldast. *in*
172 *ratione constit. Imp. p. 15. & rer. Alemann. tom. 2. f. 90.*

IX. Quamvis etiam jus aperturæ castri vel civitatis, tempore belli, superioritati territoriali adscribatur, Thom Michael. *de jurisd. concl. 53. lit. b.* Wesembec. *cons. 2. num. 78. part. 1.* Bruning. *de var. univers. spec. concl. 21. lit. b.* Mingius *de super. territ. conclus. 76.* Ritter *de homag. concl. 184.* Gœddæ. *resp. de restit. Bar. Vallend. num. 399.* Wehner. *verb.* Offnung. Besold. *thes. pract. verb.* Oeffnung. Bidembach. *nobil. quæst. 22 n. 2.* Quia subditi tantùm portas civitatis vel castri aperire Domino, eumq; cum suo comitatū recipere tenentur, Everhard. *jun. cons. 1. n. 160. vol. 2.* Gœdden. *cons. 31. num. 14.* atq; ita hoc jus alicui debitum, superioritatem probare tradunt Wesembec. *d. cons. 2. num. 78. part. 1.* Cœpoll. *de servit. urb. præd. cap. 39. num. 9.* Boër. *decis. 212. num. 11.* Petra. *de fideicom. quæst. 12. num. 401.* Mager. *de advoc. c. 10. n. 594. seq.* Indeque verba illa: Das genannte Schloß und Stadt soll uns offen seyn/ wider jedermänniglich/ zu unsern Kriegen und Nöthen/ wo wir das bedürffen/niemand außgeschlossen/ non aliter,
nisi de reservatione superioritatis accipi posse, 173
ait, Wesembec. *d. n. 78.* Hunc tamen refellit Johan. Bidembach. *nobil. quæst. 22. per tot.* ubi ait, si conjecturam facere liceret, potius ad vasalli urbanitatem, quàm ad Domini jurisdictionem hoc referendum, ut scilicet Vasallus Dominum per fundum feudalem transeuntem, ob illam voculam, der Offnung/ investituræ insertam, domi suæ hospitio recipere deberet, eo, quod jure feudali cautum, Dominum, suis tamen sumptibus, apud vasallum
divertere posse, Schrader. *de feud. cap. 6. num.* 174
123. Et hoc jus aperturæ non semper jus superioritatis inferre, inde colligitur, quod illud etiam ex speciali pacto vel cōsuetudine quandoque confœderatis & protectoribus competat, Cephal. *cons. 828.* Mager. *de advocat. cap. 10. n. 597.* Wehner. *d. verb.* Offnung. Klock. *de contribut. cap. 7. num. 116* Dn. Speidel. *verb.* Oeffnung. Et quamvis magnum interdum vinculum, & ferè subjectionem importet, die Oeffnung/ non tamen per eam probari posse, die Lands-Fürstliche Obrigkeit/ statuit Besold. *d. verb.* Offnung. ubi id exemplo castri & comitatus Ortenburg/
declarat. 175

X. De jure Advocatiæ sive protectionis, quod superioritatem & jurisdictionem, vel etiam subjectionem nullam importet, dicetur *infra lib 2. c. 24. n. 64. & seq.* Sed an idem obtineat in Advocatia seu Landvogteia Hagenoviensi, in dubium vocatur? Sane quod olim Reges & Imperatores Romani Civitatibus Imperialibus, certos officiales præfecerint, qui non solum ipsas civitates, sed etiam earundem jura tuerentur ac defenderent, & jurisdictioni quandoq; Imperatorum nomine præfuerint, constat ex traditis *infra lib. 5. cap. 3. n. 1. & passim.* Cum autem hujusmodi officiales & præfecti plerumque essent Nobiles, & quandoque etiam privati, nec semper ad defendendum & protegendum sufficientes, hoc protectionis jus successu temporis potentioribus & vicinis plerumque Principibus ac Comitibus tamdiu demandatum fuit, donec ab Imperatoribus re-
vocaretur, Caspar. Klok. *tom. 1. consil. 37. n. 2 &* 176
3. Imprimis verò Ecclesiasticis ac Monasteriis protectores & Advocati dati fuerunt, ita ut hoc advocatiæ jus initium ab Ecclesiis ac monasteriis sumpsisse videatur, quibus etiam seculares protectores & Advocati dati, sicuti innuit Ferrar. *de feud. lib. 1. cap 6. §. nono.* Vultei. *de*
feud. lib. 1. cap. 8. num. 17. Klock. *d. cons. 37. num. 4.* 177

Dati autem non solùm fuerunt Advocati singulis civitatibus, sed etiam integris quandoq; provinciis, qui præfecti provinciales dicti Landvogte/ Dn. Speidel. *in notabil. jurid. histor. verb.* Landvogt. Hinc cum Alsatiæ civitates tanquam limitaneæ per hostium incursus, multas molestias perpessæ, nec iis avertendis privati Advocati sufficientes essent, ideò Imperatores & Reges Romani potentiores Principes vicinos

178 vicinos Lutzelburgenses & Electores Palatinos, præfectos, & protectores constituerunt decem istis Alsatiæ civitatibus, veluti 1. Hagenoæ, 2. Colmariæ, 3. Selestadio, 4. Cæsaris Monti, 5. Monasterio in valle S. Gregorii, 6. Ehenhemiæ superiori, 7. Roshemiæ, 8. Turchemiæ, 9. Weissemburgo & 10. Landaviæ. Et hæc dicitur Præfectura Imperialis Hagenöensis Alsatiæ, die Land-Vogtey Hagenaw im Untern Elsaß/ sicuti apparet ex subscriptione Reichs-Abschied zu Speyr/ *de an. 1532. ibi*: Hagenaw mit Befelch der andern Städte/ in die Landvogtey Hagenaw/ im Untern-Elsaß/ nemlich Colmar/ Schletstatt/ Weissenburg/ Landaw/ Obern-Ehein/ Käysersberg/ Münster in S. Gregorienthal/ Roßheim und Turckheim/ & ita etiam in aliis Recessibus subsequentibus. Quibus etiam olim Mülhusium adnumeratum, quod hodie fœderi Helvetico accessit, Johan. Limnæ. *de jur. publ. libr. 7. cap. 22. num. 6. & ibi in Not. Tom. 4.*

179 Hanc Landvogteiam sive Præfecturam Imperialem circa annum 1423. Imperatorem Sigismundum, una cum pertinentibus Comiti Palatino pro quinquaginta millibus florenorum hypothecæ loco concessisse, Ferdinandum autem anno 1558. eandem reluisse, atque domui Austriacæ annexam ivisse, refert Samf. Herzog. *in Chron. Alsat. lib. 3.* Quod etiam innuere videtur Fridericus Elector Palatinus, in literis dominica Invocavit anno 1471. ad civitatem Spirensem datis, quas refert Lehman. *Chron. Spirens. lib. 7. cap. 111. fol. 963.*

Alii verò statuunt, quod postquam inter Electorem Palatinum Rupertum, & Albertum Bavariæ Ducem, super Georgii Bavariæ Ducis testamento, quo Albertum, hæredem ab intestato proximum præterierat, & Rupertum generum suum instituerat, grave bellum exortum, & Rupertus una cum patre suo Philippo ab Imperatore Maximiliano I. in bannum

180 declaratus fuisset, eidem quoque, transactione ac compositione postea facta, præfecturæ hoc jus ademerit, & Serenissimæ Domui Austriacæ appropriaverit, sicuti refert Hordleder. *de caus. bell. German. lib. 3. c. 1. n. 66. fol. 623.* Joh. Limnæ. *de jur. publ. lib. 5. c. 2. n. 24.* Apolog. *Colmariens. c. 1. memb. 3. fol. 157. lit. A.* Quæ postea, cum Imperatores civitates hasce Alsatiæ in specialem protectionem assumpserint, ipsi autem propter absentiam, ab hostium incursibus & aliis vicinorum molestiis easdem commodè defendere non potuerint, Serenissimæ domui Austriacæ in feudum hæreditarium, zu einer Käyserlichen Erb-Vogtey/ concessa fuit, sicuti indubitatam esse veritatem, quod hæc Præfectura ab Imperatore feudi nomine competat, scribit Caspar. Klock *tom. 1. cons. 37. n. 18.* Confer. Matth. Merian. *topograph. Alsat. verb.* Hagenaw, *pag. 20* ubi scribit: Es hat allhie (zu Hagenaw) ein berühmte Land-Vogtey/ deß heiligen Römischen Reichs/ darzu die Reichs-Stätte/ Colmar/ Schlettstatt/ Weissenburg/ Landaw/ Keysersberg/ Ober-Ehenheim/ Roßheim/ Türckheim (vor Zeiten auch Mühlhausen) und Münster in S. Gregorienthal: Item eine grosse Anzahl Dörffer/ so man die Reichs-Dörffer nennet/ und die durch einen Unter-Land-Vogt in deß hochlöblichen Hauses Oesterreich Nahmen regieret werden/ gehören. Hat ein eigen Land-Gericht/ dem ein Käyserlicher Schultheiß/ samt seinen Schöffen/ vorgesetzt ist. Im Obern-Elsaß ist auch ein Oesterreichischer Land-Vogt. Dieser Land-Vogt aber im Untern-Elsaß/ wann er in sein Ampt erstlich tritt/ er seye wessen Standes oder dignität er wolle/ muß anfangs der Stadt Hagenaw schweren/ daß er ihrer Freyheit/ und Privilegien/ durchauß keinen Eintrag thun wolle. Es solle solche Land-Vogtey Hagenaw erstlich halb dem Bischoff Bercholden zu Straßburg vom Römischen Reich umb 44000. Gulden Pfandsweiß überlassen worden seyn/ die Bischoff Wilhelm/ hernach Chur Pfaltz/ ums Jahr 1406. ledig und frey übergeben/ damit er Hülff wider die Stadt Hagenaw hätte: Welches hernach Käyser Sigismundus/ ums Jahr Christi 1423. nicht allein bestättiget/ sondern auch den andern halben Theil/ gegen Erlegung 50000. Goldgüldin/ darzu geschlagen/ so lang zu besitzen/ und zu geniessen/ biß von Römischen Käysern und Königen solche 50000. Gülden wieder bezahlt wurden. Folgends ist solche Land-Vogtey Erbsweise an Chur-Fürst Fridrichen den Ersten kommen; weil er aber wegen seiner Kriege/ vom Käyser Friderico IV. in die Acht erklärt ward/ so gab er/ der Käyser/ solche Land-Vogtey Pfaltzgraff Ludwigen dem Schwartzen zu Zweybrücken/ darwider aber besagter Fridericus protestirt. Und hatte folgends solche sein successor, Chur-Fürst Philippus noch biß auff den Beyerischen Krieg in anno 1504. und stehet in einer geschriebenen Verzeichnuß/ es hätte anno 1486. Pfaltzgraff Philips Chur-Fürst/ das Schloß Geroltzeck/ als ihme nahe gelegen/ sampt Reichshoffen/ und Hochfelden/ eingenommen/ auch nicht wiedergeben wollen/ biß/ als er sich wider Käyser Maximilian den Ersten auffgelehnet/ solch Schloß/ sampt der Land-Vogtey Hagenaw/ und allem so er im Elsaß hatte/ als Offenburg/ Gengenbach/ (so beyde mit dem benachbarten Schloß/ Bischoff Wilhelm von Straßburg kriegete/ Pfaltzgraff Ruperto Chur-Fürsten/ nachmahls Römischen Käyser/ an den er sich gehängt/ für Kriegs-Kosten übergeben hat) das alte Schloß Ortenberg/ oder Ortenburg/ nahend Gengenbach/ und dem Fluß Kintzing/ auff einem Berg/ vier Meilen von Schiltach und drey von Straßburg gelegen/ und was zu diesen Orthen gehörig/ ihme der Käyser genommen. Und hat besagtes Schloß Geroltzeck/ er der Käyser Maximilian erobern müssen/ und waren in selbiger Belägerung grosse Stück darvor/ so so man genannt den grossen Ballauff/ die böse Elß/ die Pfaltz/ den Löwen/ den Neidhart/ den Narren/ etc. und befunden sich viel Fürsten/ Graffen und vom Adel dabey. Das Schloß ward hierauff den Marggraffen von Baden/ zu gesampter Hand eingeraumet; doch hat endlich Pfaltz bewilliget/ daß man es den Erben von Geroltzeck wieder zustellen solte. Die Landvogtey Hagenau aber/ ist wiederumb an die Pfaltz kommen/ und bey derselben blieben/ biß anno 1558. solche Käyser Ferdinandus I. von Chur Pfaltz gelöset/ und an das Hauß Oesterreich gebracht hat.

Quibus ita præmissis dicendum videtur, Imperialem hanc Præfecturam Advocatis & Præfe-

Præfectis, superioritatem in istas civitates attribuere; Cum enim Leadem Serenissimæ domui Austriacæ in beneficium feudale concessa, verisimile non videtur, quod illa nudam tantum protectionem & defensionem inferat, siquidem hoc casu beneficium hoc feudale, & protectionis officium, propter difficiles pro defensione impendendos sumptus, ipsis magis onerosum & damnosum, quàm utile futurum
181 foret, cum tamen Principum beneficia latissimè sint interpretanda Rol. à Valle. *cons. 2. n. 11. lib. 1.* Carol. Tap. *in rubr. de constit. Princip. c. 7. n.*
182 *4.* ac officium suum nemini damnosum esse debeat, *l. sed si quis. ff. testam. quemad. aper. l. sancimus ff. de administr.* Wesembec *cons. 36. num. 17.*

2. Quia Præfecti hujusmodi Provinciales, in vicem Imperatorum hanc præfecturam obtinent, atque ita Vicarii Imperatoris, vel ad
183 minimum ejusdem delegati existunt. Constat autem, quod delegati Principis merum & mixtum Imperium obtinent Rob. Maranta. *disp. 1. num. 10.* & hujusmodi vicarios ab Imperatore, cum jurisdictione constitui, innuunt Decian. *cons. 23. num. 66. seq. vol. 2.* Gail. *1. obs. 97. num. 13.* Cum & aliâs quoque Vicarius Regis ea facere possit, quæ potest Rex ipse, cujus vices gerit, *l. 1. C. de offic. ejus, qui vic. alter. c. si Episcopus. caus. 2. quæst. 6.* Rol. à Vall. *cons. 16. num. 33. vol. 1.*

3. Ex quo etiam protectionis nomine plenam jurisdictionem contineri, scribit Bald. *in*
184 *l. 1. n. 6. C. si quac. præd. pot.* & superioritatem nihil aliud esse, quàm protectionem & defensionem ratione jurisdictionis competentem, respondit post gloss. *in procem. ff. verb. sanctione, &* Bart. ibid Jac. Mandel. Alban. *cons. 62. num. 20. & 46.*

185 4. Quia civitates hujusmodi Præfectis suis juramentum præstare soleant, hoc autem juramentum non sit feudale, neque etiam officii, ex quo sequatur illud subjectionis esse, cum tria tantùm sint juramentorũ genera, primum juramentum Clientelare, sive Vasallagium, die Lehens-Pflicht/ quod vasallus Domino ratione feudi præstat, de quo Feudistæ *in c. 1. qualit. vasal. jur.* Schrader. *de feud. part. 6. cap. 4. n. 2.* Vultei. *de feud. lib. 1. cap. 6. num. 7. & cap. 7. n. 40.* Alterum, quod Consiliarii, officiales & ministri Dominis suis præstare solent, vulgò Raths: oder Diensts-Pflicht/ de quo *in cap. 1. §. si verò domestici qualit. vasal. jur. deb.* Vultei. *d. cap 6. num. 1.* Tertium, quod quis Domino, sive magistratui ordinario ut subditus, ratione subjectionis præstat, quod dicitur homagium, die Erbhuldigung/ Maul. *de homag. tit. 1. n. 1.* confer Mager. *de advocat. cap. 9. n. 154. seq.* Vultei. *3. Marpurg. cons. 35. num. 27. seq.* Homagium autem, sive, die Erbhuldigung/ infallibile signum esse superioritatis, eodemque superioritatem probari, *supra num. 65.* dictum est.

5. Ex quo etiam hujusmodi civitates à Præfectis ac protectoribus suis vocantur liebe getreue/ quod non alio, nisi subjectionis intuitu
186 fieri videtur, per dicta Gail. *de arrest. cap. 7. n. 10. & 13.* confer *supra num. 82.*

6. Et olim quoque Præfectos provinciales Imperatoris nomine in clientes jurisdictionem exercuisse, & nonnullos eandem adhucdum hodie exercere, exemplis demonstrat Mager. 187
de advocat. cap. 10. num. 389. seq. Wehner. *pract. verb.* Vogtey.

7. Atque hæc quidem quoad civitatem Hagenoënsem tantò magis obtinere videntur, quod secundum privilegium Imper. Carol. IV. *de anno 1350.* Consules, Senatus & cives Hagenoenses, coram nullo alio, quam Imperatore officiato, ihrer Käyserlichen Majest. Amptmann/ 188
conveniri debeant, id quod non de Prætore sive Sculteto Schultheßen/ sed de Præfecto Imperiali, deß Reichs-Vogt/ intelligendum esse videtur, juxta privilegium Imperatoris Rudolphi *de anno 1580.* ubi illud privilegium ita interpretatur, daß Burgermeister/ Rath und Bürger zu Hagenaw für ihrem rechten Vogt und Amptmann antworten sollen.

8. Ad hæc verba transactionis Præfecto jus Regalium cum pertinentiis, concedere videntur, quibus asseritur, daß der Erb-Vogt vom H. Reich die Erb-Vogtey in dicta civitate, mit ihren Ehren/ Nutzen und Zugehörungen/ auch den Schutz/ 189
Schirm und Gelait daselbst zu Lehen trage/ uti testatur Klock. *1. cons. 36. num. 47.* ubi etiam addit, quod vocabulum, Ehren/ ad jurisdictionalia quodammodò extendatur, idque confirmat authoritate Bald. *in l. fin. num. 48. C. de edict. D. Hadr.* dicentis, quod appellatione castri & honorificentiæ jurisdictionalia veniant, quem sequitur Cæsar Contard. *in l. unic. C. si à moment. poss. appell. limit. 2. §. 8 n. 31.* Et hoc vocabulum, Ehren/ de regalibus quoque accipi posse, utpotè quæ potissimum personam, cui conferuntur indignitate quadam regali constituunt, scribit Klock. *d. cons. 37. n. 48.*

9. Porrò Præfectus sive Advocatus Hagenoensis jus & potestatem habet constituendi prætorem, einen Unter-Vogt zu verordnen/ qui actibus judicialibus interest, & præsidet, ex quo itidem jurisdictio & superioritas argui & probari videtur, cum jus eligendi Prætorem & Scabinos, eosque confirmandi, vel removendi signum sit dominii & superioritatis, Bald *in* 190
l. fin. n. 2. de legib. Menoch. *cons. 270. num. 32. & cons. 302. n. 30.* & indubitatum esse, jus constituendi magistratus esse effectum jurisdictionis & imperii, scribit Molinæ. *in consuet. Paris. tit. 1. §. 1. gloss. 5. verb. le fief. num. 57.*

10 Prætor hujusmodi potestatem & jus habet sententias à Scabinis latas exequendi, & 191
sic agendi, quod extremum est in jurisdictione *l. unic ff. si quis jus dic. non obtemp.* executio autem, & missio in possessionem, sunt actus meri & mixti Imperii, qui officio judicis nobili expediuntur, *l. jubere, cavere, & ibi* Bart. *ff. de jurisd. l. ea, quæ ff. ad municipal. l. 1. ff. de offic. ejus cui mand. jurisd. l. nec quicquam. §. 1. ff. de offic. procons.* Coler. *de process. execut. part. 1 cap. 5. num. 22.* & executio majoris censetur esse jurisdictionis, quàm pronunciatio, Bald. & Alex. *in l. 1. n. 16. ff. de jurisd.* Chassan. *in consuet. Burg Rubr. 1. verb. hanc justicie. num. 3.*

11. Denique in civitate H. Præfecto sive Advocato, vel ejusdem substituto Prætori pars

quædam

quædam mulctarum & fructuum jurisdictionalium cedit & solvitur, ex quo tanquam effectu, causa arguitur, cum mulctæ & pœnæ jurisdictionis sint fructus, & sicut ex perceptione fructuum fundi possessio, ita etiam fructuum jurisdictionalium, mulctarum ac pœnarum pecuniariarum perceptione jurisdictio probatur, per tradita *infra lib. 2. cap. 6. num. 78.*

Hæc licet speciosa sint, contrarium tamen, & quod Præfectura hæc provincialis sive Lád-Vogteia Imperialis nullam in civitates istas Præfecto jurisdictionem vel superioritatem tribuat, verius est. Quia 1. Landvogteia hæc nihil aliud est, quàm jus protectionis & defensionis, Schutz und Schirm / sicuti constat ex Regis Ludovici privilegio Francofurti an. 1320. concesso, quo mandat advocato suo Provinciali ac cæteris officiatis suis pro tempore ibi-
192 dem existentibus, ut cives harum civitatum in juribus & immunitatibus authoritate Regia manuteneant & defendant, uti testatur Klock. *1. cons. 37. num. 1.* At verò jus protectionis nullam tribuere superioritatem & jurisdictionem in clientes, pluribus demonstrabitur *infra lib. 2. cap. 24. num. 64. & seq.*

193 2. Quia civitates hæ semper hactenus pro liberis Imperii civitatibus habitæ & judicatæ, soli Imperatori subjectæ, in matricula sive albo Imperii comprehensæ, ad Comitia vocatæ, in iisdem comparuerunt, votum & sessionem obtinuerunt, Recessibus Imperii subscripserunt, contributiones Imperio immediatè solverunt, appellationes ab earum sententiis ad Cameram Imperialem sunt delatæ, omnesque alios actus superioritatis & jurisdictionis exercuerunt, sicuti hoc ipsum ex Imperii matricula, Recessuum Imperii subscriptionibus notorium, & constat ex iis, quæ de singulis hisce civitatibus Alsatia diximus *infra lib. 3. passim.* Ex hujusmodi autem actibus immedietatem, ac superioritatem territorialem & jurisdictionem probari, ex præcedentibus satis superque constat.

194 3. Quia prædictæ civitates in suis ditionibus, districtibus & territoriis non solùm merum mixtumque Imperium, omnimodamque jurisdictionem, sed etiam juribus superioritatis annexa Regalia aliaque similia jura obtinent, & hactenus liberè exercuerunt, sicuti & inter alia magistratus harum civitatum, delinquentibus & ad mortem condemnatis quandoque pœnam istam capitalem indulserunt; hoc autem jus & potestas indulgendi & remittendi pœnas delictorum capitales immedietatis ac superioritatis symbolum esse, & in solo Principe residere, Regalibus adscribi, & hodie Statibus imperii ac civitatibus Imperialibus, & non etiam provincialibus, & Landsassiis competere, dicetur *infra lib. 2. cap. 27. n. 1. & seq.*

195 4. Quia investitura Imperialis de Præfectura hac Provinciali, nec verbo quidem jurisdictionis sive superioritatis in hasce civitates mentionem facit, ideoque extensio ultra investituræ & instrumenti tenorem non est facienda, cum investituræ feudales sint stricti juris, Cacheran. *decis. Pedem. 23. num. 14.* Zas. *de feud. part. 1. in fin.* Vultei. *de feud. lib. 1. cap. 7. num. 56. vers. etsi verò,* nec in iis extrinsecum quid exaudiendum Wesembec. *cons. 60. num. 11.* imprimis verò quando concessio & ejusdem extensio in præjudicium tertii tenderet, quo casu investituræ verba strictissimè accipienda, & clausula, salvo jure tertii, semper subintelligatur, Menoch. *2. præs. 9 num. 5.* Wesembec. *cons. 2. num. 94. in fin. & cons. 41. n. 65.*

5. Imò etiamsi Imperator per investituram & concessionem hujusmodi præfecturæ provincialis prædictas civitates Præfectis hisce subjicere voluisset, id tamen de jure facere non potuisset, cum Imperatoribus fas non sit, civitates Imperiales vel alios Imperii Status ab Imperio alienare, vel aliis subjicere, sicuti constat ex traditis *infra lib. 2. cap. 31. num. 1. & per tot.*

6 Et quidem civitatem Hagenoensem quod 196
attinet, de qua major videtur esse controversia, hæc à Rege Richardo Moguntiæ 8. Septembris *anno 1257.* speciali privilegio munita fuit, quod à se & Imperio nullatenus alienari vel separari, sed ea immediate sibi & Imperio servari debeat. Quod priviléginm postea anno 1349. ab Imperatore Carolo IV. specialiter renovatum & confirmatum fuit. Et hoc privilegium per subsequentes Imperatores non solum non fuit sublatum, sed potius ab omnibus per generalem privilegiorum omnium
confirmationem roboratum est, cum & aliàs 197
in dubio non præsumitur, quod Princeps vel suum vel antecessorum suorum à se confirmata privilegia revocari voluerit, Cravet. *cons. 21. in fin.* Decian. *cons. 25. num. 5. vol. 3.* Johan Petr. Surd. *cons. 419. num. 50.* Menoch. *6. præs. 37. num. 7.* Præsertim verò, cum hoc & alia civitatum harum privilegia propter benemerita ipsis cõcessa, revocari nequeunt, Bald. *in l. qui se patris. C. unde liber.* Abbas. *cons. 3. num. 26. vol. 2.* Alex. *cons. 216. num. 2. seqq. vol. 2.* quia talia privilegia in contractum transeunt, Rol. à Valle. *cons. 76. num. 17. seq. vol. 2.* Tiraquel. *in l. si unquam. verb. donatione largitus. n. 14.* Peregr. *de jur. fisc. lib 1. tit. habentes jura fisci num. 29.* Grot. *de jur. bell. & pac. l. 2. c. 14. n. 13.*

7. Quemadmodum in Imperio Romano in provinciis aliis Præfecti provinciales, in nullum alium, quàm hunc unicum finem constituti sunt, ut nomine Imperatorum & Imperii,
terras & provincias, quibus præfecti fuerunt, 198
contra omnes injurias & oppressiones violentas omnibus suis viribus protegerent & defenderent, sicuti in hunc finem Carolus Magnus Wittichindum constituit Præfectũ sive Landvogtum Saroborum, Obristen Land-Vogt zu Zorbeck / Fabric. *de orig. Saxon. lib.* Et cum Sueviæ Dux de familia Rothephaniorum, Bavariæ Duci ferociter resisteret, Imperator Henricus in Comitiis Wormatiensibus decrevit, terram Suevicam Præfecturam verò Regionis, ein Land-Vogt von Schwaben auff dem Schloß genannt S. Voigtsberg ob Ravenspurg der Stadt gelegen / Knichen. *de jur. territ. cap. 4. num. 318.* Mager. *de advocat. cap. 2. num. 84.* uti & Imperator

perator Ludovicus Bavarus Comitibus Palatinis Rheni Præfecturam Imperialem in provincia Spirensi, die Land-Vogtey im Speyrgaw/ nec non Principes & civitates Rheni tempore Imper. Ruperti Eberhardo Comiti Erbacensi Præfecturam circa Rhenum & in Wetteravia, pro defensione contra hostium incursiones & alias oppressiones, commisisse, testatur Lehman. *Chron. Spirens. lib. 7. cap. 74. fol. 853. in princ.* Author. *apolog. Colmar. cap. 1. membr. 3. fol. 161. lit. V. & X.* Ita etiam Alsatiæ hæc præfectura sive Landvogtia in alium finem nullum, quam protectionis & defensionis instituta fuit, non verò ut per hanc tam ipsis civitatibus, quàm Imperio Romano ullum aliquod præjudicium inferatur. Et cum Præfecturæ hujusmodi non solùm pro defensione hujusmodi civitatum, sed etiam Imperatorum & Imperii jurium, conservatione, & ne civitates istæ ab Imperio avellantur & ruinam patiantur, institutæ, per tradita *apolog. Colmar. cap. 1. membr. 3. fol. 161.* non debent ad contrarium inducendum extendi, cum inducta ad augmentum,
199 non debeant operari diminutionem *l. si à milite. §. 1. ff. de testam. milit. l. si Rufinus. C. eod. l. legata inutiliter. ff. de legat. 1. l. cum tale. ff. de condit. & demonstr.* Surd. *de aliment. tit. 8. privil. 22. num. 4.* Munotz. *de Escobar. de ratiocin. administr. cap. 30. num. 12.* Et quod in alicujus favorem introductum, non debeat in odium ipsius detorqueri, *l. nulla juris ratio. 24. ff. de legib. l. quod favore. C. eod. c. quod ob gratiam. §. 1. de R. I. in 6.*

8. Ad hæc Præfecti Provinciales Alsatiæ, dùm vel de novo constituuntur, vel in locum demortuorum alii substituuntur, civitatibus juratò & per literas Reversales promittere adstringuntur, se illarum libertati & privilegiis
200 locum daturos in omnibus, daß ein Ober-Land-Vogt sich durch einen versiegelten Revers, Eydlich verpflichten und verbinden muß/ sie die Stätt/ bey Ihrer Majest. und dem Heil. Reich / zu erhalten / auch bey allen ihren Freyheiten/ Gnaden/ Rechten und Herkommen bleiben zu lassen / darbey zu schützen / zuschirmen und handzuhaben/ Johan. Limnæ. *de jur. publ. lib. 7. cap. 22. in fin.* Author. *apolog. Colmar. cap. 1. membr. 3. fol. 162. & seq.*

201 9. Et quamvis, uti & aliâs quoque ut plurimùm fieri assolet, ut protectores sub specie fœderis clientelaris, clientes in servitutem & subjectionem redigere conentur, ita & Alsatiæ civitatum Præfecti, ab antiquo jure discedere, & alia in iisdem non competentia jura sibi adserere conati fuerint, prout Imperator Maximilianus I. *anno 1502.* Philippo Comiti Palatino Rheni, jus oppignorationis in iisdem attribuere voluerit: Et Imperator Carolus V. in literis adseruerit, quod Ludovico Palatinò Præfecturam istam vigore transactionis concesserint, ihre Majest. haben Pfaltzgraff Ludwigen/ vermöge eines mit der Pfaltz getroffenen Vertrags/ die Land-Vogtey übergeben: Ac postea Ferdinandus I. *anno 1555.* juramentum illud præstare recusaverit; & tempore Imperatoris Matthiæ propter Maximiliani Austriæ Archiducis præsentationem ad hanc præfecturam, lites ortæ, & *anno 1606.* nonnulli asserere non erubuerint, quod decem hujusmodi civitates Alsatiæ, cum utili Dominii jure ad Serenissimos Austriæ Archiduces pertineant, & à Cameræ Imperialis jurisdictione exemptæ sint, prædictæ tamen civitates, hujusmodi conatibus & innovationibus semper contradixerunt, Imperatorum auxilium implorarunt & obtinuerunt, & jura sua salva & sarta conservarunt. Imò cum contra Alsatiæ civitates Rosheimiam & Turchemiam in Camera Imperiali adsertum esset, eas Austriæ Archiducibus subjectas & à Cameræ jurisdictione exemptas esse, anno 1606. in actu præsentationis, Commissarii Austriaci sese declararunt, quod hac de re, nec Dominis suis, nec sibi ipsis nihil quicquam constet, sed per Advocatos & Procuratores multa fieri & allegari soleant, de quibus Dominis ipsis nihil constet, & quæ ipsi nec voluerint, nec jusserint. Ex quo etiam prætensæ & attentatæ novationes abolitæ, literæ præsentationum & Reversales in forma consueta datæ, in iisdemque Præfecti ipsi confessi & attestati sunt, quod hæc Præfectura Provincialis sive Landvogteia in nullum alium finem quàm pro utilitate Imperii publica, & civitatum istarum protectione & defensione instituta, iisdemque in juribus, privilegiis & immunitatibus suis nihil quicquam præjudicare debeat, prout attestatur, Author. *apolog. Colmar. cap. 1. membr. 3. fol. 163. seq.* Quæ propria præfectorum confessio, sine ullo dubio civitatum harum sub Landvogteia hac comprehensarum Statum liberum & immediatum, firmissimè probat, cum nulla fortior & efficacior sit probatio, quam quæ ex propria resultat confessione, utpote quæ probatio est probata, plena, plenissima, certa, indubitata, vera & aliarum probationum verior, superior & potentior dicitur, *supra n. 159. & seqq.*

Denique hanc sententiam manifestè probat Pacificatio inter Cæsarem & Galliæ Regem nuper *anno 1648.* Monasteriis inita, ubi §. *Teneatur Rex Christianissimus. pag. 32.* Galliæ Rex jubetur prædictas Decem civitates Imperiales, quæ præfecturam Hagenoensem agnoscunt, in ea libertate & possessione immediatatis erga Imperium Romanum, qua hactenus gavisæ sunt, relinquere.

Quæ pro contraria sententia stabilienda adducta sunt, non adeò magni sunt ponderis, & quidem primum corruit ex quarta decidendi ratione, qua demonstratum est, investituram hanc feudalem jurisdictionis vel superioritatis ne verbo quidem mentionem facere, atque ideò etiam contra naturam Advocatiæ, sive protectionis, quæ in defensione consistit, nihil operari, nec eam contra Imperatoris mentem, in præjudicium civitatum harum Imperialium, extendi posse. Nec onerosum Præfecto Provinciali hoc est officium, cum is hoc nomine à civitatibus istis singulis annis protectionis & defensionis nomine certam pecuniæ summam & quibusdam in locis vel-

uti Hagenoæ mulctarum, quandam partem recipiat, ficuti & aliàs quoque protectionis causa mercedem pacisci & recipere & soleat &
202 liceat, per *l. metum. §. quod licet. ff. quod met. caus.* Menoch. *cons. 29. n. 34.* Simon. Pistor. *cons. 19. num. 16. vol. 1.*

Quod secundo loco de vicario & de legato Principis adductum, nihil ad rhombum facit, cum in concessione Præfecturæ hujus provincialis expressum sit, in quibus ea consistat, & quid juris in civitatibus hisce Advocatus sive Præfectus Provincialis obtineat, in qua tamen nullibi reperitur, quod Præfecti hi Imperatoris vices in hisce civitatibus gerere, sed quod easdem in juribus suis & contra oppressiones aliorum protegere debeant, nec unquam antea, nisi quod nuperrimè noviter attentatum, Præfecti, se Imperatoris vices in his civitatibus gerere, asseruerunt, cujus contrarium tamen docuit observantia, quæ optima rerum, & dubiarum investiturarum interpres, secundum Joseph. Ludov. *conclus. 38. num. 64.*

203 Quæ pro tertia dubitandi ratione ex Baldo sunt allegata, de subditorum defensione ordinaria, quæ Domino territorii ratione universalis protectionis incumbit, intelligenda sunt, prout explicat Natta *cons. 636. num. 95. & 96.*

204 Ad quartum variè responderi poterit, & quidem 1. quod ex homagio sive juramento non semper jurisdictio, sive superioritas universalis concludi possit, sicuti constat ex traditis *supra cap. 3. num. 41. & seq.* aliquando enim ad bassam seu inferiorem & simplicem jurisdictionem refertur, sicuti factum *20. Septembr. anno 1591.* in causa Bemelberg contra Oettingen/ teste Klock. *1. cons. 37. num. 92.* quod tamen aliud ab eo, quod Principes ac Domini territoriales intuitu universalis subjectionis territorialis, à subditis suis exigere solent, Besold. *de jurisdict. cap. 22. vers. eidem juramentum.* Wehner. *pract. obs. verb.* Zent. *vers. vogtei. fol. 704. & verb.* Vogtey. *vers. inferior. fol. 658.* quando enim in loco quodam plures sunt Domini & unus simplicem sive civilem, alius verò criminalem habet jurisdictionem, ei præstandum est homagium, qui civilem tantùm habet jurisdictionem, cum territorio, & non ei, qui criminalem habet, ut dicetur *infra lib. 2. cap. 9. num. 25. & seq.* atque ita superioritas territorialis ex homagii, seu juramenti præstatione non absolutè, sed adminiculativè tantùm, & aliis concurrentibus infertur, Wehner. *Francon. cons. 79. circa fin.* & homagium subjectionem probat, non à priori, sed à posteriori, id est, non ideò, quia huic vel illi juravit, sed ideò, quia subditus est, juravit, Reinking. *de regim. sec. lib. 1. class. 5. cap. 4. num. 6.* Auctor *apol. Colmar. cap. 1. membr. 3. fol. 158. lit. F.*

205 2. Præter tria juramentorum genera, etiam alia sunt, quibus quis alteri ad fidelitatem, aliisque modis obligatur, veluti juramenta oppignorationum, negociationum sive commerciorum, confraternitatum, debitorum, aliarumque obligationum. Et hoc nostrum juramentum quod attinet, id quidem cum juramento assecurationis sive homagio, quod subditi dominis suis præstant, nullam planè affinitatem habet, sed juramento fidelitatis, quod vasalli Dominis jurant, non absimile esse videtur, sicuti etiam nec illi, quod consiliarii Nobiles immediati, ratione officii Principibus ac aliis Dominis præstare solent, Dienst-Pflicht/ qui quidem Dominis suis quoad officia sua fideles esse tenentur, & quodammodò, subditi sunt, in reliquis tamen actionibus tàm realibus, quàm personalibus officium hoc non concernentibus, Imperatori immediatè subditi esse permanent, & vel coram Imperatore, vel Camera Imperiali, vel Austregis conveniuntur. Atque ita etiam hoc casu clientes propter juramentum, quod protectionis nomine Advocato præstant, pro subditis haberi non possunt, uti argumentatur Caspar. Klock. *1. cons. 37. n. 94. seq.*

3. Quod si quoque juramentum hoc ad speciem juramenti familiaritatis referri non poterit, illud tamen hoc casu propterea nullam vel superioritatem, vel subjectionem importaret, quod Senatus harum civitatum juramentum hoc non simpliciter, sed cum hac expressa reservatione & protestatione præstare soleant, quod hoc juramento illi, quo Imperatori & Imperio Romano, tanquam Imperii Status immediati, devincti & obligati, & in aliis suis juribus ac privilegiis, nihil quicquam præjudicare debeat, daß einem Rath und gemeiner Bürgerschafft / an den Eyden und Pflichten / damit sie als ein ohnzweiffelich Reichs-Stand der Kayserlichen Majestät und dem heiligen Reich verwandt / wie eben er Gestalt / an ihrer habender / Hoher Oberherrligund Gerechtigkeit / diese dem Schutz-Herrn gethane Verpflichtung ohnabbrüchig seyn soll / uti testatur Caspar. Klock. *d. cons. 37. num. 96.* Cujusmodi 206
protestatio jus protestantium immediatæ subjectionis salvum & illæsum conservat, Felin. *in c. cum accessissent. & ibi* Dec. *X. de constitut.* Decian. *cons. 72. num. 38. vol. 2.* Carol. Tap. *in l. fin. part. 2. cap. 2. num. 11. ff. de constit. Princ.* sicuti etiam reservationes jus, quod subest, incolume præstant, *l. si quis legaverit. ff. de legat. 1.* Surd. *cons. 402. num. 4.* præsertim verò, si reservationes specialiter factæ fuerint, ut hoc casu, quæ plus, quàm generales operari solent, Jason. *in l. 1. num. 18. ff. si quis jus dic. non obtemp.* Decian. *cons. 3. n. 240. seq.*

Ad hæc 4. Civitates hasce non præstare juramentum adsecurationis, sive subjectionis, sed clientelare tantùm, ex ipsa formula constat, qua jurant vel fide data promittunt Consules & Senatus, sese tales erga Advocatum, sive Landvogtum gesturos, quales clientes fideles decet, daß sie sich als getreuen Schutz- und Schirms-Leuthen wohl anstehet / und zu andern deß Schutzherrn oder Land-Vogten habenden Gerechtigkeiten / treulich und gehorsamlich zu verhalten / &c. teste Klock. *d. cons. 37. num. 100.* cum igitur hoc juramentum ad jus tantùm protectionis, sive

five clientelare, nominatim sit adstrictum, extra illud, & contra intentionem jurantium
207 extendi non debet, cum omnia juramenta secundum actus naturam, cui adjiciuntur, interpretanda, *l. fin. C. de non num. pec.* Seraph. de Seraphin. *de privil. jurament.* 47. *num.* 190. nec extendenda ultra intentionem agentium per *l. non omnis. ff. si cert. pet. l. legata inutiliter. ff. de legat.* 1. Seraph. *priv.* 74. *num.* 193. Boër. *decis.* 3. *num.* 8. nec ultra terminos promissionis vel obligationis, Tiraquel. *in praef. l. si unquam. n.* 165. *C. de revoc. don.* Molin. *de primogen. Hispan. lib.* 2. *c.* 7. *n.* 7.

208 Imò 5. sæpe dictæ Civitates ad Landvogteiam Alsatiæ pertinentes ipsi Præfecto non tanquam Austriæ Archiduci, sed nomine Imperii fidelitatem jurant, & quidem non simpliciter, sed quatenus more antiquo consuetum, & tamdiu ipse Præfectus erit, schweren nicht/ daß sie dem Land-Vogt für seine Person/ oder als einem Ertz-Hertzogen zu Oesterreich/ sondern im Nahmen deß heiligen Reichs/ gehorsam seyn sollen/ ziemlicher Ding/ als das gewohnlich/ und von altem Herkommen ist/ und zwar nicht länger/ als so lang er Land-Vogt ist/ uti refert Auctor *apol. Colmar. cap.* 1.
209 *membr.* 3. *fol.* 158. Cum autem juramenta & homagia etiam per procuratorem præstari & recipi possint, per *c. ult. X. de jurament.* Bart. & Dd. *in l. qui bona.* §. *si aliena ff. de damn. infect.* & obligatio inde nata non adquiratur ipsi procuratori, sed ei, cujus nomine recepit, cum is, qui speciale mandatum accepit, una eademque cum mandante persona esse intelligatur, *l. si procurator.* 11. *& ibi* gloss. *in verb. admisit. ff. de dol. mal. c. tibi Domino. Dist.* 63. *c. ea te. X. de injur.* Schrader. *de feud. part.* 6. *cap.* 4. *num.* 36. Consequens est, quòd obligatio, quæ ex hoc juramento orta, non ipsi Præfecto sive Landvogto, sed potiùs Imperatori & Imperio adquisita intelligatur.

Et si quoque 6. ipsi Præfecto hoc casu aliqua obligatio adquireretur, hæc tamen non aliter, quàm jure Imperii, ac Rerum publicarum, sive Civitatum harum Statu, privilegiis, juribus territorialibus, jurisdictionalibus, aliisque immunitatibus salvis, intelligenda & interpretanda veniret; cùm subjectio & obligatio illa Imperio debita, aliam consimilem qualitatem non admittat, & nemo duorum
210 homo ligius esse possit. *c. si quis investitus, & c. seq. de V. S. Bald. in c. cæterum X. de judic.* Jac. de S. Georg. *de homag. part.* 1. *n.* 6.

Atque hæc 7. tantò fortius procedunt, cùm ipse Præfectus der Landvogt/ literis reversalibus repromittere teneatur, quod ipsis Civitatibus hæc Præfectura, & quæ jura hac ratione Serenissimis Austriæ Archiducibus competunt, quoad reliqua sua privilegia, immunitates & jura competentia, nihil quicquam præjudicare debeant, daß ihnen solches an ihren Freyheiten/ Privilegien/ Recht und Gerechtigkeiten/ Gewohnheiten/ guten Sitten/ und was sie sonsten von alters hero possidirt und besessen/ unschädlich und unnachtheilig seyn solle. Ex quo etiam juramenta hæc ultra Landvogteiam, sive protectionem provincialem, & jura hoc nomine Præfectis specialiter concessa, extendi nequeunt, cum
juramenta pactorum & jurium confirmato- 211
ria ulterius non veniant extendenda, Gylman. *Symph. tom.* 1. *part.* 1. *tit.* 2. *vot.* 1. *n.* 95.

Quibus omnibus 8. accedit, quod ex ho-
magio superioritas probari non possit, quan- 212
do alius in possessione vel quasi superioritatis vel jurisdictionis universalis est. Panormit. *in c. cum inter* 13. *vers.* 4. *& cas. ult. num.* 16. *X. de sentent. & re judic.* Dauth. *jun. in hypoth. sect.* 9. Ne juramenta sibi adversentur & juramenti observatio stringatur adversus ea, quæ quis antea, & quidem principaliter juravit. *c. veniens. X. de jurejur.* Auctor *Consil. Fridberg. cap.* 5. *num.* 179.

Ad quintum responsio patet ex dictis *supra num.* 84.

Et licet quoque, pro ut sexto loco objectum, olim Præfecti Imperiales Provinciales Imperatoris nomine jurisdictionem quoque exercuerint, hodie tamen id secus se habet, postquam ipsæ Civitates ac alii Status Imperii, jura territorialia, regalia & omnimodam jurisdictionem, omneque Imperium Autocraticum adquisiverunt, & sibi appropriârunt, de quo vide *infra lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 40. & seq. *& cap.* 6. *n.* 7.

Quod septimo de judice Civitatis Hagenoensis adductum, id non de Præfecto Provinciali, von dem Landvogt/ sed de Prætore sive Sculteto intelligendum venit, sicuti hoc ex privilegio Regis Ludovici deducit Klock. *d. cons.* 37. *num.* 77. *& seq.* in quo habetur, quod Consul ac Senatus coram Imperatoris officiato, für deß Reichs Amptmann conveniri possit, quod postea expressè de Prætore sive Sculteto explicatur, per verba, vor den vorgenannten Schultheßen unsern Amptmann/ ita ut officialis ille nemo alius sit, quàm Prætor, sive Scultetus, qui Imperatoris nomine jurisdictionem exerceat, quales hodie in Civitatibus Imperialibus sunt, die Reichs Schultheßen/ Stattammann/ de quibus *infra lib.* 5. *cap.* 3. Et quamvis hoc etiam de Præfecto Provinciali intelligendum foret, ex eo tamen superioritas territorialis, vel jurisdictio universalis evinci non posset, cum observantia testatum faciat, quod Præfecto huic nulla causarum cognitio competat, sed eadem ad senatum tantùm, die verordnete Schöpffen/ pertineat, & coram eodem omnes causæ dijudicentur, atque indè si quam jurisdictionem Præfectus obtineat in senatum, ea nihil aliud sit, quàm judicium Austregarum, & Præfectus hic loco judicis privilegiati habeatur, coram quo ipse Senatus conveniatur: Prout etiam aliæ Civitates Imperiales judices suos privilegiatos habent, coram quibus in prima instantia conveniuntur, qui tamen extra casum privilegiatæ hujusmodi cognitionis, vel prorogatæ quodammodò jurisdictionis, nullam superioritatem vel jurisdictionem obtinent, de quibus vide *infra lib.* 2. *cap.* 33. *n.* 80. *&* 98.

Nihil quoque ad rem facit, octavum argumentum in contrarium adductum, cum
213 fundamento & ratione careat, quod sub vocabulo, Ehren/ regalia intelligantur, cum verisimilius sit eodem intelligi honorem & reverentiam, quæ Advocato sive Præfecto propter protectionem & defensionem debetur, cum regulariter Patrono honor & reverentia debeatur, sicuti Ecclesiæ Patrono honor exhiberi solet, ut digniorem locum in sedendo obtineat, eidemque alimenta debeantur. Abbas *in c. præterea. de jur. patron.* Surd. *de aliment. tit. 9. quæst. 22.*

Quæ de jure conducendi in dicta investitura hujus Præfecturæ provincialis dicuntur, ea manifesto indicant, Præfecto extra speciale protectionis pactum, nullam superioritatem competere, cum jus conducendi territorii Domino ipso jure competat, & superioritati territoriali adhæreat, & sic superfluum fuisset, id, quod antea jure communi, vel jure Advocatiæ communis, vel protectionis territorialis competebat, speciali contractu de novo
214 impetrare vel præcavere, per *l. 1. C. de thesaur. l. Imperatores. ff. de privil. credit.* Dec. *consf. 197. n. 1.* Surd. *consf. 215. n. 23.*

Pro enervando dubio nono, observandum est, quod licet actus constituendi Prætorem, vel alios officiales, aliis concurrentibus adminiculis, non levem jurisdictionis probationem inducat, cùm tamen Senatus Hagenoensis sit in possessione vel quasi omnimodæ jurisdictionis, ex unico hoc jurisdictionis actu, universalem jurisdictionem & superioritatem evinci non posse. Quamvis enim quis unum jurisdictionis actum sive speciem exerceat, quando tamen alius fuerit in possessione generali jurisdictionis, tunc tantùm, quoad actum exercitum, & non etiam quoad alios, jurisdictionem adquirit, etiamsi species illa jurisdictionis exercita, aliis potentior sit, sicuti pluribus demonstratum est *supra num. 128. & num. 154.* Prout etiam Episcopus Spirensis jus habet constituendi Prætorem, einen Schultheßen/ in Civitate Spirensi, cui tamen in ipsam Civitatem, ejusque Cives nulla jurisdictio & superioritas competit.

215 Ex quo etiam, quoad decimum argumentum, propter executionem Præfecto competentem, ad superioritatis & jurisdictionis reliqua jura firmum fundamentum non erit, cùm executio non semper superioritatem, vel jurisdictionem tribuat, sed potius onus aliquod contineat, & judices quoque alteri committere posse executionem, qui tamen ideò nullam jurisdictionem consequatur, non est dubium, *l. si ut proponis. l. executorem. C. de execut. rei jud.* Panormit. *in c. Pastoralis. §. quia vero. num. 3. de offic. delegat.* Sic Coloniæ Magistratus in criminalibus causis apprehensionem, incarcerationem & primum gradum torturæ habet, Archiepiscopus verò sententiam & executionem, Reinking. *de regim. secul. libr. 2. class. 2. cap. 17. num. 27.* Cluten. *syll. rer. quotid. conclus. 27. lit. e.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. cap. 1. num. 34.* quam tamen Civitatem Imperio immediatè subjectam esse, inque eam Archiepiscopo nullam competere jurisdictionem extra controversiam est, Confer. *infra lib. 3. cap. 10. num. 20.* Sicuti etiam Camera Imperialis jurisdictionem & merum Imperium in personas Camerales delinquentes exercet, quoad cognitionem & sententiam, Civitas verò Spirensis sententiam exequitur, Denais. *in disp. de mer. Imper.* Boër. *de jurisd. c. 5. n. 18.*

Nihil quoque denique ad extruendam jurisdictionem & superioritatem confert, quod Præfecto Provinciali, pars quædam minima, & quidem H. decima quarta, mulctarum competat, cùm hoc pro recompensanda protectione & in mercedem defensionis speciali pacto cautum sit, & cùm major pars ad Senatum spectet, consequens indè est, quod pars illa minima jurisdictionem non evincat, nec aliàs speciali conventione opus fuisset. Neque etiam adeò rarum est, quod unus in loco quodam jurisdictionem exerceat, alius verò mulctarum & pœnarum reditus lucretur, per tradita Bertram. *1. consf. 2. num. 52. part. 1. vol. 1.* Natta *consf. 636. num. 129.* Sicuti etiam 216
aliquando ususfructus est apud unum, commoditas verò percipiendorum fructuum apud alium, *l. si ususfructus. ff. de jur. dot.* Klock. *1. consf. 37. num. 117. seq.*

CAPUT XIII.

De Incrementis & amplificatione Civitatum & Rerumpublicarum.

Summaria.

1. *Rerumpublicarum moderatores, ad instar Imperatoris, ipsos augere tenentur.*
2. *Multitudo Civium difficilè gubernatur.*
3. *Reipublicæ interest hominibus Civitatem impleri.*
4. *In multitudine populi dignitas Regis.*
5. *Civitates locupletiores sunt, in quibus multi Cives.*
6. *Numerus definitus Civium esse nequit.*
7. *Loci circumstantia consideranda, & ex ea Civium numerus definiendus.*

8. Civi-

8. *Civitas non numero hominum, sed potentia & copia rerum æstimanda.*
9. *Mediocris Civium numerus præstare videtur.*
10. *Quodnam hominum genus in Civitate necessarium?*
11. *Per propagationem Civium Civitas incrementum sumit.*
12. *In liberorum creatione utilitas publica versatur.*
13. *Matrimonium abhorrentes & cœlibes quomodo olim puniti?*
14. *Et quomodo serius matrimonium contrahentes?*
15. *Ruina vicinorum quandoq; Rempublicam auget aliam.*
16. *Exemplo Belgarum.*
17. *Corruptio unius, alterius generatio est.*
18. *Amplificatur Civitas, si ædificiorum novorum structura extraneis concedatur.*
19. *An extraneis novas urbes extruere permittendum?*
20. *Aliundè novas Colonias evocari utile est.*
21. *Privilegiorum & libertatis concessione Civitates augentur.*
22. *Ex testamentis quoq; & legatis Respublica incrementum capiunt.*
23. *Vti & exemptionibus.*
24. *Ex lege Commissoria pignorum.*
25. *Per nuptias & affinitates.*
26. *Per arrogationem & adoptionem.*
27. *Per modum unionis.*
28. *Per spontaneam exterorum deditionem.*
29. *Et deditionem bellicam.*

CVm hactenus dixerimus de Civitatum constitutione, earumque formis, & similibus, dicendum nunc paucis restat, quomodo Civitates & Respublicæ jam institutæ &
1 ordinatæ incrementum capiant & amplificentur? Cùm hoc Reipublicæ augendæ & amplificandæ studium nunquam earundem gubernatoribus intermittendum, cujus etiam Cæsares nostri gloriosissimo suo titulo admonentur, dùm Augusti & Propagatores Imperii, allzeit Mehrer deß Reichs/ indigitantur, Kirchner. *de republ. disput. 15. concl. 1. lit. a.* Besold. *de increment. Imper. cap. 1. n. 2.* Hoc autem, cùm potissimum in propagatione Civium, & Status œconomici conservatione consistat, inquirendum imprimis venit, an expediat Civitatibus ac Rebuspublicis eas esse populosas & Civibus abundantes? Et licet nonnulli velint, quod Civitates certo Civium numero definiri debeant, & quod non probè prospectum videatur Civitatibus populosis, cùm confusionem munerum civilium Civium multitudo introducat; atque illi ipsi, qui intra eadem mœnia degunt, ita inter se ignoti sint, moribusque adeò discrepantes, ut penè alii esse videantur, indeque periculis communibus ingruentibus animorum distractio sequatur, & hanc seditio, Schönborn *lib. 3. polit. cap. 38.* Un-
2 de difficile esse, & forsan impossibile, ut, quæ nimium populosa sit Civitas, optimè gubernetur, earumque, quæ benè gubernari dicantur, nullam videamus in populosam multitudinem diffusam, ait Aristot. *7. polit. c. 4.* Nulla magna Civitas diu quiescere potest, si foris hostem non habeat, domi invenit, inquit Livius *lib. 30. ad fin.* Et de Romana magnitudine, eam tantam fuisse, ut disciplinam servare non potuerit, refert Plutarch. *in Caton. major.* Ac nescio, an non satis fuerit populo Romano Sicilia & Africa contento fuisse, aut his etiam ipsis carere dominanti in Italia sua, quàm eo magnitudinis crescere, ut viribus suis conficeretur, inquit Florus *lib. 3. cap. 12.* ubi latius deducit, quomodo ex nimia magnitudine vitia primùm, tùm pernicies nata sit, quod etiam dixerat Salust. *in Catilin. in princ.* Et Mecœnas repetit *in Oratione ad Augustum*, apud Dion. *lib. 52.* Longo jam tempore, inquiens, bellis & seditionibus vexamur, propter hominum multitudinem, ac rerum magnitudinem.

Verum alii contrarium rectius asserunt, & 3
Reipublicæ interesse, hominibus impleri civitatem, manifestum est ex *l. 1. ff. solut. matr.* ac favorabile esse, si collegium amplietur, scribit JCtus *in l. 3. §. 2. ff. de decurion. l. magistros. C. de Professor. & medic.* & Imperium hominum potius adjectione, quàm pecuniarum copia, se malle abundare, profitetur Imper. Adrianus *in l. cum ratio. 7. §. si plures. 30. ff. de bon. damnat.* Quod etiam Plinius secundus *lib. 7. epist. 33.* refert, cupio, inquiens, patriam nostram omnibus quidem rebus augeri, maximè tamen Civium numero, id enim oppidis firmissimum ornamentum. Indeque præcipuum compendium & ornamentum esse, si Civitas populi frequentia augeatur, in quo decuriones elaborare debere, docuit Lancellot. *de decur. n. 59.*
Unde sapientissimi Reg. Salom. enunciatum 4
est, in multitudine populi dignitas Regis, & in paucitate plebis ignominia Principis, *Proverb. 14. n. 28.* Hinc nullas Civitates locupletiores videmus, aut artium ac disciplinarum omnium varietate clariores, quàm quæ civium multitudine abundant, Bodin. *de republ.* 5
lib. 5. cap. 2. fol. 823. Boter. *de illustr. stat. & polit. lib. 1. c. 14.* Et cui multus populus, is omnibus quoque abundat, quæ humana industria & intelligentia complectitur, secundum Boter. *d. l. lib. 7. cap. 10. & 11.* Quis enim rerum omnium ita nescius ignorat, quod multitudini subditorum tributa, census, aliæque pensitationes respondeant, & copiosam fisco accessionem adjungant, Lather. *de cens. lib. 3. cap. 3. n. 16.* Ita in Italia & Gallia non facilè invenias argenti seu auri fodinas; major tamen his est copia auri & argenti, quàm ulli Europææ Regioni: An hæc aliundè, quàm à frequentia incolarum promanat? Hi pecuniam com-

merciis & negociationibus suis, quibus ad diversas mundi plagas excurrunt, important, inquit Boter. *de illustr. stat. lib. 7. cap. 11.* Ex quo Dio. *in August. lib. 56.* inquit: Qui non sit & utile & necessarium (si quidem urbes & populi durabunt, ac vos aliis imperabitis) multitudinem esse hominum, quæ pacis tempore terram colat, quæ navigationes exerceat, quæ artes & opera tractet: quæ in bello promptior generis sui causa sit ad res tuendas, & ex qua in amissorum locum alii possint substitui? Neque valetudinis curatio, neque navigatio, neque agricultura, neque frugum fructuumque reliquorum perceptio & conservatio, sive opera hominum, ulla esse potuisset, arguit Cicero *lib. 2. offic.*

6 Alii media via hic incedendum esse, & civium numerum certum & definitum in Republ. esse non posse, censent, sed ipsum sufficientem esse oportere, eumque prudentum judicio æstimandum esse, ita, ut nec nimia hominum multitudine civitas oneretur, nec inopia laboret, Nicol. Vernulæus *instit. polit. libr. 1. tit. 1. quæst. 3.* ubi addit, innumeram hominum multitudinem rebus omnibus necessariis instruere, legibusque coërcere arduum esse; & eam, quæ parvo etiam numero civium definiatur, facilè, vel contagione aliqua pestifera, vel martis furore, vel alia injuria cladeque exhauriri. Hinc mediocri civium numero contentam civitatem felicius efflorescere; si tamen jam multi radices egerunt, non ideo exscindendos, sed potius in classes digerendos, curiisque & collegiis distribuendos esse, scribit Schönborn. *3. polit. cap. 38.* Idque Servium Tullium fecisse, ejusque solertia ita ordinatam fuisse Rempubl. ut omnia patrimonii, dignitatis, ætatis, artium, officiorumque discrimina in tabulas referrentur, ac si maxima Civitas minimæ domûs diligentia contineretur, memorat Florus *libr. 1. c. 6.*

7 Ego utrum, quo major atque populosior est civitas quæpiam, eo sit fœlicior, hoc ex ratione loci & fertilitate circumjacentis agri, in quo sita est civitas, æstimandum & definiendum esse censeo, cum Danæo *lib. 2. polit. Christ. cap. 2.* Clem. Timpler. *libr. 1. polit. cap. 7. quæst. 4.* Quæ enim civitates sitæ sunt in locis, vel per se infœcundis, vel quibus nihil extrinsecus invehi potest, eæ, si valdè populosæ fiant, statim exhauriuntur ac fatiscunt, fitque in iis Summa rerum omnium caritas & inopia, quod tantam hominum multitudinem, velut molem & onus nimium & impar ferre atque alere nequeant. Hœnon. *polit. disput. 12. conclus. 7.*
8 Ex quo etiam civitatem non numero hominum, sed potentia definiendam & metiendam esse, statuit Aristot. *lib. 7. polit. cap. 4.* Timpler. *libr. 1. polit. cap. 7. quæst. 3.* Quia magnitudo Reipubl. sive civitatis æstimatur ex copia & sufficientia omnium rerum ad vitam civilem benè degendam necessariarum, illa autem non consistit in numerosa multitudine civium, sed in potentia; non secus ac magnitudo exercitus, non ex militum multitudine, sed ex virtute & potentia æstimatur, Hœnon. *d. conclus. 7.* Unde quoque quæstionem hanc, an ad civitatem consti- 9
tuendam certus civium numerus requiratur, respondet Aristot. *lib. 7. polit. cap. 4.* quod cum pauciores, quàm par sit, homines ad benè vivendum sibi non sufficiant, plures verò, quàm regi possint, non minora afferant incommoda, tutissimum sit, media via incedere, & mediocrem civium copiam perfectæ Reipub. seligere.

Non autem in Republica quodvis hominum genus conducit, sed tria potissimùm genera, præter Magistratum, necessaria sunt, Agricolæ, Artifices, Milites: Agricolæ, ut ad victum necessaria subministrent; Artifices, ut cæteris, extra victum, necessitatibus consulant; Milites, ut ad Reipubl. subsidium & propugnationem excubent. Vernulæ *d. quæst. 3.* Atque ita in civitatem non sunt recipiendi, sed recepti ex ea expellendi, otiosi bonorum decoctores, validi mendicantes, vagabundi, extorres, zingari, & alia terræ pondera inutilia, de quibus *infra libr. 5. cap. 25.* 10

Incrementum igitur accipiunt & amplificantur Civitates & Respublicæ. 1. Per civium propagationem, & status œconomici conservationem: hæc enim principium Civitatis constituendæ, hominum officina, Reipubl. & Ecclesiæ amplificandæ seminarium meritò habetur, secundum Platon. *de legib. lib. 4.* Bornit. *partit. polit. lib. 3. tit. 2.* Ex quo etiam nonnulli Aristotelem reprehendunt, quod educationem & institutionem liberorum in calcem politicorum suorum rejecerit, cùm liberi seminarium sint totius Reipubl. propagandæ, Caspar. Faci. *part. 1. polit. Livian. art. 13.* Nisi cum Hesiodo dicere velimus, domum, boves, cæteraque necessaria esse comparanda, indeque animum ad uxorem applicandum, liberis ut indulgeamus, ac commodius degamus, & utriusque fortunæ casus æquius perferamus, Patric. *de republ. lib. 4. tit. 3.* Sed inter omnia ea, quæ ad homines pertinent, prima debet esse cura societatis inter maritum & uxorem: Ab hac enim omnes aliæ, tùm societates, tum possessiones domesticæ dependent, Besold. *class. 1. polit. disputat. 10. conclus. 15.* 11 Unde in liberorum procrea- 12
tione utilitatem publicam versari, inquit Pomponius *in l. 1. ff. solut. matrim.* & partui favendum esse, ut in lucem producatur, qui non tantùm parenti, cujus esse dicitur, sed etiam Reipubl. nascitur, ait Ulpian. *in leg. 1. §. & generaliter. 15. ff. de ventr. in possess. mittend.*

Ex quo conditio viduitatem indicens, veluti publicæ utilitati contraria, legibus improbatur, *l. hoc modo 64 ff. de condit. & demonstr.* Et apud Romanos semper conjugiorum sobolisque magna fuit cura, ita ut nec ignominiæ solùm, sed & pœnæ fuerit cœlibatus, & censoria nota inurebatur illis, qui matri- 13
monium abhorrebant, Val. Maxim. *lib. 1. c. 9.*

Co-

Corinthii eos sepultura privabant, & Argivi nullis muneribus præficiebant, Guevar. *in horolog. princ.* Apud Athenienses festo quodam die Cœlibes à mulieribus circa aram, tracti, flagris cædebantur, Cypræ. *de sponsalib. capit. 3. §. 74.* M. Valer. Maximus, & Junius Brutus Bubulcus Censores, bona eorum, qui ad senectutem cœlibes pervenissent, fisco tradebant, Volateran. *libr. 30.* Cypræ. *d. l.* Ex lege Julia & Papia nihil ex Civium Romanorum testamentis capere poterant, Sozomen. *lib. 1. c. 9.* Gothofred. *in rubric. Cod. de infirm. pœn. cœlib.* Lycurgus lege lata Cives Lacedemonios arceri jubebat ludis gymnasticis & spectaculis, qui cœlibes essent; imo hyeme nudi cogebantur forum publicum circumire, & Carmen in seipsos probrosum canere tenebantur. Cypræ. *d. §. 74.* nec ipsis natu minores assurgebant, nec loco cedebant, quod tamen apud Romanos nefas esse judicabatur, & morte piandum, si juvenis vetulo non assurrexerat, & nobilissimo clarissimoque viro in theatro venienti neminem locum dedisse, sed ipsi dictum fuisse, ne tu quidem mihi, qui cederet, genuisti, scribit Plutarch. *in Pericl.* Imo Milesiam quandam mulierem, quòd ab hæredibus secundis accepta pecunia, partum sibi ipsa medicamentis abegisset, rei capitalis esse damnatum, testatur Cicero *orat. 14. pro Cluent.* quippe quæ spem parentis memoriam nominis, subsidium generis, hæredem familiæ, designatum Reipubl. civem sustulisset. *leg. Cicero 39. ff. de pœn.*

14 Laconum quoque legislator non solùm pœnam imposuit ei, qui uxorem non duxisset, sed etiam ei, qui unam tantùm, & ei, qui serius duxisset: Et Spartani unicuique pœnam dixerunt, primam ei, qui uxorem non duxisset, alteram serò ducenti, tertiam & gravissimam illi, qui malam duxisset uxorem, quod ob ejus pravos mores maritus male audiat, ideoq; meritò mulctandus sit, quod in re tàm magni momenti sibi non prospexerit, & eam duxerit, cujus mores exploratos non haberet, teste Stob. Cypræ. *d. l. fol. 559 vers. idem tradunt.* Unde meritò damnatur sententia Aristot. *7. polit. c. 16.* ubi docet, Civium numerum, quando supra eum, qui semel definitus est, excreverit, à magistratu imminuendum esse, id autem commodè fieri posse, si procuret, ut fœminæ intra quadragesimum à conceptionis momento diem, abortiant, antequam fœtus sint animati: Cùm hæc sententia mandato Dei multiplicando genere humano adversetur, Timpler. *lib. 1. polit. c. 7. quæst. 5.* Bened. Carpzov. *jurispr. forens. part. 4. constit. 4. defin. 8. n. 5. seq.* Confer. *infra lib. 5. cap. 18. n. 1. & seq.*

15 II. Civitates & Respublicæ incrementum sumunt & amplificantur, ex vicinarum Rerumpublicarum ruina, & exulum receptione. Hoc pacto Roma crevit Albæ ruinis; duplicatur Civium numerus; Cœlius additur urbi mons, & quo frequentius habitaretur, eam sedem Tullus regiæ cepit, ibique deinde habitavit. Livius *lib. 1. cap. 31.* Et quis ignorat, quanta commoda & emolumenta ex profugis Belgis Ferdinandi Albæ Ducis immani tyrannide oppressis, Germania, Gallia & Anglia ceperit, te- 16
stantur hoc vicinæ Civitates, Emda, Hamburgum, & aliæ, non ita antea cultæ, sed ferè hominibus vacuæ. Testatur id Germania antiquitus terris informis, cœlo aspera, cultu & aspectu tristis, ut eam describit Tacit. *de morib. German. in princ.* in quam omnia opificia & artificia transvolasse nunc videmus, quæ tum temporis in usu non fuerunt, & Germanis ferè incognita extiterunt, at harum variarum artium beneficio ejusdem urbes & populosiores, & ditiores factæ sunt, Thuan. *histor. lib. 45.* Meteran. *annal. Belgic. lib 3.* Lather. *de censu. libr. 3. cap. 3. n. 9.* Testatur idem Franckenthalia, cujus incolæ maxima ex parte Belgæ exules sunt, qui primum *anno 1576.* permissu Electoris Palatini Friderici III. deindè Joannis Casimiri, tanquam Coloniæ deductæ, cùm ob intrepidam suæ confessionis assertionem patria exulare juberentur, illic sedem fixerunt. Lather. *d. cap. 3. n. 11.* Et in hunc finem Tullius Hostilius, Rex Romanorum album potentissimam Civitatem dejecit, ut Roma cresceret; Tarquinius Priscus Corniculum; Servius Tullius Pomeriam; Populus Romanus Vejorum Civitatem, quo factum est, ut sublatis æmulis illis, & aliis Civitatibus rebellibus, Roma præstantior effecta fuerit, Petr. Gregor. Tholos. *de repub. lib. 2. cap. 1. n. 2. vers. ædificatio.* Et ita generari regna nova ex corruptione aliorum, & generationem unius esse corruptionem alteri-
us, & corruptionem unius generationem al- 17
terius esse, scribit Petr. Gregor. Tholos. *de republ. lib. 21. cap. 1. n. 3.*

III. Incrementum quoque capit, & amplifi-
catur Respublica ædificiorum structura, ope- 18
rum tùm publicorum magnificentia, tùm privatorum elegantia, Kirchner. *de republ. disput. 4. concl. 3.* atq; ideò alliciendos esse subditos ad ædificia sibi condenda in omnibus Regni partibus, quo crescat Respublica, & magis magisque augeatur, monet Schönborn. *1. polit. c. 5.* Cum hac ratione subditi invitabuntur, ut libenter in eo loco, quo aliquid condiderunt, maneant, & sese augeant ac multiplicent, atque adeò etiam locum istum, in quo ædificarunt, laboriosè excolant. Barr. Keckerman. *syst. polit. lib. 1. cap. 19.*

An autem extraneis novas sedes eligentibus 19
permittendum sit, ut novas urbes extruant? Negant Petr. Gregor. Tholos. *de republ. lib. 2. c. 1. n. 2. vers. ædificatio.* Timpler *polit. lib. 1. cap. 6. quæst. 13.* propterea, quod historiæ testentur, multas Respublicas eversas esse ab extraneis, quibus novas urbes extruere permissum. Verum contrarium experientia testatur, & talem ædificandi potestatem Elector Palatinus superioribus annis concessit exulibus Belgis in extructione Franckenthal, & erectione novæ urbis & propugnaculi Manheimiensis inter Rhenum & Nicrum omnibus larem fortunarum suarum ibidem constituere volentibus, Schönborn *lib. 1. cap 5.*

Hinc etiam IV. si Princeps subditos suos ad amorem ædificiorum novorum construendorum pertrahere non possit, ut aliunde ad- 20

vocet colonias quasdam, ex iis gentibus, quarum ingenia per naturam ad ædificia eleganter construenda, propensa feruntur, suadet Keckerman. *syst. polit. lib. 1. c. 19.* Et hoc solidum & firmum Respublicas provehendi munimentū esse, tenet Lipsius *lib. 4. polit. c. 7.* Schönborn. *d. c. 5.* Vernulæ. *instit. polit. lib. 1. tit 5. quæst. 2.*

21 V. Amplificantur & increscunt Civitatis & Respublicæ, libertatis & privilegiorum concessione. Ita enim Civitas Roma, incredibile memoratu est, adeptâ libertate, quantum brevi creverit: tanta cupido gloriæ incesserat, ait Salust. *in Catilin* & gentes omnes in nomen Romanum coaluerunt, Tacit. *lib. 11. annal.* nam omnes liberi lubentius sumus, quàm servimus, Plaut. *in Captiv.* Unde privilegia concessa Civitatibus, quo majora, eo populosiores; plures enim ad eas inhabitandas confluunt, dùm se majoribus ibi beneficiis potituros sperāt. Petr. Greg. Tholos. *de republ. lib. 2. c. 1. n. 13.* Quoties, quæso, vidimus auctis privilegiis, auctam quoque paulò pòst ipsam urbem, inquit Hippol. à Col. *libr. de increment. urb. capit. 16.* Confer Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 111. n. 11. seq.*

22 VI. Incrementum quoq; Respublicæ capiunt ex testamentis & legatis. Ita enim populus Romanus ex testamento Regnum Attalorum adeptus est, Kirchner. *de Republ. disput. 4.* & ex legato Alexandri Regis Ægypti, Alexandriam & Ægyptum adquisivit. Cicero *2. orat. Agrar.*

23 VII. Emptione plurimum crevit Respublica Tigurina, quæ plus, quàm Ducatum possidet, Stumpf. *de republ. Helvet. lib. 6. cap. 20.* In hunc modum crevit Ducatus Würtembergicus, uti ex Crusio refert Besold. *de increment. Imper. cap. 5. n. 2.* sicuti etiam de Ulmensi Civitate testatur Felix Fab. *lib. 2. histor. Suev. cap 4.* Besold. *d. n. 2.*

24 VIII. Multi quoq; ex lege Commissoria pignoris principatus & ditiones sibi oppignoratas retinuerunt. Ita enim Philippus Valesius Delphinatum quadraginta millibus aureorum; & Beroensem Ducatum sexaginta millibus oppignoratum adeptus est, Hippol à Coll. lib. *de Princ. cap. 35.*

25 IX. Per nuptias, affinitates & dotes Imperium propagarunt Theodosius junior, Romanus Argiropolus, & alii. Hippol. à Coll. *d. c. 35.* Et familia Austriaca Galliam Belgicam, Hispaniam, Lusitaniam, aliaq; potentissima Regna, Ducatus, Comitatus & ditiones dotis nomine & per nuptias adquisivisse, refert ex Franc. Taratta *de regn. Hispan.* Hippol à Col. *d. l.*

X. Idem est, quoad arrogationem & adoptionem, per quam multis priscis Imperatoribus 26
Romanis successio obtigit. Ita Julius Cæsar Octavium, Tiberius Caligulam, Claudius Neronem, Galba Pisonem, Nerva Trajanum, Trajanus Hadrianum, Hadrianus Ælium Verum, eoq; mortuo, Antoninum Pium, Antonin⁹ Pius Marcum Antoninum Philosophum, Galerius Maximum, Justinus Justinianum adoptavit, Sueton. Vopisc. & alii *in vitis Cæsar.*

Augetur porrò XI. Imperium per modum u- 27
nionis, quando ex pluribus oppidis exilioribus, una aliqua magna constituitur Civitas: Vel quando Respublicæ & Regna in unum Imperium concrescunt, Bartol. Muscul. *de succeß. anomal. part. 2. §. 1. n. 17.* Besold. *de increment. Imper. c. 5 n 3.* Ita Scotia cum Anglia fuit unita, & ex universa Britannia unum Imperium coaluit. Alber. Gentil. *disput. reg. 2.* Et anno 1607. Henricus IV res Navarricas cæterasque ditiones, quas avitis ac patriis titulis possidebat, Gallicis ita univit, ut imposterum divelli nequeant. Boterei *hist. 7. lib. 14.* Besold. *cap. 5. n. 3.* Ducatus quoq; Würtembergicus, aliquot Principatib⁹, Comitatibus, Baronatibus, aliisq; territoriis minutis quampluribus constans, ab Imperat. Maximil. I. in unam indissolubilem provinciam redactus, Ducatusque splendido titulo condecoratus fuit, Besold. *d. n. 3.*

XII. Amplificantur quoq; Imperia per vo- 28
luntariam seu spontaneam exterorum deditionem & subjectionem, quo modo Cyri Imperium crevit, Xenophon. *Cyropæd. lib. 1.* & auctum est Romanum Imperium, cùm plures existimarent, melius se sub eorum potestate vivere posse, quam in sua libertate, Livius *lib. 4.*

XIII. Idem est, quoad deditionem bellicam, 29
qua populus devictus, cum urbe, agro, aqua, terminis, delubris, rebusq; omnibus in potestatem & deditionem victoris transit, juxta formulam deditionis, apud Liv *lib. 28.* Forner. *rer. quotid. lib. 4. c. 24.* Besold. *de incremen. Imper. c. 6. n. 1.*

CAPUT XIV.

De Conservatione Civitatum & Rerumpublicarum.

Summaria.

1. Non minor est virtus adquirere, quàm conservare Rempubl.
2. Haut facilè est gentem in officio continere.
3. Respublica subditis & imperantibus constat.
4. Pietas & Religio fundamentum & lucrum Rerumpublicarum.
5. Indicium futuræ ruinæ Civitatis est, si cultus divinus despectui habeatur.
6. Conservatur Civitas per justitiæ administrationem.
7. Ut anima corpus vivificat, sic justitia Rempublicam.
8. Conservatur, si mali pœnis, & boni præmiis afficiantur.
9. Industria gubernatorum Rempubl. conservat.
10. Curia à curis dicta.
11. Conservatur Civitas, si publica magis, quam privata curentur.
12. Si magistratus bono exemplo præluceat.
13. Qualis Rex, talis grex.
14. Reges vocantur lucernæ.
15. Gravissimus est morbus, qui à capite diffunditur.

16. Ma-

16. Magistratus exemplo mores populi reguntur.
17. Principis vita censura perpetua est, ad quam diriguntnr subditi.
18. Exemplo Regis Galliæ & aliorum.
19. Magistratus authoritas Rempubl. conservat.
20. In quibus hæc authoritas consistat.
21. Amor & reputatio virtutem pro fundamento habet.
22. Amor Civium Imperii & Reipubl. munimentum, & arx munitissima.
23. Amor & obedientia sunt fratres Germani.
24. Animorum alienationem inclinatio Imperiorum sequitur.
25. Quem omnes oderunt, hic singulos metuit.
26. Everhardi Ducis VVürtembergici dictum.
27. Amor quomodo hic comparetur.
28. Amor cum timore conjunctus esse debet.
29. Nimia familiaritas contemptum parit.
30. Odium subditorum excidium dominorum.
31. Rempublicam conservat amicitia cum vicinis.
32. Vicinus vicino invitet.
33. Civitatibus vicini Principes invident.
34. Civitates Imperiales libertatis sunt studiosæ.
35. Quisque amicis indiget.
36. Civitates Imperiales cum vicinis Principibus concordiam fovere monentur.
37. Civitas conservatur, si leges & statuta observentur.
38. Virtus & finis legum consistit in executione.
39. Leges sine executione sunt campana sine pistillo.
40. Qui nescit dissimulare, nescit imperare, & aliquando connivendum est.
41. Armorum studium plurimum ad Reipubl. conservationem conducit.
42. Conservatur Respubl. si juventus probè educetur, si luxus cohibeatur, otiosi repellantur, & de ærario prospiciatur, & n. 43. & 44.
45. Mediis Civibus cōstans Respubl. diuturnior.

NOn tantùm Civitatum ac Rerumpublicarū gubernato-
1 rib⁹ incumbit prospicere, quomodo civitas constituatur & incrementum capiat, sed etiam sarta, tecta conservetur, tàm à periculo corruptionis internæ, quàm ab externa vi, nempe ut Cives nolint, hostes neque int malum moliri. Besold. *differt. 1. de educat. stud lit. c. 1. n. 1.* In quo non minor consistit virtus, quàm in constitutione, cum non minoris laboris sit conservare regnum vel Rempublicam, quàm adquirere, Besold. *de increment. Imper. c. 6. n. 3.* juxta illud Author *præl. Anglic.*

Quærere Regna labor, virtus est parta tueri
Maxima. - - - - -
Non minor est virtus quam quærere, parta tueri:
Casus inest illic, hic erit artis opus.

Et quod Principis officium maximoperè in Status conservatione consistat, nec minoris sit laudis Rempublicam conservare & tueri, quàm ab initio collocare & fundare, tradit Aristot. *4. polit. 1.* Richter. *axiom. histor. 216.* Unde Scipio cum Censor esset, noluit in solemni carmine, ut moris erat, precari; Dii, augete Rempublicam, sed conservate, satis habemus auctam, si modo conservetur, sicuti refert ex Justin. *lib. 25.* Lather. *de censu lib. 3. cap. 8. num. 37.* Et Imperator Maximilianus I. sæpè dicere fuit solitus: longè facilius est vincere & domare gentem, quàm in officio retinere. Camerar.
2 *cent. 1. oper. succis. cap. 2.* Stultum est, eos invadere, quos victor in officio continere non possit, inquit Thucyd. *lib. 6.*

3 Firmitas autem & conservatio Reipublicæ contra corruptionem, in duobus potissimùm consistere videtur, 1. ut subditi benè rectèq; regantur, 2. ut status ac forma Reipubl. ab omni corruptionis labe protegatur. Quemadmodum enim Respublica subditis & imperantibus constat, ita conservatio, vel subditos, vel imperantes primariò concernit. Besold. *differt. de educat stud. cap. 1. num. 2.* & tum salva est Respublica, si tam Cives, quàm Imperantes officium suum faciant. Besold. *d. cap. 1. num. 3.*

Primum autem & firmissimum Rerumpu- 4
blicarum conservandarum fundamentum est pietas & Religio, Polyb. Christ Matth. *system. polit.* nihilque ad moderandas stabilendasque Respublicas firmius, Cromer. *lib. 2. histor. Polon.* eaq; prima virtus ac basis Reipublicæ, & vinculū fidei & societatis humanæ, quo sublato, dissolvatur mortalium cætus, necesse est, Vernulæ. *institut. polit lib. 1. tit. 3. quæst. 1.* ubi addit, quod nec justitia ibi esse possit, ubi Religio nō est: Et cùm à Deo omnis pendeat Respublica, hoc vinculo pietatis & Religionis illi adhæret, & inconcussa consistit. Imò fulcrum Imperiorum & Rerumpubl. est Religio & pietas, quasi frenum & coërcitio, in animis ab omni rebellione, & insolenti metu, ac Religio est vinculum, sive coagulum omnis societatis & justitiæ firmamentum, Plutarch. Nec unquam, aut usquam Rempubl. stetisse, sine specie aliqua religionis scribit, Lipsius *in libr. advers. Dialog. c. 2. lib. 4. polit.* ubi addit ex Plutarch. Orbem citius sine sole, quàm Rempubl. sine opinione de Diis constitui, aut constitutam servari posse. Ex quo etiam Cicero *de nat. Deor.* pietate, inquit, adversus Deos sublata, fides etiam & societas humani generis, & una excellentissima virtus, justitia tollatur, necesse est. Religionem humanæ societatis fundamentum, & magistratus propugnaculum dixit Plato *4. de Republ* Cicer. *1. de natur. Deor.* adeoq; religionem solam rarò mutavêre Civitates & Respubl. sed quoties mota est sacra anchora, toties fluctuavit Reipubl. navis, Famian. Strad. *de bell. Belg. lib. 2.* Ac proindè illud curandum, ut Religionis in Republ. sit vigor, & Civium animi ad Deum pietate tendant; hæc sūmi Numinis favorem conciliat Vernulæ, *d. l.* Et quicunque

Prin-

Principes atque Reſpublicæ ſemetipſas con-
ſervare cupiunt, in id unum præ cæteris in-
5 cumbere debent, ut verum Religionis cultum
rectè inſtituant, & venerentur; nec certius in-
dicium de Reipubl. alicujus ruina, & interitu
unquam haberi poteris, quàm ſi in ea divinum
cultum deſpectum haberi & ſperni cognove-
ris ſcribit Machiavell. *lib. 1. polit. diſp. c. 12.* Hinc
unicâ ſalute eſſe imperantis, ex Dei lege gerere
Rempublicam, juſtitiam æquitatemq; tueri,
hanc normam, hunc ſcopum, hanc viam eſſe
Regis, hac diſciplina imbuendam eſſe a-
doleſcentiam, hac via eundum eſſe omnibus
Rempublicam capeſſentibus, ſcribit Adam
Contzen *in epiſtol. dedic. ad Elect. Bavar. method.
Doctr. civil. ſive hiſtor. Reg Abbiſſin.* Reinking *in po-
lit. Biblic. lib. 2. axiom. 39.*

II. Conſervatur Civitas ſeu Reſpublica per
juſtitiæ adminiſtrationem, hæc enim Reipubl.
ſtatum & Principis ſolium ſtabilit, *Proverb. 25.
v. 4. & c. 29. v. 4.* Vernul. *inſtit. pol. lib. 1. tit. 3. quæſt. 3.*

6 *Juſtitia & pietas, tutæ ſunt Principis artes,*
Nulla tyrannorum vis diuturna manet.
Eſt pietas baſis thronum quæ firmat & ornat;
Adjice juſtitiam, & toto nil pulchrius orbe eſt.

& ſummum in rebus humanis bonum eſt, ju-
ſtitiam colere, & jura ſua cuique ſervare inte-
gra, ac in ſubjectos non ſinere, quod poteſta-
tis eſt fieri, ſed quod æquum eſt cuſtodiri, *c. ſi ſe-
culi. cauſ. 12. quæſt. 2.* Et inter præcipua, quæ au-
gent, illuſtrant & conſervant Reſpublicas, cu-
juſcunq; generis ſint, & Principatus, regna &
7 Imperia, juſtitia præcipua eſt quæ ad divina &
humana miniſteria & ad omnes Reipubl. par-
tes neceſſaria eſt: Et ut anima corpus vivifi-
cat, quamdiu in eo eſt, ſic juſtitia Rempubli-
cam, inquit Petr. Gregor. Tholoſ. *de Republ. lib.
10. cap. 2. n. 1.* Confer *infra lib. 5. cap. 11. per tot. &*
Reinking. *polit. Bibl. lib. 2. axiom. 32.*

8 Atque hinc III. ſi in ſceleratos animadver-
ſio fiat, & mali debitis pœnis coërceantur, Ver-
nulæ. *inſtitut. polit. lib. 1. tit. 3. quæſt.* Beſold. *diſcurſ.
de præm. pœn. cap. 1. num. 1.* Nulla enim domus,
nulla Reſpublica ſtare poteſt, ſi in ea nec rectè
factis præmia extent, nec ſupplicia peccatis,
Cicero *3. de natur. Deor.* hiſque duabus rebus
Rempublicam contineri & conſervare Solon
dixit, Cicero *in Brut.* Schönborn. *3. polit. cap. 20.*
Neque etiam graviores Civitatum motus, &
frequentiores Rerumpublicarum interitus,
quàm utriuſque hujus rei neglectione, conti-
giſſe, ſcribit poſt Bodin. *de Republ. lib. 5.* Beſold.
de præm. pæn. d. c. 1. n. 1. Indeq; Socrates interro-
gatus? quænam Civitas ritè gubernari poſſit,
reſpondit; cum boni invitantur præmiis, ju-
ſti dant pœnas, Plutarch.

Oderunt peccare boni virtutis amore,
Oderunt peccare mali, formidine pœnæ.

IV. Conſervatur Civitas & Reſpublica
per Magiſtratus induſtriam. Neque enim tam
9 muri Civitatem conſervant, aut etiam nume-
roſa civium multitudo, quàm gubernatorum
induſtria, Vernulæ. *inſtit. polit. lib. 1. tit.. quæſt. 4.*
& vigilantia ac diligentia Magiſtratus ſecuri-
tati eſt Civibus & hoſtibus terrori, ac totius
Reipubl. cuſtodia. Unde nec vacuis à curis
eſſe decet illos, qui gubernant, iis enim vigi-
lantibus, ſecurè alii quieſcere poſſunt.

Turpe Duci totum ſomno traducere noctem.

Veſpaſianus cum morbo correptus, nihilomi-
nus Imperatoriis Auguſtus muneribus funge-
retur, Imperatorem, ajebat, oportere ſtantem
mori, Sueton. Principes & Magiſtratus igna-
vi nihil aliud ſunt, quam ſtatuæ pilares, quæ
nitentium ſimiles magnas murorum ſuſtinere 10
moles videntur, cum tamen ne tantillum one-
ris ſufferant, Budæus *lib. 5. de aſſe.* Auguſtus
Germanicum Druſi Filium pro concione pa-
lam Reipublicæ cauſâ ſeſe adoptare jurans,
de eo ſæpiſſimè Ennij verſum illum pronun-
ciavit:

Unus homo nobis vigilando reſtituet rem,

Ex quo etiam Curia à Curis & vigilantia dicta:

Quam benè conveniens ſortita eſt Curia nomen?
A gravibus curis Curia dicta venit.

V. Quando & Cives & magiſtratus publi- 11
ca magis, quàm privata curant; quemadmo-
dum enim, hoc ipſo, quod in Civitate quilibet
privata magis, quam publica curat, Reſpubli-
ca interit & tota collabitur, ut dicetur *infra
cap. 15. num. 53.* ita etiam è contrario, quando
& Cives & Magiſtratus Reipublicæ curam
privatis commodis præferunt, eadem conſer-
vatur & magis ſtabilitur, cum contrariorum
contraria ſit ratio, & contrarius effectus.

VI. Conſervatur Reſpublica, ſi Magiſtra- 12
tus bono exemplo præluceat: Quales in Re-
publica Principes & Magiſtratus, tales reli-
qui Cives eſſe ſolent, *Syracid. 10. verſ. 2.* Et in-
tegritas præſidentium ſalus eſt ſubditorum, *C.
miramur 5. diſt. 61.* Qualis Rex, talis grex, 13
quales in Republ. Principes, tales Cives:
quales Dominæ, tales catuli, ut dicit Plato.
Ideoque boni Principes & Magiſtratus aliis
quidem exiſtiment virtutis poſſeſſionem ho-
neſtam, ſibi ipſius verò neceſſariam. Et quan
tò ſunt ſublimiores, tantò debent eſſe perfecti-
ores, Mich. Ulcuriun. *de regim. mund. quæſt. 2.
num. 14.* Quia tutius exemplo, quam imperio
reguntur ſubditi. Et gubernantium vitiis tota
Reſpublica inficitur, nam in eam ſua vitia
infundunt, & plus exemplo, quam peccato
nocent, ſemperque malunt homines exempla,
quam verba, Lactant. *lib. 4. divin. inſtit. cap. 23.*
Unde in ſacris literis Reges appellantur lu- 14
cernæ, *1. Regum 11. verſ. 36.* quod ſcilicet juſti-
tia & ſapientia, ac vitæ integritate, & aliis
prælucere debeant, ita ut populum & legibus,
& bono exemplo gubernent, prout notat
Martyr. *in l. 1. Reg. cap. 11.* Gail. *2. obſerv. 55. num.
10.* Nam verba movent, exempla trahunt; &
fortiſſimum præcepti genus eſt, præire, vimq;
facit, qui docet, & una ducit, ex Marſel *de le-
gat. lib. 2. cap. 1.* Reinking. *de regim. ſecul. lib. 2.
claſſ. 1. cap. 1. num 31.* Ut enim à ſole in ſubjecto
hoc orbe lux aut tenebræ: ſic à Principe apud
ſubditos prava pleraque aut recta, Lipſius *in
præfat. polit.* Princeps ſiquidem & Magiſtratus
in apice Reipubl. conſtitutus, quaſi quoddam
exemplar proponitur imitandus, & uti ſpecu-
lum, quod populus pro componendis moribus
intueatur, ut dicit ex Socrat. Don. Garſ. Ma-

ſtril.

stril. *in proœm. Comment. ad indult. gener. Philipp. III. Hispan. Reg.* Principis ac Magistratus vita speculum est, in quo se cotemplantur subditi; exemplar est, ad quod vitam conformant; norma est, secundum quam mores dirigunt, unde adeò non tam Imperio ipsis opus, quàm exemplo, Plin. *in Panegyr.* Unde nec minimum ejus peccatum latere potest, quòd ad subditos postea non transmittatur, Scipio Amirat. *lib. 3. dissert. polit. 9. in Tacit.* Unde Cicero *libr. 3. de legib.* Ut Cupiditatibus, inquit, Principum, & vitiis infici solet tota Civitas, sic emendari & corrigi continentia. Et paulò post: Nec tantum mali est, peccare Principes (quamquam & hoc magnum per seipsum est malum) quantum illud, quod permulti imitatores Principum existunt. Et postea: Quò perniciosius de Republica merentur vitiosi Principes, quod non solùm vitia concipiunt ipsi, sed ea infundunt in Civitatem: Neque solum obsunt, quod illi ipsi corrumpuntur, sed etiam quod corrumpunt, plusque exemplo, quàm peccato
15 nocent. Quemadmodum enim in corporibus; sic in Imperio gravissimus est morbus, qui à Capite diffunditur, Plin. *libr. 4. Epist. 22.* Et secundum Juvenal. *libr. 3.*

Omne animi vitium tantò conspectius in se
Crimen habet, quantò major, qui peccat, habetur.

Je höher Berg / je tieffer Thal /
Je grösser Herr / je grösser Fall.

Quod ipsum quoque regie scribit Angliæ Rex Jacobus *in Regio suo dono ad filium primogenitum Henricum,* quod in alieno, inquiens, oculo festucam quis dixerit, ingentem trabem in tuo esse opportet. Nævus in alieno corpore, ulcus erit in tuo. Et graviora facit vitia peccatorum, peccantium sublimitas, *c. nulli. caus. 25. quæst. 1.*

Unde Lucanus ad virtutes quasque comparandas Imperatorem Honorium hisce hortatur versiculis:

In commune jubes, censèsve tenendum,
Primus jussa subi, tunc observantior aqui
Fit populus, nec ferre negat, cum viderit ipsum
Authorem parere sibi, componitur orbis
Regis ad exemplum, nec tantum flectere mentes
Humanas edicta valent, quàm vita Regentis.

Indeq; tunc publicam rem se benè habere, cum primus quæ Rex præcipit, ipse faciat, pulcherrimum fuit dictum Sanazarii, sicuti citat Annib. Scot. *libr. 3. comment. in annal. Tacit. num. 26.*

Ex quo apud Romanos ludibrio fuit habitus Sylla, quod cum ipse intemperantissimus esset, luxuq; difflueret; Cives tamen Romanos legibus ad frugalitatem, sobrietatemque revo-
6 care niteretur, teste Plutarch. Unde Principis ac Magistratus exemplo mores populi semper regi, asserit. Bodin. *method. histor. cap. 4.* Scip. Amirat. *lib. 3. diss. polit. in Tacit. diss. 9.* Rectèque Plinius vitam Principis censuram, eamq; perpetuam appellavit, ad quam dirigimur & ad quam convertimur. Est enim subditis omnibus quasi lex ab ipsa natura insita, ut omnia Principis dicta, facta, gestus, mores, accuratissimè imitentur, atque in id unum intentos habeant oculos, studia, mentes, quo ejus singula vitia, virtutes, omnem denique corporis & animi habitū, ipsis animis & mentibus expressum habeant, scribit Bodin. *de republ. lib. 4. cap.*
6 fol. 708. ubi addit, quod cùm Franciscus major 18
Rex Galliæ accepto vulnere, capillos, quo facilius curaretur, tonderi jusserat, repentè domestici omnes capillos de capite decuti curaverunt, cùm tamen Regum insigne ab Imperii Gallici primordiis semper antea fuisset, nec nisi patriciis & Nobilitati capillitium nutrire fas fuerat. Sic apud Æthiopes moris fuit, ut quando membrum aliquod corporis quacunq; ex causa debilitaretur, domestici & amici Regis omnes sponte sua idem membrū debilitarent: Turpe enim existimabant, Rege claudo, non & omnes claudos amicos esse, cùm veræ sit amicitiæ ex rebus adversis amicorum dolere, lætari secundis. Diodor. Sicul. Alexand. M. & Alphonsus Rex Aragonum colla torquebant; hic quidem à natura, ille verò à consuetudine depravatus: Aulici utriusq; vitium modis omnibus studebant imitari, Plutarch. *in Pyrro.* Confer Just. Oldecop. in politis. Unterricht für die Rathsherren in Stätten *part. 1. n. 4. & seq.* Maximopere verò Princeps & magistratus suo exemplo Reipublicæ nocumento sunt, si veros gubernationis tramites excedant, & pro lubitu suo, animiq; arbitrio potestate abutantur. Qui tamen considerare debebant, potestatem sibi à Deo concessam, omnibus juris publici regulis non exemptam secundum Bald. *in l. 2. n. 45. C. de servit. & aqu.* Peregrin. *de jur. fisc. lib. 1. tit. 3. n. 63.* & se non proprii commodi, sed publicæ utilitatis causa, & in salutem Civium ac populi constitutos esse, uti diximus *supra cap. 9. n. 8. & seq.* 19

Hinc quoque VII. Magistratus authoritas & reputatio Rempublicam conservat, estq; Imperii & salutis publicæ tutela, verissimumque Principis patrimonium, & amoris ac benevolentiæ conciliatrix, Nicol. Vernul *instit. politic. libr. 1. tit. 18. quæst. 1.* Kirchner. *de republ. disput. 20. concl. 1. lit. 4.* Besold. *de arcan. Rerumpubl. c. 1. n. 5.* Hæcque eximium & singulare Dei donum est, quod non omnibus gubernatoribus contingit, Strig. *1. Samuel. 11. & 18.* Kirchner. *politic. axiom. 7.* ac magis retinet homines in officio,
quam arma & supplicia, Richter. *d. l.* Non au- 20
tem auctoritas & reputatio hæc consistit in externo illo ac vano splendore, nec in affectata & quæsita apud subditos fama & opinione, sed in vera virtute, morumq; non fucata, sed propria gravitate, Vernul. *d. quæst. 1.* eandemq; conciliant virtutes moderatrices, pietas, justitia, prudentia, natura & usu adquisita, fortitudo, liberalitas, temperantia, clementia, severitate temperata, Kirchn. *d. disput. 20. concl. 2.* Hœnon *polit. disp. 3. concl. 2. seq.* Forstn. *hypomn. polit. 15.* ac reputatio & existimatio eo est modo adquirenda, quo suam tuetur Deus optimus maximus, magna justitia, maxima clementia, Joh. Gerhard *polit. quæst. decad. 3. quæst. 3.* & sunt viæ Domini, misericordia, clementia, longanimitas, justitia æquitas, pax, concordia, pietas,
omnisq; adeò æquitas, Drusi[9] *ad loc. difficil. Exod.* 21
cap 6. nam amor & reputatio virtutem pro fundamento habet, Boter. *del. raggion. di stato fol. 15. seq.*

seq. Quemadmodum autem auctoritate & reputatione Respubl. conservatur, ita etiam contemptu collabitur, de quo *cap. seq. n. 62.*

VIII. Idem est, quoad civium amorem, quia
22 & hic cujuslibet Imperii munimentum est, Besold. *de arcan. Rerumpubl. cap. 1. n. 7.* & Reipublicæ arx munitissima, non enim magistratus possunt habere firmiores muros, quàm benevolos subditorum animos, Guevar. *in horolog. Princip. lib. 3. cap. 30.* Schönborn. *lib. 2. polit. cap. 36.*

Non sic excubiæ, non circumstantia pilæ
Quam tutatur amor: non extorqueris amari;
Hoc alterna fides, hoc simplex gratia donat.

Nihilque tàm utile, quàm diligi, nihil tàm inutile, quàm non amari. Ambros. *libr. 2. offic. cap. 7.* Quod confirmat Marcus Imperator in oratione sua, quam moriens ad suos habuit apud Herod. *libr. 1. p. 15.* Neque aut pecuniæ vis, inquiens, tyrannidis luxuriam implere, aut stipantia satellitum agmina tueri Principem possunt, nisi illi ipsi, quos regas, animum imperanti, benevolentiamque accommodent: Quippe ii demum diu tutoque imperant, qui non metum ex credulitate, sed amorem ex bonitate civium suorum animis instillant, referente Petr. Greg. Tholos. *de Republ. lib. 22. c. 8. n. 4.* Amor inermis quidem incedit, dormit tamen loricatus, neq; ulli majores copiæ, quàm ei, qui plurimùm amatur, Pontan. *in libr. de Princip.* Eaque demùm Respublica fortissima censetur, ubi Imperantes à civibus amantur, Senec. *1. declam. 3.* nullumq; Imperium tutum est, nisi benevolentia munitum, ut ait *in Dione* Æmil. Probus: Metus non est diuturnitatis custos. Principem caritate & benevolentia civiũ septum esse oportet, non armis, Cicero. Multum imperando, plus amando Rex potest: Amor & obedientia sunt fratres Germani, An-
23 ton. Peretz. *n. 105 fol. 21.* Malè veneratio timore adquiritur, longeq; valentior est amor ad obtinendum, quam timor, Plinius *epist. 8.* Ita Alexander Severus, cùm ipsi & mater, & uxor objicerent nimiam civilitatem, dicentes molliorem tibi potestatem & contemptibiliorem fecisti: ille respõdit; sed securiorem atq; diuturni-
24 orem, Besold. *de arcan. rerumpubl. c. 1. n. 7.* Animorum inclinationem sequitur inclinatio & ruina Imperiorum, Typot. *de fama fol. 131. & seq.* Eaque demum fœlix est Regis fortuna, si timeant subditi, non eum, sed pro eo, sicuti olim dixit Bias, teste Scip. Amirat. *discurs. lib. 15. c. 7. & libr. 17. c. 5.* tutissimum hocce satellitium est, Richter.
25 *axiom. histor. 189.* Quem omnes oderunt, hic singulos ut metuat, necesse est; & quicquid est formidabile, id necessitate naturali maxumè est omnibus exosum, & firmissimum id Imperium, quod beneficiis, non suppliciis subditos in Imperio continere solet, ait Dionys. Halicarnass. *libr. 6. n. 34.*

26 Hinc Celsissimus ac prudentissimus Würtembergiæ Dux Everhard. I. cum in conventu quodam nonnulli Saxoniæ & Bavariæ Principes mirificis encomiis ditiones & provincias suas exornarent, Christianissimã hanc vocem edidisse fertur: De multis comomodis meæ regionis gloriari nequeo, attamen hoc unum scio, quod quovis tempore, etiam in vastissima solitudine, in cujuslibet subditi mei sinum caput reponere, & tutus dormire possim, Joach. 27
Camerar. *in vita Philip. Melancht.* Crus. *annal. Suevic. part. 3. lib. 7. cap. 14.* Cujus prudentissimi Principis subditorum erga ipsum tantus fuit amor, ut dixisse ferantur: Si Deus non esset Deus, nemo jure majore Deus esset, quàm noster Würtembergensium Dominus: Wann Gott nicht Gott wäre / wer solte billicher Gott seyn / dann unser Herr von Würtemberg. Reinh. Lorich. Hadamar. *in institut Princip. fol. 122.* Lather. *de censu lib. c. 1. n. 15.* Potissimum autem comparatur amor, si magistratus faciles ad se aditus præbeat, omnesq; leniter & prudenter audiat, atq; etiam infimorum querelis & desideriis benignam aurem præbeat, qua ratione januam suam excubiis defendit. Laudabile est Imperatorem interpellantibus faciles præbere aditus, nec de occupatione caussari; tunc confirmas adhuc cunctantes, etiam querimoniis explicatis, ne quid adhuc sileatur, interrogas, ait ad *Gratianum* Ausonius. Amor autem hic cum veneratione quadam & timore conjunctus esse debet. Unde Imperator Sigismundus audiens 28
à quibusdam disputari, num meli⁹ esset amari, an timeri à subditis? respondit: quemadmodum superi amari & timeri volunt, ita & Reges. Neq; enim benè ames, nisi etiam timeas. At in Regibus quoq; situm est, ut amentur & timeantur: si ita moderentur vitam, ut nec inferioribus sint terrori, nec superioribus despectui, Æneas Sylv *4. comment. in res gestas Alphons.* Absit autem nimia familiaritas, quæ levitatem 29
comitem habet, & contemptum parit, Besold. *de arcan. Rerumpubl. cap. 1. n. 8.*

Quemadmodum autem amor subditorum firmissimum Dominorum præsidium, ita etiam eorundem odium præsentissimum ipsis est ex- 30
cidium, *c. cum consuetudinis. X. de consuetud.* Gail. *de arrest. cap. 8. n. 12.* Ideoque amor & securitas mutuo amore & securitate paciscenda, Plinius; & *ut ameris amabilis esto*, Ovid. Ita natura comparatum est, ut amore amantibus, & odio odientibus nos respondere soleamus, inquit Dionys. Halicar. vide Reinking. *polit. lib. 2. axiom. 119.*

IX. Conservatur Respublica tàm magistratus, quàm civium inter sese concordiã, sicuti è contra, eorundem discordiã subvertitur, de quo vide *cap. seq. 15. n. 23.*

X. Rempublicam conservat amicitia cum 31
vicinis contracta; semper enim, vel ut plurimũ proximus seu vicinus invidet vicino, ut ait Hesiodus. Et malevolus & invidus vicinorum o- 32
culus noxa ingens, improbus vicinus: ut contra maxima commoditas, si commodus adsit, inquit Petr. Greg. Tholos. *de republ. lib. 21. c. 11. n. 3.* Quod non solum inter privatos locũ obtinet, sed etiam inter Respublicas & regna, & maximæ & primæ causæ bellandi, aut jurgandi, à finibus inter vicinos ortæ censentur. *C. Verus de verb. signific.* & ambitio regnandi à finitimis prius cœpit fortunæ vicinorum invidentibus, ut ait Justin⁹. Et subversi populi à vicinis, sicuti

acci-

accidit Ætolis, Arcananibus, Carthaginensibus, Byzantiis & aliis, Tholosan. *d. n. 3. in fin.* Quod etiam innuit Virgil: *in eclog. Mantua. væ miseræ nimium vicina Cremonæ.* Et illud Juvenal. *satyr. 15.*

, *Inter finitimos, vetus atque antiqua simultas,*
, *Immortale odium, & nunquam sanabile vulnus.*

33 Imprimis verò Civitatibus præsertim opibus & armis florentibus vicini Principes invident, Schönborn. *lib. 1. polit. c. 13. vers. 11. Civitatibus præsertim.* Et omnibus ætatibus inter Civitates liberas & vicinos Principes semper invidam esse societatem & vicinitatem, scribit Demosthen. Sicuti de Philippo Macedone, quod velut è specula quadam libertati omnium fuerit insidiatus alendo Civitatum contentiones, auxilium inferioribus ferendo, victos pariter, victosque subire regiam servitutem cogendo refert Justinus *libr. 8. in princ.* Et exempla in Imperio Romano passim obvia sunt, quàm vehementer & ambitiosè Civitatibus opulentis invideant vicini Principes, quibus rerumpublicarum augmentum & amplificatio sudes est in oculis, scribit Casp. Klock. *de*
34 *contribut. c. 5. n. 76.* Unde Nicol. Bellus *in dissert. polit. lib. 1. disc. 11.* scribit, inter tria, quæ Germania fovet dissidia, hoc primum esse inter Principes & liberas Civitates, quod illorum conatus eò tendat, ut dominentur, & harum, ne sub jugum mittantur, præter fines jurisdictionis inter utrosque. O fœlix Germania, si hæc prudenter agnosceres, & singulos ordines, ordineque quemque suo relinqueres, nec in propria viscera sævires! hacque ratione tam publica, quàm privata res in vado esset. Et inveteratum inter Principes & Civitates odium esse & semper fuisse, ex eo promanasse videtur, quod Civitates pertinaciter libertatem suam propugnant, secundum Gerard. de Roo, *histor. Austriac. libr. 4.* Principes verò, ut plurimùm Civitatibus infensiores & molestiores esse soleant, juxta Meischner. *tom. 4. decis. 27. n. 44. §. etenim.* & vix ferre possint, ut vicini libertate fruantur, Besold. *de fœder. jur. cap. 4. num. 11.*

Unde Pyrrhus, cùm Athenas venisset & Palladis arcem ingressus, rem divinam fecisset, Atheniensium erga se fiduciam magni fecit quidem & laudavit, cæterum tamen admonuit, si saperent, ne posthac cuiquam Regum portas aperirent, significans, omnibus Magnatibus invisam esse, populi libertatem, Erasmus *in aphopthegm. 5.* Mager. *de advocat. c. 9. n. 341.* Unde exoptat Dn. Limnæ. *de jur. publ. tom. 3. lib. 7. c. 1. n. 50.* ut illi, qui Principum ad latus sunt, hoc agerent, ut discordiarum illa semina inter Principes & Civitates liberas, quando illi Imperii, hæ libertatis sunt studiosæ, Casp. Ens *thes. polit. part. 1. apothelesm. 6. pag. 145.* tollerentur, atque Principibus authores essent credendi, quod ipsorum non est, hoc ad alios modis omnibus pertinere. *l. fin. C. unde vi.* Civitatum verò Consiliarii (Quod tamen de omnibus Civitatibus, aut earum Consiliariis dici nequeat) ipsi quoque, non nimis essent libertatis avari, allzusehr Stättisch/ Clapmar. *de arcan. rerumpubl. lib. 2. c. 19.* sed ut juris antistites, suum cuique monerent attribuendum. Cùm igitur nulla regio, nullaque Respublica ex omni parte sibi sit sufficiens, Aristot. *libr. 2. polit.* sed ut quisque opibus, principatu, & potestate excellit; ita amicis maximè indiget, Aristot. *8. Ethic. ad Nicomach.* nisi securus, & nihil timens opprimi voluerit, exemplo populi Laicensis, quem percussum in ore gladii, urbemque incendio deletam, non alia de causa, quàm quod procul à Sidone habitanti, cumque nullo hominum aliquid commercii, aut societatis habenti, nemo quoque præsidium attulerit, sacra indicat Scriptura, *Judicum c. 18.* 35

Ideò Civitates Imperiales, si immediatam suam libertatem conservare velint, eo laborent, ut cum potentioribus & vicinis amicitiam & concordiam foveant, eorumque sibi favorem concilient, nam juxta Pittaci regulam, unumquemque hominum decet, cum aliis, maximè vicinis, ita conservari, ut ex hostibus amici, & non ex amicis hostes efficiantur. Indeque maturè ut sibi prospiciat benè morata Civitas, qua ratione Principem finitimum benevolum sibi & fœderatum efficere possit, monet Schönborn. *lib. 1. polit. cap. 13.* Cùm nullum majus boni Imperii instrumentum sit, quàm boni amici, Tacit. *4. histor.* Imò non exercitus, neque thesauri, præsidia regni sunt, sed amici, juxta illud Micipsæ apud *Salust. in Jugurth. c. 10.* Nec aurum istud sceptrum est, quod regnum custodit, sed copia amicorum, ea Regibus sceptrum verissimum tutissimumque, ut amicos & inimicos ex utilitate Reipubl. deligat Princeps, Cyrus apud *Xenophont. lib. 8.* Et juxta Tacit. *1. annal.* illa Respubl. quæ potentiores vicinos & amicos suos fœdere sibi conjunctos habebit, formidabilem se reddet cæteris, & Statum suum, quam maximè ab hostium & æmulorum immunem habebit insidiis & armis. Etiam ij, qui divitiis, imperiis & potentia instructi atque ornati sunt, maximè videntur amicis opus habere; nam quomodo res lauta sine amicis custodiri, incolumisque servari posset? quantò enim major est opulentia, tantò pluribus casibus & periculis proposita: jam in paupertate cæterisque rebus adversis unicum perfugium amicos esse putant, inquit Aristot. *8. Nicomach.* 36

XI. Si leges & statuta observentur, tamdiu enim Respublica conservatur & viget, quamdiu leges bonæ in ea observantur, Bodin. *de republ. libr. 3. cap. 1.* nihilque tam mali exempli esse, quàm si leges nuper latæ, non observentur, ne ab eo quidem, qui eas tulit, inquit Machiavel. *libr. 1. de republ. cap. 45.* Virtus & finis legis, constitutionis & sententiæ consistit in executione, *c. cum aliquibus. X. de sent. & re judic. l. 2. C. de exec. rei jud. l. 4. §. si ex conventione. ff. de re judic.* Gail. *de pac. publ. lib. 2. cap. 17. n. 1.* & sine executione judicis sententia nihil aliud esset, quàm umbra sine substantia, idea sine corpore, campana sine pistillo, Moller. *ad constit. Sax. part. 1. const. 32. n. 2.* Coler. *de process. in præf. n. 4.* Berlich. *part. 1. concl. 79. n. 2.* Ex quo Lacedæmonii non tam legibus ferendis, 37 38 39

quàm de earum observantia & cultu fuerunt sollicici. Et Legatus Atheniensis, cùm domum reversus Spartâ, à Senatu interrogaretur, quomodo Spartani Rempublicam suam administrarent, funem, furcam & gladium secum in curiam attulit, & iis monstratis, in his positam esse salutem Civitatis, hasce leges Spartanorum esse dixit, *Hœnon. polit. disput. 5. concl. 62.* Mandiren und nicht exequiren / heist GOtt und Menschen vexiren. Item

Gebieten ohne Straff und Macht/
 Macht Herren und Gebott veracht.
Dann wo kein Straff ist/ ist kein Ehr/
 Und wo kein Ehr/ da ist kein Lehr/
Und wo kein Ehr/ da ist kein Recht/
 Der Herr gilt weniger als der Knecht/
Biß alles gehet durch ein Hauffen/
 Gleichwie die Säu zum Thor einlauffen.

Satius est, non proferri leges, quàm prolatis non obtemperari, Aristot. *3. polit. c. 8.* Et Respublica, quæ leges habet, sed iis non utitur, incontinenti similis, Aristot. *7. polit. 10.* Aristoteles reprehendit Athenienses, quod cùm duas res, frumentum & leges invenissent, frumento quidem uterentur, sed legibus nequaquam, Laërt. *lib. 6. c. 1.* Ex hoc neglectu legum, earundem oritur contemptus, despicientia magistratus, civium petulantia, rebellio, defectio, cùm deteriores omnes simus licentia, Terent. *Heaut. act. 3. scen. 1.* Bodin. *lib. 3. de republ. cap. 1.*

40 XII. Dissimulatione quoque quandoque Respublica conservatur, non enim sine ratione dictum, qui nescit dissimulare, nescit imperare, dixit Imperator Sigismundus, Æneas Sylv. *libr. 1. comment. in res gest. Alphons.* Ita enim David insaniam simulavit, *1. Samuel. 21. vers. 13.* Et Junius Brutus simulata mentis impotentia, Tarquinianorum insidias evitavit, Livius. Et magnæ prudentiæ est, quandoque dissimulare, temporibusque inservire, & quandoque hominum moribus sese accommodare, Nicol. Vernulæ. *instit. polit. libr. 1. tit. 17. quæst. 8.* ubi etiam vitia quandoque & errores dissimulare monet, maximè cum bonis ministris, & de Republ. benè meritis, quorum ingenium rarum est, & industria Reipubl. utilis: quis inquiens, omninò sine vitiis aliquibus? Ille bonus, in quo minima: nemo ex omni parte beatus: Certè donandum ingeniis aliquid, & gratia virtutis, quod aliàs non permitteretur, permittendum. Non propter leve erratum is amittendus est, cui similem non facilè reperias. Vir ingenio, judicioque præstans, magnum est Reipubl. præsidium, & hostium quidam terror multi aliquando sunt, qui utilem Regi & Regno operam præstiterunt, horum videndo delicta minora videre non oportet, ne nocere incipiant, qui antea profuerunt: secretis artibus id agendum, ut emendentur. Quod si tales sint, qui arcanorum regni participes, vel magnam Reipubl. partem suæ fidei commissam teneant, etiam cum iis quandoque in levioribus dissimulandum est: in periculo causa est, Confer. Besold. *de arcan. Rerumpubl. cap. 1. num. 10.*

XIII. Plurimum quoque ad Reipublicæ conservationem confert armorum studium, 41 hoc enim præstat cæteris omnibus, Schönborn. *1. polit. 5.* Patria, libertas, cives, atque adeò ipsi Reges latent in tutela & præsidio bellicæ virtutis, Cicero *pro Muren.*

XIV. Proba juventutis educatio; fundamentum siquidem totius Reipublicæ esse adolescentum educationem, dicetur *infra libr. 5. cap. 16. n. 1. & seq.* 42

XV. Conservatur quoque Respublica, 43 si luxus evitetur, de quo *cap. seq. 15. n. 66. & seq. & infra lib. 5. c. 24.* si morum pravitas aboleatur, de quo *infra lib. 5. c. 13.* si otiosi repellantur, *infra lib. 5. c. 25. per tot.*

XVI. Si de ærario prospiciatur, de quo 44 *infra lib. 2. cap. 16.*

XVII. Diuturnior quoque illa Civitas 45 & Respublica esse censetur, quæ mediis civibus constat, Aristot. *4. polit. c. 11.* Medium autem pluribus modis, maximè verò inter secundarum rerum possessionem & inopiam intelligit, Casus *in Sphær. civit. 4. c. 11.* Sic Thales eam Civitatem salvam esse putabat, quæ cives nec prædivites, nec admodum pauperes haberet, teste Plutarch. *in conv. sept. sap.* Quia divites naturâ parum ratione reguntur, & tanquam delicati subjici nolunt: egeni verò non facilè rationi obediunt, quia ut plurimum viles sunt, divitibus invident, seseque semper à Principibus opprimi existimant, Savanor. *epist. Ethic. concl. 14.* Egeni gerere magistratus nequeunt, divites quidem parere non possunt propter rerum affluentiam & mollem educationem: si capessant magistratum, non aliter subditis, quàm heri mancipiis dominantur: pauperiores sunt humiles, pavidi & abjecti, sicque Civitas non erit ingenuorum & liberorum, sed Dominorum & servorum: non amicorum, sed inimicorum: communio autem sine amicitia nulla esse potest, Casus *d. c. 11.* Hinc Euripides *in Suppl.* postquam tria statuisset civium genera, quorum quidam divites sint inutilesque & plurima semper appetentes: quidam verò nihil possidentes, inopesque victus, nimium tribuentes invidiæ, qui malos aculeos, in ditiores emittant lingua, improbis cari ducibus; quidam verò medii, subjungit tandem, ex tribus his, quod medium genus est, urbem servare, cum modum illum custodiat, quem civitas approbaverit. Ad hæc medii cives tutissimi sunt, nec enim expetunt aliena, ut pauperes, nec ipsorum opes alii concupiscunt, quod divitibus accidit. Unde, ut sibi quoque media in civitate esse liceat, precatur Phocylides.

CAP.

CAPUT XV.

De Causis, ex quibus Civitates evertuntur.

Summaria.

1. Nihil in rebus humanis stabile est.
2. Vanitas vanitatum & omnia vanitas.
3. Ipsa elementa deficiunt.
4. In omni Statu sui sunt natales.
5. Respublicæ, sicut homines, suas habent ætates.
6. Nullum Imperium æternum, mortalia Imperia omnia.
7. Causas eversionum Rerumpubl. aliter Theologi, aliter Politici, & Astrologi dijudicant, & quomodo.
8. Deus illudit Astrologicas divinationes, easque non metuendas jubet.
9. Easdem Canones & jura damnant.
10. Alii causas eversionum malè Stoico fato assignant.
11. Nec adscribendæ fortunæ.
12. Nec Cometarum apparitionibus.
13. Nec Ecclypsibus.
14. Nec certis temporum periodis.
15. Idem de numeris Platonicis.
16. Eversionum causa quatenus Deo adscribatur.
17. Vera eversionis causa sunt peccata hominum.
18. Eversionis causa idololatria.
19. Blasphemia.
20. Perjurium.
21. Injustitia.
22. Delictorum impunitas.
23. Discordia & dissensiones nonnulli Reipubl. utiles esse censent, si non sint nimia.
24. Levis dissensio non consideranda.
25. Maxima Civitatum calamitas discordia.
26. Concordia res parvæ crescunt.
27. Cives concordes Spartæ mœnia fuerunt.
28. Scilurus quomodo filios ad concordiam monuerit.
29. Nihil melius hosti, quàm Civium discordia.
30. Quo artificio usus Imp. Carolus V. in bello Smalkaldico.
31. Germania belua multorum capitum dicta à Legato Turcarum.
32. Factiones cum Reipubl. periculo conjunctæ sunt.
33. Quarum exempla recensentur.
34. Religionis contemptus Civitatis ruina est.
35. Religionis mutatio Status politici mutationem affert.
36. Religionis diversitas multa Reipubl. mala infert.
37. Exemplo Germaniæ.
38. Galliæ, Angliæ, Belgiæ.
39. Pax Ecclesiæ Religionis unitas.
40. In uno officio diversæ Religionis homines non sociandi.
41. Optanda potius, quàm speranda Religionis unitas.
42. Turcæ diversas Religiones tolerant.
43. Præstat aliquam habere Rempublicam, licet de Religione dissidiis turbatam, quàm nullam.
44. Non tamen qualibet secta toleranda.
45. Temeraria legum mutatio Reipubl. perniciosa.
46. Maximè si Reipubl. Statum concernant.
47. Locrenses legum mutationes quomodo oderint.
48. Licurgus ad quid Spartiatas obligaverit.
49. Legum mutatio non nisi cum consensu optimatum fieri debet.
50. Exemplo Imperatoris.
51. Ecclesiastici ordinis ambitio.
52. Omnium malorum causa, urbiumque & regnorum pestis, regnandi cupido.
53. Aliena appetentes propria amittunt.
54. Quando privatum potius, quàm publicum curatur, Respublica perit.
55. Probi Magistratus præ cura Rerumpublicarum privatarum plerumque obliviscuntur.
56. Florente Republica, res privatorum florent.
57. Superba Magistratus potentia Rempubl. evertit.
58. Uti & Civium effrena libertas.
59. Nimia unius Dignitas & potentia Reipubl. nociva.
60. Nemini in Republ. immodica potentia concedenda.
61. Ex nimia Magistratus sævitia subditorum oritur defectio.
62. Contemptu Magistratus Respublica corruit.
63. Contemptus unde oriatur.
64. Intempestiva Magistratus abdicatio multa Reipubl. affert incommoda.
65. Sicuti & crebra Magistratus mutatio.
66. Luxus Rempubl. evertit.
67. Exemplo Sodomæ, Capuæ.

68. *Confusio libidinum evertit Civitates, ejusque exempla.*
69. *Pauperum oppressio & tributorum nimia exactio, eversionum causa est.*
70. *Exactores populi in sacris literis malè audiunt.*
71. *Et miserrima morte perierunt.*
72. *Defectiones subditorum unde oriantur.*
73. *Recens victi ad defectiones procliviores.*
74. *Defectiones sociorum quandoq; Rempubl. affligunt.*
75. *Bellum tàm Civile, quàm externum Rempubl. evertit.*
76. *Bellum omnium immanitatum epitome.*
77. *Proditio uno quasi momento perdit Rempublicam.*
78. *Conjuratione Respublica perditur.*
79. *Idem est, quoad seditionem.*
80. *Causa seditionum esse solent Religionis violatio.*
81. *Malum Reipublicæ regimen.*
82. *Metus eorum, qui fecerunt injuriam, & pœnas metuunt.*
83. *Inopia egentium omnia mutare studet.*
84. *Idem est in obæratis.*
85. *Scripta calumniosa de Religione, seditioni causam præbent.*
86. *Vti & dissimilitudo Civium.*
87. *Et ambitio.*
88. *Polypragmosini pestes Reipubl. sunt.*
89. *Otium seditionis causa.*
90. *Barbarorum irruptio Respublicas evertit.*
91. *Plebejorum infimorum ad Imperium sociatio.*

Nihil in rebus humanis
1 stabile est, sed circulus quidam
res nostras circumrotat, aliasque aliter fert mutationes, sæpius in die uno, nonnunquam etiam in hora, ut ait Gregor. Nazianc. *orat. 16.* Sicque natura comparatum est, ut nihil perpetuo maneat, sed in temporis ambitu omnia motu quodam orbiculari mutentur, Socrat. *in Republ. Platon.* generatio præterit, & generatio advenit, *Salomon Ecclesiastes*
2 *c. 1. vers. 4.* Vanitas vanitatum & omnia vanitas, *Ecclesiast. d. c. 1. vers. 2.* Et juxta Manlium,

Omnia mutantur mortali lege creata:
Nec se cognoscunt terræ vertentibus annis
Exutas variam faciem per secula gentes.

3 Ipse sol deficit, luna laborat ac tabescit, sydera cadunt, Lipsius *libr. 1. de constant. c. 16.* adeò, ut etiam fluviorum mortes narrent scriptores, & flumina in Italia in contrarias partes fluxisse quædam tempore Cæsaris Augusti, referat Dion. *in Augusto.* Quæ enim principium habent, iis quoque suus est finis, Petr. Gregor. Tholosan. *de republ. lib. 21. c. 1. & 2.* & quemad-
4 modum in singulorum hominum ætatibus, sic in omni populo, inque omni statu sui sunt natales, sunt certi incrementorum gradus, est consistens vigor, & fictum aliquid & caducum, quod sensim tendit ad fatalem metam, sicuti pluribus demonstrat Caspar. Klock. *de Contrib. c. 7. n. 134. & aliquot sequent.* Et Respublicas non secus, ac homines suam habere infantiam, pueritiam, adolescentiam, juventutem, ætatem mediam, quæ consistendi dicitur,
5 & senectutem, id est, ortum, incrementum, Statum, conversionem, occasum: Et quemadmodum homini variæ accidunt mutationes, pro ratione temperamenti, educationis, alimentorumque: sic & rebuspublicis ab amicis, ab hostibus, à subditis, & ab utrisque simul: & non secus, ut mortes hominibus ab externo & interno malo, vel utroque simul proveniunt; sic & Rebuspubl. & quemadmodum non senes solùm, sed & adolescentes, pueri & infantes moriuntur, ita principatus quoque non tantùm absolutos & confectos, sed etiam qui inchoantur adhuc, & informantur sæpe interire solere, scribit Hyppolit. à Collib. *de Princip. c. ult. in princ.* Et, ut scribit Keckerman. *curs. Philos. disp. 35. problem. 1.* ut hominibus singulis adolescentia sua robur, senecta, mors, sic istæ, Respubl. puta, incipiunt, crescunt, stant, florent, & omnia ideo, ut cadant: urbes enim, quas ætas constituit, hora dissolvit: Nimirum ut magnæ arbores, quæ diu crevêre, una hora extirpantur, ut loquitur Q. Curt. *l. 7.*

Imò nullum Imperium æternum, nullum Imperium sine fine datum, nulla urbs, cum prima ab initio condita, nulla Roma, nulla Constantinopolis æterna, mortalia Imperia o-
mnia, Waremund. ab Erenberg. *de fœderib. c. 1.* 6
n. 2. & ut inquit Crantzius *lib. 1. Wandal. cap. 1.* sunt etiam oppidis, ut hominibus sua fata, sunt stata tempora, quibus evolutis paulatim decidunt, juxta Manlium *lib. 4.*

Quid numerem eversas urbes, Regumq; ruinas,
Inq; rogo Crœsum, Priamumq; in littore truncum,
Cui nunc Troja rogas. Et secundum Ovid. *libr. 1. metamorph.*

Sic omnia verti
Cernimus atq; alias assumere robora gentes
Concidere has, sic magna fuit censuq; virisq;,
Perque decem potuit dare tantùm sanguinis annos,
Nec humilis veteres tantummodò Troja ruinas,
Et pro divitiis tumulos ostendit avorum.
Clara fuit Sparta, clara viguere Mycenæ,
Nec non & Cecropis, nec non Amphyonis arces:
Vile solum Sparta est, alta cecidere Mycenæ.
Oedipodioniæ quid sunt nisi nomina Thebæ?
Quid Pandioniæ restant, nisi nomen, Athenæ?

Quænam autem sint causæ eversionum 7
Civitatum ac Rerumpublicarum, nondum convenit: Aliter enim Theologi, aliter Politici, aliter Astrologi easdem dijudicant. Theologi terræ motus, hiatus, incendia, fulmina, diluvia, bella, pestes, famem, frugum sterilitatem, Civitatum denique ac populorum interitus à Divini Numinis & Religionis contemptu promanare adseverant, ejusque sententiæ certissimas & infallibiles rationes ex divinis oraculis

oraculis depromunt, atque ob peccata hominum Deum irasci, sapientissimos quoque magistratus in stuporem agere, ac sua sydera in Principes armare contendunt. Politici causas internas & externas ex parte imperantium aut subjectorum in civitatis eversione investigant, & magistratuum sordes, legum iniquitatem, quod nullæ malefactis pœnæ, nullaq; benefactis præmia, factiones, lites, discordiam, ambitiones, & similia perscrutantur. Astrologi cœlestium syderum vim & efficaciam contemplantur, ita ex astrorum motu, vel siderum versione, civitatum eversionem evincere conantur, prout fecisse videtur Prudent. *lib. post ad Symmach.* *urbibus adfert*

Hora diesque suum, cùm primùm mœnia surgunt,
Aut fatum, aut genium, cujus moderamine regnent.

8 Quas tamen Astrologicas superstitiones experientia sæpissimè fefellit, cùm astra quidem inclinent, sed non necessitent & Deus ipse illudat tales divinationes, siderumque constellationes non metuendas apertis verbis præcipiat, *Levit. c. 19. v. 31. & c. 20. v. 16. Deuter. c. 18. v. 9. seq. Esaia. 3. v. 1. seq. c. 41. v. 22 seq. c. 44. v. 25. c. 47. v. 13. & seq. Ierem. c. 10. v. 2. Michea. c. 5. v. 12.* Easque falsè illudit Eoban. Hess.

Ah miseros, qui signa notant, & sidera spectant,
Et spes indè hominum, vanaque vota trahunt.

9 Et hanc artem divinatoriam hujusque cultores, observatores & consultores anathematis fulmine feriunt Canones, *c. si quis ariolos. 1. c. qui divinatores. 2. caus. 26. q. 5.* & jure civili mathematici maleficis adnumerantur, *l. 2. 3. 5. 7. & tot. tit. C. de malef. & mathem.* Confer. Gerhar. *pol. q. decad. 10. q. 1.*

10 Alii eversionum causas fato Stoico adsignant, quod tamen tàm Philosophi saniores, quàm Theologi rejiciunt, Augušt. *de civit. Dei. lib. 5.* Danæ. *pol. Christ. libr. 3. c. 5.* eosque delirare scribit Seneca *epist. 11.* ex quo etiam eorum exploditur sententia, qui volunt, fato dispositum, quando & quomodo unicuique moriendum, Warem. ab Ehrenb. *in meditam. de fœder.*

11 *c. 1. n. 18.* Alii fortunæ id adscribunt, sed malè, cum nos ducamur ac regamur à divinitate quadam, quæ etiam ipsa potentior ratione,

12 Scalig. *exerc. 118.* Alii Cometarum apparitiones in causa esse censent, cum multorum seculorum observantia testetur, magnas clades orbi terrarum, excidia civitatum, mutationes regnorum, obitus magnatum, aliasque calamitates publicas per eas denunciari, Freig. *lib. 25. phys.* de quib. vide *c. seq. n. 7. & seq.* verum cùm cometæ plerumq; naturales causas habeant, secundum Plin. *hist. natur. l. 2. c. 26. & 28.* Scalig. *exerc 79. sect. 1.* indè apodictica & universalis nulla, sed conjecturalis & probabilis tantùm conclusio desumi poterit, cùm signa potiùs, quam causæ sint futurarum calamitatum, per tradit. *c. seq. n. 10.* & quod cometæ necessitatem inevitabilem non inferant, & quamplurimi sine prænunciatione novi cujusdam eventus fuerint visi, testatur Scal. *d. exerc. 79. sect. 2. in princ.*

13 Idem judicium erit de Ecclypsibus solis & lunæ, quamvis enim interdum post easdem mutatæ vel conversæ fuerint Respubl. cùm tamen & hæ naturales suas causas habeant, non est, quod indè actionum nostrarum normam, & regnorũ interitum necessariò concludamus.

Sunt quoque, qui certis temporum periodis 14
Rerumpubl. & Imperiorum ruinas & interitus metiuntur, ita ut quædam quingentesimo anno, aut aliò sint translata, aut eversa funditus, aut cum nova forma commutata: hocque tempus volunt Reipubl. cuique esse periodum fatalem regnandi & dominandi, annumque quasi climactericum & periculosum, quorum numero fuerunt, Peucer. *de divinat. gener. fol. 30. seq.* Hospin. *in præfat. comm. de orig. & progr. monach.* Richt. *axiom. polit. 1. seq.* Keckerm. *lib. 1. syst. polit. c. 26.* Schönborn. *lib. 7. polit. c. 24.* Cujus rei exempla plurima adferri solent, quæ videre licet apud Schönborn. *d. c. 24.* Hœnon. *polit. disp. 8. concl. 7.* Casp. Klock. *de contrib. c. 7. n. 141. seq.* Verùm hujusmodi periodum fatalem non immeritò explodunt, Bodin. *de republ. l. 4. c. 2.* Arnisæ. *lib. 2. doctr. polit. c. 2.* Danæ. *polit. Christ. l. 3. c. 2. & c. 5.* & mille exempla Rerumpublicarum adduci possent, quæ nullum eo tempore defectionis motum senserunt, scribit Hœnon. *d. concl. libr. 7. in fin.*

Idem de numeris Platonicis sentiendum, 15
veluti quos nemo adhuc probè explicare potuit, cum iisdem nihil obscurius, licet communior eruditiorum sit sententia, Platonem notare voluisse, miram esse efficaciam numeri septenarii, & novenarii, cum suis quadratis & cubicis, Peucer. *d. divin. lib. 5. c. 12.* Scalig. *exerc. 352. sect. 2.* Gerhard. *polit. qu. decad. 10. n. 2.*

Nos veras eversionis Rerumpublic. causas ab eo petendas esse censemus, à quo sunt omnes causarum causæ, & qui Rerumpublica- 16
rum fundator benignus, eum quoque eversorem justum agnoscimus, Deum, à quo tanquam causa causarum omnes aliæ causæ influunt, id, quod nobis sacræ literæ passim inculcant: ita enim Deus mutat tempora & ætates, transfert regna atque constituit, *Daniel. 2. v. 21. & c. 4. v. 14.* ipse dat salutem Regibus, *Psalm. 143. v. 10.* ipse affligit populos & expellit eos, *Psal. 44. v. 3.* & definit terminos Imperiorum, *Actor. 17. v. 26.* Deus est, à quo salus Regnorum omnium, & incrementum & occasus, & initia dependent, inquit Phil. Cominæ. *lib. 7.* Reinking *polit. Biblic. lib. 2. axiom. 39.* Idq; propter delicta & peccata nostra, non verò ex astorgia quadam adversus nos, juxta illud Solonis in elegia à Demosthene citatum:

Non urbem superi cupiunt evertere nostram,
Et nobis, nisi sint Numina læsa favent.
Ipsi sed patriam sceleratis mentibus ultrò
Conantur cives dilacerare suam.

Causæ igitur eversionis Rerumpublicarum ac 17
Imperiorum 1. sunt peccata & delicta nostra, ita enim propter peccata populi terram desolatam, urbes succensas, & Sionem factum, ut umbraculum in vinea, an statt einer grossen Burg/ ist sie wie ein Garten-Häußlein worden/ ait Propheta *Esaias c. 1. v. 7.* Ruit Jerusalem, & Juda concidit. Quia lingua eorum contra Dominum, ut provocarent oculos majestatis ejus; agnitio vultus respondebit eis, & peccatum suum quasi Sodoma prædicaverunt, nec absconderunt: Væ animæ eorum, quoniam reddita

sunt eis mala, *Esaia 3. v. 8. & 9.* Perditio tua ex te Israël: tantummodò in me auxilium tuum, *Hoseæ 13. v. 9.* Quod si dixeris in corde tuo; quare evenerunt mihi hæc? propter multitudinem iniquitatis tuæ revelata sunt verecundiora tua, pollutæ sunt plantæ tuæ. Dispergam eos, quasi stipulam, quæ vento raptatur in deserto, *Ierem. 13. v. 22. & 24.* Regnum à gente in gentem transfertur propter injustitias & injurias, & contumelias, & diversos dolos, *Syracid. 10. v. 8.* Benedictione justorum exaltabitur Civitas, & ore impiorum subvertetur, *Proverb. 11. v. 11.* Tunc igitur est periodus ruinæ Imperiorum, quando peccata populi sunt completa, *Genes. 15. v. 16.* Et dixit Deus ad Noë: Finis universæ carnis venit coram me: repleta est terra iniquitate à facie eorum, & ego disperdam eos cum terra, *Genes. 6. v. 3.* Confer. Petr. Gregor. Tholosan. *de republ. l. 22. c. 14. per tot.*

18 Hinc II. potissima & Principum ac populorum ruinæ causa est horrenda & detestanda idololatria, *Josua 24. vers. 11. & 29. Judic. 6. v. 6. 1. Reg. 11. vers. 5. & 9.* Peucer. *de divinat. gen. fol. 39. in fin. & seq.* Danæ. *lib. 3. polit. Christ. lib. 3. cap. 5. & in aphorism. sacr. tit. Quæ evertunt Respubl. n. 1. fol. 250. & seq.* Nam adversus eas Respubl. quæ à vera Religione delabuntur ad manifestam idololatriam, vel publicam apostasiam, Deus undique hostes excitat, à quibus miserè divexantur *2. Chron. 28. v. 33.* Salomon Rex prudentissimus plurium Deorum cultu sese polluens Regni divulsioni, & decem tribuum defectioni causam præbuit, *1. Regum. 12.* Ob cultum idololatricum Regnum Samariæ à Salmanassare Rege Assyriaco exscinditur, *2. Reg. 17. v. 9. Ezech. 23. v. 9. Hoseæ. 10. v. 7. & 8.* Propter idololatriam deletum est à Nebucadnezare Regnum Juda abducto populo in Babylonem, templo spoliato, & urbe diruta, *2. Reg. 25.* Occidentalis Imperii ab Orientali avulsio non aliunde, quàm ex idolorum cultu secuta fuit, Peucer. *l. 4. Chronol. fol. 669.* Richter. *axiom. polit. 16.* Conf. *infra n. 34.*

19 III. Blasphemia, propter quod scelus Pharao fluctib⁹ aquarum maris rubri obruitur: Et Sennacheribi posteritas ob effusas in Deum criminationes per Rabsacen, integrum Regnū conservare non potuit; partem Chaldæi occupant, *2. Regum. 18. v. 30. & c. 19. v. 10. 2. Paralip. 32. Esaiæ. 36. vers. 15.* & blasphemiæ suæ pœnas meritas Nebucadnezar luit, *Daniel. 4.* Quod etiam Tyriorum Regi contigit, *Ezech. 28. v. 2. & 8.* Et testatur excidium urbis Hierosolymitanæ, quæ propter neglectum Dei cultum, impietatem & blasphemiam solo est adæquata.

20 IV. Perjurium; propter quod Rex Zedekias non solùm se, & familiam suam, sed cultum etiam divinum, & politiam & urbem ipsam flammis ultricibus delevit, & captivitate Babylonica detentus fuit, *Ezechiel. 17. vers. 15. & seq.* Zachar. *5. v. 3. seq. 2. Regum ult.*

21 V. Injustitia; Regnum à gente in gentem transfertur propter injustitias, *Syracid. 10. v. 8. & seq. Ezech. 7. v. 23. seq. Prov. 28. v. 2. Esra. 9. v. 7.* Reinking. *polit. Biblic. lib. 2. axiom. 33.* omnem enim injustitiam adversatur Dominus, *Deuter. 2. v. 5.* & adversus iniquos judicia sua æquissimè exercet, *Psalm. 97. v. 2.* Tribus Benjamin florentissima nullam aliam ob causam extirpata fuit, quàm quod nollent sistere Gibeonitas, qui Levitæ conjugem stupraranr, *Judicum 20.* Idem est justitia in Republica, quod clavus in navi, seu gubernaculum, & ut si clavum gubernator non regat, & non caveat à scopulis dirigendo, vel negligenter se habeat, necessarium est per invia, per Syrtes, per vertices & cautes navem periclitari, sic si magistratus justitiæ non dirigat, vel negligat paginam, necessariò Respublica in immedicabilia mala, impietates, homicidia, scelera, rebelliones, quæ pacis vertices sunt, incidet. E contrà Regis, qui judicat in veritate, thronus in æternū firmabitur, & in summa justitia conservat, & auget Regna, principatus & Imperia, injustitia perdit, minuit & subvertit, Petr. Greg. Tholos. *de Republ. l. 10. c. 2. n. 2.* Unde magnæ urbes nisi in eis regnet justitia, quid sunt nisi speluncæ latronum, ubi habens sociam multitudinem impunè peccat? Nec facilè sunt audita majora injuriæ exempla, quàm in urbibus malè ordinatis, inquit Crantz. *l. 8. metropol. c. 45.* Est igitur injustitia Imperiis & Rebuspubl. inimicissima, siquidem remota justitia, quid sunt regna, nisi magna latrocinia, August. *de Civit. Dei lib. 4. cap. 4.*

VI. Hinc eversionis Rerumpublicarum causa non levis est delictorum impunitas. Necessariò enim & immutabili ordine ex immota justitiæ divinæ regula atrocia scelera atroces comitantur pœnæ, cumq; cessat magistratus, neque in authores animadvertit, Deus ipse legem exsequitur suam, & sæpè totas gentes, ob impunitam licentiam, perdit. Ita enim publica Levitæ conjugis stupratio impunita à Benjaminitis, à Deo punita est, cùm totius penè Benjaminiticæ tribus excidio, *Judicum 20.* Atque ita, si leges non mandentur executioni, vel certè similes sint aranearum telis, quæ muscas minores capiunt, sed valentiores transmittunt, Solon apud *Laërt.* Si dat veniam corvis, vexat censura columbas, Juvenal. *Satyr. 17.* Si magni fures parvos ducunt, quod Diogenes ajebat apud *Laërt.* Si, quod ait Cato apud *Gell. lib. 11. c. 18.* fures privatorum furtorum in nervo atq; compedibus ætatem agunt, sed fures publici in auro atque purpura, kleine Dieb hencket man an eisene/die grosse aber an guldene Ketten. Hinc Lacedæmoniorum Respublica nulla alia de re labefactata & concussa fuit, quàm quod Magistratus connivere maluerunt filiarum Scedasi in Leuctris habitantis stupratoribus subditis suis, quàm ullam ab iis exigere vindictā. Nihil quoq; aliud Corinthū amœnissimā urbē evertit, quàm quod impunitos dimisissent cives, qui legatos lotio perfudissent, Florus *lib. 2. c. 16.* Quid causæ fuit, quod flammis exusserint Galli urbem Romam? Arunti Hetrusco à Gallo quodam conjux rapitur, raptor impunitus dimittitur; Arunx rei indignitate commotus attrahit Gallos in Italiam; unde malorum lerna, cædes civium, & agrorum depopulatio, Schönborn. *lib. 7. polit. cap. 2.* 22

VII. Dis-

VII. Discordia: Quamvis discordiam & se-
23 ditiones tanquam Reipublicæ utiles & necessarias commendet, Crassus apud *Ciceron. 2. de orat.* Machiavel. *lib. 1. disc. c. 4.* Plutarch. *in Agesil.* ubi ait: Quum Agesilaus alliceret ac demereretur omnes senatores, Ephoros, timentes illius potentiam, mulctâ ei irrogasse: siquidem, ut opinantur Physici, si contentionem & litem segreges à mundo, fore ut corpora cœlestia consistant, omnium generatio & motio quiescat, propter mutuum universitatis, cum his concentum: ita Laconicum legislatorem videri virtutis facem Reipubl. subdidisse, ambitionem & concertationem, aliquod semper inter bonos certamen machinantem: Illum verò mutuò coñiventem, in non arguendo gratiam, quæ iners sit & ignava parum rectè dici concordiam censuisse, nempe id vidisse quoq; Homerum, nonnullos arbitratos esse. Et commune munimentum bonum omnibus & salutare diffidentiam esse, notat Demosthenes: Et Euripid. *in Helen.* scribit, prudente diffidentia utilius esse moratibus: hanc ut Princeps in civitatem introducat, aliqui Politicorum asserere non erubescant, eumq; si civis civi contrarius, alter alterius fidei diffisus fuerit, sine cura quiescere, sine cogitatione ætatem agere, & à metu mutandi status otiosum esse posse, putant, juxta monitum Plutarch. *de civil. administrat.* qui contrarias factiones non omninò in civitate tollendas, sed tanquam æquilibrium futurum retinendas esse dixit.

Et licet quoq; discordia illa, quæ in diversitate tantùm sententiarum consistit, & moderata est, non sit improbanda, nisi facta fuerit pertinacior & diuturnior, cum temperamentũ quoddam adferat in consiliis, & lenior æquiorque sententia asperiorem quandoq; mitiget opinionem, cui nisi obsisteretur, sæpè multa temerè crudéliterque fierent, ac veritas rerum, consiliorumq; utilitas magis elucescat ex contrariarum opinionum collatione. Unde rectè scripsit Antimachiavell. *lib. 1. de regno aut quov. prov. rectè administr. theorem. 1.* Quam multis, inquiens, experimentis quotidie probatur, bonos ac prudentes viros in senatu alios ab aliis dissidere verbis & argumentis, rebus verò ipsis & sententiis consentire? Neq; verò hæc, si forte inciderit, opinionum dissensio Reipublicæ noxia est, omnes modò rectâ in eundem scopũ, Reipublicæ videlicet dignitatem & salutẽ tendant: Ejusmodi fortè fuit nobilis illa C. Cæ-
25 saris & M. Catonis in senatu dissensio. Secus tamen se hæc habent, quoad imoderatam, inimicam & vehementiorem discordiam, quæ plerumq; à luxuria, avaritia, ambitione oriri, & pestis Rerumpublicarum maxima esse solet. Nulla siquidem, quamvis maxima natio diu stare potest, quæ dissidentium ordinum inter sese studiis distrahitur. Discordiâ intestinâ dissolvi rem Romanam posse, & æternas apes esse Romanos, nisi inter semetipsos seditionibus sæviant, id unum venenum, eam labem civitatibus opulentis repertam, ut magna Imperia mortalia essent, inquit Livius *lib 2. c. 44.* Age, si quis vos interroget, quæ sit maxima civitatum calamitas, & perniciem afferens celerrimam, nónne responderitis; discordiam? ait Decius apud *Halicarnass. lib. 7.* quod etiam testatur Plato *lib. 30. in Menexemo*, ubi ait: Tantum est nostra Civitas victoriam consecuta, ut nunquam expugnari posse, nec ab omnibus hominibus crederetur: Et sanè id verissimum esse visum est, neq; enim aliorum viribus, sed nostris ipsorum dissidiis oppressi sumus, &c. Indeq; discordiam præcursorem esse ruinæ, omnia opportuna insidiantibus facientem dicit Livius *lib. 3.* eandemque portam patentem ad introducendos inimicos, vocat Barbat. *ad c. licet. col. 5. de probat.* & nullam civitatem tàm firmam, tamq; stabilem esse, quæ odiis civiũ non labefactetur, præclarè dixit Cicero *in dialog. de amicit.* juxta illud.

Hem quo discordia cives
Perduxit miseros! & illud Virgilii *Ænead 7.*
Tu potes unanimes armare in prœlia fratres,
Atq; odio versare domos: tu verbera tectis,
Funereasq; inferre faces, tibi nomina mille,
Mille nocendi artes.

Et satis notum est illud Salustii: Concordia res parvæ crescunt, discordia maximæ dilabuntur. 26

Proh quantum infœlix discordia rerum
Jusq; piumq; potest miscere, & cuncta sub auras
vertere.

Et quod nullum regnum, nulla urbs, nulla domus, si adversus se divisa sit, stare possit, videre licet, *Matth. 12. v 25. Syrac. 28. v. 15.* Victor. *de exempt. concl. 35. in fin.* Duo Rempublicam conservant, strennitas adversus hostes & extraneos, sive vis foris, & domi concordia, inquit Polyb. & concordia res parvas crevisse, discordia verò magnas corruisse, omnium seculorum historiæ & annales longè certissimum faciunt. Quid enim Athenienses, Thebanos, totamq; Græciam contra externos hostes defendit? Concordia: Quid pessundedit? discordia. Quid Trojanam obsidionem in decimum annum distulit, nisi Achillis & Agamemnonis jurgia! Quid Romanis contra Britannos victoriam peperit, nisi quod per Principes factionis studiis trahebantur? Quid Romanum Imperium hactenus in flore & integritate sua cõservavit? Statuum concordia? Quænam ejusdem hodie ruina & interitus? Statuum discordia. Quid hactenus in libertate sua conservavit confœderatas Belgiæ & Helvetiæ provincias? Concordia: Quænam ipsarum ruinæ & interitus causa futura? discordia. Ex quo etiam ipsarum monetis vulgò inscribi solet hoc Symbolum: *Virtus unita juvat.*

Hinc Lacedæmoniorum Rex Agesilaus interrogatus cur mœnibus cincta non esset Sparta? Ostensis civibus concordibus & armatis, hi sunt, inquit, Spartæ mœnia, Plutarch. *in apophth. Lacon.* Erasm. *lib. 1. apopht.* & cùm idem alius quidam interrogasset, civitatem non saxis lignisve, sed pro vallis ac mœnibus, incolentiũ virtute muniri oportet, respondit, quos si jungit concordia, nullus potest esse murus inexpugnabilior, Plutarch. *in Lacon. apopht.* Mycipsæ Rex jamjam moriturus, filios suos paterno 27

monet

monet affectu, ut concordes sint, aureis semper literis scribendam sententiã addens: Concordia res parvæ crescunt, discordia autem maximæ dilabuntur, Salust. *in bell Iugurt.* Sic nec equi, quamvis macilenti, totam simul caudam quisquam Sertorii militum evellere potuit, cùm per pilos & partes alterius, quamvis generosi ignavissimus quisq; posset. Et Scilurus
28 octoginta filios habens, cum esset moriturus, fasciculum jaculorum singulis porrexit, jussitque rumpere: id cùm singuli recusassent, eo, quod videretur impossibile, ipse singula jacula exemit, atq; ita facilè confregit omnia, filios admonens his verbis: si concordes eritis, validi invictiq; manebitis: contra si dissidiis & seditione distrahemini, imbecilles eritis, & expugnatu faciles, Plutarch. *in apophth.* Stob. *serm. 82.* Lather. *de cens. lib. 3. c. 24. n. 17.* ut enim singula hastilia facilè frangas, conjuncta nõ possis; ita dissidentes facilè superantur, concordes haud facilè, Plutarch. *in moral.*

Inde maximum ad conservanda Imperia atque principatus stabiliendos adminiculum esse concordiam, ait Curt. *in vit. Alex.* è contrá verò urgentibus Imperii fatis nihil jam præstare majus fortuna hosti potest, quàm civium di-
29 scordia, Tacit. *de morib. German.* Unde cum Latinorum ac Hetruscorum nationibus præceptum & planè cognitum esset, populum Romanum non nisi à seipso vinci posse, simultates & odia clam seri oportere, in civitate decreverunt, Livius *lib. 2.* Bodin. *de Republ. lib. 5. cap. 5. fol. 880.*

30 Quo artificio usus quoq; fuit Imperator Carolus V. in bello Smalcaldico, cùm enim ipse optimè nosset, Germaniam, si concordiæ studeat, invictam esse, proindeque censeret, oportere ex ipso bove lora sumere, & Germanicum robur, cõtrario Germanorum robore frangendum esse, popularium animos inter sese commisit, privatas Alberti & Joannis Brandenburgicorum contra Hassum simultates, & occulta Mauritii Saxonis in Johannem Fridericum odia, ambitionemque in suam convertit utilitatem, eoq; cœcos illos adegit, ut Religionis, quàm profitebantur, & libertatis Germanicæ spreto periculo arma pro patria expedienda in sese ipse strinxerint. Ipse certè Mauritius ita se circumscriptum ad postremum agnovit, editoque publico programmate questus est.

Hinc cùm Francofurti in electione Impe-
31 ratoris Maximiliani II. Saxo, Bavarus & Juliacensis in solemni comitatu euntes equo Ferdinandum & Maximilianum deducerent, Ibrahimo Turcarum legato monstrati à quodã dicente Principes hosce potentissimos esse & singulos justum exercitũ contra Turcas educere posse, atq; Germaniam habere plures ejusmodi: quid putaret, si conjunctis viribus omnes Solimannum Turcarũ Imperatorem aggrederentur, subrisisse ferunt Barbarum & dixisse: de potentia Germaniæ se nihil dubitare, & ex præsentiũ apparatu vires absentium facilè colligere posse; sed sibi videri Germanorũ animos, consilia & actiones similes esse belluæ multorum capitum & plurium caudarum, quæ agitata sepem transire conatur, quia verò capità diversa; foramina quoq; diversa quærerent, ita fieri, ut simul & corpus & caudæ manerent immotæ, & impediri, quò minus ulterius progrederentur: Contra Solimannum suum Imperatorem belluæ unicipiti, & plures caudas habenti esse persimilem, quæ ubi semel capite transitum patefecisset, statim corpore toto & caudis omnibus sine ullo impedimento penetraret, prout refert Philip. Camerar. *cent. 2. c. 23.* Quare non immeritò exclamare licebit: Coite solum, viri Principes, & trepidabunt vires vestras exteri, quibus ob intestinas liticulas vilescere cepistis. Tollite Thusca illa jurgia, & videbitis neque terrarum orbem, neque cunctas gentes conglobatas movere, aut contundere Imperium hoc posse, cum Zachar. Vietor. *de caus. exempt. concl. 3.* Confer Reinking. *de regim. secul. libr. 1. class. 2. cap. 10. per tot.*

VIII. Idem est, quoad factiones, quando vel pauci, vel plures in unam vel alteram partem 32
coëunt, & cum reliquis civibus dissentiunt & ex privatis vel publicis familiarum diversarũ odiis vel ambitione oritur, Lipsius *lib. 6. polit. c. 3.* Cujusmodi factiones semper cum Reipublicæ periculo conjunctæ sunt, Cominæ. *lib. 4. comment. c. 9. & lib. 6 cap. ultim.* fueruntque & erunt omnibus populis magis exitio, quàm bella externa, quam fames, morbive, quæque alia in Deum iras, velut ultima publicorum malorum, vertunt, Livius *lib. 3.* Ita enim 33
Italiam perdidit factio Columnensium & Ursinorum, Cominæ. *lib. 7. cap. 10.* ac magis Gibellinorum & Guelphorum, Paul. Æmil. *fol. 212. seq.* inter Israëlitas & Judæos, *2. Samuel. 10. v. 43. seq.* interq; eosdem & Ægyptios, Petr. Gregor. Tholosan. *de republ. lib. 23 c. 3.* In Anglia olim omnia sursum deorsum versa ex factionibus & partialitatibus familiarum illustrium, Cominæ. *d. l.* In Judæam attraxit Antiochum Regem Syriæ depopulatorem factio Menelaica. Sic tempore belli civilis inter Cæsarem & Pompejum, factio alia Pompejana erat, alia Juliana, quibus pessundata est Reipubl. facies, Schönborn. *7. polit. c. 11.* Sic in Germania olim fuerunt factiones, Nobilium & Civitatum, ac dissidiis quælibet ferè civitas abundabat, sicuti de Basilæa testatur Stumpff. *Helvet Chron. libr. 12. c. 25. in fin.* Alexandria seditionibus ac factionibus civium fuit vastata, Euseb. *histor. 7. c. 18.* Factiosa quoq; & perniciosa in Galliis Ligistarum & Hugenotarum fuerunt nomina, Besold. *dissert. de educat c. 1. n. 3.* Annon quoq; Armeniacorum Burgundorumque, in Gallia dissidium olim occasionem præbuit Anglis per annos aliquot potiendi Gallia? Quid mali nõ induxit illo tempore Caroli Burgundiorũ Ducis stultissima, sed omnium perniciosissima dissensio, omnibꝰ in duas factiones divisis, quarũ alteri nomen erat ab Hamo, alteri à pisce asello? pugnabat civitas cum civitate, vicus cum vico, domus cum domo: sæpè quos idem lectus jungebat, factio diversa segregabat, & fratrem à fratre ruptis naturæ vinculis distrahebat: passim latrociniis, jurgiis, cædibꝰ, rapinis fervebãt omnia. Quid Athenæ? magna illa urbs, lateq;

rerum

rerum domina, post cladem Siculam in sociorum majoris partis defectione & hostium multitudine, substitit tamen, neque adeò prius collapsi sunt cives, quàm intestinis discordiis in sua viscera sævientes, præcipitarunt, Thucyd. *lib. 2. in elog. Periclis.*

34 IX. Quemadmodum, ut capite præcedenti dictum, pietas & Religio fundamentum civitatum ac Rerumpublicarum, eandemque civitas conservatur, ita è contrario Religionis contemptus civitatis ruina existit, quia divinumNumen ob spretam & neglectamReligionem hominibus irasci, Philosophi & poëtæ agnoverunt, dùm Deos Trojam amicam civitatem deseruisse, & ob adulterium Paridis everti passos fuisse commemorant, Augustin. *de civit. Dei lib. 3. c. 3.* Et Dii multa neglecti dedere Hesperiæ mala luctuosæ, ait Horat. *libr. 3. Carmin. Ode. 6.* Maximè si falsus Dei cultus introducatur, quis falsoDei cultu superstitionumq; multitudine Reipubl. nihil est pestilentius, ex Mecœnatis etiam consilio ad Augustum, apud Dion. *lib 52.* Inde enim Reipubl. mutationes rerum imminent, conjurationes, seditiones & conciliabula existunt, Lips. *4. polit. 2.* Totiusq; Reipubl. eversio inde nascitur, *Esa. 5. v. 24.* & ex idololatria regnum Israëliticum primum dilaceratum, *3. Reg. 12.* Sicuti etiam superioribus aliquot seculis ob impium Arianorum cultum, sceleftasque in filium Dei blasphemias totus Oriens pœnas luit gravissimas, armis vastatus Turcicis, inque miserrimam & crudelissimam omnibus abducti servitutem, Reusner. *in hort. histor. polit. coron. 1 flor. 23.* vide *supra n 18.*

35 X. Idem est, quoad Religionis mutationem, vix enim est, ut mutatioReligionis, Status Politici mutationem secum non trahat, Peucer. *de privat. p. 211.* Richter. *axiom. Eccles. 71 in princ. seq.* & ex mutata Religione aurei seculi mutata quoque aurei seculi fœlicitas, Lactant. *lib. 5. instit. cap. 5.*

36 XI. Religionis diversitas: Cùm enim Religio humanæ societatatis sit vinculum, cujus sanctitate fœdera & commercia sanciuntur, hæc si una eademque non sit, stare ac firma esse non possunt: Et ubi Religionum diversitas est, ibi alii alios tanquam impios aversantur, & cùm eadem ad Deum ceremonia non tendat, societas inter eos nulla, nec ulla civium amicitia, ubi non omnium eadem de Deo consensio. Quantæ verò turbæ, quantæ civilium tumultuum tempestates, excitantur, cùm de Religione inter cives oritur contentio, experientia ipsa loquitur, & plurimæ Civitates Imperiales non sine maximo damno & malo testantur. Ubi enim Religionum diversitas, ibi perpetuæ rixæ, contentiones assiduæ & seditiones creberrimæ. Et diversitas opinionum in Religione, pandora ferè omnium malorum, quæ in mundo magno cum hominum detrimento, quasi disseminata sunt, Boter. *de polit. illustr. lib. 5. c. 2.* Unde fœlix Civitas & beata Respublica, verâ sanioris doctrinæ illustrata luce, nec ullum unquam firmius sperandum, concordiæ & unitatis vinculum, quàm si in una eademque vera Religione, consensu animi invicem devinciantur cives, Joseph. *2. contra Appion.* Quid adConstantinopolim capiendamOttomannicæ familiæ fenestram aperuit, nisi Latinorum cum Græcis invida ex Religionis dissidiis inimicitia, & intermissa subsidiorum maturatio, Casp. Klock. *de contrib. c. 10. n. 87.* Et quænam hodie in Imperio Romano diuturni & sanguinolentissimi belli intestini causa alia, quam Religionis dissidium? primamq; hanc & præcipuam litium publicarum causam esse, qua omnis Europæorum Regnorum seditiones ab annis sexaginta quinq; & circiter originem traxerint, scribit ex Auctor. *consil. de recup. reg. Polon. pace. fol. 3.* Auctor *Parthen. litigios. lib. 2. c. 6. n. 6.* QuantumReligionis diversitas florentissimam Galliam, fertilissimam Angliam, bellicosam Hispaniam, & cultissimas Belgii provincias hactenus concusserit, nemo est, qui ignorat. Absumpsit enim in Gallia intra duorum & viginti annorum spatium ab *anno 1562.* ad annum usque *1584.* quadraginta centum millia hominum variis pœnis & bellorum turbinibus. Et in Hispania, Belgio & Anglia innumeram hominum multitudinem absumpsit. Ex quo etiam, ut Religionis diversitas tollatur, Orientis & Africæ populi, ut & Hispaniarum Reges, de Religionibus disserere prohibuerunt, Bodin. *de republ. lib. 4. cap. 7.*

(Right margin, beside "Et quænam hodie": 37; beside "præcipuam": 38)

Hinc Politici tradunt, quemlibet magistratum summis viribus eò allaborare debere, ut una eademq; Religio ubique locorum vigeat, & multitudinis credentium unũ sit cor, & una anima, *Actor. 4. vers 32.* Cùm pax Ecclesiæ Religionis unitas. *l. inter claras. 8. in princ. C. de summa Trinit.* neq; arandum simul cum asino & boves, *Deut. 22. vers 10.* hoc est in uno officio homines diversæ Religionis non sociandi, *c. in nova actione. 22. caus. 16. quæst. 7. l. 1. & 2. Cod. de summ. Trinit.* Et quod fieri non possit, ut quis Deum tota anima & toto corde diligat, qui diversas simul Religiones patitur, & fovet; & quod certissimum sit, in neutrum credere, qui diversas leges admittit, Petr. Greg. Tholos. *de republ. lib. 8. c. 2. sect. 15.*

(Right margin, beside "multitudinis": 39; beside "diversæ Religionis": 40)

41 Verum cùm optare id potius, quàm sperare liceat, præsertim in magna Republica, ideoq; prudentissimiRerumpublicar. moderatores & territoriorũ Domini eo in genere nauclerum imitari debent, qui cum eò, quo cupit, pergere non possit, eo quo potest, cursum dirigit, ac sæpè velificatione mutata, procellis ac tempestatibus obtemperat, ne si portum tenere velit, naufragium patiatur, Schönborn. *libr. 3. polit. c. 11. in fin.* oportet enim esse hæreses, ut probentur fideles, teste Apostolo. *1. Corinth. 11. v. 19.* Et Christus ipse præcepit, ut Zizania crescere sinamus, ne simul triticum eradicemus, *Matthæ. 13. v. 29.* Et melior est Religionum multitudo, quàm conscientiarum carnificina, illa habet superstitiosos, hæc atheos; illa plures divini numinis habet cultus, hæc nullum. Et cùm divinitas patiatur multas Religiones esse, cur nos unam imponere audebimus, inquit Theodohadus *Rex Gothor. constitut. 48.* referente Goldast. *constitut. Imper. tom 3. fol. 113.*

42 Unde quoque Turcæ, licet suæ legis observatores sint strictissimi, diversas tamen Religiones

giones tolerant, Besold. *thesaur. pract. verb. Religion. vers. Turcæ.* Idque probat notabile exemplum Sultani Solimanni Imper. Turcici, qui cùm à nonnullis moneretur, ut Christianos & Judæos, aliosq; diversos ritus in Religione sequentes, vel ejiceret, vel cogeret, ut musulmannizarent, dixisse fertur: Quemadmodum ista varietas distincta herbarum & florum, non solùm nihil obest, sed mirificè oculos & sensus recreat; ita in Imperio meo diversa fides & Religio potius usui, quàm oneri mihi est, si modò pacatè vivunt, & in aliis rebus politicis mandatis meis parent. Præstat igitur diutius, sicut majores mei permiserunt, ita more suo Religiones suas sequi, quàm turbas excitari, & Imperium meum deformari, non secus, ac si flosculos unicolroes tantùm relinquerem, & reliquos evellerem; quid facerem enim aliud, quàm ut hortum vel pratum sua nativa elegantia & decore potius spoliarem, quàm ornarem, ut refert Philip. Camerar. *hor. succisiv. part. 1. c. 58. fol. 262.*
43 Atq; indè etiam præstare, aliquam habere Rempubl. licet variis de Religione dissidiis turbatam, quàm nullã, sentiunt Joh. Gerhard. *in corona d. disput. polit. concl. 42.* Warem. ab Erenberg. *de fœderib. lib. 1. c. 2. n. 87. seq.* Clapmar. *de arcan. Rerumpubl. lib. 4. cap. 21.* Bodin. *de Republ. lib. 1. cap. 2.* Schönborn. *lib. 3 polit. cap. 11. in fin.*

Non tamen promiscuè quælibet Religiones
44 & sectæ tolerandæ erunt, nisi Respublica ita sit perturbata, ut sine totali internecione, aut sanguinis effusione res componi nequeat, tùm enim tempori aliquid indulgendum erit, ne alias tota Respublica, & cum ea Ecclesiæ hospitium evertatur, sed hic salus populi suprema lex erit, & aliquid mali propter vicinum malum tolerandum, Jan. ab Arcedur. *tract. feud. c. 3. concl. 9. n. 30.* Cranius *de pac. religios. part. 1. problem. 13. connex. 1. vers. nos existimamus.*

45 XII. Temeraria legum mutatio & abrogatio: Sicuti enim sine valetudinis jactura nemo victus rationem mutat, ita nec leges sine publica perturbatione mutantur, Philip. Melanch. *in orat. de legib. tom. 1. declamat. fol. 185.* Et ut

Moribus antiquis res stat Romana virisq;

Ita etiam moribus & legibus antiquis mutatis cadit. Mutationem enim juris sequitur mutatio morum, morum mutationem sequitur novitas quædam subita, hæc autem movere & quassare solet Rempublicam, atq; indè receptas leges non esse mutandas, etiamsi quid incommodi habeant, monet Aristot. *lib. 2 polit.* Et ab antiquis accepta, & posteriortati diu probata Civitatum conservandarum disciplina; scilicet in ea Republ. quæ diutissimè floruit in eodem statu quantacunq; utilitatis species appareat insperatâ conversione nihil esse mutandum, ait Bodin. *de republ. lib. 4. c. 3. fol. 665. in fin.* & legum mutationes perniciosas esse scribit Plato *de legib. lib. 7.* Et Augustus olim de novitate vitanda ad Senatum Romanum hæc habuit verba: Positas semel leges constanter servate, nec ullam earum immutare: nam quæ in suo statu, eademq; manent, etsi deteriora sint, tamen utiliora sunt Reipubl. his, quæ per innovationem vel meliora inducuntur, Dio. *libr. 53.* Et in minimis quoque rebus, omnia antiquæ consuetudinis momenta esse servanda, monet Valer. Max. *lib. 2. c. 6.* Idque maximè procedit, 46
quoad leges Reipublicæ statum concernentes, nam leges, quæ servitutum ac testamentorum jura continent, quæq; de rebus rationibusque contrahendis feruntur, interdum mutari convenit, ut melioribus locus sit: sed qui leges, quæ ad statum Reipubl. pertinent, mutare salva Republica conatur, perindè facit, ut ii, qui ædium altissimarum substructiones & fundamenta renovare se posse putant, salvis ædibus, quæ nisi ruant, plus tamen ipsa concussio domus incommodi, quàm nova materia utilitatis est allatura, eoq; magis, cùm civitas quasi vetus & caduca domus, diutissimè steterit in eodem statu, Bodin. *d. c. 3 fol. 665.* Unde omni tempore omnes sapientes gubernatores, quanto potuerunt studio, caverunt non necessarias mutationes legum & Rerumpublicarum, ac jubent aliqua parva incommoda condonari consuetudini, ne mota Republica, ut ægro corpore, majora mala accidant, & cum Platone, ut deliri patris, sic desipientis patriæ mores tolerandas esse. Quippe experientia docet, verè dictum esse à Xenophonte: omnes Rerumpublicarum mutationes adferre cædes: Idq; tantò magis, quantò majora accedunt dissidia publica, in quib⁹ ferè profert & effert se petulantia & improbitas levium & malevolorũ ingeniorum. Idem etiam sentit Philip. Malancht. *Chron. lib 4. n. 35.* ubi ait: Est verè divina res Rerumpublicarum constitutio, legumque seu emendatio, seu mutatio in melius, quæ nisi regatur divinitus, nec procedit, nec evenit fœliciter: Quod cùm sapiens antiquitas agnoverit, prudenter cavit mutationes omnes, & sæpè inveteratæ consuetudinis vitia, si non prorsus essent enormia, sapienter tulit & dissimulavit, sicut nævos corporum, qui sine deformitate multò majore elui & expungi nequeunt. Confusionem enim inducit legum mutatio, & homines leges vilipendere incipiunt, cùm vitæ suæ regulam, quæ constans & perpetua esse debebat, subindè vident mutari. Et ipsa quoq; legislatoris authoritas vilescit, quem non tam esse discretum præsumunt homines, ut futuri etiam temporis circumstantias perpendere potuerit Schönborn. *3. polit. c. 9.* Unde melius agi cum Republica & Civitate, quæ malis legibus constanter utitur, quàm cum ea, quæ bonis utitur, quia non tantùm proderit, qui corrigere perget, quantum nocebit assuefactio superioribus non parendi, censet Cleon. *apud Thucyd.* Schönborn. *3. polit. cap. 9.*

Hinc Locrenses mutationes legum adeò o- 47
derunt, ut si quis legem novã ferre veller, illud facere juberetur collo in laqueum inserto, ut si lex videretur bona, ejus auctor incolumis abiret, sin displiceret, laqueo ipsi gula frangeretur, Stobæ. *serm. 42.* Demosth. *in Timocrat.* Melch. Jun. *polit. quæst. 89.* Arnisæ. *libr. 1. politic. doctr. cap 18. in fin.* Schönborn. *libr. 3. polit. cap. 9.* Bodin. *de republ. lib. 4. c. 4.* Danæ. *polit. lib. 3. c. 4.* Petr. Greg. Tholos. *de republ. lib 10 c. 5.* Quod etiam de Thuriis refert Diodor. Sicul. *lib. 12.*

Ex

48 Ex quo etiam Lycurgus, ut æternitatem le-
gibus suis daret, jurejurando obligabat Spar-
tiatas, nihil eos de eis legibus mutaturos, pri-
usquam reverteretur; & simul ad oraculum
Delphicum se proficisci, consulturum, quid
addendum, mutandumque legibus videretur.
Proficiscebatur autem Cretam, ibique perpe-
tuum exilium egit, abjicique in mare ossa sua
jussit, ne relatis Lacedæmona, solutos se Spar-
tani religione jurisjurandi in dissolvendis le-
gibus arbitrarentur, sicuti refert Justin. *libr. 3.*
Hinc si ex Reipublicæ utilitate & necessitate,
veteres leges abrogare, novas vero sancire vi-
deatur de quo *infra libr. 2. cap. 10. n. 34. seq.* adver-
sus pericula & incommoda, quæ emergere in-
dè solent, hoc remedium salubre, ut mutatio
49 illa fiat, cum consensu Optimatum & Statu-
um Reipublicæ, suadent Steph. Jun. Brut. *in
vindic. contra Tyran. quæst. 1. seq.* Antimachiavel.
lib. 3. theor. 22. Althus. *polit. c. 24.* & publica hac
de re & diuturna interveniente deliberatione,
utrum lex nova Reipublicæ formæ, conditio-
ni, naturæ, loco, tempori, personis, rebus, aliis-
que circumstantiis conveniat, Petr. Gregor.
Tholos. *de republ. lib. 10 capit. 5.*

50 Quod etiam quoad Imperii Romano Ger-
manici leges publicas in Capitulationibus
Cæsareis prudenter provisum, & Imperator re-
cens electus jurato promittit, quod leges Im-
perii corroborare & renovare, easdemque non
nisi consilio Electorum & Statuum Imperii im-
mutare vel amplificare, sed easdem, ac in specie
Auream bullam pacem publicam prophanam
& Religiosam, ac alia privilegia & jura Prin-
cipum ac Ordinum Imperii confirmare, eaque
minimè convellere, aut imminuere, se potius
defendere ac tueri velit, sicuti ex ipsis Capitu-
lationum verbis satis constat, & videre licet a-
pud Sleidan. *lib. 1. comment. fol. 28.* Goldast. *polit.
Imper. tom. 2. de anno 1519. & 1562.* Bened Carpzov.
de leg. Reg. German. cap. 3. n. 6. seq. Limnæ. *ad ca-
pit. Carol. V. art. 32. p. 359. seq.*

51 XIII. Ambitio Ordinis Ecclesiastici & Sacer-
dotum, si politicam gubernationem appetant,
secularibus rebus sese immisceant, si sint am-
bitiosi, seditiosi, & populum è suggestu adver-
sus magistratum incitent, quo ipso facile rebel-
lionem excitare, subditos ad arma commove-
re, & in extremum discrimen Reipublicæ sta-
tum conjicere, eundemque evertere possunt,
cùm melius vatibus plebs parere soleat, quàm
suis Ducibus, de quo vide *infra lib. 2. cap. 3. num.
242. & 244. & seq.*

52 XIV. Regnandi insana libido, & plura ha-
bendi cupido; ex qua sola bella sæpè exorta,
iisq; deleta & eversa, vel insigniter afflicta esse
potentissima regna & Respublicas amplissi-
mas, historiæ amplissimè testantur, Peucer. *in
Chron.* omnium malorum causa Cupiditas Im-
perii, & ambitio, ait Thucydid. *in descript. sedit.
Corcyreæ.* ac urbium & Regnorum pestem esse
regnandi cupidinem ait Virgil. *1. Georg.* Ita Res-
publica Romana democratica ob paucorum
ambitionem eversa est, & Crassus, Cæsar, Pom-
pejus insatiabili fame imperandi perciti, non
prius quieverunt, quàm mutatum bellis civili-
bus Reipubl. statum vidissent, Schönborn. *lib. 7.
polit. c. 4.* Et ut plurimùm evenire solet, ut appe- 53
tentes aliena, propria amittant, Albert Crantz.
in Norvveg. lib. 1. c. 2. prout de Tartarorum quo-
dam legitur Principe, quod cùm captum Mo-
scum interfecerit, & ex Calvaria ipsius poculū
inauratum fieri curaverit, cum hac inscriptio-
ne: Hic appetendo aliena, propria amisit, Bo-
ter *lib. 1. polit. illustr. c. 5.* Quod etiam Græciæ Ci-
vitatibus contigit, quæ cùm singulæ imperare
cuperent, Imperium omnes perdiderunt. Justin.
lib. 8. in princ. Sicuti etiam cani Æsopico conti-
git, qui tamen ore gestans, & ejus umbrā tan-
quam multo majorem, in aquis videns portio-
ne sua non contentus, majorem habere cupi-
dus, umbram aperto ore apprehendere volens,
portionis etiam, quam habebat, jacturā fecit.

XV. Proprium & privatum commodum,
quando tàm magistratus, quàm cives propriū
& privatum potius, quàm publicum commo-
dum & Reipublicæ utilitatem quærunt; hoc
enim comune & damnosissimum vitium esse, 54
omniumq; ferè, quæ sunt in Rebus publicis ma-
lorum, causam & originem, quando plerique
ea tantùm curant, expetunt, & optant, quæ si-
bi ipsis privatim prosunt, nihil soliciti de com-
muni bono, scribit Besold. *de educat. c. 1. n. 9.* ni-
hilq; esse proclivius, quàm talis Respubl. nutet,
languescat, intereat, & collabatur tota, quan-
do hoc illi proprium, ut in ea suum quisque
privatum spectat emolumentum, ait Sleidan.
in orat. ad Princip. & ord. Imper. in fin. Unde probi
magistratus, præ cura publicarum rerum, ple- 55
rumq; obliviscuntur privatarum, sicut Cato
fuit dicere solitus, Plato *in Caton. Major n. 4.* at-
que indè Scipio ex Carthaginis obsidiōe dimis-
sionem petiit, ne dùm ipse inserviret publico,
ager privatus cultore destitutus, ad ærarios re-
cideret, Valer. Max. *lib. 4. c. 4.* P. Valerius Publi-
cola ætatem Reipublicæ ita impendit, & rem
privatam adeò neglexit, ut funeri ipsius sum-
ptus defuerit & de publico elatus fuerit, Livi-
us *libr. 2. Plutarch. in Publicol.* Et alter ejusdem
nominis, cùm vitam & opes patriæ impendis-
set, liberalitate plebis, quæ quadrantes in ejus
domum jactasse fertur, sumptus funeris obti-
nuit, pretium, tot, tantorumq; laborum nimis
exiguum, Livius *lib. 3.* Et subditos ac cives,
quod spectat, ipsi meminisse debent, se patriæ
atq; parentibus obstrictos esse, *l. 2. de justit. &
jur.* & quod florente Republica, etiam res pri- 56
vatæ floreant, & contra, corruente Republ. pri-
vatæ quoque res corruant, Camerar. *medit. hi-
stor. lib. 3. c. 49.* & quod virtus civilis, sive politi-
ca in eo consistit, ut civis se totum, & omnia
membra sua Reipublicæ utilia præstet, Besold.
de educat. cap. 1. n. 4.

XVI. Superba magistratus potentia: Deus
enim Principes ac magistratus superbos detru-
dit de solio, & exaltat humiles, *Syracyd. 10. v.
17.* Superbia animi tui decepit te: ô qui habi-
tas in fissuris petræ, qui exaltas solium tuum,
qui dicis in corde tuo, quis detrahet me in ter-
ram? si exaltatus fueris, ut aquila, & si inter sy-
dera posueris nidum tuum, indè detraham te,
inquit Dominus *Jeremiæ 49. v. 16.* Confer *Esaiæ 3.
v. 16.*

v. 16. & c. 17. v. 1. seq. Ita regium Imperium Romanum, propter nimiam Tarquinii superbiam finitum est, Valer. Maxim. *lib. 4 c. 4.* & superbia de principatu dejecit Angelorum Luziferum, & ex Angelo dæmonem fecit, *Esa. 14. v. 12. seq.* ac inter alia enormia peccata & iniquitates, Sodoma, propter superbiam igne consumpta & extincta est, *Genes. 19. v. 24. Ezech. 16. v. 49.* eadem de causa Rex Nebuchodonosor ab hominibus & de regno dejectus fuit, *Daniel. 5.* plura alia exempla consimilia videre licet apud Richter. *axiom. polit. 166.* Petr. Greg. Tholos. *de republ. lib. 22. c. 6.* ubi *n. 4.* ait: multa pericula vitabit Princeps, & Respublica, si vires suas agnoscant; quid sint, quidve possint, considerent, ne supra id, quod sunt, se extollant, ne plura quàm possint exequi, præsumant, ne alios contemnant.

58 Idem est, quod civium effrenam libertatem, de qua eleganter scribit Casp. Klock. *de contrib. c. 5. n. 91.* Libertatem Civitatibus, inquiens, hac demum lege fructuosam gloriosamq; judico, si modus servetur, si temperamentum adhibeatur, si libertas non degeneret in effusam, atque effrænem, & sui impotentem licentiam, qua non est ullum perniciosius depositum apud nescios gubernandi: vaga namq; & effusa libertas, quæ concedit in imaginariam Reipubl. indolem, plerumq; efficit, ne magistratui solemnis honor, obsequium, reverentia, ob dignitatis publicæ functionem impendatur, sed omnia adnutum, seu motum vulgi, & popularis auræ componantur. Imò ipsa luxurians ac penè nimia libertas sæpè magno Civitatibus malo fuit, veramque & genuinam libertatem propè evertit. Nam ambitiosa ingenia factiones peperêre; indè ad tumultus & seditionem, pestem liberis civitatibus propriam, ventum: hinc rursus fertilissima discordiarum seges, simultates, odia, injuriæ, ex injuriis eadem armata vis & furor intestinus. Sicuti etiam præ cæteris in statu Democratico nimia licentia à populo magistratui data, evidens mutationis causa esse solet, utpotè quam facilè in tyrannidem convertere possunt, Tholosan. *de repub. lib. 22. c. 2. n. 4.* & testatur hoc Atheniensium Respublica, quam Pisistratus evertit, & tyrannide invasit, Polyæn. *lib. 1.* ac Respublica Romana, in qua populi indulgentia Cæsar ad monarchiam arripiendam fuit abusus, Sueton. *in vit. Cæsar.*

59 XVII. Nimia dignitas & potentia unius vel alterius: Nam immodicæ istæ potestates animos ad fastum extollunt, & corrumpunt, cum hominibus quasi innatum, ut postquam honores & dignitates sunt adepti, secundum fortunam, cui nihil deest, nisi moderatio, benè ac sapienter ferre non possint, omnesque licentia simus deteriores, ut ait Comicus. Quot enim Imperatores Romani per nimiam Ducum exercitus potentiam Imperio fuerunt privati, vel in eo molestati. Ita Sejanus, qui per Trajanum Imperatorem in summum dignitatis fastigium evectus, & nimia potentia armatus, factionibus invadere Imperium, tenavit, Tacit. *lib. 4. annal.* ita quoque insidias struxit Perennes Commodo, Herodian. *in vita Commod.* Ælian⁹ Nerviæ, Victor. *in Nerva.*

Unde communem cujusvis omninò Reipublicæ salutem esse, nemini immodicam & immoderatam potentiam concedere, dicit Aristot. *lib. 5. polit. cap. 8.* Et leonem in urbe non esse nutriendum, nisi nutrito obsequium præstare velis, consilium est Periclis apud *Aristoph. in Ran.* nam cui plus licet, quàm par est, plus vult, quàm licet, Macrob. *2. Saturn. 7.* Hinc in Aristocratia & Democratia inter arcana refertur à politicis, ne magna Imperia ab uno præscribantur, unique infinita talis, nimia aut longior potestas in magistratu concedatur, Clapmar. *de arcan. Rerumpubl. lib. 6. cap 20.* neque enim quicquam ad tuendum Optimatum & populi Imperium utilius, quàm dignitatis & potestatis rationes ita sejungere, ut quo plus uni honoris & dignitatis, eidem minus Imperii conferatur. Ingentes sæpè Rebuspubl. extitere motus, quoties ab uno occupari partes plurium permittitur,, aut si unus agat omnia; & communis indè Principatus & Reipubl. custodia, neminem unum magnum facere, Aristotelis fuit monitum politicum: plures enim facilius sociatis laboribus munia Reipubl. executuri sunt, Tacit. vide Reinking. *polit. Biblic. lib. 2. axiom. 73.* 60

XVIII. Magistratus crudelitas & nimia sævitia, ex qua ut plurimùm subditorum oritur defectio, quod suo exemplo expertus est Rehaboamus, *1. Regum 12. v. 16.* & Rex Hispaniæ, qui propter extremam Ducis Albani sævitiam irreparabile damnum & defectionem subditarum provinciarum in Belgio sensit, de quo Londorp. *in contin. Sleidan. libr. 10. seq.* Meteran. & alii. Et plurima alia exempla Rerumpublicarum & Regnorum propter crudelitatem, sævitiam & tyrannidem magistratus eversorum refert Cominæ. *lib. 10. comment. fol. 691.* Richter. *axiom. polit. 15.* Petr. Gregor. Tholosan. *de republ. lib. 22. c. 7.* 61

XIX. Magistratus contemptus; Quemadmodum enim, ut supra *cap. præced. n. 19.* dictum, auctoritate & reputatione magistratus Respublica conservatur, ita etiam ejusdem contemptu eadem corruit: Nihil enim est magistratui periculosius, quàm contemni, Lipsius *libr. 4. polit. cap. 9.* Unde monet JCtus Callistratus, observandum esse jus reddenti, ut in adeundo quidem facilem se præbeat, sed contemni non patiatur, *l. observandum 19. ff. de offic. præsid.* & pœnæ loco Deus contemptum effundit super Principes, *Psalm. 106. vers. 40. 2. Samuel. 17.* 62

Oritur autem contemptus ex magistratus imprudentia, malitia, infœlicitate actionum & benevolentiæ mutatione, Richter. *axiom. polit. 7.* Hœnon. *polit. disput. 8. conclus. 16. seq.* minuent quoque ejusdem auctoritatem verba fastu & vanitate plena, ac hyperbolici sermones, vestitus indecorus, ebrietas, libido, & ita immoderata, aliaque vitia omnia, Nicol. Vernulæ. *instit. polit. lib. 1. tit. 18. quæst. 5.* 63

XX. Magistratus intempestiva abdicatio: Quamvis enim liceat magistratum ex justa causa abdicare, sicuti *libr. 2. c. 8. n. 163. seq.* dicetur,

tur, quod si tamen ea intempestivè & turbata Republica & domesticis, externisque conquassatâ motibus fiat, quia hæc plurima secum trahat incommoda, nemo negaverit. Nam si quis eo tempore renunciet, quo ob ingruentes rerum necessitates maximus ejus poterat esse usus, nullusque reperitur, qui vicem ejus cum laude supplere possit, ruit in exilium præceps orbata rectore civitas, & in ista anarchia suo pleraque nutu agere incipit Belua multorum capitum: ardet omnibus animus & alter alterum conatur opprimere, quò minus evehatur ad id fastigium, unde Rempublic. corruere necessè est, Schönborn. *lib. 7. polit. cap. 5.* Clem. Timpler. *lib. 2. polit. c. 5. quæst. 2.*

65 XXI. Temeraria & crebra magistratus mutatio, quæ æquè ac spontanea intempestiva abdicatio, seu desertio Reipublicæ perniciosa esse solet, Timpler. *d. l. quæst. 1.* nam sicuti multa victus mutatio in hominum corporibus à medicis; ita & ipsa à Politicis maximè improbatur, Gerhard. *decad. 2. polit. quæst. 9.* Ejusmodi enim mutatio & ordinis vicissitudo novas subinde culices acrius mordentes ad cadavera oppressorum civium advolare jubet, Cas. *in Sphær. civit. lib. 2. cap. 11. quæst. 2.* Et dum abdicantes, vel senatu moti secreta Rerumpubl. ad unguem quasi enumerare sciunt, animis facilè abalienati, Respubl. facilimo labore maximis periculis opponere possunt.

66 XXII. Luxus, sive luxuria: vix ulla Respublica diu stetit, quæ luxuriosorum consilio gesta est: vix ulla concidit, quàm non ebriosi everterent: Et primum luxuriam civitates ingredi, deindè saturitatem, postea contumeliam, postremò exilium, Pythagoras dicere fuit solitus, Stobæ. *sermon. 41.* Et Cato Censorius mirabatur, quomodo civitas, in qua pisciculus carius venderetur, quàm bos, diu stare posset: nam qui delitiis opimantur & exsaturantur, pigri & insolentes fiunt, hinc ruina & interitus, Schönborn. *lib. 7. polit. cap. 9.* Ita avaritia & luxu omnia magna Imperia everti, te-
67 statur Livius *lib. 43.* & inter causas Sodomæ eversæ narrantur superbia, saturitas & abundantia, & otium ipsius & filiarum ejus, *Ezech. cap. 16. vers. 49.* ac ob ebrietatem captivum ductum esse populum suum, testatur Jehova *Esaia. 15. v. 11. seq.* Ejus rei exemplum extat in Capua Campaniæ urbe florentissima, de qua Cicero *in agrar. 2.* Camerar. *cent. 2. cap. 3.* & plura refert Tholosan. *de republ. lib. 22. cap. 4. per tot.* Luxus & molle otium facilè in bellum aut civile, aut cum vicinis impellit, & cum molles & effœminatos reddiderit, efficit etiam, ut bellum temerè susceptum, malè administrantes vincantur. Hocque consilio Fabius Maximus Annibalis exercitum in delicias induxit, permissâ ei Campania, in qua aliquandiu commoraretur, prospiciens fore, ut post labores ocio & dulcedine frugum illius regionis degustatâ, genio indulgerent, itaque molles, pigri & obtusiores redditi, facilè bellarentur, Schönborn. *d. lib. 7. cap. 9.* Petr. Gregor. Tholosan. *de republ. libr. 22. cap. 4. num. 3.* Balsazare Rege Babylonico agitante convivia cum Principibus,

Invadunt urbem somno vinoque sepultam,

Ut testatur Virgil. *2. Æne.*

XXIII. Confusio libidinum: ob hanc 68
scortationis & confusionis libidinum causam, Sodoma, Gomorha, Adama, Seboim, & Segor, omnisque regio, universique habitatores urbium, eversi sunt, *Genes. 19.* Cùm Israëlitæ fornicarentur cum filiabus Moabitarum, cuncti Principes populi, ex mandato Dei, suspensi fuerunt, *Num. 25.* ac publica in mulierem scortatio punita à Deo, etiam exilio totius penè tribus Benjamiticæ, *Judic. 20.* Omnibus notum est, urbis Trojanæ exscindendæ causam præbuisse Helenam, Schönborn. *lib. 7. polit. c. 8.* Augustin. *de civit. Dei, lib. 3. cap. 3.* Et Reges olim Romanos, ob vim castissimæ fœminæ nobili Lucretiæ illatam, Roma expulsos fuisse, Livius *libr. 1.* Sic Thebæ propter raptum Chrysippi & incestum Oedipi, eversæ sunt. In Leuctris, postquam violatæ essent Scadesi filiæ à duobus Lacedæmoniis, eodem in bello cruentissimo Lacedæmoniorum vires debilitatæ sunt, Phil. Melanchton. *libr. 2. Chron.* Ac Hispaniam ob eandem causam Saracenis cessisse refert Roder. Toletan. *libr. 3. rer. Hispan. cap. 18.* plura exempla refert Richter. *axiom. polit. 26.*

XXIV. Pauperum oppressio, tributo- 69
rum nimia exactio & subditorum expilatio, *Esaia. cap. 1. v. 1. Amos. 2. vers. 11.* nec alia causa defectionis tribuum Israëlis à Roboamo Rege fuit, quàm gravium onerum impositio & pauperum oppressio, *1. Regum 12. 2. Paralip. 10.* Ita tributorum acerbitatem, & populi oppressionem Barbaris ad Romanum Imperium dissolvendum viam stravisse, testatur Salvian. *de gubernat. Dei, lib. 5. fol. 156.* & Vandalos à Religione complectenda, ita deterruisse, ut Christianismi indè odium conceperint, & Saxonibus subesse, morte gravius existimaverint, refert Crantz. *lib. 4. Vandal. cap. 6. & libr. 3. metrop. cap. 31. 39. & 43.* In Gallia ob exactionem unius oboli à muliere ratione herbarum factam, ingentem seditionem exortam esse, narrat Bernard. de Girard. *de stat. Franc. libr. 2. fol. 124.* Et motuum Belgicorum non minimam causam fuisse exactionem centesimi nummi, omnium bonorum mobilium & immobilium, decimi omnium mobilium, & vicesimi immobilium, constat ex Meteran. *libr. 4. histor. Belg. in princ.* Thuan. *libr. 50. histor. fol. 803.* Ac Susatum celebrem Westphaliæ urbem, ob immoderatam collectarum exactionem ab Archiepiscopo Coloniensi ad Ducem Clivensem descivisse, scribit Georg. Fabric. *de orig. Saxon. fol. 417.* Et graves alios quamplurimos tumultus & seditiones ob immoderatam collectarum exactionem passim extitisse, & Jureconsulti & Historici commemorant, Damhoud. *prax. crim. cap. 99. n. 10. seq.* Boër. *tract. de seditios. n. 31. seq.* Zwinger. *in theatr. vit. vol. 3. libr. 8. fol. 909. seq.* Caspar. Klock. *de con-*
tribut. cap. 18. num. 310. seq. Et hujusmodi exa- 70

70 ctores etiam in sacris literis malè audiunt, & vocantur filii Belial, böse Buben und Teuffelskinder/ *1. Samuel. 2. v. 12.* Socii furum, Diebs-Gesellen/ *Esaia. 1. v. 23.* leones rugientes, ursi esurientes, lupi rapientes prædam, Löwen/ Bären/ und reissende Wölffe/ *Ezech. 19. v. 2. & cap. 22. v. 27. Nahum. 2. vers. 11 & 12. Habacuc. 1. v. 8. Sophon. 3. v. 3. Zachar. 11. v. 3. Proverb. 28. v. 15.* Cete & Dracones, Wallfische und Drachen/ *Ezech. 29. v. 3. Psalm. 74. v. 13. & 14.* Pardi vigilantes, *Ierem. 5. v. 6.* Vaccæ pingues, *Amos 4. v. 1.* Hirci, *Esaia 14. v. 9. Zachar. 10. v. 3.* Tyranni, Köppen. *quæst. 32. n. 2.* Adam Keller. *de offic. jurid. polit. lib. 2. cap. 8. fol. 330. vers. & talia rarò.* Bocer. *de collect. cap. 1. n. 14.* ac plerumque illi, qui immoderatas collectas im-
71 perarunt, miserrima morte perierunt, sicuti exemplis plurimis demonstrat Herman. Lather. *de censu in præfat. & lib. 3. cap. 22. n. 51.* ubi de Cardinali Armellino refert, quod cùm ob novos inventos collectarum modos, omnibus fuisset exosus, & coram Pontifice & secretioribus quibusdam Consiliariis pecuniæ conficiendæ rationes habitæ, quidam ipsi parum æquus, hunc modum suaserit: Equidem, inquiens, sanctissime pater, nullam meliorem ego, citra omnem subditorum querelam imò cum ipsorum quoque gaudio, colligendæ pecuniæ rationem noverim, quàm ut Armellino pellis detrahatur, & per ditionem vestram, ut luporum pellibus aliàs fieri solet, circumferatur: Neque enim dubito, quin vestri subditi omnes pro ea saltem inspicienda, stipem ultrò sint collaturi, Besold. *de ærar. capit. 7. num. 219.*

72 XXV. Defectiones subditorum, quæ itidem ex nimia tributorum exactione utplurimum exire solent, prout Frisii ob nimia tributa jugum excusserunt, non sine grandi Romanorum fraude, Tacit. *4. annal. n. 72.* Schönborn. *4. polit. cap. 23.* Caspar. Klock. *de contribut. cap. 18. n. 331.* Et cùm primi Athenienses sociis tributum imperrarent, hi defecerunt, Thucid. *libr. 1.* Ex asperiore quoque gubernandi modo sæpè defectiones nascuntur, ex qua causa decem tribuum defectionem expertus est Rehabeam. *2. Paralip. 10. v. 14. & 16.*

73 Nulli autem ad defectionem procliviores esse solent, quàm qui recens sunt victi & subacti: cujus exemplum præbent Ternestini apud Tacit. *annal. 4.* & Privernates apud Livium, *lib. 8.* Talesque fuerunt Idumei à Davide victi, qui sub Joramo defecerunt, & ruinæ Regni Judæ initia præbuerunt. Et vivente adhuc Salomone, Adab, Rex Idumeæ & Razon Rex Syriæ à Davide victi, in Israëlitarum Imperium rebellarunt, fueruntq; magnum illius Regni, licet florentissimi perturbandi momentum & principium, *1. Regum. 11. 2. Regum. 8.* Danæ. *lib. 3. polit. cap. 5.*

74 XXVI. Defectiones sociorum, qui à nobis deficiunt, ut vel hostibus adhæreant, vel nos minimè juvent, Danæ. *d. l.* Ita bellum Latinum, seu sociale Romanum Rempubl. licet opulentissimam, non modò per septendecim annos afflixit, sed etiam benè evertit. Et Spartani à Sociis in Leuctrica pugna propter superbiam deserti, insignem illam à Thebanis, Epaminonda Duce, cladem acceperunt, qua Sparta quoque ipsa penè concidit, Hœnon. *polit. disp. 8. conclus. 29.*

XXVII. Bellum tàm civile & intestinum, 75
quàm externum; quod non opus est, ut multis demonstremus, sed saltem Salustium *ad Cæsar. fol. 33.* audiamus; Ego sic existimo, dicentem, quoniam orta omnia intereunt, qua tempestate urbi Romanæ fatum excidii adventaret, cives cum civibus manus consersturos: Ita defessos & exsangues Regi aut nationi prædæ futuros. Aliter non orbis terrarum, neque cunctæ gentes conglobatæ movere aut contundere queant hoc Imperium. Etenim pacis tempore coluntur agri, vernant horti, pascuntur lætæ pecudes, ædificantur villæ, extruuntur oppida, instaurantur collapsa, ornantur & augentur extructa, crescunt opes, aluntur voluptates, vigent leges, floret Reipubl. disciplina, fervet Religio, valet æquitas, calent artes opificum, uberior est quæstus pauperum, splendidior opulentia divitum, efflorescunt honestissimarum disciplinarum studia, eruditur juventus, tranquillo fruuntur otio senes, bonis auspiciis nubunt virgines, laudantur simili prole puerperæ, florent boni, minus peccant mali. At simul atque belli sæva tempestas ingruerit, repentè, semelque quicquid pulchrum, obruit, extinguit, abolet, omniumque malorum lernam quandam in vitam mortalium effundit. Tùm enim abiguntur armenta, proteruntur segetes, trucidantur agricolæ, exuruntur villæ, incenduntur pagi, tot seculis extructæ florentissimæ Civitates una procella subvertuntur, adeò proclivius est lædere, quàm benefacere, constuprantur virgines, trahuntur in captivitatem senes, diripiuntur bona, civium opes ad execrandos latrones atq; sicarios transferuntur, mœrent funestæ domus; metu, luctu, querimoniis, lamentis complentur omnia, frigent artes opificum, pauperibus aut jejunandum, aut ad impias confugiendũ artes. Divites aut ereptas deplorant facultates, aut timent relictis utroque modo miserrimi. Virginum aut nullæ, aut tristes, aut funestæ nuptiæ; desolatæ matronæ domi sterilescunt; silent leges, ridetur humanitas, nullum habet locum æquitas: Religio ludibrio est, sacri & prophani nullum omninò discrimen: Corrumpitur omni vitiorum genere juventus: damnant longævitatem suam luctuosi senes, nullus honos honestis literarum studiis, atque adeò nullum bellum, neque tàm justis causis suscipi, neque tamen moderatè geri potest, quod non ingens, & scelerum, & calamitatum pars maxima ferè solet ad innoxios & indignos recidere. Quinimò, quod est omnium gravissimum, hæc tàm exitialis pestilentia nescit se suis continere spaciis, sed ut uno quopiam orbis angulo nata, non solùm finitimas regiones, veluti contagio, pervadit, verum etiam procul remotas, vel mercede, vel per affinitatis, aut fœderis occasionem in communem tumulum,

& rerum tempestatem pertrahit, Author *tuba pacis, fol. 3.* Confer. Besold. *dissert. de jur. bell. c. 1. n. 2.* Erasm. *in quarimon. pacis, per tot.* Bello vastantur omnia, squalent municipia, affli-ctantur coloniæ, agri quasi senio confecti, marcent:

- - - Cum nullus aratro
Dignus honos, mœrent abductis arva colonis.

Convertuntur aratra in arma, boves in equos, stimuli in lanceas, vomeres in sagittas, tunicæ in loricas, simplicitas in malitiam, justitia in violentiam, nullumque nefas exemplo caret, Ant. de Guevar. *in horolog. Princ. lib. 3. cap. 14. n.*
76 *49.* Et ut summatim dicam, bellum si dixeris, omnia mala dixeris; bellum omnium immanitatum epitome, & calamitatum cunctarum farrago dici meretur, Morne. *de verit. relig. c. 16.* Bellum infinita homicidia, latrocinia, rapinas, furta, incendia, stupra, & id genus alias calamitates adfert, quas describunt, Isocrat. *in orat. 2. ad Phil.* Damhoud. *in prax. crim. c. 82. n. 1.* Gail. *1. de pac. publ. c. . n. 4.* ubi ait: priusquam incipias jam plus nocuisti patriæ, quàm sis profuturus victor. Exhauris civium opes, luctu funestas domos, omnia latronibus, furibus, stupratoribus imples; has enim reliquias parit bellum.

77 XXVIII. Proditio, quæ tantum incommodi humano generi affert, quantum salutis bona fides, Valer. Maxim. *lib. 9. cap. 6.* quæque uno momento perdit diu magna industria servatam Rempubl. sicuti testatur Claudian. *in Ruff. lib. 2.*

Heu, heu! quam brevibus pereunt ingentia causis!
Imperium tanto quæsitum sanguine, tanto
Servatum, quod mille Ducum peperêre labores:
Quod tantis Romana manus contexuit annis
Proditor unus iners angusto tempore vertit.

78 XXIX. Conjuratio, qua ipsa etiam Reipubl. status & magistratus evertitur, Schönborn. *lib. 7. polit. c. 17.* ad quem facilè inducuntur, qui novis student rebus, exosumque in pace servitium habent, & contumaciam cum pernicie, quàm obsequium cum securitate malunt, Tacit. *4. hist. 17. in fin.* sicuti plurimas in Neronem spes animavit, quæ ex novis petebatur, Tac. *15. annal.* sicuti inopes, & qui ære alieno laborant, ad hoc scelus proclives sunt, ut sublatis è medio Principibus opes adipiscantur, qualis erat in conjuratione Catilinaria. Cn. Piso, adolescens nobilis, summæ audaciæ, egens, factiosus, quem ad perturbandam Rempubl. inopia & mali mores stimulabant, Salust. *in Catilin.*

79 XXX. Seditio, quæ nihil aliud est, quàm subitus & violentus contra magistratum motus, Lipsius *lib. 5. civil. doctr. c. 4.* Schönborn. *lib. 7. pol. c. 13.* miserrimum autem est cum civibus, tanquam cum hostibus vivere magistratum: nec potest non exarescere, etiam florentissimæ Reipubl. pulchritudo, quando in ea civium seditio floret. Est conversionum in civitatis statu seminarium seditio, quæ civium animos ita dividit, ut insolenter à civili sorte declinent. Tot extinctæ maximæ veteris ævi civitates sunt exemplo. Et quemadmodum cum in corpore animalis aliqua peste viscera infestantur, corpus totum concutitur; ita cum in Reipubl. visceribus seditio est Reipublic. salus periclitatur, & tota ipsa in motu est. Ac seditionis non rarò hic eventus est, ut Respublic. per eam hosti tradatur, Nicol. Vernulæ. *instit. polit. lib. 4. tit. 3. q. 6.* Perniciosa igitur Machiavelli est doctrina, qua seditionem civitatis conservandæ causam esse dicit, quod distractis in diversas factiones civib' tutior & cautior sit Reipublicæ administratio: cum prudentius sese gerant magistratus ardente factione, & fortius civitatem muniant cognito jam hoste.

Causæ seditionum esse solent 1. Religionis 80
violatio, quemadmodum plebs Constantinopolitana ob Anastasii impietatē quaternitatē adorare præcipientis, seditiosa arma movit, Evagr. *lib. 3. c. 3. seq.* Nicephor. *lib. 16. c. 35.* 2.
Malum Reipubl. regimen, idque intensius ex 81
oppressione, vel remissius ex negligentia,
Schönborn. *libr. 7. polit. c. 13.* 3. Metus eorum, qui 82
fecerunt injuriam & pœnas metuunt, vel eorum, qui exspectant & metuunt injuriam aut oppressionem, quam prævenire volunt, priusquam opprimantur: uti & clades magna accepta, vel gravis alicujus periculi metus, *1. Samuel. 30 v. 4. seq.* Petr. Gregor. Tholos. *de repub. lib. 23. c. 5.* 4. Angustia & inopia egentium, qui 83
odio rerum suarum omnia mutare student, *1. Samuel. 30. & Exod. 16. & 17.* Salust. *in Jugurth.* Bodin. *de repub. l. 5. c. 2.* & imitantur piscatores, qui non nisi stagno turbato anguillas capiunt,
Schönborn. *d. c. 13.* 5. Eadem est ratio obæratorum, 84
quibus afflicta fides in pace, quique rebus turbatis alacres & per incerta tutissimi, Tacit. *1. histor.* ex quo orta est Corcyrea illa seditio apud Thucyd. *libr. 3.* & Panormitana illa, de qua Philip. Camerar. *libr. 1. medit. hist. c. 4.* 6.
Scripta virulenta & calumniosa de Religio- 85
ne, Schönborn. *l. 7. polit. c. 7.* 7. Dissimilitudo ci- 86
vium in Republica, quando peregrini sine discrimine in civitatem admittuntur, & reliquis civibus æquantur, vel etiam præponuntur, Petr. Gregor. Tholos. *de repub. l. 23. c. 6.* Hen. Arnis. *l. 2. polit. doctr. c. 4. fol. 445. seq.* 8. Ambitio, 87
cùm ambitiosi privatim degeneres, in publicum exitiosi, nihil spei, nisi per discordias habent, Tacit. *11. annal.* & honores, quos quieta Respublica desperant, perturbata consequi se
posse arbitrantur, Cicero *2. in Catilin.* 9. Poly- 88
pragmosini, quæ non minus, quàm ambitio Reipubl. pestis est præcipua, Hœnon. *polit. disput. 8. concl. 14. lit. a.* 10. Otium, nimiaque fœli- 89
citas & saturitas, Petr. Gregor. Tholos. *de republ. l. 23. c. 7. & 23.* Schönborn. *d. l. 7. c. 13.*

XXXI. Barbarorum irruptio sive gentium 90
migratio, quæ velut turba, procella ac tempestas cœlestis, omnia etiam florentissima regna & Respublic. sibi obvias dejicit, deturbat, protrudit & pessundat, cujus rei varia exempla refert Dan. *Polit. Christ. lib. 3. cap. 5.* Richter. *axiom. polit. 25.* Schönborn. *lib. 7. polit. caput. 26.*

XXXII. Plebeorum infimi ordinis 91
cum primi ordinis ad Imperii administratio-

nem sociatio. Constat enim nullam Rempubl. diu consistere posse, in qua cives primi ordinis alios in infimo gradu in societatem, & communionem Imperii admittunt; quod suæ calamitatis exemplo probant Volsinii, de quib⁹ Valer. Maxim. *lib. 9. c. 1.* Urbs hæc (Volsinia) inquit, erat opulenta, erat moribus & legibus ornata, Hetruriæ caput habebatur, sed postquam luxuriâ prolapsa est, in profundum injuriarum & turpitudinis decidit, ut servorum se insolentissimæ dominationi subjiceret: qui primum admodum pauci Senatorium ordinem intrare ausi, mox universam Rempubl. occupaverunt. Testamenta ad arbitrium suum scribi jubebant, convivia, cœtusque ingenuorum fieri vetabant, filias dominorum in matrimonium ducebant: postremò lege sanxerunt, ut stupra sua in viduis pariter ac nuptis impunita essent, ac ne qua virgo ingenuo nuberet, cujus castitatem non antè ex numero ipsorum aliquis delibasset, &c. Quorum tamen scelerum vindices demum Romani fuerunt, qui à civibus oppressis clàm vocati in auxilium, misso Decio Duce, libertinos omnes superarunt, & aut in carcere necarunt, aut Dominis in servitutem restituerunt, referente Pflaumer. *in Mercur. Italico. pag. 152.*

CAPUT XVI.

De signis eversionum Rerumpublicarum & Imperiorum.

Summaria.

1. *Ex præteritarum rerum exemplis futura consilia petuntur.*
2. *Deus nonnunquam per elementa nobiscum loquitur.*
3. *Quod exemplis declaratur, & n. 4. 5. 6.*
7. *Cornix in Capitolio locuta.*
8. *Homines armati in aëre visi, uti & trabes, faces, &c.*
9. *Aves incogniti coloris anno 1621. visæ.*
10. *Cometa anno 1618. & quid Cometæ significent.*
11. *Ecclypses sunt signa mutationum.*
12. *Terræmotus quid inferant.*
13. *Nautæ quomodo tempestates præsentiant.*
14. *Pastores, agricolæ & vulgus aëris statum præcognoscunt.*
15. *Et quomodo Theologus divini numinis iram.*
16. *Deus astrorum arbiter est.*

Quamvis conversiones & interitus Rerumpublicarum ab hominum sensibus ac cogitatione remotissimæ videantur; cùm nec illa sæpè intelligantur, quæ ante pedes sunt, & in crastinum futura. Nec causæ istarum mutationum inevitabilem necessitatem adferant, licet manifestis interdum indiciis se ostendant.
1 Interim tamen ex rerum præteritarum cum præsentibus collatione, dum singularum causas causis, occasiones occasionibus, & successus successib⁹ suis opponimus, sagacitate quadam futuros etiam eventus quodammodò præsentimus. Unde non aliundè melius consilia petuntur, quæ in futurum prosint, quàm ex præteritarum rerum exemplis, inquit Dionys. Halicarnass. Nam quæ futura sunt, ut ait Aristot. *2. Rhet.* plerumque paria similiaque sunt iis, quæ jam facta sunt. Et sic mutationes Rerumpubl. impendentes ab homine circumspecto prævideri posse, non esse dubium scribit Bernh. Zieritz. *in dissert. de convers. Rerumpubl. fol. 10.*

Revelat etiam Deus plerumque mutationes Rerumpubl. proximè futuras, & calami-
2 tates imminentes, vel signis, vel prodigiis, vel prophetiis, vel aliis modis, prout sapientiæ ejus incomprehensibili expedire visum est. Loquitur cum hominibus Deus, non modò lingua humana per Prophetas, Apostolos & Pastores, sed nonnunquam etiam elementis, in formas & imagines diversas compositis, ut ait
3 Besold. *thesaur. pract. verb.* Verånderungen. *in fin.* Ita enim Deus olim per Prophetas populum suum docebat, admonebat, objurgabat, & futuræ fœlicitatis, vel calamitatis certiorem faciebat. Hacque ratione videmus, Prophetam Nahum Ninives excidium, per diluvium & incendium, post Jonam prædixisse sub Rege Judæor. Nathane, Idem Judæis quoque prædixit Urias, Jeremias & alii. Et cùm Deus puniturus est gentem vel urbem, prodigiis id solet significare, ait Herodot. *lib. 6.*

Sic tempore Antiochi Regis, per universam 4
Hierosolymorum civitatem quadraginta diebus videri contigit per aëra equites discurrentes auratas stolas habentes, & hastas, quasi cohortes armatas, & cursus equorum per ordinem digestos, & congressiones fieri cominus, & scutorum motus, & galeatorum multitudinem gladiis districtis, & telorum jactus, aureorum armorum splendorem, omnisque generis loricarum, *Macchab. l. 2. c. 5. v. 2. & 3.* Et 5
paulò antequam capienda esset Hierosolyma à Tito Vespas. inter præcipua perditionis ejus civitatis præsagia illud fuit, quod ante solis occasum visi sunt per inane ferri currus totis regionibus, & armatæ acies tranantes nubila, & civitati circumfusæ: festa autem die, quam Pentecostem vocant, nocte sacerdotes intimum templum more suo ad divinas res celebrandas ingressi, primum quidem motum, quendamque strepitum senserunt, postea verò subitam vocem audire, quæ diceret: *Migremus hinc*, teste Josepho *lib. 7. de bell. Judaic. c. 2.* Tacit. *libr. 5. histor.* toto quoque anno ante ejus excidium, sidus aliquod in specie gladii, supra civitatem Hierosolyma constitit, Joseph. *d. l.*

Ante-

6 Antequam Respubl. Romana Democratica omninò corrueret, Romæ prodigium factum est, quo denunciabatur, Regem populi Romani naturam parturire, idque paucos ante menses, antequam Cæsar Octav. Augustus nasceretur, qui fuit primus legitimus Monarcha Romanorum, & ideo Senatum exterritum censuisse, ne quis illo anno genitus educaretur: Cujus tamen Senatusconsultum ad ærarium delatum non fuit, curantibus iis, qui uxores prægnantes habebant, ne fieret, singulis ad se spem trahentibus, ut ait Sueton. *in Augusto, c. 94.* Et ante Romæ deletionem tres distinctis terris faces visas esse in cœlo, refert Livius *lib. 43. c. 13. & libr. 44. c. 16. & lib. 45. c. 16.*

7 Ante paucos, quàm Domitianus occideretur, menses, Cornix in capitolio elocuta est: Erunt omnia benè, sicuti refert Sueton. *in vit. Domit. cap. ult.* Quod postea ita quis fuit interpretatus.

Nuper Tarpejo quæ sedit culmine cornix.
Est benè, non potuit dicere, dixit, erit.

Omnia, quæ mortem Julii Cæsaris, Augusti, Caligulæ præcesserunt, refert Sueton. *in ipsorum vitis.* Vastationem Italiæ Longobardis prædixerunt acies illæ, quæ in aëre dimicantes spectatæ fuerant, Chron. Carion. *lib. 3. pag. 547.*

8 Sic *anno 1538.* multis Germaniæ in locis visi sunt homines armati in aëre, & versus orientem stella inusitatæ magnitudinis, quæ cruentos spargeret radios, & juxta illam crux sanguinolenta, cum vexillo per aëra volitante, ut scribit Surius in eo anno, & ibidem, quæ eodem anno, tristia Christianis acciderint, exponit. Cum Lacedæmonii classe victi Imperium Græciæ amiserunt, visæ sunt trabes, quas Græci docos appellant, Plinius *lib. 2. cap. 26.* Ante bellum Cymbricum faces in cœlo emicuerunt, soles plures, die luna visa cum stella, clypei & flammæ: Sicuti etiam sub bellum Italicum & civile Marii & Syllæ, faces, clypei, globique ignei apparuerunt, referente Petr. Gregor. Tholosan. *de republ. lib. 2. 1. c. 6. n. 10. & 11.*

9 In Comitatu Marchiæ & Surderlandiæ partibus *anno 1621.* tempore Autumnali ignotas mixti & insoliti coloris aves, magnitudine turdos, colore aliquatenus Halb Vögel repræsentantes, visas fuisse, & turmatim volitantes jugerum & plus agri operuisse; easque volucrum copias, ceu belli fæciales, sequenti hyeme Hispanorum & Belgarum, post Cæsariorum & fœderatorum Romano Catholicorum, aliosque exercitus secutos fuisse, ditiones illas miserè debellantes, deprædantes, vastantes, refert Joh. Wilhelm. Rövenstrunck *in consilio*, von Anlag/ *Contribution. &c. fol. 30.* ubi alia consimilia refert.

10 Quàm maximas totius Imperii Romano-Germanici, calamitates, ruinas, devastationes, miserias, cædes, mortes, aliorumque malorum lernas, non prænunciaverit *anno 1618.* instar flagelli caudatus Cometes, & *anno 1630.* horrenda solis Ecclipsis, toti Imperio, imò toti terrarum orbi cognitum est omnibus. Prænuncia quoque stella hæc fuit mortis Maximiliani Archiducis Austriæ, mox Annæ Augustæ, conjugis Imperat. Matthiæ, & paulò pòst ipsius Imperatoris mense Martio *anno 1619* König *in theat. polit. part. 1. cap. 6. n. 49.* Quamvis etiam Cometæ & id genus alia insolita phænomena, secundum Aristotelem, *lib. 1. meteorolog. cap. 7.* naturales suas habeant causas, ob quas apparent, & Keplerus de Cometa *anno 1607.* scribat, quod non magis cœlum sit sine Cometis, ac aër sine avibus, mare sine piscibus, ac terra sine animalibus & plantis, cùm, ut Paracelsus alicubi habet, Cometæ ac stellæ cœli sint herbæ, sese instar aliarum creaturarum multiplicantes: Non tamen negari potest, Deum præter earum naturam portendere aliquid & novi iis persæpè nobis indicare. Multorum siquidem seculorum docet observantia, magnas clades orbi terrarum, excidia civitatum, regnorum mutationes, & alias calamitates publicas per Cometas denunciari, Schönborn. *lib. 7. polit. cap. 25.* Unde de Cometis & aliis hujusmodi prodigiis eorumque significationibus, scribit Manlius *c. 1. Astronom.*

Nunquam futilibus excanduit ignibus æther,
Squallidaq; elusi deplorant arma coloni,
Et steriles sulcos inter defessus arator,
Ad juga merentes cogit frustrata juvencos,
Aut gravibus morbis, & lenta corpora tabe
Corripit exustis lethalis flamma medullis:
Labentesq; rapit populos, totasq; per urbes
Publica succensis peragantur fata sepulchris, &c.

Et paulò pòst:

Quin & bella canunt ignes, subitosque tumultus
Et clandestinis surgentia fraudibus arma,
Extremas modo per gentes: ut fœdere rupto,
Cum fera ductorem rapuit Germania Varum,
Infecitque trium legionum sanguine campos:
Arserunt q; toto passim minitantia mundo,
Lumina, &c.

Et paulò pòst:

Civiles etiam motus cognataq; bella
Significant.

Et Claudianus:

In cœlo nunquam spectatum impune Cometam.

Alia complura præsagiosa belli ac Rerumpublicarum interiturarum prodigia refert Melancht. & Peucer. *lib. 4. Chron.* Carion. *German. fol. 178.* Petr. Gregor. Tholosan. *de republ. lib. 21. cap. 6. seq.*

Inter quæ etiam referri solent Ecclipses solis & lunæ, quamvis enim hæ ex naturalibus oriantur causis, eas tamen sæpissimè mutationis & eversionis signa esse, ipse Christus indicat *Lucæ 21. vers. 25.* Et de Ecclipsi tempore passionis Christi Areopagita Ethnicus dixisse fertur: Aut Deus naturæ patitur, aut mundi machina dissolvetur, ut ipse testatur *epist. 7. ad Polycarp.* 11

Referuntur quoque huc terræmotus, sicuti ante interitum urbis Hierosolymæ sacerdotes nocte templum ingredientes terræmotum senserunt, Joseph. *lib. 7. de bell. Iudaic. cap. 12.* Ante mortem Tyberii, turris Phari terræmotu concidit, Sueton. *in ejus vit. cap. 74.* Ante mortem Sergii Galbæ, urbs & palatium tremuit, Sueton. *in ejus vit. capit. 18.* Et nunquam 12

urbem Romam tremuisse, nisi futuri eventus prænuncio, scribit Plin. Et Cardan. terram, inquit, ex flatu scindi, & maximas seditiones indicare, haud dubium est. Sic tempore passionis & mortis Christi, *Matth. 27. v. 54.* & tempore resurrectionis, terræmotus extiterunt, *Matth. 28. v. 2.* uti & tempore Pauli & Sylæ incarceratorum, *Actor. 16. v. 26.*

Distinguendum igitur hîc erit cum Hypp. à Collib. *de princ. cap. ult.* inter præcognitiones theoricas, tàm naturales, quàm divinas, & practicas, quæ experientia potissimùm nituntur. Periti navium gubernatores non ex Jove, Saturno, Venere, Marte aut Mercurio tempestates prævident, sed de nube, de ventis, de omni aëris conditione: atque eorum hæc solers disciplina experimentis ubique confirmatis,
13 de spiraculo tenuissimi Flatus, de nubecula vix conspicua, tempestatem intelligit imminentem, cujus nullum præsagium, nullum signum adhuc patebat oculis aliorum: non solùm venturam intelligunt, sed qua parte futurum ut excitetur, quomodo declinari, quomodo superari possit; ad quæ sapientia Astrologorum
14 prorsus caligabit. Sic pastores, agricolæ, & ipsum sæpè vulgus ineruditum, statum aëris præcognoscunt, non à stellis, sed ab aëris ipsius dispositione, atque his, quæ in sublimi impressionibus fiunt; quare rarò fallunt, aërem scilicet ex aëre, sicuti Medici ægrum ex ægro præjudicantes, non ex fictis, remotisque, Polyb. *lib. 6.* Sic prudentis hominis ex præsenti temporum cognitione, & rerum antecedentium caussis, tam privatim, quàm publicè conversiones futuras conjicere & prævidere. Quod etiam intellexit Prometheus apud Æschilum, dum ait

- - - - - cuncta prænovi optimè
Futura; nec futura calamitas mihi
Inopina quæquam est.

Si Religionis cultus contemnatur, & charitas frigere incipit, Theologus divini Numinis 15
iram prævidet: Sicuti Politicus, qui justitiæ vincula infringi, Principisque Tyrannidem, vicinorum Principum potentiam, cæterosque politicos gradus non servari videt, Hippol. à Collib. *de Princ. cap. ult.*

Observandum igitur signa hæc non esse apodictica, sed inter illa reputari, quæ plerumque fieri solent: Non enim hæc moderantur Respublicas, vel regunt homines, sed regit astra Deus, horumque omnium arbiter est, nec apparentibus ejusmodi signis, animos statim despondere fas est, nam ut Philippus Melanchton cecinit:

Non Deus est numen Parcarum nomine clausum,
Quale putabatur Stoicus esse Deus.
Ille potest solis cursus inhibere volantes:
Ille velut scopulos flumina stare facit.

CAPUT XVII.

De remediis contra eversionem Rerumpublicarum & Civitatum.

Summaria.

1. *Morbi Rerumpubl. sæpissimè remedia politica non ferunt.*
2. *Pœnitentia remedium contra eversionem.*
3. *Angeli tutelares Rerumpublicarum.*
4. *Remedium contra eversionem est pia vita.*
5. *Prospiciendum, ne quis ultra mensuram crescat, & quo modo hoc evitandum.*
6. *Seditiones & discordiæ vitandæ sunt.*
7. *Seditiones & discordiæ exortæ maturè sunt comprimendæ.*
8. *Et quibus hoc mediis fieri possit.*
9. *In tempore occurrendum.*
10. *Exploratores constituendi.*
11. *Partes disjungendæ.*
12. *Conventicula inhibenda.*
13. *Arma adimenda.*

CUm urbes ab interitu tueri non possit vel ædificiorum structura magnifica vel præsidiorum inexhausta vigilantia, vel solers indigenarum cura, illisque accidat, quod magis arboribus, quæ diu crescunt, & una hora extirpantur, ut ajunt Scytæ ad Ale-
1 xandrum apud Curt. *lib. 7.* ac mala, & morbi Rerumpublicarum sæpissimè remedia politica non ferant, ac in Rebuspublic. aliquid fit divinius humano intellectu, juxta Xenophont. *in memorabil. lib. 1. in princ.*

2 Ideò 1. ex officina sacra contra mala, ex vi majore imprimis provenientia, aliud fortius remedium petendum erit, pœnitentia nimirum, & conversio ad Deum & divini auxilii imploratio: Ita enim loquitur Jehova: subitò loquar contra gentem & contra regnum, ut evellam, eradicem & perdam. Et conversa gens illa à malo suo, quod locutus fui contra eam, pœnitebo & ego super malo, quod cogitavi, ut facerem ei, *Jerem. 18. v. 7. & 8.* Cujus exemplum præbent Ninivitæ, qui ex prædicatione Jonæ ad Deum conversi, & pœnitentiam agentes, ab interitu sunt conservati, *Jona. c. 3.*

Ex quo etiam Principatibus, Regnis ac 3
Rebuspublicis Angelos seu genios tutelares seu defensores esse, quorum ope & ministerio conserventur & protegantur, easque intelligentias Rabbinis dictas, refert Philip. Camerar. *medit. histor. cent. 3. c. 15.* Et D. Petrum asseruisse, cujusque gentis proprium esse Angelum, refert ex D. Clement. *lib. 2. de recognit.* Petr.

Petr. Gregor. Tholosan. *de republ. lib. 21. c. 3. n. 43* ubi etiam addit, inter Ethnicos quoque receptum fuisse, ut priusquam in obsessas civitates & regna impressionem facerent, tutelares illius Deos evocare procuraverint. Horumque Angelorum, qui Imperiis ac Rebuspublicis præsunt, hæc munia esse, ut omni momento in statione sua & excubiis contra diabolos sint, Imperia tueantur, ad ruinam inclinantia fulciant, adversa omnia averruncent, & dæmones tumultuantes reprimant & compescant, scribit Simon Majol. *Canicul. dier. tom. 2. c. 1. fol. 453. seq.*

4 Hinc 2. remedium contra eversionem generale erit, si pia, sobria, justaque tàm imperantium, quàm parentium sit vita, D. Paulus *ad Tit. 2. v. 12.* tollatur otium; in legibus moribusque receptis nihil immutetur: Religio sanctè colatur: Tribunorum plebis insolentia, & in commovenda plebe audacia compescatur: Rerum summæ præficiantur viri probi, talis enim est Respubl. qualem eam solertia vel incuria magistratuum efficit, Schönborn. *libr. 7. polit. c. 27.*

5 3. Diligenter prospiciendum, ne quis ultra mensuram crescat, Schönborn. *d. c. 27.* Contra quam remedia sunt, si potentiæ unius vel plurium alius constituatur magistratus, qui horum acta impediendi facultatem habeat, sicuti Romæ contra Optimatum, Nobilium & patritiorum injurias creati fuerunt Tribuni plebis, qui auxilio plebi etiam adversus consules essent, intercessione sua se objiciendo, quales Tribuni ob hoc sacrosancti erant, Halicarnass. *libr. 6.* Gell. *lib. 13. cap. 12.* & Lacedæmones Regibus Ephoros opposuerunt, Herodot. *lib. 2.* Idem remedium est, si magnis Imperiis breve spacium constituatur, nec diu quis magistratum gerat, Aristot. *5. polit.* Idque maximè in Aristocratia, in qua nemini summum Imperium, præsertim bellicum committendum erit, cùm naturalis sit Nobilium morandi in Imperiis cupiditas, Clapmar. *de arcan. rerumpubl. l. 2.* Qua ratione Respublica Romana diu vigorem suum obtinuit, dum Consules annuos, Dictatores semestres habuit; Cùm verò propagatio magistratuum fuit introducta, à sua integritate Romani desistere ceperunt, Dio. Cassius *libr. 43. histor. Rom.*

6 4. Imprimis autem curare debet magistratus, ne seditiones exoriantur, iisdemque exortis maturè occurratur; Præcaveri autem possunt seditiones, si nobilium contentiones & partes sive partialitates legibus severissimis prohibeant, cùm Nobilium contentiones populum facilè in partes discindant, Aristot. *lib. 5. polit. cap. 4.*

7 Idem est, si discordiarum occasiones, ipsæque rixæ, discordiæ, otia, contemptus, injuriæ, calumniæ, annonæ caritates, &c. præcaveantur, leges inviolabiliter conserventur, & si quæ aliæ seditionum sunt causæ, è medio tollantur.

8 Seditione autem exorta, ejus initia, quantum fieri potest, comprimenda sunt, omne enim malum nascens facilè opprimitur, inveteratum verò robustius efficitur, Cicero *Philip. 5.*

Principiis obsta, serò medicina paratur,
Cùm mala per longas invaluere moras.
Quæ præbet latas arbor spatiantibus umbras;
Quo posita est primo tempore, virga fuit.
Tum poterat manibus summa tellure revelli,
Nunc stat in immensum viribus aucta suis.

Omne malum nascens facilè opprimitur, inveteratum plerumque fit robustius, inquit Cicero. Et sicut ex festuca incensa, vel lucerna neglecta domi, domus, imò urbs tota sæpè conflagrat; sic ex privatis à magistratu neglectis odiis, publica crebrò pernicies sequitur, Hippol. à Collib. *de Princip. c. 24.* Et satius est in tempore occurrere, quàm post vulneratam causam remedium quærere. 9

Nonnulli hoc casu, ubi magistratus suspectos habet subditos rebellionis, hoc remedium suggerunt, ut auxilio exploratorum & delatorum utatur, qui incogniti se cœtibus hominum immisceant, eorumque dicta, facta & intellecta referant, Tholosan. *de republ. lib. 23. c. 9. n. 11.* Quæ techna fuit sapientissimi Ducis Chusai, amici Davidis, qui ad Absolonem venit rebellantem, tanquam futurus socius, suoque consilio Achitophelis consilium dissolvit, & Davidi fugiendi, & evitandi manus conjuratorum dedit, *2. Samuel 16. & 17.* 10

Laborandum quoque magistratui, ut partes divellat, seditiosos disjungat, imprimis verò potentiores, quo remedio tutissimè multitudinis consensus tollitur, secundum Tacit. Seditionum præcipuos & auctores sibi adjungat, etiam occultis præmiis, beneficiis, favore & largitionibus, vel promissis ambiguis, nec non verbis blandis demulceat, inducat, seducat & persuadeat, auctoritate præditos & facundia excellentes, artemque demulcendi tenentes mittat; multùm enim ad seditionem sopiendam prodest viri cujusdam insignis auctoritas, reverentia & eloquentia, Tholosan. *d. c. 9. n. 12.* Ita Menenius Agrippa populum à patrib⁹ secedentem oratione sua flexit, Livius *lib. 2.* Plutarch. *de vir. illustr. c. 18.* M. Pompilius plebis contra patres seditionem concitatam, cum authoritate, tùm oratione sua sedavit, Cicer. *in Bruto.* Hinc Virgil. *2. Æneid.* 11

Ac veluti magno in populo cùm sæpè coorta
Seditio est, sævitq; animis ignobile vulgus,
Jamq; faces & saxa volant: furor arma ministrat;
Tum pietate gravem ac meritis, si fortè virum quem
Conspexêre, silent, arrectisq; auribus adstant;
Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.

Secreta quoque consilia, consultationes & colloquia, cœtusque nocturnos magistratus inhibebit & impediet, utpotè, qui semper suspecti & prohibiti, *c. 2. de pac. tenend. inter subd. in princ. l. 2. ff. de colleg.* 12

Arma item, cùm instrumenta sint rebellionum, animosque addunt rebellib⁹, ad tempus ipsis adimenda sunt, Tholosan. *de republ. lib. 23. c. 9. n. 6.* Ita Charundas Thuriorum legislator, post seditiosas civium conciones legecavit, ut si quis eas armatus intrasset, continuò interficeretur, Cicer. *2. de legib.* Tholosan. *d. n. 6.* 13

CAPUT XVIII.

De modis, quibus Rerumpublicarum & Civitatum jura & privilegia amittuntur.

Summaria.

1. Non usu privilegia amittuntur.
2. Nisi utendi facultas se non obtulerit.
3. Actu contrario privilegium amittitur.
4. Singulorum actus non debent nocere universis.
5. Abusu amittuntur privilegia.
6. Delicto & crimine læsæ majestatis amittitur jus civitatis.
7. Idem est, quoad ingratitudinem & rebellionem.
8. Revocatione concedentis.
9. Maximè si subdito privilegium concessum sit.
10. Princeps non potest sine causa privilegium revocare.
11. Quæsitum alicui jus, ipsi invito auferri nequit.
12. Nemo sub fide & auctoritate Principis circumscribendus,
13. Princeps unum calamum, & unam linguam habere debet.
14. Privilegiorum natura est, ut perpetuò durent.
15. Revocari non potest privilegium, si effectum sit sortitum.
16. Si per modum contractus concessum.
17. Vel mediante pecunia.
18. Vel ob benè merita adquisitum.
19. Vel revocationi renunciatum.
20. Idem est, si extraneo concessum, & traditio subsecuta.
21. Secus, si ad beneplacitum concessum.
22. Quod tamen morte concedentis exspirat.
23. Quilibet favori suo renunciare potest.
24. Ad jura renunciata non datur regressus.
25 Si Civitas destruatur, privilegia amittit.
26. Sublato principali accessorium corruit.
27. Castrum destructum privilegia amittit.
28. Idem in Ecclesia & ædibus destructis.
29. Et monasterio, quo destructo, jus advocatiæ amittitur.
30. Civitas superioris authoritate ad destructionem murorum damnata, absque muris permanere debet.
31. Nec restructa jus recipit, nisi nominatim id concessum.
32. Si ex delicto destruatur Civitas, feudum amittit.
33. Si per vim hostium vel tyrannum destructio facta, privilegia non amittit.
34. Idem est, si chasmate, incendio, terræmotu, &c. pereat.
35. Ecclesia à tyranno occupata privilegia retinet.
36. Quando homines de Civitate aufugiunt, mori dicitur, & pro mortua habetur.
37. An civitates Imperiales, vel alii Status, aliis Statibus, vel etiam exteris sese subjicere, & ab immediata subjectione eximere possint.
38. Status eximentes exemptorum onera ferunt.
39. Obedientia & subjectio in præjudicium domini facta nihil præjudicat.
40. Per exemptiones, membra, vota & consilia Imperii diminuuntur, matricula variatur, collectæ incertæ fiunt.
41. Interest Reipubl. per plures consuli.
42. Imperatoris est augere jura Imperii.
43. Nemo plus juris in alium transferre potest, quàm ipse habet.
44. In præjudicium publici commodi renunciari nequit.
45. Tria exemptionum genera, veluti, 1. si totaliter quidam se ab Imperio eximant, quos immemoralis temporis præscriptione tutos esse nonnulli affirmant.
46. Alii tamen id rectius negant.
47. Qui ab Imperio deficit, hostis Imperii judicatur.
48. Nemo ab Imperii superioritate se eximere potest.
49. Suprema jurisdictio in æternum præscribi nequit.
50. Nemo sine Capite esse debet.
51. Suprema majestatis jura non sunt in commercio, sed Imperatoris ossibus adhærent.
52. Imperatori in exemtos perpetuum vindicandi jus est.
53. In Comitiis deliberatum, quomodo exempti reduci possint.
54. Secundum genus exemptionis, quo quis se eximit à jurisdictione & collectis Imperii, hoc tamen comiter observat.
55. Tertium genus est, quando quis eximitur ab immediata Imperii subjectione, & Landsassius efficitur.
56. Qualis Imperio non adeò damnosa.
57. Violenta subjectio vero Domino non præjudicat.

57. Iura-

58. Iuramentum vi vel metu extortum non obligat.
59. Præscriptione libertas & immediata subjectio amittitur.
60. Modo hominum memoriam excedat.
61. Imperator immediatum non potest alterius potestati subjicere.
62. Imperatoris officium est, omnium jura tueri.
63. Et ordinum dignitatem salvam conservare.
64. Dominus vasallum invitum in alium alienare nequit.

1 IN genere jura ac privilegia Rerumpublicarum & Civitatum amittuntur, I. per nō usum, Henr. Bruning. *de var. universitat. speciеb. conclus. 59.* Georg. Gumpeltzheim. apud Arumæ. *de jur. publ. tom. 2. discurs. 9. de civitatib. concl. 140.* Ita enim nundinæ civitati concessæ non utendo per decennium amittuntur, *l. 1. ff. de nundin.* Sixtin. *de regalib. lib. 1. cap. 6. numer. 30.*
2 Quod tamen secus est, si facultas utendi privilegio se non offerat; cùm enim hic nulla negligentiæ culpa non utendi imputari possit, privilegium salvum permanet, etiamsi eo ultra hominum memoriam, vel mille annos non sit usus, Gail. *2. observat. 60. num. 1.* Bruning. *d. conclus. 59.* Cum non valenti agere non currat præscriptio, *arg. l. 1. §. 3. Cod. de annal. except.* Mynſ. *respons. 71. num. 11.* Ex quo etiam merum Imperium obtinens ex privilegio, præscriptione longissimi temporis id non amittit, si casus puniendi facinorosos sese non obtulit, Gail. *d. l. num. 6.* Bruning. *d. l.* Quæ etiam regula de privilegio propter non usum amittendo, non videtur locum habere in illis privilegiis, quæ alimentorum intuitu concessa sunt, etiamsi quis centum annis eo non utatur, *arg. l. cum scimus. 22. C. de agric. & cens.* ubi dicitur, quamvis filius familias censibus per triginta, vel quadraginta annos patre agriculturam peragente, & domino satisfacienti abfuerit, nec unquam rei rusticæ operam dederit, sed in libera conditione vixerit, eundem tamen ad operas rusticas revocari posse, Bruning. *d. conclus. 59.* ubi ait in facto Civitati Passaviensi contigisse, cum ea propter agri sui sterilitatem commodè se sustinere non posset, à Wenceslao, aliisque Imperatoribus jus appulsus, sive exponendarum mercium, die Niderlag/ obtinuit, & quidem ex certa scientia & motu proprio: Quo jure civitas quidem usa est, sed per decem pluresve annos Ratisbonenses sine expositione mercium, liberè prænavigaverunt, quæsitum est, an per hujusmodi negligentiam jure suo ceciderint? quod negat Bruning. *d. l.*

3 II. Amittitur privilegium actu contrario, per *l. 2. Cod. de jur. domin. impetr. l. 2. Cod. de Carbon. edict. l. privilegio Cod. de decur.* Bruning. *de var. univers. spec. conclus. 64.* si privilegium consistat in non faciendo vel non dando aliquid, hoc enim civitas per contrarium actum perdit, si longissimo tempore præscribatur, *arg. c. si de terra, & c. accedentibus. extr. de privileg.* Gumpeltzhaim. *d. l. conclus. 143.* Siquidem per contraventionem istam privilegio contrariam privilegio privilegiatus renunciasse censetur, Schurff. *cons. 4. n. 2. cent. 1.* Gœddæ. *4. Marpurg. cons. 16. n. 260.* Quod tamen vulgò limitari & restringi solet, quoad actus istos gestos, non etiam ultra, per *l. nihil. ff. ad municipal. l. 2. Cod. de his, qui sponte mun. public.* Casp. Klock. *de contribut. capit. 16. sect. 1. n. 200.* & quod actus particulares privilegium non tollant, sed tantùm quoad illos actus ei præjudicari, non etiam quoad futuros, tradunt, Bart. *in l. 2. §. fin. in fin. ff. de decur.* Gœddæ. *d. cons. 16. n. 446. seq.* maximè si privilegium generale sit, & effectum successivū habeat, tunc enim unico actu contrario non amittitur, Bruning. *de var. universit. spec. conclus. 64.* Neque etiam privilegium civitati concessum propter civium contraventionem amittitur, quia singulorum actus non debent nocere universis, Gail. *2. observat. 69. numer. 14.* 4

III. Abusu, meretur enim privilegium amittere, qui eodem & permissa sibi potestate abutitur, *l. Iudæos. C. de Iudæ. c. privilegium. 63. caus. 11. quæst. 3. c. ubi ista. 7. dist. 74. c. recolentes. X. de stat. monach. c. tuarum. §. verum. X. de privileg.* Cravet. *cons. 732. numer. 17.* Gœddæ. *4. Marpurg. cons. 17. numer. 156.* Ita enim abusu amittuntur regalia, Sixtin. *de regal. libr. 1. capit. 6. n. 34.* Gail. *de pac. publ. lib. 1. cap. 2. n. 22.* Superioritas territorialis, *c. in quibusdam. 12. §. sacri. X. de pœn.* Gail. *1. observat. 17. num. 2. & seq. & de pac. publ. lib. 1. cap. 2. num. 22.* Thom. Michaël. *de jurisdict. conclus. 135.* jurisdictio in subditos, *c. ut quibusdam. §. sane. X. de pœn. l. 1. Cod. de emendat. serv.* Gail. *d. observat. 17. n. 2. seq.* Mynſ. *5. obs. 8.* Thom. Michaël. *d. concl. 135. in fin.* 5

IV. Propter grave delictum contra Principem concedentem commissum, *c. gravem. X. de excessib. Prælat. c. si qui Episcopi. c. ista nos. caus. 25. quæst. 2.* Veluti si crimen læsæ majestatis committat, & in bannum imperii declaretur, siquidem banniti non solùm infamiæ notam incurrunt, nec à quoquam sciente in domum vel aulam recipi, sed à quolibet impunè occidi possunt, omnesque obligationes, actiones, juramenta & pacta eorum pro irritis & omninò nullis habentur, omniaque ipsorum bona, jura, regalia per concessionem vel præscriptionem adquisita amittunt, *Ordin. Cameral. part. 2. tit. 9. §.* So jemand. *& tit. 10. §.* und wo er deßhalben. Gail. *de pac. publ. lib. 2. cap. 1. num. 20 seq. & c. 12. n. 4. seq.* Mynſ *cent. 3. observat. 30.* Sixtin. *de regal. libr. 1. c. 6. n. 55. seq.* Mager. *de advocat. c. 8. num. 83. seq.* Quia civitas ab Imperatore perpetuò bannita, pro mortua habetur, *Gail. de pac. publ. lib. 2. cap. 9. n. 29.* 6

V. Idem est quoad ingratitudinem & rebellionem, nam propter ingratitudinem privilegia indulta rescindi posse tradunt, Tapia. *in l. fin. part. 2. c. 4. n. 28. ff. de constitut.* Afflict. *decis.* 7

128. num.

128. *num.* 1. Losæ. *de jur. univers. part.* 3. *cap.* 13. *n.* 83. Vietor. *de caus. exempt. concl.* 39. Sicuti etiam libertas ob ingratitudinem revocari potest, *l.* 1. & 2. *Cod. de libert. & eor. liber.* & exemplum propter ingratitudinem ad pristinum statum reduci posse, tradit Cremens. *singul.* 20. *num.* 1. *in fin.* Ita Rhodiis redditur libertas, adempta sæpè aut firmata, prout bellis externis meruerant, aut domi seditione deliquerant, ut ait Tacit. *libr.* 12. *annal.*

8 VI. Revocatione concedentis; sic privilegium gratis alicui concessum, ab ipso concedente, vel ejus successore, etiam sine justa causa auferri & revocari posse, tradunt per *l. qui fundos. Cod. de omni agr. desert. c. suggestum. X. de decim. c. veniens. X. de præscript. c.* 1. *X. de cogn. spi.* Natta. *cons.* 431. *num.* 19. Covarruv. 3. *var. resol. c.* 6. *n.* 1. Mantic. *de tacit. & ambig. conv. libr.* 13. *tit.* 40. *n.* 8. Schrad. *cons.* 23. *n.* 136. *vol.* 2. Carol. Tap. *de constitut. princ. cap.* 9. *num.* 56. Matth. Stephan. *de jurisdict. lib.* 2. *part.* 1. *c.* 7. *num.* 294. quasi hoc ipso alicui non faciat injuriam, cùm id duntaxat tollat, quod sine causâ antea concesserat, & sicuti legem scriptam, ita etiam privilegium Princeps revocare possit, quod privata quædam lex est, auth. *quas actiones. Cod. de SS. Eccles.* 9 *Bald. in l. qui se patris. n.* 10. *Cod. unde liber.* idque maxime procedere, si subdito Princeps privilegium concesserit, ita ut hoc absque ulla causa revocare possit, statuunt per *c. in nostra. X. de injur.* gloss. *in c. decet. de R. I. in* 6. Bald. *in l. qui se patris. Col.* 8. *cod. unde lib.* Felin. *in c.* 1. *X. de probat.* Jason. *cons.* 56. *col.* 2. *libr.* 1. Capic. *decis.* 166. Gail. 2. *observat.* 60. *n.* 17. Cùm hujusmodi privilegium subdito datum, sustineatur in vim legis vel gratiæ, lex autem nō liget concedentem, adeò, ut Princeps non possit sibi legem imponere, à quâ non liceat sibi recedere. *l. si quis in princ. ff. de legat.* 3. *l. potest.* 15. *ff. de adquirend. hæred.* Jason. *cons.* 225. *col. ult.*

10 A qua tamen sententia non sine ratione recedunt, & Principem non posse sine causa ullum privilegium revocare, statuunt Georg. Acac. Enenkel. *de privil. lib.* 3. *cap.* 7 *per tot.* Besold. *in delib. jur. ad lib.* 1. *Pandect. fol.* 47. Casp. Klock. *de contribut. cap.* 16. *sect.* 1. *num.* 134. *seq.* ubi ad 11 contraria respondet. Quia 1. jus alteri jam quæsitum & concessum, ipsi invito, & sine legitima causa auferri nequit, adeò, ut ne Imperator quidem de plenitudine potestatis alicujus quæsitum sine legitima causa auferre possit, per 3. *Regum.* 21. *v.* 6. *seq.* & 4. *Regum.* 9. & 10. Ezech. 46. *vers.* 18. Deuter. 17. *vers.* 16. *l. justitia.* 10. *ff. de justit. & jur. l. rescripta.* 7. *Cod. de precib. Imper. offer. l. patrono.* 5. *ff. de natal. restit. l.* 3. *Cod. de rescind. vend.* §. 2. 7. *de his, qui sui vel alien. jur. cap. nomen.* 12. *caus.* 2. *quæst.* 1. 1. *Feud.* 1. *in princ.* Bart. *in l. item si verberatum. ff. de rei vindic.* Gail. 2. *observat.* 56. Mynf. 5. *observ.* 97. Hartm. Pistor. *part.* 2. *quæst.* 40. *num.* 43. Schrader. *de feud. part.* 4. *cap.* 1. *num.* 29. Besold. *de jur. rer. cap.* 4. *n.* 3. *seq.* & *de jur. majestat. sect.* 1. *cap.* 9. Bocer. *de invest. feud. capit.* 3. *n.* 74. & *de collect. c.* 6. *numer.* 25. *seq.* Harpprecht. *ad princ. l. de rerum divis. n.* 94. & *seq.* Quod etiam Capitulationi Cæsareæ Imperator. Ferdinandi II. & III. insertum, §. und in alle wege. 3. *ibi*: auch andere Fürsten / Graffen / Herren und Ständ bey ihren Hoheiten / Würden / Rechten und Gerechtigkeiten / Macht und Gewalt / jeden nach seinem Stand und Wesen bleiben lassen / etc. & hoc extenditur *in Cap. Imper. Leopoldi art.* 3. und zum dritten. Privilegio autem, sive per donationem & liberalitatem sive aliter adepto, jus jam quæsitum omninò est, Enenkel. *d. cap.* 7. *n.* 1.

2. Quia nemo sub fide & authoritate Prin- 12 cipis circumscribendus est, *l.* 1. *Cod. de his, qui ven. ætat.* nec quicquam est, quod clariore lumine refulgeat, quàm recta fides in Principe, *l. inter claras. C. de summ. Trinit.* Hippol. de Marsil. *singul.* 166. & si privatis turpe est, fidem datam, semelque promissa & donata revocare, & levitati perfectam donationem revocare cupientium jure occurratur, *l. si repetendi.* 7. *C. de condict. ob caus.* quantò magis hoc in publica persona & Principe fœdum existit; utpotè qui unum calamum, unam linguam habere, & quæ semel 13 ab ipso processêre, irrita facere non debeat, Bald. *cons.* 327. *n.* 4. *vol.* 1. Schrad. *cons.* 21. *n.* 47. & 48. *vol.* 2. & *de feud. part.* 10. *sect.* 1. *n.* 6. Gail. 2. *observat.* 55. *n.* 3. *seq.* Cothman *cons.* 12. *num.* 33. *vol.* 4. Enenkel. *de privil. lib.* 3. *c.* 7. *n.* 3. indeque Principem ita ad revocationem privilegii adduci debere, ut aliquid sit, ob quod à levitate & inconstantia excusetur, scribit Zasius *in l. Princeps. n.* 25. *ff. de legib.*

Cui accedit, 3. quod privilegiorum natura 14 sit, ut perpetuò durent, & permaneant, *l. digna vox. Cod. de legib. c. decet. d. R. I. in* 6. Cephal. *cons.* 342. *num.* 64. *vol.* 3. Casp. Klock. *de contrib. cap.* 16. *sect.* 1. *num.* 140. & *v.* 1. *cons.* 11. *n.* 12. *seq.* Privilegia autem de sua natura perpetua revocari nequeunt, Innocent. *in c. novit.* & *ibi* Abbas. *X. de judic.* Scot. *cons.* 1. *num.* 168. *tom.* 1.

Quicquid autem sit, prior illa sententia, 15 quod privilegium revocari possit absque causa non procedit. 1. quando privilegium jam sortitum est effectum, veluti si Princeps Nobilem, Equitem, vel Comitem aliquem Palatinum, &c. creaverit, Besold. *in delibat. ad lib.* 1. *pandect. fol.* 47. 2. Si privilegium concessum fuerit per 16 modum contractus, adeò, ut hoc ne quidem ex plenitudine potestatis revocari possit, *c.* 1. *X. de probat. c. quodam. de præbend. in* 6. Bart. *in l. quod semel. ff. de decret. ab ordin. fac.* Natta *cons.* 242. *n.* 3. Cravet. *cons.* 869. *n.* 7. Cothman. *cons.* 17. *n.* 52. & 53 Maul. *de homag. tit.* 9. *n.* 107. latè Caspar. Klock. *de contrib. c.* 16. *sect.* 1. *n.* 147. *seq.* & *ibi alleg.* etiamsi contractus sit lucrativus, Cravet. *cons.* 894. *num.* 27. Surd. *cons.* 419. *num.* 57. Maul. *d. tit.* 9 *num.* 108. 3. Si mediante pecunia privilegium 17 sit concessum, revocari nequit, Bald. *in l. precibus. numer.* 13. *Cod. de impuber* Decian. *cons.* 25 *n.* 29. Cravet. *cons.* 894. *num.* 29. Peregrin. *de jur. fisc. lib.* 1. *tit. habentes jura fisci, num.* 28. Maul. *d. l. n.* 109. vel si alio titulo oneroso concessum sit privilegium, Bruning. *de var. univers. spec. concl.* 60. 4. Si privilegium ob benemerita concessum, 18 Bald *in l. si cū mihi. ff. de dol.* Alex. *cons.* 216. *n.* 2. *seq. vol.* 2. Cravet. *cons.* 963. *num.* 26. Paris. *cons.* 2. *num.* 127. *vol.* 4. Ripa *in l. si unquam. num.* 14. *Cod. de revoc. donat.* Decian. *cons.* 25. *n.* 30. *vol.* 1. Maul. *d. tit.* 9. *num.* 110. Vultei. 3. *Marpurg. cons.* 19. *num.* 121.

Enenkel.

Enenkel. *de privil. lib. 3. c. 8.* quia tale privilegium transit in contractum, & ita fit favorabile, Bald. *in l. qui se patris C. od. unde liber.* Tiraquel. *d. numer. 14.* Cravet. *conf. 951. num. 8. vol. 5.* Rol. à Valle. *conf. 951. n. 27. seq. vol. 3.* Maul. *d. l. num. 110.* Vulrei. *d. cons. 19. num. 126.* Reinking. *de regim. secul. libr. 2. class. 2. capit. 8. numer. 21. seq. 5.*
19 Si in ipsa concessione Princeps promiserit, se non revocaturum, sed perpetuò servaturum, Cephal. *conf. 342. num. 66.* Riminald. *cons. 556. numer 128.* Maul. *d. tit. 9. num. 11. 6.*
20 Si concessum sit, non subdito, sed extraneo, Abbas *in c. novit. 23. & ibi.* Felin. *num. 9. X. de judic.* Roman. *conf. 252. num. 2.* Afflict. *decis 361. num. 9.* Maul. *d. l. num. 114. 7.* Si traditio fuerit facta, Bruning. *de var. univers. spec. conclus. 62.*

21 Quod si tamen privilegium concessum fuerit ad beneplacitum concedentis, auff Wolgefallen/ illud etiam sine causa revocari posse, non videtur habere dubium, *per c. si gratiosè. de rescript. n. 6. & ibi.* gloss. *in verb. expirat. l. locatio. ff. locat.* Bart. *in l. more majorum. n. 15. ff. de jurisd.* Hippol. de Marsil. *in l. fin. n. 42. ff. de quæst.* Natta *cons. 608. n. 5. vol. 3.* Et licet hujusmodi privilegium ad beneplacitum concessum vulgò morti concedentis extingui asserant per *l. 4. ff. locat. d. cap. si gratiosè. 5. de rescript. in 6.* Bart. *in l. centesimis. 46. v. ergo dicas ff. de V. O.* Carol. Tap. *ad l. fin. ff. de constit. princip. part. 2. c. 3. n. 8. 14. seq.* Natta *cons. 608. n. 5.* Bruning. *de var. univers. spec. concl. 63*
22 Contrarium tamen probant per *c. fin. de precar. l. quæsitum. 8. §. in l. cum precario. 12. §. 1. ff. de precar. l. ambiguitatem. 12. vers. si autem. C. de usufruct.* Gail. *2. obs. 60. n. 15.* Wehner. *pract. obs. verb.* auff wolgefallen. Rumelin. *ad A. B. part. 2. dissert. 4. concl. 14.* Caspar. Klock. *de contribut. c. 16. sect. 1. n. 120. seq.* ubi ad contraria Enenkel. *de privil. lib. 3. c. 2. n. 9 seq.* latè Mager. *de advoc. c. 16. n. 317. seq.*

23 VII. Extinguitur quoque privilegium renunciatione, cum quilibet privilegio, juri & favori pro se introducto renunciare possit, *l. si quis in conscribendo. 29. c. de pact. l. cum inter hare-*
24 *dem. ff. eod. l. si convenerit. ff. de jurisd.* & ad jura renunciata nō detur regressus, *l. quæritur. 14. §. si venditor. 9. ff. de ædil. edict. l. Papinianus. 20. seq. ff. de minorib. l. postquam liti C. de pact. l. si ea C. qui accusar. non poss.* Myns. *decad. 14. resp. 4. n. 50.* ita, ut etiam dignitatum titulis & officiis quilibet renunciare possit, etiam si summa sint, Reinking. *ad l. fin. n. 6. C. de edend.* sicuti de Papa constitutum est in *c. admonet. X. de renunciat.* & Imperator Carolus V. Ferdinando Romanorum Regi Imperii sceptra resignavit, R. A. zu Augspurg. *de anno 1559. in princ.*

25 VIII. Si Civitas destruatur & solo adæquetur, omnia etiam jura, quæ ei adhærent etiam regalia, aliaque privilegia, quæ habet jurisdictio, merum mixtumq; Imperium amittuntur, *arg. l. si usufructus civitati ff quibus mod. ususfruct. amitt. l. pater. §. Tusculanus. ff. de legat. 3. l. cognitionum §. consumitur ff. de var. & extraord. cognit.* Afflict. *in c. 1. § fin n. 12. seq. & ibi.* Isern. *n. 23. 26. seq. de cap. Corrad.* Tapia *in l. fin. part. 2. cap. 4. n. 28. ff. de constit. princ.* Pruckman. *de regal. n. 6. C. 17.* Rulant. *de commiss. part. 4. lib. 2. cap. n. 24.* Gail. *2. observat. 61. num. 1. & de pac. publ. libr. 2. cap. 9. n. 30.* Sixtin. *de regal. lib. 1. cap. 6 n. 45* Mager. *de advocat. capit. 16. n. 20. & seq.* quia hujusmodi civitas pro omninò mortua, & quæ in rerum natura non sit, habetur, *d. l. ususfructus civitati. ff. quib. mod. ususfr. amitti.* Sixtin. *d. c. 6. n. 46.* Gail. *d. obs. 61. n. 3.* Tusch. *pract. concl. lit. d. conclus. 228. n. 2.* & sublato principali, etiam accessorium, & sic regalia & alia jura, sublata & extincta cen- 26
sentur, *l. cum principalis ff. de R. l. c. accessorium. de R. l. in 6. l. pater. §. Tusculan. ff. de legat. 3.* & sublata substantia, necesse est, accidens perire, *l. si servum §. 1. ff de act. empt. §. fin. l. de usufruct.* Mager. *de advocat. cap. 16. n. 12.* Ita etiam castrum destru- 27
ctum privilegia amittit, Alex. *cons 43. vol. 1.* Curt. *Sen. cons. 26. vol. 2.* Sixtin. *de regal. libr. 1. c. 6. n. 47.* Gail. *2. observat. 61. n. 1.* & Ecclesia destructa eti- 28
am Canonici desinunt habere nomen Canonicorum, & præbendas amittunt, Panormitan. *in c. ex injuncto. & ibi* Innocent. *X. de nov. oper. nunciat.* Mager. *d. c. 16. n. 19.* & ædibus incendio vel ruina absumptis, tàm ususfructus, quàm habitationis jus extinguitur, adeò, ut nec in area quidem, & cæmentis ususfructus remaneat, *l. repeti. §. rei mutatione. ff. quib. mod. ususfr. l. servitutes. § sublatum. ff. de servit. urb. præd.* Mager. *d. c. 16. n. 23.* Quod etiam Marcus Tullius testatur *in topic.* si ædes ex, inquiens, corruerint, quarum ususfructus legatus sit, hæres restituere non debet, non magis, quàm servum, si is, cujus ususfructus legatus esset, periisset, Annæ. Robert. *rer. judic. lib. 4. c. 8.* quia sublata re, vel persona, cui tributum est beneficium, ipsum quoq; jus, seu privilegium tollitur, *arg. l. postquam. ff. ut legat. vel fideic. nom. cav. l. intercidit. ff. de condit. & demonstr. l. quidam. ff. de jur. codicil.*

Hinc quoque destructione vel desolatione 29
monasterii vel alterius loci, in defensionem susceptì jus advocatiæ amitti & tolli, probat Martin. Mager. *de advocat. cap. 16. n. 9. seq.* Inde- 30
que si civitas propter delictum superioris authoritate ad murorum destructionem damnata fuerit, perpetuò absque muris permanere debeat, Bart. *in l. 10. n. 2 C. de pœn. Losæ. de jur. univers. part. 4. cap. 1. num. 38.*

Atque hæc in tantum procedunt, ut si civi- 31
tas propter delictum & superioris authoritate destructa reædificetur, civitas tamen jus nō recipiat, nisi expressè per Principem ad regalia & alia jura restituatur, vel per præscriptionē, aut consuetudinem legitimā ea recuperet, Angel. *in l. qui res §. aream. n. 4. ff. de solut.* Panormit. *in c. Abbate. 16. de V. S.* Rulant. *de commiss. part. 4. lib. 2. c. 2. n. 24.* Gail. *2. observat. 61. n. 4. & de pac. public. lib. 2. c. 19. n. 11. in fin.* Sixtin. *de regal. lib. 1. c. 6. num. 48.* Pruckman. *de regal. lib. cap. 6. n. 20.* Vel constat sub spe restaurationis destructionem factam fuisse, *infra c. 2. n. 2.* Quod etiam tradit Innocent. *in c. cum ex injuncto. n. 2. X. de nov. oper. nunciat.* ubi ait, quod, quando Ecclesia vel civitas, vel alia loca sacra vel prophana superioris authoritate, ob eorū delicta demoliuntur, de cætero nullus vocari debeat Clericus illius Ecclesiæ vel municeps illi⁹ loci, hoc est, Canonici desinant esse & habere nomen Canonicorum, amittantque præbendas suas, & cives desinant esse cives. Quod etiam notat gloss. *in c. privilegi-*

privilegium. de R. I. in 6. Modest. Pistor. *tom. 1. cons. 43. n. 4.* Ubi ait: dann die Recht/ die da sagen/ quod monasterium vel Ecclesia destructa amittat jura & privilegia sua, haben allein statt/ wann ein Kloster/ von wegen einer Missethat/ oder Mißbrauch/ & sic propter delictum, auß Befelch der gebührlichen Obrigkeit/ wird zerstört/ der Meinung/ daß es nicht solle wieder auffgericht werden. Quod etiam tradit post Bart. Bald. Abbat. Alex. ex Jason. Carol. Tapia *in l. fin. c. 4. n. 28. part. 2 ff. de constitut. Princip.*

32 Unde etiam, si ex delicto destruatur Civitas vel universitas, ut nulla spes sit reparationis, refectionis, vel constructionis futuræ, feudum amitti, & domino applicari, communiter Feudistæ docent, Matthæ. de Afflict. *in c. 1. §. fin. & ibi.* Isern. Præpos. *de capit. Corrad.* Rosenthal. *de feud. cap. 10. conclus. 4. n. 15. lit. P.* Schrader. *de feud. 2. part. 9. sect. 9. quæst. 39. num. 14.*

33 Secus autem se hæc habent, si sine delicto & absque superioris authoritate, sed per tyrannum vel vi hostium devastatio & destructio facta fuerit, talis enim Civitas nihilominus jura & privilegia sua retinet, & reædificata spiritum & vitam recipit, Bald. *in l. sicut. §. in decurionibus. n. 3. ff. quod quisque universit.* Modit. *in §. plebiscitum. dub. 77. n. 6.* Hotoman. *illustr. quæst. 5.* Maurit. *de restit. in integ. c. 404.* Sfort. Odd. *de restit. in integr. 2. quæst. 1. art. 2* Bruckman. *de regal. capit. 6. n. 20.* Gail *1. obs. 61. num. 5. seq.* Sixtin. *de regal. lib. 1. capit. 6. n. 50.* Rosenthal. *de feud. cap. 10. concl. 14. n. 14. lit. P.* Petr. Greg. Tholos. *de republ. lib. 2. cap. 3. n. 8.* Ziegler. *§. Civitas. in proœm. n. 8.* Vietor. *de caus. exempt. conclus. 16.*

34 Idem est, quando chasmate, incendio, terræmotu vel inundatione aquarum civitas pereat, Afflict. *in §. illud quoque. n. 18. vers. secundo verò casu. de capit. Corrad.* Rosenthal. *d. l.* Sixtin. *d. cap. 6. n. 52.* ita ut etiam hoc casu feuda amissa recuperentur, *arg. l. si in libertum. ff. de bon. libert. l. fin. §. 1. ff. de bon. damnat. l. & Attilicinus. ff. de serv. rust. præd.* Sfort. Odd. *part. 2. quæst. 98. n. 25.* Afflict. *in c. 1. §. & iterum si clericus. n. 50. de capit. Corrad.* Cujus ratio hæc est, quod ea, quæ de facto aut vi majore, nullo delicto commisso, fiunt, alteri nocumento esse non debeant, Gail. *d. observ. 61. n. 7.* Bald. *in marg. verb. Civitas,* ubi ait, Civitatem à tyranno vel prædonibus destructam, intellectu quodam, sine ullo corpore materiali, vivere, & ejus animam sine corpore extare, proinde sua privilegia retinere, & si restauretur, jura, quæ durabant, habitu, ad actum ipsum reduci, *arg. l. hæreditas. ff. de petit. hæred.* ubi dicitur, quod hæreditas, etiam sine ullo corpore juris intellectum habeat, sicut civitas à tyranno vel ab hostibus
35 juris intellectu adhuc extare censetur. Et ita Ecclesiam à tyranno occupatam, retinere privilegia sua, & Canonicos electos pro Ecclesiæ utilitate absentes contrahere posse, scribit per *c. pastoralis. caus. 17. quæst. 1. c. qua semel. caus. 9. quæst. 3.* gloss. *in c. privilegium de R. I. in 6.* Innocent. *in c. cum extincto. n. 2. X. de oper. nov. nunc.* Mod. Pistor. *d. cons. 43. n. 4.* ubi nominatim scribit: Wann aber ein Kloster nicht propter delictum wird eingebrochen/ auch nicht der Meinung/ daß es nicht soll wieder auffgerichtet werden/ sondern vielleicht von Feinden/ oder in Kriegsläuffen/ so verleuret es sein Recht/ Gewonheit und privilegia nicht/ sondern erhält die alle/ in aller massen/ wie es zuvor gehabt/ ꝛc. Unde si homines quidam teneantur ad custodiam alicujus castri, idque bello penitus dirutum, & ejus loco aliud fuerit constructum, eosdem teneri ad custodiam castri reædificati, scribit Nicol. Bellon. *cons. 1. n. 9.* Jacob. de S. Georg. *de Rhojd. col. pen. vers. ultimo quæro.* Gail. *2. obs. 61. n. 8.* Husan. *de homin. propr. cap. de effect. quæst. 9.*

IX. Amittitur quoque jus civitatis, si cives & homines omnes de civitate aufugiant, urbem deserant, & hinc inde dispergantur, ut vagabundi, tunc enim civitas mori dicitur, & pro mortua habetur, gloss. *in l. si usufructus. verb. Carthago. ff. usufruct. quemadm. amitt.* Bodin. *de republ. libr. 2. cap. 1.* Rulant. *de commiss. part. 4. lib. 2. capit. 2. n. 24.* Sixtin. *de regal. libr. 1. cap. 6. n. 53.* Ziegler. *§. Civitas. in proœm. n. 11.* Secus autem erit, si conjunctim maneant, & novam alicubi sedem figant, de quo *infra cap. 20. n. 10.* 36

X. Immediata Civitatum Imperialium subjectio & dependentia ab Imperio amittitur, si ipsæ aliis Statibus, vel etiam exteris Regibus ac Principibus se subjiciant, quod fieri solet, vel spontanea & libera voluntate, vel per violentiam & coactionem, cujus rei exempla quamplurima videre licet. 37

Sed anne civitates Imperiales, ac alii Status Imperio immediatè subjecti, aliis Statibus, vel etiam exteris sese subjicere, & ab immediata Imperii subjectione eximere possint, dubio non videtur carere? Et si fortè civitas Imperio immediatè subjecta à potentioribus molestias belli patiatur, & Imperator ipsi suppetias ferre vel non possit, vel detrectet, licitè eam alteri submittere se posse, tradunt Felin. *in c. cum non liceat. n. 12. consider. 8. X. de præscr.* Gigas *de crim. læsæ majest. lib. 1. q. 56.* Thoming. *cons. 13. n. 43. seq.* Henr. Bruning. *de var. univers. spec. concl. 16.* Idque 1. propterea, quod quilibet juri, beneficio & privilegio pro se introducto liberè & licitè renunciare possit, & per talem renunciationem jus competens amittatur, per dicta *supra n. 23.* Quia hoc ipso, dùm civitates Imperiales liberæ, aliique Status immediati aliis Imperii Statibus sese subjiciunt, Imperio & Imperatori parùm vel nihil derogetur, vel decedat, cùm ejusmodi Status eximentes eorum nomine collectas solvant, aliaque ipsorum genera subeant, atq; ideò etiam permittenda, per Reichs Abschied zu Augspurg. de *anno 1548. §.* Und als durch die Crayß-Verorordnete. *25. ibi:* Ist in Berathschlagung dieses punctens befunden/ daß gleichwol etliche Stände außgezogen/ aber durch die Außziehenden werden die Reichs-Anschläge der Außgezogenen erlegt und entricht. Dieweil dann derwegen kein Streit noch Irrung ist/ auch dem H. Reich deßhalben an seiner Anlagen und Gerechtigkeit nichts abgehet/ So lassen wir und gemeine Stände/ auch der abwesenden Bottschafften und Gesandten/ solches alles bleiben und beruhen/ bevorab/ so die außgezogene 38

ches alles bleiben und beruhen/ bevorab / so die außzezogene Stände/solches außziehens und vertrettens zu frieden seynd/ rc. & *ibi*: §. Ob aber der außgezogen würd. 57. §. R. A. zu Augspurg. *de anno* 1555. damit auch ferner. 83.

Verùm contrarium, & quod civitates Imperiales & alia Imperii membra immediata, aliorum Statuum, vel exterorum jurisd. se submittere, & ab Imperii immediata jurisd. eximere nec possint, nec debeant, ex sequentibus dicendum videtur rationibus, quod. 1. Vul-
39 gata Doctorum est conclusio, quod obedientia & subjectio in præjudicium domini & superioris alteri præstita nihil operetur, nec domino & superiori ordinario quicquam præjudicet, per *c. venientes. c. cum contingat. X. de jurejur.* Innocent. *in c. olim. X. de restit. spol.* Abbas. *in c. ea re. n. 2. X de jurejur.* Jac. de S. Georg. *de homag. in princ. n. 21.* Kirchof. *tom. 5. Germ. cons. 2. n. 21. §. ad cõtraria.* Auctor *actor. Lindav fol. 619.* Matth. Steph. *de jurisd. lib. 2. part. 1. c. 7. n. 172.* Mingius *de super. territ. concl. 27.* nec esse in alicujus potestate, se ab Imperatoris jurisd. immediata eximere & alteri subjicere, tradit Bertram. *de comit. conc. 39.* Auctor *actor. Lindav. fol. 619. in med.* Gail. *de arrest. c. 6. in fin.*
40 2. Quia per ejusmodi exemptiones membra Imperii, vota & consilia minuuntur, sicuti conqueritur Imper. Maximilian. II. in R. A. zu Speyr *de anno* 1570. §. als wir dann weiters. 108. ibi: Zu deme wurden die exemptiones zu gar gemein / und vielmahlen die geringe Stände durch andere mit der That eximiret / und doch nicht vertretten / rc. dardurch dem Heil. Reich an seinen Gliedern / Session, Stimm / Vermögen / und Hülffen grosse Zerrüttung / und Abgang erfolgen thut / rc. Imperii matricula variatur, & collectæ incertæ redduntur, R. A. zu Augspurg. *de anno* 1548. §. wiewol nun deß Reichs. 77. Fiscus contra sui naturam tabescit, publica Imperii munia & expeditiones impediuntur, *Novel. 43. in præfat.* Imperii augusta celsitudo illustrium fundorum occupationibus depressa vilescit, Zach. Victor. *de caus. exempt. concl. 8.* diminuuntur divitiæ & dignitates, in quibus decus & splendor Imperii consistit, Hieron.
41 Schurff. *cons. 22. n. 1. vol. 2.* Interest autem Reipubl. per plures consuli, Plutarch. *de rep.* Don Garf. Mastril. *de magistrat. l. 2. c. 11. n. 7.* ubi enim major numerus, ibi Zelus dexterior præsumitur, *c. Eccles. vestra. X. de elect.* & integrum est judicium, quod plurimorum sententia confirmavit, *c. prudentiam. X. de offic. deleg.* ac plura habere membra, Status integré conservari, & vasallorum numerum, & Imperii matriculam augeri potius, quàm minui, expedit, *c. 1. de prohib. feud. alien. per Frider. 2 feud. 55.* Gail. *1. obs. 21. n 1.* Mastril. *de magistr. lib. 2 c. 11. n. 7.* Cùm in multitudine Statuum ac Vasallorum Imperii robur & dignitas consistat, *c. intellecto. X. de ju-*
42 *rejur.* ac Imperatoris sit augere jura Imperii, Bald. *in proœm. feud. n. 30. seq.* Unde etiam Imperator dicitur Augustus ab Imperio augendo, tàm quoad fines, quàm Status & membra *proœm. Inst. §. 1. Novel. 11. in princ. Nov. 24. in præfat. Novel. 116. in præfat.* & summoperè cavendum est, ne fiscus tabescat, cùm neq; quies gentium sine armis, nec arma sine stipendiis, neque hæc sine tributis haberi queant, Tacit. *4. histor.* Unde Divi Augusti olim non modò decorum censuerunt, ne quid fiscus sentiret dispendii, *Novel. 27. c. 1.* sed & impossibile judicarunt, ut sacris tributis, veluti nervis, non illatis, Respublica conservetur, *Novel. 8. c. 10. Novel. 149. c. 2. Nov. 161. c. 2. Novel. Leon. 52. l. 1. §. in causa. 20. ff. de quæst.* ac lædi Rempublic. exemptionum multitudine, rem ipsam angustis admodum terminis concludente, ut paucissimi existant, qui publica munia sustineant & agnoscant, ait Imperator. *Nov. 43. in præf.* Ac ne imposterum tàm crebræ & frequentes sint exemptiones, fiscus Imperii actionem adversus eximentes & exemptos in Camera de simplici & plano instituere & prosequi jubetur, R. A. zu Augspurg *de anno 1548.* §. etliche andere aber. 53. Atque inde etiam sæpius in Comitiis consultatum fuit, quomodo Status exemptii indagari, in ordinem reduci, & matriculæ integrari possint, prout videre licet *infra num. 53.*

3. Quia nemo plus juris in alium transferre 43
potest, quàm ipse habet, *l. nemo. ff. de R. I. l. traditio. ff. de adquir. rer. domin.* Cùm ergo jurisdictio isthæc immediata non sit penes civitates Imperiales, ac alios Imperii Status, sed penes Imperatorem, ideò eandem in alios transferre nequeunt.

4. Et cùm hujusmodi Civitates Imperiales, ac alii Status, communi Cæsaris ac procerum Imperii consensu in ordinem Statuum & Imperii membra cooptati, ideò absque horum consensu & suffragio ex ordine illo se eximere & alterius potestati se subjicere, in ipsorum arbitrio non est, Matth. Steph. *de jurisd. lib. 2. part. 1. c. 4. n. 49.* Gail. *de arr. st. c. 6. in fin.*

Pro contraria opinione adducta, & quidem 44
primum quod attinet, privato quidem tantùm favori & privilegio renunciare licet, secus verò est, quoad jus, quod privatum & publicum favorem & commodum simul spectat, huic enim in publici commodi præjudicium renunciare non licet, *l. jus publicum. ff. de pact. l. nec ex prætorio. 27. ff. d. R. I.* Hering. *de fidejussor. c. 6. n. 182.*

Secundum quod attinet, observandum venit, quod tria potissimum in Imperio Romano-Germanico sint exemptionum genera. 45
1. Quidam enim à jurisd. Romano-Germanici Imperii totaliter se exímerunt, tàm quoad onera, quàm quoad recognitionem Majestatis Imperialis, adeò, ut qui olim Imperio Romano subjecti erant, malam ei nunc gratiam retribuant, & hostes plerumque hodie Imperii existant, ut sunt Rex Galliæ, Hispaniæ, Angliæ, Daniæ, Poloniæ, Respubl. Veneta, & alii, de quibus Dn. Cluten. *Syllog. rer quot. concl. 10.* Victor. *de exempt. concl. 9.* Reinking. *de regim. secul. lib. 1. class. 2. c. 9.* Joh. Limnæ. *de jur. pub. lib. 1. c. 9.* Hujusmodi exemptiones licet validas esse, & ita exemptos, vel immemorialis temporis præscriptione vel alio legitimo titulo, se tueri posse, asserant Arnisæ. *de jur. majest. lib. 1. c. 2.* Alber. Gentil. *de bell. lib. 1. cap. 22.* Besold. *de jurisd. Imper. Rom. quæst. 6. de appellat. cap. 2. n. 8. & de jurib. majest. sect 1. cap 4. n. 2.* Johan. Wurmser. *de jur. publ. exerc. 1. quæst. 14.* & fieri posse præscriptione, ut quis nemini subsit, doceant,

Cravet. *de antiq. temp. part. 4. §. materia ista. n. 73* Balb. *de præscript. 2. part. 5. q. 3. n. 2.* Pruckman. *de regal. c. 5. n. 197.* Vasqui. *illustr. contr. lib. 2. c. 78. n. 4* Castald. *de Imper. Rom. q. 54. n. 8.* Menoch. *consil. Finar. resp. 2. n. 71. seq.* eo, quod Romani Imperatores alias quoque gentes non semper etiam æquo Marte subjugaverint, atque ideò etiam & hæ gentes à Romanor. Imperio se rursus æquè eximere possint, *arg. tot. tit. ff. quod quisque jur. in alter.* idque tùm maximè, si immemorialis præscriptio exemptioni accesserit, juxta illud: dùm habitavit Israël in omnibus illis civitatib⁹ trecentos annos, quare non eripuistis illas, *Judic. 11. v. 26.*

46 Alii tamen hujusmodi exemptos se nullo
juris prætextu tueri, sed ipsos Imperium, quacunque occasione, vindicare posse, contendunt Zoanet. *de Imper. c. 10. n. 149. seq.* Gail. *1. obs. 21. n. 16. seq.* Covarruv. *pract. quæst. c. 4. n. 1.* Zasius *cons. 16. n. 12.* Thom. Michaël. *de jurisd. concl. 8. lit. d.* Dn. Cluten. *Syll. rer. quot. concl. 11.* Petr. Frider. Mindan. *de process. libr. 2. c. 67. n. 13. seq.* Obrecht. *de jurisd. c. 4. n. 24. seq.* Zachar. Vietor. *de caus. exempt. concl. 12. seq.* Reinking. *de regim. secul. l. 1. class. 2. c. 9. n. 82. seq.* Cum ipsis tàm divini, quàm humani juris resistat authoritas: Non enim quoad jus divinum, qui Cæsaris jurisdictioni se eximit, tribuit Cæsari, quæ sunt Cæsaris, sed alienam jurisd. contra Decalogi præcepta concupiscit, Reinking. *d. c. 9. n. 83.* Humano jure eximens se ab Imperio deficere dicitur, R. Absch. zu Trier und Cölln/ *de anno 1512.* §. Nemlich welche Stände.
47 6. Qui verò ab Imperio deficit, Imperii hostis
judicatur, *l. item ei, 14. ff. ex quib. caus. major. l. 3. §. fin. ff. ad L. Cornel. de sicar.* Bart. *in l. hostes. n. 15. ff. de captiv. & postlim.* adversus hostem autem æterna est auctoritas & vindicatio, Viet. *de exempt.*
48 *concl. 7. in fin.* Et communiter recepta est regula,
neminem ullo juris prætextu, ab Imperii superioritate eximi posse, *c. cùm non liceat. X. de præscript.* Bald. *in l. 2. ff. de oper. libert.* Roman. *cons. 371. circa fin.* Dec. *cons. 309. n. 9.* Æneas Sylv. *de art. & auctor. Imper. c. 11. & 13.* Petr. de Andlo *de Rom. Imper. lib 2. c. 8.* Capedo *decis. 40. n. 9. part. 2.* Covarruv. *pract. quæst. c. 4. n. 10.* Zasius *cons. 16. n. 12.*
49 *lib. 2.* Marpurg. *1. cons. 7. n. 18.* ne quidem per tem-
poris immemorialis præscriptionem, siquidem omnimoda libertas, & suprema jurisdictio in æternum præscribi non potest, *c. cùm inter. X. de consuetud. c. cùm non liceat. X. de præscript. c. Imperialem. ibi: nullius temporis præscriptione impediente. de prohibit. feud. alien. per Frid. 2. feud. 55. l. competit. 6 in fin. C. de præscript. 30. vel 40. annor. l. præscriptio. 6. C. de oper. publ. l. 1. & 2. C. ne rei domin.* Jason. *cons. 208. libr. 2.* Balb. *de præscript. 2. part. 5. q. 2. num. 115.* Molin. *consuet. Paris. tit. 1. § 1. gloss. 4.* Zas. *cons. 16. n 12. libr. 2.* Zoanet. *de Imper. Roman. 136.* Cabedo *decis. 33. num. 2. part. 2.* Calefat. *de equestr. dignit. n. 139.* Gylman. *Symph. tom. 1. part. 2. tit. 11. vol. 5. n. 17. & tom. 2. part. 1. vot. 8. n. 24.* Sixtin. *de regal. c. 5. n. 145. lib. 1.* Rosenthal. *de feud. c. 5. concl. 16. n. 1.* Thom. Michaël. *de jurisd. concl. 8. lit. d.* Gail. *1. obs. 21. num. 16.* Mascard. *de probat. concl. 225. num. 7. & 8.* Vietor. *de exempt. concl. 12.*
50 Mart. Mager. *de advocat. c. 6. n. 37. seq.* talis enim
omnimodò exemptus foret acephalos, sine capite, quod juris ratio non admittit, *c. nulla ratione. Dist. 93.* Et quæ vanitas foret, præscriptionem pro Imperii salute inventam, Imperii hostibus in pestem substernere, *arg. l. amissione. §. deficiunt. ff. de captiv. & postlim.* Vietor. *d. concl. 7.* Neque verisimile est, quod Princeps, qui præscriptionibus robur dedit, contra se, & contra Imperii sui statum dederit, Mastrill. *de magistrat. lib. 3. c. 2. n. 26.* Reinking. *d. c. 9. n. 94.*

Nec quoque venditionis, vel cujusque alterius alienationis titulus hic allegari poterit,
quia majestatis & superioritatis supremæ jura 51
non sunt in commercio, sed sunt quasi sacra sacrorum, ossibus Imperatoris cohærentia, Coronæ annexa, & extra marsupium Principis posita, *c. ex intellecto. X. de jurejur.* Rol. à Valle. *cons. 1. n. 134. seq.* Natta *cons. 636. n. 169. seq.* Molinæ. *ad consuet. Paris. tit. 1. § 3. gloss. 4.* Paris. *de Put. de Syndic. cap 1. n. 13.* Pruckman. *cons. 13. n. 9. vol. 1.* Myns. *decad. 12. resp. 4. n. 7.* Omnisque Imperii alienatio & enormis diminutio invalida & jure reprobata est, de quo *infra lib. 2. c. 31. per tot.* Unde sicut in servum fugitivum perpetua manus injectio est, Bart. *in l. fin. ff. solut. matrim.* Ja-
son. *in l. Imperium. n. 4. ff. de jurisd.* Ita etiam Im- 52
peratori hujusmodi exemptos perpetuum vindicandi jus esse, & in subjectionem eosdem reduci posse, concludunt *per §. ibi: iterum ditioni Romanæ, nostroque additæ Imperio. Proëm. Institut.* Felin. *in c. cùm non liceat. X. de præscript.* Jason. *in l. Imperium. n. 40. vers. similiter. ff. de jurisd.* Zoanet. *de Rom. Imper. n. 148.* Dn. Cluten. *Syllog. rer. quot. conclus. 11. lit. c.* Richard. Dieter. *de summa Imper. potest. concl. 206.* Reinking. *de regim. secul. lib. 1. class. 2. c. 9. n. 101. seq.* Calefat. *de equestr. dignit. n. 138.* Vietor. *de exempt. concl. 7. per tot.*

Atque indè etiam Imperatores in Capitula- 53
tionibus suis jurare tenentur, providere quomodo provinciæ ab Imperio avulsæ recuperari possint, Capitul. Imperator. Ferdinandi II. & III. §. Zu dem und insonderheit. *8. & 9.* Et aliquoties in Comitiis Imperii deliberatum fuit, de provinciis ab Imperio avulsis recuperandis, & quomodo exterorum rapinis obviam iri possit, R. A. zu Wormbs. *de anno 1521.* §. Und als wir. *30. ibi:* auch diejenige/ so dem Reich entzogen/ und lange Zeit in frembden Händen gewesen/ wieder zu erobern/ und zum Reich zu bringen. R. A. zu Augspurg. *de anno 1566.* nach obgesetzten. 125. R. A. zu Regenspurg. *de anno 1576.* §. wir haben auch zum Sechsten. *107.* Ad quod invictissimi Imperatoris Caroli V. augustissimum & laudatissimum propositum fœliciter perficiendum, Proceres & Status Imperii promptissimum auxilium in Comitiis Wormatiensibus, & quatuor millia equitum, & viginti millia peditum militum sustentare promiserunt, d. R. A. zu Wormbs/ *de anno 1521.* §. auch haben uns Churfürsten. *31.*

Secundum exemptionis genus est, quan- 54
do Regnum, ditio, Civitas, populus, vel Status aliquis Imperii Romani, quoad necessariam onerum contributionem, & omnimodam subjectionem à corpore Imperii avellitur, Imperii tamen majestatem non planè spernit, sed comiter observat, Reinking. *de regim. secul. lib. 1. class. 2. cap. 9. num. 51. seq.* Quales sunt Helvetii,

Belgæ,

Belgæ, omnes ferè Italiæ Principes, veluti magnus Dux Etruriæ, Dux Mantuæ, Mediolani; Mutinæ, Mirandulæ, Plombini: Comites & Marchiones infiniti per Liguriam & Lombardiam: Respublica Lucensis, &c. qui Imperii & Imperatoris majestatem comiter observant, se jura Imperii habere gloriantur, nec incongruè honorarii Imperii Cives dici merentur, de quibus Goldast. *in Præfat. ad Ducem VVürtemberg.* tract. Von Reichs-Handlungen. Reinking. *d. c. 9. n. 52. seq.* Cluten. *Syllog. rer. quot. concl. 13. seq.* Vietor. *de exempt. concl. 2.* Et hoc exemptionis genus parum distare videtur à priori, & sic, quæ de eo diximus, in hoc quoque locum habere videntur.

55 Tertium exemptionis genus est, quando aliquis Imperii Status ab immediata Imperii subjectione eximitur, & mediatus, sive Landsassius efficitur, mediante alio Imperii Statu, veluti si Elector, Princeps, Dux, vel Marchio Imperii, aliquem Comitem, Baronem, Nobilem, Civitatem Imperio immediatè parentem, sibi subjiciat, & suum Landsassium, suamque Civitatem provincialem esse affirmet, wann ein Stand deß Reichs den andern/ auß den Reichs-Anlagen und matricul außziehet/ ihne unterwürfflich machet und auf den Reichstagen vertrittet/ R. A. zu Regenspurg. *de anno 1541.* §. doch sollen die. *48.* R. A. zu Augspurg. *de anno 1548.* §. als auch durch *50. seq.* De quibus creberrimæ lites & gravissimæ controversiæ in Imperio ortæ, ac plurimæ necdum decisæ existunt, prout videre licet in R. A. zu Regenspurg. *de anno 1576.* §. bey Berathschlagung. *101. & seq.* Ita ut in Comitiis Augustanis *anno 1568.* Cæsareæ majestati traditus fuerit Catalogus, quo ultra centum Imperii Status enumerantur exempti & adhuc eximendi, so außgezogen seynd/ und noch täglich außgezogen werden wollen/ ac sola Domus Austriaca ultra viginti Status eximat, Arumæ. *de Comit. c. 8. num. 61.* Gylman.

56 *Symphor. tom. 3. verb. exemptio.* Cum autem, ut *supra num. 38.* dictum fuit, hujusmodi exempti status, una cum onere, tam contributionis, quàm recognitionis in eximentem transeant, & indè devotioni & commodo Imperii publico vel nihil, vel parùm decedat, nec ita Imperii dignitatem minuant hæ exemptiones, sicuti priora duo genera, ideò hactenus non magnoperè sunt improbatæ, sed propter usum ævi & exemplorum frequentiam quadantenus sunt toleratæ, *d.* R. A. zu Regenspurg. *de anno 1541.* §. doch sollen die. *41. ibi:* doch sollen die/ so von Alters her/ durch andere Ständ/ in deß H. Reichs Anlagen billich außgezogen seynd/ mit solchen Processen/ oder in andere weg nicht beschweret/ sondern bey altem Herkommen gelassen. R. A. zu Speyr. *de anno 1542.* §. Und wiewol in dem jüngsten. *16.* R. A. zu Speyr. *de anno 1548.* §. Und als durch. *52. ibi:* daß etliche Ständ außgezogen/ aber durch die Außziehenden werden die Reichs-Anschläge der Außgezogenen erlegt und entricht. Dieweil dann derwegen kein Streit/ noch Irrung ist/ auch dem H. Reich deßhalben an seinen Anlagen und Gerechtigkeit nichts abgehet/ so lassen wir und gemeine Stände/ und der abwesenden Bottschafften und Gesandten/ solches alles bleiben und beruhen/ bevorab/ so die außgezogene Stände/ solches Außziehens und Vertrettens zufrieden seynd. R. A. zu Regenspurg. *de anno 1576.* §. damit auch. *102.* Vietor. *de exempt. conclus. 12.* Reinking. *d. cap. 9. num. 68. & seq.* citius enim res aliqualem diminutionem, quàm universalem interitum patitur, Cornel. *ad l. cùm quæstio. C. de legat.* Vietor. *d. conclus. 12.*

Quæ hactenus de spontanea submissione 57 diximus, ea multò magis obtinent, si civitas vel alius Imperio immediatè subjectus Status, aliis Statibus invitus, per metum vel violentiam subjiciatur, nam per meticulosam & violentam subjectionem, subjectio vel possessio non adquiritur, nec ea ordinario ac vero Domino, ut hic est Imperator quicquam præjudicat, *arg. l. 1. §. per servum, qui in fuga. ff. de adquir. possess.* Bart. *in l. 1. C. de servit. & aqu.* Petra. de fideicommiss. *quæst. 12. num. 242. seq.* Thom. Michaël. *de jurisd. conclus. 66.* Maul. *de homag. tit. 1. num. 19.* Knichen. *de jur. territ. cap. 3. num. 263.* Coler. *de process. exec. part. 2. cap. 3. num. 344.* Vultej. *3. Marpurg. cons. 35. num. 32. seq.* Caspar. Klock. *de contribut. cap. 20. num. 333. seq.* Ziegler. *§. Landsassii. limit. 1. num. 30. seq.* etiamsi juramentum subjectionis, sive homagium præstitum sit, cùm juramentum vi vel metu extortum non sit obligatorium, Vultej. *d. cons. 35. num. 33.* Knichen. *d. cap. 3. num. 262.* 58 Unde si Rex, vel alius faciat confiteri civitatem aliquam vel jurare sibi fidelitatem, cùm sua non sit, talem confessionem, & juramentum non præjudicare Civitati, asserunt Dd. communiter, Bald. *in l. nec si volens. num. 1. C. de liber. caus.* Jason. *in prælud. feud. numer. 53.* Knichen. *d. l. num. 265.* Vultej. *d. num. 33.* Petra. *d. quæst. 12. num. 251.* & tale juramentum ipso jure nullum, in Camera conclusum esse, in causa deß Stättlin Wangen/ contra alle Borcken zu Labis/ refert Rulant. *decis. jur. controv. quæst. 21.* adeò, ut violenta ejusmodi occupatio, & civium ad jurandum illegitima compulsio, in tantum nihil operetur, ut etiam non purgetur hoc vitium, licet Principis confirmatio accedat. *l. authoritatem. 3. & ibi.* Bart. *C. unde vi.* Pacian. *cons. 20. num. 28.* Gail. *2. obs. 54. num. 8.* Klock. *d. cap. 20. num. 340.* nec violento tali invasori Imperator investituram concedere possit, Alciat. *cons. 132. num. 44. lib. 5.* Klock. *d. l. num. 341.* Sicuti etiam nec confessio contra libertatem nocet, *supra c. 12. n. 159.*

XI. Porrò præscriptione quoque Civita- 59 tum Imperialium libertas, & immediata Imperii subjectio amittitur, R. A. zu Augspurg. *de anno 1548.* §. Wann auch ein außgezogener. *56. ibi:* und dargegen wider ihn nicht dargebracht werden möcht/ daß er je in Menschen Gedächtnuß/ in deß Reichs Gemeinen/ und nicht privilegirten Hülffen/ contribuirt &c. oder wider die Reichs-Anschläg und Hülff legitimè præscribirt habe Vietor. *de caus. exempt. conclus. 17.* hancque præcipuam ac ferè unicam exemptionis causam in processu fiscali hodie maximè attendi, testatur Scipio *lib. 4. dec. Cam. 126.* ubi addit, quod cùm non ita pridè in celebri exemptionis causa omnes rationes rejicerentur, sola præscriptionis exceptio, velut relevans ad probandum reservata fuit, in

in causa exemptionis fisci contra Holsatum &
60 Hamburgum, referente Vietor. *d. concl.* 17. Ad hanc autem præscriptionem requiritur, ut hominum memoriam excedat, d. R. Absch. zu Augspurg. *de anno* 1548. §. Wann auch ein Außgezogener. 56. *ibi*: daß er je in Menschen Gedächtnus / rc. *arg. c. super quibusdam* 46. § *praterea. ff. de V. S. l.* 1. §. 23. *ff. de aqu. pluv. arcend. l. hoc jure.* 3. §. 4. *ff. de aqu. quotid.* Gail. *de arrest. c.* 7. *n.* 16. Tileman. de Benign. *Synt.* 2. *decis.* 4. *vol.* 1. *n.* 59. *seq.* Vietor. *d. concl.* 17. Quod adeò verum esse Doctores asserunt, ut quamvis ab initio à parte eximentis violentia, ut mala fides intervenisset, si tamen exemptus sciens prudens non contradicendo tacuerit, tempore immemoriali omnis violentia & mala fides purgata sit, *arg. l. fin. ff. de aqu. pluv. arc. l. in princ. ff. de usufruct.* Menoch. 2. *arb. jud. cas.* 43. Mynf. 1. *obs.* 30. Knichen. *de jur. territ. c.* 3. *n.* 232. Atque hæc quidem procedunt, quoad præscriptionem immedietatis, ut quis scilicet Imperatori immediatè non subsit, vel contributiones non solvat, sed alteri Statui, secus autem esse, quoad omnimodam subjectionem, & ne quis planè Imperio non pareat, dictum est *supra n.* 49.

61 Sed anne Imperator civitatem aliquam Imperialem, vel alium Statum Imperio immediatè subjectum invitum ab immediata Imperii jurisdictione eximere & alterius potestati & jurisdictioni subjicere possit? Et non posse communiter Dd. concludunt, Gylman. *Symph. tom.* 2. *part.* 1. *vot.* 8. *n.* 30. *seq. & tom.* 1. *part.* 2. *tit.* 11. *vot.* 5. *n.* 22. Tileman. de Benign. *Syntag.* 2. *decis.* 4.
62 *vot.* 2. *n.* 12. Capyc. *decis.* 162. *n.* 4. Cùm Imperatoris sit officium, omnes omnium jurisdictiones & jura tueri, non verò turbare, sicuti expressè cautum est in Capitulat. Imperatoris Ferdinandi II. & III. & Leopoldi. §. Und in alle weg. 3. *ibi*. und in alle weg sollen und wollen wir die Teutsche Nation, das H. Röm. Reich / und die Churfürsten / als die vorderisten Glieder desselben / auch andere Fürsten / Graffen / Herren und Ständ / bey ihren Hoheiten / Würden / Rechten / und Gerechtigkeiten / Macht und Gewalt / jeden nach seinem Stand und Wesen / bleiben lassen / rc. Membra sua non supprimere, nec ea à se tanquam capite avellere, Cothman. *cons.* 28. *n.* 108. *vol.* 1. sed unumquemque Imperii Statum in ea conditione, in qua 63
ab initio & origine fuit, conservare, Vultej. 3. *Marpurg. cons.* 35. *n.* 205. & providere, ut ordinum & familiarum dignitas salva sit, *l.* 1. *sed etsi servus. ff. de inspic. ventr.* adeò, ut ne quidem Imperator cum Electoribus formam pro Imperii Statu constitutam mutare valeat, Heig. *part.* 1. *quæst.* 5. *n.* 2. Zasius *cons.* 10. *n.* 26. *lib.* 2.

Atque hinc etiam est, quod Princeps, sive 64
Imperator inscium & invitum vasallum in alium dominum inferiorem alienare nequeat, per §. *ex eadem. de lege Corrad. c.* 1. §. *si quis. Quo temp. miles investir. pet.* §. *præterea Ducatus de prohib. feud. alien. per Frider. l. invitus. & ibi. gloss. ff. de fideicom. libert.* Menoch. *cons.* 264. *n.* 27. *& cons.* 377. *n.* 10. Matth. de Afflict. *decis.* 265. *n.* 31. Choppin. *de morib. Paris. libr.* 1. *dub.* 95. *n.* 1. Heig. *part.* 1. *quæst.* 19. *n.* 13 Facult. Jurid. Ingolstad. *in respons.* Waldeck / *contra* Hessen / quod extat apud Casp. Klock. *de contribut. cons.* 10. *vers. & confirmatur. fol.* 99. Cùm non possit mutare Statum, aut minuere honorem veterum vasallorum, Natta *cons.* 686. Cacher. *cons.* 49. *n.* 12. Capyc. *decis.* 162. *n.* 4. nec augere alterius dignitates cum injuria aliorum, Ant. Faber. *lib.* 6. *Cod. tit.* 27. *defin.* 15. Et facit communis Dd. *supra n.* 11. relata theorica, quod jus alicui quæsitum ipsi invito per Imperatorem, ne quidem ex plenitudine potestatis, auferri queat. Et quod privilegia in alterius injuriam vergere non debeant, *l.* 8. *ff. de prætor. stipul. l. impuberi.* 40. *ff. de administr. tut.* Pruckman. *cons.* 39. *n.* 85. ac quod omnia Imperatoris rescripta, beneficia, privilegia, &c. tacitam hanc in sese contineant clausulam: Salvo jure Imperii, & cujusque alterius tertii, Gail. 2. *observat.* 58. *num.* 6. Menoch. 3. *præs.* 101. *n.* 13. Mantic. *de tac. & ambig. conv. lib.* 23. *tit.* 19. *n.* 23. Matth. Stephan. *de jurisdict. lib.* 2. *part.* 1. *c.* 7. *n.* 128.

CAPUT XIX.

De modis, quibus Respublicæ & Civitates convertuntur & evertuntur.

Summaria.

1. *Conversio Civitatum quid sit, ejusque exempla.*
2. *Eversio quid, & quomodo fiat.*
3. *Civitates quandoq; solo adæquantur, ejus exempla.*
4. *Aliquando muri dejiciuntur.*
5. *Quandoque aratro subjiciuntur.*
6. *Eadem ratio destructionis, quæ fuit constructionis.*
7. *Sal sterilitatis & inopiæ indicium.*
8. *Plures urbes igne & incendio consumptæ.*
9. *Quamplurimæ hostili manu perierunt.*
10. *Aliæ terræmotu eversæ sunt.*
11. *Quandoque muri & ædificia evertuntur, salvo populo.*
12. *Aliquando Cives extirpantur & in servitutem rediguntur, salvis muris & ædificiis.*
13. *Solent quandoq; Cives & incolæ aufugere, & aliò migrare.*

1 Aliud est Rerumpublicarum ac Civitatum eversio, aliud conversio. Conversio est, quando forma administrationis alicujus Civitatis vel Reipublicæ, mutatur in aliam formam; veluti quando popularis gubernatio mutatur in Regiam, aut hæc in tyrannidem. Grot. *de I. B. & P. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 8.

Vel

Vel etiam, ubi Respublica alia transplantatur in aliam, Schönborn. *lib. 7. polit. cap. 21.* Cujus rei testimonium vel sola Respublica Romana præbet luculentissimum, si consideremus ejus mutationes à Regibus in Consules, à Consulibus in Decemviros, in tribunos militum, tribunos plebis, dictatores, magistros militum, tyrannos, Imperatores, eosque florentes, decidentes & per anastasin restitutos, ut videatur illa Respublica similis ægro & corpori malè disposito, quod ab uno morbo, in alium recidit, & per intervalla temporum benè se habet, donec destitutum radicali humore, seu calore vitali in mortem refrigescit, ut ait Petr. Greg. Tholosan. *de republ. 21. c. 2. num. 2.* Aliquando provinciæ in Regna eriguntur, aliquando Regna & Imperia in provincias reducuntur. Ita enim Carthaginis Imperium Civitate deleta per Scipionem, in provinciam reductum. A Julio Cæsare, regna Galliarum plura in provincias redacta, rursum in regna, à regnis in monarchiam pervenerunt, vide Tholosan. *d. c. 2. n. 3. & seq. & l. 22. c. 1. seq.*

2 Eversio Civitatum & Rerumpublicarum est, quando ipsæ Civitates, leges, magistratus & subditi abolentur, evertuntur & extin-
3 guuntur, Schönborn. *lib. 7. polit. 21.* Quod variis modis evenire solet, veluti, 1. Si civitates solo adæquentur, & funditus evertantur, ita de Albæ ruderibus scribit Livius *lib. 1.* Egressis urbem, inquiens, Albanis, Romanus passim publica privataque omnia tecta adæquat solo, unaque hora quadringentorum annorum opus, quibus Alba steterat, excidio ac ruinis dedit. Corinthus excisa, & tuba præcinente deleta est, Flor. *lib. 2. c. 16.* Eodemque modo Athenæ eversæ à Lysandro ad tibiarum cantum, Schönborn. *l. 7. polit. cap. 22. vers. Corinthus.* de Carthagine deleta memorat Flor. *l. 2. c. 28.* & de Numantia, Solin. *c. 40.* de Thebis dirutis, Justin. *lib. 11.* Ovid. *lib. 13. Metamorph.*

Clara fuit Sparta, magna viguére Mycenæ;
Nec non & Cecropis, nec non Amphyonis arces;
Vile solum Sparta est, altæ cecidere Mycenæ:
Oedipodioniæ quid sunt, nisi nomina Thebæ?
Quid Pandioniæ restant, nisi nomen Athenæ?

4 II. Aliquando muri civitatum dejiciuntur, sic in Veliternos veteres cives Romanos, quod toties rebellassent, graviter sævitum, & muri dejecti, & Senatus indè abductus, inquit Livius *lib. 7.* ac sæpissimè Romana mœnia solo fuerunt adæquata, præsertim à Totila *anno Christ. 546.* ab Alarico *anno 410.* teste Socrat. *lib. 7. c. 10.* à Genserico *anno 471.* & ab Odoacro Herulo *anno 476.* Schönborn. *d. c. 22.*

5 III. Aliquando civitates aratro subjiciuntur, quod nihil aliud est, quàm ædificia & muros solo adæquare, Arnisæ. *de republ. c. 5. sect. 2. num. 6.* Ita Mediolanum ab Imper. Friderico Barbarossa eversum, & per medium urbis in modum crucis aratrum tractum, sicuti referunt in ejus vita Marian. Naucler. Günther. Seb. Franc. & alii. Eodemque modo ab Henrico Leone Bardevicum eversum est, Crantz. *lib. 7. Saxon. cap. 2.* Et Carthago quoque passa fuit aratrum, *l. si usufructus. 21. ff. quib. mod. ususfruct. amit. & ibi* Gothofr. ubi ex Alberic. hos citat versus:

Urbs bona Carthago
Cujus non restat imago,
Scripta forma patrum,
Quod passa fuisset aratrum.

Et templo Hierosolymitano aratrum inductum fuisse, scribunt Joseph. & Hieron. Arnisæ. *de republ. cap. 5. sect. 2. num. 10.* Sic Henric. Imper. Civitatem Brixiam, quia sibi rebellis fuerat, aratro damnavit, ex misericordia tamen sententiam mutavit, de quo Bart. *in l. 1. col. ultim. ff. de jurisdict.* Quod etiam innuit Horat. *Ode. 11. inquiens:*

Iræ altis urbibus ultimæ
Stetére causa, cur perirent
Funditus, imprimeretque muris
Hostile aratrum exercitus insolens.

Et Manlius:

Urbibus augebis terras, junctisq; juvencis
Mœnia subcinctus curvo describet aratro,
Aut sternet positas urbes, inq; arva reducet
Oppida, & in domibus maturas reddet aristas.

Atque ita, quemadmodum in condendis, ita etiam in extirpandis & destruendis urbibus, aratrum fuit adhibitum, ut eadem sit ratio dissipationis & destructionis, quæ fuit constructionis, *arg. l. nihil tam naturale. ff. de R. J.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 2. c. 1. n. 6. & 7.* & per aratrum veteres urbem reducere voluerunt ad pascua & agros, Christian. Liebenthal. *colleg. polit. exerc. 5. concl. 12.* 5

IV. In eversionibus urbium, more à Judæis deducto, super eversæ urbis solo sæpius sal sparsum fuit, scilicet, ut in fundatione urbis juncti taurus & vacca futuræ sobolis & fœcunditatis fuerunt symbolum, de quo *supra c. 1. n. 32.* sic sal sterilitatis & inopiæ rerum omnium inditium, Schönborn. *lib. 7. polit. cap. 22. in fin.* Höping. *de jur. insigni. cap. 2. n. 144.* Sic Sichemo salem inspersit Abimelech. *Judic. 9.* Et à Romanis quoque lentem & salem lugubria credi, ac proindè mortuis opponi consuevisse, refert Plutarch. *in Crasso.* 7

V. Plurimæ quoque urbes igne & incendio consumptæ leguntur, ita de Satrico oppido scribit Livius *libr. 7.* Volsci, inquiens, ferocior ad rebellandum, quàm ad bellandum gens, certamine victi, fugâ effusâ Satrici mœnia petunt, & ne muris quidem satis firma spe cum corona militum cincta jam scalis caperetur urbs, ad quatuor millia, præter multitudinem imbellem sese dedidêre: oppidum dirutum atque incensum, &c. Leodium à Carolo Burgundo expugnatum, direptum & crematum, Crantz. *libr. 12 Vandal. c. 40.* Et de urbe Roma ita scribit Lipsius *in lib. de Amphiteatr. cap. 6.* Tres, inquiens, ad pulcherrimum hoc mundi opus evertendum Dii conspirarunt: Crenus, Vulcanus, & pater ipse gentis. 8

Non tamen annorum series, non flamma nec ensis,
Æternum potuit hoc abolere decus.

Sic Ilium urbs Phrygiæ, sive Troadis, igne solotenus omninò deleta & combusta est, juxta illud Virgil. *2. Æneid.*

- - - *Ceciditque superbum Ilium, & omnis humo fumat Neptunia Troja.*
Et Ovid. 14. *Metamorph.*
- - - *Postquam alta crementa est Ilios, & Danaas paruerunt Pergama flammas.*
Sodoma & Gomorrha sulphure & igne deletæ sunt, *Genes. 19. vers. 24. & seq.* Magdeburgum florentissimum olim Saxoniæ Emporium *10. Maji anno 1631.* ferro & igne absumptum est. Et quot quæso nuper *anno 1634.* post prælium Nördlingense in Imperio Romano urbes, flammis exustæ & eversæ conspiciuntur.

VI. Quamplurimæ quoque hostili manu
9 civitates deletæ sunt, sic enim perierunt Hierosolyma, Babylon, Heliopolis, Corinthus, Tyrus, aliæque urbes infinitæ, quondam excultæ, nostro tempore hostili manu devastatæ, desolatæ, deletæ & eversæ reperiuntur. Tripolis à Turcis expugnata, atrocissima crudelitatis, feritatis, avaritiæ, libidinis, contemptus numinis exempla, quæ excogitari ab ulla barbarie possunt, ediderunt; pauci, qui in navibus stabant, excepti, aufugerunt: In mœnia quoque furor sævviit; muros dejecerunt, fundamenta convulserunt, dissiparunt, fossas explerunt, adæquarunt, ne vestigium ullum urbis exstaret, Hippol. à Collib. *de princip. cap. 36.* Et hoc est, quod comminatur Deus, ob peccata nostra, fore scilicet, ut interficiantur ore gladii omnes, qui sunt in civitate, civitas incendatur igne, & maneat sine habitaculo in æternum, *Deuteron. 13. vers. 15. seq. c. si audieris. 32. caus. 23. quæst. 5.*

10 VII. Terræmotibus quoque plurimas civitates eversas esse, testatur Justinus *lib. 17. c. 1.* ita sub Tiberio terræmotus duodecim celebres civitates evertit, Tacit. *2. annal.* & totidem Campaniæ oppida sub Constantino, Mortem Theodosii II. & sequentes Imperii ruinas terræmotus antecessit, qui sex menses duravit, Constantinopolin, & multa alia Asiæ loca concussit, Ambros. *in orat. funebr. Theodos.* Melanchton. *l. 3. Chron. Carion. in ejus vit.* Et nuper *anno 1618.* oppidum Plurs in Rhetia per montis ruinam ex adversa parte, in momento oppressum & penitus deletum est. Anno à Roma condita 370. sævissimo terræmotu Achaia universa concussa est, & duæ tunc civitates, Ebora & Elice, abruptis locorum hiatibus, devoratæ, Hippol. à Collib. *de princip. cap. ultim.* Tralles urbs in Asiæ campo, juxta Mæandrum fluvium sita, olim quidem Pelasgorum colonia, sub Augusti Cæsaris tempore terræmotu quassata & subversa fuit, nihilque in ea relictum, Tacit. *lib. 5.* Tiberii Cæsaris anno quinto, nocturno terræmotu tredecim Asiæ urbes collapsæ & dirutæ sunt Hippol. à Collib. *d. cap. ult.* Philegiarum gens crebris fulminibus, & telluris vehementissimis motib⁹ funditus deleta est, Pausan. *in Bœotic.* Anno mundi conditi 3686. Civitas Lysimachia terræmotu planè fuit eversa, Justin. *lib. 7.* Anno post Christum natum 78. in insula Cypriæ, tres civitates terræmotu interierunt, Euseb. *in Chronol.* Anno Christi 358. maximus terræmotus in Bythynia exortus, ex quo Civitas Nicomedia corruit, Marcellin. *lib. 17.* Idem *anno 368. die 11. Octobr.* Nicææ Civitati contigit. Anno 518. terræmotu in Dardania 24. Civitates conciderunt: Et *anno 494.* in Laodicæa, civitates Hierapolis & Agathicum terræmotu perierunt, Marcellin. Anno *1117. die 3 Januar.* circa vesperam in Italia maximus contigit terræmotus, ex quo plures civitates corruerunt & eversæ sunt. Anno *1543. die 5. Junii*, in Hungaria, Polonia & Bohemia, terræmotu complures arces, turres & domus conciderunt, Mechov. *lib. 4. cap. 57.* Idem *17. Septemb. anno 1570.* Venetiis, Modinæ, Regio, Corregio, Florentiæ, Finariæ, & imprimis Ferrariæ accidit, prout hæc & consimilia exempla adducit Dn. Adamus Weinheimer, Ecclesiæ Eslingensis Pastor, in concione, Gottes Zorn und Erden-Predig/ inscripta de terræmotibus *anno 1655.* in Ducatu Würtembergiæ, Alsatia & alibi factis.

VIII. Aliquando etiam urbes, sive muri & 11
ædificia evertuntur & delentur, salvo populo, & civitatis jure integro, sicuti Carthagini contigit, de quo *supra cap. 1. n. 23.* Et Tullius Hostilius Albam ita diruit, ut prius omnes urbis opes, ipsumque populum Romam transferret, ita ut consanguinea civitas non periisse, sed in suum corpus rediisse videretur, ut scribit Florus *lib. 1. c. 3.* Arnisæ. *d. republ. cap. 5. sect. 2. n. 9.*

IX. Quandoque etiam civitas, sive homi- 12
nes & cives extirpantur & in servitutem rediguntur, urbe, sive muris & ædificiis salvis. Ita Augustus Imperator Tyrios & Sydonios Syriæ, ob domesticas seditiones, Cizios Bythiniæ, quod cives quosdam Romanos flagellis cœsos, morte affecissent, libertate privavit & servos esse jussit, Dion. *lib. 54.* Quod pœnæ genus etiam Claudius in Rhodios statuit, teste Dion. *d. l.* Sic Capuæ urbis tecta publica & privata una cum agro servata sunt, exclusis civibus, & civitatis jure extincto, Livius *lib. 5. in fin. & 26.* mansitque urbs sarta tecta, sed civitatem partim absumpsit ferrum, partim ferro durior servitus, ut ait Arnisæ. *de republ. cap. 5. sect. 2. n. 8.* ac Macedonum legatus vocat urbem truncam, sine Senatu, sine plebe, sine magistratibus, Livius *lib. 31.* Grot. *de I. B. & P. l. 2. c. 9. num. 6.*

X. Solent quoque aliquando cives & in- 13
colæ ex urbibus aufugere, & aliò migrare, idque vel propter urbium eversionem, vel hostium invasionem, vel animalium feritatem. Ita enim ex Cymbriæ Chersoneso in Italiam eruperunt Cimbri & Teutones, & Gothicæ gentes, quæ olim utramque ripam Vistulæ tenuerunt, & ex illis quidam Italia cedentes in Thraciam progressi, ibidem Getæ appellati sunt, Schönborn. *libr. 7. polit. cap. 26.* Sic Longobardi antiquis sedibus relictis, in tractu Magdenburgensi, Alboino Duce, per Noricum & Pannoniam, Italiam adierunt, totaque penè Cisalpina Galliâ ad Appenninum usq; occupatâ, regnum constituerunt, Peucer. *4. Chron.* Et Turcæ ex Caucasi angustiis Septentrionalibus in Asiam irruperunt, Peucer. *d. l.* Ita etiam Suevi sedes suas diu tenuerunt in Pomerania,

rania, indeque novas quæsiverunt in Rhetia Vindeliciaque Romanorum provinciis, Peucer. *d. l. 4.* Sic cùm post captivitatem Israëlitarum Rex Assyriorum adduxisset viros de Babylone & aliis locis, & in civitatibus Samariæ posuisset loco filiorum Israël, ipsique ibidem habitantes non timerent Deum, Dominus eis leones immisit, qui eos interfecerunt, *4. Reg. 17. vers. 24.* Et Lybiæ quasdam urbes vi leonum à desertis locis ad eas adventantium, desertas fuisse, refert Diodor. Sicul. *lib. 3. c. 3.* A cuniculis in Hispania suffossum oppidum; à talpis in Thessalia; à ranis civitatem in Gallia pulsam; à locustis in Africa; ex Gyario Cycladum insula incolas à muribus fugatos; in Italia Amyclas à serpentibus deletas; & citra Cymamolgos Æthiopas latè desertam esse regionem à scorpionibus & solpugis, gente sublata; & à scorpionibus abactos Trerienses, refert ex Plinio *lib. 8. c. 29.* & Varron. *in annalib.* & aliis, Petr. Gregor. Tholosan. *de repub. l. 21. c. 12. n. 2.* Attariotæ ranis è nubibus in terram pro guttis aquarum delapsis, patriam deserere coacti sunt, Diod. Sicul. *lib. 3. c. 3.* In Pœonia Dardania olim ranis ita pluit, ut præ multitudine illarum & fœtore, incolæ novas sedes quærere coacti fuerint, Eustat. *in Iliad.*

CAPUT XX.

De modis, quibus Civitates & Respublicæ jura & privilegia amissa recuperant.

Summaria.

1. *Quod semel extinctum non reviviscit.*
2. *Recuperantur jura & privilegia, si sub spe restaurationis destructio facta.*
3. *Quando casu fortuito vel à tyranno destructæ reædificantur.*
4. *Per gratiam & restaurationem Principis.*
5. *In integrum restitutio prioris juris redintegratio est.*
6. *Et amissorum recuperatio.*
7. *Modo bona non sint alienata, & beneficia aliis nondum concessa.*
8. *Et restitutio per modum gratiæ, non verò justitiæ facta.*
9. *Cives aliò migrantes, sed reversi, omnia jura sua recuperant.*
10. *Si urbe eversa cives conjunctim alibi sedem figant, jura recuperant, & quasi reviviscunt.*
11. *Surrogatum sapit naturam ejus, in cujus locum surrogatur.*

1 Jura & privilegia civitatum semel amissa & extincta, perpetuò extincta & amissa intelliguntur, quod enim semel extinctum, non reviviscit, *l. ejus, qui in fin. ff. de jur. fisc. l. si cum quis. §. aream. ff. de solut. l. quæritur. §. pen. ff. de ædil. edict. l. postquam lib. C. de pact.* adeò, ut licet civitas propter delictum superioris authoritate destructa, solo adæquata, vel aratrum passa, reædificetur, jura tamen & privilegia sua non recuperet, uti diximus *supra c. 18. n. 31.*

2 Solent tamen civitates, quandoque privilegia & jura sua semel amissa recuperare, veluti. 1. si sub spe restaurationis destructio facta fuerit, Alexand. *in l. inter stipulantem. §. sacram. n. 13. vers. fallit nisi destructa. ff. de V. O. & ibi* Jas. *n. 30. vers. nisi esset destructa.* Schrader. *de feud. 2. part. 9. sect. 9. n. 72.* Sixtin. *de regal. lib. 1. c. 6. n. 49.*

3 2. Quando civitas casu aliquo fortuito, veluti incendio, chasmate, terræmotu, vel hiatu, vel ab hoste, vel à tyranno destructa reædificetur, tunc jura & privilegia sua per reædificationem recuperat, uti dictum est *supra c. 18. n. 33. & seq.*

4 3. Civitas etiam superioris authoritate & propter delictum destructa, jura & privilegia amissa recuperat per gratiam & restitutionem Principis, Innocent. *in c. cùm ex injuncto. n. 2. X. de oper. nov. nunc.* Bald. *in §. nos Romanorum Imperat. de pac. Constant.* Hipp. *de Marsil. in l. unic. n. 120. C. de rapt. virgin.* Nicol. Losæ. *de jur. univers. part. 4. c. 1. n. 40.* Vietor *de caus. exempt. concl. 39.* idque maximè, si Princeps civitatem in integrum restituat, vel à banno absolvat, quia in integrum restitutio omnia in pristinum statum reponit, Bart. *in l. & qui. §. si in metallum. n. 1. ff. de muner. & hon.* Nellus *de bannit. 1 part. tert. temp. qu. 17. n. 9.* Schurff. *cent. 3. cons. 30. n. 7. & cons. 94. n. 8.* Gail. *de pac. publ. l. 2. c. 19. n. 2.* Tuschus *pract. concl. lit. R. concl. 302. n. 1.* & est prioris juris redintegratio, *c. ex lit. X. de in integr. restit. l. 1. C. de sent. pass.* 5 nisi quid nominatim excipiatur, Vietor. *d. conclus. 39.* Atque ita civitas per Principem restituta, bona, honores, privilegia & alia jura recuperat, sicuti etiam à banno absolutus, non solùm bonis, sed etiam famæ & honoribus restituitur; tantum enim ad restitutionem valet indulgentia, quantum ad correctionem valuit sententia, & quemadmodum deportationis nomen ipsum rerum omnium spoliatio est, ita indulgentiæ restitutio, bonorum ac dignitatis uno nomine amissorum omnium est recuperatio, *l. fin. §. fin. C. de sentent. pass. & restit. l. 2. C. de bon. vacant. l. quod si minor. §. restitutio. ff. de minorib.* Gail. *de pac. publ. l. 2. c. 19. n. 1.* Quod tamen procedit, quoad bona nondum alienata & quoad honores & dignitates adhuc vacantes, secus autem erit, quoad bona ante restitutionem alienata, & honores & dignitates aliis collatas, quia restitutio non trahitur ad jus alteri quæsitum, quod per Principem auferri nequit, & sic restitutus non recuperat bona alienata, & beneficia aliis collata per *c. quamvis de rescr. in l. 6. l. 2. ff. de decurio. l. ordine. ff. ad municipal. l. 2.* 7

C. de

C. de iis, qui in exil. dat. l. quod si minor. §. *Scævola. ff. de minor.* Bart. *in l. & qui* §. *si in metallum. n. 1. ff. de muner. & honor. & in l. 2. n. 1. ff. de decurion.* Gail. *d. cap. 19. n. 4. seq.* Etiamsi restitutio ad bona in genera facta sit, cùm Princeps non præsumatur jus alteri ex contractu emptionis venditionis, vel donationis quæsitum, auferre voluisse, & cum fisco bona fide contrahens, à nemine molestari, sed tutissimus esse debeat, *l. benè à Zenone. C. de quadrien. præscr. l. 1. C ne fisc. rem quam vend. evincat.* Gail. *d. c. 19. n. 10. & seq.*

8 Quod tamen secus est, si restitutio non per modum gratiæ, sed per viam justitiæ facta fuerit, veluti si bannitus post latam sententiam innocentiam suam probet, & à banno per modum justitiæ absolvatur, tùm enim restitutio & à banno absolutio etiam ad bona alienata & jura alteri quæsita extenditur, per *l. 1.* §. *fin. ff. de quæst.* Jason. *in l. Gallus.* §. *quid si tantum. 1. n. 73. ff. de liber. & posthum.* Afflict. *in c. 1. n. 12. de vasal. decrep. ætat.* pinguius enim per viam justitiæ, quàm gratiosè facta restitutio succurrit, Jason. *d. n. 73.* Menoch. *recuper. poss. remed. 10. n. 111. & 113.* Gail. *d. c. 19. n. 23.* Idem est, si restitutio etiam ad bona alienata expressè facta sit, per *l. Lucius. ff. de evict. l. item si verberatum. ff. de rei vind.* Gail. *d. l. n. 24.*

4. Quod si quoque populus, sive cives propter bellum, vel alium casum violentum, aliò migraverint, & aliquandiu ibidem sedes erexerint, postea tamen redeant, omnia jura & privilegia sua recuperant, Bald. *cons. 158. n. 5. vers. tertio quæritur lib. 3.* Tusch. *pract. conclus. lit. D. conc. 228. num. 23.* 9

5. Si urbe eversâ vel destructâ cives conjunctim sedem alibi figant, privilegia & jura sua recuperant, & quasi reviviscunt, *l. sicut municipem.* §. *2. ff. quod cujusq. univers.* gloss. *in l. usufruct. ff. quibus mod. ususfruct. amit.* Tapia *in l. fin. part. 3. c. 4. num. 25.* Rulant. *de Commiss. lib. 2. part. 4. cap. 2. n. 24.* Vietor *d. caus. exempt. conclus. 16.* Alphons. Modit. §. *Principum placita dub. 237.* Modin. Pistor. *tom. 1. cons. 43. n. 4.* Quia surrogatum sapit naturam ejus, in cujus locum subrogatur, § *fuerat. l. de action.* ita ut in subrogatum transeant omnes ejus qualitates, Bart. *in l. si eum.* §. *qui injuriarum. ff. si quis caut.* Gail. *2. observ. 61. n. 8.* Unde etiam castro destructo & alio loco reædificato, subditos eo loco solitas operas præstare teneri, dictum est *supra cap. 18. n. 35.* non enim in muris, sed hominibus Civitas, ejusque jura consistunt, *supra cap. 1. n. 22. & seq.* 10

11

Finis Libri Primi.

LIBER

LIBER SECUNDUS.

Iura & Privilegia Civitatum Imperialium generalia continens.

CAPUT I.

De dignitate & prærogativa Civitatum Imperialium.

Summaria.

1. Civitates Imperiales dicuntur sanctæ.
2. Sanctum quid sit.
3. Status & Ordines Imperii comiter se invicem observare debent.
4. Civitates dicuntur würdig.
5. Nobiles & nobilia Imperii membra.
6. Exemplo Coloniæ.
7. Fulcra & columnæ Imperii.
8. Super easdem Imperium quoque fundatum.
9. Imperium politicum repræsentant.
10. Non minima pars sunt roboris Imperii.
11. Earum potentia crevit.
12. Sunt supra profanum vulgus evectæ.
13. Cingulum militare, Heerschildt/ *obtinuerunt.*
14. Imperator Henricus Auceps milites pro virtute anteferebat, & Heerschaw / *quid.*
15. Civitates nonnullæ Comites, Barones, Nobiles & patritios Cives habent.
16. Dignior, qui in nobiliores dominatum habet.
17. Imperatores Romani sunt Reges Regum.
18. Civitates nonnullæ Comitatus & Baronias possident.
19. Dignior, qui potentiorem districtum habet.
20. In Civitatibus Imperialibus principaliores Imperii actus celebrantur.
21. Electio Imperatoris, ex justa causa, etiam alibi, quam Francofurti fieri potest, quod exemplis declaratur.
22. Coronatio Imperatoris ubi fieri debeat, & n. 23.
24. Comitia in Civitatibus Imperialibus haberi solent.
25. Quod tamen non semper observatum, & n. 26. & 27.
28. In Imperatoris potestate est, ubi Comitia instituere velit.
29. Olim Civitates, Româ excepta, pro privatis habitæ.
30. Quod hodie secus est.
31. Præsens Civitatum Status non ex antiquo Romanorum jure metiendus.
32. Civitates Imperiales comparantur Rebuspublicis Italicis, & habentur pro Rebuspubl. Illustribus.
33. Provinciam constituunt.
34. Comparantur Præsidibus Romanis.
35. Habent jura Principis.
36. Principis nomen latè sumitur.
37 Senatui Cives, ut subditi Principi parent.
38. Civitates Imperiales pari jure cum Principibus & Ducibus ambulare videntur, in juribus realibus, & n. 82.
39. Imperio non minus incorporatæ sunt, quàm Principes, Comites & Barones.
40. Eadem privilegia habent, quæ reliqui Status.
41. In territoriis suis tantum possunt, quantum Imperator in Imperio.
42. Et quantum Principes, Comites, Barones, & Nobiles in suis.
43. Quatenus hoc axioma procedat.
44. Sunt Status Imperii, horumq; jura habent.
45. Quod alii negant.
46. Civitates Imperiales olim Imperatorum bona patrimonialia fuisse videntur, & n. 61.
47. Imperatore præsente, Civitatum jurisdictio, vectigalia, &c. apud ipsum spectant, & n. 62. 63.
48. Superior judex inferiori inhibere potest, & ubi loquitur superior, tacere debet inferior.
49. Civitates Imperiales Imperatori adventanti claves portarum offerre solent, & n. 67.
50. Plus est subditum esse, quàm vasallum.
51. Civitates quotannis Imperatori Steuras ordinarias solvunt.

52. Tem-

52. Tempore Comitiorum Imperii Mareschallus in Civitate, ubi peraguntur, jurisdictionem exercet.
53. Nemo regalem dignitatem habere dicitur, nisi ad minimum Comitatu, vel Baronatu sit investitus.
54. Civitatum Imperialium Magistratus non videntur ea posse, quæ sunt majoris momenti, sine tribuum consensu.
55. Iure Austregarum non gaudent, & n. 84.
56. Quænam vota habeant, & n. 85.
57. Prætoris Civitatibus præfuisse videntur, & n. 86.
58. Civitates Imperiales non videntur habere subditos immediatè sibi parentes, & n. 87.
59. Nec videntur habere jus arrestandi, & n. 94.
60. Civitates Imperiales quare votum suum stantes exponant.
64. Vasalli à domino in jurisdictione impediri nequeunt.
65. Imperatoris officium est omnium jurisdictiones tueri.
66. Imperator mediatos evocare potest.
67. Olim monasteria nonnulla Advocatis claves tradere solita fuerunt.
68. Actus ita confectus præsumitur, ut nulli parti sit onerosus.
69. Non omnes Civitates Imperatori homagium præstant.
70. Olim reliqui etiam Status Imperatori homagium præstiterunt.
71. Quatenus Status superiores hodie Imperatori jurent.
72. Vasallus non jurans fidelitatem nihilominus debet.
73. Civitatum Imperialium homagium unde ortum.
74. Homagium Imperatori à Civitatibus semel præstatur.
75. Civitates Imperiales libertati suæ conservandæ student.
76. Imperator in Ecclesiis Cathedralibus jus primarum precum habet.
77. Imperii Mareschallus in Principum quoque Civitatibus jurisdictionem suam exercuit.
78. Civitates Imperiales à decreto, quoad hospitiorum designationem, & victualium taxationem ad Status Imperii provocarunt.
79. Aulici à Senatus Urbani jurisdictione sunt exempti.
80. Par in parem non habet Imperium.
81. Excubiarum cura cur ad Mareschallum pertineat.
82. Consulum & Senatorum in Civitatibus Imperialibus non eadem est potestas.
83. Syndici constitutio fit secundum cujusque loci consuetudinem.
88. Plurimæ Civitates Imperiales extra sua mœnia bona & subditos habent.
89. Quatenus Cives Civitatum Imperialium Imperatori, & ipsi magistratui subsint, & num. 90 91.
92. Iuramentum Civium Imperatori præstitum, non impedit, quò minus senatui immediatè pareant.
93. Expressio ejus, quod tacitè inest, non operatur ulterius.
95. Copia transactionis inter Imperii Mareschallum, & Civitates Imperiales.

PRæcedente libro in genere de Civitatibus actum fuit, restat nunc, ut de Civitatum Imperialium dignitatibus, prærogativis, juribus & privilegiis, tàm generalibus, quám specialibus, & quidem hoc libro secundo de generalibus, sequenti verò de specialibus agamus. Ad dignitatem & prærogativam Civitatum Imperialium imprimis spectat. 1. Quod dicuntur sanctæ, & inviolabiles, Heilig / ab Imperatore
1 Sigismundo in der weltlichen *reformation de anno 1436.* apud Goldast. *cap. 10. pag. 191.* da wurden die Heiligen Reichs-Stätt geordnet und gefreyet: darumb stehen sie geschrieben heilig; wann ihnen wird entpfohlen alle gerechte und Göttliche Seeligkeit / und wird die Christenheit durch sie gestärcket/ rc. Besold. *discurs. de jur. Civitat. Imperial. num. 10.* Caspar. Klock. *de contribut. capit. 5. num. 74.* Johan. Limnæ *de jur. publ. tom. 3. lib. 7. cap. 1. num. 43.* Author *apolog. Colmar. c. 1. membr. 1. fol. 128.* Sanctum autem, secundum JCtum Martianum, dicitur, quod ab injuria hominum defensum & munitum est, *l. sanctum. 8. ff. de rer. divis.* easque digniori nomine, quàm heilig / nominare non potuisse, scribit Bertram. *de Comit. Imper. concl. 45.* Et hoc sacrilego conatu violare & attentare, illos, qui Civitatum libertatem, jura ac privilegia, quâvis arrepta occasione, quantum possunt, imminutum, vel etiam prorsus abolitum eunt, earumque cives, 2
tanquam rusticos muro inclusos, eingemaurte Bauren/ alto supercilio despectant, iisque injuriosè insultant, cùm tamen nihil æquius sit, 3
quàm omnes & singulos Imperii Ordines ac Status, sese invicem, secundum cujusque gradum dignitatis, & qualitatem, pacis publicæ conservandæ gratia, comiterque officiosè observare, humaniterque sustinere, sicuti graviter scribunt Besold. *d. n. 10.* Joh. Georg. Becht. *de secur. & salv. conduct. conclus. 61.* Bertram. *de conclus. 45.* Caspar. Klock. *de contribut. cap. 5. n. 75.*

II. Civitates Imperiales ab Imperatore Sigismundo dicuntur, die würdige Reichs-Stätte 4
in der

in der Geistlichen *Reformation de anno 1431.* apud Goldast. *tom. 1. Constit. Imperial. fol. 170. in procem. ibi:* darumb sind ermahnt / deß ersten alle ihr Edlen Reichs-Stätt / & paulò post: darumb ihr Edlen Reichs-Stätte seynd ermahnt bey Gott Vatter/ rc. *& ibid. fol. 172. cap. 3. §. 11.* darzu sollen. *ibi:* und ihr würdige Reichs-Stätt / so man alle Welt rechnet / so sind ihr doch die Glieder / die an dem Göttlichen Recht nicht weichen sollen / Caspar. Klock. *de contrib. cap. 5. n. 73.* Apolog. Colmar. *d. fol. 127.*

5 III. In diplomatibus & privilegiis Cæsareis Civitates Imperiales passim dicuntur, Nobiles & nobilia Imperii sacri Romani membra, Edel: und Edle Glieder deß Heil. Römischen Reichs/ Sixtin. *de regalib. lib. 1. cap. 4. n. 8.* Paurmeist. *de jurisd. lib. 2. c. 2. n. 45. vers. ab Imperatorib.* Besold. *de jur. Civit. Imper. lib. 10.* Author, (qui creditur esse Joh. Gœddæus JC. & Antecessor Marpurgensis) deß gründlichen Berichts/ deß Heil. Reichs-Statt Fridberg Standt/ *Regalien, &c. part. 1. punct. 15. n. 14.* Klock. *d. cap. 5. n. 15.* Mager. *de advocat. cap. 6. num. 187.* Mingius *de superior. territ. concl. 43.* Joh. Limnæ. *de jur. publ. tom. 3. lib. 7. cap. 1. n. 41.* Maul. *de jure conducend. tit. 2. num. 18.*

6 Apolog Colmar. *cap. 1. membr. 2 fol. 41.* Sicuti Colonia Agrippina, in Huldigungs-Brieff Imperatoris Sigismundi vocatur, die edle Statt Cölln/ und daß dieselbe vor andern Stätten in Teutschen Landen Edler fundiret/ und mit mancherhand Freyheiten und Ehren manigfaltig gezeichnet sey / Besold. *de jur. civit. Imperial. numer. 5.* Johan. Limnæ. *de jur. publ. tom. 3. cap. 7. num. 11.* Sicuti etiam experientia comprobat, plures Civitates Imperiales, veluti Argentoratum, Ratisponam, Ulmam, Aquisgranum, Francofurtum, Spiram, Lubeccam, receptissimo stylo, Nobilitatis elogio honorari, imò quasdam Illustrium titulo & inscriptione, Dominos Clementes, Gnädige Herren/ exornari, testatur Dauth. *in miscellan. 99 fund. 3. oppos. 6. & 7.* Hier. Schurff. *resp. 26. n. 1. & 2. cent. 1.* Limnæ. *de jur. publ. lib. 7. cap. 1. n. 42.* Mingius *d. concl. 43.* Michaël. Heinß. *de jurib. Civitat. concl. 16. lit. a. in fin.* Ex quo etiam Imperator Justinianus, *in Novell. 15. in præfat. in fin.* de defensorib. Civitatum differens, hoc epiphonemate concludit; quantò enim quilibet præest melioribus, tantò major ipse & honestior est. Unde licet Civitates Imperiales Nobilitatis titulo non esse ornatas velit, Chassanæ. *in catal. glor. mund. part. 11. consid. 5.* is tamen ex hoc facilè refutatur, quod hoc elogio ab ipsis Imperatoribus honorantur, quod inter Status & Optimates Imperii referuntur, quæ summa post Imperatorem dignitas, quæ supra profanum vulgus evectæ, & in quibus plures nobilissimæ familiæ reperiuntur, sicuti ex subsequentibus apparebit.

7 IV. Sunt & dicuntur fulcra & columnæ Imperii, Säulen und Stützen deß Reichs / Petr. de Andlo *de Roman. Imper. lib. 1. cap. 16.* Bertram. *de Comit. Imper. concl. 45.* Mingius *de super. territ. conclus. 43.* Reinking. *de regim. secul. lib. 1. class. 4. c. 20. n. 8.* Joh. Limnæ. *de jur. publ. tom. 3. lib. 7. c. 1. num. 43.* Ex quo etiam super Civitates æquè, ac alia Imperii membra & fulcra sacrum Imperium Romanum fundatum esse, constat ex Petr. de Andlo *de Rom. Imper. lib. 1. c. 6. fol. 75.* & Goldasto in Reichshandlungen / *fulc. 17. seq. sub tit. & ibid.* Folget das Corpus. Postquam enim ab Imper. Ottone III. membra & Status Imperii in certas quaterniones & gradus fuerunt divisi, in quibus tanquam fulcris & columnis Imperium esset fundatum, ex civitatibus etiam Imperialibus nonnullæ ordinatæ sunt pro talib⁹ fulcris & columnis, & aliæ dictæ sunt, quatuor Imperii civitates, vier Stätte/ quatuor pagi, vier Dörffer/ quatuor rustici, vier Bauren / de quibus dictum est *supra lib. 1. c. 2.* Et classem civita- 9 tum Imperialium, una cum ordinibus Electorum, nec non Principum Ecclesiasticorum & Secularium, Imperium Politicum, vel jus Majestatis Reipublicæ Romanæ, æquè ac alios, & pro indiviso, repræsentare, scribit Besold. *de jur. civit. imper. n. 8.* Et hodiernæ faciei Sacrum Romanum Imperium, etiam super Civitatibus Imperialibus non minus ac super præcellentioribus Statibus fundari, scribit Johan. Adam Dapp. *de jur. civit. c. 6. n. 3.* ac ideò se procliviorem civitatibus esse, quod eæ fundamentum sacri Imperii Romani sint, respondisse Christophorum Fabrum Cancellarium quondam Moguntinum, de gravaminum sublevatione à Civitatibus Imperialibus in Comitiis Augustanis *anno 1582.* requisitum, refert Lehman. *Chron. Spirens. libr. 4. cap. 4. in fin.*

V. Civitates Imperiales non minima sunt 10 pars roboris sacri Imperii Romani, sicuti judicat Thuan. *histor. lib. 1. & 4.* Quod robur etiam non rarò contra Principes Imperatores inibi quæsiverunt, idque effectu maximum ibidem residere, comperti sunt, sicuti de Ludovico Bavaro, cùm contra eum Carolus Moraviæ Marchio, postea Carolus IV. dictus, eligeretur, commemorat ex M. Alberto, Lehman. *Chron. Spirens. lib. 7. cap. 32. in fin.* Inde hoc sentientem Carolum IV. in extollendis & augendis civitatibus, quarum opes & robur Imperii, admodum sedulum fuisse, refert ex Peucer. *lib 5. Chron. in vita Caroli IV fol. 179.* Bertram. *de Comit. Imper. conclus. 45.* Atque hoc etiam testatur Imperator Sigismundus in der Geistlichen Reformation, de *anno 1436.* quæ extat apud Goldast. *tom. 1. constit. Imperial. fol. 170.* ubi *in procem.* ita scribit: Aber eins soll man wissen/ daß es nicht mehr wol gehen möge / man habe dann eine rechte Ordnung / deß Geistlichen und Weltlichen Staates: wann die stehen bloß ohn alle Lydtmaß. Darumb seynd ermahnt deß ersten alle ihr Edlen Reichs-Stätt/ wann das Haupt ist kranck / die Geistlichen und Weltlichen Häupter lassen fallen / was ihm von Gott entpfohlen ist, und wann man es recht ansicht / so stehet es nur an den Reichs-Stätten / wann die schlieffen / und nicht wachten / so wäre die Christenheit Gottes / und aller seiner Gnaden entfrembdet / und wer alles Recht thun Gott unmär / wann Göttliche Ordnung erloschen steht. Darumb niemand zu ermahnen ist / dann allein die Reichs-Stätt / die höchsten Häupter seynd nicht zu ermahnen / wann sie haben das Unrecht im mit Gewalt. Unser Herr der Käyser oder König / mögen ihren Staat nicht mehr behalten. Der hochwürdig Staat ist abgezogen dem Reich von den Fürsten / und daß unser

unser Reich franck/ blöd / und schwach ist. Darumb ihr Edlen Reichs-Stätt seynd ermahnet bey Gott dem Vatter / bey JEsu Christo / bey seinem Rosenfarben Blut/ das er für uns vergossen hat / daß ihr ansehent / wie wir von Gott gefreyet seyn / wie wir uns halten sollen / wie alle Ordnung kein Glidtmaß hat/ die recht sey. Thut darzu / als ihr das oberst Glied seydt / auff die in dieser Zeit die Christenheit wol gebauen ist.

11 Atque hinc etiam VI. Civitatum Imperialium potentiam hodie in tantum crevisse, ut etiam cum potentioribus Germaniæ Principibus contendere valeant, confirmat Author *thesaur. polit. in relat. de aula & regn. Imperat. Roman. fol. 55.* Klock. *de contribut. cap. 5. n. 12.*

12 Atque inde VII. Civitates Imperiales supra profanum vulgus evectas esse, scribit Zach. Vietor. *de caus. exempt. conclus. 5.*

13 VIII. Civitates etiam Imperiales non solùm Nobiles appellantur, sed & Cingulum suum militare, id est, ihren Heerschildt / oder Underscheid der Ritterschafft und Nobilität obtinuerunt, sicuti ex privilegiis Imperatorum Saxonum apparere, scribit Joh. Dauth *Jun. in miscell. jur. publ. quæst. 1. fundam. 1.* Besold *de jur. civit. imperial. num. 10.* Præparabat enim primo omnium Henricus Auceps Imperator ad militiam subditos, armando eos, & ad pugnam aptos reddendo, ordinabatque, ut octoni in agris nonum quemque exeuntem, in bellum sustentarent, in Civitatibus verò quaterni quintum quemque alerent. Hæc est illa ætas, qua non pauci Nobiles creati, patriciique in Civitatibus facti, datis in familiam eorum insignibus, quorum virtus bello enituerat, Crusius *annal. Suevic. libr. 3. part. 2. cap. 9.* Exæquando igitur ministeriales suos, sive militares viros Urbicis, & retrò hos illis, in ordinibus etiam duxit, parique in honore habuit. Non enim Imperator admittebat inter militantes discrimina, sed

14 quemque pro sua virtute anteferebat: Indè facta est æmulatio in bonum. ut cives à quovis virtute se superari non paterentur, Albert. Crantz. *lib. 3. Saxon. cap. 12. & 18. & in metropol. lib. 3. cap. 11.* Draco *de origin patric. libr. 3. cap. 1. n. 9. seq.* ubi *num. 8.* ex Authore Chronci cujusdam manuscripti refert: Bey Käyser Heinrichs Zeiten / da die Ungarn dieses Land sehr angefochten / setzte der Käyser/ daß der neundte Mann auß den Dörffern solte in die Stätt ziehen/ und selbige befestigen / und bewahren: Und der Käyser hatte einen Frieden genommen mit den Ungarn auff neun Jahr/ darinnen setzte er/ daß man Turnier solte halten / darumb / daß sich die Leuth in Waffen und Harnisch solten üben / und setzte/ daß der ältiste Bruder solte in das Heer fahren / und das Heer geräde solte fallen auf den nächsten Schwerdtmagen / das ward da ein Recht: zuvor war es nicht also/ dann da war es alles Erb/ und fiele auff den nächsten Magen oder Blutsverwandten: Nun sagen viel Leuth / daß Burger / so in Stätten sitzen/ nicht haben den Heerschildt (id est cingulum militare, aut Nobilitatem, ut *art. 3.* Landrecht. *lib. 1.* & alibi hæc vox usurpatur, Paul. Matth. Wehner. *pract. observ. verb.* Heerschildt) diese wissen nicht / daß das Heergerädte erst umb der Stätt willen gesetzet seye/ und daß sie sich an Ritterschafft üben sollen / und daß sie auch von Ritters Arth seynd / das ist scheinbar daran/ daß sie Heer geräde geben und nemmen. Also stehen im Sachsenspiegel im ersten Buch am 27. articul: Ein jedlicher Mann von Ritters arth / vererbet zweyerley / sein Erbe auff seinen nächsten Magen / und sein Heergeräde auff den nächsten ebenbürtigen Schwerdtmagen: Welcher Mann nicht von Ritters arth ist / der lasset Erb / und kein Heergeräde / an deme so scheidet sich der Heerschilt. Dieses Recht setzte König Carl vom Ritter / und Käyser Heinrich setzte dieses / daß die Burger under sich Heergeräde geben und nemmen solten / und das Heerschildt gebrauchen. Hierauß nemme ich diese Rede: Wer Heergeräde lasset / der hat den Heerschildt: die Burger geben und nemmen Heergeräde / darumb haben sie den Heerschildt: von Gesätzes wegen Käyser Heinrichs / dann bey Caroli Zeiten / war das Recht auff die Burger nicht gesetzt. Idem etiam confirmat Cyriac. Spangenberg / *in Chronic. Saxon. cap. 121. pag. 163.* ubi scribit Anno 924. Als Käyser Heinrich der Ungarn auß dem Land loß worden war / berathschlagete er mit seinen Herrn und Freunden / wie die Sachen künfftig anzustellen / damit die Land hinfort für solchem Uberfall und Durchstreiffen gesichert / und da darüber ein so Barbarisch und ungeheur Volck einen Einfall thun wurde / wie demselben zu begegnen / und ihrem Verwüsten und Verhören gewehret werden möchte: Als war für rathsamb angesehen / erkandt und geschlossen / daß die junge Mannschafft hinfort fleissig in allerley Ritterspiehl solte geubet werden: darzu schaffte der Käyser an allen Orten Wehr und Waffen / und andere Rüstung zum Schimpff und Ernst bräuchlich und nöthig: Er verordnete auch/ daß auff dem Land allezeit ihrer acht den neundten / in den Stätten vier den fünfften / als einen Kriegsmann unterhalten solten / und derselbe neundte vom Landvolck / solte in einer Statt wohnen/ in einer Behausung / darinnen in vorfallenden Kriegsläuffen / die anderen acht mit ihren Weibern und Kindern / wann ein Einfall geschehe / und fliehens noth were / sich neben ihme enthalten und behelffen köndten: Solche Behausung solte der neundte im baulichen Wesen erhalten / und dargegen solte er den dritten Theil an allen Früchten jährlichen auffzunemmen haben / und davon sich zur Nothdurfft versehen / das andere zum Vorrath auffschütten: die acht aber solten das Feld bestellen / und einbringen / was Gott bescheren wurde / und also den gemeinen nutzen / zu ihrem selbst besten befördern helffen: Der Käyser befestigte auch die Stätte mit Gräben und Mauren / und wolte nicht / daß Würtschafften und wolleben / oder dergleichen grosse Gastereyen / noch einige wichtige Handlungen / noch Märckte / auff dem Land / in den Dörffern / sonder allein in Stätten solten gehalten werden / allerley Unrath zuvor kommen / und damit das Baurs-Volck auch unter den Burgern zu Friedens Zeiten lehrnen möchte / wie sie sich in Kriegsnöthen / wann sie in Stätten bey einander seyn müßten / verhalten solten / derohalben er auch verordnet / alle Jahr Heerschaw zu thun / das Volck zu mustern / und zum Krieg abzurichten / und in fechten / ringen / springen / rennen / stechen und brechen zu üben / damit sie hurtig und zum Ernst fertig wurden / deß Harnisch und Rüstung gewohneten / und welche sich dann hierinnen

am besten übeten/und am besten anliessen / die wurden vor andern herfür gezogen / und dem Adel gleich geachtet: dahero kommen die Geschlechter in den Stätten/ welche gemeiniglich anfänglich / von den Dörffern und Flecken (wie zuvor gedacht) in die benachbarten Städt genommen waren / und deß mehrentheils auch von denselben umligenden Dörffern / ihre Geschlechts-Nahmen bekommen/ 2c. Quibus etiam consentit Wolffgang Krauß in seinem Stamm- und Ankunfft-Büchlein deß Hauß Sachsen/ ubi ait: zu dem hat er (Henricus Auceps) befohlen / Heerschaw zu thun/ und Musterung gehalten / die Mannschafft zum Krieg abzurichten/und im Ringen/Springen/Fechten/Stechen/ Brechen/ Rennen / Turnieren/ und andern Rittermäßigen Dingen zu üben / welche sich hierinnen mannlich und wol erzeigt / die seynd den andern fürgezogen / mit Schildt und Helm/ und Rittermäßigen Wappen verehret / und die nächsten nach dem Adel gehalten worden.

15 IX. Ad majorem Civitatum Imperialium dignitatem & splendorem facit, quod nonnullæ Consules, Senatores, imò etiam concives habuerunt, & adhuc dum habent, Comites, Barones, Nobiles & patricios, prout videre licet Argentorati, Norimbergæ, Augustæ, Ulmæ, Francofurti, & aliis nonnullis Civitatibus Imperialibus, sicuti etiam olim Argentorati omnis ferè Regiminis & Imperii potestas penes Nobiles fuit, & adhuc hodie pro tertiâ ferè parte Reipublicæ administratio penes Nobiles existit, omniaque ejusdem Reipublicæ decreta & mandata sub nomine Prætoris, eines Stättmeisters/ qui Nobilis est, publicantur. Sicuti etiam quamplurima monasteria etiam superiora, Abbates & Abbatissæ in Civitatibus Imperialibus in clausuris & habitationibus suis jus superioritatis non habent, sed id ad ipsam Civitatem pertinet, & ipsi quandoque Abbates & Abbatissæ, Civitatum ipsarum cives existunt, sicuti de Abbatissa Lindaviensi constat, quæ ultra trecentos annos Lindaviæ Civis extitit, & adhuc existit, Auctor *actor. Lindaviens. cap. 55. post princ.* Imò à fide dignis habeo, quod Abbas S. Gallens. in Civitate Tiguro civis esse, & genibus incumbens ipsi juramentum præstare teneatur, prout ex adposito sequenti diplomate patet.

Das Burg- und Landrecht zwischen Herrn Abbt von St. Gallen und den vier Orten Zürich/ Lucern/ Schweitz und Glarus aufgericht

ANNO 1450.

Wir Caspar von Gottes Verhängnuß Abbt / und der gemein Convent deß würdigen Gottshauß St. Gallen / deß Ordens St. Benedicti im Constantzer Bistumb gelegen / dem heiligen Stuhl zu Rom / ohn alles Mittel zugehörend / thun kundt offentlich mit diesem Brieff allen / die ihn sehend oder hörend lesen / gegenwärtigen und künfftigen Leuthen/ denen es zuwissen nothdürfftig ist / daß Wir in unserm gemeinen Capittel offt und dick gar eigentlich betrachtet habend / daß Wir und unser Gottshauß ohne Schirm der Weltlichen nicht bleiben noch bestehn mögend / und wo Uns und unser Gottshauß Schirm und Trost allernutzlichest zu suchen sey / damit unser Gottshauß in Würden und Ehren / und bey seinen Rechnungen bleibe/und Wir und unser Nachkommen dem Allmächtigen Gott und würdigen Himels-Fürsten St. Gallen und St. Othmarn darum desto vollkommenlicher und andächtiger gedienen mögend, und nach gar mängem getrunglichen und ernstlichen Rath/ so Wir offt und dick in unserm Capittel darumb gehebt/ und auch anderer unserer Freunden und Gönneren / und auch aller der unseren / die uns und unserem Gottshauß zugehörend / Raths darinnen gepflogen handt: So habend Wir nit anderst finden können/ dann daß uns und unserm Gottshauß allernützlichest seye Schirm und Trost zu suchen / an die Nothvesten/ Fürsichtigen und Weisen/ Burgermeister und Schultheissen/ Amman/ Rähten und Gemeinden dieser nachgeschriebnen Stätt und Länder / namblich Zürch / Lucern/ Schweitz und Glarus/als an die/ die das Lob und Ehr von dem Allmächtigen GOtt und auch der Welt erfolget hand/daß Sie ihre Gottshäuser und ihre Priesterschafft so redlichen schützend / handthabend und schirmend/ daß Sie deß gegen GOtt und der Welt Lob und Ehr / und ihre Gottshäuser deß Nutz habend. Darumb mit wolbedachtem Muth/ und sonderlicher gründlicher Vorbetrachtung und gutem Raht unser guten Fründen und Günneren/ und auch unser selbs / und aller der unseren/ so unserem Gottshauß zugehörend / es seyen die von Wyl / oder ander / wer / oder wie sie geheissen seyend/ niemand außgescheiden / so habend Wir für uns und unser Gottshauß und alle unsere Nachkommen / und alle die unseren / so unserem Gottshauß zugehörend / oder künfftiglichen immer zugehören werden / niemand hindan gesünderet / und ihre Nachkommen / durch unser und unsers Gottshauß Nachkommen und aller der unseren/ und ihre Nachkommen/ als sie hievor geläutert seynd / und hiernach durch scheidenlicher underscheiden werden / und gemeinlich deß Lands Schirmung / Friedens / Ruh / Gnaden / Nutzes/ und Fromung willen / von den obgenandten unseren guten Fründen von Stätten und Länderen der obgenandten Eidgnossen / namblich Zürich / Lucern/ Schweitz und Glarus ein ewig Burger-Recht und Land-Recht an uns genommen / und nemmen das an uns in Krafft diß Brieffs / namblich mit unser Statt Wyl im Turgäw/den Vestenen Iberg und Roschach/ der Gerechtigkeit der Burgsässen / und sonst mit allen anderen Schlossen / Thäleren / Landen und Leuthen / so Wir jetzund hand/ oder hinfür gewunnend / namblich zwischen dem Bodensee und Zürchersee gelegen / nützit außgenommen / dann was in der vorgenandten Eydgnossischen Gerichten und Gebieten gelegen ist/ mit den Worten/ Stucken/ Puncten und Articklen/ als hernach geschrieben stahts/ dem ist also.

Item deß ersten / daß Wir obgenandter Abbt Caspar für uns und solch unser Stätt/Schloß/Thäler/Land und Leuth / so uns und unseren Vorfahren hand geschworen / jetz geschworen hand / für sich und alle ihre Nachkommen leiblich Eyd zu Gott / und den Heiligen / solch Burger-Recht und Land-Recht mit den obgenandten unseren Freunden von Stätten und Ländern hinfür ewiglich zu halten/getrewlich und uhngefährlich/ und das nimmer aufzugeben / noch darvon zutretten/ umb kein Sach nimmer zu suchen noch werben / weder durch uns oder jemand anders / noch durch niemand von unsertwegen / damit diß Burger-Recht und Land-Recht abgethan / und darvon getretten möcht werden/ in kein Weiß/so jemand erdencken mag oder kan / ohngefahrlich.

Deßgleichen sollen alle die unseren / die uns noch nicht geschworen hand/ und uns hinfüro schweren werden/den obgenandten von Zürch/Lucern/Schweitz und Glarus auch schweren/ohn alle Widerred; und gäntzlich ohn alles Widersprechen/ ohneGefärd : und so dick ein newer Abbt zu St. Gallen wirdt / derselbige Herr und alle die Seinen / wie die obgenandt seynd / sollend dann zu Stund sönlich Eyd aber schweren und erneüweren/so dick das beschicht/ ohn alle Widerred und Intrag/ und gäntzlichen ohn alle Gefährd.

Item daß Wir obgenandter Abbt von St. Gallen / unser Convent, und alle unsere Nachkommen/ mit der Stadt Wyl / mit den Vestenen Iberg und Roschach/ und auch mit der Gerechtigkeit unser Burgsässen/den obgenandten unseren Fründen den Eidgnossen der benandten Stätten und Ländern gehorsam / gewärtig und hilfflich seyn sollend / so dick das zu schulden kompt / daß Sie unser bedörffen / zu allen ihren Nöhten inwendig den obgenandten Seen / in unser selbs Costen/getreulich und ohngefährlich.

Item/ und daß die unseren von Wyl / auch Iberg und Roschach / und die Gerechtigkeit der Burgsässen/ und alle andere unsere Städt und Schloß / die wir hinfür gewunnend / inwendig den Seen und Kräisen der obgenandten Eidgnossen von Stätten und Länderen/offen Häuser seyn sollend zu allen ihren Nöhten/als dick und als vil/daß es zu schulden kompt / doch ohne dergleichen Schlösseren/mercklichen Schaden / also/ob dieselben Eidgnossen obgenandt von Stätt und Länderen/ Leuth darin legen/oder dardurch/ oder herwider schicken wurden / daß sie dann umb ihren Pfenning bescheidenlich zehren / und die Stätt und Schloß herwiderumb bescheidenen Kauff mit essen und trincken geben sollen/ohngewärth.

Item/ob Wir obgenandter Abbt / unser Convent, unser Gottshauß und die unseren oder unsere Nachkommen / gemeinlich oder sonderlich mit jemand Stoß hetten oder gewinnend / die in diesem Burger-Recht oder Land-Recht nicht begriffen werend/ und unser Widertheil Recht bute auf die obgenandten Eidgnossischen von Stätten und Länderen/solches Rechten sollend wir ingohn / und uns an solchen Rechten gäntzlich benügen lassen und kein anders suchen / und von dem Krieg lassen/ wann wir deß von den vorgenandten Eidgnossischen von Städt und Länderen ermahnt werden.

Item / wann auch Wir oder unsere Nachkommen oder unser Gottshauß der obgenandten Eidgnossischen von Städt und Länderen Bottschafft begehren/ die soll man uns nicht versagen / doch in unserem Costen/ und innert den obgenandten Seen / und nicht fürer.

Item/ daß Wir auch unser Convent und unser Gottshauß zu St. Gallen und all unser Nachkommen bey allen unseren Herrlichkeiten/ Rechtungen und Freyheiten / und freyen Zug / und die Gottshauß-Leuth auch bey ihrem freyen Zug bleiben sollend / und daß die obgenandten Eidgnossen uns / unser Gottshauß / und unsere Nachkommen / auch die unsern von Wyl / Iberg und Roschach und ihre Nachkommen ihnen getrewlich lassen befohlen seyn / daß wir darbey bleibend / und uns in allen unseren Sachen ihr best und wegest thun / als anderen ihren Burgeren und Landleuthen / und als sie mit ihren Burgeren und Landleuthen herkommen seynd / ohn alle Gefärd.

Und in diesem Burger-Recht und Land-Recht haben Wir uns vorbehebt unseren Allerheiligsten Vatter / den Papst / und unseren gnädigsten Herren den Römischen Kayser und König / was Wir denen von Rechtswegen oder Gelübten und Eyden wegen pflichtig seynd zu thuen / und auch was die Geistlichkeit berührt / doch also das Burger-Recht und Land-Recht von uns und unseren Nachkommen / und allen unseren fürbaßhin ewiglich getrewlich gehalten werde / inmassen / als hievor geschrieben steht/ ohn alle Gefärd und Arglist / hierinn gantz außgescheiden.

Und hierüber zu wahrem vesten Urkhundt und Zeugnuß aller obgeschriebnen Dingen / haben Wir obgenandter Herr Abbt und der Convent, unser Abbt- und gemein Convents-Insigel für uns und unsere Nachkommnen an diesen Brieff vier gleich/ dero jedlichem der obbenandten Stätten und Länderen einer gegeben ist / hencken lassen / der geben ist zu Pfeffikon am Zürchsee / am Zinstag / nechst nach unserer lieben Frawen zu mittem Augsten/ zu Latein genambt assumtio, nach Christi Geburt / da man zehlt vierzehenhundert und in dem ein und fünffzigisten Jahr.

Hernach sind *Anno* 1479. und *Anno* 1490. noch zwo andere Uberkommnuß zwischen dem Gottshauß St. Gallen / und den vier Schirm-Orten gemacht und auffgericht worden/ innhalten / daß ein jedes von diesen vier Orten einen frommen / gestandenen weisen Mann zwey Jahr an einanderen mit vollmächtigem Gewalt / zu Hilff/ Trost und Frommen deß Gottshauß / und auch in desselben Gottshauß Lasten bey einem Abbt in seiner Landschafft haben / und Er also ein Hauptmann in der vier Orten Nahmen daselbst heissen/ und seyn solle / deme das Gottshauß Futer und Mahl/ auch 50. Fl. Rheinisch jährlichen Sold geben solle. Welcher hingegen auch einem Abbt / Ihme zu deß Gottshauß Nutzen und Frommen / berständig und gehorsamb zu erscheinen/einen gelehrten Eid schweren soll.

Durch den letzteren Vertrag ist auch versehen/ daß von allen Frevlen und Straffgelt / sie werden berechtet oder güetlich verglichen / der halbe Theil dem Hauptmann zuhanden der 4. Orten gegeben werden; der ander halbe Theil aber dem Abbt und seinem Gottshauß zudienen und gehören solle.

Es

Es sollen auch alle Gottshauß-Leuth den ermelten 4. Orten zu ihren Kriegs-Nöthen / gehorsamb und gewärtig seyn / ihr Ehr und Nutz furderen und Schaden wenden/und ob sich begebe/daß dieselben 4. Ort sambtlich/ oder ein Statt oder Land unter ihnen besonder/mit jemand / wer die werend / Mißhellung oder Krieg hettend oder gewunnend; so sollen dieselben Gottshauß-Leuth/auf Erforderung / so die genandte 4. Ort thun/ ihnen ohnverzogenlich/und ohn alle Widerred / mit ihrem Leib und Gut befohlen und berathen seyn / und zu ihnen oder anderen / wohin dann die 4. Ort gemeinlich oder der mehrtheil unter ihnen sie bescheiden/ziehen/ und darzu ihr bestes und wegist zuthun/ in derselben Gottshauß-Leuth Kosten / wie offt das zu schulden kombt/ gleicher weiß / als ob die Sach deß Gottshauß eigen Sach were/ und sie einem Abbt / oder dem Gottshauß zu thun/schuldig und pflichtig seynd / ohn alle Intrag und verhinderen. Doch wird hierinn überal excipirt das Tokenburg/wegen deß sonderbarn Landrechts/ so selbige Leuth mit Schweitz und Glarus allein haben. Prout hæc ex illis, quæ *infra lib. 3.* de singulis Civitatibus Imperialibus dicentur, manife-

16 stius patescent. At constat digniorem reputari, qui in Nobiliores dominatum habet, *Novel. 15. in præfat. in fin.* Cephal. *cons. 615. n. 3. lib. 5.* Natta *cons. 637. num. 35. tom. 3.* Menoch. *consil. 126. num. 15. in fin. lib. 2.* & qui illustrioribus & dignioribus regulas præscribit, Scipio Ammirat. *lib. 2. discurs. polit. cap. 8.* Eoque quis dijudicatur nobilior, quo nobilius subjectum habet, Capyc. *decis. 27. num. 23.* Simon. Pistor. *consil. 18. num. 17. vol. 1.* Cum ex dignitate subditorum dignitatis præeminentia dignoscatur, Modest. Pistor. *cons. 51. num. 36.* Marzar.

17 *cons. 26. num. 63. seq.* Ex quo etiam Maximilianus I. ejusque nepos Carolus V. Imperatores, ad ostentandam præ cæteris Regibus præeminentiam, jactare solebant, se esse Reges Regum, Reges Hispaniæ hominum, & Galliæ Reges Asinorum, Caspar Ens *in thesaur. polit. part. 3. apotelesm. 53. de author. & potest. Reg. Hispan.*

18 X. Imò Civitates nonnullæ Imperiales integros Comitatus, Baronatus, aliasque ditiones & amplissima territoria, districtus & Nobilissimas Respublicas obtinent & gubernant, veluti Argentoratum ditionem Barrensem, die Herrschafft Barr / Norimberga, die Herrschafft Heideck und Rotenberg / Ulma, die Graffschafft Helffenstein und Herrschafft Albeck / Halla Suevorum, die Herrschafft Hohnhart und Fehl-

19 berg/ ꝛc. Dignior autem meritò is prædicatur, qui potentiorem vel majorem districtum habet, Fichard. *consil. 77. num. 15. tom. 1.* sicuti & is, qui altero ditior est, Menoch. *consil. 126. n. 26. tom. 3.* Cephal. *cons. 615. num. 137. libr. 5.* in multitudine enim populi dignitas Regis est, in paucitate, ignominia Principis, *Proverb. cap. 14. vers. 28.* Ex quo etiam vulgò traditur, quod si quis plebejus de feudo nobili, veluti Ducatu, Comitatu, vel Baronatu ab Imperatore investitur, is nobilis efficiatur, Petr. Fritz. *de nobilit. conclus. 16.* Nolden. *de stat. nobil. capit. 5. num. 51. seq.* & quod is, qui de feudo regali investitur, ad regiam dignitatem adspiret, & præcellentiam Nobilitatis consequatur, tradit per *c. 1. in princ. Quis dicat Dux. 2. feudor. 10.* Peregrin. *consil. 20. num. 7. lib. 1.* Quod suo exemplo comprobant Principes Ecclesiastici, quorum etsi nonnulli ex plebejo, & ignobili genere nati, per feuda tamen Imperii ad apicem & fastigium summum dignitatis & Nobilitatis evehuntur, Modest. Pistor. *consil. 49. num. 3. vol. 2.*

XI. Ad splendorem quoque Civitatum 20 Imperialium spectat, quod in iisdem majores & solenniores actus ab Imperat. & Ordinibus Imperii peraguntur: Ita enim electio Regis & Imperatoris Romanorum fieri debet Francofurti, ita ut alibi fieri nequeat, *Aur. Bull. tit. 25. §. invenimus.* Michaël. Heinß. *de jur. Civit. Imperial. conclus. 33. litt. d.* Justus Sinolt. *tom. 1. Colleg. de jur. publ. disp. 10. conclus. 5. lit. A. & de Vicar. Imper. potest. conclus. 32. lit. d.* Benedict. Carpzov. *de leg. Reg. German. cap. 5. sect. 6. num. 1. seq.* idque propter verbum *in d. Aur. Bull.* positum, *debet*, Soll / quod est dispositivum, & necessitatem importat, *l. prætor ait. ff. de edend. l. sæpè audivi. ff. de offic. præsid.* Besold. *thes. pract. verb.* Sollen. Unde etiam Saxoniæ Elector inter conditiones de Rege Romano eligendo & creando, & hanc addit: Moguntinus Francofurtum Collegas ad certum diem convocet, neque sit in ipsius potestate conventum alio in loco indicere, nisi collegæ gravibus de causis permittant, Sleidan. *de Stat. Religion. libr. 8.* Idque ob loci commoditatem, & singularem affectionem & benevolentiam, qua hanc civitatem Carolus IV. fuit prosecutus, Carpzov. *d. sect. 6. num. 4. & 6.* Quod si tamen justa ali- 21 quà causa subsit, quò minus commodè & sine periculo Francofurtum Electores pervenire valeant, quin electio hæc alibi peragi possit, non dubito, veluti si pestis ibidem grassetur, *arg. l. casus. 8. C. de testam.* vel alia necessitas urgeat, quæ à legis præscripto excusat; per *l. de pupillo. 5. §. si quis rivos. 11. ff. de oper. nov. nunc.* Quo casu tamen civitati Francofurtensi literæ Reversales dari solent, quod hoc ipsi præjudicio esse non debeat. Quod etiam Aureæ Bullæ *d. tit. 25. §. invenimus.* conveniens est, *ibi*: nisi præmissis omnibus, seu eorum alicui, impedimentũ legitimum obviaret. Bened. Carpz. *de leg. Reg. German. cap. 5. sect. 6. n. 9.* Ita enim post Auream Bullam, alibi electi sunt Imperatores, quàm Francofurti, veluti Ferdinandus I. Coloniæ, Sleidan. *de Stat. Relig. lib. 7.* Maximilianus II. & Rudolphus II. Ratisponæ, Thuan. *histor. libr. 31. & 60.* Sicuti etiam nuper Imperatorem Ferdinandũ III. Ratisponæ & Ferdinandum IV. Augustæ Vindelicorum electum fuisse, constat. Quod etiam olim ante Aureæ Bullæ ordinationem obtinuit: Ita enim Imperatores Otto II. Aquisgrani,

Cuspinian. *in vit. Otton.* II.

Henricus III. itidem Aquisgrani,

Krantz. *in metropol. lib. 4. cap. 10.*

Henricus V. Wormatiæ,

Frisingens, *lib. 1. cap. 40. histor.*

Lotharius II. Moguntiæ,
Frisingens. *d. l. lib. 7. cap. 17.*
Conradus Suevus, Constantiæ electi fue-
runt,
Frisingens. *de reb. gest. Frider. Imper. lib. 1. cap. 2.*

PostAureæ Bullæ verò constitutionem sub-
sequentes Imperatores Francofurti electi
sunt, veluti Wenceslaus Caroli IV. filius, Lu-
dovicus Bavarus, Rupertus Palatinus, Sigis-
mundus, Albertus II. Fridericus III. Maximi-
lianus I. Carolus V. Matthias I. Ferdinandus
II. Benedict. Carpzov. *d. cap. 5. sect. 6. n. 3. & seq.*
Leopoldus. *vid. infr. libr. 3. c. 14. n. 15. seq.*

22 XII. Coronatio Imperatoris fieri debet
Aquisgrani, *Aur. Bull. d. tit. 25. §. invenimus.*
Ordnung deß Regiments zu Wormbs/ *de anno 1521.*
in princ. Johan. Limnæ. *de jur. publ. lib. 2. cap.*
4. num. 6. & seq. & ibid. tom. 4. & tom. 5. num. 8.
fol. 16. & ad A. B. cap. 28. §. 5. c. 9. fol. 586. Cùm
enim Imperator Carolus Magnus Civitate A-
quisgranensi unicè delectaretur, ibidem filius
ejusdem Ludovicus Pius inaugurari voluit,
id postmodum ab aliis Imperatoribus religio-
sè usque ad Carolum V. observatum fuisse,
scribit Guicciardin. *in description. Belgii.* Et li-
cet Hartman. Maurus in descriptione corona-
tionis Caroli V. sub initium scribat, licere Ar-
chiepiscopo Coloniensi, ex privilegio Ruperti
Imperatoris, quocunque loco suæ provinciæ,
suo arbitratu coronationi locum præfinire,
aliud tamen ex ipso Mauro *de coronat.* Caroli
V. apud Goldast. *part. 3. Polit. Imperial. discurs.*
3. fol. 266. apparet, ubi addit: Carolum admo-
nitum de peste Aquisgrani non nihil grassan-
te, per Consiliarium suum respondisse: Se an-
tiqui moris respectum habere, constanterque
decrevisse, nullibi, nisi in antiqua Carolorum
sede Regni diadema assumere: Non consul-
tum esse, ob levem, momentaneamque cau-
sam ritum coronandi priscum, adversus præ-
scriptum Aureæ Bullæ novare, Bened. Carpz.
23 *de leg. Reg. German. cap. 11. sect. 10. num. 17.* Quod
tamen postmodum non tàm exactè & ad a-
mussim semper observatum fuisse, constat. Et
non obstante Aurea Bulla, ejusque expressa
decisione, inter Regem & Septemviros conve-
nisse, ut certis de causis Coronatio Imperato-
ria, non Aquisgrani, sed Francofurti fieret;
cùm præsertim ex historiis notum sit, actum
Coronationis, non semper Aquisgrani, sed
aliis etiam locis, puta Francofurti, *anno 1575.*
celebratum fuisse, scribit Gothard. Arthus. *in*
descript. Coronat. Matthiæ I. apud Goldast. *part.*
1. polit. Imperial. discurs. 14. fol. 774. Atque hoc
etiam exempla demonstrant Imperator. Fer-
din. I. & II. Maximiliani II. & Matthiæ I.
Leopoldi, qui omnes Francofurti coronati:
Nec non Rudolphi II. & Ferdinandi III. qui
Ratisponæ, Ferdinandi IV. qui Augustæ Vin-
delicorum Coronam susceperunt. Et priori-
bus seculis Carolum IV. & Rupertum Bava-
riæ Ducem, non Aquisgrani, sed Bonnæ, pro-
pè Coloniam Agrippinæ, coronatos refert Ca-
nin. *discurs. ad Aur. Bull. part. 1. fol. 71.* Indè,
cùm regalia Imperii symbola Aquisgrani ex
parte asserventur, si Coronatio Regis Roma-
norum alibi instituatur, solere Electores Ca-
pitulum & Prælatos Regalis Ecclesiæ Aquis-
granensis eò evocare, ac monere, ut prædicta
symbola secum afferant, idque in electione Im
perator. Ferdinandi II. ita peractum esse, ex
Matenesio, *de Coronat. Ferdinandi II. lib. 3. cap. 87.*
refert Johan. Limnæ. *de jur. publ. libr. 7. cap. 2.*
num. 8. tom. 3. ubi addit, eosdem evocatos com-
paruisse, & secum ex sanctissimo suo lipsano-
phylaci attulisse I. Gladium Caroli Magni,
Persico acinaci non dissimilem, cujus Capu-
lus Aureus, insolentibus gemmis distinctus, &
serpentis exuviis obductus, vagina verò por-
tione monocerotis exornata, quo ordine Re-
gia Majestas Equites Auratos creat. 2. Librum
Evangeliorum aureis literis scriptum, quem
in sepulchro Caroli Magni, lamina argentea
inaurata tectum reperierunt. 3. Sanguinem
S. Stephani protomartyris, aurea capsa clau-
sum, quæ puro auro & unionibus incrustata
est, confer. *infra lib. 3. c. 38. n. 53.*

XIII. Comitia quoque Imperialia in Ci-
vitatibus Imperialibus haberi solent. Ita enim 24
Imperatorem curiam primam Regalem ha-
bere debere Norimbergæ, constitutum est in
Aurea Bulla. d. tit. 25. §. invenimus. Quod ta-
men non ita præcisè hactenus observatum
fuit, Bertram. *de Comit. Imper. conclus. 22.* Nam
Fridericus III. primam suam Curiam Rega-
lem habuit Francofurti, Reichs Absch. zu Franck- 25
furt/ *de anno 1442.* Lehman. *Chron. Spirens. lib. 7.*
cap. 98. Maximilianus I. Augustæ Vindelico-
rum, R. A. zu Augspurg/ *de anno 1566.* Rudolphus
II. itidem Augustæ Vindelicorum, R. Absch. zu
Augspurg/ *de anno 1582.* Imper. Matthias, uti &
Ferdinandus III. Ratisponæ, R. A. zu Regen-
spurg/ *de anno 1613. & 1642.* Et cùm Carolus V.
Norimbergæ primam suam Curiam non con-
stitueret, causam ejus pestem allegavit, R. A. zu
Wormbs wegen deß Regiments/ *de anno 1521. in*
princ. Et Maximilianus I. facti sui amplio-
rem rationem reddidit, nec quicquam à se de-
rogatum Aureæ bullæ testatur in R. A. zu Aug-
spurg/ *de anno 1566.* §. wiewol dann letzlich nach dem
alten Herkommen. Et licet olim Comitia sub
dio, in locis Campestribus fuerint celebrata,
Radevic. *libr. 2. c. 1.* Günther. *in Ligur. libr. 2.* &
postea etiam in villis, præsertim Reins/ Lohen-
stein/ Kuffenstein/ Freher. *ad Ludolph. de Baben-*
berg. c. 3. vers. possunt. & ad *Petr. de Andlo. lib. 2.*
c. 2. vers. vocare ad oppidum. Ex villis tamen in
Civitates commigraverunt, & in civitatibus
insignioribus, & quidem Imperialibus & libe-
ris habita fuerunt, idque propter majorem re-
rum affluentiam, & quia ipsis Imperii arcana,
quæ in minutulorum magistratuum notitiam
devenire non debent, cognita sunt, Arumæ. *de*
Comit. c. 5. n. 26. Benedict. Carpzov. *de leg. Regia*
German. c. 5. sect. 6. n. 17.

An autem hodie Comitia præcisè in Ci-
vitatibus Imperialibus fieri debeant, non satis 26
constat? Negant hoc Bertram. *de Comit. concl.*
22. Arumæ. *tract. de Comit. c. 5. n. 25. & 31.* Carpz.
d. sect. 6. per tot. Johan. Limnæ. *de jur. publ. lib.*
7. c. 1. n. 43. seq. Verùm hoc constat, quod lon-
gissimè

gissimo tempore Comitia non nisi in civitate aliqua Imperiali celebrari sint solita, veluti Augustæ annis *1500. 1518. 1530. 1548. 1551. 1555. 1559. 1566. 1582.* Coloniæ, *anno 1512.* Constantiæ, *1507.* Eslingæ, *1526.* Francofurti, *1442.* Friburgi Brisgoiæ, *1497.* Norimbergæ, *1356. 1522. 1524. 1542.* Ratisponæ, *1507. 1527. 1537. 1541. 1546. 1557. 1567. 1576. 1594. 1598. 1603. 1613. 1642. 1654. 1662.* Spiræ, *1526. 1529. 1542. 1544. 1557. 1570.* Treviris, *1512.* Wormatiæ, *1495. 1521. 1545.* Lindaviæ, *anno 1496.* quæ die Martis ante Nativitatis Mariæ inceperunt, & die Jovis post Esto mihi festum *anno 1497.* finem habuerunt. Anterioribus etiam temporibus in municipiis & villis Comitia coacta fuisse, ex præcedentibus constat. Sic enim Otto III. Quedelburgi, *anno 985.* Conventum habuit, teste Andrea Wittich. *part. 1. genealog. Duc. Saxon. c. 15.*

Fridericus IV. Oppenheimii,
Crantz. *in metropol. lib. 4. c. 20.*
Moguntiæ, idem Crantz. *lib. 7. cap. 10.*
Henricus II. Tremoniæ & Noviomagi,
Crantz. *lib. 4. cap. 4.*
Fridericus I. Barbarossa, Wirtzburgi,
Idem *lib. 6. cap. 31.*
Ac Otto II. Magdeburgi Comitia habuerunt,

Heig. *part. 1. quæst. 8. n. 41.* Bertram. *de Comit. Imper. conclus. 22.* ubi addit, quod illi conventus, qui in alia præterquam Imperiali Civitate, ut Lunæburgi, *anno 1518.* Ubbo Emmius, *libr. 52. rer. Frisicar. fol. 230.* & Hannoviæ, *anno 1546.* Goldast. *tom. 2. constit. Imper. fol. 235.* recentius celebrati sunt, particulares fuerint, adeoque non mirum, quod ab observantia per immemoriale tempus hactenus continuata in iisdem exorbitatum sit. Ego cum Limnæ. *d. lib. 7. cap. 1. n. 47.* censeo, posse quidem etiam alibi quàm in civitate Imperiali Comitia indici & haberi, quia nullibi reperitur hoc interdictum, imò expressum in privilegiis Regibus Bohemiæ à Friderico Imperatore concessis, Bambergæ & Martispurgi curiam Regni posse celebrari. At non facilè à communiori tot annorum observantia recedendum esse, cùm ad eandem & Carolus V. in R. A. zu Wormbs/ *de anno 1521* §. Und soll obgemelt. *9.* reliquique Imperatores sese quodammodò astrictos agnoverint. Quem etiam sequitur, Justus Sinolt. cognomen. Schütz/ *in colleg. jur. publ. tom. 1. disp. 10. concl. 5. lit. d.*

28 In Imperatoris autem potestate est, in quanam civitate & loco Comitia indicere velit, nec de hoc Electorum consensum requirere tenetur, R. A. zu Wormbs/ *de anno 1512. d.* §. Und soll obgemelt *9.* & R. A. zu Regensp. *de anno 1527.* §. Und haben derhalben wir. *9.* Bened. Carpzov. *de leg. Reg. German. c. 5. sect. 6. n. 19. seq.* modò extra fines Imperii non instituantur, Capitulat. Cæsar. Ferdinandi II. & III. §. dergleichen Sie. *14. ibi:* Und sonderlich keinen Reichstag ausserhalb deß Reichs Teutscher Nation, &c. Carpzov. *d. cap. 5. sect. 4. n. 1. seq.*

29 XIV. Quamvis olim omnes civitates, etiam amplissimæ, solâ exceptâ Româ, pro privatis fuerint habitæ, *l. eum qui vectigal. 16. ff. de V. S. l. item veniunt. 20. §. in privatorum. 9. ff. de pet. hæred.* Schurff. *consil. 83. n. 2. cent. 2.* Peregrin. *de jur. fisc. lib. 1. tit. 2. n. 70.* Losæ. *de jur. univers. libr. 1. c. 2. n. 32.* & ea sola publica dicta, quæ populi Romani sunt, *l. bona civitatis. 15. ff. de V. S.* & nulla olim civitas aut Respublica dignitatis gradui adnumerata fuerit, *l. 3. §. etsi alterutram. C. de natural. lib.* Decian. *consil. 10. n. 17. & 8.* excepta Roma, quæ illustris, nec non totius orbis, hoc est ditionis & Imperii Rom. epitome, nominabatur, Petr. Pithæ. *adversar. lib. 2. c. 18.* Muret. *var. lect. lib. 17. c. 12.* Unde etiam reliquas civitates impropriè Respubl. dici putat Cephal. *consil. 615. n. 72. seq. lib. 5.* Losæ. *de jur. univers. lib. 1. c. 2. n. 3.* Verùm cùm hodie alia sit Re- 30
rumpubl. & Civitatum Imperialium facies & conditio, ita, ut quod olim fuit Roma, secundum formam legibus præscriptam, id hodie sint Status Imperii & Civitates Imperiales, qui Statum Imperii repræsentant, Hanfman. *de re monetar. concl. 11. lit. D.* & hæ populi Romani, sive Imperii pars sint, Zas. *tom. 1. var. consil. 10. n. 8.* fulcra & columnæ, membra nobilia, Status & proceres, jus Comitiorum, jura Principum realia sive territorialia, ac regalia cum magna dignitate obtineant, aliud dicendum est, & Civitates Imperiales & Imperio immediatè subjectas pro personis publicis haberi, & personarum public. jure gaudere, communis Doctorum schola affirmat, Sixtin. *de regal. lib. 1. c. 4. n. 90.* Gail. *2. observ. 57. n. 7. & 8.* Caspar. Klock. *de contrib. c. 5. n. 28. seq. & tom. 1. cons. 22. num. 95. & cons. 29. n. 383.* Petr. Heig. *quæst. 22. num. 20. libr. 1.* Reinking. *de regim. secul. libr. 1. class. 4. c. 20. n. 26. vel n. 37.* Scipio Gentil. *de jurisd. lib. 3. c. 22.* ubi ostendit, alium olim fuisse Statum Civitatum in Imperio, & inter alia ait, nullas tunc jure Romano, & more illius Imperii, tales fuisse in Imperio Civitates, quales hodie in Italia & Germania plurimas maximasque videmus, quæ & liberæ civitates appellantur, additque, se mirari esse doctos viros, qui à prædictis civitatibus, quæ olim privatorum loco habebantur, hodie argumentantur ad civitates liberas & imperiales, Sixtin. *d. c. 4. n. 90.* veluti, quæ hodie Romam repræsentant; Heintz, *de civit. imperial. concl. 18. lit. a.* ac hodie etiam privilegia Reipublicæ Romanæ ad cæteras Respublicas aliarum civitatum extendi, & in ipsas crimen læsæ majestatis committi posse, scribit Hieron. Gigas *de crim. læsæ majest. tit. quotuplex sit majest. n. 17. & q. 61. n. 1.* Boër. *de sedition. §. præsupponendum etiam. n. 5. seq.* Neque enim præsentem 31
Civitatum Imperialium Statum ex antiquo Romanorum jure, aut moribus & instituto gentium metiri licet: cùm multum intersit inter id, quod olim fuit, & quod nunc est, *l. quà res. 98. §. arcam. 8. ff. de solut.* Hering. *de fidejussor. cap. 11. n. 65.* Neque etiam omnes juris privati regulæ locum habent in jure publico, Warem. ab Ehrenberg. *lib. 2. de fœder. c. 1. n. 204.* ita, ut illi, qui jura & Statum civitatum ex præscripto legum civilium perpendunt, & æstimant, non modò operam & oleum suum inutiliter consumant, sed etiam perindè faciant, atque *Cervino capiti cervicem pictor equinam jungere si velit,* uti scribit eleganter Klock. *d. c. 5. n. 42.* Unde

quoque hodie habens districtum, vel jurisdictionem, publica persona dicatur, Bald. *in c. 1. de duob. fratrib. a Capitan. invest.* Sylvan. *de feud. recog. c. 110. n. 103.* Petra. *de fideicom. q. 13. n. 593* Klock. *d. c. 5. n. 39.* atque ita ex municipiis veterum Romanorum, earumque minima potestate, non rectè hodie ad civitates liberas vel imperiales argumentum duci, censet Scipio Gentil. *de jurisd. libr. 3. c. 22.* Klock. *d. c. 5. n. 41.* Et quod de civitatibus olim dictum fuit, eas privatorum loco haberi, id de civitatibus & oppidis municipalibus & Imperio mediatè subjectis, Lands-Fürstlichen Stätten / quæ proprio suo regimine destituuntur, hodie quoque exaudiendum esse, censet Gail. *2. obs. 57. n. 7. & 8. & de arrest. Imper. c. 9. n. 2.* Klock *tom. 1. cons. 29. n. 383. & de contribut. c. 5. n. 38.*

32 XV. Hinc etiam Civitates Imperiales comparantur Rebuspubl. Italicis, Scipio Gentil. *de jurisd. lib. 3. c. 22.* Klock. *de contribut. c. 5. n. 41. & 47. & cons. 29. n. 384.* & habentur pro Rebuspublicis illustribus, Hier. Schurff. *cent. 1. consil. 26. n. 1. & 2.* Dauth. *discur. general. & spec. de Rebuspubl. infer. Saxon perf. regim. fol. 36.* Maul. *de jur. conducend. tit. 2. n. 25.* Joh. Limnæ. *de jur. publ. tom. 3. libr. 7. c. 1. n. 42.* Quo prædicato *Reipublica* etiam ab aliis honorantur & salutantur, sicut inter alia ex novissima Pacificatione Westphalica ejusque *artic. 17.* sub finem videre est; & si quis prætendere vellet, quod civitates Germaniæ Imperiales non ita ab Imperio liberæ & exemptæ sint, sicuti Italicæ; Idem tamen de Germaniæ Principibus dicendum foret, qui itidem non ita, ut Italiæ Principes exempti, quo illi quoque ex eadem ratione, inferiores sint illis Principibus, qui Imperium non recognoscunt, quod tamen falsum esse, tradit Klock. *de contribut. c. 5. n. 70. & seq.*

33 XVI. Civitates, quæ aliis Statibus non subsunt, de hodierna consuetudine provinciam constituere, post Petram *de potestat. Princip. c. 3. q. 4. n. 23.* Molin. *de Hispan. primogen. lib. 1. c. 13. n. 55.* scribunt, Mager. *de advocat. c. 6. num. 187.* Klock. *de contribut. c. 5. n. 10. & cons. 29. n. 221.* & quod hodie quælibet civitas, quæ habet distinctum & separatum regimen & territorium, merum mixtumque Imperium, dicatur provincia, & instar provinciæ obtineat, tradunt gloss. *in l. fin. C. de præscript. longi temp.* Bart. *in l. unic. n. 5. C. de metropol. Beryt.* Cagnol. *in l. imperium. n. 162. seq. ff. de jurisd.* Franc. Marc. *decis. 366. n. 13. & 14. vol. 1.* Losæ. *de jur. universit. part. 1. c. 2. n. 11.* Cornel. *cons. 268. n. 28. vol. 4.* Casp. Klock. *de contribut. c. 5. n. 10. & tom. 1. consil. 29. n. 222. & tom. 3. cons 134. n. 20.* Alciat. *in l. notionem. num. 11. ff. de V. S.* & jura provinciarum habeat, Klock. *tom. 3. consil. 134. n. 18.* Et licet nonnulli *gloss. in d. l. fin. C. de præscript. long. temp.* de Italiæ civitatibus accipiant, rectè tamen ad Germanicas civitates, si illæ suum regimen obtineant, suosque sibi magistratus constituant, eandem extendi, statuit Bruning. *de var. universit. spec. concl. 36.* ubi enim eadem est ratio, cur non & idem jus ibidem erit.

34 XVII. Ex quo etiam Civitates Imperiales comparantur provinciarum præsidibus Romanis, Paurmeist. *de jurisd. l. 2 c. ult. num 34. seq.* Klock. *de contribut. c. 5. n. 10.* easque provinciæ vim habere ac Præsidis instar Imperium exercere, tenet gloss. *in l. fin. C. de præscript. long. temp.* Jason. *in l. 1. n. 22. ff. de offic. ejus, cui mandat. jurisd.* Klock. *d. n. 10.* & in provinciis & urbibus suis, tam quoad causas, quàm personas eandem juris reddendi, quàm Principes, Prælati, Comites & Barones in provinciis suis obtinent potestatem, iisdemque modis, quibus eorum, civitatum quoque jurisdictio restringitur, suspenditur & tollitur, ita, ut ad hanc rem opus non sit comparatione cum Præsidibus provinciæ, scribit Paurmeist. *d. n. 34.* ubi *n. 36.* addit, quod etsi liberæ Imperii civitates, nostri temporis, in eo quidem sint similes Præsidib⁹ provinciarum, quod sicut hi, tam quæ voluntariæ, quàm contentiosæ jurisdictionis fuerunt, exercere potuerunt, in universa provincia, *l. 2. ff. de offic. præsid.* tam in civilibus, quàm criminalibus causis & judiciis, *l. de omnibus. l. omnia. & seq. l. congruit l. observandum. ff. de offic. præsid.* & sicut iidem majus Imperium in provincia sua habuerunt omnibus post Principem, *l. præses. ff. de offic. præsid.* sic his quoque in urbibus sibi ab Imperio concessis, non tantùm quoad jurisdictionem, sed & alia in multis amplior & excellentior potestas sit, quàm præsidum officium: Quamvis enim Præsides semel constituti, tàm ab initio Reipubl. quàm sub Augustis, non temerè mutarentur, sed per multos annos continuarentur; inclinante tamen Imperio, provinciarum rectura tantùm annua fuit, & sic pro Principum arbitrio, temporaria, & mutationi obnoxia, sicuti ex Livio, & Cassiod. refert, Lazius *in comment. de Republ. Rom. lib. 2. c. 8.* cùm civitatum Imperialium jurisdictio, potestas & dignitas sit perpetua, per tradita Paurmeist. *de jurisd. d. cap. ult. n. 37. seq.*

XVIII. Hinc quoque Civitates Imperiales 35
ex communi doctorum sententia, in suis districtibus & territoriis jura Principis habere, & vicem Principis obtinere, tradunt per *l. prohibere. 3. §. plenè. 4. seq. ff. quod vi aut clam.* Bart. *in l. infam. n. 14. ff de publ. judic.* Gail. *2. observ. 57. n. 7.* Sixtin. *de regal. lib. 1. c. 4. n. 82.* Author. *decis. sive præjud. Cameral.* apud Gylm. *tom 3. verb. civitas imperialis in princ.* Thom. Michaël. *de jurisd. concl. 44. in fin.* Reinking. *de regim. secul. lib. 1. class. 4. c. 20. n. 8.* Besold. *de jur. civit. imper. num. 8. & thes. pract. verb.* Steur. *vers. cùm constet.* Maul. *de jur. conducend. tit. 2. n. 16.* Remig. Fesch. *de fœderib. concl. 8. lit. E.* Author. *consil. Fridberg. part. 1. cap. 5. n. 21.* Bened. Carpz. *de leg. Reg. German. c. 5. sect. 2. n. 3.* Just. Sinolt. *colleg. pub. tom. 1. disput. 8. concl. 23. lit. 1.* Casp Klock. *tom. 1. consil. 22. n. 45 & consil. 29. n. 221. seq.* Bocer. *de jurisd. c. 8. n. 81.* Bidembach. *nobil. q. 1. n. 10. seq.* Mager. *de advoc. c. 6. n. 190.* ubi *n. 195.* addit earum potentiam adeò crevisse, ut eas habere majestatis jura, inficias ire nemo possit, & non aliter de iis, quàm de ipso Principe & Cæsare judicandum esse, Rebuff. *in l. eum, qui. ff. de V. S.* Scip. Gentil. *de jurisdict. lib. 3. c. 22.* Ac civitates Imperiales Principem repræsentare, scribit post Gail *1. obs. 21. num 3. & 2. obs 57. n. 7. & de pac. publ. c. 6. n. 11. ac de arrest. obs. 9. n. 4.* Gylman. *Symph. tom. 1. part 1. tit 3. de Relig. vot. 7 n. 18.* Klock. *tom. 3. cons. 134. n. 10.* easdemque generica

rica Principis definitione contineri propriissime, sicut species sub suo genere, asserit Klock.
36 *de contribut. c. 5. n. 9. & tom. 3. consil. 134.* cùm Principis nomen largè sumatur, pro quolibet habente dominium, sive dominatione m aliquâ, Boss. *pract. crim. tit. de Princip. n. 1.* ac quemlibet magistratum dici Principem Civitatis, vel territorii, cui præest, probat *l. spadonem. 5. §. si civitatis Princeps 9. ff. de excus. tut.* & rectè indigitari Dominum illius territorii universaliter considerari, Bart. *in l. 1. n. 16. ff. de jurisd.* & de civitate libera & superiorem non recognoscente, idem judicari, quod de Principe, asserit ex Decio, *consi 534. n. 2.* Bart. *in l. hostes. ff. de captiv. & postlim.* Mager. *de advocat. c. 6. n. 190.* Unde quod dicitur Senatus Principem personam sustinere, & Principi æquiparari, in *l. quod Principis. ff. de aqua pluvia arcend. l. non ambigitur. ff. de legibus*, hoc planissimè in Civitatibus Imperialibus obtinere, scribit Author *Consil. Fridberg. part. 1. cap.*
37 *2. n. 109.* Unde Cives Senatus corpori parent, non aliter, quàm alii subditi suo Principi, Gylman. *Symphor. tom. 1. part. 1. tit. 3. de relig. supplic. 1. n. 40* Auth. *Consil. Fridberg. part. 1. c. 5. n. 21.*

Quamvis autem hæc in dubium vocare, & Civitatibus Imperialibus jura Principis & regalia competere, negare attentent, Knichen. *de jur. territ. c. 1. n. 116. seq.* Rosenthal. *de feud. c. 5. conclus. 13. lit. b.* Quia Civitates Imperiales dignitatis regalis & Principalis sunt expertes: Hoc tamen negocium nobis non facessit, cùm distinguendum sit, inter jura Principum personalia
38 & realia, ita, ut Civitates Imperiales non quidem habeant jura personalia Principum, sive Principalem dignitatem, sed realia, ratione scilicet rerum ac districtuum, sive territoriorum, quæ ab Imperatore, & Imperio immediatè possident, prout dicetur *infra cap. 4. n. 18.* Et præterea civitates Imperiales pari passu cum Principibus & Ducib⁹ Imperii ambulare, multis probat Ernst. Cothman. *vol. 2. respons. 29. numer. 523. & seq.* ubi dicit, nihil referre, quod nonnulli interpretes & Doctores à se allegati, de civitatibus Cæsarem superiorem adhuc recognoscentibus loquantur: Et quod ipsi quoque Principes & Duces Imperii Imperatorem superiorem recognoscant, atque ita, si ista recognitio, quæ à Ducibus fit, superioritatem & dignitatem non tollit, utique nec civitatum Imperialium dignitati & jurisdictioni territoriali obesse poterit: Cum ad hæc eadem ratio sit civitatum Imperialium & Ducum Imperii, tùm quia Imperium suum ab Imperatore directo habent, & solum Imperatorem proximè & immediatè superiorem recognoscunt; Tùm quia in Aurea Bulla Caroli IV. Ducibus Imperii accensentur: Tum quia ad Comitia Imperialia vocantur, & in illis sessionem suam habent: Tùm quia ad actus, negocia, & consilia Imperialia adhibetur: Tum quia imediatè contribuunt Imperio, & quandoque plus solvunt, quàm quidam Imperii Duces: Tùm quia ad Circulorum Comitia æquè ac Duces Imperii vocantur, & votum suum peculiare habent: Tum quia soli in territorio suo universo jus habent proscribendi, proclamandi & edicendi: Tum quia jus eis competit, Ducibus Imperii similibusque iter per suum territorium facientibus, gratulandi, eosque excipiendi, comitandi, & ad fines territorii sui deducendi: Tùm quia habent jus salvi conductus æquè ac Duces: Tùm quia jus habent vectigalium: Tùm quia collectas suis Civibus indicunt: Tùm quia jure confiscandi utuntur: Tùm quia Episcopalis audientiæ jus possident: Tum quia flumina navigabilia ab Imperatore recognoscunt. Prout hæc recenset & probat, eademque superioritatis præeminentis argumenta esse affirmat Cothman. *d. consi 29. n. 523. seq.* ubi *n. 537.* addit, quod licet Principes & Duces splendidiore & præeminentiore aliqua dignitate præfulgeant, eandemque & ipsæ Civitates Imperiales sua sponte agnoscere, ac Duces & Principes Imperii Dominorum suorum clementium titulo honorare soleant, indè tamen negari non posse, civitates Imperiales pari passu cum Principibus ac Ducibus Imperii ambulare, non minus, quàm si quis neget, Duces Imperii cum Electoribus, vel Comites Imperii, cum Ducibus esse æquiparandos, quia scilicet Electorum major, quàm Ducum, & Ducum major, quàm Comitum dignitas conspiciatur. Omnes tanquam Principes in eo, quod regalem dignitatem habent, æquiparantur, & potentia juris pares esse censentur sive Electores, sive Duces, Marchiones, Comites, Barones, aut Civitates Imperiales sint, licet ordine dignitatũ & præeminentiæ distinguãtur, Casp. Klock. *de contribut. cap. 5. n. 70. seq. & 1. consi 28. num. 18. & consi 29. n. 391.* ubi dicit, quod Duces & Marchiones Imperatorem recognoscentes, non debeant esse inferioris gradus aut conditionis illis, qui Imperatorem non recognoscunt, quod etiam ostendit Anton. Sola *in constit. Sabaud. in proœm. decret. gloss. 3. num. 12. seq.*

XIX. Atque hinc etiam Civitates Imperiales, Imperio nō minus sunt incorporatæ, quàm ipsi Principes, Prælati, & Comites, Warem. ab 39
Erenberg. *de fœder. lib. 2. cap. 1. num. 35. seq.* Dn. affinis Cluten. *syllog. rer. quotid. conclus. 27.* Nicol. Bell. *thes. polit. lib. 2. disc. 1.* Bened. Carpzov. *de leg. reg. German. cap. 1. sect. 12. num. 26.* Rulant. *de commiss. lib. 5. part. 2. cap. 4. num. 38.* Reinking. *de regim. secul. lib. 1. class. 4. cap. 20. num. 9.*

XX. Civitatibus quoq; Imperialibus eadem jura, privilegia & immunitates competunt, quæ aliis Imperii Statibus adscribuntur, Besold. *de jur. civit. imper. num. 8.* Matth. Stephan. *de jurisd. lib. 2. part. 3 cap. 1. n. 64. seq* Cùm enim Civitates Imperiales sint Imperii Status & in territoriis & Rebuspublicis suis, jura Principum ac reliquorum Statuum obtineant, ideò nomen hoc Status Imperii, (vel Imperii Civitas) haut inane magis, atq; Principis Imperii (Reichs-Fürsten) esse debet. Certè Civitatibus haut nudum nomen Status cessit, virtute sua amictum venit, ornamenta & jura sua secum trahit. Ac Status essentia (præter suffragii ferendi jus) in eo quoque consistit, ut Cæsarem in suo territorio repræsentet, & tanquam 40

Imperii membrum participet de eminentia, jureque totius, ut ſcribit Beſold. d. n. 8.

41 XXI. Hinc Vulgata Doctorum eſt concluſio, quod civitates Imperiales in territoriis, ditionibus, diſtrictibus & Rebuspublicis ſuis tantum poſſint, quantum Imperator in Imperio, ſicuti nominatim atteſtatur Bartol. in l. infamem. n. 14. ff. de publ. judic. & in l. Civitas n. 3 ff. ſi cert. petat. Gail. 2. obſerv. 57. n. 7. & de arreſt. Imper. c. 9. n. 1. & de pac. publ. libr. 1. cap. 6. n. 11. Beſold. de jur. Civit. Imper. n. 8. Bernhard. Urſin. de reconvent. cap. 27. n. 5. Matth. Stephan. de jurisd. lib. 2. part. 1. cap. 7. n 14. lib. 2. part. 2. cap. 1. n. 55. Petr. Frider. Mindan. de jurisdict. concluſ. 44. lit. 6. Thom. Maul. de jur. conducend. tit. 2. n 17. Remig. Feſch. de fœderib. concl. 8. lit. E. Ziegler. verb. Auſtregæ in limit. n. 45. & §. Landſaßii. concluſ. 1. n. 203. Reinking. de regim. ſecul. libr. 1. claſſ. 5. c. 5. Mager. de advocat. capit. 6. num. 192. Klock. tom. 1. conſ. 37. numer. 66. Author apolog. Colmar. (qui creditur eſſe Dn. Johan. Michaël. Haintz.) cap. 5. membr. 3. fol. 322. Michaël. Heintz. diſſert. inaugural. de Civitat. Imperial. concl. 26. Sicuti etiam hoc in genere, quod Principes, Duces, Comites, Barones, Civitates, ſicuti etiam Nobiles Imperio immediatè parentes, in ſuis territoriis, ditionibus & diſtrictibus tantum poſſint, quantum Imperator in toto Imperio, aſſerunt, Bart. in d. l. infamem. n. 14. ff. de publ. judic. Cacheran. deciſ. Pedem. 88. n. 17. Decian. reſp. 5. n. 17. vol. 4. Rol. à Valle. conſ. 88. n. 26. ſeq. vol. 1. Gail. de pac. publ. lib. 1. c. 6. num. 10. Waremund. ab Erenb. de ſubſid. cap. regn. cap. 15. num. 5. Pruckman. §. ſoluta poteſtas. c. 4. membr. 3. effect. 10. n. 22. Weſembec. conſ. 27. num. 29. Thom. Michaël. de jurisd. concluſ. 45. Schrader. de feud. 2. part. 9. ſect. 10. num. 36. & part. 10. ſect 1. num. 33. Vultei. 3. Marpurg. conſ. 35. n. 21. Paurmeiſt. de jurisdict. libr. 2. c. 9. num. 10. Reinking. de regim. ſecul. lib. 1. claſſ. 5. cap. 6. n. 1. & ſeq. id, quod Politici efferre ſolent, daß ein jeder Fürſt / Graff / Herr / freyer vom Adel und Reichs-Statt / Käyſer in ſeinem Land und Statt ſey / Dauth. de teſtament. num. 36. lit. O. Idque de Principibus, præter allegatos ſpeciatim aſſerunt Natta. conſ. 554. num. 19. Cravett. conſ. 404. n. 15. Henning. Gœden. conſ. 1. num. 4. Schurff. conſ. 18. n. 2. cent. 3. Zaſ. conſ. 1. n. 21. lib. 2. Mod. Piſtor. conſ. 24. n. 1. vol. 1. Ziegler. §. Landſaßii. concl. 1. n. 108. Et de Comitibus, Caſtrenſ. conſ. 34. n. 5. verſ. Reges ergo. Cravet. d. conſ. 404. n. 15. Rol. à Valle conſ. 29. num. 26. vol. 1. Schrad. de feud. part. 9. ſect. 10. n. 36. & part. 10. ſect. 1. n. 33. Gail. 1. de pac. publ. c. 6. n. 10. De Baronibus, Caſtrenſ. d. conſ. 34. q. 2. lib. 2. Cravet. conſ. 135. num. 2. Schrader. d. n. 33. Gail. d. num. 10. Mager. de advoc. cap. 6. n. 91. nam & hos quoque reſpectu ſubditorum ſuorum majeſtatem habere, tradunt Chaſſan. in catal. glor. mund. part. 5. conſid. 56. Zaſius conſ. 1. num. 22. lib. 2. Schrad. d. n. 33. Mager. d. cap. 6. num. 97. Et de Nobilibus liberis & immediatis, Decian. reſp. 2. n. 165. vol. 1. Beſold. 2. conſil. 49. n. 117. Nolden. de ſtat. nobil. cap. 17. num. 58. Thom Maul. de jur. conducend. tit. 2. numer. 32. eosque jura Principum habere, aſſerit Bart. conſ. 32. num. 3. vol. 1. Maul. d. l. num. 31. Ex quo etiam quilibet Magiſtratus dicitur Princeps civitatis, vel territorii, cui præeſt, l. Spadonem. 15. §. ſi Civitatis Princeps. 9. ff. de excuſat. tut. & rectè indigitatur Dominus illius territorii univerſaliter conſiderati, Bart. in l. num. 16. ff. de jurisdict. Sicuti etiam quilibet dicitur Rex in ſua domo, Panormit. in c. venerabilem. numer. 19. X. d. elect. Beſold. theſ. pract. verb. Herr. Et quod Principes, Comites, Barones, & civitates in territoriis ſuis tantum poſſint, quantum Imperator in Imperio, adeò decantatum eſt axioma, ut nec ullum ferè librum à JCtis conſcriptum, lucem vidiſſe, qui non hoc axiomate ornetur, ſcribat Waremund. ab Erenberg. de ſubſid. regn. c. 15. num. 15.
Quod tamen axioma falſiſſimum dicit, Paur- 42
meiſt. de jurisd. lib. 2. cap. 4. num. 70. & magno errore inductum, Jacob. de S. Georg. de feud. verb. & cum piſcationibus. n. 2. Borcholt. de regal. num. 7. Wehner. verb. Lands-Fürſtliche Obrigkeit fol. 463. ac propterea receptum, quia gratum, ait Waremund. ab Erenb. d. l. Idque benè convenire Florentiæ, Urbini, Mantuæ, & aliis Italiæ Ducibus, non verò noſtratibus Principibus, aliisque Germaniæ Ordinibus, ſcribit Beſold. de appellat. c. 2. n. 20. Indeque id, quod dicitur, civitates tantum in urbibus ſuis poſſe, quantum Imperator in Imperio, vel generaliter jura Principis habere, captionem eſſe ex parte ad infinitum, quia id, quod aliquatenus, vel ſecundum quid, vel quodammodo rectè dicitur, quaſi omninò & in totum pronunciatum dicatur, ſcribit Paurmeiſt. de jurisdict. libr. 2. cap. ultim. num. 38. Hinc theoricam iſtam non generaliter, ſed civiliter de terminis habilibus intelligendam, & ad eos reſtringendam eſſe, ait Dauth. de teſtament. rubr. efficiens teſtament. n. 36. ne ſcilicet ad ſuprema jura Majeſtatis & ſumma regalia tranſeatur, Parlador. lib. 2. rer. quotid. cap. 1. n. 16. & 17. Ziegler. §. Landſaßii. concluſ. 1. num. 116. confer latè Reinking. de regim. ſecul. libr. 1. claſſ. 5. capit. 6. numer. 57 & multis ſeq.

Atque ita axioma illud procedit. I. in juri- 43
bus territorialibus & regalibus, non verò in juribus Imperialibus, quæ Imperatori, tanquam capiti, in ſignum ſupremæ ſuperioritatis & majeſtatis ſunt reſervata, Reinking. de regim. ſecul. lib. 1. claſſ. 5. capit. 6. num. 129. vel 157 Bened. Carpzov. de leg. reg German. cap. 1. ſect. 13 num. 11. ſeq. Mager. de advoc. cap. 6. num 192. in fin. Michaël Heintz. de civitat. Imper. concluſ. 26. lit. C. quia hæc ſunt de eſſentia Imperatoris, eique medullitus adhærent; Knichen. de jur. territ. cap. 1. n. 346. Pruckman. in rubr. d. cap. 5. num. 98. & ſunt ſanctum ſanctorum, in quæ nemo intromittitur, præterquam ſolus Imperator, Reinking. de regim. ſecul. libr. 1. claſſ. 4. capit 19. num. 105. Sicque 2. procedit non ſimpliciter & abſolute, ſed tantum reſpective, ſecundum quid, & quodammodo, quoad conceſſa in privilegiis, non autem quoad ea, quæ in privilegio & juribus conceſſis non continentur, Natta conſ. 361. num. 29. in fin. Borcholt. de feud. cap. 5. num. 37. in fin. Bocer. de collect. cap. 4. n. 6. Carpzov. d. ſect. 13. n. 11. ſeq. Reinking. d. l. num. 163. 3. Procedit in rebus & perſonis provinciæ conceſſæ propriæ, non alienæ, & Imperii, Mingius de ſuper. territ. concluſ. 54. 4. Quoad jurisdictio-

ditionem ordinariã & omnimodam, non absolutam, & supra sedes civiles, potestatem constitutam, Reinking. *d. cap. 6. num. 130.* Mingius *d. conclus. 54.* Atque ita procedit, 5. similitudine juris, non vero paritate, & plenitudine potestatis, Reinking. *d. cap. 6. n. 139. seq.* multa enim & magna proceribus Imperii concessa, multò verò majora Imperatori sunt reservata, Valent. Forster. *de success. ab intest. lib. 6. c. 34. n. 32.* Reinking. *d. cap. 6 n. 118. & seq.* ubi recenset jura, quae soli Imperatori competunt; solus enim Imperator Imperii caput supremum dicitur, solus leges universales, cum procerum consilio promulgat, solus cum procerum consensu bellum indicit, collectam generalem imperat, solus nova vectigalia erigit, solus repressalia concedit, naturales legitimat, famae totaliter restituit, solus Academias erigit, cursores publicos instituit, majores magistratus Reges & Principes creat, veniam aetati indulget solus legibus absoluta potestate utitur, solus ex plenitudine potestatis imperat, solus concedit privilegia supremae post se dignitatis, solus concedit jura territorialia, iisq; annexas dignitates regales, solus in bannum Imperiale declarat, solus in Imperio Romano Majestatis appellatione utitur, solus jus monetas cudendi in Imperio concedit, solus jus nundinarum publicarum largitur, de quibus vide suis locis passim.

44 XXII Sunt quoq; civitates Imperiales Status Imperii, habent jus Comitiorum, jura sacrorum, regalia, territorialia, & alia jura Statibus & ordinibus Imperii reliquis competentia, de quibus in subsequentibus pluribus agetur.

45 Verum haec, quae hactenus de praerogativa & dignitate Civitatum Imperialium, & quod ipse Principibus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, ac caeteris Imperii Statibus & ordinibus, in suis territoriis & ditionibus aequiparentur & pares sint, nonnulli civitatum osores, in dubium vocare conantur, idque sequentibus potissimum argumentis. I. Quod civitates Imperiales non sint Status Imperii, & quamvis per aliquot annos in Comitiis comparuerint quidem & sessionem obtinuerint, non tamen votum aliquod decisivum, sed tantùm consultivum habeant, & ea, quae à reliquis Statibus ac Ordinibus Imperii per majora conclusa sunt, ad probare teneantur, sicuti videre licet ex adductis, *infra cap. 2. n. 45. & seq.* Ex quo etiam fiat, quod civitatum Deputati stantes sententiam & votum conferant. Confer. *n. 60.*

46 II. Quia civitates Imperiales olim fuerint Imperatorum bona patrimonialia, ex quibus sumptus & alimenta Imperatori ejusque Aulae necessaria suppeditata fuerint, Käyserliche Kammer-Güter / von welchen die Käyserliche Hoffstatt / und die auff deß Käyserlichen Amptsverwaltung lauffende Spesa geführet worden / Author, (qui creditur esse Daniel Heider JC.) *dis.* Ob die alte Reichs-Vogteyen bey den Reichs-Stätten wieder zu Werck gerichtet. *fol. 13. vers.* Ab welchem allem. Confer *n. 61.*

47 III. Quod Imperatore praesente, civitatum Imperialium jurisdictio, earumque jus monetarum, vectigalium, ad Imperatorem spectet, juxta speculum Suevicum, sive Schwaben-Spiegel / *part. 1. cap. 33.* Von deß Königs Gewalt / apud Goldast. in den Reichs-Satzungen. *fol. 39.* ubi ita sancitum: In welche Statt der König kommt / die in dem Reich ligt / das ist / und dieweil er darinn ligt: die Müntz / der Zoll / und das Gericht ist sein / Er soll auch alles das richten / das in der Statt / und in dem Land zu richten ist / ohne das begehret ist zu richten / das sollend die Richter richten / voll auß / die das beginnen haben zu richten. Et secundum speculum Saxonicum, Sächsisch Land-Recht / *libr. 3. art. 60. ibi:* In welche Statt deß Reichs Er (der Käyser) kommet binnen dem Reiche / da ist Ihme ledig Müntz und Zoll / und in welch Land Er kommt / da ist Ihme ledig das Gericht daselbst / also / daß Er wol richten mag / alle die Klagen / die vor Ihne kommen / und ehe vor einem anderen Gericht nicht begunst / noch geendet sind. Idque propterea, quod minor judex non possit exercere 48
jurisdictionem suam in praesentia majoris, & judicium salvatur volente eo, qui majus Imperiũ habet, *l. judicium solvitur 58. ff. de judic.* ac quod superior judex inferiori ab ipso jurisdictionem recognoscenti inhibere possit, ne judicet, Alex. *in d. l. judicium. & Bald. in l. 1. num. 29. C. quomod & quand. jud.* & per supervenientiam majoris magistratus, minoris cesset jurisdictio ac potiori gradus judicibus ab Imperatoribus competens tribuenda sit reverentia, *l. potioris. 5. C. de offic. rector. provinc.* Coler. *de process. execut. part. 2. cap. 1. numer. 161.* tacere enim debet inferior, ubi loquitur superior, Matth. Stephan. *part. 2. quaest. 25. numer. 14.* Et ubi leo pedem figet, ibi caetera animalia quiescunt, Ziegler. *§. Landsassu. limit. 1. num. 3.* ac non secus, ut exoriente sole, nulla lux lunae, sic Senatus authoritatem, & omnium magistratum Imperia, praesente Principe quiescere, scribit Bodin. *de republ. lib. 3. cap. 6.* Confer *n. 62. seq.*

Ex quo etiam IV. civitates Imperiales, ad 49
instar civitatum Lombardicarum, antequam ipse ab Imperatore Rudolpho I. libertatem emerunt, Imperatori adventanti, claves portarum offerunt, tragen Ihme die Schlüssel entgegen / Ziegler *d. §. Landsassu limit. 1. num. 3.* Reinking. *de regim. secul. lib. 1. class. 5. cap. 7. num. 3.* Bertram. *de Comit. concl. 60.* eoque ipso omne Imperium, omnemque jurisdictionem ipsi tradunt, quod quoad reliquos Imperii Status secus se habere compertum est. Ita enim omnes totius Lombardiae Comites, Nobiles & Civitates, cum ingenti apparatu Ottonem IV. Regem Romanorum suscipientes, sua illi oppida, civitates, suburbia & munitiones subdidere, portarum claves in signum supremi dominii offerentes, infinitamque vectigalium & tributorum pecuniam, penes illos à tempore Heinrici Imperatoris depositam, ad manus voluntariè tradiderunt. Naucler. *Chronograph. vol. 2. gener. 41. fol. 805.* Et hujusmodi clavium Principi intranti oblationem, superioritatem & dominium inferre, tradunt *arg. l. §. si quis merces. 45. l. de rer. divis. l. clavibus. 74 ff. de contract.*

contract. empt. Thom. Michaël. *de jurisd. conclus.* 33. *lit.* 6. Mager. *de advocat. cap.* 10. *num.* 592. *seq.* Confer. *n.* 67.

V. Experientia testatum facit, quod Principes, Duces, Prælati, Comites & Barones hodierno tempore Imperatori Romano subjectionis juramentum non præstent, sed feudorum & regalium tantùm nomine fidelitatem feudalem, Lehens-Eyd/ jurent, ipsorumque subditi ipsis tantummodò, & non etiam Imperatori homagium præstent, è contra verò civitates, sive Senatus civium Imperialium, una cum omnibus civibus & subditis, Imperatori advenienti, ipsiusque Commissariis, vid. *infra lib.* 2. *c.* 9. *n.* 57. eo nomine missis, homagium præstare & subjectionem jurare teneantur. Plus autem est subditum aliquem esse, quàm vasallū, & strictius obligatur subditus domino, quàm
50 vasallus, ac vasallus feudi tantum respectu dominum recognoscit, & subditus non est, subditus verò subjectionis onus sustinet, Heigius *part.* 1. *quæst.* 18. *n.* 5. ita Principibus Imperii fortius obligantur subditi, propter juramentum, quod ipsis specialiter præstiterunt, quam Imperatori, Petr. Gregor. *de concess. feud. part.* 7. *num.* 12. Matth. Stephan. *de jurisd. libr.* 2. *part.* 1. *c.* 7. *num.* 38. Confer. *n.* 69. *seq.*

51 VI. Quia Civitates Imperiales Imperatori quotannis Steuras ordinarias solvunt, de qua dicetur *infra cap.* 17. *num.* 21. *& seq.* à quibus tamen reliqui Status jam dudum liberati & exempti sunt. Confer. *n.* 75.

52 VII. Quod Comitia aliique conventus Imperiales, in Civitatibus Imperialibus celebrari soleant ubi ipsarum jurisdictioni per Imperii Mareschallum plurimum præjudicii & incommodi inferatur, quod reliqui Status in suis territoriis & civitatibus municipalibus perferre non teneantur. Quamvis enim Civitates Imperiales, omnimodamque jurisdictionem in civitatibus suis habeant, ut dicetur *infra c.* 5. *n.* 7. *& seq & cap.* 6. *num.* 1. *seq.* ejusque vigore in omnes ibidem commorantes ac delinquentes coërcitio ipsis competat, hæc tamen jurisdictio ipsis ita diminuta, adempta & quasi divisa est, ut in Comitiis Aulæ Cæsareæ Mareschallus in illos qui eidem Aulæ Cæsareæ sunt addicti, Hæreditarius verò Imperii Mareschallus, ex mandato Serenissimi Domini Archimareschalli in Legatos & Legatorum familiam, omnesque advenas, Senatus autem urbicus in suos tantùm cives jurisdictionem exerceat, Bertram. *de Comit. Imp. concl.* 60. *&* 61. Hæreditarius insuper Mareschallus hospitia Statibus, eorumque Legatis adsignat, eorumque nomina foribus inscribit. Cujusmodi Mareschalli potestas eò major existit, quò minus vel ipsis Statibus, Mareschallo non requisito, hospitium occupare, vel Senatui urbis de eo prospicere integrum est, sicuti ex literis transactionis de anno 1514. *infra n.* 95. positis patet, §. Und erstlich so viel. *ibi*: So viel das entzwischen obbemeldten Partheyen bißhero strittig gewesene einfuriren/ den bey jeden Reichs-Versamblungen/ oder derselben/ wie auch frembder ausser Reichs gesessenen Potentaten Bottschafften und Gesandten/ belangen thut/ ist verabschiedet/ daß solches Recht einzuführen/ gleichwol dem Reichs-Marschalln/ als dessen Ampt es anhängig/ allein verbleiben/ Bertram. *de Comit. Imper. conclus.* 57: Qua adscriptione facta, cives, quorum ædes hospitibus recipiendis sunt deputatæ, ab hoc munere, cùm patrimonii sit, & non personæ, *l.* 3. §. *munus.* 14. *ff. de muner. & honor.* nulla se ratione excusare possunt, *l. sunt munera.* 11. *ff. de vac. & excus. muner.* nisi principali beneficio sint communiti, Bertram. *d. conclus.* 57. Et quamvis etiam ad officium magistratus civici pertineat, nocturnas excubias constituere & indagare, quomodo ipsæ sint constitutæ, nihilominus tamen Mareschallus hæreditarius hanc sibi curam attribuit, Bertram. *d. conclus* 59. vid. *infra n.* 77. *& seq.*

VIII. Quia Duces, Principes, Comites, Barones, & alii Imperii Ordines, regali dignitate prædici sunt, & illustrioribus prosapiæ ac dignitatis radiis coruscant, & sublimiori præeminentia effulgent, quàm Civitates Imperiales, utpotè quas regali dignitate carere in confesso est, cùm nemo regalem dignitatem habeat, nisi sit investitus ad minimum in Comitatum vel Baronatum, Petra *de potestat. Princip. cap.* 22. *num.* 140. Knichen. *de jur territ. cap.* 1. *n.* 304. *seq. & in velit. apolog. n.* 15. 120. 130. *seq.* Confer. *n.* 82. 53

IX. Accedit, quod Magistratus, Consules & Senatores Civitatum Imperialium, non possint ea, quæ majoris momenti sunt, sine tribubum ac civium consensu decernere, veluti si Syndicum constituere velint, ubi omnium civium consensus requiri videtur, per tradita Mynsing. 3. *obs.* 18. ubi refert: mandatum in causa syndicatus N. hac forma: Wir Burgermeister/ Rath und alle Burger gemeiniglich der Statt N. 2. Jun A. 1551. Salvatum fuisse, licet omniū civium nomina non fuerint expressa. Quæ tamen secus se habere in Ducibus, Principibus, Comitibus & aliis Imperii Ordinibus, eosque solos imperare, nec subditorum consensum requirere compertum est, *infr. n.* 83. 54

X. Ad hæc Principes, Duces, Comites, Barones, & reliqui Imperii Ordines generali Imperii lege jure Austregarum gaudent, quod tamen Civitates Imperiales, nonnisi ex speciali privilegio & præscriptione, obtinent, Joh. Limnæ. *de jur. publ. tom.* 4. *lib.* 7. *cap.* 1. *n.* 80. videatur Rittersh. *in Novel. p.* 9. *c.* 10. *n.* 20. *infra n.* 84. 55

XI. Civitates Imperiales in Comitiis Imperii in eo quoq; reliquis Statibus videntur inferiores quod Principes singuli proprium votum, & Comites tria, Civitates autem duo tantùm vota habeant, Limnæ. *d. c.* 1. *n.* 80. *fol* 143. *infr. n.* 85. 56

XII. Duriori quoq; olim conditionis fuisse videntur Civitates Imperiales, quàm cæteri Status, quoad Prætores, die Reichs-Vögte/ die Reichs-Schultheßen/ qui Cæsaris nomine Senatoriis Consultationibus non modò interfuisse, sed etiam præfuisse dicuntur Reinking. *de regim. secul. lib.* 1. *class.* 4. *c.* 20. *n.* 1. Limnæ. *d. n.* 80. ubi addit, quod licet hodie plerarumque civitatum, pretio numerato, vel pura benignitate Cæsaris liberior hac in parte conditio facta intelliga- 57

telligatur, nonnullis tamen antiquum onus adhuc incumbat. *infra n.86.*

58 XIII. Quod Civitates Imperiales non videantur tales esse Status, sive Ordines, qui subditos habeant sibi, non Cæsareæ Majestati, immediatæ subjectos, de quo *infra cap.3.n.26.& seq. & n.83.& seq. infra n.87.& seq.*

59 Denique XIV. nonnullis Civitates quoque Imperiales deterioris videntur cõditionis præ reliquis Statib⁹, quod hæ jura arrestandi, confiscandi, de non oppignorando, & similia, saltem ex privilegio habeant; multæ verò ejusmodi privilegiis omninò careant: Cum é contra Status superiores, Electores & Principes prætacta hæc jura & alia, vi & jure Status habeant & exerceant. Ex quo etiam in proximis Comitiis Ratisponensib⁹ Status nonnulli, præsertim Comites jus arrestandi civitatibus, quæ de eo privilegium Cæsareum speciale non obtinent, in dubiũ vocare ausi fuerunt. *infr.n.94.*

Verùm licet hæc, & quæ similia à civitatum osoribus adferri solent, speciem quandam habere videantur, illis tamen, quæ supra in contrarium adduximus, nihil quicquam derogant. Nam *primum* quod attinet, refellitur id ex iis, quæ capite sequenti dicta sunt, ubi satis

60 apertè demonstratum est, quod Civitates Imperial. nõ tantum sint Status Imperii, sed etiam in Comitiis non modò votum consultivum, sed & decisivum habeant. Quod autem civitatum Deputati votum suum stantes exponunt, hoc fit in respectum & referentiam Collegii summi Electorum ac Principum, quorum præeminentiam illustrioris prosapiæ ac avitæ dignitatis gradum ipsæ civitates sponte agnoscunt, eosque Dominorum suorum clementium titulo reverentur, & honorant, de quo *supra. n.38.* Et quidem Directorium civitatum intra subsellia incedit, & reliquarum civitatum legati tamdiu surgunt, usq; reliqui Status compellati, quo facto, resident, & Directorium stando civitatum votum legit.

61 Ad *secundum* respondetur, quod olim sumptus pro sustentatione Cæsareis ejusq; Aulæ, non tantum à Civitatibus Imperialibus, sed etiam ab ipsis Ducibus, Collegiis Ecclesiasticis superioribus & monasteriis Imperio immediatè parentibus subministrati fuerint, sicuti attestatur allegatus Author, *discurs.* Ob die alte Reichs-Vogteyen bey den Reichs-Stätten/wieder anzuordnen/*fol.13.* Et licet olim ita fuerit, hodie tamen longè aliter res se habet, & sicut nemo facile asseruerit Ducatus, Collegia Ecclesiastica & monasteria, die Hertzogthum und immediat Stiffter/ bona esse Imperatoris patrimonialia, ita nec hoc de Civitatibus Imperialibus asserere licebit, cùm æquiparatorum æqualis sit ratio, confer plura *infra cap.3. num.77.*

62 Quod *tertio* ex speculo Suevico & Saxonico adductum, non tantùm ad Civitates Imperiales, sed etiam provinciales, ac Principum, Prælatorum, Comitum & Baronum provincias & territoria pertinet. Siquidem Speculum Suevicum der Schwabenspiegel/ *d.part.1.c 34.* generaliter etiam de provinciis statuit, *ibi*: in welche Statt oder Land der König kommet / so soll man ihme antwurten die Gefangene/die darinnen sind/rc. Et in Speculo Saxonico, *d. art. 60. vers.* und in welch Land er kommt /rc. nihil de civitatibus, sed in genere de provinciis, von dem Land disponit, & *vers.seq.* additur: wann auch der König allererst in das Land kommet/so sollen ihme ledig seyn alle Gefangene auff Recht/ und soll sie für ihn bringen. Et si quis effugium quærere velit, quasi in speculis hisce de urbis territorio, & non etiam de aliorum Statuum provinciis agatur, is videat Speculum Saxonicum, *part.1.art.58.* ubi hæc habentur formalia: Wann der Graff kommet zu deß Gograffen Ding/ so soll deß Gograffen Gericht nieder gelegt seyn; Also ist deß Gograffen Geding / wann der König kommt / in seiner Graffschafft nieder gelegt: da sie beyde gegenwärtig seynd. Also ist es auch umb eines jeden Richters Geding / da der König gegenwärtig ist / die Klag gehe dann auff den König/rc. Quod latinè ita redditur: Quandocunque Rex vel Imperator intravit provinciam sui vasalli, sive is Dux fuerit, sive Comes, aut quicunque alius, cessat judicium Comitis, sicut & huic ingredienti judicium sui Schulteti, ejus etiam jurisdictio cessat, à Coler. *de process. execut. part. 2.c.161.* ubi ex Masuer. *pract.forens. tit. de judicib. & eor. jurisd. n. 22.* addit, quod quicquid in Regno, Ducatu, vel Comitatu, id de jurisdictione Regis, Ducis vel Comitis esse dicatur, adeò, ut in quocunque loco suo territorii jurisdictionem exercere possit, per *c.tùm Episcopus. de offic. ordin. in 6. l. pupillus. 239. §. territorium. 8. ff. de V.S.*

Atque hæc quidem veteribus temporibus obtinuerunt, ubi jurisdictiones erant precariæ 63 & temporales, & Principatus, Ducatus, Comitatus, Baronatus, provinciæ & civitates, pagi, eorumque vectigalia, census & reliqui reditus adhuc ad ipsos Imperatores tantùmodò spectabant, ac Principes, Duces, Comites, &c. eorum tantùm administratores & gubernatores, nudique regii officiarii erant, nudumque jurisdictionis exercitium Regis nomine, non perpetuò, sed temporaliter obtinebant, quemadmodum ab initio, & ante Carolum Magnum factum fuit, *arg.c.1.§.& quia vidimus. de his, qui feud.dar.poss.c.un. in fin. de feud. alienat. c.1.in fin. de feud. March.* Ferrar. Montan. *de feud. c.1.vers.quorum nomina.* Caspar. Klok. *1. consil.29. n.280 seq.* Heinz. *de civitat. Imper.conclus.32. lit.a.* Postquam verò nunc alia Imperii Romani facies, ac scissum Imperium Romanum, & provinciæ Imperii Ducibus, Principibus, Comitibus, Civitatibus, aliisque Statibus, una cum omnimoda jurisdictione, vectigalibus, collectis, aliis reditibus, jure feudi perpetui & hæreditario concessæ, & jurisdictiones perpetuæ & hæreditariæ factæ, alio jure utimur, ita, ut quàvis Imperator in alterius inferioris Status territorio præsens sit, ejus tamẽ jurisdictio non suspendatur, vel quiescat, Coler. *de process. execut.part.2. c. 1.n 161.seq.* Hier.de Monte. *tract. fin.reg.c.7.n.2.* Wesembec. *cons.95. n.18.seq.* Rosenthal. *de feud.c.5.concl.5 n.4.* Masuer. *pract.forens.tit. de judicib.n.22.* Reinking. *de regim.secul. libr.1. class. 5.c.7 n. 6. seq.* Mingius *de superior. territ. concl. 53.* Bocer. *de jurisd. cap. 8. n.80* Ziegler. *§. Landsassii. conclus. 1. limit. n. 5.* Thom. Michaël. *de jurisdict. conclus. 134. lit. a.* Casp. Klock. *1. consil. 22. num. 87.seq. & consil. 29. num. 286.seq.* Heintz. *de civit. imper.*

imper. concluf. 32. sua enim cuique servanda jurisdictio, ne fiat confusio, *c. pervenit. 39. consil. 11. q. 1.* Atque hoc etiam observantia, quæ interpres est certissima, & fallere ac falli nescia, testatur, siquidem hodie videmus in Civitatibus Imperialibus, ubi Comitia peraguntur, & Imperator, unà cum universis Imperii Statibus præsens est, nihilominus magistratui civitatis illius, Comitiis durantibus, in suos cives & subditos, jurisdictionem & animadversionem illibatam competere, sicuti referunt Bertram. *de Comit. Imper. concluf. 60.* Reinking. *d. cap. 7. numer. 9.* Ming. *d. concluf. 13.* prout etiam supra *n. 52. & infra n. 104.* dictum est. Idem quoque in reliquis civitatibus Imperialibus, ubi Comitia non peraguntur, obtinere, & nec in iisdem, Imperatore præsente, magistratus jurisdictionem quiescere, nec ibidem Imperatorem plenitudine potestatis uti posse, idque usu servari, scribit Alciat. *de præsumpt. reg. 3 præs. 8. numer. 9. in fin.* Klock. *1. consil. 22. num. 91. & cons. 29. num. 289. seq.* ac civitatem, cui jurisdictio cum mero & mixto Imperio, & omnibus fructibus jurisdictionis fuit vendita, cum pa-
64 cto de redimendo, vel etiam perpetuò concessa, ad instar aliorum vasallorum. qui de omnimoda jurisdictione investiti sunt, à superiore non posse impediri, probat, Coler. *de process. exec. part. 2. cap. 2. num. 138 seq. & num. 141.*

65 Quo tamen ipso Imperatori non omnis in civitatum subditos adimitur jurisdictio, cùm contrarium foret Majestati Cæsareæ civibus sub universali totius Imperii territorio existentibus suo modo imperare non posse, per R. A. *de anno 1576.* §. dadurch dann. Heig. *part. 1. quæst. 9. n. 26.* Covarr. *pract. quæst. 4. n. 1.* Ming. *de super. territ. concluf. 24.* sed in tantùm, ut non confundat, turbet, aut impediat jurisdictionem civitatibus concessam. Siquidem supremi Principis officium est, omnes omnium jurisdictiones tueri, non turbare; & unumquemque Statum Imperii in ea conditione, in qua à principio & origine fuit, conservare, sicuti habet Capitulatio Imper. Ferdinandi II. III. IV. & Leopoldi. *art. 3. & ibi.* Und in alle wege sollen/ und wollen wir die Teutsche Nation, das H. Römische Reich und die Churfürsten/ als die vorderste Glieder desselbigen/ auch andere Fürsten/ Graffen/ Herren/ und Stände/ bey ihren Hoheiten/ Würden/ Rechten und Gerechtigkeiten/ Macht und Gewalt/ jedem nach seinem Stand und Wesen/ bleiben lassen/ ohne unser und männiglichs Eintrag und Verhinderung/ und ihnen darzu ihre Regalia und Obrigkeit/ Freyheiten/ privilegien/ Pfandschafften/ und Gerechtigkeiten/ auch Gebräuch und gute Gewonheiten/ so sie bißhero gehabt haben/ oder in Ubung gewesen seyn/ zu Wasser und Land/ in guter beständiger Form/ ohn alle Weigerung/ confirmiren und bestätigen/ Sie auch darbey/ als erwehlter Römischer König/ handhaben/ schützen und schirmen. Quod etiam constitutum est *Ordin. Camer. de anno 1495. rubric.* die Unterthanen in ihren ordenlichen Gerichten bleiben lassen. *24. & Ordin. Camer. part. 2. tit. 1. princ. & tit. 5.* §. und soll sonst. *& tit. 8.* §. wo sich aber. *14.* Cujusmodi Cæsareæ jurisdictionis concurrentia, non tantùm in Civitatum Imperialium, sed etiam reliquorum Statuum territoriis, quoad loca, causas, personas & actus judiciales obtinet, Paurmeister. *de jurisd. lib. 2. c. 8. num. 26. seq.* Indeque Imperator mediatos 66
quotidie, sive testimonii, sive litis causa, absque omni subsidio juris. ex qualibet provincia Imperii evocare, illisque mandare & inhibere, Gail. *1. observ. 95. num. 16. & observ. 98 num. 2.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 1. membr. 1. num. 2. & 14.* monitoria & bannimenta in territoriis Statuum effigere & publicare, circa eorum requisitionem, solet, Rulant. *de commiss. part. 1. libr. 1. cap. 14 n. 6.* Casp. Leipold. *de concurrent. jurisdict. quæst. 1. & 3.* Mingius. *de superior. territ. concluf. 24.*

Ad 4. respondetur, olim quidem multa usu 67
obtinuisse, quæ tamen hodie vel in desuetudinem abierunt, vel adhuc dum, alio tamen, quàm olim, fine, & vel urbanitatis, vel reverentiæ causa observantur. Ita enim compertum est, quod olim monasteria libera, die Reichs- und andere Klöster/ etiam ipsorum Advocatis & Protectoribus, etiamsi Imperatore longè inferiores fuerint, imò quandoque etiam aliis claves tamdiu tradiderunt, quamdiu ibidem permanserunt. Et ita olim moris fuisse in monasterio Herbertingensi, ut Abbas, si quando Ehingerorum Ulmensium (fundatorum alicujus in templo ibidem Capellæ) aliquis eò venerit, ei obviam veniens, claves cœnobii exhiberet & traderet, referente Crus. *annal. Suev. part. 2. lib. 12. c. 6. in fin.* Et Comites Wertheimenses asserunt, se in monasterio Grumbacensi, tanquam protectores, Abbatiâ vacante, jus clavium habere, ita ut si Abbas ibidem moriatur, Comes Wertheimensis, vel ipse, vel per suos, monasterium, claves, & ea, quæ ad Abbatem pertinuerunt, in custodiam suam recipiat, & tamdiu, donec alius Abbas electus fuerit, retineat, juxta Authorem deß Wertheimischen Gegenberichts/ contra Würtzburg, *cap. 3. fol. 40.* sicuti testatur Mager. *de advocat. cap. 10. n. 279.* Ac olim quoque Nobiles de Kemnat, tanquam Advocatos monasterii Irsin/ in monasterium illud venientes, claves à Prælato avocasse, & ad se recepisse, refert Author *discurs.* ob die Reichs-Vogteyen. *pag. 106.* ubi etiam addit, urbarium quoddam vetus pagi Riedöschingen in der Baar extare, quo asseratur, quod si dominus pagi istius, ein Vogtherr/ moriatur, & alius Lindaviam veniat, & ab Abbatissa ista ipsi claves per noctem & diem, ad panis & vini custodiam in monasterio pertinentes, tradere teneant.

Ex quibus colligere licet, clavium oblationem ex variis causis fieri solere, veluti respectu dominii, juris territorialis, supremæ vel universalis superioritatis, protectionis, Advocatiæ, administrationis bonorum, custodiæ, comis reverentiæ, (quæ progressu temporis non rarò in usum & observantiam transit) fieri solere, atque ideò pro subjecta materia, & juxta circumstantias, in eam sententiam interpretandam esse, quæ utrique parti tolerabilior & favorabilior: Indeque nec clavium oblatio Imperatori advenanti à Civitatibus

Impe-

Imperialibus fieri solita, reverentialis magis sit recognitio universalis Cæsareæ protectionis, & supremæ superioritatis interpretanda, quàm ut inde Civitatum Imperialium major subjectio, quàm aliorum Statuum, arguenda veniat, præsertim verò, cùm Imperator ipse, nuda tantum oblatione, ut plurimum sit contentus, & civitatibus claves vel in propriis manibus relinquat, vel statim easdem ipsis reddat: Cujusmodi interpretatio cùm sit probabilior, u trique parti laudabilior, & Civitatum Imperialium juribus convenientior, ideò magis
68 amplectenda venit, omnis enim actus præsumi debet ita confectus, ut utrique partium minus sit onerosus, Bald. *consil. 343. in princ.* & in dubio ita accipiendus, ut utrique partium consultum, & satis factum sit, *l. adoptivus. 14. §. 1. ff. de rit. nupt.* Menoch. *arbit. jud. cas. 199. n. 13.* ac in dubiis semper id, quod minus & benignius est, sequimur, *l. semper. 9. & l. semper. 56. ff. de R. I.* & quando actus ex duplici causa & capite fieri potest, in dubio factus censetur ex causa verisimiliori, Tiraquel. *in l. si unquam. in præfat. n. 60. C. de revoc. donat.* Gylman. *rer. judicat. libr. 1. decis. 26. n. 200.* Verisimilius autem est, Civitates Imperiales oblationem hanc clavium ex reverentia, & in recognitionem universalis protectionis ac supremæ potius, quàm ad jurium suorum, suæque jurisdictionis oppressionem & enervationem facere. *vid. supr. de Jure Apertura. lib. 1. c. 12. n. 171. & seq.*

69 Quod 5. de homagio Civitatum Imperialium Imperatori præstando adducitur, sciendum est primò, quod juramenti hæc præstatio non omnibus Imperii civitatibus incumbat, veluti de Argentoratensi civitate hoc testantur literæ, quas Senatus *22. Aprilis anno 1620.* ad Electores Mülhusii congregatos dedit, *ibi*: Gleich aber wie unsere geehrte Vorfahren frey zum Reich kommen/ und solche ihre vor jeztbemeldter Herbeytrettung zum Reich wol hergebrachte Libertæt und Freyheit / auf uns / ihre Nachkömmlinge continuirt/ deren sich auch weyland Römische Kayser und Könige/ so milteglich jederweilen erinnert/ daß denselben weder Wir / noch unsere Burgerschafft jemahls gehuldiget/ oder Pflicht erstattet; und als auch etwann dergleichen begehrt/ und aber unsere Vorfahren am Statt-Regiment ihr Herkommen und Freyheit dargegen eingewendet / sie unangefochten darbey gelassen worden/ und nichts destoweniger den Römischen Kaysern/ Königen und dem H. Reich trew und holdt gewesen und geblieben/ rc. quas refert Limnæ. *de jur. publ. tom. 4. libr. 7. c. 3. n. 10.* de quo tamen vide *infra c. 9. n. 62. & seq. & libr. 3. c. 31. n. 60.* In reliquis verò civitatibus, ubi exceptio non probatur, ordinaria fuit & à tempore vetusto adhuc permansit, Lehman. *Chron. Spirens. lib. 4. c. 2. in fin. fol. 272.* Deinde Status quoque supe-
70 riores unà cum subditis olim homagium sive subjectionis juramentum Imperatori non minus, quàm ipsas Civitates Imperiales cum civibus suis præstitisse, atque ita melioris conditionis, quàm ipsas civitates non extitisse, constat ex Lehman. *Chron. Spirens. libr. 4. cap. 1. fol. 270. & c. 2. in fin.* ubi ex Wippone *in vita Imper. Conradi II.* ita scribit: de fidelitate facta Regi minus necessarium dicere puto frequenti usu teste, quod omnes Episcopi, Duces, & reliqui Principes, milites primi, milites gregarii, quin & ingenui omnes, si alicujus momenti sint, regibus fidem faciant. Quod etiam constat ex decretis Comitiorum apud Roncalias ab Imperatore Friderico I. cum proceribus Germaniæ, Galliæ, & Italiæ super Imperii Regalibus *anno 1158.* habitorum, apud Goldast. *tom. 3. constit. imper. fol. 35.* ubi §. 5. judicatum est etiam; in singulis urbibus Prætores, Consules, cæterosque magistratus assensu populi per Imperatorem creari oportere, qui sacramentum ei dicerent, ac jus civium Regumque tueri scirent.

Et quamvis Status superiores hodie per se tantùm, & non etiam unà cum Statibus suis provincialibus & subditis Imperatori jurent, non tamen nudum fidelitatis, sive feudale, sed etiam subjectionis juramentum præstant, daß sie nämblich nicht nur trew/ holdt und gewärtig / sondern auch gehorsam seyn wollen / prout videre licet 71
ex traditis *infra cap. 9. num. 60.* Et quamvis etiam homagium, sive subjectionis juramentum non præstarent, nihilominus tamen Imperatori, ratione universalis superioritatis, ipsi non minus, quàm Civitates Imperiales, ad obedientiam & subjectionem tenerentur, quod ipsum quoque processus Camerales & Aulici quotidie testantur. Et non minus Statuum aliorum subditi licet superioribus & Dominis tantùm suis, & non etiam Imperatori homagium præstent, quàm civitatum Imperialium cives homagium præstantes, Imperatori subjecti permanent. Subditus enim non minus est is, & obedientiam præstare tenetur, qui fidelitatem jurat, quàm qui non jurat, & subditus etsi non juret fidelitatem, nihilominus tamen ad eandem tenetur, sicut 72
vasallus, qui non jurat, vel cui per pactum vel consuetudinem juramentum fidelitatis remissum est, ad fidelitatem tamen tenetur, Maranta *de feud. qualit. tit. de feud. sine fidel. num. 7.* Dd. *in cap. 1. §. ult. per quos fiat invest.* Gylman. Symph. *tom. 1. part. 1. tit. 2. de reconvent. fol. 77.* Reinking. *de regim. secul. lib. 1. class. 5. capit. 4. num. 10.*

Quod autem cives Civitatum Imperialium unà cum magistratu adhuc dùm hodie Imperatori homagium præstant, id propterea fieri videtur, ut cùm ex singulis universitas consti- 73
tuatur, hoc modo universitas immediatè Imperatori, & Imperio, tanquam ejus Status, subesse cognoscatur, dieweil Sie / die Stätt / dem Reich mit Pflichten verwandt. Ordnung deß Regiments zu Augsp. *de anno 1500. tit.* Von der Stewr der Frey- und Reichs-Stätte. Singulos enim cives quod attinet, hujus juramenti præstatione immediati non magis fiunt, quam Status fieri dici possunt, sed sunt civitatis suæ cives, non autem Imperatoris, Joh. Limnæ. *de jur. publ. tom. 4. libr. 7. c. 1. n. 51. fol. 130.* Et magistratui suo subsunt, sicut Principum aliorumque Statuum subditi, suis Principibus & Dominis, *supra n. 37.* utpote in quos omnem potestatem imperandi transtulerunt, quod etiam Imperatores

in suis rescriptis & citationibus ad Comitia agnoscunt, dum ea tantum ad Senatum, Burgermeister und Raht allein/ & non simul ad Senatum & populum, sive cives diriguntur. Et si quis objicere velit, quod Senatus minor, der kleine Raht/ in civitatibus, non semper & ubivis locorum omnem potestatem, veluti legislativam, sive interpretativam vel collectas indicendi, & similia agendi jus habeat, sed cum majoris Senatus consilio & consensu peragere teneatur, idem tamen in Electoribus, Principibus & aliis Statibus majoribus usuvenit, utpotè qui in territoriis suis non omnia pro lubitu suo agere possunt, sed ad certa pacta adstricti sunt, & cum consensu & consilio Statuum suorum provincialium in causis majoribus, belli, confœderationum, collectarum, &c. procedere tenentur. Deindè juramenti hujusmodi præstatio indè etiam orta videtur, quod magistratus Civitatum Imperialium per sæcula quædam electio non ab ipsis Imperatoribus, sicuti olim, fieri solet, sed eadem toti communitati, omnibusque civibus permissa, ipsique ex concivib⁹ suis magistratus eligunt. Et licet hujusmodi Senatus electio successu temporis à civibus ipsi Senatui, vel expressè, vel tacitè concredita, nihilominus tamen magistratus, & judicia singulis annis de novo constitui & redintegrari, & tàm magistratus, quàm ipsi cives juramento invicem constringi,
74 è contra verò Imperatori semel duntaxat, & quidem ab initio Imperii, vel alia occasione, tàm à Senatu, quàm civibus homagium præstari solet, Lehman. *Chron. Spirensf. lib. 2. cap. 18. vers.* ein jeder König. *fol. 98.* Cui etiam ansam præbuisse videtur, quod non ita pridem in nonnullis, & quidem potioribus Civitatibus Imperialibus, non aristocraticâ, sicuti hodie, sed democratica Reipublicæ administratio prævaluerit, & penes tribus omnis ferè potestas fuerit. Verùm ex hoc unico homagii antiqui vestigio, & ex minima ista juxta plus & minus differentia, concludere non licet, Civitates Imperiales reliquis Statibus non esse pares. Et licet cives, & maximè patritii Civitatum Imperialium, à superiorum Statuum subditis, in paucis quibusdam differant, veluti quod cives civitatum Consules & Senatores creari soleant, subditi verò Statuum à suis superioribus ac Dominis toto Cælo differant, nisi quod Abbates & Episcopi ex eodem Capitulo & Conventu eligi soleant; in reliquis tamen partibus potioribus Statuum reliquorum & civitatum subditi conveniunt & æquiparantur: Quemadmodum enim cives in Civitatibus Imperialibus magistratui suo, Imperatoris nomine, homagium præstant, collectas, accisias, Steuras, vectigalia & alia tributa solvunt, & onera subeunt; ita etiam reliquorum Statuum subditi dominis suis jurant, & onera prædicta, & similia præstant. Et cives in civitatibus Imperialib⁹ non propterea ita, Burger/ vocantur, quasi hoc nomine potioris sint conditionis, quàm aliorum Statuum subditi, Unterthonen/ sed potius ad differentiam subditorum, quos civitates extra pomœria, & in pagis habent. Sicuti etiam ab aliis Statibus fieri solet, qui subditos suos in civitatibus, veluti Viennæ, Dresdæ, Stutgardiæ & alibi commorantes, etiam cives, Burger/ compellant.

Quamvis porrò 6. non omnes Civitates Imperiales se ab onere Steurarum Imperialium liberarunt, & nonnullæ adhuc ad easdem Imperatori teneantur, pleræque per emptionem, aliisque legitimis modis se ab iisdem exemerunt, ut dicetur *infra c. 7. n. 22. & seq.* Sic- 75
uti etiam non omnes Abbates, Prælati, ac alii Status Ecclesiastici ab ejusmodi Steuris & collectis ordinariis in totum sese liberarunt, nec intuitu aliquo Politico, sed respectu Ecclesiasticæ posterioribus seculis ipsis concessæ libertatis ab iisdem sese exemerunt. Unde quamvis civitates certis pensionibus Imperii authoritatem recognoscant, hæc tamen recognitio libertatem ipsarum non alterat, cùm nihilominus suis moribus, & magistratibus propriis gubernentur, neque tàm studeant territorio amplificando, quàm libertati suæ conservandæ, ex Guicciard. *lib. 7. histor. c. 2.* Scip. Gentil. *de jurisd. libr 2. c. 22.* Matth. Steph. *de jurisd. lib. 2. part. 2. c. 1. n. 52.* Klock. *de contribut. c. 5. n. 11. & 1. consf. 29. n. 223.* Uti etiam observandum, quod in Prælaturis & monasteriis nonnullis onera quædam & vestigia majoris obligationis reperiantur, à quibus Civitates Imperiales immunes existunt, nec tamen indè imparitatem aliquam dignitatis, vel Status diminutionem sibi arrogant. Quale onus perhibetur illud, quod Imperator coronatus ex antiqua consuetudine, in omnibus Cathedralibus Ecclesiis, atque etiam monasteriis, per Germaniam
habet suffragium & jus unius Canonici pro 76
arbitrio nominandi, quem collegium recipere tenetur, quæ primariæ preces vocantur, cujus rei diploma ab Imperatore Rudolpho I. emanatum refert Naucler. *chronol. vol. 2. gener. 43. fol. 863.* & alias duas formulas Caroli IV. & Wenceslai profert Marquard. Freher *in not. ad Petr. de Andlo l. 1. c. 6 pag. 179. seq.*

Quod 7. Comitia hodie in Civitatibus Im- 77
perialib⁹ celebrari solent, notandum est, olim Imperatores Romano-Germanicos, non tantùm in Civitatibus Imperialibus, sed etiam in aliorum, tàm Ecclesiasticorum, quàm secularium Principum ac Statuum civitatib⁹ curias suas, Comitia & Conventus Imperiales celebrasse, & Imperii Mareschallum jura sua exercuisse, sicuti hoc constat ex speculo Suevico *part. 1. c. 37. seq.* ubi ita legitur: Fünff Stätt ligen in Sachsen/ da der König Hoff hin gebieten soll. Die erste zu Grune/ die ander zu Goßlar/ die dritte zu Walhausen / die vierdte zu Altenstetten / die fünfft ist zu Merßburg/ da soll der König mit Recht hoffen. *& c. 38.* der König saget/ er soll in allen Stätten/ do Bistum inn sind / sinen Hoff gebieten/ do kriegeten etwann die Pfaffen-Fürsten wieder/ die haben ihr Krieg nun gelassen. Er soll auch sin Hoff gebieten zu Franckfurt/ und zu Nürnberg / und zu Ulm / und in anderen Stätten/ die des Richs sind/ do mag er wol gebieten sin Gesprach mit Recht. Quamvis autem Comitia in civitatibus provincialibus haberi desierint, & in

Civitatibus Imperialibus hodie celebrari soleant, id tamen non propter earum majorem subjectionem, vel depressionem, sed majoris commoditatis causa, & potius in honorem &
78 favorem factum esse non dubitatur. Et cum in Comitiis Augustanis *17. Septembr. anno 1582.* Imperator decretum quoddam quoad jurisdictionem, hospitiorum designationem, excubiarum ordinationem, & victualium taxationem promulgasset, quo civitates Imperiales sese gravatas esse judicabant, ipsi contradixerunt & contra Imperii Mareschallum hæreditarium coram Notario & testibus ad Imperii Status & ordines provocarunt, prout Decretum & provocationem hanc refert Johan. Limnæ. *de jur. publ. tom. 4. lib. 9. c. 1. n. 85. pag. 405.* Quæ tamen res postea, interventu Ducis Bavarici & Würtembergici Legatorum anno 1614. transactione sopita est, sicuti ex ipsa transactione infra ad finem relata constat. *num. 95.*

79 Quod autem Mareschallus Aulicus in Aulicos, & Imperii hæreditarius in Status eorumque Legatos ac Legatorum famulos, omnesque advenas, & Senatus urbicus in suos tantùm cives, jurisdictionem exercent, id ex veteri quodam instituto oritur, & hac ratione factum censetur, quod indigna res fuerit visa, potestatem in Aulam ab alio, quàm ejusdem Mareschallo usurpari, cùm & aliàs usu receptum sit, ut Aulici à jurisdictione Senatus oppidani sint exempti, Petr. Heig. *part. 2. quæst. 25. n. 13.* Matth. Steph. *de jurisdict. lib. 2. part. 2. c. 2. n. 81. seq.* Quod etiam de Assessoribus Parlamentorum & Principum Consiliariis, eorumque ministris Aulicis receptum, quod nullius præter ipsius Parlamenti ac collegii jurisdictionem agnoscant, Guid. Pap. *decis. 423.* Chassan. *in consuet. Burg. rubr. 1. vers. & drottz d'*
80 *icelle. n. 110.* Nec rationi consentaneum foret, ut par in parem, vel inferior in superiorem Imperium habeat, *c. inferior. & ibi* Felin. & Panormit. *X. de major. & obed. l. ille à quo. 13. §. tempestivum est. ff. ad Sct. Trebell.* è contra verò æquum sit, ut in Comitiis, quæ non solùm Imperatoris, sed & totius Imperii sunt, ei quoque in Status cognitio demandaretur, qui non solius Imperatoris, sed totius Imperii officiarius esset: Et cùm forenses Comitiorum intuitu eo advenisse viderentur, idem Mareschallus ipsis quoque meritò jus diceret. Et ne magistratus urbicus haberet, quod conqueratur, néve negociorum multitudine oneretur Mareschallus, ipsi magistratui in cives suos Imperium relinqui satius existimatum fuit, Bertram. *de Comit. Imper. concl. 60.*

Hospitiorum adsignationem & receptionem quod attinet, ab ea neque ipsæ Civitates Imperiales, neque etiam reliqui Status, si fortè Imperator per eorum territoria transeat, vel in iisdem commoretur, & conventus ibidem agat, exempti sunt, etiamsi in loco isto, & ubi Comitia peraguntur, Princeps aliquis palatium habeat, sicuti testatur Bertram. *d. l. concl.*
81 *57. vers. ex quo intelligitur.* Neque etiam ratione caret, quod de excubiis peragendis adductum: cùm enim in loco, ubi Comitia habentur, frequentissima fiat hominum congregatio, indeque facilè incendia, irruptiones, tumultus & seditiones excitari possint, & ideò majore cura & vigilantia opus sit, maluit Imperator ad exemplum D. Augusti, in *l. 1. ff. de offic. præf. vigil.* per se, & Serenissimum Imperii Archimareschallum Electorem Saxonicum, & hic vicissim per Mareschallum hæreditarium huic rei consuli, cùm Reipubl. salutem tueri, nulli magis convenire videatur, nec ullum alium huic sufficere rei, quàm Cæsarem, sicuti scribit Jctus Paulus *l. 3. ff. de offic. præfect. vigil.* Indeque Carolum V. nocte ingruente, de excubiis agendis, in Comitiis sedulò solicitum fuisse, & iis, qui noctu in plateis tumultuari, & tragædias excitare non erubescerent, pœnam gravissimam imposuisse, refert Cœlestin. *in histor. Comit. de anno 1530. fol. 102.*

Ad 8. responsum est *supra n. 38.* Civitates 82
ipsas Imperiales agnoscere, Principum, Ducum, Comitum, ac Baronum, aliorumque Statuum superiorum præeminentiam, ac prosapiæ illustrioris dignitatem præxcellentem, indè tamen non rectè concludi, ipsas quoad territorialia aliaque realia jura cum ipsis pari passu non ambulare, quo me remitto.

Ad 9. respondetur, quod non una eademque Consulum & Senatorum in Civitatibus Imperialibus potestas, in nonnullis enim major, in aliis minor & restrictior est, sicuti ex singularum Rerumpublicarum forma apparet. In illis enim civitatibus, ubi Aristocraticus Status viget, id, quod per Consules & Senatores agitur, perindè habetur, ac si à tota civitate, sive universitate, vel ab omnibus civibus peractum fuerit: ubi verò Status est democraticus, tribuum quoque consensus requiritur, prout constat ex dictis *infra libr. 5. c. 1. n. 10.*
& seq. Prout etiam syndici constitutio fieri 83
potest secundum loci cujusque morem receptum, vel à tota universitate, vel à magistratuum ordine, vel quibus ordo, lex, consuetudo, vel statutum hoc detulit, ut dicetur *infra lib. 5. c. 4. n. 7.* Si itaque N. moris est, Syndicum à tota Universitate constitui, id observandum est, exindè tamen non sequitur, Consules & Senatores N. non posse ea, quæ majoris momenti sunt absque civibus decernere. Syndici enim constitutio non est res majoris momenti quam Advocati, procuratoris, curatoris & administratoris. Et posito, Syndici constitutionem rem esse magni momenti, indè tamen aliud inferri non poterit, quàm N. Magistratum aliquid, quod magni momenti est, non posse absque civibus peragere; quod hic in exemplo potius ex rei ipsius natura, quàm aliundè oritur. Limnæ. *de jur. publ. tom. 4. libr. 7. c. 1. n. 80. fol. 130. & seq.*

Ad 10. respondetur, quod licet Civitates 84
Imperiales ex generali lege jus Austregarum non habeant, plerasque tamen peculiares suos judices habere vel ex privilegio, vel præscriptione, sicuti ex singularum civitatum privilegiorum enumeratione *infra libr. 3.* passim videre licet. Parum autem referre videtur, an

quis privilegium vel jus quoddam ex generali lege, vel ex privilegio vel præscriptione obtineat. Cùm etiam id, quod ex generali lege quis obtinet, quandoque per privilegium impetrari soleat.

85 Quod 11. de votis civitatum in Comitiis Imperii adductum, id parum ad rem facit, cùm videamus hodie in Imperii Comitiis tria esse Statuum & ordinum consilia & collegia, unum Electorum, alterum Principum, Prælatorum, Comitum & Baronum, & tertium Civitatum Imperialium. Et quemadmodum in collegio Electorali, unicuique Electori, in collegio Principum, unicuique Principi, ita etiam in collegio civitatum, unicuique civitati proprium & peculiare votum competere, ita, ut ratione modi votandi civitates potius melioris, quàm deterioris sint conditionis, quoad Prælatos & Comites, quippe, quia non omnes & singuli Prælati & Comites votum habent in consilio Principum, Sicuti etiam in conventibus Deputatorum quælibet civitas Deputata votum habet, sicuti & ipsi Principes. Idem est in conventibus separatis Statuum tam Catholicorum, quàm Evangelicorum. Et licet in communi omnium statuum congressu singuli Electores & Principes peculiare & proprium votum: Comites verò omnes tria: Prælati omnes unum: Et civitates universæ duo tantum obtinerent, indè tamen non rectè colligeretur, deteriorem esse conditionem civitatum quà aliorum statuum, nec pari cum his gradu procedere, quia hac ratione etiam Prælati, qui unum duntaxat habent votum, deterioris conditionis essent, quam civitates Imperiales. Et constat hodie ita in Comitiis observari, ut singula collegia, in singulis conclavibus sua vota conferant; Electores in collegio & conclavi Electorali, Principes, Prælati, Comites & Barones in conclavi principum; Et Civitates Imperiales singulare conclusum faciant, & tres quasi sententias ferant.

86 Ad 12. respondetur, olim non tantùm civitates Imperiales suos habuisse Prætores & Præfectos, sed etiam Provinciis, Episcopatibus, Abbatiis, Ducatibus, Comitatibus, & Baroniis, Præfectos præfuisse, eosque Imperii nomine administrasse, sicuti constat ex dictis *infra lib. 5. c. 3. n. 2. & seq.* Quemadmodum autem ipsorum Episcoporum, Abbatum, Ducum, Comitum & Baronum dignitati nihil præjudicat, nec impedit, quò minus cum aliis Statibus & Imperii proceribus pari passu incedant, quod alii ipsis Cæsaris nomine præfuerint & ipsos gubernarint, ita nec Civitatibus Imperialibus hæc Prætorum præpositio quicquam impedimento erit. Et licet hodie quoque in civitatibus nonnullis Imperialibus adhuc Prætores, Reichs-Schultheßen/ reperiantur, horum tamen conditio hodie longè alia est, quàm olim fuit, siquidem hi non ab Imperatoribus ipsis præficiuntur, sed à magistratu cujusque loci eliguntur, & judiciis tantùm præsident, & nomen tantùm Reichs-Schultheßen/ ex antiquo retinent, officium verò eorum diversum est, uti constat ex traditis *infra lib. 5. c. 3.* ubi *num. 25.* demonstratum, quod antiquis quoque temporibus Prætores cum ipso regimine civitatis, nihil negocii habuerint, sed criminalib⁹ tantùm præfuerint.

Ad 13. respondeo cum Joh. Limnæo *de jur. publ. tom. 4. l. 7. c. 1. n. 80. fol. 129.* Civitates Imperiales esse Status tales, qui subditos habent, sive in ipsa civitate Imperiali, sive extra eandem in ditionibus & pagis suis, sibi immediatè subjectos; & singuli cives in Civitate Imperiali universitatis subditi immediati sunt, quoniam Senatui, qui universitatem repræsentat, homagium den Burgerlichen Eyd und Huldigung/ singulis annis præstant ut singuli, Confer. *infra c. 3. n. 83. seq.* Et cives, qui non sunt in Senatorio ordine, in casibus, quorum expeditio penes Senatum est in solidum, omnes pro subditis Senatus primò & immediatè, pro subditis verò Imperatoris & Imperii mediatè & secundum quid haberi, scribit Michaël Haing. *disp. de jur. civit. imper. concl. 41. lit. c.* Ex quo etiam Senatus Civitatum Imperialium in Decretis & constitutionibus suis cives subditos vocare solent, unsere Burger und Unterthonen/ & ipse Senatus civium magistratus vocatur, Obrigkeit. R. A. zu Speyr. *de anno 1542.* §. Es sollen auch. 66. *ibi*: auch Frey- und Reichs-Stätte/ Communen und alle andere/ so Unterthonen haben. & §. Prælaten/ Graffen. 95. *ibi*: auch Frey- und Reichs-Stätt/ ꝛc. den Einnemmeren/ durch sie und ihre Unterthanen. R. A. zu Speyr. *de anno 1544.* §. Es sollen auch alle. *ibi*: auch Frey- und Reichs-Stätt/ Communen/ und alle andere/ die Unterthonen haben. Et ita Senatus civitatis Francofurtensis ab Imperatore Matthia, vocatur fürgesetzte ordentliche Obrigkeit/ in literis *anno 1612.* ad cives Francofurtenses datis, quæ extant in diario historico deß Heil. Reichs-Statt Franckfurt am Mayn gefährlichen Auffstands/ *pag. 50.* item von Gott vorgesetzte Obrigkeit/ *d. diar. pag. 207. & 251.* ordentlicher Magistrat. Imper. Matthias in literis *anno 1614.* ad eosdem Francofurtenses datis, *d. diar. pag. 214.* Welche die Obrigkeitliche functiones zu verrichten/ *in dict. lit. diar. pag. 255.* prout refert Limnæ. *d. n. 80.* Et per se constat, 88
quàm plurimas Civitates Imperiales extra sua mœnia bona & subditos habere, *d.* R. A. zu Speyr *de anno 1542.* §. 93. *& ibi*: Welche Frey- und Reichs-Stätt aber auf dem Land auch Unterthonen hätten/ dieselbe ihre Unterthonen und Hindersässen. & §. *seq. 94. ibi*: Wo auch dieselbe Frey- und Reichs-Stätt eine oder mehr Herrschafften auf dem Land hätten/ soll es alsdann mit Einbringung der Anlag derselbigen Herrschafften Unterthonen. Alio autem respectu cives Civitatis Imperialis Imperatori immediatè subjecti sunt, alio Civitati Imperiali, 89
vel iis, qui eam repræsentant; Imperatori, si ut universi considerentur, civitati verò, si ut singuli. Illi quoque qui ut universi subditos habent, subditi etiam ipsi universitatis sunt, si ut singuli considerentur; quo respectu illis, qui universitatem repræsentant, parere debent, ut immediati subditi, & qui homagium, den Burger-Eyd/ his præstiterunt, Limnæ. *d. numer. 80.* Ex quo etiam illud, quod habetur in resolutione Regis Ferdinandi, über das

Con-

Concept deß Religion-Friedens/ apud Goldast. in Reichs-Satzungen/ *fol. 288. ibi*: daß die Burgerschafft in denen Frey- und Reichs-Stätten alle zugleich/ und ohne Mittel/ dem Römischen Kayser und König/ und dem H. Reich/ so wol/ als andere mehr Stände unterworffen/ ꝛc. respectu civium collectivè sumptorum verum esse, non distributivè, monet Limnæ. *tom. 1. libr. 7. c. 1. n. 44.* Et cives in Civitatibus Imperialibus, licet ipsa civitas immediatè Imperium recognoscat, immediatis non esse accensendos, sed mediatis, cum Senatui tanquam Magistratui suo immediatè pareant, scribit Reinking. *de regim. secul. lib. 1. class. 5. cap. 10. n. 28.* Gail. *de pignorat. c. 6. n. 13. seq.* Ex quo etiam cives Civitatum Imperialium in Camera Imperiali in decernendis processibus non pro immediatis, sed mediatis Imperatoriæ majestatis & Romani Imperii civibus habentur, sicuti etiam in pacificatione Westphalica, tam Catholicæ, quàm Evangelicæ Communitates in civitatibus mixtis, tanquam mediatæ habitæ & consideratæ fuerunt.

90 Et quamvis cives Civitatum Imperialium, non tantùm magistratui, sed simul etiam Imperatori & Imperio subjecti, hoc tamen aliter non obtinet, quàm solummodò intuitu universalis & generalis jurisdictionis & reservatorum Cæsareorum, & in illis rebus & negociis, quæ à Cæsarea majestate aliis Statibus non sunt concessa, quo casu Princeps circa reservata faciens id, quod vasallo inferiori concessum non est, tunc vasallum, Statum vel civitatem Imperii turbare non intelligitur, Natta *cons. 380. n. 4.* Surd. *cons. 210. n. 36.* & circa reservata Principis quàm verissimum est, jurisdictionem non nisi cumulativè concessam esse, *c. dudum. §. nos igitur. de præbend. in 6.* Rol. à Valle *cons. 1. n. 1341.* Paris. *cons. 10. n. 121. vol. 2.* in illis verò, quæ in inferiores translata sunt, contrarium obtinet, nec negari potest, respectu Imperatoris, utilia cum effectu, & subditorum intuitu, directa jura habentium subditos, ipsius Imperatoris & Principis subditos immediatos non esse, per tradita Joh. Fabr. *in princ. I. de Attil. tut.* ubi ait, dominum in terra Baronis, non posse dare pupillo tutorem, nec facere actum, per quem impediatur jurisdictio. Veluti nec Archiepiscopum posse exercere jurisdictionem in diœcesi, Episcopo suffraganeo concessa, scribunt Canonistæ *in c. pastoralis. X. de offic. ordin.* Rol. à Valle *cons. 40. n. 23.* Atque ideò cives Civitatum Imperialium non alia ratione Imperatoris & Imperii subditi dici possunt, quàm intuitu generalis jurisdi-

91 ctionis & reservatorum Cæsar: Cum isto respectu dempto, nec subditi mei subditus, meus subditus, nec vasalli mei vasallus, meus vasallus, vel subditi vasallorum, domini superioris, nec Baronis regis homines, Regis homines, vel mei hominis homines, mei homines dici possint, gloss. *in l. Modestinus. ff. de V. S.* Bart. *in l. si quis à liberis. §. pen. ff. de lib. agnosc.* Cagnol. & Dec. *in l. consilii. §. socii mei. ff. de R. l.*

92 Ex quo etiam non obest, quod cives Civitatum Imperialium, quandoque Imperatori homagium præstare soleant, quod indubitatum esse argumentum immediatæ subjectionis, statuitur. Cùm & hoc intuitu generalis jurisdictionis fiat, & non impediat, quò minus immediatè Senatui, & mediatè Imperatori & Imperio pareant, per tradita Bald. *in tit. de pac. Constant. in princ. n. 1. vers. hæc sunt nomina.* ubi ait: Quamvis dominus non possit cogere subditos, vasalli sui ad jurandum sibi fidelitatem; quod tamen id non procedat, ubi dominus haberet generalem jurisdictionem, quem quidem etiam homines vasalli sibi juramento obstringere posse, affirmare nihil dubitat. Et Alberic. *in l. fin. C. de jurisd.* si Rex, ait, alicui concedat castrum cum omni jure, quod intelligatur quidem cessisse omne jus, quatenus dominus, non verò jus Regium & universale, Rol. à Valle *cons. 1. n. 144. vol. 2. & cons. 4. num. 46. vol. 3.* Cujus vigore Imperator Statuum subditos, in caussis coram se vertentibus, testes nominatos citare potest, Natta *cons. 580.* Et hoc juramentum civium majorem obligationem & fidelitatem non inducit, quàm eam ipsam, qua antea Imperatori obligati fuerunt, aliàs enim indè sequeretur, quod maxima pars civium in Civitatibus Imperialibus, (qui rarò & ferè tantum per accidens, quando id Imperatori in transitu placuerit, hoc præstari solet) qui Imperatori homagium non præstant, ipsi quoque fidelitatem & subjectionem non debeant, quod nefas & absonum dicere, cùm omnes omninò Imperii Romani & omnium Imperii Statuum cives, cujuscunque illi sint dignitatis & conditionis, Imperatori & Imperio ad fidelitatem teneantur, omnesque, qui sunt in orbe Romano, cives sint Romani, *l. in orbe Romano. 17. ff. de stat. hom.* & qui nascuntur Reipubl. & Imperio nascuntur, *l. 1. §. generaliter. ff. de vent. in possess. mit.* magis, quàm propriis parentibus, *d. §. generaliter. l. postliminium. §. filius. ff. de captiv. & postlimin. l. minimè. ff. de religios. & sumpt. fun.* Ut ita expressio ejus, 93 quod tacitè inest, nihil operetur ulterius, neque novam formam det, *l. conditiones, quæ extrinsecus, & ibi gloss. ff. de condit. & demonstr.* Castrens. *cons. 338. n. 2. lib. 2.* nec alteret obligationem vel dispositionem primam, Anchor. *cons. 147. n. 4. & cons. 404. n. 7.*

Ad 14. & ultimum, respondetur, hæc malè à civitatum osoribus ita fingi, cùm cognitum sit, Civitatibus Imperialibus hujusmodi jura non vi specialis privilegii Cæsarei, sed ratione juris Status immedietatis, & juris superioritatis territorialis competere, per tradita *infra c. 6. n. 77. & c. 15. n. 1. & seq. c. 31. n. 21. & seq.* Et quamvis nonnullæ civitates horum jurium nomine quandoque specialia privilegia impetraverint, id ad majorem securitatem factum intelligitur, cum duo vincula fortius ligent, quàm unum, & novum non sit, etiam illud, quod jure communi competit, singulari quoq; privilegio impetrare. Ex quo etiam nuper *An. 1530.* Civitas Lindaviensis contra Abbatem Campidunensem in puncto arrestandi, in Camera Imperiali, sequentes articulos produxit: Demnach setzt beklagter Syndicus wahr und unverneinlich seyn/ daß ein jeder Standt deß Reichs/ außweiß gemeinen Rechten / befugt / in zulässigen 94

Fällen frembde Personen/oder dero Güter/auf seinem Gebieth in Verbott zu legen. Wahr/ daß Burgermeister und Raht zu Lindaw/ als ein Frontier-und Gräntz-Statt/ sonderlich von unfürdencklichen Jahren und jewelten her/in redlicher offentlicher Ubung gewest und noch seynd/ umb Schulden / Frevel und dergleichen Sachen/ so sich in ihrem Territorio zutragen/ die benachbarte und andere außwendige Schuldener und Sachen/ oder ihre mit sich habende Mobilien/ sonderlich aber Wahren / damit man ihre Statt zu brauchen pflegt/ in arrest zu nemmen oder anzuhalten. Wahr/daß solche übliche Gewonheit / auch mit anderen der Statt Lindaw habenden Privilegien / von uhralten / und etlich hundert Jahren her / von jezeit regierenden Römischen Kaysern und Königen/allergnädigst und vielfältig confirmirt worden.

95 COPIA Vertrags
Zwischen den Herren Reichs-Erb-Marschalcken von Pappenheimb/und den Erbaren Frey-und Reichs-Stätten/ de dato Augspurg 26. Octobris Anno 1614.

Refertur à Joh. Limnæ. *Tom.5. jur. publ. libr. 3. c. 6. pag. 192. seqq.* Hanc Transactionem præcessit Decretum Cæsareum Anno 1582. Cui civitates contradixerunt, *vid. supr. n. 78. add.* Limnæ. *tom. 4. fol. 405. seqq.*

Zuwissen/demnach nunmehr eine lange Zeit und viel Jahr hero/ zwischen deß Heiligen Röm. Reichs-Erb-Marschallen/den Herren zu Pappenheimb rc. und den sambtlichen Erbaren Frey-und Reichs-Stätten/ wegen etlichen bey den in gemeldten Stätten angestellten Reichs-Versamblungen der hinc inde unter ihnen strittigen Jurium und Gerechtigkeiten halben/ sich Irrung und Mißverständ enthalten/benandtlich und in Specie. 1. Wegen deß Einfurierens. 2. Inlogierende Juden in der Christenheit und deren vergleitten/ sambt Zulassung eignen Gartküchin und Wirtschafften. 3. Jurisdiction in civil-& criminalibus über die Frembde Beschriebene und Unbeschriebene. 4. Pottmässigkeit/ über frembde Krämer/ Fechter/ Handtwercker/Spihlleuth und dergleichen / so wol als von selbigen erfahrenden Einschreib-Schutz-und Policey-Gelt. 5. Einnemmung Standt-Gelts. 6. Auffschlag und Haltung eigner Gartkuchen / und dann Schenckung darauß/ nicht verumbgelten der Wein. 7. Angemaßten Umbgelts. 8. Ehlen/ Maaß/ und Gewicht. 9. Verfassung und Handhab der Tax-Ordnung. 10. Abnemmung Zolls auf alle zu Marck getragener Victualien. 11. Bestellung der Wachten. 12. deß Gleits. 13. Audientz. 14. Gegen den Burgeren so wol/ 15. Den Statt-Obrigkeiten selbsten angemaster unterschiedlicher Gebott. 16. Fürgeloffener Injurien/ auch 17. Darauff gewendter Unkosten/ wie solches alles in actis mit mehrerm specificirt und außgeführt zu befinden ist.

Dieselbe auch in dem *Anno 1582.* allhier zu Augspurg gehaltenem Reichstag/ zwischen weyl. dem wolgebohrnen Herrn/ Herrn Conraden/ Herrn zu Pappenheim/deß heiligen Reichs Erb-Marschallen/ rc. und den Edlen/wolgebohrnen/Ehrenvest/ Fürsichtigen und Weisen Herren Statt-Pflegern/Burgermeistern und Raht allhiesiger Statt/ auch anderer interessirenden Frey-und Reichs-Stätten sich ereiget / und so starck außgebrochen / daß die damahls bey demselben Reichstag allhier befundene / Röm. Kayser. Majestät Rudolph. der Ander/ höchstseeligst Christmiltester Gedächtnuß sich interponirt/den Partheyen unterschiedliche / und endlich auch ein Provisional-Decret de dato den *17. Septembris Anno 1582.* ertheilt und zugestellt/von deme aber erwehnte Statt als gleich an allerhöchstgedachte Ihre Königl. Majestät und deß heiligen Reichs-Ständ appellirt/ und hienach Ihr Kayserl. Majest. den *24. Octobris Anno 1583.* eine Commission an die Durchläuchtigst / Durchläuchtig und Hochgebohrne Fürsten und Herren / Herren Wilhelmen Pfaltzgraffen bey Rhein/ Hertzogen in Obern-und Nider-Bayern/ rc. auch Herr Ludwigen/Hertzogen zu Würtenberg und Teck / Graffen zu Mümpelgart/ rc. deß Innhalts außgehen lassen / daß Ihr Fürstl. Fürstl. Durchläucht und Gnaden obbemeldte Partheyen / für sich selbst / oder dero subdelegirte Räht auf einen benandten Tag bescheiden/und zwischen Ihnen eines kurtzen Summarischen Proceß wegen Handlung pflegen/ denselben Inhalt angeregter Commission verfassen/ in der Sachen ferner vorfahren/und nach Beschluß derselben / die Acta dem Kayserl. Cammergericht verschlossen zuschicken sollen / damit dasselbig gegen Erlegung gebührlichen Sportulen darauff was recht ist/ endlich erkennen/ und außsprechen / alles ferneren Innhalts obangezogener Kayserl. Commission, und solchem nach Ihre Fürstl. Durchläucht und Gnaden vorderist allerhöchstgedachter Ihrer Kays. Maj. zu unterthänigstem Gefallen/und den allerseits Partheyen zu Gnaden sich solcher Commission unterzogen/ auch die Partheyen den $\frac{1}{10}$. Martii anno 1584. nach Fridberg / und dero subdelegirten Rähten zu angedeuter Handlung zu erscheinen erfordert/ zwischen Ihnen laut aufgetragener Commission, Handlung gepflogen/ Sie deß Compromisslichen Proceß wegen/ mit einander verglichen/ und vereinbaret / wie das deßhalben außgefertigte Compromiss de dato $\frac{2}{12}$. Martii deß 1584. Jahrs buchstäblichen Innhalts mit sich bringen thut / darauff auch die Partheyen Inhalt dessen in der Sachen gegen einander verfahren/ und Ihre Nothdurfften Schrifftlichen eingebracht haben / also daß es nunmehr an fernerer Vollziehung desselben Compromiss bestanden.

Wann aber die jetzo regierende Römische Kayserliche Majestät Herr Matthias der Erste / unser allergnädigster Herr / rc. die obvermelte Kayserliche Commission an die Durchläuchtigst / Durchläuchtig / und Hochgebohrne Fürsten und Herrn / Herrn

VII. Ita etiam Aureæ Bullæ constitutionem *an. 1356.* in præsentia & consilio Civitatum Imperialium sancitam & approbatam fuisse ex ejusdem proëmio satis apertè constat his verbis: assidentibus nobis omnibus Principibus Electoribus, Ecclesiasticis & Secularibus, ac aliorum Principum, Comitum, Baronum, Procerum, Nobilium, & civitatum, multitudine numerosa, in solio majestatis Cæsareæ Imperialibus Infulis, Insigniis & Diademate decorati, matura deliberatione prævia, &c. Et in Germanica versione: In gemeiner Versamblung und Gegenwart aller Geistlichen und Weltlichen Churfürsten / auch Fürsten / Graffen / Freyherren / Edlen / und manigfaltigen der Stätt Bottschafften / ꝛc. Ex quo ap- 74
paret, Civitates Imperial. ad trecentos ferè annos in Comitiis & Conventibus Imperii solemnibus, votum & sessionem habuisse. Imò Civitates Imper. Imperii conventibus longè ante Caroli IV. tempora Comitiis & aliis Imperii nego-

negociis interfuisse, & quidem *anno 771. 778. & 813.* probat ex Hincmar. Lehman. *Chron. Spirens. lib. 2. c. 37. fol. 143.* & anno *1168.* idem Lehman. *lib. 4. c. 3. fol. 282. & lib. 5. c. 58. fol. 509.* uti & anno *1236.* Lehman. *d. lib. 5. c. 107. fol. 626.* anno *1287.* Lehman. *d. lib. 5. c. 108. in princ. & fin. fol. 627.* anno *1309.* Lehm. *lib. 7. c. 11. fol. 732. & 735.* anno *1344.* Lehm. *d. lib. 7. c. 18. fol. 753. seq.* & an. *1426.* Lehm. *d. lib. 7. c. 32. fol. 774.* Imperator Fridericus III. *anno 1440.* literis citatoriis ad civitates, ut ad Comitia Norimbergæ indicta nuntios suos mitterent, hæc verba inseruit. daselbst mit uns/ unsern und deß Reichs Churfürsten/ Fürsten/ Graffen/ Herren/ Rittern/ Knechten und Stätten/ zu Raht zu werden und fürzunemmen/ rc. Lehm. *Chron. Spir. lib. 7. c. 97.* Et Civitates Imperiales circiter *annum 842.* Comitiis ab Ottone I. indictis, interfuisse cum jure suffragiorum, scribit Author discurs. Ob die Reichs-Vogteyen bey den Reichs-Stätten wieder anzurichten/ *fol. 104. & seq.* ubi ex Hotom. *illustr. q. 3.* ita scribit: Wittichindus Saxo *lib. histor. 2.* scribit, cùm circiter annum DCCCXLII. in Germania cōtentio exorta esset inter patruos & nepotes de legitimarum hæreditatum jure tum ejus disceptandæ causa, Imperatorem Ottonem I. Comitia Germanica indixisse:
75 Deindè cùm in Comitiis inter Principes & civitatum legatos convenire non posset, duello rem commisisse, quæ fuit illorum temporum consuetudo frequentissima. Vicit, inquit Wittichindus, pars, quæ filios filiorum computabat inter filios, & firmatum est, ut æqualiter cum patruis hæreditatem dirimerent. Quo duello opus non fuisset, si unis Principibus decisivi voti copia, civitatibus autem puncti tantum consultivi, seu obsequii gloria relicta fuisset.

76 VIII. Porrò Civitates quoque Imperiales in Electionibus Regum & Imperatorum Romanorum olim vocem & votum obtinuisse, credibile facit, Lehman. *Chron. Spirens. lib. 5. c. 17. §.* in diesen Zeugnussen. *fol. 412. seq.* ubi refert, quod Imperator Conradus filium suum Henricum magni ingenii & bonæ indolis puerum ætate undecim annorum, Principibus regni cum tota multitudine populi id probantibus, à Peregrino Archiepiscopo Coloniensi in regalem apicem apud Aquisgrani palatium sublimari fecerit. Et per populum ibidem intelligi Consules & civitatum judices, probat ex Radewico *lib. 2. de reb. gest. Friderici. c. 1. & 3.* ubi ait: Confluunt ex omnibus regni partibus cum magna frequentia, Archiepiscopi, Episcopi, multique alii Ecclesiastici viri: Duces, Marchiones, Comites, Proceres, Consules & civitatum judices. Et Imperii civitates, ad Imperatorum quoque Electionem vocatas fuisse olim, inibique jus disponendi habuisse, probat Guntherus in Ligurino *lib. 1.*

Ex omni regione fluunt, ad publica Regni
Commoda: de summis agere ac disponere rebus.
Exacta ratione parant. Et paulò post:
Sic postquam sedere Duces, dubioq; volutant.
Pectore, cui tanti Regni tribuantur honores:
Saxones; & quorum Ripuaria nomine tellus;
VVestphaliaque urbes, & Norica rura regentes,
Allobrogumq; Duces coëunt. Et ibidem:
Quaque suos urbes hûc direxere potentes,
Claraque Teutonici coiërunt nomina Regni.

IX. Quandoque etiam, quando de feudis Imperii majoribus in Imperio inita est consultatio, Civitatum quoq; Imperialium consensum accessisse, constat, & nominatim de Imperatore Rudolpho I. testatur Gerard. de Roo, ipsum, ex communi Principum & civitatum consensu, filio suo Alberto Austriam, Styriam, Carniolam, Duce Austriaco in Sicilia decollato, in feudum concessisse. Besold. *de jur. Civit. Imp. n. 7.* ubi maximè huc conferre judicat Acta Francofurtensium Comitiorum *anno 1293.* sub Ludov. Bavaro, super injustis articulis Papæ Romani, celebratorum, quæ extant apud Goldast. *const. Imp. tom. 2. fol. 91.* ubi inter alia sequentia referuntur: Tunc quæsivit Imp. de civitatibus Aquensi, Augustensi & Uberlingensi & aliis, si adessent? Et dicto, quod sic; dixit nunciis civitatum: Vos audistis decretum & consilium Principum. Vos igitur nuncii exite, nobisque vestram deliberationem referte. Illique exeuntes, diuque deliberantes, ad Principes rediêre, & per civem Moguntinum de mandato omnium taliter respondetunt: Domine, civitates adverterunt, qualiter Papa cum Articulis ad læsionem Imperii nititur: Et cum civitates non possint stare, nisi cum Imperio, & Imperii læsio earum sit destructio: Si dominus Papa in talibus persistere vellet, nos insistemus omnibus viis, quas cogitaverunt Domini Principes Imperii. Et quærente illo cive à nunciis, si ita esset? omnibusq; nunciis dicentibus, quod sic: Imper. grates multiplices referens, &c. M. Albert. sub *anno 1344.* Idemque Imper. Lud. Bavarus ad Comitia Spirens. anno *1336.* cum aliis Statibus, etiam civitates adesse jussit, cognoscere cupiens, quid de Caroli IV. electione sentirent, ipsasque concorditer in sua devotione ferventes reperit:, ut ex d. M. Albert. refert Arumæ. *de Comit. c. 7. n. 145.* Ex quo etiam Guntherus *in Ligurin. lib. 8.* alium Imperialem conventum describit, in eoque de regalibus seu fisci juribus tractatum fuisse, prodit dicens: 77

Hac Ligures sacro tribuerunt omnia fisco,
Hac, & si qua pari fuerant obnoxia juri;
Prælati, Proceres, missiq; potentibus urbes.
Libera Romano liquerunt omnia Regno.

X. Ad hæc historica fides comprobat, quod ab initio duo tantùm fuerint Imperii Status, unus Principum, & alter civitatum, Lehman. 78
Chron. Spirens. lib. 7. cap. 120. fol. 997. ubi ita scribit: Dabey (id est, dem Reichstag anno 1489. zu Franckfurt/ zu Zeiten Käyser Friderichs/ und König Maximilians) hat sich zugetragen/ dergleichen zuvor in Reichsversamblungen nicht leichtlich zu finden. Dann die anwesende Churfürsten und der abwesenden Gesandte besonder zu Raht gangen/ da sie doch allezeit zuvor von Alters im Fürsten-Raht gesessen. Die Fürsten und Herren/ sampt der abwesenden Bottschafften besonder/ die Stätt aber/ wie herkommen/ in ihren Raht gangen. Diß ist/ sonder Zweiffel/ der Anfang/ da sich die Reichs-Ständ in drey Raht abgetheilet/ da zuvor nur zween Räht/ der Fürsten und Stätt gewesen. Quis autem dixerit, tum temporis decisio-

cisionem negociorum Imperii penes Principes solùm fuisse. Et cùm hodie tres sint Imperii Statuum Senatus, sive tria collegia, & civitatum Senatus non minus sit Senatus, quàm reliqui duo Electorum & Principum, R. A. zu Regenspurg. *de anno 1576.* §. Ferner und zum siebenden. *112. ibi:* etliche Personen auß allen dreyen Räthen zuverordnen/ ꝛc. Consequens est, civitatum non minus, quàm aliorum Senatuum votum valere debere, quod disertè quoque cautum reperitur in R. A. zu Regenspurg. *de anno 1546. in princ. ibi:* darzu auch deß Heiligen Reichs Frey-und Reichs-Stätte ihre vollmächtige Bottschafften / & paulò pòst: stattlich berahtschlagen/schliessen/ und zu würcklicher Execution, Vollziehung und Handhabung bringen helffen solten / quod repetitur §. dieweil wir. *5. in fin.*

79 XI. Hæc omnia etiam in aliis Regnis ita observantur, in quibus ea, quæ communem Regni utilitatem, sive commodum & incommodum spectant, non tantùm Principum aliorumque Regni Procerum, sed etiam civitatum consilio & consensu tractantur & concluduntur.

80 XII. Quod etiam in conventibus provincialibus fieri videmus, ubi non tantùm Comites, Barones & Nobiles, sed etiam civitates municipales sessionem & votum decisivum obtinent, & Principes Cæsare inferiores, subditis suis collectas impositùri, civitates sibi subjectas ad consentiendum invitare solent: Absurdum autem foret, meliori conditione gaudere municipales, quàm liberas Imperii civitates, Henr. Bruning. *de var. univers. spec. concl. 18. in princ.*

81 XIII. Idem observatur in Democratia, ubi totius populi, vel majoris partis, & in Aristocratia, ubi ab optimatibus Reipublicæ de rebus ad Rempublicam pertinentibus, suffragiorum requiritur consensio.

82 XIV. In conventibus quoque circularibus Civitates Imperiales sessionem & votum decisivum obtinere, praxis & observatio quotidiana docet.

83 XV. Quia ex supradictis constat, Civitates Imperiales ad Comitia vocari, hoc autem vel frustra, vel ob votum fieri, necesse est. Frustra autem id fieri non est credendum, quia vocatio esset inanis, & frustra maximos sumptus erogare tenerentur, & absurdum foret, non vocatos melioris esse conditionis, quàm vocatos, utpotè quibus domi, absque pecuniæ insumptione, Recessus communicantur, nec verisimile est, civitates cum dispendio negociorum suorum, visendi tantùm causa vocari, oneribus tanquam præsentes gravari, quæ etiam præsentes revidere non possent, sed obligare se necesse haberent, etiam ea, quæ impossibilia & iniqua sunt, se præstituras, Lud. Gremp. & Hier. zum Lamb. *d. consil. fol. 8. vers.* Erstlich daß die Beruffung. Frustra quoque ad Concilium ut veniant, ipsis à Mareschallo indiceretur, qui tamen alios, huc non pertinentes, discedere præcipit, civitatibus semper manentibus: Frustra Electorum & Principum sententiæ, & in simulachrum alicujus voti, si necessariò essent approbandæ, ipsis aperirentur, antequam ad Cæsaream Majestatem referuntur; frustra ad Deputationes assumerentur; frustra ad negocia, ab Imperatore impetranda, advocarentur. Quæ omnia cùm sint absurda & naturali rationis ductui repugnent, non sunt præsumenda, sed potius ob vota decisiva eadem fieri censendum est.

XVI. Ex præcedentibus constat, Civitates Imperiales esse membra & Status Imperii, 84
ex quo sequitur, ipsas quoque vocem & votum habere, cùm Status absque officio suo subsistere nequeat, & frustra sit potentia, quæ ad actum non perducitur, *l. multum interest. C. si quis alter. vel sit.* & Status Imperii nomen, non minus in civitatibus, quàm in aliis Principibus & proceribus, otiosum esse debet, Thom. Michaël. *de jurisdict. concl. 44. lit. G.* Obrecht. *de jurisdict. cap. 6. n. 74.* Reinking. *de regim. secul. libr. 1. class. 4. cap. 20. n. 22.* Et Status jus sedendi, votandi & suffragandi in Comitiis habere, constat ex ipsa Status significatione, definitione & requisitis, de quibus *supra n. 5. & seq. & n. 16. & seq.*

XVII. Atque hoc etiam Imperatoris & 85
Imperii utilitas exigit, utpotè cujus interest, Status ejusdem integrè, & in suo Statu & jure conservari, plura habere membra, pluresque Status & consiliarios esse. Ubi enim major est numerus, ibi etiam Zelus dexterior præsumitur, *c. Ecclesia vestra. X. de elect. & elect. potest. c. extra. Dist. 64.* & integrum est judicium, quod plurimorum sententia confirmavit, *c. prudentiam. X. de offic. deleg. & ibi* Abbas. majorque pars eo ferè ferri solet, quo à natura ipsa deducitur, Cicero *libr. 1. offic.* ac plurium bonorum virorum sententias veras esse, dixit Plato *in epist. ad Dionys.* Unde etiam Imperator dicitur 86
Augustus ab augendo Imperio, quod Imperator tam quoad fines, quàm Status & membra justo modo augere debeat, per *proœm. Instit. §. 1. Novel. 11. in princ. Novel. 24. in præfat. Novel. 116. in præf.* Engelbert. *de art. & fin. Imper. Rom. cap. 18.* & vigilans Imperii caput, ein wachend Haupt deß Römischen Kayserthums / R. A. zu Speyr. *de anno 1570.* §. nach erledigtem. *24.* qua vigilantia Imperatori incumbit providere, ne Imperium Romanum quid detrimenti patiatur, quoad membra, sessiones, vota bona & alia auxilia, damit dem H. Reich an seinen Gliedern/ Session, Stimm/ Vermögen und Hülffen keine grosse Zerrüttung und Abgang erfolgen thue / R. A. zu Speyr. *de anno 1570.* §. als wir dann weiters. *108.*

XVIII. Idem probat formula communiter usitata, qua civitates ad Comitia evocantur, & qua Recessus Imperii clauduntur & subscribuntur, quarum prior hæc esse solet: Daß sie wollen erscheinen / mit und neben andern Ständen helffen handlen/ rahtschlagen und schliessen/ ꝛc. Altera verò subscriptionis: und wir Churfürsten / Fürsten / Prælaten / Graffen / Herren / und deß heiligen Reichs Frey-und Reichs-Stätte / Gesandte/Bottschafften/ und Gewalthaber / hernach genandte / bekennen offentlich mit diesem Abschied / daß alle und jede Puncten / und Articul, mit unserm guten Wissen 87

und Willen / Raht und Gutbedüncken / vorgenommen / geschehen / aufgericht / geordnet / und beschlossen seyn/ willigen auch dieselbe alle sambt und sonderlich/ hiemit in Krafft diß Brieffs/ 2c. Ita enim habent literæ Imperatoris Friderici *anno 1442.* ad Civitatem Spirensem datæ: dieweil ihr dahin nicht kommen seyd / oder niemand geschickt haben von euert wegen da zu seyn/ inmassen wir euch vormahls geschrieben haben/ begehren wir von euch / und ersuchen euch auch noch ernstlich/ daß ihr euch auf St. Kilians-Tag/ da wir wiederum nach unser Crönung / zu Franckfurt persönlich seyn und bleiben wollen / zu uns dahin füget/ oder aber/ da ihr das durch Ehafften Noht willen/nicht thun könnet/ euer vollmächtige Bottschafft darschicket/ ob den ehegemeldten Sachen zu seyn / und die zum besten fürzunehmen/und zubeschliessen / und wollet euch daran keinerley irren lassen /sondern thun als ihr GOtt und dem Heil. Reich / und euch selber wol schuldig seyd/und wir euch wol getrauen/ 2c. Lehman. *Chron. Spirens. libr. 7. cap. 98.* Ex quo liquidò constat, cum civitatum quoque consensu, Imperii negocia & scita concordante deliberatione, concludi; aliàs enim ejus, quoad civitates, nulla esset efficacia, si consensum suum superioribus ordinibus necessariò addere tenerentur. Et cùm ex iisdem constet, Cæsarem non solùm cum Electoribus & Principibus, sed etiam aliis Statibus, hoc est, ipsis civitatibus (cum Principum appellatione, Comites & Barones veniant) & illos vicissim cum Imperatore habita deliberatione, in unum convenire, consequens quoque est, ipsas votum habere, cum ejusmodi conventione opus non foret, si jus suffragii ipsis non competeret. Cujus enim assensu in negocio non egeo, ut cum eo conveniam, vel transigam, nulla me cogit necessitas, cum secundum Ulpianum *in l. 1. §. 3. ff. de pact.* illi demum, qui ex diversis motibus in unum consentiunt, sive in unam sententiam decurrunt, convenire dicuntur. Et si Statuum, & sic etiam Civitatum Imperialium, scientia, voluntate & consilio, mit gutem Wissen/ Willen und Raht alle und jede Articul nicht allein pflegen vorgenommen/sondern auch beschlossen werden/ jus quoque votandi ipsis quoque civitatibus competet. Si enim earum solum consilium requireretur, velle & consensu opus non foret, quia secundum Bartol. *in l. bonorum. ff. de administr. tut.* qui alicujus consilium requirit, & credere debet, non tamen ejus consilium sequi tenetur, juxta illud vulgatum: consilium non necessitat. At velle & consensu civitatum, ut comitiale decretum concludatur, opus est, quod sanè aliquid ultra consilium importare, in confesso est, Arumæ. *de Comit. cap. 7. num. 145.* Sicuti etiam clausula illa non est generalis, mit Vorwissen/und Raht gemeiner Stände / sed expressis hisce verbis specialibus: und wir Churfürsten/ 2c. und deß Heil. Reichs/ Frey- und Reichs-Stände gesandte Bottschafften / und Gewalthaber hernach benandt/ ubi in specie Civitates Imperiales, earumque Deputati denominantur, & unà cum reliquis Statibus & Ordinibus præcellentioribus Recessibus subscribunt, & sigilla sua apponunt. Cùm igitur sub una determinatione, quæ plura determinabilia respicit, comprehenduntur, determinatio quoq; hæc, ut aliàs, æqualiter determinabit, *l. jam hoc jure. 4. in princ. ff. de vulgar. & pupill. subst.* & quia 88
civitates duo extrema, initium & finem habent, medium quoque ejusdem qualitatis easdem habere sequitur; siquidem medium inhabile impedit extrema conjungi, *l. fin. ff. de flum. & ne quid in flum. l. qui sella. 7. §. 1. ff. de servit. rust. præd.* & qui duo extrema habet, omnia alia, quæ iis includuntur, habere videtur, Bart. *in l. Celsus. ff. de usufruct.* Sicuti etiam subscriptio scribentem obligat & consensum inducit, post Bart. Castrens. Felin. Purpur. Joh. 89
Petr. Surd. *decis. 135. num. 2. & 3.* uti & sigilli appositio, siquidem subscribens & sigillans instrumentum, omnia in eo contenta approbare videtur, *l. emptor. §. Lucius ff. de pact. l. 1. §. 1. ff. de constitut. pec.* Menoch. *3. præs. 66.* Schurff. *cons. 17. num. 13 cent. 1.* Hoping. *de jur. sigil. cap. 15. num. 165. seq.* Cujusmodi subscriptionem & sigillationem civitates quoque tantæ efficaciæ esse crediderunt, ut si ipsarum mentio in conclusione facta non fuerit, vel contra ipsarum consensum aliquid Recessibus fuerit insertum, subscriptionem & obsignationem, cum annexa protestatione, detrectaverint, sicuti videre licet apud Ludov. Gremp. & Hieron. zum Lamb. *d. consil.* deß Heil. Reichs-Statt Session, &c. *fol. 74.* §. haben zuletzt. 90

XIX. Denique decisio hæc, quod Civitates Imperiales in Comitiis votum decisivum habeant, nuper apertissimè confirmata est in pacificatione inter Imperium & Coronam Sueciæ, facta Osnabrugis *anno 1648. artic. 8. §. tam in universalibus, &c.* hisce verbis formalibus: tam in universalibus, quàm particularibus diætis, liberis Imperii civitatibus, non minus, quàm cæteris Statibus Imperii, competat votum decisivum. Eademque communis omnium Imperii Statuum ac ordinum decisio, quamplurimis actibus in conventibus Osnabrugensi, Monasteriensi & Norimbergensi, confirmata fuit, ubi civitates modò Electorum, modò Principum, inter sese dissidentium sententiis & conclusionibus accesserunt, & majora conclusa effecerunt, id, quod etiam in Comitiis Ratisbonensibus *anno 1641. & 1654.* aliquoties factum. 91

Contrariam sententiam nihil quicquam juvat primum *l. humanum. 8. C. de legib.* siquidem non de consilio Imperiali generali, sed aulico loquitur. Deinde etiam Patrum conscriptorum & judicum mentionem facit, qui Senatores urbis Romanæ erant. Et per judices civitatum Deputatos intelligi, probatum est ex Radewico *supra num. 86.* Lud. Gremp. & Hieronym. zum Lamb. *d. cons. fol. 55 in fin. seq.* Ad hæc olim alia fuit Romanorum, quàm hodie Germanorum Imperatorum, potestas, quia illi etiam absque Consiliariis suis & Statibus sive Imperii ordinibus leges universales condiderunt, quod hodie in Imperio Romano-Germanico secus est, ubi Imperii Statuum & Ordinum consensus requiritur, Dn. Cluten. *syllog. rer. quotid. conclus. 21. lit. b.* Coler. *de jur. Imper. sect. 18.* Matth. Stephan. *de jurisd.* 92

lib. 2. part. 1. cap. 1. membr. 2. n. 10. Reinking. *de regim. secul. libr. 1. class. 5. cap. 6. n. 102.* Et sic maxima est differentia inter Imperatores Romanos antiquos & modernos Germanos, & propterea ipsa totius Reipublicæ Germanicæ forma, non ex jure antiquo Romano, Bartolo & Baldo, sed ex communi Imperii observantia & praxi, Aurea Bulla, Cæsareis Capitulationibus, Imperii Recessibus, aliisque constitutionibus, metienda venit. Ex quo etiam responsio *ad c. imperialem.* facilè constat, cùm in textu illo civitates non excludantur, sed potius sub
93 verbis *Palatinorum judicum, &c.* comprehendantur, qui nihil aliud, quàm civitatum nuncii & deputati fuerunt, cùm ex aliis, tum temporis editis constitutionibus pateat, quod ad Comitia deputati latinis verbis dicti fuerunt judices, prout videre licet ex constitutione *de pac. constant.* ubi in subscriptione civitatum Deputati judices, Potestates & Rectores dicuntur, Lud. Gremp. & Hieron. zum Lamb. *d. consil.* von der Erbaren / Frey- und Reichs-Stätt Standt. *fol. 56.* §. dergleichen irret nicht. Ubi verisimile esse putant, quod civitatum deputati Palatini fuerint dicti, à palatio, cùm Imperatores in civitatibus palatia sua habuerint.

94 Quod 2. de pedaneis judicibus ex Romanorum usu adducitur, id hodie ab aula recessit, & in desuetudinem abiit, atque ideò tanquam non ens, & res non amplius existens, non consideranda, idque propterea maximè, quod hujusmodi pedanei judices, æqualem cum majoribus potestatem non habuerint, quod secus esse, quoad Civitates Imperiales, ex præcedenti capite dictis constat. Et præterea ex historiis patet, & attestantur Gellius & Fenestella, quod pedanei judices, in minimis tantùm causis non consulti, in causis verò majoris momenti etiam auditi, ipsorumque consilio res decisæ fuerint, Ludov. Gremp. & Hieron. zum Lamb. *d. consil. fol. 58.* §. auf die fünffte. Quare autem adhuc dum hodie civitatum deputati, sententiam suam stantes dicant, dictum est *supra c. 1. n. 60.* ubi videatur.

95 Ad 3. respondetur, olim quidem Nobiles Imperio immediatè subjectos in Comitiis comparuisse, postea temporis successu iisdem propterea interesse desiisse, quod à collectis sint immunes, de quibus in Comitiis ut plurimum fuerit actum. *vid.* Hippol. à Treisbach. *n. 223. & seq.* Cùm autem diversa sit ratio Civitatum Imperialium, utpotè, quæ collectarum onere præ aliis Imperii ordinibus gravari solent, atque ideo in Comitiis de ipsorum præjudicio agitur, & propterea ad eadem quoque vocantur, consequens quoque est, ipsis quoque sessionem & votum competere.

96 Quod 4. Prælati & Abbates in Conciliis votum & vocem non habent, id propterea fit, quod hi Cardinalibus & Episcopis sint subjecti, siq[illegible] Episcopus immediatam jurisdictionem habet in omnes, qui sunt de ipsius diœcesi, licet alius sit Prælatus specialis, & sic cum quolibet Prælato & Abbate inferiore in jurisdictionis exercitio concurrit, sicuti tradunt Hugo Vincent. Gofr. & Hostiens. *in c. pastoralis. X. de offic. ordin.* Unde etiam ipsis tanquam subditis peculiare & proprium votum non competit, sicuti etiam Prælati, Comites & Barones mediati & Electoribus, Principibus ac aliis Ordinibus subjecti, in Comitiis sessionem & votum non obtinent. Secus autem res se habet, quoad Prælatos, Comites, Barones, & civitates Imperio immediatè parentes, hi enim cùm sint Status & membra Imperio immediatè subjecta, ipsis quoque votum in Comitiis competere conveniens est. Ad hæc ab initio Ecclesiæ Christianæ & Conciliorum Nationalium, Prælati & Abbates nondum introducti, sed Episcopi tantùm fuerunt, sicuti ex historiis & Canonibus constat, *c. canones. 1. c. sicut. 2. Distinct. 15.* atque ideò mirum non erit, ipsos vocem non habere, cùm eadem ab initio fuerint destituti, quod secus est, quoad Civitates Imperiales, quæ eo tempore, quo Imperium Romanum ad Germanos translatum, & anterioribus quoque temporibus liberæ extiterunt, & Comitiis interfuerunt, Ludov. Gremp. & Hieron. zum Lamb. *d. l. fol. 57.* §. Zu dem so seynd.

Nihil ad rem facit, quod 5. ex R. A. zu 97
Nürnberg. *de anno 1524.* §. Ob auch gemeldte. *16.* allegatum, siquidem de eo casu loquitur, quo Electores, vel Principes ipsi Imperii Regimento intersunt, quod ipsis quidem, uti etiam Imperatoris Vice-Domino, liceat unum vel duos ex Consiliariis in consilium secum adducere, qui tamen votum non habeant, cùm ipsi Electores & Principes ac Vice-Domini Imperatoris, Kayserliche Statthalter / vocem & votum habeant, prout etiam adhuc dum hodie in Comitiis fieri videmus, ubi Electores, Principes & alii Status in consilio præsentes, Consiliarios quidem secum adducunt, qui tamen votum & sententiam non dicunt, & quando plures unius Electoris vel Principis Consiliarii consiliis intersunt, unus tantum votum proponit.

Ad 6. argumentum responsio patet, ex ter- 98
tia decidendi ratione *num. 66.* & præterea ad hoc, ut major pars minorem, votis superare possit, tria potissimùm de jure communi requiri videntur. 1. ut omnes de collegio vocentur, *l. 2. C. de decurion.* 2. ut consensus de communi præstetur, gloss. *in c. cùm omnes. X. de constitut.* 3. Ne pars aliqua, ut minor contemnatur, plus enim unius contemptus, quàm multorum contradictio, *c. bonæ fidei. X. de elect. & ibi* Abbas. Quamvis enim duæ partes universitatis ad actus validitatem sufficiant, id tamen procedit, si præsentes sint & audiantur, si 99
verò tertia pars non vocata vel audita, sed contempta, hæc contemptum prosequi, & actum retractari poterit, *c. quod sicut. X. de elect.* Et communis est conclusio, quod in actibus universitatis omnes simul congregari, audiri & consentire debeant, Bart. *in l. omnes populi. ff. de just. & jur.* Dec. *in c. cùm omnes. X. de constitut.* Ad hoc enim, ut actus gesti universitatem obligent, requiritur, quod universitas solemniter sit vocata & congregata, & communicato consilio, & habita deliberatione actus gerantur

tur & perficiantur, Bart. *in l. aut factum. §. fin. ff. de pœn. & in l. notum. §. animadvertendum. ff. quod met. caus.* Ex quo sequitur, quod cùm aliquid concluditur à majoribus & superioribus ordinibus, civitatibus non auditis, conclusio easdem non obliget, sicuti si essent auditæ, & tamen nihil obtinuissent, per tradita Felin. *in d. c. cùm omnes. X. de constit.* Quod etiam intendunt Lud. Gremp. & Hier. zum Lamb. *d. consil. 1. §.* dieses allem nach. *fol. 10.* ubi in hanc sententiam concludunt, Civitates Imperiales, si se gravatas non sentiant, ab Electoribus, Principibus & aliis ordinibus, non debere dissentire, majoribus utique concludentibus: sed si sit intolerabile eorum conclusum, quo civitates præjudiciali graventur novitate, votisque Electorum & Principum supra modum onerentur, non teneri easdem præcisè adstipulari, & impossibilem obligationem in se recipere, per *l. impossibilium. ff. de R. I.* Quia si universitas, vel collegium derogare juri singulorum tentat, non sufficit majoris partis consensus, sed omnium concordia requiritur, Angel. *cons. 262.* Felin. *in c. quod omnes. X. de R. I.*

100 Ad 7. responsio ex *decima quinta* decidendi ratione facilè colligitur: Quamvis enim præsentia civitatum, ad majorem validitatem eorum, quæ à superioribus ordinibus conclusa sunt, faciat, non tamen video ad quid talis præsentia ipsis civitatibus conducat, si ipsarum voces & sententiæ non attendantur, ac notitiam eorum, quæ in Comitiis aguntur, etiam domi, absque sumptuum & temporis jactura adquirere, & illis, quæ in ipsarum præjudicium vergunt, contradicere possent.

101 Ad 8. respondetur, Civitates Imperiales, cùm sint Status & membra Imperii, de ipsarum præjudicio in Comitiis agatur, ad Comitia vocentur, in iisdem compareant, & peculiarem Senatum habeant, pro personis extraneis non sint habendæ.

102 Quæ denique 9. de præscriptione adducuntur, parum ad rem faciunt, cùm ex decidendi rationibus constet, quod jure gentium naturali in omnibus causis & negociis, quæ communem Imperii & Reipublicæ utilitatem concernunt, omnium, quorum interest, consensus requiratur, & propterea quoque præscriptio non procedat, cum ea, quæ juris gentium sunt, nullo unquam temporis spacio præscribantur, Bart. *in l. quò minus. quæst. 15. ff. de flum. & ne quid in flum. publ.* & præscriptio contra naturam, substantiam, & essentiam rei, sive actus, non valeat, sicuti nec consuetudo, *cap. 2. de consuet. in 6.* Ac propterea hic quoque nulla præscriptio allegari posset, quod civitates superiorum conatibus sese semper opposuerint & contradixerint, & protestationibus interpositis, jus sibi competens salvum conservaverint, cum protestatio protestanti jus competens salvum relinquat, & præscriptionem interrumpat.

103 De eo quoque non constat, an in civitatibus Imperialibus solus senatus sive magistratus, an verò cum ipso quoque populus Statum repræsentet & constituat? Et veriùs quidem esse videtur, quod propriè loquendo, non senatus solummodò civitatis, nec plebs Senatui contra distincta, sed omnes omninò cives, universim considerati Statum Imperii faciant & repræsentent, sicuti votatum esse in Camerali Imperiali, in causa Coloniensi, refert Gylman. Symphor. *tom. 1. part. 1. tit. 3. de religion. supplic. 1. in vot. D. T. n. 43. & seq. fol. 173.* ubi ait: Quod allegatur, non quidem solum senatum, sed totum populum, senatum unà cum plebe, pro civitate & Statu Imperii habendum, id mihi quoque videtur, & indè maximè infero, singulos cives non esse Status Imperii, neque adeò immediatè Imperio subjectos. Alia enim ratio est, universorum, alia singulorum. Universi constituunt corpus civitatis, quod corpus est Status Imperii, & immediatè Imperio subest, cives autem singuli, cùm pars sint illius corporis, illi ipsi tamen corpori subjiciuntur, &c. Quod etiam sequuntur Author *consil. Fridberg. part. 1. c. 2. n. 105. seq.* Author *apolog. Colmar. cap. 1. membr. 2. fol. 144. & seq.* Quod indè quoque colligitur, quod in privilegiis civitati concessis, non fit mentio Senatus, vel singulorum, sed omnium collectivè sumptorum: Et quod civitas, non est civitas Senatus, vel singulorum, sed omnium collectivè sumptorum: Et sic nec jura civitati competentia singulis, vel soli Senatui, sed toti communitati attribuenda erunt. Ad quem enim pertinet subjectum, ad eum spectant quoque adjuncta & accessoria, sequentia naturam sui principalis, *l. 2. C. per quas pers. nob. adquir. §. libertis. l. de pupill. subst.* & quod prædi- 104
catur de subjecto, prædicatur etiam de adjuncto, *l. in rem. §. si quis rei. §. item quicunque. ff. de rei vind. l. 2. in fin. Cod. de serv. & aq.* Sicuti etiam territorium civitatis non est penes Senatum, plebem, vel singulos, sed totam universitatem, uti alia universitatis jura, & ipsum territorii jus, Author *apolog. Colmar. d. l.*

Hæc quidem licet ita sint, re ipsa tamen vi- 105
demus, in Civitatib. Imperial. Imperii Statum tantùm repræsentari per civitatis magistratũ, cùm hic Senatus in Republica Aristocratica solùm, in Democratica verò cum aliis, ex tribubus adjunctis, civitatem repræsentet, *§. Senatusconsultum. I. de jur. natur. gent. & civil.* gloss. *in rubr. C. quæ sit long. consuet.* Bart. *in l. 5. n. 3. ff. de V. O.* Dec. & Socin. *in l. 1. ff. quod quisque jur.* Alex. *cons. 101. in princ. vol. 1.* Quia hic Senatus ex corpore ipsius civitatis & universitatis eligitur, & assumitur tanquam caput suis membris aptum, & quælibet universitas de sui essentia caput habere debet, sine quo stare nequit, & acephola & monstrosa esset, ut docet Bald. *in auth. habita. n. 42. C. ne fil. pro patr.* Atq; ita universitas & collegium 106
sunt nomina juris, & dicuntur personæ repræsentatæ per suos Rectores & moderatores, *l. 1. §. quib. l. 2. l. sicut. §. ult. ff. quod cujusq. univers. l. mortuo. ff. de fidejuss. l. si quis in suo. §. ult. C. de inoff. test. c. innotuit. de his, quæ fiunt à major. part.* Menoch. *2. arbit. ju . cas. 598. n. 11.* Experientia enim docet, in Civitatib. Imperialib. populum omnem potestatem in Senatum transtulisse, & in locum Principis electum esse, sicuti etiam in Camera votatum

votatum esse, refert Gylman. *symph. tom. 1. part. 1. tit. 2. de re convent. supplic. 1. vot. 1. num. 3. & tit.*
107 *3. de religion. vot. 9. num. 5. & 6.* & cives subjecti Senatui non aliter ipsi parent, quàm alii subditi suo Principi, Gylman. *d. part. 1. tit. 3. de religion. suppl. 1. num. 46.* cum populus in civitatibus magistratum in locum Principis elegisse dicatur, & magistratus Principis vicem obtineat, *ut supra c. 1. num. 35. & seq.* ut ita, quemad-
108 modum Episcopus, ex membris Capituli electus, sine Capitulo, Statum Imperii agit, ita etiam Senatus sine plebe, uti in terminis nostris concludunt. Petr. Frider. Mindan. *de process. lib. 1. cap. 31. num. 2 seq.* Author *consil. Fridberg. d. part. 1. cap. 2. num. 112* Ex quo etiam Imperatores literas, quibus civitates ad Comitia evocare solent, ad consules & Senatum tantùm, an Burgermeister und Raht / & non etiam ad ci-
109 ves sive plebem dirigunt. Et cives Senatui, vel pro loci consuetudine Consuli tanquam universitatis totius capiti & Rectori homagium praestant, eoque ipso eum Statum, & territorii dominum constituunt & agnoscunt, Knichen. *de jur. territ. cap. 3. num. 258 seq.* eidemque cives non aliter parent, quàm ipsi subditi Principi ac domino suo Auth. *consil. Fridberg. d. cap. 2. n. 106. seq.*

Quamvis autem non solus Senatus Civitatis alicujus Imperialis, sed simul etiam cives omnes Statum Imperii repraesentent & compleant, omnes etiam fidem & homagium civitati debeant & praestent; indè tamen non sequitur, quod sicuti omnes simul Statum Imperii & universitatem constituunt; ita singuli omnibus privilegiis gaudeant, & singuli Statum Imperii agant, Carpzov. *decis. 83. num. 29. seq.* Petr. Frideric. Mindan. *de process. libr. 1. cap. 31. num. 7. & 8.* ubi addit, quod licet crassè lo-
110 quendo, & juxta Philosophos & Canonistas, universitas nihil aliud sit, quàm homines universitatis, uti notat gloss. & Bart. *in l. sicut. §. 1. ff. quod cujusque univers. nom.* subtilitate tamen & fictione juris, universitas unam repraesentat personam, quae est aliud ab hominibus universitatis, per *l. mortuo. 22. & ibi Dd. ff. de fidejussor.* ubi dicitur, quod haereditas personae vice fungatur, sicut municipium, & curia & societas. Cujus rationem addit Bart. *d. l.* quod recedentibus omnibus universitatis hominibus, & aliis redeuntibus, eadem tamen universitas, eademque civitas sit: Sicuti omnibus de populo mortuis, & aliis subrogatis, idem populus est. Bart. *in l. aut facta. 16. §. nonnunquam. n. 3. ff. de poen. & in l. 1. §. non licet. ff. de colleg. illic.* Eademque juris subtilitate Civitas Imperii libera Principis loco reputatur, *supra c. 1. num. 35. & seq.* Ex quo tamen non sequitur: Civitas Imperialis est Status Imperii, ergò & cives, qui in civitate sunt, cùm hic honos, & haec civitatis sive universitatis consideratio, non sit singulorum, per *l. sed si hac. 10. §. 4. & ibi Dd. ff. de in jus voc.* ubi Jctus Ulpianus ait; qui manumittitur à corpore aliquo vel collegio, vel civitate, singulos in jus vocabit; nam non est illorum libertus, sed Reipublicae honorem habere debet, & si adversus Rempublicam vel universitatem velit experiri, veniam edicti petere debet, quamvis actorem eorum constitutum in jus sit vocaturus. Unde etiam 111
illi ipsi, qui in Senatu sunt, singulorum personas considerando, imò Rector & Consul ipse, non est Status Imperii, neque Imperio immediatè subjectus, sed ordinarium civitatis judicium recognoscit, extra causam & negocium civitatis sive universitatis, Petrus Frider. Mindan. *d. l. 1. c. 31. n. 9. seq.* Quod etiam comprobat Joh. Limnae. *de jur. publ. tom. 4. l. 7. c. 1. n. 51. fol. 131.* ubi ait, rem ita se habere, ut Imperator Senatum, qui totam universitatem repraesentat, ad Comitia vocare soleat, non singulos cives: Senatus deinde nomine universitatis ad Comitia, unum vel plures mittat (non nomine singulorum civium) qui in civitatum Senatu, nomine, ihrer Herren und Obern / hoc est, Senatus & civitatis, non singulorum civium, peragenda peragunt, ac denique Recessui subscribunt; Als der Reichs-Stätt R. Gesandte / non autem, als der Reichs-Stätt R. Burger Gesandte. Atque 112
indè civitas immediata, Status Imperii est, non singuli cives; hi enim privati sunt, & mediatè Imperio subjecti, Gail. *de pignor. c. 6. n. 13. & seq.* & qui singulos cives civitatis Imperialis pro Statibus Imperii habet, in principia juris, & ipsam veritatem impingit, Limnae. *d. n. 51. fol. 131. ad fin.* confer. supra *c. 1. n. 87.* Alia enim est ratio singulorum, alia universorum, universi constituunt corpus civitatis, quod corpus est Status Imperii, & immediatè Imperio subest, cives autem singuli cum pars sint illius corporis (non quidem homogenia, ut pars auri est aurum, sed heterogenia, ut pars hominis non est homo) illi ipsi tamen corpori subjiciuntur, quod nisi esset, quomodo quaeso magistratus civitatum, non modò jurisdictionem, sed subindè merum quoque Imperium in singulos exercet? Huic igitur parere haut aliter quàm quisque suo Principi debent. Electum esse ad annum & similia, nihil detrahunt potestati, etenim rectè civilis libertatis & aequalitatis proprium vicissim parere, aliisque imperare, & tamen qui in magistratu est, secundum leges morem gerere, uti scribit referens in causa C. & consortium, contra Cölln / apud Lehman. *de pac. religion. l. 3. cap. 27. vot. 9. fol. 250.*

Quo tempore autem Civitates Imperiales 113
ad Comitia vocari coeperint, non satis constat, & varia est Doctorum sententia. Equidem Hieron. Caninus *in discurs. suo ad Aur. Bull. part. 2. fol. 90.* de hoc prout refert Joh. Limnae. *de jur. publ. tom. 3. & 4. l. 7. c. 1. n. 48.* ita scribit: Quantum liberas civitates attinet, non videtur easdem ad Comitia receptas longè ante Imperatorem Carolum IV. clarè hoc patet temporibus Caroli Magni aetatem subsequentibus: Etenim cùm illae absolutè Imperatori essent subjectae, omnis authoritas atque dignitas consultandi penes Principes & Dynastas Imperii erat. Et tempore ad Carolum IV. magis appropinquante, licet civitates istae jam hinc liberae essent factae, nihilominus frequentes & continuae dissensiones, & cruenta bella accensa

censa inter Principes & Imperatores (quorum non unus tantum, sed plures aliquando uno eodemque tempore) impedimento erant, quò minus generalia celebrarentur Comitia ad utilitatem publicam & communem: Quod si fortassis celebrabantur nonnulla, Imperator, Principes & Dynastæ omnem sibi arrogabant authoritatem, parvi pendentes civitates, tam respectu antiquæ subjectionis, quàm ortus & conditionis plebejæ, atque inferioris. Denique cùm Imperium tum temporis amplissimorum esset redituum, nec harum indigeret ope, Carolus IV. ut Bullam suam Auream majori firmaret munimine, civitates quoque liberas ad Comitia vocavit Norimbergensia *anno 1356.* quæ illuc legatos suos maximo ablegarunt numero. Me quod attinet, credulus sum civitates liberas in sequenti tempore propensa magis voluntate ad Comitia vocatas atque receptas, propter Imperii accisas opes & reditus, quibus denique omnibus Carolus IV. Imperium spoliavit, & propter urgentes necessitates, toti Germaniæ communes, quarum in numero fuit, restatque illa, quàm Turci potentia causatur. Hactenus ille. Verùm civitates Imperiales longè etiam ante Caroli IV. tempora Comitiis interfuisse, ex supra *num. 74.* dictis constat, & sicut, ut *supra l. 1. c. 5. n. 8.* dictum est, alia infinita ferè in Imperio Romano Germanico conspiciuntur, quorum origo ignoratur, ita etiam tempus illud, quando Civitates Imperiales ad Comitia vocari cœperint, facilè ignoratur, & credibile est, Civitates Imperiales ab antiquo Comitiis interfuisse, sed cùm multa etiam hinc indè apud authores recitentur, in quibus civitatum nulla mentio fit, etiam hæc ex incuria prætermissa, & neglecta esse: Et cùm antiquioribus temporibus ab Imperatorum beneplacito, & negociorum natura & conditione dependerit, civitates, aliosque Status & ordines ad Comitia vocare, vel non vocare, indè evenisse, ut civitates quoque aliquando vocatæ non fuerint, aliquando etiam vocatæ non comparuerint.

Civitates Imperiales ad Comitia vocatæ, non quidem per totum Senatum, qui Statum Imperii repræsentat, sed per Deputatos & Legatos suos comparent. Quamvis enim alio-
114 rum Statuum præsentia rei fœliciter & velociter gerendæ & expediendæ magnum adjumentum adferat, secus tamen est in civitatibus, quarum, etiam Senatus præsentia Comitia non solum gravarentur, sed & civitates ipsæ sumptibus non necessariis tenuiores redderentur, atque ideò invaluit, ut per Deputatos, veluti Consulem & Syndicum, vel archigrammateum, comparere soleant, utpotè qui non immeritò lingua, aures & oculi civitatis dicuntur, & quod sermo est singulis, *l. Labeo. 7. §. 2. ff. de supell. legat.* id hi civitatibus sunt, *arg. l. 1. §. 1 in fin. ff. quod cujusque universit.* In quorum persona & conditione potissimùm observari debet, ne sit incivilis, vel moribus impolita, nec in rure magis, quàm jure educata, vel aliàs membris distorta cachinnum magis commoveat, quàm aliquam tam sibi, quàm civitati vel minimam conciliet gratiam. Rutg. Rulant. *de Commiss. l. 1. part. 1. c. 11.*

Qui, quando in loco ad Comitia destinato 115
comparent, Imperii Mareschallum de adventu & præsentia sua certiorem faciunt, in Cancellaria Moguntinensi documentum mandati sui, den Gewalt/ exhibent, Paurmeister. *de jurisdict. l. 2. c. 2. n. 31.* Cujusmodi mandatum cum libera esse debet, mit vollkommenem Gewalt/ ohne hinder sich bringen. Cujus formula hæc ferè esse solet: Wir N. bekennen hiemit/ demnach die Röm. Kays. Maj. unser allergnädigster Herr/ auf N. zu N. einen gemeinen Reichstag angesetzet/ darzu uns als ein Stand und Mitglied deß Heil. Reichs auch erfordert/ und wir uns schuldig erkennet/ und in aller unterthänigstem Gehorsam bereitwilligst gewesen/ darzu selbst in Person zuerscheinen/ wir jedoch daran verhindert/ daß wir hierauf unsern vollkommenen Gewalt und Macht gegeben haben/ und hiemit geben thun/ dem N. von unsertwegen zuerscheinen/ unsere Session und Stell einzunehmen/ zuvertretten/ und alles das/ so der Röm. Kays. Maj. Außschreiben mit sich bringet/ auch Ihro Maj. proponiren/ und deß Heil. Reichs Nothdurfft seyn wird/ helffen fürnehmen/ berahtschlagen/ handlen/ fürdern und schliessen/ als ob wir selbst zugegen wären/ und was also unser Abgeordneter hierinn von unsertwegen thun/ fürnehmen und handlen wird/ das alles ist unser Will und Meinung/ das wir auch genehm und unverbrüchlich halten wollen/ dessen zu urkund.

Quamvis enim Author deß Berichts wie es auf 116
Reichsversambl. gehalt. &c. sentiat, quod civitatum Deputati ab exhibitione mandati sint immunes, daß die Stätt bey Abordnung einer oder mehr ihrer Rahtsfreunde zum Reichstag Abordnenden/ nicht verbunden seyen/ einen Gewalt mitzugeben/ sondern wird darinn ihrer schlechten Anzeig geglaubt/ und solches auß altem Herkommen/ &c. Cujus rationem hanc tradit Just. Reiffenberg. *in decreti Spirensis nomothes. publ. fol. 203.* quod Civitates Imperiales, ipsos Senatus Principes, & publicæ gubernationis membra, ad Comitia ablegent, quorum personæ principaliter & radicaliter fides innitatur, Joh. Limnæ. *de jur. publ. tom. 3. l. 9. c. 1. num. 110. seq.* ubi addit, quod si veritate & observantia nititur hoc dogma, omnia Imperii Recessuum loca, ubi mentio fit, der Reichs-Stätte Bottschaffter und Gewalthaber/ ut plerumq; paulò ante subscriptionem fieri solet, ita intelligenda esse, ut Civitates Imperiales, Legatis seu Deputatis suis mandatum quidem dent, illi verò Legati, sive Deputati, mandatum suum in Comitiis exhibere non cogantur. Aliud 117
tamen usu observari, & civitatum Legatos in Cancellaria Moguntinensi mandata sua exhibere solere, videmus, nec simplicem assertionem sufficere, cum nemini, & ne Imperatoris quidem nuncio, sine literis credatur, *l. unic. & ibi* Castrens. *C. de mandat. Princ.* Et ita Civitatum Imperialium mandatum cum libera requiritur in R. A. zu Wormbs. *de anno 1545.* §. dem allem nach. 5. *ibi.* Und dann auch unser und deß Heil. Reichs Frey- und Reichs-Stätt/ ihre vollmächtigte Pottschafften und Gewalthaber mit vollkommenem Gewalt/ ohn hinder sich bringen/ gewißlich schicken. Quod etiam repetitum R. A. zu Regenspurg. *de anno 1546.* §. dieweil wir aber 5. Et cùm in Comitiis Deputatorum civitatum Legati man-

mandatum suum exhibere teneantur, R. A. zu Augspurg. *de anno 1582.* §. Folget nun obgemelte mit *A.* und *B.* signirte Formen deß sonderbaren Eyds und Gewalts. sub lit. *B.* Idem quoque in Comitiis
118 universalibus statuendum erit. Ex quo etiam civitatum Legati passim in Imperii Recessibus dicuntur, Befelchshaber / Gewalthaber / R. A. zu Regenspurg. *de anno 1557.* §. Und wir die Verordnete. *89. 161*: und deß H. Reichs Frey- und Reichs-Stätte / Gesandten / Bottschafften / und Gewalthaber. R. A. zu Augspurg. *de anno 1559.* §. und wir Churfursten. *86. & de an. 1566.* §. und seynd diß. *183* R. A. zu Franckfurth. *de anno 1571.* §. und wir der Churfürsten. *43.* & alibi passim. Et cùm Electorum, Principum, aliorumque Statuum nuncii absq; mandato nō admittantur, non video, cur civitatum Legati absque mandato admittendi, utpotè quarum intuitu major ratio exigendi mandati exsurgit, siquidem in tanto civium numero facilius personatus se pro nuntio, si mandatum non exhibeatur, ingerere posset, secundum Arumæ. *de Comit. c. 7. n. 148.*

Imperatori ad Comitia adventanti extra urbem procedere tenentur, eundemque postea ad Sacra peraganda, non minus ac Electorum, Principumque Legati concomitantur, & ubi inter Sacra ad Missam devenitur, protestantes in proximum conclave secedunt, illicque commorantur, donec Missa ad finem deducta fuit. Quando Sacris jam peractis in Curiam deventum est, civitates à sinistro Cæsareæ Majestatis infimum locum occupant, Cæsaream propositionem audiunt, ejusq; copiam accipiunt, & ut eandem sub deliberationis in-
119 cudem revocent, indicta die in conclavi, ordini suo separatim adsignato conveniunt. Sicuti enim tres sunt Imperii Statuum & ordinum Classes, veluti I. Electorum, II. Principum, Prælatorum, Comitum & Baronum, & III. Civitatum, ita etiam tria eorundem sunt Collegia sive Curiæ, der Churfürsten / Fürsten / und Stätt Rath / Obrecht. *de jurisdict. cap. 6. num. 74. seq.* Reinking. *de regim. secul. libr. 1 class. 5. c. 8. n. 42. seq.*

120 Civitatum Imperialium Senatus in duo dividitur scamna: Quorum unum est civitatum ditionis Rhenanæ, die Rheinische Banck / quod occupant civitates ad Rhenum, item Lubecca, nec non Wetteravicæ, Alsatiæ in Landvogteia Hagenoënsi, Saxonicæ & Thuringicæ civitates, alterum Suevicum, die Schwäbische Banck / in quo resident Suevicæ & Franconicæ Civitates, Wehner. *pract. observ. verb.* Freye Reichs-Stätte. §. *nam in effectu.*

121 Scamnorum origo indè orta est, quod antiquitus Comitia aliique conventus publici plerumque & maximè æstivo tempore & cœlo sereno sub dio celebrata & longa scamna posita fuerunt, in quibus Status, eorumque Legati sederunt, indeque scamnorum distinctio tam Principum, quàm civitatum remansit, Lehman. *Chron. Spirens.* §. *ult. cap. 124.*

122 Quod autem civitates aliquando in Comitiis non sederint, id vel ob contentionem de sessionis prærogativa, vel ob conclavis angustiam, vel etiam ob reverentiam erga Electores & Principes factum & intermissum fuisse, & idem Comitibus in Comitiis Spirensibus *anno 1522.* contigisse, referunt Lud. Gremp. & Hier. zum Lamb. *d. consil. fol. 46.*

Imperium Romano-Germanicam in de- 123
cem distribuitur circulos, *1.* Austriacum, *2.* Burgundicum, *3.* Electoralem Rhenanum, *4.* superiorem Saxonicum, *5.* Franconicum, *6.* Bavaricum, *7.* Suevicum, *8.* Rhenanum superiorem, *9.* Westphalicum, *10.* Saxonicum inferiorem, uti videre est apud Reinking. & Petr. Denais. & novissimè ex *Instrumento pacis. artic. 16. §. denique.*

In Austriaco & Electorali nullæ reperiun- 124
tur Civitates Imperiales. In Burgundico, una Bisantium, quæ hodie ab Imperio avulsà, *infra lib. 4. cap. 1. n. 17.* In Franconico, *1.* Norimberga, *2.* Rotenburgum ad Tubarim *3.* Winsheimium, *4.* Suinfurtum, *5.* Wissenburgum in Nortgavia. In Bavarico, itidem unica Ratispona. In Suevico, quæ in conventibus circularibus hoc ordine sedent, *1* Augusta, *2.* Ulma, *3.* Eslinga, *4.* Reutlinga, *5.* Nortlinga, *6.* Halla Suevorum, *7.* Yberlinga, *8.* Rothwila, *9.* Heilbronna, *10.* Gemunda Suevorum, *11.* Memminga, *12.* Lindavia, *13.* Dinckelspüla, *14.* Biberacum, *15.* Ravenspurgum, *16.* Campodunum, *17.* Kauffbeura, *18.* Wila, *19.* Wangena, *20.* Isna, *21.* Leutkirchum, *22.* Wimpina, *23* Giengena, *24.* Alen, *25.* Bopfinga, *26.* Pfullendorfium, *27* Buchorna, *28.* Buchavia, *29.* Offenburgum, *30.* Gengenbachium, *31.* Zella ad Hamersbachium. In Rhenano. *1.* Argentoratum, *2.* Spira, *3.* Wormatia, *4.* Francofurtum, *5.* Colmaria, *6.* Kaysersburgum, *7.* Turckheimia, *8.* Monasterium in Valle S. Georgii, *9.* Oberehemium, *10.* Roshemium, *11.* Selestadium, *12.* Hagenovia, *13.* Weissenburgum ad Rhenum, *14.* Landavium, *15.* Fridberga, *16.* Wetzlaria. In Westphalico, *1.* Colonia, *2.* Aquisgranum, *3.* Tremonia, *4.* Cameracum, *5.* Verden, *6.* Hervordia. In Saxonico inferiori, Brema. In Saxonico superiori, *1.* Lubecca, *2.* Mulhusium Thuringiæ *3.* Nordhusium, *4.* Goslaria.

In Scamno Rhenano, auff dem Rheinischen
Banck / sedent civitates Circuli Rhenani, 125
Burgundici, Westphalici & Saxonici superioris & inferioris, Suevicum vero occupant scamnum civitates Circuli Franconici, Bavarici & Suevici, & quidem sequenti ordine;

Rheinische Banck.

1. Cöln.	27. Nordhausen.
3. Aach / cum solita protestatione contra Cöln.	29. Weissenburg am Rhein.
5. Straßburg.	31. Landaw.
7. Lübeck. } alterniren.	33. Ober Ehenheim.
9. Wormbs. } alterniren.	35. Käysersberg.
11. Speyr.	37. Münster in Sanct. Gregorienthal.
13. Franckfurth.	39. Roßheim.
15. Hagenaw.	41. Türckheim.
17. Colmar.	43. Dortmund.
19. Schletstatt.	45. Friedberg.
21. Goßlar.	47. Wetzlar.
23. Bremen.	49. Gelnhausen.
25. Mülhausen.	51. Hervordt.

Schwäbische Banck:

2. Regenspurg.	40. Kempten.
4. Augspnrg.	42. Winsheim.
6. Nürnberg.	44. Kauffbeuren.
8. Ulm.	46. Weil.
10. Eßlingen.	48. Wangen.
12. Reutlingen.	50. Jßni.
14. Nördlingen.	52. Pfullendorff.
16. Rotenburg an der Tauber.	53. Offenburg.
	54. Leutkirch.
18. Schwäbisch Hall.	55. Wimpffen.
20. Rohtweil.	56. Weyssenburg am Nordtgaw.
22. Uberlingen.	
24. Hailbrun.	57. Giengen.
26. Schwäbisch Gemündt.	58. Giengenbach.
28. Memmingen.	59. Zell.
30. Lindaw.	60. Buchhorn.
32. Dinckelspühl.	61. Aalen.
34. Biberach.	62. Buchaw am Feder-See.
36. Ravenspurg.	
38. Schweinfurth.	63. Bopffingen.

126 Directorium in Comitiis in Senatu civitatum, sive inter civitates habet illa civitas, in qua Comitia peraguntur, aut si negocio non sit sufficiens, alia eligitur, quæ id laboris & honoris sustineat. Directorium, qui obeunt, per unum ex suo numero, omnes propositiones, relationes, tam in hoc civitatum speciali, quàm generali Statuum concilio expediunt, consulta & conclusa in chartam conjiciunt, publicè legunt, vel addunt. vid. *infr. c. 11. n. 17.*

127 De propositione singulæ civitates vota sua alternatis scamnorum vicibus, dicunt, quæ directores requirunt & colligunt, & primum quidem in scamno Rhenano à Colonia, alterum in scamno Suevico à Ratispona, & ita deinceps alternatis vicibus, ipsi autem Directores ultimo loco suum quoque addunt, & quod per majora placuerit & conclusum exponunt, & postea ad petitionem Moguntini, in Electorum, Principum, ac Statuum communi congressu & conventu (qui communiter vocari solet das plenum, sive in pleno zusammen kommen) explicant, & quod ritè demum in generali Imperatoris & Statuum concilio conclusum subscribunt.

128 Omnia tandem acta civitatum in duo reconduntur archiva, Spirense, quod Rhenensium civitatum est, & Ulmense, in quo Suevici scamni acta reservantur, & ex his, tanquam locis publicis & authenticis, necessitate postulante, instructio desumitur, Rut. Rulant. *de commiss. part. 2. lib. 5. cap. 4.* vide *infra cap. 12. n.*
129 *25.* Confer Lehman. *Chron. Spirens. lib. 7. c. 124.* §. Von der Frey- und Reichs-Stätt Raht. *7. fol. 1016. & seq.* ubi ita scribit: Der Stätt Raht ist auch in zwo Bänck abgetheilt / dann man von Alters auff selchen Reichsversamblungen / lange Bänck gestellt / und offtermahls im Sommer / wanns oben herab schön und trucken gewesen / im Grünen Reichs-Raht gehalten / dahero noch die Abtheilung im Fürsten- und Stätt-Raht / nach den Bäncken / von solchem Procefs übrig verblieben. Auff der einen Banck sitzen die Rheinische Frey-Stätt / und Lübeck ein Ansee-Statt / die Wedderawische / Elsässische / in der Landvogtey Hagenaw / die Sächsische und Thüringische Reichs-Stätt. Auff der andern Banck sitzet Regenspurg zu ersten / darnach Augspurg / Nürnberg / Ulm / und die übrige Reichs-Stätt in Schwaben und Francken. Das Directorium im Stätt-Raht / führet die Statt / darinn der Reichstag gehalten wird / oder im Fall dieselbe mit qualificirten Personen / zu Verrichtung so wichtiger Sachen / nicht versehen / welches doch sehr selten und in geringern Stätten pflegt zu geschehen / so erwehlen der Stätt Gesandte ein andere Statt / und tragen derselben das Directorium auff. Wann aber die Statt / darinn der Reichstag / an Personen nit Mangel hat / so setzt sie an einem Tisch in der Mitten ihre Deputirte außm Raht / und gelehrte Raht samt einem Secretario. Es halten auch die Frey- und Reichs-Stätt zwo Registraturn, die eine der Rheinischen Stätt / welche zu dieser Zeit der Statt Speyr / die andere der Schwäbischen Stätt / so der Statt Ulm verwarlich anvertrauet / darzu seynd bey beruhrten beeden Stätten / zu jeder Registratur ein Registrator, welche in gemeiner Stätt-Versamblung auffgenommenen / und mit Leiblichen Eyden / zu der Erbaren Frey- und Reichs-Stätt Archivis verpflichtet werden / dieselbe beede Registratores sitzen im Stätt-Raht an der Directorn Tisch / halten die Protocolla, bey denen man sich auff begebende Fäll als authenticis, Bericht pflegt zu erholen / haben alle acta und Schrifften / und was zur Registratur gehörig / in ihrer Verwahrung / und so es Noth ist / thun sie in einem und anderm Bericht / was zur Nachrichtung außm Archivo dienlich. Vor Jahren hat es die Statt Nürnberg bey den Erbaren Stätten auff Ansuchen erlanget / daß sie ihren Secretarium einen / im Stätt-Raht zum Directorio setzen / der gleichfalls sein Protocol hält / welches bißher keiner Statt zugelassen. Die im Directorio sitzen / verrichten durch dero gelehrten Raht einen / alle Fürträg und Relationes, so wol im Stätt-Raht / als auch in gemeiner Reichsversamblung / stellen auch alle Schrifften / so in der Stätt Namen / in die Feder zu bringen / doch derselben Verbesserung beym Ablesen vorbehältlich. Aber in der Umbfrag deß votirens / fragt der erst deß Rahts derselben Statt im Stätt-Raht von jeder Statt Gesandten zum andern / und solches umbgewechselt zu beyden Bäncken / als erstlich auff der Rheinischen Banck Cöln / zum andern auff der Schwäbischen Banck Regenspurg / zum dritten Aach / zum 4. Augspurg / zum 5. Straßburg / zum 6. Nürnberg / zum 7. Lübeck / zum 8. Ulm / zum 9. Wormbs / wiewol Lübeck und Wormbs von einem Tag zum andern umbgewechselt sitzen / zum 10. Eßlingen / zum 11. Speyr / zum 12. Nördtlingen / zum 13. Franckfurth / zum 14. Reutlingen / zum 15. Hagenaw / zum 16. Schwäbisch Hall / und so fort in ihrer Ordnung. Die vota colligiren die Directores, und haben sie das letste votum. Das mehr ist der Schluß / und wird mündlich oder Schrifftlich im Reichs-Raht / hernach im Namen aller Stätt ins gemein durch deß Directorii Syndicum referirt. Bey diesem ist auch zu melden / was die Stätt vor ein Procefs in der Umbfrag haben / den halten sie auch im Gehen in publicis actibus. Wann auch ein Außschuß gemacht wird / setzen sie von jeder Banck eine Statt darzu / und haben darinn zwey vota. Hactenus Lehman.

CA-

CAPUT III.

De Jure Civitatum Imperialium circa Curam Religionis.

Summaria.

1. *A Religione aeterna dependet foelicitas, eaque Reipubl. fundamentum est.*
2. *Curam Religionis magistratui politico adimunt Catholici.*
3. *De jure antiquissimo & Divino haec cura ad politicum quoque magistratum pertinet.*
4. *Reges, Principes & reliqui Magistratus politici utriusque tabulae custodes dicuntur.*
5. *Ecclesiae nutritii.*
6. *Exempla sacra referuntur.*
7. *Ipse Christus Ecclesiam politicae potestati subjecit.*
8. *Imperator Ecclesiae protector & Advocatus dicitur.*
9. *Pontifices non nisi cum Imperatorum consensu ordinati.*
10. *Magistratus studiosè agant, quod placet in oculis domini, & subditos doceant timorem domini.*
11. *Imperatores leges tulerunt de rebus Ecclesiae, locis sacris, caeremoniis, doctrina, &c.*
12. *Ecclesiae defensio in eo quoque consistit, ut Religionis cultus sit purus.*
13. *Cura animarum magistratui politico non competit.*
14. *Quatenus magistratus sint oves Ecclesiae.*
15. *Cura Religionis non minus, quàm justitiae administratio magistratui politico adscribitur.*
16. *Civitatibus Imperialibus competit jus praesidis sacrorum, & pace Religionis gaudent.*
17. *Civitates Imperiales an Catholicam Religionem mutare & Augustanam introducere possint?*
18. *Interdicti uti possidetis, vis quaenam sit, & n. 62.*
19. *Diversa videtur esse ratio Catholicorum & Evangelicorum, & n 20. 63. 68. & 154.*
21. *Transactiones sunt stricti juris, nec alteri stipulari licet.*
22. *Archiepiscopi & Episcopi Ecclesiastica jurisdictione uti possunt contra illos, qui ad Augustanam confessionem secedere conantur.*
23. *An in Constitutione pacis religiosae omnibus Civitatibus Imperialibus libertas Religionis concessa, & n. 72. & 75.*
24. *Civitates Imperiales non videntur habere proprium territorium, & n. 76.*
25. *Superioritas territorialis in Civitatibus Imperialibus ad Imperatorem pertinere videtur, & n. 78. & 79.*
26. *Cives in Civitatibus Imperialibus Imperatori immediatè subjecti esse censentur, & n. 30. 83. & seq.*
27. *Cives Imperatori juramentum fidelitatis praestare tenentur.*
28. *Consules & Senatores Civitatum Imperialium non videntur ea agere posse, quae sunt majoris momenti.*
29. *Par in parem non habet Imperium.*
31. *Pacis religiosae constitutio in quem finem facta, & n. 33. & 163.*
32. *Causa finalis principaliter attendenda.*
34. *Promissio sub interpositione fidei quam vim habeat?*
35. *Verba,* Kein Standt/ *quid importent?*
36. *Omne qui dicit, nihil excludit.*
37. *Pacificatio religiosa omnes Status comprehendit.*
38. *Et sic quoque Civitates Imperiales.*
39. *Civitates Imperiales esse sub dispositione §.* Und damit solcher Fried. *15. demonstratur.*
40. *Interpretatio verisimilis accipienda.*
41. *Regis Ferdinandi rescripto probatur, Civitates Imperiales constitutione pacis religiosae comprehensas.*
42. *Vbi verba clara, limitatio vel restrictio non quaerenda.*
43. *Confessio adversarii notorium inducit.*
44. *Imperii ordinum assertio non irrita facienda.*
45. *Ex praeambulis interpretatio sumi potest, & sequentia per antecedentia declarantur.*
46. *Verba,* Ein jeder Standt / *Civitates quoque Imperiales comprehendit.*
47. *Verba: omnimodò, secundum omnem tenorem, &c. restrictionem non admittunt.*
48. *Pacificatio Religionis etiam cum Civitatum Imperialium consilio & cõsensu facta.*
49. *Civitates Imperiales in pace Religionis & Statuũ nomine comprehenduntur, & n. 50.*
51. *Olim jurisdictio Ecclesiastica jure territoriali adscribitur, & n. 55. 56. 57.*
53. *Ejusque indubitata sequela est.*
54. *Ejus est Religio cujus est regio.*
58. *Vbi ratio diversitatis cessat, tum juris dispositio perdurat.*

59. Si

59. Si principale non est permissum, frustra de accidentibus quæritur.
60. Processus decreti sunt illis Statibus, qui post pacificationem religionem mutarunt.
61. Nobiles immediati liberum jus reformandi Religionem habent.
63. Una eademque res diverso jure censeri non debet.
64. Nemo sibi in propria causa jus dicere potest.
65. Quæ ante pacificationem religiosam disputata, annullata sunt, & æqualitas servanda.
66. Tutius est jure uti ex propria, quàm aliena persona.
67. Præsumitur quis potius ex proprio, quàm alieno nomine possidere.
68. Expressum habetur, quod sub ratione continetur.
69. Verbum, Gleicher Gestalten / *est relativum & æquiparativum.*
70. Ubi textus clarus glossa non opus est.
72. Sub genere veniunt ejus species.
74. Explicantur §. Wo aber. *24.*
75. An si civitas aliquis in civitate aliam religionem foveat, emigrare teneatur?
76. An Civitates Imperiales Cæsaris sint patrimonium, & Cæsaris patrimonium quotuplex?
77. Ad neutrum Civitates Imperiales referri possunt.
78. Privatum principis patrimonium liberè alienari potest.
79. Imperatori plus juris competit in civitatibus hæreditariis, quàm Imperialibus.
80. Epistolæ & programmata in provincias missa, quàm vim habeant?
84. Unius rei duo in solidum domini esse non possunt.
85. Magistratus Civitatum Imperialium dignitati nihil derogat, quod à civibus eligatur.
86. Sicuti & quod ab Imperatore non investiatur.
87. Civitates nonnullæ ab Imperatore regalia obtinent.
88. Imperator Senatum & non cives ad Comitia vocare, & senatus non civium nomine comparitio fieri solet.
89. Magistratus & cives in Civitatibus Imperialibus non sunt pares.
90. A posse ad esse non valet consequentia.
91. Major pars quatenus concludat, & n. 92.
93. Ad universos refertur, quod publicè per majorem partem fit.
94. Majoris partis consensus prævalet, & n. 95.
96. Etiam in collectis.
97. Regis Ferdinandi resolutio explicatur, & n. 98. 99.
100. In mutatione Religionis Imperatoris consensus non est necessarius.
101. Frustra precibus impetratur, quod jure communi conceditur.
102. Rescripta pacificationi religiosæ contraria abolentur.
103. Civitates Imperiales jus mutandi Religionem etiam in pagis obtinent, & numero 104. 117.
105. In quibus civitatibus tempore pacificationis religiosæ utraque religio in usu fuit, inviolata permanere debet, nec alterutra pars à Senatu excludenda.
106. Si senatus & cives in mixtis civitatibus ad alteram religionem consentiant, an alteram abrogare possint.
107. An civitatibus mixtis tam Catholici quàm Augustanæ confessioni addicti cives eo ministrorum Ecclesiæ & scholæ numero, quem in anno 1624. habuerunt, contenti esse teneantur?
108. An cives invito senatu exercitium aliquod Religionis assumere possint?
109. Pacificatio subditorum quoque conscientiæ securitatem tribuit, & n. 126.
110. Cives quoque civitatem constituunt.
111. Quod juris est in toto quoad totum, idem in parte, quoad partem, & n. 130. 131.
112. Diversa videtur esse ratio inter cives Civitatum Imperialium, & aliorum Statuum subditos.
113. Pluralitas votorum in causis Religionem concernentibus locum non obtinet.
114. Constituens dignius constituto, & ex causa prima operatur secunda, & n. 132. & 133.
115. In Civitatibus Imperialibus utraq; Religio tolerari debet, & n. 134.
116. Cives in Civitatibus Imperialibus Imperatori immediatè subesse videntur.
118. Ius Religionis Civitatibus Imperialibus non aliter quàm aliis Statibus competit.
119. Cives & subditi non habent jus territoriale.
120. Termini præsupponendi sunt habiles.
121. Statuum subditis publicum Religionis exercitium non permittitur.
122. Quæ universitati competunt, exercentur per eos, qui universitatem repræsentant.
123. Conventicula subditorum prohibita sunt.
124. Tempus non est modus introducendæ vel tollendæ obligationis.
125. Inter regimen Civitatis Imperialis aristocraticum & democraticum distinguitur.

127. Sub-

127. Subditi passivè & ut pareant, in pacificatione Religionis continentur, & ut non molestentur.
136. Si in civitate aliqua Imperii cives aliqui Anno 1624. diversum à magistratu & reliquis civibus Religionis exercitium privatum habuerint, id in ipsis adimi non potest.
137. An magistratus cives Religionem suam amplecti nolentes, propterea molestare, punire & invitos ejicere possint?
138. Magistratus non tenetur tolerare eos, qui aliis corruptela esse possunt, & putrida membra resecanda sunt, & n. 158.
139. Nervus Reipublicæ & pax Ecclesiæ est Religionis unitas.
140. Heretici si nolint resipiscere cogendi sunt, & n. 141.
142. Urendum & secandum est.
143. Tolerantia Religionis quatenus intelligenda, & n. 161.
144. Quatenus subditi sub pace Religionis contineantur, & n. 162.
145. Pax religiosa omnem vim remotam esse vult.
146. Magistratus & territoriorum domini in conscientias subditorum dominium non habent.
147. Mentium Rex Deus est.
148. Regis Poloniæ Stephani dictum.
149. Fictos Catholicos facit coactio.
150. Nemo propter Religionem famæ & honoris periculum, vel labem sustinere debet.
151. Augustana confessio nullum crimen continet, & n. 152.
153. Catholici probant, quod Augustanæ confessioni addicti subditis suis Catholicis suæ Religionis exercitium extra civitatem interdixerint.
154. Quod quisq; juris in alium statuerit, eodem & ipse utatur, & Religio Catholica & Augustana confessio parificata & æquiparata.
155. Nec ipsi Imperatori licet Augustanæ confessionis Status respectu Religionis turbare.
156. Emigrationis beneficium est liberrimæ voluntatis, & n. 165.
157. Plurimi Imperatores conscientiarum coactiones & carnificinas exhorruerunt.
159. Quænam Catholica vel Augustana verior, ad amicabilem suspensum est compositionem, & n. 192.
160. Optanda potius est Religionis unitas, quàm speranda.
163. Causa finalis pacificationis religiosæ quænam?
164. Pax profana & religiosa pari passu ambulant.
166. In civitatibus mixtis Senatus ab utriusq; Religionis civibus constituendus.
167. Calviniani an & quatenus in pacificatione Religionis contineantur, & n. 168.
169. Ad merum Imperium cura Religionis non pertinet.
170. Sed potius ad inferiorem jurisdictionem.
171. Nec ad eum Religionis jus pertinet, qui in alieno territorio regalia vel alia quædam jura jurisdictionalia particularia obtinet.
172. Nisi speciali conventione.
173. Nec ad jus patronatus Religionis jus spectat, & n. 175.
174. Ius patronatus quid contineat?
176. Protector curam Religionis non habet.
177. Ius filiationis jus religionis non tribuit.
178. Civitates Imperiales habent jus Episcopale, sive jurisdictionem Ecclesiasticam.
179. Iurisdictio Ecclesiastica in Statibus Augustanæ confessionis hodie est suspensa.
180. Status protestantes seculares duplicem personam sustinent.
181. Cujus est territorium, ejus quoque est jurisdictio Ecclesiastica.
182. Catholici in subditos suos in Civitatibus Imperialibus commorantes Ecclesiasticam jurisdictionem exercere non possunt.
183. Ordines protestantes cognitionem habent in spiritualibus & Ecclesiasticis.
184. Quam per consistoria Ecclesiastica exercent.
185. Ius ordinis quid sit?
186. Lex diœcesana quid?
187. Episcopalis audientia quid?
188. Ad Civitates Imperiales pertinet causarum matrimonialium dijudicatio.
189. Uti & absolutio à juramento ad effectum agendi, & n. 190. 191.
192. Cognitio de Augustana confessione, verane an erronea sit, suspensa est, & n. 193.
194. Civitates Imperiales ordinationes Ecclesiasticas promulgant.
195. Quatenus ceremonias in Ecclesia mutare possint?
196. Ex quibus de Ecclesiæ unitate non judicandum.
197. In Ecclesia omnia fiant decenter & ordine.
198. Non facilè ritus veteres mutandi
199. Ad Civitates Imperiales spectat festorum & feriarum ordinatio.
200. Exercitio artis Sagittariæ, palestræ, &c. dies sabbathi non profanatur, si sit absque neglectu cultus divini.
201. Novi Calendarii introductio ad protestantes pertinet.
203. Ad easdem pertinet Ecclesiæ ministrorum vocatio.

204. Et

204. Et quatenus ea fieri soleat?
205. Quales Ecclesiæ ministri vocandi, & n. 206.
207. Eadem procedunt quoad ludimoderatorum ordinationem.
208. Ministris Ecclesiæ & scholarum salaria constituenda.
209. Omnis ordo sine divitiis contemnitur.
210. Nummi missales, Opfferpfenninge / Beichtpfenninge.
211. De scholarum erectione, remissivè.
212. Remotio ministrorum Ecclesiarum & scholarum ad quem pertineat, & n. 213. 215. 220.
214. Ecclesiæ ministri degradari possunt.
216. Olim electio & remotio clericorum & Ecclesiæ ministrorum ad Episcopum pertinuit.
217. Ad quem institutio, ad eum quoque remotio spectat, & n. 219.
218. Quo modo quid colligatur, eo quoque dissolvitur, & n. 225.
221. Imperator Pontificem deponendi jus habet.
222. Si inter magistratum & ministerium Ecclesiasticum & cives de removendæ Ecclesiæ ministro lis sit, magistratus præferendus.
223. Patronus Ecclesiæ ministrum removere non valet.
224. Nec eidem sugestum interdicere potest.
226. Ius patronatus spirituali annexum est.
227. Vt minister Ecclesiæ ab officio removere possit, legitima causa ejusq; cognitio requiritur.
228. Eadem requiruntur in remotione ludimoderatorum.
229. Magistratui politico visitatio Ecclesiæ incumbit.
230. Quamvis primatus in Ecclesia non sit, in ea tamen sunt ordines, & n. 231.
232. Superintendentes præcedunt reliquos Diaconos, & oppidani paganos.
233. In visitationibus inquiritur in doctrinam & vitam ministrorum.
234. Disciplina Ecclesiastica quotuplex?
235. Degradatio quid?
236. Depositio quid?
237, Suspensio quid?
238. Carcere quandoq; coërcentur Ecclesiæ ministri.
239. Excommunicatio quotuplex & quid?
240. Cum consensu magistratus politici fieri debet.
241. Pœnitentia Ecclesiastica quid?
242. Magistratus officium est providere, ne Ecclesiæ ministri sint tumultuantes & seditiosi.
242. Cives præscribere non possunt pastori quomodo eas pascat, sed pastor eas arguere, &c. potest.
244. Si pastor metas excedat, magistratus eum coërcere potest.
245. Exempla seditiosorum pastorum referuntur.
246. Beata Respublica, quæ ministros Ecclesiæ habet pios, sedatos & pacis amantes.
247. Proprium ministrorum Ecclesiæ quodnam esse debeat?
248. Subditis sancta esse debet persona magistratus.
249. Ecclesiæ ministri debent esse præcones conversionis, non tubæ seditionis.
250. Seditiosis concionatoribus maturè obviandum.
251. Hi injuriarum nomine conveniri possunt.
252. Extructio collegiorum & templorum ad magistratum politicum spectat.
253. Ærarii sancti constitutio.
254. Bonorum Ecclesiasticorum administratio.
255. Conciliorum convocatio ad curam magistratus politici Ecclesiasticam pertinet.
256. Vti & dispensatio in gradibus prohibitis matrimonialibus.
257. In quibus causis dispensatio locum habeat?
258. In quibus non?
259. Ius naturale & divinum immutabile.
260. Pontifex contra hæc jura dispensare nequit.
261. Quænam requirantur ut dispensatio locum habeat?
262. Nec Princeps nuptias in gradibus prohibitis absque dispensatione contrahere potest.
263. Iudex in causis Religionem concernentibus est Camera Imperialis.
264. An etiam Aula Cæsarea?

1 INter privilegia Civitatibus Imperialibus competentia, meritò primum locum obtinet, jus sacrorum, sive Religionis instituendæ & curandæ potestas, utpotè à quâ æterna & temporalis dependet fœlicitas, R. A. zu Augspurg. *de anno 1566.* §. wiewol wir nun auff solches. 3. *ibi.* daran alle zeitliche und ewigliche Wolfahrt hanget. Et quæ sola totius Reipublicæ fundamentum & columna est, quâ solâ universa hominum constat societas, quæ murus aheneus, propugnaculum & tutamen est, quâ sola Romana gens orbem terrarum subegit, Schönborn. *lib. 3. polit. cap. 11. in princ.* & sublata Religione, justitia, publica honestas, & disciplina corruit, R. A. zu Regenspurg. *de an. 1532. tit. Concilium* betreffend. *in fin. princ. ibi*: darneben erfolgen wurde / daß alle Zucht / Ehr / Gehorsam / und andere gute Tugend / in Geistlichen und Weltlichen / gäntzlich

gänzlich fallen würde. Unde in omni Republ. pri-
mum eſt, curatio rerum divinarum, Ariſtot. 7.
polit. 8. Lipſ. *lib. 4. polit. 2.* Quamvis enim Pon-
tifices politico magiſtratui in cauſis Religio-
2 nem & fidem concernentibus omnem poteſta-
tem adimant, *c. nulli. cauſ. 12. quæſt. 1. c. 7. c. 10. X. de
conſtitut. c. 4. Diſt. 10. c. conſulendum. Diſt. 18. c. cùm ad
verum. c. benè. Diſt. 96. & ibid. paſſim. c. benè. per
laicos. c. non placuit. c. laicis. c. ſi quis Principum. cauſ.
15. quæſt. 7. c. Sacroſancta. 51. c. Maſſana. 57. de elect.* &
magiſtratui ſeculari omni judicio Religionis
rerum & perſonarum in tantum interdicat, ut
præter defenſionem Religionis à Clero agni-
tæ, nihil relinquat, Bellarmin. *tom. 1. controv.
general. 5. lib. 3. de laic. c. 17. & 18. & controv. general.
3. de Pontif. Rom. lib. 1. cap. 7.* Joh. Ludov. Linden-
ſpür. *in analyſ. pac. Relig. fol. 512. & 565.* ex eo, quod
magiſtratus ſecularis ſit de numero ovium,
non paſtorum: nullam verò oves habeant ju-
risdictionem in paſtorem, Bellarm. *d. l.* quod-
que magiſtratus politici ſenſus non habeant
exercitatos in ſcripturis, nec verbum prædi-
cent, & ſic de verbo Dei judicare nequeant.
Quod etiam innuere videtur Luther. *tom. 2.
contra art. Lovan.* Non eſt Regum inquiens, aut
Principum veram doctrinam confirmare, ſed
ei ſubjici & ſervire. Curam tamen Religio-
nis & veri cultus divini etiam ab antiquiſſimo
tempore & de jure divino magiſtratui politi-
co & ſeculari incumbere, huncque non tan-
tùm corporum curatorem, ſed & mentium pa-
3 ſtorem eſſe, & à Deo juſſum legem divinam
nocturna verſare manu, verſare diurna, Reli-
gionem legitimè conſtitutam tueri, collapſam
mutare, & inſtaurare, adeoque doctrinam di-
judicare, in idololatras, blaſphemos, falſos
Doctores & seductores populi animadvertere,
ipſa ſacra ſcriptura nos docet, *1. Timoth. 2. v. 2.
Pſalm. 2. v. 10. & 82. verſ. 6. Eſaiæ 41. verſ. 23.*

4 Unde Reges, Principes, cæterique Dynaſtæ
& magiſtratus utriusque tabulæ dicuntur, &
ſunt cuſtodes, *Deuter. 17. v. 18. & 19. c. Princeps.
c. ſi apud. cauſ. 23. quæſt. 3.* Bened. Carpzov. *pract.
crim. quæſt. 44. n. 13. & in jurisprud. conſiſtor. lib. 1. tit.*
5 *1. defin. 1.* Eccleſiæ nutritii, *Pſalm. 46. v. 10. Pſalm.
81. Exod. 2. verſ. 8. & 28. Eſaiæ. 49. v. 23.* Cuſto-
des legis divinæ, & architecti mœniorum Ec-
cleſiæ, *Eſaiæ. 60. v. 10.* gloriam Dei promovere,
idololatriam abolere, puram & ſinceram do-
ctrinam propagare, & cæremonias divinitus
inſtitutas obſervare jubentur, *Daniel. 3. v. 96. 3.*
6 *Regum. 15. verſ. 13. & 4. Regum. 17. v. 26. ſeq.* Sic
quoque veram Religionem reduxit, & Dei
cultum reſtituit Joſias, *2. Regum. 22. & 23.* Joſa-
phat. *2. Paralip. 17.* Joſua, *Joſuæ 3. v. 5.* David *1.
Paralip. 13.* & *2. Samuel. 6. v. 20. & 21. Pſalm. 2.
v. 10. & 11.* ut qui non ſolùm arcam fœderis in
civitatem reduxit, *2. Samuel. 6. v. 12.* ſed & con-
ſtituit, ut juxta altare ſtarent Cantores, &
dulcia ejus cantica ſacra decantarent, *Eccleſ.
47. verſ. 11.* Ezechias, qui reformationem tem-
pli & cultus inſtituit, *2. Chronic. 29. & 30.* Ama-
ſias, *2. Paralip. 29.* Hiskias *2. Regum. 38 & 2. Pa-
ralip. 29.* Et Moyſes omnem ſacrorum ratio-
nem à Deo accepit & populo tradidit. *Exod. 27.*
ac Aaronem ob vitulum aureũ ſeverè caſtiga-
vit, vitulumque manibus ſuis confregit, *Exod.
32. v. 20.* Salomon ſummo Sacerdote Abiatha-
ro remoto, Sedocum in ejus locum ſubſtituit,
3. Regum. 2. Hinc Chriſtus ipſe cum Apoſtolis
Eccleſiam in hac vita adhuc militantem, poli- 7
ticæ poteſtati ſubjecit, *Actor. 25. Roman. 13. 1.
Petr. 2.* Et Auguſtinus inquit, hoc pertinet ad
Reges ſeculi Chriſtianos, ut temporibus ſuis
pacatam velint habere matrem ſuam Eccleſi-
am, unde ſpiritualiter nati ſunt, *c. quando. cauſ.
24. quæſt. 4.* idque ſi non faciunt, Deo tenentur
reddere rationem propter Eccleſiam, quam à
Chriſto tuendam accipiunt, Iſidorus *in c.
Princeps cauſ. 23. quæſt. 5.* Eſt enim Eccleſia in
Republica, non verò Reſpublica in Eccleſia,
arg. Novel. 3. 5. 6. 16. Engelbrecht. *de jurisd. con-
cluſ. 74.* Unde etiam Imperator Romanus to-
tius Chriſtianiſmi & Eccleſiæ Protector, Ad- 8
vocatus & ſupremus Præfectus dicitur, R. A.
zu Augſpurg. *de anno 1518.* §. Erſtlich. *1. ibi:* Und
demnach als erwöhlten Römiſchen Kayſer/und der hei-
ligen Chriſtlichen Kirchen Rechten Vogt/ Schutz-
und Schirm-Herrn. R. A. *de anno 1530.* §. auf ſolch
unſer. *10. ibi:* wie uns als Römiſchem Chriſtlichem
Kayſer/ Obriſtem Vogt und Schirmherren der heili-
gen Chriſtlichen Kirchen von Ampts wegen. & §. *ſeq.*
nachdem aber. *ibi:* als Römiſchem Kayſer und Obri-
ſtem Vogt der Chriſtenheit. R. A. zu Speyr. *de anno
1529. tit. Conſtitution* oder Mandat wider die Wi-
dertäuffer. *2. ibi:* Als Römiſcher Kayſer/ Oberſter
Vogt/ und Beſchirmherr unſers heiligen Chriſtlichen
Glaubens. R. A. zu Regenſpurg. *de anno 1541.* §.
aber Churfürſten. *19. ibi.* Und uns/ als Advocaten
und Beſchirmer der Chriſtlichen Kirchen. Ex quô
Lutherus ad Imperatorem ſcribit, ſe confuge-
re ad ipſum, tanquam aram præſidiumque &
rogare, ut Doctrinæ Chriſtianæ tutelam ſuſci-
piat, exemplo Athanaſii, Sleidan. *lib. 2. com-
ment.* & Elector Trevirenſis in electione Caro-
li V. inquit: Talem Reſpubl. deſiderat, qui
præter alia conſtituat & emendet Eccleſiæ
Statum, Sleidan. *lib. 1.* ac ipſe Papa Hadrianus
poteſtatem inſtituendi ſucceſſores ſedis Apo-
ſtolicæ Carolo Magno adſcribit, *in c. Ha-
drianus. 22. Diſt. 63.* & Imperatori Ottoni à Pa-
pa Leone, *in c. in Synodo. 23. Diſt. 63.* nec olim
aliter Pontifices, quàm cum conſenſu Impera- 9
torum ordinatos fuiſſe, conſtat ex *c. Agatho. 21.
Diſt. 63.* Confer. Arniſæ. *de jur. majeſt. 1. c. 6. n. 10.*
Bened. Carpzov. *de leg. Reg. German. cap. 2. ſect. 4.
per tot.* Hinc piè Imperator Juſtinianus dixit,
ſe non minorem curam Eccleſiæ, quàm vitæ
habere, *Novel. 3. in fin.* & magiſtratus Dei mi-
niſter dicitur in *auth. habita. C. ne fil. pro patr.*
ejusque ſervus, cui incumbit, ut è regione,
quantum fieri poteſt, omnis falſa Religio pro-
cul arceatur, *arg. l. fin. C. de judic. l. unic. C. nem.
licere ſign. ſalv. ibi: ſit nobis cura diligens, per o-
mnia* ſuperni numinis Religionem tueri, *l. 2. in
princ. ſeq. C. de ſum. Trinit.* Conſtituti enim ſunt
magiſtratus, ut tollant malum de medio 10
Iſraël, & ſtudioſè agant, quod rectum eſt, &
placet in oculis domini, *4. Regum. 10.* ut doce-
ant transgreſſores vias domini, *Pſalm. 51. v. 15.*
& adferant domino gloriam & potentiam,
Pſalm. 29. v. 1. & 2. ſubditosque doceant timo-

rem domini, Pſalm. 37. verſ. 11. Unde decere arbitramur, Imperium noſtrum ſubditos noſtros de Religione commonefacere, ita enim pleniorem adquiri Dei ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti benignitatem, poſſibile eſſe exiſtimamus; ſi quando pro viribus ei placere ſtuduerimus, & noſtros ſubditos ad eam rem inſtituerimus, optimè inquiunt Imperatores Theo doſ. & Valentinian. in l. 3. C. de ſum. Trinit. &
11 fid. Cathol. Et hanc quoque poteſtatem alii Imperatores Romani, Chriſtianâ fide receptâ exercuerunt, & leges tulerunt, de rebus Eccleſiæ, Novel. 7. 46. 53. 67. & 120. de locis ſacris, & eorum privilegiis, Novel. 9. tot. tit. C. de SS. Eccleſ. & tot. tit. C. de his qui ad Eccleſ. confug. de perſonis Eccleſiaſticis, earumque creatione, numero, officio, immunitatibus, tot. tit. Cod. de Epiſcop. & Cler. & tit. ſeq. Novel. 3. 5. 7. 56. 57. 79. 83. 123. 131. 133. 149. de ceremoniis. tot. tit. C. ne ſacr. baptiſ. iter. tot. tit. C. de Stat. & imagin. tot. tit. C. ver. ſign. ſalvat. Novel. 58. 59. 131. cap. 8. & Novel. 137. cap. 6. de diebus feſtis, l. ult. C. de feriis, imò de doctrina ipſa, tam fidei, tot. tit. C. de ſum. Trinit. tit. C. de hæretic. tit. C. de apoſtat. tit. C. de Judæ. tit. C. de pagan. Novel. 146. cap. 2. quàm morum, Cod. libr. 5. tit. 1. 4. 5. 9. Novel. 12. 21. 106. 110.

12 Atque ita Eccleſiæ defenſio non ſaltem in eo conſiſtit, ut vis, fraudes, turbæ & mala externa ab ea arceantur, uti contendit Bellarmin. lib. 3. de membr. Eccleſ. milit. cap. 18. Verum etiam, ut purus ſit Religionis cultus, ac tutus Eccleſiæ Status ab inimicis internis, quibus ſi obviam ire neglexerit, parùm officio ſuo ſatisfeciſſe putandus eſt magiſtratus, Arniſæ. lib. 2. de jur. majeſt. c. 6. num. 9 Benedict. Carpzov. definit. Eccleſiaſt. lib. 1. tit. 1. definit. 1. num. 16. & de
13 leg. Reg. German. cap. 2. ſect. 2. num. 2. ſeq. Non tamen magiſtratui politico cura animarum interna, ſive didaſcalia, & diaconia incumbit, vel permiſſa, ſed potius interdicta eſt, veluti doctrina & prædicatio Evangelii, ſed hæc miniſterio Eccleſiaſtico commiſſa, Johan. ult. v. 17. 1. Petr. 5. verſ. 5. c. inter. 15. & ibi gloſſ. in verb. prædicandi. X. de offic. ordin. uti & poteſtas clavium, ſive ligandi & abſolvendi, Matthæi, 16. v. 19. & cap. 18. verſ. 18. Johan 20. & 21. cap. pervenit. cauſ. 9. quæſt. 1. c. quia quondam. 8. §. clavis. X. de V. S. hoc enim, qui tentant, ſeveram Dei vindictam, & pœnam cum Uſa & Uſia, ſibi conciliant, 2. Samuel. 6. v. 6. & 2. Paralip. 26.
14 verſ. 6. Quo ſenſu etiam accipiendum, quod magiſtratus ſint oves in Eccleſia, & ſubjectus ſit veræ doctrinæ, cùm hoc veriſſimum ſit ratione poteſtatis Eccleſiaſticæ internæ, ſeu quoad prædicationem verbi divini, explicationem ſacræ Scripturæ, & adminiſtrationem Sacramentorum, Bened. Carpzov. de leg. Reg. German. cap. 2. ſect. 2. num. 15. ſeq. Ex his & ſimilibus aliis, curam Religionis, & defenſionem Eccleſiæ, non minus, quàm juſtitiæ adminiſtrationem, officio politici magiſtratus adſcribunt, tam Theologi, quàm Jureconſulti &
15 Politici communiter, Joh. Gerhard. tom. 6. loc. de magiſtrat. polit. §. 165. ſeq. Balth. Meiſner. philoſ. ſobr. ſect. 2. capit. 2. quæſt. 1. Danæ. polit. Chriſt. l. 5. cap. 3. David Paræ. in epiſt. D. Pauli ad Roman. c. 13. dub. 5. Goldaſt. tom. 3. conſtitut. Imper. fol. 34. Henning. Arniſæ. lib. 2. de jur. majeſt. c. 6. Norderman. de jur. principat. concluſ. 22. in princ. Beſold. lib. 1. polit. c. 4. in princ. Ant. Coler. de jur. Imper. ſect. 36. Chriſt. Mingius de ſuper. territ concl. 59. Henr. Andr. Cran. de pac. relig. part. 2. problem. 4. connex. 1. Reinking. de regim. ſecul. & Eccleſ. lib. 3. claſſ. 1. c. 1. n. 9. & ſeq. Bened. Carpz. pract. crim. part. 1. quæſt. 44. num. 9. & ſeq. & definit. Eccleſiaſt. l. 1. tit. 1. defin. 1. per tot. & de leg. Reg. German. cap. 2. ſect. 2. n. 12. ſeq. & ſect. 3. per tot. Auctor apolog. Colmar. c. 1. membr 1. part. 1. fol. 12. & ſeq. & jus rerum ſacrarum ad ſummum Imperium refert Clapmar. libr. 1. arcan. rerumpubl. c. 15. hocque jus poteſtatis Eccleſiaſticum, ſeu poteſtatem circa Eccleſiaſtica Regiam & politicam appellat David Paræ. de poteſt. Reg. contra Pap. fol. 71. idque Principes ita proprium veteres ſtatuerunt, ut plerique Sacerdotii & Regni munera conjunctim habuerint, Petr. Gregor. Tholoſ. de republ. l. 8. c. 2. n. 6. Beſold. de jur. majeſt. ſect. 2. c. 1 §. 3. juxta illud:

Rex Anius, Rex idem, hominumq; Deumq; ſacerdos. 16

Hinc Civitatibus Imperialibus competere jus Præſidis ſacrorum, ſcribit Joh. Dauth. in hypoth. ſect. 5. Thom. Maul. de jur. conducend. tit. 2. n. 25. id eſt, pace Religionis gaudent, ejusque vigore, ut cæteri Imperii Status, Religionem liberè mutare, & veterem Catholicam, vel Auguſtanam Confeſſionem introducere, aliosq; actus connexos juris Epiſcopalis exercere poſſunt, R. A. zu Augſpurg/ de anno 1555. §. Und damit ſolcher Fried. 15. & §. nach dem aber. 27. Gylman. ſymphor. tom. 1. part. 1. tit. 3. vot. 3. n. 27. ſeq. fol. 168. Petr. Frider. Mindan. de proceſſib. lib. 1. c. 31. per tot. Bruning. de var. univerſ. ſpec. concluſ. 20. Beſold. tract. ſing. de jur. civit. Imper. in immut. religion. per tot. in tract. de monarch. c. 4. Ziegler. §. Landſaſſ. concl. 1. n. 215. Henr. Andr. Cran. de pac. relig. part. 1. problem. 3. connex. 2. Bocer. de collect. c. 4. n. 37. Reinking. de regim. ſecul. libr. 1. claſſ. 5. c. 5. n. 13. Joh. Limnæ. de jur. publ. tom. 3. l. 7. c. 1. n. 51. ſeq. & ibid. tom. 4. Mingius de ſuperior. territor. concl. 43. Caſp. Klock. de contribut. c. 5. n. 63. Auctor apolog. Colmar. fere per tot. Bened. Carpzov. deciſ. 83. n. 1. ſeq. & ab antiquiſſimo tempore & à Chriſtianitate, Civitatibus Imperialibus curam Religionis & jura Eccleſiaſtica demandata, easq; Chriſtianæ fidei protectores eſſe, apertè aſſerit Imperator Sigismundus in reformatione de anno 1436. apud Goldaſt. tom. 1. conſtitut Imper. cap. 10. fol. 191. his verbis: da wurden die heilige Reichs-Stätt geordenet und gefreyet/ darum ſtehen ſie geſchrieben heilig/ wann ihnen wird empfohlen alles Recht und Göttliche Seligkeit/ und wird die Chriſtenheit durch ſie geſtärcket/ und wurden ihnen Geiſt- und Weltliche Recht empfohlen/ als der Kayſer das Reich/ als ſie noch heut bey Tag dem heiligen Reich verbunden ſeynd/ bey den Eyden und Ehren zu thun. Et idem Imperator Sigismundus in der Geiſtlichen Reformation de anno 1436. apud Goldaſt d. tom. 1. fol. 172. c. 3. v. 11. darzu ſüllen. ibi: Ihr würdige Reichs-Stätte/ ſo man alle Welt rechnet/ ſo ſeynd ihr doch die Glieder/ die an dem Göttlichen Recht nicht weichen ſollen/ ihr habet euer Freyheit von der Chriſtenheit: Ihr ſeynd

deß

deß heiligen Glaubens Beschirmer / rechte Vögt / ꝛc. ubi Heilig / ideò nominatur, quia ipsis commissum fuit omne jus, & seculare, & Ecclesiasticum, easque digniori vocabulo honorari non potuisse, quàm Heilig / scribit Bertram. *de Comit. conclus. 45.*

17 Verum, an Civitates Imperiales, quæ tempore initæ pacificationis religiosæ *anno 1555* non fuerunt in possessione vel exercitio Augustanæ confessionis, Catholicam Religionem mutare, & Augustanam confessionem introducere possint, Catholici nonnulli in dubium vocant? Et negant hoc Dillingenses *in tract. suo de composit. pac. cap. 6. quæst. 34. & seq.* Auctor *compendios. declarat. pac. relig.* apud Lehman. *in act. publ. de pac. religion. libr. 3. cap. 37. fol. 408. seq.* I. Quia ex tenore pacificationis religiosæ inter Imperatorem, & antiquæ Catholicæ Religionis Status, ex una, & Augustanæ confessioni addictos ordines, ex altera parte *anno 1555.* Augustæ initæ constet, quod ad obtinendam pacem & concordiam in Imperio Romano communem, utriusque Religionis Status & ordines, in eo Statu, in quo tempore isto pacificationis, in Ecclesiasticis, fide, ceremoniis & bonis Ecclesiasticis fuerunt, imposterum quietè, & sine ulla molestia ac perturbatione conservari, nec alter ab altero ad suam Religionem cogi, sed secundum formulam interdicti, *Uti possidetis, ita possideatis, &c.* omnes securi relinqui, omnes novationes, turbationes, usurpationes, omniaque attentata

18 alia inhibita & improbata esse debeant: Cùm hæc sit interdicti, uti possideteis formula & mens, ut omni turbatione & innovatione procul remota, res quælibet in suo Statu conservetur, *tot. tit. ff. & Cod. uti possidet.* Gail. *1. obs. 8. num. 8. & obs. 97. num. 9.* & pronunciandum sit pro eo, qui melius de possessione sua probavit, *l. un. C. uti possidet.* Bart. *in l. 1. §. hoc interdict. ff. eod.* ex quo Dillingens. passim & maximè *d. c. 6. q. 40.* & auctor *d. compend. declar. pac. relig.* apud Lehman. *de pac. relig. lib. 3. cap. 37 §. 14. fol. 412.* non tantùm quoad Civitates Imperiales, sed & quoad Principes & reliquos Imperii Status omnes concludunt, quod omnes illi, qui tempore pacificationis *anno 1555.* Catholicam Religionem adhuc amplectebantur, non potuerint postea ad Augustanam confessionem desciscere, sed æternis catenis ad scopulos Romano-Catholicæ Religionis allegati permaneant, quod facilè pateat, partim, quia in transactione pacis, libertas tenendi nova Lutheri dogmata iis tantùm permissa fuerit, qui eam tunc petebant & cum Catholicis ordinibus transigebant, nimirum Augustanæ confessioni adhærentes: partim, quia hoc ipso, quod bona omnia, & beneficia Ecclesiastica, atque parochialia jura, quæ eo tempore Ecclesiastici Prælati possidebant, eisdem reservata sunt: nulla probabilitatis specie dici potest, Ecclesias & beneficia, quæ eodem tempore juris Catholici, & in manibus ac possessione Catholicorum Ordinum ac Parochorum erant, eisdem auferendi, atque ad Prædicantes, aliosque detentatores laicos transferendi potestatem aliquam à Catholicissimo Rege Romanorum Ferdinando I. aliisque Catholicis Principibus concessam fuisse, &c. Quod etiam Status Evangelici in gravaminibus suis, in Comitiis *anno 1594. die 16. Junii* exhibitis conqueruntur: Daß die Catholische Stände fürgeben / ob solten diejenige Stände / welche nicht vor dem Religion-Frieden zur Augspurgischen Confession getretten / jetzt dasselbige nicht mehr Macht haben / und derowegen keinem Standt / sonderlich den Reichs-Stätten / die Reformation mehr zugestatten sey / uti videre licet apud Lehman. *de pac. relig. libr. 2. cap. 65. fol. 482. vers.* über diß. responsionem *vid. infr. n. 62.*

II. Quod hic diversa sit ratio Catholicorum & Protestantium, cùm Catholici regulam antiquæ Romano-Catholicæ veræ Religionis pro se habeant, Protestantes verò in exceptione & tolerantia versentur, atque indè Romano-Catholicam Religionem amplecti, omnibus quidem licitum, Augustanam verò confessionem profiteri vel introducere, nemini esse permissum, nisi qui id ex privilegio, vel speciali pacis religiosæ indulto obtinent, secundum Dillingenses. *add. infr. n. 63. seq.* 19

Cui etiam III. addunt Dillingens. *d. quæst. 40. fol. 225.* & Franc. Burckhard. *autonom. lib. 1. c. 3. fol. 9.* quod illi, qui per pacificationem Religionis autonomiam Augustanæ confessionis expressè non sunt nacti, ea etiam gaudere nequeant, sed in antiqua Religione permanere teneantur, cùm Status Augustanæ confessionis, instanter, instantius & instantissimè quidem autonomiam indistinctè petierint, eoque nomine articulum quendam conceperint, eundemque Recessui inseri petierint, hoc tenore: Und solle einem jeden Geistlichen und Weltlichen Churfürsten / Fürsten / Ständen / und Obrigkeiten / biß auf Christliche und gütliche Vergleichung der Religion / frey stehen / sich sambt seinen Unterthanen / in die alte Religion / oder Augspurgische Confession, zukünfftiger Zeit zubegeben / ꝛc. quibus tamen Rex Ferdinandus & Status Catholici consentire noluerint, sed hoc sub dispositione transactionis Passaviensis reliquerint, cujus mens & sensus sit, quod illi, qui Augustanæ confessioni tunc temporis accesserunt, ab ea quidem recedere cogi non debeant, reliquis verò hoc ipso imposterum à Catholica Religione discedendi jus nullum adquisitum, neque hoc ipsum de jure fieri potuerit, cùm transactiones sint stricti juris, gloss. *in l. sub prætextu. & ibi* Bart. *n. 6.* Jason *n. 5. Cod. de transact.* Wesemb. *cons. 15. n. 4.* nec de persona ad personam, neque de re ad rem extendantur, *l. quicquid astringendæ. ff. de V. O.* Bald. *in l. 1. C. de transact.* neque alterum alteri stipulari jura permittant, *§. si quis alii. 4. & §. alteri. 19. l. de inutil. stipulat. l. quo tutela. §. fin. ff. de R. I. l. ult. inter absentes. C. de inutil. stipul.* ita ut ne quidem consanguineus consanguineo stipulari possit, gloss. *in l. fidejussoris. ff. de pact.* nec frater fratri, Jason *in §. alteri. lim. 3. l. de inutil. stipul.* Schrader. *1. cons. 13. n. 6. & 309.* 20 21

Unde Everhardus Episcopus Eichstetensis ad petitum Evangelicorum de libertate Religionis, omnibus ordinum Statibus concedenda, dixisse fertur: So sie solch Begehren durch ein Pact bewilligten/ thäten sie wider ihr Gelübt und Pflicht/ Eyd und Aempter: derohalben könte seine Fürstliche Gnaden in solches Mittel nicht bewilligen/ und ehe sie sich darein bringen liessen/ ehe wolten sie sich von Land und Leuthen treiben lassen/ und in einem Hembdt davon gehen.
22 Ex quo etiam Archiepiscopis & Episcopis non esse inhibitum Ecclesiastica jurisdictione erga illos uti, qui post constitutionem pacis religiosæ ad Augustanam confessionem secedere conantur, asserunt Dillingens. *d. quæst. 40.* per R. A. zu Augspurg. *de anno 1555.* §. dargegen. *16. &* §. damit auch. *20. in fin. ibi:* Aber in andern Sachen und Fällen der Augspurgischen Confession, Religion/ Glauben/ Kirchen-Gebräuchen/ Ordnungen/ Ceremonien/ und Bestellung der Ministerien nicht anlangend/ soll und mag die Geistliche Jurisdiction, durch die Ertz-Bischoff/ Bischoff und andere Prælaten/ wie deren Exercitium an jedem Orth hergebracht/ und sie in deren Ubung/ Gebrauch/ und Possession sind/ hinfür/ wie bißher unverhindert/ exercirt/ geübt und gebraucht werden. Idque ne via aperiatur hæreticis, & damnatæ Religioni addictis ad Coronam Cæsaream adspirandi, & universalem reformationem introducendi, qui tamen post constitutionem pacis religiosæ ne sacellum quidem reformandi jus habeant, Dillingens. *d. cap. 6. quæst. 43. & cap. 8. quæst. 64. vid. infr. num. 67. & seq.*

23 IV. Quod de Civitatibus Imperialibus in tota ista constitutione de pace Religionis *anno 1555.* in Comitiis Augustanis facta, nihil omninò agatur, excepto unico illo §. Nachdem aber in vielen Frey- und Reichs-Stätten. Atque in eodem non omnibus Civitatibus Imperialibus libertatem Religionis concessam esse, sed aliquibus, & iis tantùm, in quibus utraque Religio tum viguerat. Agi enim in tota serie istius pacis, primò de Principibus Augustanæ confessionis, aliisque Imperii Statibus, qui territorium & proprios subditos habent: Deinde de liberis Nobilibus, seu Equitibus Imperii; Denique autem de civitatibus Imperii. *vid. infr. n. 71.*

24 V. Quod in pacificatione ista, §. Wo aber unsere. *24. seq.* sermo tantùm fiat, de illis ordinibus & Statibus Imperii, qui proprium territorium ac subditos habent, Cæsareæ majestati non subjectos immediatè: quales censeri non possint Imperii civitates, secundum Dillingenses. *d. c. 6. quæst. 34. n. 24.* & pro priori enunciati sui parte adducunt *1.* §. Und damit solcher Fried. *15. ibi:* So sollen die Kays. Majest. wir/ auch Churfürsten/ Fürsten und Stände deß Reichs/ etc. ubi supradictorum (prout restringunt Dillingenses) Statuum subditis migrandi facultas conceditur, si dominorum, qui in ipsos jurisdictionem immediatè exercent, Religioni, aut reformationi se accommodare nolint, &c. Et in hoc quidem §. secundum Dillingenses, *num. 25.* (non tantùm Principes alii, & Comites, &c. comprehenduntur, sed etiam ipsemet Imperator, & Rex Romanus, ut si in civitatibus ipsorum, adeoque etiam Imperialibus, videlicet Uberlinga, Kauffbeura, Ala, &c. quæ Imperatoris Catholici Religioni, non admissa Lutherana confessione, se *anno 1555.* conformarunt, ut earundem civibus, si postea ad Lutheranos deficere velint, discessus & migratio liberè permittatur. Si igitur migrare debeant, sequitur Religionis novæ exercitium ab iis peti, aut institui nequaquam posse. 2. Partim hoc etiam indè probari dicunt Dillingenses *d. quæst. 34.* quia ratio pacis atque concordiæ componendæ id solùm postulare videbatur, ut Principibus, ac Statibus Imperii, in territoriis ac civitatibus suis, libertas concedatur, subditi autem Dominis suis, quibus immediatè subjiciuntur, in Religione conformare se debeant, aut domicilium mutare, &c.
25 3. Quod superioritas territorialis in Civitatibus Imperialibus ad ipsum Imperatorem pertineat, uti tradit Lindenspür. *in analys. pac. relig. fol. 600.* Et Civitates Imperiales eodem modo Cæsaris esse censeantur, sicuti cæteræ civitates Principum, Comitum & Dominorum sunt, salvis ubique privilegiis, & proindè, sicuti Principes protestantes potestatem habent, civitates sibi subjectas reformandi, ita non deterior videatur esse conditio Cæsaris, nisi utramque Religionem habuerint tempore pacis constitutæ, prout scribit Auctor anonym. *compend. declar. pac. relig.* apud Lehman. *in act. publ. de pac. relig. lib. 3. cap. 37. §. 1. fol. 409. in fin.* Ex quo etiam Imperator Ferdinandus II. Civitates Imperiales in epistola comminatoria *14. Maji anno 1631.* ad ipsas emanata nominat sua & Imperii propugnacula & bona patrimonialia. Atque ideò, cùm Imperator in Civitates Imperiales superioritatem territorialem habeat, & huic Religionis constitutio adscribatur, *infra n. 74. & seqq.* consequens indè fit, ipsas Imperatoris Religionem amplecti & sequi teneri. *add. infra cap. 5. num. 25.*

26 Quod etiam VI. Civitates Imperiales non sint tales Status & ordines, qui subditos habeant sibi, & non Cæsareæ majestati immediatè subjectos, Dillingenses indè probare conantur. *infra num. 86. seqq.* 1. Quod consul & Senatores non habeant dominium jurisdictionis erga cives, sed tantùm sint rectores & gubernatores eorum, ab ipsis civibus per electionem constituti, non verò à Cæsare, sicuti reliqui Status investiri. Et quamvis Senatus in cives jurisdictionem habeat, eosque mulctare possit, quod indè tamen immediata Imperii subjectio non adimatur. Dilling. Cùm etiam illi, qui per Principes non immediatè, sed per officiales & Principum magistratus gubernantur, nihilominus non officialium & magistratuum illorum, sed potius ipsorum Principum, à quibus officiales & magistratus isti constituti, immediatè sint subditi: Quamvis enim Princeps ordinariam jurisdictionem, & magistratus creandi licentiam concedat, cùm tamen horum jurisdictio à Principe promanet, non eo minus Principis jurisdictio dicitur, Camil. Borel. *de magistrat. edict. l. 1. c. 1. n. 40.*

27 2. Quod cives omnes & singuli, Imperatori noviter electo juramentum fidelitatis & obedientiæ præstare teneantur, *vid. supr. cap. 1. n. 69.* quæ indubitata subjectionis immediatæ probatio sit, quodque aliorum Statuum subditi nunquam ipsi Imperatori, sed dominis tan-
28 tùm suis præstare soleant. 3. Quod magistratus, consules & senatores, non possint ea, quæ majoris momenti sunt, absque civibus decernere, per tradita Mynsing. *3. observ. 18. & supr. c. 1. n. 73.* quod itidem secus sese habeat, quoad aliorum Statuum subditos, à quibus ipsorum domini non ita dependeant, Dillingens. 4. Quod in Comitiis totius alicujus civitatis nomine, vel consul, vel Archigrammateus, aliusve civis, compareat, & totius civitatis vices agat, & Recessibus subscribat; Dillingens. 5. Quod Imperatori in Civitates Imperiales adventanti, claves portarum offerantur & tradantur, eoque præsente, magistratus jurisdictio quiescat, *supr. cap. 1. n. 67. seq.* quod secus se habeat, quoad alios Status & ordines Imperii. 6. Quod cives in Civitatibus Imperialibus, cum magistratu suo pari jure incedant, *supr. c. 1. n. 122.* iisdem privilegiis utantur, fruantur, & ipsi quoque in magistratum, consules & senatores eligantur, & Imperii Status fiant & repræsentent, & civium communitas, die Burgerschafft/ totum corpus est, ex quo omnes, qui officium gerunt, proficiscuntur, seynd das Holtz/ darauß man Rahtsherren und Burgermeister macht/ quod reliquorum Statuum subditis non acci-
29 dat. Et sic cùm par in parem non habeat Imperium, *l. nam magistratus. 5. ff. de recept. arbitr. l. illi à quo. §. tempestivum. ff. ad Sct. Trebell. c. sanè. X. de for. compet.* & in causa communi major pars non possit præjudicare minori, sed melior sit conditio prohibentis, *l. in re. 25. l. sed si inter. 26. §. si in area. ff. de servit. urban. præd. l. Sabinus. ff. commun. div.* Ideò etiam magistratus civicus, civibus quibusdam renitentibus Religionem
30 reformare non poterit. Denique 7. hæc sententia, quod cives civitatum Imperialium Imperatori & Imperio immediatè sint subjecti, *vid. infr. n. 97. seqq.* apertè stabiliri videtur ex Regis Ferdinandi I. *die 30. Augusti anno 1555.* in Comitiis Augustanis ordinibus data resolutione, quæ extat apud Lehman. *in act. publ. de pac. relig. lib. 1. cap. 16. fol. 71. seq.* ubi in fine hæc habentur verba: Alsdann auch wissentlich/ daß in vielen Frey- und Reichs-Stätten/ die beyde Religionen/ nemlich unser alte Catholische Religion, und der Augspurgischen Confession-verwandten Religion etlich Jahr her im Gang und Gebrauch gewesen/ und noch/ so bedencken Ihro Königl. Majest. nutz und nohtwendig seyn/ daß ihrenthalben auch in diesem gemeinen Fried/ solche Verordnung geschehe/ daß hinfüro/ wie bißher/ Geistlich und Weltliche Standts-Personen/ in solchen Frey- und Reichs-Stätten/ neben einander friedlich und ruhig bleiben und wohnen/ und kein Theil deß andern Theils Religion, Kirchen-Gebräuch und Ceremonien abzuthun/ oder zuvertrucken/ unterstehen solle/ alles bey pœn deß Landfriedens/ solches wurde Ihrer Königl. Majest. Erachtens nicht allein von wegen Erhaltung alles Burgerlichen ruhigen/ und friedlichen Wesens/ rahtsam und thunlich/ sondern auch nach Gestalt der Burgerschafft und Einwohner der Frey- und Reichs-Stätt/ billig und gleichmässig seyn/ in Betrachtung/ daß die Burgerschafft in den Frey- und Reichs-Stätten/ alle zugleich und ohne Mittel/ den Röm. Kaysern und Königen/ und dem heiligen Reich/ so wol/ als andere mehrere Ständt unterworffen/ und so nun andere Stände/ die alte Religion oder Augsp. Confession zuhalten frey seyn wollen/ so mag solches den Burgeren der Frey- und Reichs-Stätt/ auch nicht wol versagt werden/ und würde nicht wenig beschwerlich seyn/ daß der weniger Theil in einiger Frey- oder Reichs-Stätt/ sich durch der mehrertheils Stimmen im Raht/ oder Gemein/ von seiner jetzo habenden alten Religion und Kirchen-Gebräuchen/ zu der Augspurgischen Confession, oder herwiederum von solcher Confession, und ihren Kirchen-Gebräuchen zu der alten Religion dringen müsse lassen/ dieweil doch gleich über seines gleichen keinen Gewalt hat/ sonderlich in solcher hohen wichtigen Sachen deß Glaubens/ und Religion, und wo die Burgerschafften gar/ oder zum theil der Religion halb/ einiger Obrigkeit folgen/ und sich weisen sollen lassen/ daß sie niemand anderm billiger folgen sollen/ als ihrer rechten ordentlichen Obrigkeit/ der obgedachten Kayserl. Majestät/ welche hievor auch auß bewegenden Ursachen bey etlichen Stätten/ obbemeldte beyde Religionen neben einander halten zulassen/ bewilliget und zugelassen/ welches auch nachmahls ohne Beschwerung und Zerrüttung Friedens und Einigkeit unter den Burgerschafften/ nicht anders angestellet werden mag.

Verùm his & aliis similibus non remorantibus, Civitates Imperiales & alios Imperii Status, etiam post constitutionem de pace Religionis, in Comitiis Augustanis *anno 1555.* factam, Religionem hactenus liberè mutasse & reformasse, ac imposterum quoque liberè mutare posse, verior est sententia, quæ sequentibus potissimùm fundamentis fulcitur. I. Quia constitutio religiosa in eum potissimùm finem sancita est, ut pax & tranquillitas non minus Imperii Romani, quàm Ecclesiæ, mirum in modum concussæ, restituatur, Principum ac ordinum Imperii, eorundemque subditorum mentes exulceratæ sanentur, omnesque radices discordiæ & diffidentiæ evellantur, seu multis modis jactare etiamnum periclitanti, ob dissensum de Religione, Germaniæ, quieti constituendæ, mutuæque magistratuum & 31
subditorum fiduciæ conciliandæ: averruncandisque malis & calamitatibus publicis, uti loquitur Petr. Denais. *in jur. Cameral. tit. pacis religiosæ constitutio. 216. §. 1.* Otto Melander. *in comment. super. pac. religios.* apud Lehman. *de pac. relig. l. 3. c. 32. ad §.* Solche nachdenckliche Unsicherheit/ ubi dicit, quod ipsius constitutionis causæ finales sint, primò Religionis libertas & securitas. *vid. infr. n. 162. seq.* Quomodo enim potest, inquiens, extare aliqua Religionis libertas & securitas, dum alter Imperii Status alterum, ejusque subditos, Religionis intuitu, ferro & igne persequitur, & omnia utrinque ad crudelissimam tyrannidem & sævitiam exasperantur. Secunda est quies & fiducia animorum, tum quoad Status inter sese, tum etiam quoad relationem mutuam ad subditos. Tertia est universalis Imperii & Germaniæ

maniæ cladis, atque internecionis aversio, prout hujusmodi causæ finales passim in Imperii Recessibus, ubi de pace Religionis sancienda, vel sancita, mentio fit, repetuntur, veluti R. A. zu Speyr. *de anno 1529.* §. und aber derselbig. *4. ibi:* damit dann solches abgeschnitten/und weiterm Abfall/ Unfried/ Zwitracht/ und Unrath vorkommen werde. R. A. zu Regenspurg. *de anno 1541.* §. und damit im Heil. Reich. *26. ibi:* damit im heiligen Reich Teutscher Nation mitlerweil Ruhe/ Fried/ und Einigkeit gepflantzet werden möge. R. A. zu Speyr. *de anno 1542. in proœm.* & §. und damit die Zeit. *131. ibi:* und sonst im H. Reich Teutscher Nation, Fried/Ruhe und Einigkeit gepflantzet und erhalten / das Mißtrauen / so unter den Ständen deß Reichs / sonderlich wegen der strittigen Religion eingerissen/abgestellt/gemiltert / und geringert werde / und sich also kein Theil von dem andern einiges Ohn-Rechtens/oder Gefahr besorgen dörffe/ auch männiglich bey Fried/ Recht / und Billigkeit bleiben möge / ꝛc. R. A. zu Augspurg. *de anno 1548.* §. und haben demnach. *11.* R. A. zu Augspurg *de anno 1555.* §. in solcher vorgezogener. *13. ibi:* Solche nachdenckliche Unsicherheit auffzuheben / der Ständen und Unterthanen Gemühter wiederum in Ruhe und Vertrauen gegen einander zustellen / die Teutsche Nation, unser geliebt Vatterland für endlicher Zerrüttung und Untergang zuverhüten/ ꝛc. & §. Es soll auch kein Standt. *23.* Cùm autem rationes hujusmodi & causæ finales pacificationis religiosæ, peræquè ipsis Civitatibus Imperialibus, ac reliquis Imperii Statibus & ordinibus conveniant, consequens est, quod ipsis quoque ipsius pacificationis, & sic reformandi & liberè instituendi Religionem jus, æquè ac aliis
32 Statibus competat, cùm causa & ratio finalis extendat, declaret & restringat omnem dispositionem, & sic principaliter attendenda, *l. cum ejusdem. 34. §. interdum. 1. ff. de ædil. edict.* Decian. *resp. 41. num. 21.* ac rationis & causæ finalis paritate data, parilis quoque juris dispositio datur, *l. illud. ff. ad L. Aquil. l. si postulaverit. §. 2 ff. ad L. Jul. de adult. l. à Titio. ff. de furt. l. illud. C. de SS. Eccles.* & posita causa, ponitur effectus, sicuti è contrà, cessante causa cessat effectus, *l. cum cessante. 60. X. de appellat. l. generaliter. C. de Episc. & Cler. l. cum te. C. de pact. inter empt.*

33 II. Hæc sententia apertissimis verbis deciditur in ipsa constitutione pacis religiosæ *de anno 1555.* §. und damit solcher Fried. *15.* ubi clarè sancitum reperitur, quod Cæsar & Imperii ordines nullum Statum Augustanæ confessionis, ob eam professionem, vi, vel armis invadere, detrimentóve afficere, vel à Religione, fide, ceremoniis, ritibusque in Ecclesiam introductis, porróve introducendis, in propriis ditionibus dejicere, neque mandatis, aliisve modis, graves molestivè esse, neque despicatui habere, sed & Religionem prædictam, ejusq; exercitium liberum, & res, aliaque jura omnia intacta relinquere debeant, *ibi:* So sollen die Kayserliche Majest. wie auch Churfürsten / Fürsten und Stände deß heiligen Reichs/keinen Stand deß Reichs/ von wegen der Augspurgischen Confession, und derselbigen Lehr/ Religion, und Glaubens halben / mit der That / gewaltiger Weiß überziehen / beschädigen/ vergewältigen/oder in andere wege / wider sein Conscientz / Wissen und Willen / von dieser Augspurgischen Confessions-Religion/ Glauben/ Kirchen-Gebräuchen/ Ordnungen/ und Ceremonien / so sie auffgericht / oder nochmahls auffrichten möchten / in ihren Fürstenthumen / Landen und Herrschafften / dringen/ oder durch Mandat, oder in einiger anderer Gestalt beschweren / oder verachten / sondern bey solcher Religion / Glauben / Kirchen-Gebräuchen / Ordnungen und Ceremonien/ auch ihren Haab / Gütern/ ligend und fahrend/ Land/ Leuthen / Herrschafften / Obrigkeiten/ruhiglich und friedlich bleiben lassen / und soll die strittige Religion nicht anders/dann durch Christliche/ freundliche/friedliche Mittel und Wege/zu einhelligem Christlichem Verstand / und Vergleichung gebracht werden/alles bey Kayserlichen und Königlichen Würden / Fürstlichen Ehren / wahren Worten/ und pœn deß Landfriedens. Ubi tria potissimùm consideranda. 1. Quod Statibus Augustanæ confessionis plena securitas Religionis suæ promissa & sancita, non tantùm verbis nudis & simplicibus, sed vim veri juramenti præstiti habentibus, & sub pœna pacis publicæ violatæ. Quamvis enim promissio sub interpositione fidei regulariter vim juramenti non obtineat, in personis tamen illustribus, & in dignitate 34
constitutis, vero & corporali juramento æquipollet, Mynsing. *1. observ. 17.* Setser. *de juram. libr. 1. cap. 16. numer. 1.* Schurff. *cent. 3. cons. 62.* 2. Ponderanda sunt verba: So sie auffgerichtet/ oder nochmahls auffrichten möchten/ ꝛc. quibus securitas illa plena promittitur, non tantùm illis Statibus, qui tum temporis Augustanæ confessioni addicti fuerunt, sed omnibus & singulis, qui etiam in futurum Augustanam confessionem sint amplexuri, ejusdemque Religionem, fidem, ceremonias & ritus, in suis territoriis, ditionibus & Ecclesiis sint instituturi & ordinaturi, cùm verbum, auffgerichtet/ præteriti; verba autem illa: nochmals auffrichten möchten / futuri sint temporis, prout etiam tyronibus in scholis ex Grammaticis notum est.

3. Notanda veniunt verba; kein Standt/ quod nimirum nullus Augustanæ confessioni addictus Status Religionis istius nomine turbari, vel molestari debeat, idque sine ulla restrictione vel limitatione, & sic non tantùm illi, qui tum temporis confessionem istam agnoverunt & introduxerunt, sed etiam illi qui postmodum, nochmahls/ eandem sunt introducturi. Dictio enim kein / nullus, non solum est generalis, adeoque generaliter intelligenda, & ad omnia, quæ sub genere comprehenduntur, extendenda, non 35
aliter ac si in specie expresse essent, *l. si chorus. ff. de legat. 3. l. cum quærebatur. 5. ff. de V. S.* Joseph Sesse. *decis. Arragon. 48. num. 12.* sed etiam universalis, quæ dispositionis Statum & significatum ampliat ad omnes casus cogitabiles, nullo penitus excepto, Alexandr. *in l. si patroni. num. 15. ff. ad SCt. Trebell.* Bald. *in c. Imperialem. de feud. alien. per.* Frid. Wesembec.

cons.

cons. 222. n. 87. fol. 3. Vultej. *3. Marpurgens. cons. 28. 18. n. 202.* adeoque ab omni Statu Imperii medioxumo, maximo, infimo, omnem molestationem excludit, Panormit. *in c. ad nostram. n. 5. de Elect.* Seraphin. *decis. 843. n. 6.* Bart. *cons. 47. in pr. lib. 2.* & sicut verbum, kein / omnem excludit molestationem, ita etiam verba illa apposita: So sie aufferichtet / oder nochmals auffrichten möchten / omnes includunt, quoad jus reformandi,
36 & meritò hic locum obtinet regula, quod qui *omnis, vel omne dicit*, nihil excludat, *l. Julian. l. testatorem. in princ. ff. de legat. 3. l. hoc articulo ff. de hæred. instit. l. pediculis. §. Labeo. ff. de aur. & arg. legat.* Menoch. *cons. 20. n. 17.* Natta. *cons. 63. n. 12.* sed potius id omne comprehendat, quod aliàs non includeretur, Bart. *in l. generali. §. uxori. ff. de usufr. legat.* Rol. à Valle. *cons. 87. n. 8 seq.* Surd. *decis. 255. numer. 8.*

37 III. Civitates Imperiales esse Status Imperii, & Statuum nomine in Imperii constitutionibus omnibus & singulis comprehendi, *supra capit. 2.* satis evidenter probatum est. At verò pacificatio religiosa omnes omninò Status concernit, omnibusque Statibus Imperii in genere & sine ulla restrictione vel exceptione, securitatem Religionis vel Catholicæ, vel Augustanæ confessionis, liberumque jus reformandi concedit, R. A. zu Augspurg. *de anno 1555.* §. und damit solcher Fried. *15.* Ex quo Hassiæ Landgravius Mauritius dixisse fertur, daß die Freyheit in Religions-Sachen der Stände höchstes Regale sey / apud Hortleder. Et quod in *d.* §. und damit solcher Fried. *15.* de omnibus Imperii Statibus Augustanæ confessioni in genere, nullò excepto, vel excluso, & sic etiam de Civitatibus Imperialibus loquatur, id ex actis Comitiorum
38 Augustanorum *de anno 1555.* ad oculum demonstrari potest. Ita enim Rex Ferdinandus I. Imperatoris nomine loquitur in Replica & resolutione ad Electorum & Statuum Re- & Correlationem *30. Augusti anno 1555.* quæ extat apud Lehman. *in act. publ. de pac. relig. lib. 1. capit. 16. fol. 7 seq.* §. & *ibi*: Dergleichen lassen es Ihre Königliche Majestät / bey dem andern Articul anfahend: und damit solcher Fried ꝛc. auch gnädiglich verbleiben / doch mit dieser Bescheidenheit / daß zu gebührender Erläuterung der Disposition also lautend: So sollen Käys. und Königliche Majestät / auch Churfürsten / und Stände deß Reichs keinen Stand von wegen der Augspurgischen Confession und derselbigen Lehr / ꝛc. nach den Worten / **keinen Standt** / hinzu gesetzet werden diese Wort: **deß Reichs** / ꝛc. ejusque causa additur hæc: damit diese Disposition (wie sie auch ohne Zweiffel / von gemeinen Ständen nicht anderst gemeint) auff die Stände / so dem heiligen Reich ohne Mittel underworffen / allein verstanden werden / und darauß nicht verursachet werde / daß irgend eines Reichs-Standts underworffener Underthon / umb deß willen / daß er für desselben Lands Stand erkennet wurdet / ihme Ursach schöpffen / under dem Schein der Augspurgischen Confession / seinem Herrn sich zu widersetzen / dann erst disputiret müßte werden / ob diese Wort allein von den Reichs-Ständen zu verstehen seyen / oder auch auff andere Ständ / so den Reichs-Ständen zugehörig / und underworffen seyen / gezogen möge werden / dann Ihr Königl. Majestät bedencken für billig / und allem friedlichen Wesen nutz und nothwendig / daß die Constitution, wie auch oblaut / klar und lauter gemacht werden / und das so außtrucklich nicht bewilliget / durch disputirliche Wort Meinung nicht hienein komme / damit mehr Zanck / Weiterung und Unruhe verhüt bleiben.
Ex quo Civitates Imperiales esse sub dispositio- 39
ne *d.* §. und damit solcher Fried. *15.* duplici argumento convincitur. I. Quia Regia Majestas sub verbo Statuum comprehendere voluit omnes Imperio immediatè subjectos Status, adeoque etiam Civitates Imperiales: nec excludere alios, quàm qui Imperium & Imperatorem non immediatè, sed mediatè recognoscunt, adeoque alios Principes & Status superiores habent. Ut rectè illud hic locum habeat: unius exclusionem (Statuum scilicet mediatorum) esse reliquorum (immediatorum) inclusionem, *l. cum prætor. ff. de judic. c. nonne. X. de præsumpt.* Menoch. *cons. 216. num 2.* maximè cum causa exclusionis Statuum mediatorum, ne scilicet subditis ansa detur adversus magistratus insurgendi, in Civitatibus Imperialibus, cesset, utpotè, quæ alium magistratum, quàm solum Imperatorem superiorem non recognoscunt, & sic quoque ipsa exclusio meritò cesset, Alex Raudens. *cons. 2. numer. 21. vol. 1.* Vultej. *14. Marpurg. cons. 54. num. 136.* 2. Quia Rex Ferdinandus I. unà cum Statibus intendit Constitutionem Religionis, verbis plenis, claris, & omni ambiguitate carentibus sancire, quem scopum non fuisset adeptus, si æquivocationem in vocabulo *Status* Imperii reliquisset, & ex Statuum numero Civitates Imperiales excludere voluisset, quod Cæsaream ipsius Majestatem intendisse, nec verò consentaneum, nec verbis & resolutioni Cæsareæ congruum, atque ideò recipiendum, & è contra ea interpretatio accipienda, quæ verosimilis, & ad mentem proferentes quàm proximè acce- 40
dit, per *l. non est verosimile. ff. quod met. caus. l. cùm annus. ff. de condit. & demonstr. l. ex facto. §. si quis autem. ff. ad SCt. Trebel.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 3. tit. 19. n. 4.*

Clarius hæc patescunt ex Electorum & Statuū Duplica in puncto pacificationis religiosæ Regiæ Majestati & Commissariis Cæsareis *7. Septembris anno 1555.* oblata, quam exhibet Lehman. *in act. publ. de pac. Relig. libr. 1. capit. 18. fol. 85.* §. Alsdann. ubi expressis verbis Electores & reliqui Imperii Status Regiam istam additionem & declarationem, deß Reichs / propterea comprobant, quod ipsis nulli alii Imperii Status sint cogniti, quàm Electores, Principes, Prælati, Comites, Barones & Civitates Imperiales, & sic etiam per se Civitates Imperiales Statuum nomine & appellatione comprehendantur, & quicquid de Statibus generaliter disponitur, etiam de Civitatibus Imperialibus dispositum intelligatur, *ibi*: Als dann die Königliche Majestät / das bey dem andern Articul anfahend: und damit solcher Fried / ꝛc im versicul: So sollen die Käyserliche und Königliche Majestät / auch Churfürsten und Ständ deß heiligen Reichs / kein Standt / ꝛc. zu gebührender Erleuterung diß Wörtlein / deß Reichs / zuzuthun seyn soll / allergnädigst

digst ermessen/ lassen ihnen der dreyer Ertzbischoffen und
Churfürsten Rähte / auch die erscheinenden Fürsten/
Bottschafften und Gesandten/ der alten Religion / in
Unterthänigkeit diese Königliche Addition, auß Ursa-
chen in der Königlichen Resolution vermelt / und
dann daß sie sich keiner Ständt / ausserhalb Churfür-
sten/ Fürsten/ Prælaten/ Graffen/ Freyen/ Herren und
den Frey- und Reichs-Stätten im Reich Teutscher
Nation wissen zu erinnern/ etc. & paulò post: und
die andere Reichs-Stände/ als Churfürsten/ Fürsten /
Prælaten / Graffen/ Herren/ Frey und Reichs-Stätt/
41 etc. Idem quoque sole meridiano clarius elu-
cescit ex Regis Ferdinandi I. eodem 7. *Septem-*
bris anno 1555. cum Civitatibus Imperialibus
discursu habito, quem refert Lehman *in act.*
publ. de pac. Relig. libr. 1. capit. 19. fol. 93. seq. ubi
Regia majestas inter alia, etiam hac ratione
usa, §. demnach die. *fol. 95. ibi*: dann die Frey- und
Reichs-Stätt weren ja unmittelbare Ständt deß
Reichs / und Krafft der Constitution deß Religion-
Friedens / wie andere höhere Reichs-Ständ eine oder
andere im Reich zugelassene Religion/ zu halten befrey-
et und berechtigt / daran durch die wolgemeinte Ver-
42 ordnung ihnen nichts werde abgebrochen. Quæ ver-
ba cùm sint clara, ab illis neutiquam receden-
dum, nec de ipsorum limitatione, vel restricti-
one quærendum, *l. ille aut ille. §. cùm in verbis. ff.*
de legat. 2. Menoch. *cons. 4. numer. 6.* Johan. Lu-
dov. *decis. Lucens. 48. numer. 1.* Cùm in claris &
apertis subtilizare, nihil aliud sit, quàm perni-
tiosè errare, Decian. *resp. 17. numer. 19. vol. 1.*
Joseph. Ludov. *decis. 48. num 2.* & indetermi-
nata solùm egeant determinatione, *l. certo ge-*
neri. §. si locus. seq. & ibi Bart. *ff. de servit. rustic.*
præd. in determinatis verò omnis interpreta-
tio, omnesque cavillationes meritò cessent,
Schurff. *cons. 77. n. 5. cent. 1.* Cravet. *cons. 273. n. 7.*
43 Wesembec. *cons. 28. num. 2.* Præsertim verò cùm
sit confessio ipsorum Adversariorum, utpotè
quæ notorium inducit, gloss. *in c. vestra. X. de*
cohabit. Cler. Mascard *de probat. concl. 1106. n. 1. vol.*
2. Bursat. *cons. 419. n. 1. vol. 4.* & omni probati-
oni major, Dec. *in l. cùm te transegisse. numer. 3.*
Cod. de transact. Bald. *cons. 354. num. 1. in fin. vol. 3.*
Cravet. *cons. 958. numer. 18.* cuique nulla ratione
contradicere, *l. generaliter. Cod. de non num. pec.*
vel contravenire licet, sive ab ipso confitente,
sive ab ejus successore, *c. justitia. caus. 34. quæst. 2.*
Decian. *resp. 25. numer. 47. vol. 3.* Natta *cons. 122.*
num. 3. & 4. Atque ita meritò de Imperii Ordi-
num assertione hac locum hic obtineat vulga-
tum illud: Semel locutus est Deus, Principi-
bus una tantummodò debet esse lingua, unus
44 calamus, quæque à labiis ipsorum processe-
runt, nullo tempore debent esse irrita, Bald.
cons. 327. num 4. vol. 1. Ægid. Boss. *tract. crim. de*
Principe. numer. 18 seq. Gail. *2. observ. 55. n. 34.*
Quibus etiam accedit, quod non tantùm
in tota illa pacificationis pragmatica sanctio-
ne, sed etiam in aliis Imperii constitutionibus
& tractatibus quasi præparatoriis, omnes
omninò Status & ordines immediati com-
prehenduntur, & inferiores, & inter hos,
etiam Civitates Imperiales, cum superioribus
commissentur & parificantur, uti videre licet in
R. A. zu Regenspurg *de anno 1541.* §. So haben wir
abermahls. 15. §. aber Churfürsten / Fürsten und ge-
meine Stände *19.* §. und damit dann gemeine Reichs-
Stände. *22.* §. und damit im heiligen Reich *26. ibi*:
niemands hohes oder nieders Stands dem andern biß
zu Endung obgemelts gemeinen oder National Con-
cilii, oder künfftigen Reichstags/ befehden/ bekriegen/
berauben/ fahen/ überziehen / belägern. R. A. zu Speyr
de anno 1544. §. als wir aber in der Handlung. *82.*
ibi: Niemands / hohes oder nieders Stands. &
paulò post: kein Stand noch Glied deß Reichs.
Ex cujusmodi præambulis pacificationis reli-
giosæ, interpretationem legis, seu ipsius pa-
cificationis fieri, non est inconveniens, Me-
noch. *arbit. jud. cas. 478.* Cothman. *cons. 4. n. 17.*
seq. vol. 1. quia sequentia per antecedentia ma-
gis, quàm antecedentia per subsequentia de- 45
clarantur, *l. legatorum. §. 1. & ibi* Bart. Bald.
& Castr. *ff. de legat. 2.* & præcedentia magis
influunt in sequentia, quàm sequentia in præ-
cedentia, Decian. *cons. n. 38. vol. 2.* Dec. *cons. 14.*
num. 5. Ipsam constitutionem pacis religiosæ
de anno 1555. quod attinet, idem apertè appa-
ret ex §. Setzen demnach/ ordnen. *14.* ubi per uni-
versalem negativam, & affirmativam planè
absolutam & illimitatam sancitur, neminem,
cujuscunque Status, dignitatis vel conditio-
nis ille sit, ullo modo, nulloque sub prætextu
Religionis causa, nec ulla de causa, gra-
vare, turbare, sed alter alterum sincero a-
more & amicitia complecti debeat, *ibi*: daß
hinfüro niemands / was Würden oder Wesens der
sey / umb keinerley Ursachen willen / wie die Nah-
men haben möchten / auch in was gesuchtem Schein
das geschehe / den andern befehden / bekriegen / sonder
ein jeder den andern mit rechter Freundschafft und
Christlicher Lieb meynen / auch kein Stand / noch
Glied deß Heil. Reichs dem andern / etc. & paulò
post: Sondern in allwege die Käyserliche Majest.
und wir **alle Stände** / und hinwiedernmb die
Stände / die Käyserliche Majestät uns / auch **ein**
Stand dem andern / bey diesem nachfolgenden
Religions / auch gemeiner Constitution deß auffge-
richteten Landfriedens / alles Innhalts bleiben lassen.
Et §. dargegen sollen. *16. ibi*: die Stände / so der
Augspurgischen Confession verwandt / etc. item,
andere deß Heil. Reichs Stände / der alten Religi-
on anhängig. §. und nach dem. *18. ibi*: beeder Religi-
ons Stände. §. *& ibi*: Es soll auch kein Stand
dem andern *23.* Ubi in *d.* §. Setzen dem-
nach. *14.* maximè notanda particula, **ein jeder** 46
Standt / utpotè quam tanquam distributi-
vam singulorum ambitu suo, etiam Civitates
Imperiales comprehendere, nemo negaverit,
per *l. si pluribus. & ibi* Bart. *ff. de legat 2. c. quorun-*
dam. de elect. in 6. Cùm omnia comprehendat,
quantumvis minima. gloss. *in l. cùm quid ff.*
si cert. pet. Menoch. *consil. 33. n. 21.* Dec. *cons. 619.*
n. 2. terminosque includat alioquin inhabiles,
Hippol. de Marsil. *cons. 85 n. 15. & 27.* & cuili-
bet attribuat actum, vel dispositionem in soli-
dum, *l. in hoc articulo. ff. de hæred. instit.* Rol. à
Val. *cons 70. n. 44 tom. 2* Paris. *cons 9. n. 3. vol. 1.*
Decian. *cons. 73. n. 16. vol. 1* Et dum hæc consti-
tutio pacificationis religiosæ, nullum Statum
Imperii excludit, sed omnes includit, & dum
nemo, cujusque Status, dignitatis & condi-
tionis,

tionis, Religionis nomine molestari, vel turbari, sed omnes ab omni inquietatione securi esse; omnesq; Imperii Status & membra, omni modo pacificatione & constitutione ista religiosa gaudere debent, quis sanæ & integræ mentis unquam dubitaverit, an Civitates Imper. sub constitutione *d.* §. und damit solcher Fried. *15.* cum aliis Statibus & Imperii membris comprehendantur, & pacificationis religiosæ, quoad liberam Religionis mutationem sint capaces, cùm & ipsæ, extra omnem dubitationis aleam, sint Status & Imperii nobilia membra, ut *supra cap. 1. & 2.* pluribus probatum, & prædicta constitutionis verba omnem exceptionem & differentiam inter Status majores sive eminentiores, & inferiores excludant, & sic ipsas Civitates Imperiales sub regula universali includant: Siquidem verba ista; *omnimodò, ex omni parte, secundum omnem tenorem,* & similia, tam ampla & prægnantia sunt, ut totaliter ac integraliter
47 provideant, & nullam prorsus distinctionem, aut restrictionem admittant, *l. si tibi pecuniam. 10. & ibi gloss. in verb. omnimodo ff. de reb. cred. l. si filiofamilias. 25. §. si post divortium. 2. & ibi* Gothofred. *in verb. omnimodo ff. solut. matrim.* Rol. à Val. *cons. 27. num. 24. vol. 2.* Menoch. *cons. 345. n. 45.*

48 Quibus omnibus etiam accedit, quod Religionis ista pacificatio non tantùm cum consilio & consensu Statuum superiorum, sed etiam Civitatum Imperialium, tanquam Imperii Statuum & membrorum, deliberata, tractata, conclusa & approbata, R. A. zu Speyr *de anno 1544.* §. Und damit hiezwischen. *81. ibi*: Mit gemeinen Ständen Handlung fürgenommen. R. A. zu Wormbs *de anno 1545.* §. dem allem nach. *5. ibi*: Unsere und deß heiligen Reichs Frey- und Reichs-Stätte/ ihre vollmächtige R. A. zu Regensp. *de anno 1546. in princ. ibi*: darzu auch deß H. Reichs Frey- und Reichs Stätte/ihre vollmächtige Bottschafft/ ꝛc. & §. dieweil aber. *5. in fin.* Et cõstat ex subscriptione ipsius constitutionis religiosæ, R. A. zu Augspurg *de anno 1555. §. 144. & ibi*: Und wir die verordenete Churfürstliche Rähte/ erscheinende Fürsten/ Prælaten/ Graffen und Herren/ auch der abwesenden Fürsten/ Prælaten/ Graffen und Herren/ und deß heiligen Reichs Frey- und Reichs-Stätt/ Gesandten/ Bottschafften und Gewalthabere hernach benandt: Bekennen offentlich mit diesem Abschied/ daß alle und jede obgeschriebene Puncten und Articul, also wie obsteht/ mit unserm gu-
49 ten Willen/ Wissen und Raht vorgenommen und beschlossen sind/ ꝛc.

Atque hæc IV. ita se habere, & Civitates Imper. omnes & singulas, non tantùm in pace Religionis, sed & aliâs ubique Statuum nomine esse comprehensas, & reformandi jure gaudere, apertis & claris verbis sancitum est instrumento pacis Osnabrugens. *de anno 1648. art. 5. §. 11 Liberæ Imperii Civitates. ibi*: Liberæ Imperii Civitates, prout omnes atque singulæ sub appellatione Statuum Imperii, non tantùm in pace Religionis, & præsenti ejusdem declaratione, sed & aliâs ubique indubitatè continentur, ita & illarum numero eæ, in quibus unica tantùm Religio anno millesimo, sexcentesimo, vigesimo quarto in usu fuit, tam ratione juris reformandi, quàm aliorum casuum Religionem concernentium, in territoriis suis, & respectu subditorum, non minus ac intra muros, & suburbia, idem cum reliquis Statibus Imperii superioribus jus habeant, adeoque de istis generaliter disposita & conventa, de his quoque dicta & intellecta sunto, non attento, quod in iis civitatibus, in quibus præter Augustanæ confessionis exercitium nullum aliud à magistratu & civibus, juxta morem & statuta cujusque loci, anno millesimo sexcentesimo, vicesimo quarto introductum fuit, aliqui Catholicæ Religioni addicti cives commorentur, vel etiam in aliquibus Capitulis, Ecclesiis collegatis, monasteriis & cœnobiis ibidem sitis, immediatè, vel mediatè Imperio subjectis, in que eo Statu, qui fuit *1. Januarii anno 1624.* deinceps quoque cum Clero intra prædictum terminum non introducto, & civibus Catholicis pro tempore ibi existentibus, tam activè, quàm passivè omninò relinquendis Catholicæ Religionis exercitium vigeat. Ante omnia verò illæ civitates Imperiales, quæ sive uni, sive utrique Religioni addictæ (& inter has posteriores cumprimis Augusta Vindelicorum, itemque Dinkelspula, Biberacum, Ravensburgum & Kauffbeura) *ab anno 1624.* propter Religionem, vel bona Ecclesiastica ante vel post transactionem Passaviensem, & insecutam pacem religionis occupata & reformata, vel aliâs intuitu Religionis, in politicis quocunque modo, sive extra, sive judicialiter, aggravata sunt, in eum statum, in quo kalendis Januarii prædicti *anni 1624.* tam in sacris, quàm profanis fuerunt, non minus ac reliqui Status Imperii superiores, plenissimè reponantur, in que eo, absque ulteriore turbatione, perindè atque illæ, quæ tum temporis adhuc possederunt, aut interea possessionem recuperarunt, usque ad amicabilem Religionum compositionem, conserventur. Neutrique partium alteram de Religionis suæ exercitio, Ecclesiæ ritibus & ceremoniis deturbare fas sit, sed cives pacificè & comiter invicem cohabitent, liberumque Religionis suæ & bonorum usum, ultrò citroque habeant, cassatis rerum judicatarum & transactarum, litis pendentiarum, aliisque §. §. *2. & 9.* enumeratis exceptionibus: Salvis tamen iis, quæ Politicorum ratione de Augusta Vindelicorum, Dunckelspüla, Biberaco & Ravenspurgo dicto §. *2.* disposita sunt. In quo
sequentia hæc potissimum sancita & decisa 50
sunt. I. Quod Civitates Imperiales, omnes & singulæ, sub appellatione Statuum Imperii, non tantùm in pace Religionis, & ejusdem declaratione ista pacificationis Osnabrugensis, sed & aliâs ubique contineantur. *2.* Quod illæ Civitates Imperiales, in quibus *1. Januarii anno 1624.* una tantùm Religio in usu fuit, tam ratione juris reformandi, quàm aliorum casuum, Religionem concernentium, idem jus habeant, quod reliqui Status superiores, & quæ de his generaliter disposita & conventa sunt. *3.* Quod Civitates Imperiales hæc jura, tam intra quàm extra muros & suburbia, in territoriis suis, etiam subditorum respectu, obtineant. *4.* Non attento, quod in civitatibus, in quibus præter Augustanæ confessionis exercitium,

tium, nullum aliud *anno 1624.* introductum fuit, aliqui Catholicæ Religioni addicti cives commorentur. *5.* Vel etiam in aliquibus Capitulis, Ecclesiis collegiatis, monasteriis & cœnobiis ibidem sitis, immediatè, vel mediatè Imperio subjectis, inque eo statu, qui fuit *1. Jannarii anno 1624.* deinceps quoque cum Clero, intra prædictum terminum non introducto, & civibus Catholicis pro tempore ibi existentibus, tam passivè, quàm activè omninò relinquendis, Catholicæ Religionis exercitium vigeat; cujusmodi sunt Ratisbona, Lindavia, & aliæ. *6.* Quod Civitates Imperiales, quæ sive uni, sive utrique Religioni addictæ, *ab an. 1624.* propter Religionē, vel bona Ecclesiastica, vel aliàs intuitu Religionis, in politicis, quocunq; modo aggravatæ, in eum statum, in quo *1. Januarii anno 1624.* tàm in sacris, quàm profanis fuerunt, non minus ac reliqui Status plenissimè reponi debeant. *7.* Idque sive ante, sive post transactionem Passaviensem, & insecutam pacem religiosam Religio reformata, vel bona occupata fuerint. *8.* Quod in hoc restituto jure, absque ulla ulteriore turbatione, usque ad amicabilem Religionem compositionem conservari debeant. *9.* Quod neutri partium alteram de religionis suæ exercitio, Ecclesiæ ritibus, & ceremoniis deturbare fas sit. *10.* Quod cives pacificè & comiter invicem cohabitare, liberumque religionis suæ & bonorum usum, ultrò citròque habere debeant. *11.* Quod cassatæ sint in hisce causis, rerum judicatarum & transactionum, litis pendentiarum, aliæque in §. §. *2. & 9.* enumeratæ exceptiones. Ex quibus patet, civitates mixtæ religionis à civitatibus unius religionis, quoad negocium religionis, non aliter differre, quàm in eo, quod jus reformandi his æquè ac Statibus superioribus competens, in mixtis civitatibus locum non habeat, quia in hisce neutri parti, alteram de religionis suæ exercitio deturbare fas est.

V. Quia jus religionis mutandæ & introducendæ superioritati territ. adscribitur & illi religionis dicendæ, introducendæ & mutandæ jus competit, qui jurisdictionem, sive superioritatem territorialem habet, die Lands-Obrigkeit und Herrligkeit/ ita ut qui territorii dominus est, homagium subjectionis exigit, & reliqua territorialis jurisdictionis jura sibi adscribit, is quoque Religionis curam & mutationem habeat.
15 Quamvis enim olim & ante transactionem Passaviensem jurisdictio Ecclesiastica à jure territorii planè fuerit separata, & domini territoriales ab ea penitus fuerint exclusi, Tileman. de Benign. *in observ suppl. cap. 2.* Reichwin. *vot. Camer. cap. 2. num. 29. & 30.* Matth. Stephan. *de jurisdict. libr. 2. part. 1. cap. 7. num. 471.* Ziegler. §. *Landsassii. conclus. 1. numer. 180.* ex dicta tamen transactione Passaviensi & pacificatione religiosa, §. damit auch obberührte. *20.* etiam ad Status Imperii Augustanæ confessionis, per modum suspensionis jurisdictio Ecclesiastica, & jura Episcopalia translata sunt, ipsisq; vigore superioritatis territorialis, Krafft habender Landsfürstlicher oder Lands-Obrigkeit/ sive Oberherrligkeit/ competere cœperunt, ita ut jurisdictio Ecclesiastica cum jure territorii coaluerit, & domini territoriales utriusque exercitia jure territorii sibi vindicent, Ziegler. *d. concl. 1. n. 181.*

Atque ita Religionis curam, mutationem & introductionem, juri & superioritati territoriali communis Doctorum schola hodie adscribit, Gylman. *Symphor. tom. 1. part. 1. titul. 3. vot. 12. consult. 1. num. 33. seq. fol. 263.* Thom. Michaël. *de jurisdict. conclus. 49. lit. C.* Rosacorb. *pract. for. cap. 29. in fin. & capit. 30. numer. 23. seq.* Becht. *d. secur. conclus. 105.* Mingius *de super. territ. conclus. 61.* Ziegler. *d. numer. 181.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 7. numer. 470. seq.* Norderman. *de jur. Principat. conclus. 28. lit. A.* Knichen *de jur. territ. cap. 3. numer. 241. & encyclop cap. 13. per tot. & in epops. num. 286.* Mart. Mager. *de advocat. cap. 10. num. 434.* Reinhard König. *in synops. jur. publ. discurs. 10. conclus. 27.* Reinking. *de regim. secul. lib. 1. class. 5. cap. 4. num. 156. & edit. postrem. num. 227. & seq.* Bened. Carpzov. *de leg. Reg. German. cap. 3. sect. 10. numer. 20. seq. & decis. 83. numer. 18.* Besold. *part. 6. cons. 298. num. 2. & seq. & thes. pract. verb.* Freye Reichs Ritterschafft. *fol. 276.* ubi notanter scribit: Namblichen und fürs erste/ daß die Enderung der Religion in dem Heil. Römischen Reich/ heut zu Tag/ so viel die Ständ desselben berühret/ einig und allein/ der territorialischen/ oder hohen Lands-Obrigkeit anhangen thut/ auch selbiger/ dem diese gebührt/ oder solche rechtmässig hergebracht/ in seinen Herrschafften/ nach freyem Belieben/ entweder die Catholische/ oder Augspurgische Confession gemässe Religions-Ubung anzustellen bemächtiget ist. Gestaltsam dieses auch dem Religions-Frieden *de anno 1555.* §. und damit solcher Fried/ ꝛc. klärlich erscheinet/ als daselbsten verordnet: daß kein Stande deß Reichs der Religion und Glaubens halber angefochten/ sondern bey den Kirchengebräuchen/ Ordnungen und Ceremonien/ so er in seinen Fürstenthumben/ Landen und Herrschafften der Zeit auffgerichtet/ oder nochmahls auffrichten möchte/ verbleiben/ auch einiger Gestalt weder beschwert/ noch verachtet werden solle. Nicht weniger wurden von den Rechtsgelehrten dieser Zeit/ so wol auch allen dicasteriis, und dem Käyserlichen Cammergericht selbsten pro regula perpetua, omnique exceptione majori gehalten/ quod hodie exercitium Religionis superioritati, oder der Lands-Obrigkeit connexum, & jus exercendi ac mutandi Religionem, quasi ipsi territorio infixum existant: ita ut nunc in potioribus superioritatis juribus atque generibus ipsa Religio fundetur, & pro eo, qui territorii dominus est, in casu Religionis mutatæ, præsumptio juris & de jure militare reputetur, Gylman. *lib. 2. sing. decis. 1.* Reichwin. *vot. Camer. cap. 2. pag. 264. num. 10.* Et *ibid.* Bes. *fol. 277. ibi:* E contrà verò forma & perpetua regula manet reformationem Religionis sequelam esse superioritatis territorialis, & respectu solum territorialis sublimitatis, immediatæq; Imperio subjectionis, Statibus ac Nobilibus competere posse. Et paulò post *fol. 284. ibi:* Derowegen stehet das jus exercendæ Religionis, allein selbiger Obrigkeit zu/ welcher die Unterthonen/ nicht als ihrem blossen Cent-Lehen/ oder Zinsherren 52

gelobt und geschworen / sondern mit Erbhuldigung /
Vogteylicher Ober- und Gerichtbarkeiten / allem Ge-
bott und Verbott / und andern denselben anhangenden
Gerechtigkeiten zugethan und verwandt seyn / Reich-
win. *vot. Camer. capit. 2. pag. 288.*.
53 Et hinc Religionis reformatio & introdu-
ctio superioritatis territorialis indubitata se-
quela, Besold. *d. fol. 277. vers. è contra. & cons. 298.
n. 8. & de jurisd. quaest. 18 vers perpetua enim*. Rein-
king. *d. cap. 4. num. 157.* Gylman. *2. decis. 59. num.
4.* Ernest. Gothofr. *de jur. consistor. conclus. 25.* Sy-
ring. *de pac. Relig conclus. 48. lit. C.* Ming. *d. concl.
61.* Vietor. *de caus. exempt. conclus. 36. in fin.* & ejus
54 Religio esse dicitur, cujus est regio. Matth. Ste-
phan. *de jurisd. lib. 2. part. 1. cap 7. n. 474.* Nol-
den. *de Stat. nobil. cap. 17. num. 64. vel 97.* Ernest.
Gothofr. *d. l. concl. 26.* Mager. *de advoc. c. 10. num.
434.* Vietor. *d. conclus. 36. in fin.* Carpzov *d. cap. 3.
sect. 10. num. 33. & definit. Ecclesiast. tit. 1. defin. 3. n.
3. & 4.* seu, ut explicat Matth. Stephan. *d. l. n.
475.* Cujus est Ducatus, Principatus, territori-
um, seu jus territorii, ejus etiam est jus Episco-
pale, seu jurisdictio spiritualis, Joach. Steph.
libr. 2. instit. jur. Canon. cap. 3. num. 135. Atque hinc
etiam instrumentum Pacis disponit, quod in-
tra terminos territorii cujusque jus diœcesanũ
& jurisdictio Ecclesiastica se continere debeat,
artic. 5. § jus diœcesanum. 16. Ex quo etiam Adses-
sor Cameralis apud Gylman. *symphor. tom. 3. §.
Civitas Imperialis*, ita scribit: An Civitates Im-
periales habeant die hohe Landsfürstliche Obrig-
keit? Semper ego fui in illa opinione, quod Ci-
vitates Imperiales non habeant, sed quod illa
resideat penes Imperatorem: multique alii
Catholici mecum tenuerunt hanc opinionem.
Attamen Catholici aliud & contrarium asse-
runt in civitate Coloniensi, adeò, quod, nisi
hoc illis concedatur, Catholicam ibidem con-
servare Religionem, nullo se modo posse pu-
tent: & ideò vigore dieser Landsfürstlichen Obrig-
keit / Fiscum in hac civitate contra hæreticos
constituerunt; quo compescerent eos Con-
sultius tamen facerent, si hoc fisci jus, sibi per
Imperatorem tradi curarent, ne aliæ civita-
tes illius vestigia sequantur, & consimilia con-
tra Catholicos tentent, quod hi contra hære-
ticos facere solent, &c. Quo axiomate etiam
utitur Imper. Ferdinandus II. in Cæsar. edict.
von Einziehung der Geistlichen Güter. *quaest. ult.* §.
als haben wir. Et in Resolutione Augusto Pala-
tino Neoburgico. *22. Decembr. anno 1627.* data,
Religionis Reformationem concernente. §. *&
ibi*: und wie die Augspurgische Confessions Ver-
wanten wollen / daß Fürsten und Ständen / Vermö-
ge Landsfürstlicher Obrigkeit / und deß H. Römischen
Reichs Religion Friedens unbenommen / die Augspur-
gische Confession in ihren Fürstenthum und Landen /
wann sie gleich vorhin Catholisch gewesen / und haben
sich zur Augspurgischen Confession begeben / zu der
ihnen gelegenen Zeit einzuführen. Also ist auch auß
ebenmässigem Fundament / einem Catholischen Für-
sten / die Catholische Religion in denen Landen / dar-
innen er der regierende Landesfürst ist / wann und zu
welcher Zeit es ihme gefällig / einzuführen / zugelassen.
Item § weil nun *ibi*: und Vermöge deß Religion-
Friedens / einem jeden Weltlichen Fürsten / Krafft tra-
gender Landsfürstlicher Obrigkeit / die Bestellung der
Religion / Kirchen-Ordnung und Ceremonien / und
was denselben mehr anhängig / gebühret / etc. & paulò
post: wie auch Landsfürstliche reservirte Obrigkeit /
von welcher die Bestellung der Religion immediatè
dependet, &c. Et quod Statibus immediatis
jure territorii & superioritatis ex communi 55
per totum Imperium hactenus usitata praxi,
jus reformandi exercitium Religionis com-
petat, decisum est in instrumento pacificatio-
nis Osnabrugensis *de anno 1648. artic. 5. §. 12.
Quantum deinde ad Comites*. Et ex hoc ipso fun-
damento Principes & Status Imperii Catholi-
cos susceptam à sese Religionis Lutheranæ re-
formationem, adversus querelam Evangeli-
corum multoties defendisse ac propugnasse, ex
literis præsertim Electoris Bavarici, Episcopi
Bambergensis & Würtzburgensis, nec non
Magistri Ordinis Teutonici constat. Eodem- 56
que axiomate Catholici Status & ordines re-
formationem Religionis in Episcopatibus &
monasteriis á Statibus Evangelicis susceptæ
sæpissimè contradixerunt, quod scilicet iis in
locis, Evangelicis jus territorii non compete-
ret, veluti ab Episcopo Augustano contra Co-
mitem à Pappenheim, & Palatinum Ottonem
Henricum; à Domo Austriaca contra domum
Würtebergicam; & ab Episcopo Würtzbur-
gensi contra Comites & Barones Franconi-
cos, in suscepta reformatione quorundam pa-
gorum, factum Acta reformationis testantur.
Carpzov. *decis. 83. num. 20. seq.* At verò Civitati-
bus Imperialibus jus superioritatis territoria-
lis competere, probatum est *infra capit. 5.*

VI. Quia nulla evidens differentiæ ratio da-
ri potest, inter alios Status majores, quibus li-
bera reformandi potestas in territoriis suis cõ-
ceditur, & inter Civitates Imperiales, cùm hæ
non minus sint Status Imperii, & immediatè
Imperio subjectæ, & jure territoriali æquè gau-
deant, ac reliqui Status majores, quod etiam in
pacificatione Osnabrugensi nuperrima apertè
decisum est, *art. 5. §. transactio anno 1552. Pass-vi-
ensis*, his verbis: In reliquis omnibus autem 57
inter utriusque Religionis Electores, Princi-
pes, Status omnes & singulos sit æqualitas ex-
acta, mutuaque, quatenus formæ Reipublicæ,
constitutionibus Imperii, & præsenti conven-
tioni conformis est, ita ut quod uni parti ju-
stum est, alteri quoque sit, violentia omni &
via facti, ut aliàs, ita & hic inter utramque
partem perpetuò prohibita, *&c.* Et quod Civi-
tates Imperiales in territoriis suis, & respectu
subditorum idem cum reliquis Statibus supe-
rioribus jus habeant, & de istis generaliter di-
sposita & contenta de his quoq; dicta & intel-
lecta sint, vigore pacificationis Osnabrugen-
sis, relatum est ex §. *11. liberæ Imperii civitates. su-
pra num. 49.* Cùm igitur diversitatis ratio hic 58
cesset, ipsa diversitas cessare, eademque juris
dispositio perdurare debet, *c. etsi Christ. X. de ju-
rejur. c. cùm cessante in princ. X. de appell. l. in omni.
& ibi* Bart. *ff. de adopt. l. ex facto. ff. de vulg. &
pupil. subst.*

VII. Quia nullibi in constitutione pacifica-
tionis religiosæ dicitur, quod civitas, quæ
non fuit in possessione exercitii Religionis Au-
gustanæ confessionis tempore factæ pacis reli-
giosæ,

giosæ, non possit amplius reformare religionem. Et si hic sensus esset constitutionis, frustra quæreretur, & tam anxiè disputatum esset in causa Coloniensi, an eo casu, ubi civitas re-
59 formare vellet Religionem, vel cives Religionis exercitium liberum peterent, plebs Senatum, an verò senatus plebem sequi debeat, si enim nulla reformatio permissa, frustra de accidentibus quæreretur, prout tradit Referens apud Gylman. *symphor. tom. 1. part. 1. tit. 3. de religion. deput. 1. num. 27. & 28. fol. 168.*
60 Hinc quoque VIII. in Camera Imperiali in pleno senatu conclusum esse, processus in causa Gülch contra Aach / urbi afflictæ, quæ etiam post *annum 1555.* eam Religionem susceperat, esse decernendos, *6. Februarii*, & emanatos esse, *9. Februar. anno 1582.* refert Gylman. *symphor. tom. 1. part. 1. vot. 2. n. 2. fol. 212.*

IX. Quib⁹ etiam accedit, quod Civitates Imper. non debeat esse deterioris cōditonis, quàm Nobiles liberi & Imperio immediatè subjecti, cùm hi in Comitiis hodie non compareant, nec sessionem & votum in iisdem obtineant, sicuti Civitates Imperiales habent. Nobiles autem Imperio immediatè parentes in territoriis & ditionibus suis liberis liberum jus refor-
61 mandi Religionem habere, ipsa praxis quotidiana comprobat, & ex ipsa pacificatione religiosa constat, R. A. zu Augspurg. *de anno 1555.* §. und in solchem Fried. *26.* Gylman Symphor. *tom. 1. part. 1. tit. 3. de relig. num. 1. seq. fol. 235. & num. 16. seq. fol. 239. seq.* Joh. Rudinger. *cent. 4. Camer. obs. 37.* Paurmeist. *de jurisdict. lib. 2. cap. ult n. 46.* Dn. affinis Joach. Cluten. *syllog. rer. quotid. concl. 26. lit. K.* Besold. *de ord. Equestr. num. 11. & in thes. pract. verb.* Freye Reichs-Ritterschafft. *fol. 277. in fin. seq.* Petr. Syring. *de pac. relig. conclus. 39. lit. C.* Joh. Bidembach. *nobil. quæst. 3. & 5.* Cran. *de pac. Relig. part. 1. probl. 1.* Petr. Frider. Mindan. *de process. lib. 1. cap. 28. numer. 4.* Nolden. *de Stat. nobil. cap. 17. num. 62. sive 92. seq.* Christ. Ming. *de super. territ. conclus. 47.* Bocer. *de jur. dom. & vasall. libr. 2. cap. 4. numer. 6.* Matth. Enzlin. Hier. Gerhard. & Nicol. Varenbüler. *in consil.* Ob einer vom Adel / der deß Orths hohe Obrigkeit ist / und jus patronatus hat / ohne consens der Geistlichen Obrigkeit / nach auffgerichtem Religion-Frieden zu reformiren berechtiget oder nicht? *per tot.* apud Lehman. *in act. publ. de pac. Relig. lib. 3 cap. 48.*

Ex quibus omnibus ea, quæ in contrarium adducta sunt, facilè corruunt, ad I. enim respondetur, pacis religiosæ constitutionem, in hoc quidem naturam & proprietatem interdicti Uti possidetis, habere, ut ejus vigore nemo Ordinum & Statuum Imperii alterum propter
62 Religionis diversitatem, vi vel armis invadere, vel alio quocunque modo molestare, sed Catholici Augustanæ confessioni addictos, & hi vice versa illos in Religione quietos & liberos relinquere debeant, cùm hoc ex ipsa pacificatione constet, R. A. zu Augspurg. *de anno 1555* §. und damit solcher Fried. & §. dagegen sollen. Quod verò Status Catholicus sponte, & pro libera sua voluntate, post agnitam verbi divini veritatem, ex ductu conscientiæ, errores agnitos derelinquere, & Augustanam confessionem amplecti, eandemque in territorio suo introducere non possit, hoc omni fundamento destituitur, & non magis sequitur, quàm quod possessori cuique non liceat possessioni suæ liberè renunciare, vel nova causa superveniente, eandem mutare, cùm de jure quilibet juri & favori pro se introducto renunciare, possessioni suæ cedere, vel eandem ex nova causa mutare, Menoch. *6. præsumpt. 23. numer. 8. & cons. 87. num. 13.* Imprimis verò si nova possessionis causa in lege vel constitutione Imperii radicata sit, cùm justè possideat, qui Prætore authore possidet, *l. justè. ff. de adquir. vel amit. poss.* Menoch *cons. 449. num. 7. & 10.* Vel, cùm ipsa Religio non possideatur, quod eandem ex titulo antiquo, in ipsissimis pacis religiosæ visceribus apertissimè radicato, mutata, à Statu Catholico in territorio suo introduci non possit. Quamvis enim Religio, veluti in mente consistens, non possideatur, jus tamen exercendi Religionem, non minus, ac jus venandi, maleficia puniendi, & cætera jurisdictionalia, quasi possessionem admittere, ex quamplurimis processibus possessionis intuitu decretis, apparet. Atque ita pacificatio religiosa, vim molestationem & coactionem duntaxat abesse jubet, non verò inhibet, quò minus quis sponte ab una vel altera Religione recedere possit. Præterea fundamento destituitur, quod Dillingenses & Auctor (*compend. declarat. pac. Relig.* asserunt, illis tantum Religionis mutationem concessam, qui id tempore transactionis petebant, quia aliud ex ipsa transactione, & decidendi rationibus, adeò manifestum est, ut mirum sit aliud cogitari vel asseri posse.

Ad *Secundum* respondetur, subjudice adhuc litem & petitionem principii esse, num Catholico-Romana Religio antiqua & vera, & Augustana confessio nova, falsa, hæretica & damnata sit. Catholici quidem & maximè Dillingenses (quorum tamen, uti & Burckhardi scriptis, in pacificatione Osnabrugensi *artic. 5. §. utrinq. 17.* omnis authoritas adempta, & irrita facta) ita quidem cavillantur, verùm Protestantes, sive Augustanæ confessioni addicti, contrarium hactenus liquidissimè demonstrarunt, quo nomine ad ipsorum scripta me remitto. Deinde considerandum venit, quod vigore pacificationis religiosæ, de Religione non Theologicè, sed politicè hic disputatur, quatenus ea sequela est jurisdictionis & superioritatis territorialis, ubi inauditum est, quod hæc ex una parte Statuum magis sit 63
favorabilis, quam ex altera, cùm una eademque res diverso jure censeri non debeat, *l. eum qui ades. ff. de usucap.* Jason. *in l. Marcellus. num. 3. ff. ad SCt. Vellej.* Bart. *in l. 1. ff. de jurejur.* Tusch. *lit. D. conclus. 518. num. 1. seq.* Ad hæc mera est Cavillatio, quod Augustana confessio unquam, tanquam falsa & hæretica, legitimè & per Imperii constitutiones, fuerit condemnata, & si hoc tentari nunc velit, id ipsi paci Religionis, divinis & humanis juribus, & ipsius Catholicæ Religionis principiis diametraliter contrarium foret, utpotè, quæ seculari magi-

stratui,

stratui, imò etiam ipsi Cæsareæ Majestati, tanquam totius Christianitatis capiti summo, in causis Religionis omnem omninò cognitionem denegant, per tradita Georg. Ludov. Lindenspür. *in analys. pac. Relig. pag. 512.* ubi ait: Nec summus Imperator potestatem omnimodam Religionis habet, nec eam inter Regalia possidet, sed titulo supremi Advocati contentus est. Nec permittendum erit Catholicis de veritate suæ Religionis & Augustanæ confessionis, tanquam in propria causa judicium ferre, quia sicuti oculi animi de se judicare nequeunt, ita etiam oculi corporis seipsum intueri & judicare non possunt.

64 Neque per rerum naturam actio & passio in eodem subjecto stare, nemoque sibi (cùm justitia sit ad alterum) imperare, vel jus dicere valet, *l. un. C. ut nem. in sua caus. jus dic. Ord. Cam. part. 2. tit. 29. §. 1.* Gœddæ. *4. Marp. cons. 16. num. 219.* Quo etiam confert Recusation-Schrifft / warum die protestirende Churfürsten und Stände das Concilium zu Trient zubesuchen nicht schuldig. apud Hortleder. *tom. 1. lib. 1. c. 44. fol. 415.*

65 Quibus etiam accedit, quod omnia ea, quæ ante pacificationem religiosam ipsi adversa constituta, ac disputata, omninò sint cassata & annulata, R. A. zu Augspurg *de anno 1555. §. 28. & ibi:* und soll alles / das in hievorigen Reichs-Abschieden / Ordnungen und sonsten begriffen und versehen / so diesem Friedstand in allem seinem Begriff / Articuln und Puncten zuwider seyn / oder verstanden werden möchte / demselbigen nichts benehmen / derogiren noch abbrechen / auch dargegen kein declaration, oder etwas anders / so denselben verhindern / oder veränderen möchte / nicht gegeben / rc. werden. Quod latinè ita redditur: superioris temporis legibus constitutionibusque huic paci nihil ulla in parte detrahitor: nec deinceps ulla contra eam derogatio, declaratióve admittitor: si fiat, pro non facta habetor, à Denais. *de jur. Camer. tit. pacis Relig. constit. 216. §. 24.* E contrà verò utraque Religio Romano-Catholica & Augustana confessio, quoad temporalem securitatem, ita æquiparata, ut nulla præ altera aliqua prærogativa, sed favore juris gaudeat, in tantum, ut nec Catholici Status Augustanæ confessioni addictos Religionis nomine contumeliosè vel contemptuosè habere debeant, R. A. zu Augspurg. *de anno 1555.* §. und damit solcher Fried. Quod utique fieret, & Status Protestantes intuitu Religionis graviore injuria & contumelia affici non possent, quàm si ipsorum Religio pro hæretica & damnata publicè proclamaretur.

Ad hæc pacificatio religiosa, ut *supra num. 31. & 33.* dictum, in eum finem est inita, ut inter utriusque Religionis Status, pax sit communis & reciproca, omnes discordiæ, diffidentiæ & animorum exulcerationes è medio tollantur, & utraque pars in perpetua securitate, tranquillitate & quiete vivere possit: Verùm hic finis & scopus non attingeretur, si Catholica Religio tantùm pro vera & favorabili, Augustana verò confessio pro falsa, damnata & odiosa haberi vellet, vel saltem per tollerantiam Statibus Augustanæ confessionis concederetur, cum hac ratione Protestantes omni pacificationis religiosæ securitate privarentur, parilis justitiæ administratione destituerentur, & nemo Catholicorum in causis Religionem concernentibus, æquè judicaret, Imò constitutio ista Religionis nunquam pro pace communi, vera & syncera haberi posset, si pactio vel transactio ista, contra omnem juris rationem & dispositionem, adeò inæqualis, & respectu Evangelicorum, tam graviter claudicaret, & pro strictissima, odiosa, & saltem toleranda haberi deberet, cùm tamen æqualitas quàm maximè servanda sit in pactis interpretandis & judiciis, *l. 2. & ibi* Bald. *num. 2. C. de rescind. vend. l. pater. §. evictis. ff. de legat. 2. l. cùm oportet. C. de bon. quæ libr. l. fin. C. de fruct. & lit. expens. cap. in judiciis. de R. I. in 6.* adeò, ut ob æqualitatem servandam à regulis juris communis, nonnunquam recedatur, *l. fin. C. commun. utriusque judic. l. quæsitum. §. sed & ipse Papinianus. ff. de instruct. & instrum. leg.* omnisque dispositio ad eum reducenda veniat sensum, qui æqualitati magis accedit, Tiraquel. *de jur. primogen. quæst. 4. num. 5.* Hondedæ. *consil. 29. num. 98.*

Quod autem addunt Dillingenses, quod Religionis ordinatio & constitutio Augustanæ confessionis Statibus in suis territoriis non aliter competat, quàm ex speciali Imperatoris privilegio, id omni fundamento & ratione destituitur, & *supra num. 3. & seq.* satis superque demonstratum est, quod cura Religionis exterior, non tantùm Imperatori, sed etiam aliis Imperii Statibus & ordinibus incumbat, & ex ipsis Imperii constitutionibus sole clarius apparet, quod omnes Imperii Status & ordines non minus, quam ipse Imperator, protectores sint fidei Christianæ, & quilibet magistratus, tam Ecclesiasticus, quàm secularis, summa cura providere debeat, ut in suo territorio & ditione vera & sincera Religio, secundum verbum Dei instituatur, promoveatur & excolatur, R. A. zu Nürnberg *de anno 1524.* §. als auch vielgedachte. *29. ibi:* die Stände deß H. Reichs / als Schützer und Schirmer deß Glaubens. R. A. zu Augspurg *de anno 1525.* §. und nach dem etwann *1. ibi:* So soll ein jede Obrigkeit / sie sey Geistliches oder Weltliches Stands / ein fleissiges Auffmercken und ernstliches Einsehen haben / daß in ihren Fürstenthumen / Landen und Gebieten mitler Zeit das heilig Evangelium und Gottes Wort / nach rechtem wahrem Verstand / und Außlegung / deren von gemeiner Christlichen Kirchen angenommenen Lehren / rc. gepredigt werde. R. A. zu Augspurg *de anno 1542.* §. und wiewol in dem jüngsten. *16. ibi:* daß allen Ständen / als Christlichen Gliedern deß Heil. Reichs / die Rettung unsers Christlichen Glaubens / und Vatterlandes Teutscher Nation, unvermeidlich zustehet. Et nominatim de Civitatibus Imperialibus, quod ipsis demandata sint omnia jura tam Ecclesiastica quàm secularia, & quod fidei sint protectores Christianæ, dictum est *supra num. 16.* Cum igitur omnes Augustanæ confessioni addicti Status de jure communi, & vigore pacificationis religiosæ, aliarumque Imperii constitutionum, fidei Christianæ sint protectores, ipsisque cura Religio-

Religionis exterior incumbat, ipsi hoc ipsum jus ex singulari aliquo Cæsaris ac Catholicorum Statuum privilegio & gratia adquisivisse, dici nequaquam poterunt, cùm frustra à Principe privilegio impetretur, quod jure communi & proprio competit, *l. unic. & ibi*
66 Dd. *C. de thesaur.* quia tutius est, uti jure, quod quis habet ex persona propria, quàm quod habere potest ex persona aliena, *l. si filius. §. 1. ff. de fideicomm. libert. l. pater. §. quindecim. ff. de legat. 3. l. assumptio. §. filius. ff. ad municipal. l. Sacrosancta. C. de S. S. Eccles. l. si quid. in bello. & ibi* gloss. & Bart. *ff. de captiv. & postlim. & in l. more. ibi: suo jure, non alieno beneficio. & ibi* Bald. *ff.*
67 *de jurisdict.* Unde etiam quilibet possidere præsumitur, nomine potius suo, quàm alieno, Natta *cons. 514. n. 26.* Rol. à Valle. *cons. 46. num. 44. vol. 3.* Cothman. *cons. 56. num. 31.* Et cùm Episcopi Principum indulgentia & conniventia omnia ferè jura, quæ ad Principes pertinuerunt, sibi attribuerint, iisque ita abusi, ut Status Evangelici id diutius permittere non potuerint, sed moti fuerint, in propriam & subditorum suorum salutem, eadem ad se revocare, & in meliorem, magisque pium usum convertere, ipsis id denique per constitutionem pacis religiosæ confirmatum & restitutum, quod ipsis ab antiquo de jure communi proprium fuit, & quod obstaculo jurisdictionis Ecclesiasticæ usurpatæ recuperare hactenus non valuerunt, siquidem jurisdictio, ut ait Augustinus *Confess. art. ult.* secundum Evangelium, nulla competit Episcopis, ut Episcopis, nisi remittere peccata, cognoscere doctrinam, & Evangelio dissentientem rejicere, & impios excludere à communione Ecclesiæ, &c. Si quam aliam vel habent potestatem, vel jurisdictionem, in cognoscendis certis causis, hanc habent jure hierarchico, ubi cessantibus ordinariis, vel etiam inhabilibus coguntur Principes vel inviti, jus dicere suis subditis, ut pax retineatur. Ex quo etiam in tota ista pacificatione nullum vestigium, imò ne jota quidem reperitur, ex quo colligi possit, quod Imperator, vel ejus nomine Rex Ferdinandus I. Augustanæ confessionis Statibus jura Religionis, de novo & per privilegium concesserit, magisque credibile est, quod si ipsis hæc jura ab antiquo non competiissent, ea ipsis quoque nequaquam restituisset vel confirmasset.

Quod 3. adducitur, manifesta est fallacia non causæ, ut causæ, cùm non propterea petita fuerit à Statibus Evangelicis autonomia illa, quasi dubium aliquod fuerit, quò minus Status seculares Catholici imposterum jure reformandi uti possint, sed quo reservato illi Pontificio, sive Ecclesiastico, dem Geistlichen Vorbehalt/ occurrere, idque præcavere, & Ecclesiasticis Statibus id appropriare possent, quod secularibus vi superioritatis territorialis, & in consequentiam jurisdictionis, in causa & casu reformationis competit. Id quod etiam ex ipso Francisco Burckardo Pontificio scriptore constat, *autonom. part. 1. capit. 4. fol. 8. seq.*

Porrò posito, sed in præjudicium veritatis non concesso, autonomiam sub dispositione transactionis Passaviensis remansisse, ut Dilingenses loqui amant, cùm tamen ipsa Passaviensis transactio non tantùm tunc transigentes Electores & Status, sed etiam omnes illos comprehendat, qui transactionem istam sunt amplexuri, per §. Erstlich der Churfürst zu Sachsen/ & securitatem utriusque Religionis affectis, usque ad proxima Comitia ita concedat, ut quod in iisdem Statibus Imperii communiter placuerit, id firmum & ratum permaneat, §. Es sollen. &c. §. was dann auch & postea in Comitiis proximis Augustanis *de anno 1555.* non solùm *in* §. und damit solcher Fried. *15.* sed & §. damit auch berührte. *20.* luce clarius dispositum, quod nemo Statuum alterum Augustanæ confessionis nomine, vel quoad ceremonias, & ordinationes suas Ecclesiasticas jamdum sancitas & introductas, vel imposterum sanciendas & introducendas, *ibi.* So sie auffgericht/ oder nochmahls aufrichten möchten/ rc. sub pœna fractæ pacis, turbare vel molestare debeat: Indè satis firmiter concluditur, quod & vigore transactionis Passaviensis, utpotè quæ per constitutionem pacis religiosæ *anno 1555.* non tantùm confirmata, sed etiam in pragmaticam sanctionem transmutata, omnibus Imperii Statibus, absque loci & temporis determinatione permissum, antiquæ Romano-Catholicæ Religioni valedicere, & Augustanam confessionem amplecti, huicque hospitium & sedem fixam in territoriis & ditionibus suis præbere.

Ex quo etiam juris illud brocardicum; quod transactio ad personas non expressas, non extendatur, hic locum non invenit, cùm verba constitutionis religiosæ sint generalia, nec limitationem sive restrictionem aliquam admittant, præsertim verò, cùm nulla diversitatis ratio dari possit, cur Imperii Status post pacificationem Religionis intuitu reformandi juris, deterioris sint conditionis, quàm antea fuerunt, & tam vigore transactionis Passaviensis, quàm constitutionis religiosæ, inter Status, respectu Religionis politicè considerata, nulla differentia constituta, sed utraque pari jure censeatur.

Quod si quoque valedictio Catholicæ Religionis, & introductio Augustanæ confessionis tempore conditæ pacis religiosæ (sicuti tamen revera factum) expresse permissa non fuisset, id tamen vi ejusdem rationis omninò concludendum foret, cùm expressum quoque 68
illud censeatur, quod sub ratione comprehenditur, *l. quæsitum scio. ff. de test. l. si postulaverit. §. sed si negaverit. ff. ad L. Jul. de adulter.* Tiraquel, *in l. si unquam. verb. susceperit. num. 34. Cod. de revoc. donat.* Vel quod ex eadem ratione deducitur, Surd. *decis. 254. num. 10. & decis. 255. num 23.* Et sic frustra quæreretur, an autonomia ex parte Catholicorum unquam petita, & consequenter Status Evangelici Catholicis Statibus Religionis liberam introductionem stipulari potuerint, cùm & Electorum, Principum & Statuum Augustanæ confessioni addictorum interfuerit, neminem à veræ Religio-

nis aditu prohiberi, quo casu stipulatio etiam alteri subsistit, §. *alteri. l. de inutil. stipul. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de V. O.*

69 Hinc quoque *d.* §. dagegen sollen die Stände. *16* & §. damit auch. *20.* Dillingensium sententiæ, quoad reservationem jurisdictionis Ecclesiasticæ Episcoporum in illos, qui post pacificationem Religionis, Augustanam confessionem amplectuntur, non opitulatur, cùm in iisdem nihil aliud disponatur, quàm sicuti Augustanæ confessioni addicti Status, suæ Religionis intuitu debellari, invadi ac molestari ullo modo non debent, ita idem juris in Catholicæ Religionis Statibus obtinere debeat, sicuti apparet ex ipsis verbis, *d.* §. dagegen sollen. Ubi ponderandum verbum, gleicher Gestalt/ quod est relativum & æquiparativum, & omnem comprehendit casum dispositionis relatæ, *l. 2. ff de conjung. cum emancip. liber.* Molin. *ad consuet. Paris. cons. 26. tit. 1. verb. en avancement. num. 7. & cons. 1. num. 25.* & similitudinem, æqualitatem & identitatem significat, Menoch. *cons. 124. num. 60.* Decian. *cons. 2. num. 60.* Hondedæ. *cons. 4. num. 82. lib. 1.* Et ex ipso §. damit auch. *20.* satis liquidò constat, quod jurisdictio Ecclesiastica non tantùm quoad illos, qui tempore pacificationis Augustanæ confessioni addicti, sed etiam quoad eos, qui eandem postea sunt amplexuri, idque ex verbis: So sie auffgerichtet/ oder auffrichten möchten/ ꝛc. de quibus supra dictum est, quæ adeò clara sunt, ut nullam aliam interpretationem admittant, ubi enim textum habemus clarum, ibi glossa non admittitur, Bald. *cons. 343. col. 2. ad fin. libr. 1.* sed standum est verbis dispositionis, gloss. *in l. prospexit. 12. in fin. princ. ff. qui & à quib. manumiss.* &

70 pro peccato habetur à veritate textuali recedere, ut loquitur Bald. Nec quicquam ad rem faciunt verba finalia; Aber in anderen Fällen/ ꝛc. utpotè quæ expressè loquuntur de causis & casibus, qui Religionem Augustanæ confessionis, ejusque ceremonias, ritus, ordinationes & constitutiones ministeriorum non concernunt, & sic si fortè Catholici in territoriis, ditionibus & civitatibus Statuum Augustanæ confessioni addictorum, monasteria, cœnobia, Ecclesias & in iisdem Catholicæ Relig. exercitium, vel alia jura Ecclesiastica obtineant, ita ut in his etiam Ecclesiasticam jurisdictionem Episcopi exercere possint.

71 Ad *quartum* respondet Johan. Limnæ *de jur. publ. tom. 4. lib. 7. cap. 1. num. 51.* enumerationem istam, si cum ipso textu pacificationis conferatur, in nonnullis claudicare, in aliis pessimè pedatam esse. Primò enim non agit pacificatio de solis Principibus, & Statibus Augustanæ confessionis, sed etiam de Principibus & Statibus Catholicæ Religionis. Deinde non solum de illis, & de Equitibus Imperii, & civitatibus in ea agitur, sed etiam de omnibus, tàm immediatè, quàm mediatè Imperio subditis, atque adeò etiam de municipiis ipsis. Tertio, quod hic palmarium, agitur *in* §. §. qui §. nachdem aber. antecedunt, de Statibus generaliter, (quandoque de omnibus, quandoque distinctim de Statibus Catholicis, & distinctim de Augustanæ confessioni addictis) sub quibus Civitates Imperiales comprehendi, dubio caret, & satis superque demonstratum est *supra.* Atque ita cùm Civitates Imperiales Statuum nomine comprehendantur, superfluum fuisset, ipsarum specialem mentionem fieri, sicuti etiam Comitum & Baronum propterea specialis mentio facta non fuit, cùm & ipsi Statuum nomine generali comprehendantur, cùm non tantùm apud Logicos canonisata sit regula: quod, quicquid dicitur de genere, dictum etiam intelligatur, de singulis ejusdem speciebus; verùm etiam JCti tradant, sub genere venire singulas illius species, tam in favorabilibus, quàm in odiosis, *l. metum. 9. §. animadvertendum. 1. ff. quod met. caus. l. semper. 147. ff. de R. I.* Zasius *cons. 1. num. 113. lib. 2.* 72

Quod autem §. Nachdem aber in vielen. Civitatum Imperialium specialis mentio facta, id propter casus specialitatem factum, & quia ibidem non in genere de Civitatibus Imperialibus, sed de iis tantummodò quæstio vertitur, in quibus tempore pacificationis utraque Religio in usu fuit, (quas hodie mixtas, seu mixtæ Religionis vocant, ut patet ex instrumento pacis *art. 5.* §. *libera. 11.*) ita ut *in* §. Und damit solcher Fried. regula generalis constituatur, cujus vigore omnibus Statibus, & sic etiam Civitatibus Imperialibus jus liberum Religionem reformandi attribuatur, *in* §. Nach dem aber in vielen. exceptio à regula ponatur, in civitatibus illis, in quibus tempore pacificationis, utriusque Religionis exercitium viguit, ita ut in his regula illa locum non obtineat, sed utriusque Religionis exercitium perdurare debeat. 73

Quæ 5. à Dillingensibus de proprio Statuum territorio & subditis immediatè Imperio non subjectis, adducuntur, parum ad rem faciunt, & ad ea respondet Joh. Limnæ. *de jur. publ. tom. 4. libr. 7. cap. 1. num. 51.* duplicem quæstionem constitui posse, unam, an de Civitatibus Imperialibus in *d.* §. *24.* & *seq.* qui §. Nach dem aber in vielen. 27. antecedunt, nihil omninò actum fuerit? Alteram, si quid actum, quidnam illud fuerit? In prima quæstione Dillingenses contraria docere, modò enim nihil in istis §. §. de Imperii civitatibus actum dicere, modo in §. und damit. *15.* & §. Wo aber unsere. *24.* (quorum uterque ante §. und nachdem. in ipso contextu, R. A. zu Augspurg. *de anno 1555.* positus reperitur) de illis, tanquam Imperatori immediatè subditis actum fuisse contendere. Necessè igitur esse, ut locum dent quæstioni, quid de ipsis actum sit? Ad quam ita respondet: Quodcunque jus, & quæ securitas Imperii Statibus, quoad Religionem Catholicam & Lutheranam, vi Recessus Imperii Augustani *de anno 1555.* competit, idem jus & eadem securitas etiam Civitatibus Imperialibus, cùm sint Status, competit, nisi aliud eodem Recessu constitutum reperiatur. Cùm autem Dillingenses aliud constitutum esse dicant, an satis id probent, dispiciendum venit, Allegatus §. und damit. *15.* generalis est, ut verba, keinen 74

Standt/ expresse demonstrant, nec ullam exceptionem in se continet, ergo generaliter, & sine exceptione intelligi debet; aut si ex mente Dillingensium, generalis non est, sequitur, quod Cæsarea Majestas, Electores, Principes ac alii Status Imperii, nonnullos alios Imperii Status, præsertim verò Civitates Imperiales, propter Augustanam confessionem, ejusque Religionis ceremonias & ritus, armata manu invadere, molestare, turbare, & contra conscientiam alio quovis modo gravare & contumeliosè tractare possint. Hoc autem absurdum, & pacificationi religiosæ contrarium esse, nemo sanæ mentis negare poterit. Atque ita etiam *in* §. Wo aber. *24.* Civitates Imperiales pari jure cum cæteris Statibus censentur, nec quicquam speciale de ipsis statuitur. Quod autem *in* §. Wo aber. *24.* sub verbo, Stätten/ comprehendi quoque, die Reichs-Stätte/ Dillingenses censent, ut relatæ ad verba: Wo aber unsere/ sensus sit, si verò nostri, Imperatoris, vel Regis Romanorum, subditi ex nostris ditionibus, civitatibus & oppidis, quo nomine non tantum veniunt, quæ patrimonii nostri, sed etiam Imperii sunt, emigrare voluerint, calumniosam explicationem esse, dicit Limnæ. *d.l.* cùm manifestò constet *d.* §. de civitatibus Imperatoris & Statuum provincialibus & municipalibus, quoad jus emigrandi, & subjectionem loqui, cùm simpliciter tantùm dicantur, Stätte/ non addito vocabulo, Reichs/ & aliàs quoque in usu non habuerint Imperatores, præsertim Caroli V. & Ferdinandi I. temporibus, Civitates Imperiales simpliciter suas civitates, unsere Stätte/ sed nostras & Imperii, unsere und deß heiligen Reichs Frey- und Reichs-Stätte/ compellare, quod etiam ex hoc ipso Recessu Augustano *de anno 1555. d.* §. Nach dem aber. *&* §. *fin.* & alibi passim constat. Quem communem usum loquendi, sine dubio, etiam hic Romanorum Rex observasset, si de Civitatibus Imperialibus, tanquam Imperatori subditis, locutus fuisset. Et si civitatum nomine *in d.* §. Wo aber. Civitates Imperiales comprehenderentur, id propterea fieret, quod Imperatori tanquam mundi, & totius Imperii Romani domino & Imperio Romano immediatè sint subjectæ, ita ut vel Imperatoris Religionem sequi, vel ex ipsius territorio, & sic ex toto Imperio Romano emigrare teneantur, sed quorsum quæso hi emigrabunt, an in Turciam, Utopiam, vel ad alios infideles populos? Quam absonum autem, & crudele hoc sit asserere, nemo sanus non videt. Hoc tamen non negatur, *in d.* §. Wo aber unsere. etiam de Civitatibus Imperialibus agi, sed sub verbo, Ständen/ & tanquam Statibus, qui vel ditionem, civitatem, oppidum vel subditos habent. Quamvis etiam ex hoc, si in civitate aliqua Imperiali, quæ vel Catholicam tantùm, vel Lutheranam Religionem fovet, civis unus vel alter, aliam, quam qua civitas utitur, ample-
75 xus fuerit, si beneficio emigrationis uti velit, quod ejus causa non ad Imperatorem, sed ad senatum civitatis pertineat, atque ideò discessus liber ipsi à senatu permitti debeat, nulla Imperatoris opera hic interveniente, tradat Limnæ. *d. n. 51.* de hac tamen decisione, quoad emigrationis necessitatem non immeritò dubitatur, per textum in instrumento pacis *art. 5.* §. *libera n. ibi:* aliqui Catholicæ Religioni addicti cives commorentur *&* §. Quantum deinde. *12. vers. placuit ibi:* patienter tolerentur.

Quod autem in allegata Epistola comminatoria Civitates Imperiales Imperatoris & Imperii propugnacula & patrimonia dicuntur, id olim quidem, cùm sumptus pro sustentatione Cæsaris & aulæ Cæsareæ, non tantùm à Civitatibus Imperialibus, sed etiam ab ipsis Ducibus, collegiis Ecclesiasticis & monasteriis, Imperio immediatè parentibus administrarentur, quodammodo obtinuisse videtur, prout innui *supra c. 1. n. 67.* Verum hodie & ab isto tempore, quo unà cum aliis Imperii Statibus, etiam ipsæ Civitates Imperiales dominium jurisdictionis, & Imperium Autocraticum, unà cum Regalibus & aliis immunitatibus adeptæ, res est inaudita, Civitates Imperiales Imperatoris patrimonium dici, ut ita ab antiquo Romano Imperio, & Imperatorum priscorum jure, ad modernum Imperii Statum argumentari non liceat, sed de hoc ex Aurea Bulla, Capitulationibus Cæsareis, pactis conventis & Imperii constitutionibus judicandum sit per tradita Auctor. der Donawerthischen Information *part. 1. fol. 121.* Ad hæc du- 76
plex Principis, seu Imperatoris patrimonium, alterum sacrum & publicum, alterum privatum: Sacrum, fiscale seu publicum consistit in bonis Reipublicæ Principis fruitioni assignatis, vel dominicalibus contributionum, pensionum aurariarum, frumentariarum, *tot. tit. Cod. de metal. & metallic.* locatione prædiorum publicorum, *tot. tit. Cod. de fund. patrimonial. & de possess. public. de locat. præd. civil. vel fiscal. vel temp. vel rei domin. vel priv. & de conduct. sine procurat. act. præd. fisc. dom. Aur. lib. 11.* portoriis & vectigalibus, & proventibus similibus, de quibus Renat Chopin. *de doman. Franc. l. 1. tit. 2.* & aliàs sacri thesauri patrimonium appellatum, *l. 3. Cod. ubi senat. vel clariss.* Privatum, sive privatæ rei patrimonium, quod consistit in rebus ipsius Imperatoris propriis, *l. 3. Cod. de fund. rei privat. l. fin. Cod. de agric. & mancip.* Illud, sacrum sive fiscale, propriè Imperii patrimonium, *l. 1. C. de annon. largit.* Cyn. *in l. procurator. 7. num. 1. & ibi* Jason. *C. de edend.* & quasi patrimonium tantùm Principis dicitur, hoc verò dominio & proprietate sua ad Principem pertinet, *l. 2.* §. *hoc interdictum. ff. ne quid in loc. public. l. inter publica.* §. *1. ff. de V. S.* Hotoman. *illustr. quæst. 1.* In-
ter nullum autem horum patrimoniorum Ci- 77
vitates Imperiales referri possunt. Nam portoria, vectigalia, pensiones, aliique reditus & proventus Civitatum Imperialium, hodie rationibus Imperatoriis & fiscalibus nullibi, nec expressè, nec tacitè adscribuntur, sed Civitatibus Imperialibus plenariè & proprio jure, sicuti aliis Imperii Statibus competunt, & sic inter Imperatoris patrimonium non magis referri possunt, quàm Electorum, Principum, ac aliorum Statuum territoria, ditiones, subditi, & horum reditus & proventus.

Nam

Nam principatus patrimonium & Principis quaſi patrimonium, vel eſt primævum, ab initio ſcilicet & ſtatim ſceptris & Coronæ, ad Principis dignitatem tuendam, junctum & incorporatum, vel ex poſt facto, vel expreſsè vel tacitè, per redituum confuſionem, longo vel longiſſimo tempore facta[m], fiſci rebus adunatum eſt, argumento ejus, quo[d] reſponſum eſt à Papiniano, *in l. prædiis. §. balneas. ff. de legat. 3. l. cùm pater. §. filia. verſ. nec in ſeparato habuit. ff. de legat. 2.* & quod de bonis propriis cum bonis Eccleſiæ confuſis, habetur *in c. quod ſuper. X. de reb. Eccleſ. non alienand.* Bart. & Bald. *in l. cum oportet. Cod. de bon. quæ lib.* Quorum neutrum de Civitatibus Imperialibus aſſeri poteſt.

Multo minus Civitates Imperiales privato Principis patrimonio adjudicari poterunt, quia hac ratione Imperator plus juris in Civitatibus Imperialibus, quàm ſuis municipalibus, quas ab Imperio feudi titulo poſſidet, & ſic alienare nequit, obtineret, easdemque li-
78 berè alienare, oppignorare, vel alio modo in alios transferre poſſet, cùm hæc ſit natura patrimonii Principis privati, quod liberrimæ ſubjaceat alienationi, *arg. l. in re mandata. C. mandat. l. 39. § ſed & ea prædia. ibi: juſſu Cæſar. ff. de legat. 1. l. univerſi. 9. & l. ſeq. C. de fund. patrimon.* & viam communis ſucceſſionis ingrediatur, *l. quod Principi. ff. de legat. 2.* Luc. de Penna *in l. quicunque. verb. domeſticum. C. de omni agr. deſert.* Alex. Raudenſ. *deciſ. Piſan. 42. num. 90. part. 4.* Cui patrimonium Reipublicæ nulla ratione ſubjacere, circa alienationem patet ex *c. intellecto. & ibidem* Canoniſt. Imol. Panormit. & alii *X. de jurejur.* & quoad ſucceſſionem ex traditis Guil. Bened. *in c. Raynutius. verb. in eodem teſtamento relinquens. part. 1. num. 148. X. de teſtam.* Molinæ. *ad conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 8. gloſſ. 3. n. 8.* Renat. Choppin. *de doman. Franc. lib. 2. tit. 1.* Sicuti etiam alienationem Civitatum Imperialium nec moderna Imperii forma, nec Capitulatio Cæſarea, nec aliæ Imperii conſtitutiones, nec Civitatum Imperialium jura & privilegia permittunt, ut *infra cap. 31.* videre licet. Et ſic diſtinguendi ſunt Monarchiæ & Imperii fundi, ab iis, qui Principibus jure ſanguinis peculiari, aut alio privato titulo conferuntur, Renat. Choppin. *de doman. Gallic. lib.*
79 *1. tit. 1. num. 5. in fin.* Neque unquam dubium fuit, Imperatori in ditionibus ſuis hæreditariis, in Ihrer Majeſtät Erblanden/ plus juris competere, quàm in Civitatibus ad Imperatorem ſpectantibus, Zaſius *de feud. cap. 5. n. 5.* Knich. *encyclop. cap. 1. num. 128.* Referens apud Gylman. *ſymphor. ſupplic. tom. 1 part. 1. tit. 2. vol. 1. num. 114.*

Nec in contrarium facit Cæſarea iſta aſſertio, cùm ea absque Electorum ac reliquorum Statuum ſcientia, incidenter tantùm facta, & privilegiis, juribus, & immunitatibus, tam ex Imperatorum conceſſionibus, quàm immemoriali temporis præſcriptione, civitatibus liberis competentibus non præjudicet, multò minus ſententiæ, vel rei judicatæ au-
80 thoritatem obtineat, per *tot. tit. C. comminationes, epiſtolas, programmata, auctor. rei judic. non hab. & ibi* Dd. & Salicet. *in l. programma. Cod. eod.* ubi ait, literas Præſidis, in palatio præſidiali poſitas, vel in provincias miſſas, errorem continentes, vel meram auctoritatem ejusdem reſpicientes, licet poteſtatem habeat condendæ legis (quæ tamen ſoli Imperatori non competit) non habere vim rei judicatæ, non accedente populi conſenſu: imò nec conſentiente quidem populo, vel proceribus, in iis, in quibus populus auctoritatem ſtatuendi non habet, *arg. l. omnes. & ibid.* Dd. *ff. de juſtit. & jur.* Ex quo etiam Civitates Imperiales huic Cæſareæ Majeſtatis aſſertioni contradixerunt, & jura ſua in contrarium allegarunt, ſicuti patet ex literis reſponſoriis civitatis alicujus *25. Junii anno 1635.* quas refert Auctor *apolog. Colmar. cap. 1. membr. 2. fol. 126. ſeq.* hoc tenore: Ob dann wol ferners allhieſige Statt/ nicht nur/ wie auß den Hiſtorien und Chronicken bekandt/ und es deroſelbigen Privilegien-Bücher klar mitbringen/ ihre Exemptiones, und andere Freyheiten/ zu dem Heil. Reich gebracht; Sondern auch dabey von weyland Römiſchen Kayſern und Königen/ allerhochlöblichſter Gedächtnüß/ beſtättigt/ zumahl bey denſelbigen/ um unſerer Vorfahren erzeigten Treu und Beſtändigkeit willen/ ihre Regalien und Herrlichkeiten/ und derſelbigen Confirmationes erhalten. So wollen wir uns doch/ eben auch hierum/ deſtoweniger verſehen/ daß ſolche unſere Exemptionen/ Freyheiten und Regalien/ zu einigem Abbruch juris fœderis ac conſociationis, ad finem licitæ defenſionis naturalis omni jure permiſſæ, außzudeuten ſeyn werden/ wie wir dann allerunterthänigſt gern bekennen/ daß wir/ bey gehorſamſter Ableß- und Verhörung E. Kayſerlichen Majeſtät allergnädigſten Befelch- und Erinnerungs-Schreibens/ den Verſtand nicht faſſen mögen/ in welchem dieſelbige/ auß ſolchem Fundament, dieſe und andere deß Heil. Reichs-Stätt und Veſtungen/ ihre und deß H. Reichs Patrimonium zu ſeyn/ inferiren und ſchlieſſen/ dieweil das Jus Status Imperii, darein deß H. Reichs-Stätt/ vermittelſt angedeuteter Exemptionen/ Freyheiten und Regalien/ auch an ihrem wenigen Orth geſetzet/ und bekräfftiget/ die patrimonialem qualitatem, in dero eigentlichem Verſtand/ unſers allerunterthänigſten einfältigen Ermeſſens/ vielmehr zu excludiren ſcheinen. Dahero vornehme Rechtsgelehrte in ſpecie ſchreiben: Quod Imperatori plus juris competat in hæreditariis ditionibus, in Ihrer Majeſtät Erblanden/ quàm in civitatibus ad Imperium ſpectantibus, deß gemeinen/ bey den Rechtsgelehrten befindlichen enunciati zugeſchweigen: Quod omnia quidem ſint Cæſaris, ſuprema jurisdictione & Imperio, ſingulorum autem dominio. Wollen uns/ in tieffeſter Unterthänigkeit vielmehr verſichert halten/ Eur. Kayſerliche Majeſtät die Illation in berührtem eigentlichen Verſtand der Patrimonial-Qualitæt, auff uns/ und andere deß Heil. Reichs-Stätt/ nicht intentionirt; Sondern ſub latiore ſignificatione dictionis patrimonii, ein andern intellectum gehabt werden haben; In ſonderbarer Erwegung/ daß Eu. Kayſerl. Majeſt. bey Antrettung ihrer Siegreichen Kayſerlichen Regierung/ ſich ſelbſt hochrühmlich erklärt: daß ſie nicht allein deß Heil. Reichs Churfürſten/ als die vordriſte Glieder deſſelbigen;

Sondern auch andere Fürsten / Graffen / Herren und Stände/ (in welchem letzteren Grad dann die Stätt mitbegriffen) bey ihren Hoheiten/ Würden/ Rechten/ Gerechtigkeiten/ Macht/ Gewalt / jeden nach seinem Stand und Wesen/ ohn ihr / oder männigliches Eintrag und Verhinderung/ bleiben lassen / und ihnen dazu ihre Regalien und Obrigkeit/ Freyheit/ Privilegien / Pfandtschafften und Gerechtigkeiten / auch Gebräuch und guten Gewonheiten / die sie bißhero gehabt haben / oder in Ubung gewesen seyn/ zu Wasser und Land / confirmiren und bestättigen/ sie auch dabey handhaben/ schützen und schürmen wöllen/ꝛc. Und seynd zu gegenwärtigem Vorhaben sehr merckwürdige Wort/ deren Käyser Sigismundus, Christmiltesten Angedenckens/ in seiner/ *in anno 1436.* auffgerichten Reformation *c. 3. vers. 11.* von den Reichs-Stätten / sich gebraucht: daß die würdigste Reichs-Stätt / so man alle Welt rechnet/ die jenige Glieder seyen / die an dem Göttlichen Rechten nicht weichen sollen / ihre Freyheit von der Christenheit haben / deß H. Christl. Glaubens Beschirmer und rechte Vögte seyen / auch wann es Noth wurd / Fürsten / Herren und Ritterschafft in Schirm setzen und geleiten/ so sie etwas nothdürfftig/ ihnen daran fürderlich seyen / und sie von Untertruckung und Hinderung verhüten sollen/ꝛc. wie es auch weiter in der Weltlichen Reformation *c. 10.* bezeuget: daß den Heil. Reichs-Stätten empfohlen / alle Recht und Göttliche Gerechtigkeit/ und daß die Christenheit durch sie gestärcket werde/ und daß ihnen Geistliche und Weltliche Rechte empfohlen/ als dem Käyser das Reich/ wie sie auch dem Reich verbunden seyen / bey Eyden und Ehren zu thun/ ꝛc. welche passus nicht zu unzeitiger jactantz und Erhebung der Stätt; Sondern allein erheischender Nothdurfft und Wichtigkeit nach / angezogen/ und auff heutige Zeiten / auch ad terminos defensionis, Vermög Religion- und prophan Friedens / rechtmässig applicirt werden/ꝛc.

Ad id, quod de superioritate territoriali, Imperatori in Civitatibus Imperialibus competente adductum, respondetur *infra c. 5. n. 25.*

Ad *sextum* respondetur, Senatum non tan-
83 tùm mulctare cives singulos ob delicta, sed etiam ultimo supplicio afficere & jurisdictionem non Cæsaris, sed civitatis suæ jure proprio, quod æquè ab ipso Imperatore & Imperio, ac reliqui Principes & Status majores obtinent, in cives suos exercere, ita ut in eos immediata Cæsaris jurisdictio regulariter locum obtineat nullum, per *Ord. Camer. part. 2. tit. 1.* Quod constat etiam ex Münster. *Cosmograph. lib. 3. c. 22.* ubi scribit: Gleicher Weise / wie die Käyser und Könige in Teutschland hochbegabet / die Fürsten und Herren: Also haben sie auch nachmahls/ auß sonderlicher Gnad und Miltigkeit / gefreyet die alten Stätt / denselbigen vergunnet eigene Regierung/ deßgleichen einen mercklichen Theil der Zölle / ꝛc. Ex quo constat, cives Civitatum Imperialium non tantùm Imperatori, sed etiam Senatui, & huic quidem immediatè, Cæsari verò mediatè subesse, cum utrique uno eodemque subjectionis genere subditi esse nequeant; quemad-
84 modum enim unius ejusdemque rei domini duo in solidum esse non possunt, *l. in commodato. §. si duobus ff. commodat. l. interdum. §. etsi duos. ff. de hæred. instit.* ita in solidum unam eandemque rem, eodem possessionis genere, duo vel plures possidere nequeunt, *d. l. in commodato. §. si duobus. ff. commodat. Surd. cons. 179. n. 25.* Unde etiam cives Civitatum Imperialium Senatui juramentum fidelitatis & subjectionis jurant, getrew und Gehorsam zu seyn / ipsi contributiones & collectas solvunt, onera & operas præstant, Senatus justitiam in causis tam criminalibus, quàm civilibus administrat, ad Comitia vocatur, & alios superioritatis actus & dominium in cives suos exercet, ut suis locis dicetur. Indeque Senatum ipsum Imperii Statum repræsentare, & cives non esse subditos Imperatori & Imperio immediatè, sed mediatè subjectos & Senatui immediatè parere, non obstante, quod Imperatori quandoque homagium præstent, demonstravimus *supra c. 1. n. 87. & c. 2. n. 113.* Et sic longè diversa est ratio Senatus in Civitatibus Imperialibus, qui Imperatori immediatè subest, & Status Imperii est, & Senatus & officialium in civitatibus Principum municipalibus, cùm hi Imperatori non immediatè, sed mediatè, & Principibus suis pareant.

Nec magistratus Civitatum Imperialium 85
dignitati quicquam derogat, quod à civibus eligatur, & potestatem suam accipiat, & non ut reliqui Status, ab Imperatore investiatur; cùm Imperium Romanum liberrimum & omnium nobilissimum ac dignissimum sit in toto terrarum orbe, Hortled. *de caus. bell. Germ. lib. 4. c. 5. fol. 65.* & nihilominus Imperator ad id per electionem evehitur. Unde Imperator Valentinianus, cùm milites postularent, ut Imperii consortem adsumeret, rectè respondit: Me Imperatorem deligere, ô milites, penes vos erat, sed cùm jam à vobis electus sim, consortem Imperii assumere, quem postulatis, non in vestra, sed in mea solum situm est potestate: Quin etiam vos, qui meo jam Imperio subjecti estis, conquiescere decet, &c. Sicuti etiam Papæ dignitati summæ nihil detrahit, quod à Cardinalibus, & ex Cardinaliũ collegio eligitur.

Ex quo etiam nihil Dillingensibus patro- 86
cinatur, quod magistratus Civitatum Imperialium ab Imperatore non investiatur civitatibus & ditionibus, sicuti Electores, Principes & reliqui Imperii Status; cùm dignitates regales, & jura territorialia, non tantùm per investituram & concessionem Cæsaream, sed etiam per præscriptionem adquirantur, *ut infra c. 4. & 5.* dicetur, aliàs enim sequeretur, cum plures in Imperio Rom. sint Principatus & territoria, quæ non jure & titulo feudi, sed allodii possidentur, & per investituram ab Imperatore & Imperio non adquiruntur, quod ipsorum possessores regalium & jurium territorialium non sunt capaces, nec subditos sibi immediatè subjectos habeant, quod tamen veri- 87
tati contrarium. Imò sunt etiam Civitates Imperiales, quæ per speciale privilegium jura sua regalia & territorialia obtinent, sicuti de Mülhusiana civitate testatur Knichen *in velit. apol. pag. 12. n. 17. & 18.* Nonnullæ quoque, una cum libertate sua, jura hæc ad Imperium detulerunt, & ita speciali investitura vel concessione opus non habuerunt.

Ad 2.

Ad 2. de juramento Imperatori præstando, responsum est *supra c. 1. n. 69. & seq.* Uti & ad 3. quod magistratus in Civitatibus Imperialibus absque civibus, in rebus, quæ magni momenti sunt, nihil concludere possit, *supra c. 1. n. 83.*

88 Quod 4. Consul, vel Archigrammateus, vel alius quidam nomine totius civitatis alicujus Imperialis, in Comitiis nomine totius civitatis comparet & Recessibus subscribit, hoc nihil aliud probat, quàm totam civitatem immediatam esse, non autem omnes, vel singulos cives, absque magistratu consideratos tales esse: Et Imperator Senatum, qui totam universitatem repræsentat, ad Comitia vocare solet, non singulos cives, & Senatus totius universitatis, & non singulorum civium nomine, unum vel plures ad Comitia mittit, qui in civitatum Senatu, nomine ihrer Herren und Obern/ hoc est, Senatus & civitatis, non singulorum civium peragenda peragunt, & Recessui, als der Reichs-Statt N. Gesandte/ non autem civium der Burger Gesandte/ subscribunt, ex quo non magis singulorum civium immedietas probari potest, quàm singulorum Capitularium, quando sede vacante, totius Capituli nomine, legatus ad Comitia & subscriptionem admittitur.

Quid 5. Clavium Imperatori adventanti traditio & oblatio importet, dictum est *supra cap. 1. num. 67. & seq.*

89 Ad 6. respondetur, cives quidem in Civitatibus Imperialibus simpliciter, & quatenus cives, inter sese pares, nec alterum alteri imperare posse; verùm postquam aliqui in magistratum & superiores sunt selecti, & in hos populus & cives potestatem contulerunt, ipsisque solis, vel etiam juxta Reipublicæ Statum, aliis ex tribubus, superioritatem, jurisdictionem & Reipublicæ administrationem côcesserunt, cessat hæc paritas, & hic magistratus unicum est caput & Princeps civitatis & civium, eique cives tanquam membra corporis obtemperare tenentur, & hujus magistratus jussa & mandata non procedunt à pari, sed à majori, per tradita *supra c. 2. n. 112.* Et aliàs quoque inter alios pares non est novum, quod uni regimen & superioritas ita concedatur, ut reliqui ipsi parere & obedire teneantur, prout videre licet in Electionibus Imperatorum, Regum, Pontificum, & Episcoporum, utpote qui licet ex aliis Imperii Statibus & ordinibus paribus, Cardinalibus & Capitularibus in pari dignitate constitutis, & quandoque etiam inferioribus, eligantur, electi tamen semel aliis imperant,
90 ipsisque alii obtemperare tenentur. Et licet cives in Civitatibus Imperialibus Magistratus & Rectores fieri possint, dum tamen privati & absque magistratu existunt, tales non sunt, & inter hos & aliorum Statuum subditos nulla est differentia, quoad vim obedientiæ & subjectionis, & lôgè alia ratio est ej⁹ quod jam est, & ejus quod tale quandoq; fieri potest, vel etiam fieri non potest, cum à posse ad esse non valeat consequentia, *l. neque natales. 10. C. de probat.*

Facilè quoque concedi potest, quod in illis 91
rebus, quæ plures personas, ut singulas concernunt, major pars non possit præjudicare minori, & quod in re communi, quibusdam, ut singulis, prohibentibus, & aliis permittentibus, melior fit conditio prohibentis, & quod omnes tangit, ab omnibus approbari debeat, secus tamen se res habet, si de rebus agatur, quæ pluribus non ut singulis, & cuique speciatim, sed collegialiter & communiter commissæ sunt, tunc enim ob naturalem hominum ad dissentiendum à se invicem facilitatem, & ut tandem ad scopum perveniatur, majoribus votis standum, & quod major pars curiæ fecit, pro eo habendum, ac si omnes egissent, ut dictum est *supra c. 2. n. 76.* Et in Oligarchia, Democratia & Aristocratia, quod eorum, qui Rempublicam gerunt, majori parti placuerit, id ratum & firmum est, inquit Aristot. *lib. 4. polit. c. 4. & 8.* ac partes collegiorum, Decuriones civitatum, quos nominamus Consiliarios, Rahts-Persohnen/ omnes habere auctoritatem statuendi, non ut singulos, sed ut universos, ita, ut major pars sufficiat, scribit Zasius *ad l.*
Pomponius. n. 6. & 13. ff. de re judic. Ita etiam per 92
majorem partem Cardinalium, Papa Romanus in Caput Ecclesiæ Catholicæ eligitur. *c. licet. X. de Elect. c. ut periculum. de Elect. in 6.* Et per majorem partem Electorum Rex Romanus *Aur. Bull. tit.* von der Wahl eines Römischen Königs. §. Wann aber. & in omnibus electionibus ita observatur & pro regula habetur, ut ubi adest dissensus, partis majoris sententiæ stetur, *c. 21. §. discretioni. c. cùm in jure. 33. c. venerabilem. 34. §. objectionibus. c. scriptum. 40. § per Apostolica. X. de elect.* Unde etiam inter regulas 93
juris civilis relatum est, referri ad universos, quod publicè fit per majorem partem, *l. aliud est. 160. §. 1. & ibi* Dec. Cagnol. & alii. *ff. de R. I.* Alex. *cons. 124. vol. 2.* Capyc. *decis. 148. n. & seq.* Pereg. *cons. 3. n. 16. vol. 3.* Et in actibus universitatis & collegiorum, majoris partis consensum sufficere, minoremque partem, non obstante dissensu & contradictione, compelli posse, ad id, quod à majori universitatis parte constitutum & approbatum fuit, constat ex *l. quod major. 19. ff. ad municipal. l. nulli. 3 ff. quod cujusque univers. nom. l. nominationum. 45. C. de decurion. c. 1. X. de his, quæ à major. part. capit.* Ita apud Athenienses, quod Senatorum pars major scivisset, pro rato fuisse habitum, notat Sigon. *libr. 2. de republ. Athen. cap. 3. & libr. 3. cap. 4.*
Cujusmodi morem apud Neapolitanos serva- 94
ri, refert Afflict. *decis. 1.* & in Senatu Sabaudico pluralitatem votorum vincere scribit, Ant. Thessaur. *decis. 1. n. 2* & in Parlamento Galliarum Parisiensi supremo, Caspar Thessaur. *in addit. 1. patris sui.* In Curiis Regni Hispaniæ, Anton. Thessaur. *d. decis. 1. n. 1.* in supremo Lusitaniæ Senatu, Ant. Gamma. *decis. 1.* Denique in Germanorum Comitiis paucis casibus exceptis servari, præter ipsam experientiam, testatur Nicol. Cusan. *lib. 3. de concordat. Cathol. cap.*
33. Et generaliter in Senatus deliberationibus, 95
Polyarchicoque Statu, atque in omni Cœtu legitimo, majorem partem ubique poti-

tiorem esse, scribit Bodin. *de republ. lib. 2. cap. 7. fol. 362. & lib. 6. cap. 4. fol. 1103.* concludit, in omni Coetu, ac universitate, seu optimatum, seu populi totius suffragia non ad pondus, sed ad numerum exigi, præsertim, si major forte pars non tam ex personarum numero, quàm universi ordinis modo & qualitate censeatur,
96 Caspar. Fac. *in polit. Livian. part. 1. art. 34.* Hinc quoque majorem partem Regentium & universitatis singulos obligare ad collectam, communiter asserunt Dd. Nicol. Feltas. *de æstim. collect. part. 2. cap. 2. n. 21.* Schrad. *de feud. part. 10. sect. 11. n. 2. in fin.* Borcholt. *de regal. n. 54.* Wintzler. *de collect. obs. 6. n. 3.* Rosenthal. *de feud. cap. 5. conclus. 75. n. 1.* Sixtin. *de regal. libr. 2. cap 14. n. 28.* latè Casp. Klock. *de contribut. cap. 6. n. 16. & multis seq. & ibi allegat.*
97 De Regis Ferdinandi resolutione, *octavo* loco adducta, quid sentiendum sit, colligitur ex traditis Herman. Esaiæ Rosacorb. *pract. forens. cap. 32. fol. 67.* ubi dicit, illam ab Imperii Statibus nunquam agnitam, approbatam vel receptam esse, & ideò, si dispositio pacis Religionis, forma stabilis, inconditionata, sancta & perpetuò duratura, & nobis judicando sequenda est, ut in §. Wir befehlen und gebieten/ꝛc. certè allegatam istam resolutionem, tanquam contra apertissimam decisionem constitutionis conditionatam & limitatam, non admittendam, imò velut nullam rejiciendam esse putavero, §. Und soll alles und jedes. & §. Und wir die Verordnete. quod ut clarius pateat, hæ sequentes rationes notentur. *Prima,* quia hæc prætensa resolutio non est inserta corpori Recessuum, vel actis Comitiorum Imperii. Quicquid autem in corpore isto non invenitur, illud & in judicando sequi non possumus. *d.* §. Wir befehlen. *in verb.* und wider solches alles keine process. *Secunda,* quod non constet vel unico verbo in hac resolutione, de consensu Statuum utriusque Religionis, qui consensus in re tam ardua, & tam magni præjudicii intercedere omninò debuisset. Et certè non infirma est præsumptio, hunc consensum tempore publicatæ pacis Religionis defecisse, & etiam nunc deficere: quia si aliquis fuisset, non puto Augustanæ confessionis professores, qui reliqua omnia tanto studio & diligentia inserunt, tam fuisse negligentes, ut hanc resolutionem constitutioni inseri neglexissent, &c. *Tertia,* ex ipsa inscriptione intelligitur, dictam resolutionem *anno 1555. die 30. Augusti* factam esse, & sic 25 diebus ante publicationem pacis religionis: id, quod tanquam contra rerum naturam & ordinem sustineri nequit. *Quarta,* quia absurdum pariter & intolerabile pacis publicæ continet illud, nempe quod vigore illius resolutionis, vel etiam pauci cives quarumcunq; liberarũ civitatum; exempli gratia, si magistratus adversus tales, ratione inobedientiæ, vel aliorum excessuum, nonnunquam pœnam statuat, aut ab ipsis mulctam exigat, quod id propter paritatem Status, gleich über seines gleichen / non liceat. Quid autem hoc aliud, quàm subditos reddere contumaces, & refractarios, eosque armare adversus Dominos suos, cùm aliàs fatale sit, ipsis in talibus ementiri querelas, & se gravius pati propter Religionis novæ professionem, ubique vel scriptis, vel clancularis insusurrationibus conqueri. *Quinta,* licet prætensa resolutio à Ferdinando facta esset (id, quod tamen verosimile non est ex supra dictis, tamen non licuisset Statibus Augustanæ confessionis, illam impetrare, vel data uti debuisse, vel debere, propter summam inæqualitatem, qua per illam Augustanæ confessionis professoribus liberum sit, in suis civitatibus aliquam Religionem penitus extirpare, & Catholicas civitates prohibere veterem Religionem manutenere, & novam arcere.

Ex quibus tam præcipuis fundamentis facilè colligere licet, dictam resolutionem, tanquam variis suspicionibus & impugnationibus, quas aliis relinquo, obnoxiam non esse admittendam, & summè optandum, supplicantes, quatenus se confessioni Augustanæ addictos profitentur, suis limitibus contentos vivere, non extra illos salire, æquissimam illam sanctionem tantis laboribus paratam, in contrarium sensum trahere, eludere, frustrari & eruere, vel etiam omninò tollere quotidie satagerunt, sed semper clausulas in *d. d.* §. §. contentas, quibus constitutio pacatæ Religionis fundata, & ab Imper. Carolo V. & ab ipso Rege Ferdin. publicata est, præ oculis haberent. Proinde petitum mandatum non tantùm absolutè denegarem, sed etiam procuratorem tam præsumptuosè allegantem dictam resolutionem, in pœnam aliquot marcarum argenti condemnarem, salvo, &c. Quæ etiam verbotenus refert Gylm. *Symph. tom. 1. part. 1. tit. 3. fol. 165. seq. n. 7. & seq.* Confer. Petr. Frider. Mindan. *de process. lib. 1. c. 31. n. 19.* Besold. *in disc. de jur. Civit. Imper. in mutand. Relig.* qui extat *in tract. polit. de monarch. cap. 4. n. 6. in fin.* ubi ait, quod resolutio illa, magis ad deliberationem de futura pace Religionis sancienda, quàm ad ejus interpretationem vel derogationem pertineat. Joh. Limnæ *de jur. publ. tom. 3. lib. 7. cap. 1. n. 54. ad fin. & tom. 4. libr. 7. cap. 1. n. 51. fol. 131. in fin. & seq.* ubi de hac Ferdinandi resolutione, 98
& Dillingensium inde desumpta argumentatione eleganter his verbis scribit: Sed ut, quantum ad præsens thema pertinet, certiores de ejus robore simus, & an, & in quibus, pro Dillingensibus, vel contra eosdem faciat, hic expendendum suscipio. 1. Contra Dillingensium doctrinam, quod scilicet in solo §. Nach dem aber/ de Civitatibus Imperialibus actum sit, non autem in anterioribus, facit additio illa, qua Ferdinandus sensum, §. Und damit dieser Fried/ clariorem & perfectiorem reddit, quando verbis, keinen Standt/ (ita enim in oblata formula à Statibus legebatur) addendum monet, deß Reichs/ damit (ut ejus verba habent) diese disposition (wie sie auch ohne Zweiffel von gemeinen Ständen nicht anderst gemeint) auff die Stände/ so dem H. Reich ohne Mittel underworffen / allein verstanden werden. Esse autem Civitates Imperiales Status Imperii immediatos, tam certum hodie est, ut dubium non admittat.

2. Contra Dillingenses est, quod in §. dann 99

so viel/ exprimitur, daß deren Ansee- und anderer Stätte halben / die ohne Mittel dem Reich underworffen seyn/ überflüssig ist angesehen (consideratum, ut capio, satis superque *in* §. §. à Statibus exhibitis in formula pacificationis) daß dieselbe billich/ wie andere Frey- und Reichs-Stätt gehalten sollen werden. Status Protestantes petebant à Ferdinando, ut etiam civitatibus maritimis, & aliis, hoc est fœderis Hanseatici, libertas Religionis concederetur, quemadmodum Statibus Imperii concedenda erat. Respondet Ferdinandus, novum hoc esse, nec à Hanseaticis ipsis unquam petitum. Quod si verò eo nomine, civitates Imperio immediatè subjectas, quæ eo fœdere continentur, intelligant protestantes, rem esse jam observatam, cum cæteris civitatibus imperialibus pares esse debeant. Hinc iterum manifestum est, de civitatibus in pacificatione, actum fuisse, antequam de §. Nach dem aber. quem Ferdinandus hoc suo responso demum circa finem, cæteris addendum monet) à Statibus cogitatum unquam fuerit.

3. Civitates Imperiales protestantes, ejusdem juris & conditionis, Religionis exercitium quod attinet, cum Statibus tum fuisse æstimatas, ex *d.* §. dann so viel/ verbis illis clarescit, dann zu gemeinem Fried und Ruhe wenig dienstlich seyn wurde/ wo sich der Augspurgischen Confession verwandten Stände/ Raht und Bottschafften (inter quos etiam civitatum erant) an deme daß ihre Herren/ und derselben Underthonen/ biß zu Christlicher Vergleichung bey ihrer Confessions Religion gelassen wurden/ nicht begnügen liessen/ ꝛc. *4.* Ex contextu & connexione totius cum partibus clarum evadit, regulam, qua unicuique Statui libertas Religionis abrogandæ, vel suscipiendæ data, à Ferdinando, quod Civitates Imperiales attinet, limitari, in eo tantùm casu, quo Religio Catholica cum Augustana, in civitate aliqua Imperiali, eo usque publicè in usu fuisset: ibi enim utriusque Religionis continuationem liberam esse debere, und solle sich kein Theil deß andern Religion/ Kirchengebrauch und Ceremonien abzuthun/ oder zu vertrucken understehen. Uno verbo, vis prohibetur, consensus non prohibetur.

5. Verba, in Betrachtung/ daß die Burgerschafft in den Frey- und Reichs-Stätten/ alle zugleich/ und ohne Mittel/ dem Römischen Käyser und König/ und dem Heil. Reich/ so wol als andere mehrere Stände underworffen/ non quod Dillingenses de singulis civibus somniant, sed hoc ingerunt, cives universos, alle zugleich/ Civitatis Imperialis hujus, vel illius, Imperatori, vel Regi Romanorum, immediatè, non secus ac alios Status Imperii subjectos esse.

6 Ex hoc infert Ferdinandus, ergo civibus universis libertatem Religionis, quæ cæteris Statibus permittenda, denegandam non esse. So nun andere Reichs-Stände (Dillingensium editio habet, Reichs-Stätte/ sed malè, ut opinor) die alte Religion/ oder Augspurgische Confession zu halten frey seyn wöllen/ so mag solches der Burgeren der Frey- und Reichs-Stätte/ auch nicht wol versaget werden. Quæ illatio optimæ rationis est, & æqualibus æqualia tribuenda rectè monet.

7. Verba, und wurde nicht wenig beschwerlich seyn/ daß der weniger Theil in einer Frey- und Reichs-Statt/ sich durch deß mehrern Theils Stimmen im Raht oder Gemein/ von seiner jetzo habenden alten Religion/ und Kirchengebräuchen/ zu der Augspurgischen Confession, oder herwiederumb von solcher Confession/ und ihren Kirchengebräuchen/ zu der alten Religion tringen müßte lassen/ de solo casu jam publicè continuati exercitii Religionis loquuntur, ac de violentia in contrarium non admovenda: casum autem exercitii obtinendi non determinant, nec voluntatem exercitii dimittendi civibus denegant.

Quod autem *8.* sequitur, dieweil doch gleich über seines gleichen keine Gewalt hat/ sonderlich in solcher hohen wichtigen Sache deß Glaubens und Religion/ inter omninò pares obtinere debet; at si major pars civium, unà cum magistratu, ab una parte sint, minor autem civium pars ab altera, paritas non dabitur.

9. Und wo die Burgerschafften gar oder zum theil/ der Religion halb einiger Obrigkeit folgen / und sich weisen sollen lassen/ daß sie niemand anders billiger folgen sollen/ als ihrer rechten ordentlichen Obrigkeit/ der hochgedachten Käyserl. Majest. welche hievor auch auß bewegenden Ursachen bey etlichen Stätten obbemelte beede Religionen neben einander halten zu lassen/ bewilligt und zugelassen/ welches auch nochmalen ohne Beschwerung und Zerrüttung Frieds und Einigkeit/ under den Burgerschafften nicht anderst angestellet werden mag: Pergit Ferdinandus ratiocinari, posito (sed non concesso) cives in Civitatibus Imperialibus omnes, vel partem eorundem, magistratus alicujus Religionem sequi debere, potius utique Cæsaris, tanquam veri & ordinarii magistratus, quàm alterius cujusquam, sequi debere æquius est. Vult dicere Ferdinandus, respectus & obedientia major debetur à civibus Imperialis civitatis Imperatori, tanquam summo, quàm magistratui civitatis, tanquam inferiori. Itaque si magistratus civitatis, in qua Catholicæ & Augustanæ confessionis exercitium publicè viget, posset quem cogere ad suscipiendam Religionem, quam ipse sequitur, multo magis hoc posset Imperator: Cùm etiam ipse nonnullis civitatibus hoc utriusque Religionis, non magistratus inferior permiserit. Verum magistratum, sive summus, sive inferior sit, neminem ad Religionem suam cogere posse, ex ipsa pacificatione Religionis abundè constat. Hactenus Limnæus.

Ex quibus omnibus facilè concluditur, 100
quod in mutatione Religionis vel Catholicæ vel Augustanæ confessionis, Imperatoris consensus non sit necessarius, Besold. *discurs. de jur. Civitat. Imper. in mutand. Relig.* qui extat *in discurs. de Monarch. cap. 4. numer. 3.* Author. *Consil. in materia* deß Religion-Friedens *pro Republ. Hagenaviensi*, quod extat apud Lehman. *in actis public. de pac. Relig. libr. 3. cap. 47.* §. So viel das ander. *fol. 173. seq.* Quamvis enim Imperator totius mundi sit dominus & omnium Imperii Statuum, & sic etiam civitatum Imperialium caput summum, cum tamen pacificatione religiosa, tanquam pragmatica sanctione, omnibus Statibus Impe-

Imperii, liberum sit, Religionem in territoriis & ditionibus suis liberè mutare, Imperatoris consensus non erit necessarius, cùm frustra id
100 precibus impetretur, quod de jure communi conceditur, *l. unic. C. de thesaur. l. Imperatores. Cod. de privil. credit.* & culpa non potest i npu- tari non petenti licentiam, quam de jure communi, consuetudine aut privilegio petere non tenebatur, ut consuluit Franc. *cons. 3. vers. cùm igitur nondum.* & ubi non est prohibitio, ibi culpa considerare non potest, *l. Gracbus. C. de adulter.* Cravet. *cons. 4. num. 24. & cons. 63. num. 9.* Ita, ut si à Cæsarea Majestate civitas, quæ Religionem mutare voluerit, mandato, vel etiam iteratâ jussione impediatur, obtemperandum non videatur, cum injustitia mandati notoria, omne vinculum obedientiæ dissolvat, Abbas *in c. si quando. & ibi* Dec. *de offic. delegat.* Besold. *d. c. 4. n. 3.* ubi addit, quod in Principe non præsumatur justa causa, quando is aliquid rescribit, contra leges fundamentales, vel cum ordinibus initam conventionem, qualis hæc est constitutio, utpotè quæ lex est fundamentalis, & Imperii nostri Germanici Palladium, dicitur à Justo Springer. *de pac. Relig. cap. 1.* Princeps enim tenetur legibus Regni, &
102 Imperantis Majestas obstringitur Imperii Majestati, quam leges comprehendunt fundamentales, quæ nisi observentur, nil nisi umbra sunt, Besold. *lib. 2. polit. c. ult. n. 52.* Quod etiam ex ipsa pacificatione satis apertè colligitur, R. A. zu Augspurg. *de anno 1555.* §. und soll alles. *28.* ubi omnes declarationes, & rescripta pacificationi huic contraria abolentur, Confer *instrum. pac. art. 5. §. utrisq;. 17.*

103 Et hæc quidem procedunt in tantum, ut Civitates Imperiales non solum jus habeant mutandi Religionem in ipsis Civitatibus Imperialibus, & quoad cives suos in iisdem commorantibus, sed etiam quoad oppida, & pagos suæ jurisdictioni subjectos. Quamvis enim hoc negent Dillingenses, *in libr. de composit. pac.* Propterea quod nullibi hoc expressum legatur, & ideo concessum censeri non debeat: Imò quod nec rationaliter concedi potuerit, cùm in iisdem civitatibus, in quibus utraq; Religio tempore pacificationis viguit, semper pars una Catholicorum esse deberet, qui nunquam in talem pagorum & oppidorum ad Lutheranæ fidei exercitia translationem consentirent; Constet autem, quod in ejusmodi Religionis mutatione pars una, quamvis major, aut potior sit alteram etiam minorem, superare non possit, & in communi causa potior sit conditio prohibentis, *l. 28. ff. commun. divid.*

104 Verùm cum hoc casu in constitutione pacis religiosæ nulla distinctio, inter cives civitates inhabitantes, & illos, qui ruri & in oppidis extra civitatis muros commorantur, reperiatur, nec nostrum erit, distinctionem aliquam hic comminisci, sed cùm Status Imperii non tantùm in civitatibus suis, in quibus resident, sed indistinctè in territoriis suis liberum Religionis exercitium instituere possint, idem de Civitatibus Imperialibus asserere, nulla ratio prohibet; sicuti etiam Dillingensium assertio ista annulata est in pacificatione Osnabrugensi *de anno 1648. artic. 5. §. 11. liberæ Imperii civitates.* prout relatum est *supra num. 49.*

Illud quidem certum est ex pacificatione religiosa *de anno 1555.* quod in quibus civitatibus tempore pacificationis utraq; Religio Romano-Catholica & Augustana confessio in usu fuit, utraque etiam inviolata permanere debeat, R. A. zu Augspurg. *de anno 1555.* §. Nach dem aber in vielen. *27. ibi*: Nach dem aber in vielen Frey- und Reichs-Stätten / die beyde Religionen / nemblich unser alte Religion / und der Augspurgischen Confession verwanten Religion / eine Zeit hero im Gang und Gebrauch gewesen / so sollen die hinfüro auch also bleiben / und in solchen Stätten / gehalten werden / auch derselben Frey- und Reichs-Stätt Burger und andere Einwohner / Geistliches und Weltliches Standes / friedlich und ruhig / bey und neben einander wohnen / und kein Theil deß andern Religion / Kirchengebräuch / oder Ceremonien abzuthun / oder ihnen davon zu tringen / understehen / sondern jeder Theil dem andern / laut dieses Friedens / bey solcher seiner Religion / Glauben / Kirchengebräuchen / Ordnungen und Ceremonien / auch seinen Haab und Gütern / und allen andern / wie hieoben beyder Religion Reichs-Ständt halben veordenet und gesetzet worden / ruhiglich und friedlich bleiben lassen. Besold. *in dissert. de jur. Civit. Imper. in mutand. Relig.* quæ extat *in discurs. de monarch. cap. 4. num. 7.* ubi ait, quod cùm cives jus hoc communi Imperii lege obtineant, à senatu id tolli non possit; & quamvis ideò omnes Senatores, ad Catholicam Religionem inclinent, civibus tamen exercitiũ diversæ confessionis nullo sub prætextu adimere debeant. 105

Sed quid, si senatus & cives in hujusmodi civitatibus mixtis, in unã vel alterutram harũ Religionum unanimiter consentiant an unam vel Romano-Catholicam, vel Augustanam confessionem in totum abrogare, & alteram tantùm introducere licebit? Et quidem Dillingenses *in composit. pac.* hoc quoad abrogationem potissimum Romano-Catholicæ Religionis, adeò negant, ut hoc ipso Religionis libertate se indignos reddant, eoque privari possint, cùm privilegium amittere mereatur, qui concessa sibi abutitur potestate; Præsertim cùm Civitates Imperiales, in causa Religionis à Cæsaris, tanquam domini sui immediati pendere debeant voluntate. 104

Verùm contrarium verius esse docent, Besold. *d. dissert. de jur. Civit. Imper. in mutand. Religion. num. 8.* Referens. *in caus. Colon.* apud Gylman. *Symphor. tom. 1. part. 1. tit 3. num. 27. fol. 168.* Johan. Adam Dapp. *in dissert. de Civit. German. part. 1. cap. 9. num. 5.* Author. *apolog. Colmar. cap. 1. membr. 2. fol. 82. seq.* Cùm quilibet favori pro se introducto renunciare possit, sicuti etiam beneficio statuti, in suum favorem principaliter introducti, etiamsi secundario publicam utilitatem concerneret. Aretin. *in §. idem n. 45. Instit. de except.* Rol. à Val. *cons. 5. n. 10. & 28. libr. 2.* & *d. §.* Nachdem aber in vielen Frey- und Reichs-Stätten. Vim tantùm prohibeat & ne una pars alteram violenter ejiciat, turbet vel molestet, Gylman. *d. n. 27.* ubi dicit, si ita utrique parti placeat, subditis scilicet & senatuian nõ possit alteru-

alterutram religionem abrogare, ut de eo non fuit dubitatum, ita non opus fuisse decisione expressa. Et si penitius introspiciamus, ita decisum esse in verbis sequent. wie hieoben bey der Religion der Reichs-Stände verordnet / ubi Status inter se, & tales cives inter se æquiparentur. Quemadmodum autem Statibus non licet alteri alterum turbare respectu Religionis tamen ipse Status per se velit reformare, hoc ei denegari non potest; Ita etiam, licet Senatus & cives Civitatum Imperialium respectu Religionis se invicem molestare vel turbare, vel alterutra parte invita Religionem mutare non possunt, si tamen invicem consentiant, id ipsis denegari non poterit. Ex quo etiam civitates nonnullas Imperiales in constitutionem pacis religiosæ non impegisse, quæ demum post pacem Religioni datam, reliqua Catholico-Romanæ Ecclesiæ, quæ supererant sacra, restrinxerunt, vel etiam in totum antiquarunt, scribit Besold *d. cap. 4. n. 8.*

107 Ratione civitatum mixtarum in conventu pacis executorio Norimbergæ, *anno 1650.* nata est hæc quæstio: Utrum in iisdem, tam Catholici, quàm Augustanæ confessioni addicti cives eo Ministrorum Ecclesiæ & scholæ numero, quem in anno 1624. habuerunt, contenti esse jubeantur, an verò huic numero plures quælibet pars pro arbitrio addere possit? Posterius affirmarunt Status Catholici, adeoque Catholico magistratui ac civibus in prædictis mixtæ Religionis civitatibus fas esse statuerunt, non solùm plures Ecclesiæ ministros, sed etiam omnis generis ordines religiosos, invitis A.C. addictis civibus, accipere: moti primùm constitutione Pacis religiosæ *de anno 1555.* in verbis: Kirchengebräuchen / Ordnungen und Ceremonien.

Deinde, quia *in* §. *11. art. 5.* cuilibet parti liber Religionis suæ & bonorum usus reservatur.

Tertio, quia *in d.* §. (ubi de Civitatum Imperialium restitutione ac jure in negocio Religinis ex professo agitur) de Evangelicis saltem urbibus disponitur, Clerum novum post annum 1624. ibi locum habere non posse; non verò de mixtis.

IV. In eodem §. *11. vers. ante omnia verò, &c.* Evangelicos cives propter Religionem duntaxat, vel ratione bonorum Ecclesiasticorum, vel aliàs intuitu Religionis prægravatos restitui; non verò ratione Cleri post annum 1624. introducti, utpote cujus nulla hic fiat mentio; adeoque per hunc textum cives protestantes acquiescere debere, si religionis suæ exercitium, unà cum annexis in anno 1624. habitis recuperent ac sartum tectum conservent.

Contrariam sententiam Augustanæ confessionis Status propugnarunt, existimantes, religiosos ordines in civitatibus mixtis post Cal. Jan. 1624. introductos removendos esse, nec posthac invitis civibus Evangelicis, recipi posse. Nituntur autem *primò* regulâ generali instrumenti pacis, cujus virtute ad Statum añi 1624. in omnibus fieri debet reductio plenariè (*I. P. art. 5.* §. *2.*) & observantia dicti anni instar regulæ obtinere (*d. art. 5.* §. *12. vers. pact. autem*) Imò possessio *Cal. Ian.* dicto anno habita unicum solumque restitutionis, observantiæque futuræ fundamentum esse debet, irritis prorsus exceptionibus & aliis quibuscunque prætextibus & rationibus *art. 5.* §. *9.* Et hæc generalis dispositio in specie etiam de civitatibus mixtis repetitur *d. art. 5.* §. *2.* ubi sancitur, quod illæ bona, jura & exercitium Religionis dicti anni dieique retinere queant.

Quo pertinet *secundo*, quod *art. 5.* §. *14.* disponitur, in iis locis, ubi Catholici & A.C. Status jure superioritatis ex æquo fruuntur, tam ratione publici exercitii, quam aliarum rerum Religionem concernentium, eundem Statum manere debere, qui fuit anno dieque supradictis. Jam autem institutionem ministeriorum utriusque partis, ad res Religionem concernentes, seu ad annexa Religionis referri debere, non modo jus commune, quo hactenus usi sumus, sed & expressus textus *in art. 5.* §. *12.* in verbis cujusmodi annexa, &c. evincere videtur.

Tertiò nituntur Evangelici constitutione pacis religiosæ, quæ (§. dagegen sollen die Stände) disponit, daß die Stände der A. C. die Stände der alten Religion (doch daß es mit Bestellung der Ministerien gehalten werde / wie dorten hernach ein sonderbarer Articul gesetzt) gleicher Gestalt bey ihrer Religion / Glauben / Kirchengebräuchen / Ordnungen / Ceremonien ohnbeschwert bleiben lassen sollen. Ex quo concluditur, quod sub prætextu jedem Theil reservirter Kirchengebräuchen und Ordnungen / Catholicis civibus numerum consuetum ministrorum Ecclesiæ augere nequaquam integrum sit, sed potius ad peculiarem dispositionem, quæ in §. Als auch den Ständen der alten Religion / ꝛc. *& seq.* continetur, præcisè adstrictos esse, cujus vigore conventum & sancitum est, wie solche ministeria der Kirchen und Schulen vormahls bestellet / sie auch nochmahls bestellet und versehen werden sollen / ohngeachtet / was Religion die seyen.

Quartò provocant ad observantiam & exempla, allegantes, Augustæ Vindelicorum civibus Evangelicis ne unum quidem ministrũ Ecclesiæ, supra numerum consuetum *anni 1624.* quamvis illæ numerosæ communitati & sex templis Evangelicorum vix aut omninò non sufficiat, à Cæsareæ Majestatis Commissariis & civibus Catholicis concessum fuisse. Pariter in reliquis mixti cultus civitatibus, illum ipsum Ecclesiæ Ministrorum numerum, quo in anno 1624. gavisæ fuerunt, reductum, & ultra illud Dünckelspulæ, ad Evangelicorum civium instantiam, ne unum quidem scholæ ministrum obtineri potuisse. Itaque rationem mutuæ & exactæ æqualitatis inter Catholicos & A. C. addictos, de qua *art. 5.* §. *1.* habetur, exigere, ut quod juris Catholici cives hac in parte in Evangelicos statuerunt, etiam quoad ipsos Catholicos valeat. Sic ordinem Monachorum Franciscano Minoritanorum in prædicta Augustana Vindelicorum, ex eo fundamento, quo *Cal. Jan. 1624.* ibi nondum habitaverat, vi instrumenti pacis *in anno 1649.*

1649. urbe exire jussum. Quoad ordinem Carmelitarum verò, qui itidem ibi demùm post Cal. Januarii *A. 1624.* introductus fuit, post acrem contentionem super ejusdem remotione, à parte Statuum A. C. in Conventu Norico pacis executoriali desideratâ, rem denique amicabiliter communi & unanimi placito dominorum Deputatorum Imperii utriusque religionis ita compositam & transactam fuisse, ut Carmelitæ quidem ibi subsistere porro possint, veruntamen æquivalentis recompensationis vice, Ministri Ecclesiæ A. C. immunitate plenâ accisiæ & collectarum, qua exemptione antehac caruerant: frui debeant. Ex quo infertur, etiam in aliis mixtis urbibus numero Ministrorum Ecclesiæ *anno 1624.* plures alios, nisi transactione, vel mutua voluntate & consensu utriusque partis, addi non posse.

Quibus fundamentis V. additur, quod receptio novorum ordinum, ob eorum prætensas exceptiones & immunitates, tam personales quàm reales, nec non mendicationes & collectas, ut alias molestias, cum magno cùm magistratus tùm civium, incommodo conjuncta est.

Ad textus & rationes Catholicorum Statuum supra adductas ita respondent. I. Vocem Ordnungen *in* §. Dagegen sollen die Stände/ ꝛc. & §. Nachdem aber in vielen/ꝛc. loqui de ordinationibus, quæ tempore sancitæ pacis religiosæ, jam tum in civitatibus mixtis in usu fuerunt, non verò de porro faciendis, quarum causâ in P. R. Catholicis non æquè ut A. C. Statibus *in* §. und damit solcher Fried/ꝛc. prospectum fuisse videtur. Ac ut maximè detur, vocem Ordnungen etiam Catholicorum Statuum ratione intelligendam esse de statutis præsentibus & futuris, so sie auffgerichtet/oder nochmahls auffrichten möchten: Attamen exinde minimè sequi, fas esse Catholicis, ejusmodi Ordnungen constituere, per quas A. C. addicti cives gravantur. Quin potius mentem conditorum P R. *in d.* §. Nachdem aber in vielen/ꝛc. fuisse, utriusque partis exercitium, unà cum annexis, eo modo, ut in usu antehac fuerit, porrò quoque conservandam, in verbis: im Gang und Gebrauch gewesen / so sollen die hinfüro auch also bleiben/ adeoque nihil ab una parte in præjudicium alterius innovari posse.

II. Libertati Religionis & exercitii Catholicorum nihil derogari, etiamsi abstineant à novo Clero, nec non libertati bonorum quicquam per hoc decedere, cùm bona quidem sua, deque iis disponendi facultatem habere debeant, sed tamen sub ea lege, cumque modo isto speciatim expresso, ne quid contra Statum *anni 1624.* peragant & innovent, atque libertatis non sit omnia facere, sine exceptione, quæ libeat, sed ea saltem, quæ jure vel aliàs non prohibentur.

III. Etsi allegati §. *11.* sanctio de remotione cleri post *annum 1624.* recepti, in ea parte *d.* §. *11.* ubi de civitatibus unius Religionis sermo est, reperiatur: tamen postmodùm de mixtis disertè affirmari eos non minus ac Status superiores (qui certè novos ordines post *annum 1624.* introductos non retinuerunt, sed removerunt) plenissimè restituendos esse; Non posse autem Evangelicos plenè vel plenissimè restitutos dici, si supra allegatis incommodis, quæ ex novi Cleri receptione sentiant, non exonerentur.

IV. Eundem §. *11. vers. Ante omnia verò, &c.* disertè exigere, Evangelicos quocunque modo, etiam in politicis, occasione Religionis gravatos, in priorem Statum reponendos esse: Cùm ergo Evangelici cives ex receptione novorum ordinum non uno modo in politicis onerentur, ut supra ostensum, meritò ex hoc passu levari debere. Quidam etiam alio modo respondent, videlicet hunc *vers. ante omnia verò, &c.* non loqui tantùm de Protestantibus civibus civitatum mixtarum, sed de ipsis civitatibus mixtis, quod nimirum in Statum eum, in quo *Cal. Jan. 1624.* tam in sacris, quàm in prophanis fuerunt, plenissimè reponi debeant, adeoque omnia illa, quæ in ipsis civitatibus à prædicto anno & die, quocunque modo, sive ab una sive ab altera parte, & sic etiam receptione novi Cleri immutata sunt, revocanda, & juxta pristinum Statum *anni 1624.* corrigenda esse.

De hoc quoque gravis est controversia, an 108 magistratui Civitatum Imperialium, an verò majori civium parti Imperium in Religionis mutatione adscribendum; seu, an cives invito Senatu exercitium aliquod Religionis assumere possint; sive an Senatus civibus petentibus illud concedere teneatur? Mota fuit hæc quæstio *anno 1518.* & à Dominis Cameralibus in utramque partem acriter disputata in causa civium quorundam contra Senatum Coloniensem. Cives petebant pro se & consortibus suis publicam Religionis libertatem: Magistratus verò præfracte precibus ipsorum resistebat, & hactenus restitit, Pro civibus concludunt Tob. Paurmeister, *de jurisdict. lib. 2. cap. ult. num. 46.* & Assessores nonnulli in *d. caus. Coloniens.* apud Gylman. *Symphor. tom. 1. part. 1. tit. 3. de relig. fol. 160. & seq.* Quia *1.* pacificatio re- 109 ligiosa nō tantùm ipsorum Statuum, sed etiam civium & subditorum nomine facta, horumque æquè conscientiæ securitatem tribuit, ac ipsis Statibus, R. A. zu Augspurg *de anno 1555.* §. darauff wir. *5. ibi:* der Stände und Unterthonen Nutz/ ꝛc. § und als der Churfürsten. *7. ibi:* an dem auch Ständen und Underthonen zum höchsten gelegen. §. In solcher. *13. ibi:* daß die Stände und Underthonen sich beständiger/ gewisser Sicherheit zu getrösten / *& ibi:* der Stände und Underthonen Gemühter wiederumb in Ruhe und Vertrauen gegen einander zu stellen/ *&* § *23. ibi:* Es soll auch kein Stand den andern / noch desselben Underthonen / zu seiner Religion dringen. Petr. Frider. Mindan. *de Processib. lib. 1. capit. 30. num. 5.* Cranius. *de pac. Religion. part. 2. problem. 1. fol. 185. seq* Referens apud Gylman. *Symphor. tom. 1. part. 1. tit. 3 de Religion. fol. 166. numer. 13.* ubi ait, verba prædicta indicare causam finalem ipsius constitutionis, quod scilicet tam propter Status, quàm eorum subditos pax Religionis condita & promulgata sit, qui finis postea in aliis subsequentibus §. §. declaretur plenius. Et sic putat, tam ad subditos, quàm Status pacem Reli-

Religionis referri. Quod etiam rationem habeat, cùm Status sine subditis, tanquam referens sine suo correlato esse non possit, & alias pax publica, der Landfried / æquè ad mediatè, quàm immediatè subjectos pertineat, cur idem in pace Religionis obtinere non debeat, cùm subditi pacem Religionis æquè turbare possint, ac Status, & nulla ratione hucusque publica pax magis turbata fuerit, quàm quod magistratus subditis suis conscientias constringere voluerint. Quod autem plerumq; Statuum fiat mentio, hoc ideò fieri, quod à potiori fiat denominatio, & nomine Status subditi per se contineantur, tanquam relatum in suo referente: Et quia Status prout Status considerati, cum subditis facilè pacem turbare possint, quod privatus per se non ita facilè possit. Et præterea constet, si subditi alicujus Status ab alio Statu turbentur, ex eo Statum turbatum dici, & de super processus decerni, quia subditi sunt nervi & membra Statuum. Neque in pacificatione inter Status & subditos non Status distinguitur, sed potius subditorum aliquoties expressa fit mentio, veluti *in* §. darinn auch obberührte. §. Es soll auch kein Stand dem andern. §. wo aber. §. Setzen demnach / ordenen. §. Es sollen auch der jetzigen. *&* §. und nachdem bey Vergleichung.

110 II. Quia constitutio de pace Religionis Civitatibus Imperialibus potestatem mutandi Religionem propterea tribuit, quod Imperio immediatè subjectæ, & Status Imperii sunt, ergò eadem potestas civibus quoque tribuenda videtur, cùm non tantùm Senatus, sed etiam cives Statum faciant, & non tantùm Senatus, sed etiam cives civitatem constituant, & civitas dicantur, & immediatè Imperio subsint, eidemque fidem & obedientiam jurent & voveant.

111 III. Quia cives potissima sunt corporis civitatis pars & membra, quod autem juris est totius, quoad totum, idem quoque juris est & esse debet in parte, quoad partem, *l. quæ de tota. 76. ff. de R. I. l. si duo. 51. in fin. ff. de administr. tut.* Everhard. *in loc. legal. à tot. ad part.*

112 IV. Quod diversa fit ratio inter cives Civitatum Imperialium, & aliorum Statuum subditos, & cives Civitatum Imperialium Imperatori immediatè sint subjecti, eidem homagium præstent, in magistratum eligi, Status Imperii fieri, & in causis magni momenti, Senatus absque populi & civium consensu nihil agere possit, quæ omnia in aliorum Statuum subditis secus se habeant.

113 V. Quia vulgò asseritur, quod votorum pluralitas in causis Religionem concernentibus, & in adimendo libero Religionis exercitio, locum non obtineat, ut sic quoque in adimenda hac libertate, nec potior pars, nec etiam major aliquid operari possit, cùm hoc jus ex æquo omnibus competat. *vid. supr. n. 91.*

114 VI. Quorsum etiam facere videtur, quod cives civitatem constituentes videantur esse digniores & superiores constituto, & sic magistratu suo à se constituto, cùm constituens dignius & majus esse censeatur ipso constituto, & ex causa prima operetur secunda, *l. peto. §. prædium. ff. de legat. 2. l. necessario. ff. de peric. rei vendit.* & jus potentius est in causa, quàm in causato, Bald. *in l. digna vox. Cod. de legib.* & sic cives universi, sive major eorum pars, non minus, atque ipse magistratus Civitatis Imperialis, jus mutandæ Religionis, ac publicum ejus exercitium habebit: Quorsum etiam facere videtur, quod magistratus sit propter cives & populum, *supra lib. 1. cap. 9. num. 9. & 10.* finis autem, & id, propter quod aliquid est, nobilius est eo, quod propter illud est, & finis nobilior est omnibus, quæ sunt ad finem, *l. 19. §. 13. ff. de aur. & arg. legat. Aristot. 3. topic.*

Idem VII. comprobare videtur, R. A. zu Augspurg *de anno 1555.* §. Nach dem aber in vielen. 27. ubi disponitur, quod in Civitatibus Imperialibus utraque Religio Romano Catholica & Augustana Confessio tolerari debeat. 115

Denique VIII. Civium partes tueri videtur Rex Ferdinandus in resolutione sua *30. Augusti anno 1555.* in Comitiis Augustanis ordinib⁹ data, & *supra n. 30.* relata, ubi traditur, quod cives in Civitatibus Imperialibus Imperatori & Imperio, sicuti alii Status, immediatè sint subjecti, atque ideò, sicuti reliqui Status liberam alterutrius Religionis introducendæ potestatem, ejusque liberum exercitium obtinent, ita etiam civibus id ipsum denegari non debeat. 116

E contra verò, rectius pro Senatu contra cives concludunt, Petr. Frider. Mindan. *de process. libr. 1. cap. 31. per tot.* Petr. Syring. *dissert. de pac. Relig. conclus. 41.* Just. Springer. *de pac. Relig. cap. 10. vers. non minori. fol. 117.* Cran. *de pac. Relig. part. 1. problem. 3. per tot.* Henning. Arnisæ. *de jur. majest. lib. 2. cap. 6. in fin.* Otto Melander. *in comment. ad process. Noa Meurer. part. 2. sect. 15.* & plures Assessores Camer. Imper. apud Gylman. *Symphor. tom. 1. part. 1. tit. 3. fol. 165. & seq.* Bened. Carpzov. *decis. 83. per tot.* 117

Quia jus introducendi, & assumendi Religionem Civitatibus Imperialibus, non aliter, quàm Statibus Imperii & immediatis competit, R. A. zu Augspurg *de anno 1555.* §. Nachdem aber in vielen. *ibi*: wie hie oben bey der Religion / Reichs-Ständen halben verordenet und gesetzet worden. *&* §. Und damit solcher Fried. *ibi*: So sollen die Kayserl. Majestät keinen Stand deß Reichs / von wegen der Augspurgischen Confession, &c. in einiger Gestalt beschweren. *&* §. *seq. ibi*: uns und Churfürsten / Fürsten / und andere deß H. Reichs Stände / rc. *&* §. und damit auch obberührte. At verò Statum Imperii non repræsentant singuli cives, nec major pars civium, sed ipsa tota Civitas Imperialis, sive tota universitas, quæ etiam illos ipsos complectitur, qui in Senatu sunt, ita, ut ne ipse quidem Consul, sive Rector civitatis, per se sit Status Imperii, nec etiam extra civitatis, seu universitatis causas & negocia Imperio immediatè subjectus, uti dictum est *supra cap. 2. n. 113. seq.* ubi *num. 115.* dictum est, in Civitatibus Imperialibus ipsum tantum Senatum Imperii Statum repræsentare, & sic quoque hic tantum jus Religionis mutandæ vel introducendæ habebit, & quod Senatui universita- 118

tem repræsentanti competit, id nec singuli cives, nec major eorum pars sibi vindicare poterit, per *l. 6. §. universitatis 3. ff. de rer. divis. l. 10. §. 4. ff. de in jus. voc.* Petr. Frider. Mindan. *d. l. 1. cap. 31. num. 12.* Coler. *de process. exec. part. 2. cap. 3. num. 370.*

119 II. Jus Religionem introducendi, ejusque publicum exercitium constituendi jurisdictionem & superioritatem territorialem requirit, ejusque sequela est, *Pacific. religios.* Und damit solcher Fried. *in verb.* in ihren Fürstenthumen/ Landen und Herrschafften. Confer. *supra num. 51. & seq.* Cives autem, quatenus cives & subditi sunt, non habere jurisdictionem, sive superioritatem territorialem, sed ipsum magistratum, in quem omnem jurisdictionem & potestatem transtulerunt, in confesso est, cives enim æquè sunt privati & omni jurisdictione destituti, ac aliorum Statuum subditi, & magistratum sive senatum tanquam territorii dominum agnoscunt, sicuti constat ex traditis *supra num. 119.* atque ideò pacificatio ista ad subditos extendi non potest, tanquam inhabiles, ob jurisdictionis defectum, in omni au-

120 tem dispositione vel sanctione, quantumvis generali ac indefinita, termini præsupponendi sunt habiles, *l. ut gradatim 11. §. 1. ff. de muner.* Hartm. Pistor. *part. 2 quæst. 32. n. 34.*

Hinc quoque III. ipsa constitutio Religionis eadem ratione meminit Civitatum Imperialium & civium, quàm reliquorum Sta-

121 tuum horumque subditorum, Cran. *de pac. Religion. part. 1. problem. 3. §. 11. Et hanc sententiam. fol. 37.* At verò aliorum Statuum subditis publicum Religionis exercitium nequaquam permittitur, sed cives & subditi, quoad Reformationem & exercitium Religionis, magistratui suo subjecti sunt, nec pro arbitrio suo, jure hoc uti possunt, sicuti patescit ex Replica Catholicorum in Comitiis Augustanis *anno 1555. die 6. Septembr.* Regi Ferdinando exhibita. §. alsdann die Königl. Majest. *vers.* und daß sie sich keiner Stände/ ausserhalb Churfürsten/ Fürsten/ Prælaten/ Graffen/ Freyen/ Herren/ und der Frey- und Reichs-Stätten/ im Reich Teutscher Nation wissen zuerinneren/ daß auch die andere alle für Unterthanen/ unter denen sie gesessen/ gehalten werden/ derenthalben sie auch billig ihren Obrigkeiten sich in der Religion gemäß erweisen/ und keine Sonderung einführen sollen/ etc. apud Goldast. *part. 2.* der Reichs-Satzungen. *285.*

IV. Ex præcedentibus constat, quod jus mutandi & introducendi Religionem, in Civitatibus Imperialibus universitati competat,

122 Syring. *dissert. de pac. Relig. conclus. 41.* Quæ autem universitati competunt, ea exercentur & conceduntur per illos, qui universitatem repræsentant, *arg. l. mortuo. 22. & ibi* Dd. *ff. de fidejussor.* Cothman. *respons. 60. num. 62.* & sic per Duumviros & Decuriones, sive Senatum, & non per cives, qui eam non repræsentant aut imperant, sed quibus imperatur, Rud. Rulant. *de commiss. part. 1. lib. 5. cap. 8.* Cothman. *resp. 30. num 345.* Hering. *de fidejussor. c. 7. n. 632.* Mod. Pistor. *vol. 2. consil. 6. n. 50.*

123 Quia denique V. ex usu Reipubl. non est, ut privatis & subditis Religionis alicujus assumendæ vel publicè, vel etiam privatim exercendæ licentia tribuatur, Petr. Frider. Mindan. *de processib. libr. 1. cap. 31. num. ult.* Quamvis enim inter privatum & publicum Religionis exercitium magna sit differentia, ex eo tamen non satis validè infertur, privatum aliquod exercitium permittendum esse, quia ejusmodi conventus privati quàm proximè ad conventicula accedunt, quæ propter suspicionem turbarum, seditionum & aliorum motuum in Republica cavendorum, legibus, Senatus Consultis, aliisque constitutionibus interdici possunt, imò interdicta & prohibita sunt, *l. 1. in princ. ff. quod cujusque univers. l. conventicula. 15. C. de Episcop. & Cler. tot. tit. ff. de colleg. & corpor.*

In hac controversia nonnulli distinguunt inter magistratus perpetuos & temporales, ita, ut illi juxta potestatem sibi semel concessam, & quod totam universitatem repræsentent, omnem Nomothesiam, regalia, jura territorialia, aliaque inde dependentia, absque civium consensu, administrare pro arbitrio suo possint, secus verò quoad magistratus temporaneos, ut hi absque civium consensu & approbatione nihil peragere valeant, per tradita Referent. apud Gylman. *Symphor. tom. 1. part. 1. tit. 2. de reconvent. vot. 1. num. 9. fol. 69.* Hartm. Pistor. *part. 1. quæst. 37. num. 1.* Coler. *de process. execut. part. 2. cap. 3.* Verùm cùm 124
tempus non sit modus tollendæ, vel introducendæ obligationis, *l. obligationem. §. placet. ff. de O. & A. §. at si ita stipulatus. I. de V. O.* Menoch. *cons. 748. num. 30.* concessæ quoque potestati nihil addit, vel detrahit, nisi quoad determinationem durationis officii, quæ de forma mandati, adeoque ad unguem servanda, *l. si mandavero tibi. in princ. ff. de mandat.*

Rectius autem distinguitur, inter regi- 125
men Civitatis Aristocraticum & democraticum, sive an Senatus habeat omnem potestatem omneque Imperium, an verò simul penes plebem aliqua potestatis eminentia resideat, ita ut in Statu civitatis Aristocratico, & si potestas omnis, in Senatum à populo fuerit translata; vel potius, si Regalia ac superioritatis jura singula, Senatoribus contulerit Imperator, ita ut in iis omnibus administrandis, ipsam referant civitatem, sintque in Republica loco optimatum, penes quos omne dominium, tunc non major sit civium circa Religionis immutationem, quàm cæteris Statibus, Ducibus scilicet & Comitibus, &c. subjectorum potestas. Nec hoc in casu simul etiam cives agant Imperii Statum, sed hi Cæsareæ Majestati & Imperio mediatè subjecti censeantur, Auctor respons. *in caus. Fridberg. part. 1. cap. 2. num. 106. seq. fol. 53.* Reinking. *de regim. secul. libr. 1. class. 5. cap. 10. ad fin.* Quod si verò Reipublicæ Status ejusque administratio sit democratica, vel etiam mixta, & quæcunque sint jura civitatis, non magistratui, sive Rectoribus, sed toti universitati concessa sit, & apud eandem in totum, vel ex parte adhuc resideat, vel si Tribuni Tribusque aliquam habeant potesta-

potestatem, da die alten Zünfften noch im Schwang/ civium consensus omnino sit necessarius, & præter horum consensum & voluntatem, sicuti in aliis rebus, sic & in hoc comprimis Religionis negocio, ob maximum ejus momentum & pondus disponi & mutari nihil possit, prout distinguunt, Besold. *in d. scurs. de jur. Civit. Imper. in immutand. Relig.* qui extat *in discurs. de monarch. c. 4. n. 9.* Joh. Adam Dapp. *dissert. de civitat. German. part. 1. c. 9. n. 10.* Cranius *de pac. Relig. part. 1. problem. 3. fol. 38. & fol. 40. §. hic considerandum.* Joh. Limnæ. *de jur. publ. lib. 7. c. 1. n. 54. ad fin. tom. 3.* Auctor apolog. Colmar. *c. 1. membr. 2. fol. 89.*

126 Quibus non adversantur rationes pro civibus adductæ, primam enim quod attinet, cives quidem & subditi æquè ac magistratus, pace Religionis comprehenduntur, sed diversimodè, ita scilicet, ut penes magistratum sit publicum Religionis exercitium: subditis verò etsi idem non permittatur, eos tamen tolerare necesse habeat, nec liceat magistratui eosdem civitate expellere, multoque minus fortunis & bonis exuere, vel alia quacunque pœna afficere, per tradita Gylman. *Symphor. tom. 1. part. 1. tit. 3. de Religion. n. 21. seq. fol. 167.* Et sic cives & subditi non ita sub pace Religionis continentur, quasi ipsi ad instar Statuum, etiam liberum & publicum Religionis exercitium habeant, & pro arbitrio, propriaque authoritate collegia & conventicula religionis suæ vel colendæ, vel promovendæ causa instituere ipsis liceat, sed constitutio ista ipsis duntaxat vitam quietam & tranquillam concedit, ita ut à nemine Religionis causa turbari, vel violentiam pati debeant, & nemo ipsas ad hanc vel illam religionem violentis mediis cogere possit, sed conscientiæ suæ libertatem habeant, domi suæ confessionis libros privatim legere, psalmos cantare, & orare, vel si ipsis consultum videatur, ad alia loca, ubi publica suæ religionis sunt exercitia, liberè commigrare possint, Cranius *de pac. religion. part. 2. problem. 1. vers. sed hic Jesuitis, lat. 2. fol. 176. seq. & problem. 2. vers. 11. huic veteri juri,* Petr. Frider. Mindan. *de process. lib. 1. cap. 30. n. 6. seq.* Atque ita mediatè, & passivè duntaxat subditi sub pace religionis comprehensi sunt, ut pareant, non activè, ut ipsi in religione aliquid innovent, mutent, illicitaque conventi-
127 cula habeant, vel simile quid moliantur, Cranius *d. loc. part. 1. problem. 3. sub init. fol. 36.* Gylman. *d. tit. 3. fol. 174.* ubi addit, quod immediatè Imperio subjectis permittat constitutio Catholicam religionem in Augustanam confessionem mutare, & de exercitio religionis disponere: mediatè autem subjectis magistratui parere vel emigrare imperat. Possunt tamen, si velint, manere, & diebus dominicis modestè suâ civitate exire ad communicandum alibi sacrâ cœnâ, neque in hoc à magistratu impediri debent, de quo *infra num. 137. & seq.* Mens enim constitutionis est, ut salva pax sit conscientiæ omnibus in Imperio, tam subditis, quàm magistratibus, nec quisquam ob antiquam vel Augustanæ confessionis Religionem suam gravetur, adeoque pax illa constitutionis communis quoque est omnibus eorum subditis, ut si diversæ, in Imperio tamen approbatæ Religionis sint subditi, magistratus tamen ipsorum ob id punire, vel in exilium mittere, seu dejicere ipsos non debeat, ut ait Referens apud Gylman. *symph. tom. 1. part. 1. tit. 3. vot. 2. n. 25. fol. 218. n. 25.*

Et hoc est, quod respondet Carpz. *decis. 83. n. 26. & seq.* ubi duplicem dicit esse libertatem 128
Religionis, propriam & impropriam: propriam dicit facultatem colendi Religionem suam tam liberrimè, ut sine ulla offensione in eo, quo degit, loco publicum ejus exercitium habere possit, & hanc Statibus Imperii solummodo datam esse, Petr. Syring. *de pac. Relig. conclus. 23.* Impropriam verò colendæ Religionis facultatem dicit esse licentiam è ditione illa, in qua Religionis alicui suæ exercitium publicè non conceditur, cum familia sua, citra infamiam, intra certum tempus alio migrandi, quàm facultatem subditis Statuum ex pacificatione religiosa competere, qua contenti esse debeant, nec priorem facultatem cultus religiosi propriam sibi arrogare valeant, Syring. *d. l. concl. 34. per pacific. relig.* §. wo aber unsere.

Ad secundum argumentum, responsio patet ex traditis *supra c. 1. n. 87. & supra n. 83. & seq.* 129
ubi demonstratum est, quod cives in civitatibus Imperialibus per se & absque magistratu considerati Imperatori & Imperio non immediatè, sed mediatè sint subjecti, nec Statum Imperii repræsentent, sed ipse Senatus sive magistratus, quo me brevitatis causa remitto.

Ad 3. respondetur, verbum *potissima*, sive 130
potius, non semper in numero, sed & in dignitate consistere, gloss. *in l. 1. in princ. ff. de V. O.* Jason. *in l. 3 ff. de jurisdict.* Sic enim licet plures insint Capitulo Canonici, non tamen hi, sed Episcopus Status est Imperii, & ipsum Capitulum immediatè Imperio subjectum est, non autem Capitulares, cùm hi sint, sub Abbate, quemadmodum cives sub Senatu & Consule civitatis. Sicuti etiam argumentum à toto ad partem sæpissimè fallax est, & tum demum procedit, quando totius & partis eadem, & non diversa est ratio, nec aliud dispositum in parte, aliud in toto, prout in casu nostro, ubi beneficium constitutionis religiosæ non est 131
singulorum, sed universitatis, & concessum est non singulis civibus, sed Senatui universitatem & Statum Imperii repræsentanti. Et sic verum est hoc argumentum de toto universali, seu genere, non verò in toto integrali & essentiali: Respublica autem est totum essentiale imperfectè dictum, quia constat ex magistratu & subditis, tanquam materia, & horum unione per leges tanquam forma accidentali, de quo Keckerman. *1. system. logic. sect. 1. cap. 22.*

Quod quoque, ut *quarto* loco dictum, hoc casu inter cives Civitatum Imperialium, & aliorum Statuum subditos, non sit diversa ratio, dictum est *supra num. 83. & seq.* Sicuti etiam ad quintum responsum est *supra n. 91. & seq.*

132 *Sextum* quoque argumentum non procedit, quando in constitutum deponitur omnis potestas, quæ erat in constituente, exemplo populi Romani, qui omne suum jus in ipsum Principem transtulit, *l.1.ff.de constit. Princ.* §.*sed & quod Princip. 6. & ibi* Dd. *l. de jur. natur. gent. & civ.* quis autem dixerit, populum hic constituentem digniorem & superiorem esse ipso constituto, sive ipsa Cæsarea Majestate? Deinde non tantùm cives constituunt magistratum, sed universus populus, sive ipsa universitas. Et si considerentur cives ante constitutum magistratum, tunc hoc respectu sunt priores, & universaliter considerati etiam digniores: At si magistratus jam constitutus sit, tum quatenus jam actu regit, eatenus is prior, potior & dignior est civibus: In relatis enim inæqualibus, relatum dignius & superius est correlato, & correlatum pendet à relato magis, quàm relatum à correlato, ratione scilicet eminentiæ
133 & dignitatis: Sin verò non eminentia spectetur, sed necessitas communis conditionis humanæ, utiq; magistratus est propter subditos, Henning.Arnisæ. *de author.Princip.in subdit. c.1. n.51.* Neque etiam propositio illa, quod finis, & propter quod aliquid est, nobilius sit eo, quod propter aliud est, universaliter vera est, aliàs enim multa absurda inde sequerentur, eademque ratione oves essent superiores & digniores pastore, & familia dignior & superior esset patrefamilias, quod tamen absurdum, Arnisæ. *d.c.1.n.10.*

134 Nec 7. ad rem facit §. Nachdem aber in vielen. 27. quia loquitur de illis civitatibus, in quibus tempore pacificationis utraque Religio in usu fuit, & in iis imposterum quoque utramque vigere debere dispositum est.

135 Quidnam 8. de Regis Ferdinandi resolutione sentiendum sit, colligitur ex dictis *supra n. 97. & seq.* eandemque de facultate Religionis colendæ impropria loqui, hancque solam civibus ac subditis ut singulis vel ex parte tribuere, ac statuere ne cives compellantur inviti unam vel alteram Religionem amplecti, sed possint ad alia loca emigrare, & ibi pro lubitu Religionem colere, scribit Ben.Carpz *decis.83. n.31.*

Obiter tamen, sive Coronidis loco hic ex instrumento pacis Westphalicæ, *art.5.* §. *libere. 11. &* §. *Quantum deinde.12.vers.placuit.* tenendum, si in aliqua Imperii civitate cives aliqui (sive etiam aliorum Statuum subditi quidam) in *anno 1624.* diversum à magistratu & reliquis civibus exercitium privatum habuere (cujus-
136 modi se habuisse Coloniæ & Aquisgrani cives Evangelici prætendunt) id ipsis nec hodie adimi posse, quin potius eis, unà cum annexis, quatenus ea dicto anno à se exercita esse, probare poterunt, sartum tectumque relinqui debere: Quo ipso tamen quæstionis nostræ decisioni, utpotè, quæ non de introducto, sed saltem de introducendo novo exercitio loquitur, nihil derogatur.

137 Non minoris momenti, sed plurimum quoque exagitata est quæstio; An magistratus cives Religionem suam amplecti nolentes, propterea molestare, punire, & invitos ejicere possit, an verò tranquillè & pacificè viventes tolerare teneatur? Acriter disputata fuit hæc quæstio in judicio Cameræ Imperialis, cum *6. Aprilis anno 1587.* à magistratu Coloniensi per publicum edictum, in der Morgensprach/ seriò fuerit prohibitum, ne quisquam civium aliter, quàm secundum Romano Catholicam doctrinam, leges & ceremonias se matrimonio copulari, infantes baptizari, vel etiam mortuos sepeliri faciat, si secus fiat, emigrare teneatur, & judicium Fisci à magistratu institutum fuit contra eos, qui memorato edicto non paruerunt, in quo criminaliter actum, Referens apud Gylman. *symphor. tom 1. part. 1. tit. 3. de religion. vot. 1. n. 1. seq. fol. 165.* Et pro hujusmodi decreto, & civium ejectione, aliisque pœnis facere videtur I. Quod magistratui etiam politico incumbat cura Religionis, & animadversio in idololatras, falsos Doctores & seductores, & ne damnata aliqua vel falsa Religio in Republica introducatur, ut demonstratum est *supra n.1. seq.* & sic quoque ipsi permissum erit, cives & subditos diversam Religionem amplectentes, expellere, atque ita putridis Ecclesiæ suæ membris resectis, ipsi rectè & fœliciter consulere, ne pars adhuc sincera, ejusdem hæreseos metuenda infectione aliqua trahatur & polluatur. Neque enim magistratus in Republica tolerare cogitur eos, qui aliis in ea placidum Religionis exercitium habentibus offensioni & corruptelæ esse possunt, juxta illud: 138

Morbida sæpè pecus totum corrumpit ovile.

Et multos servamus, dum unum (puta hæreticum) tollimus, illum ipsum juvamus, dum tollimus, ut ait Lipsius *de una Relig. advers. dial.* Et Christus ipse dicit: si quis in me non manet, extra me projectus aruit, ut sarmenta, quæ colliguntur, & in ignem deflagratura conjiciuntur, Johan. *15. vers. 5.*

II. Quod res mali exempli sit, secundum 139
Franc.Burckhard. *in auton part.2. c. 28. & 29. & passim.* Si Princeps & magistratus aliam, præter veram in suo Regno admittat Religionem; cùm nervus Reipubl. & pax Ecclesiæ Religionis sit unitas, quæ facti auctorem in sublime provectum, grata sibi tranquillitate custodit, *l. inter claras. 8. C. de summ. Trinit.* Unde fundamentum totius Regni dicitur Religio, metus, reverentia & cultus Dei, servare, & obsequi ejus mandata Petr. Gregor. Tholos. *de Republ. lib.8.c.2.n.2.* Indeque magistratus non permittet subditis suis sacra familiaria, sive conventicula, publicosque ritus celebrare, *l. Ariani. 5. vers. cunctis quoque. C. de hæret. & Manich. l. 1. & 2. C. de summ. Trinit. l. conventicula. 15. C. de Episc. & Cler. Novel. 58. & 131. c. 14. Novel. 132.* ejusmodi enim permissio multas sectas horrendas, & abominandas hæreses in Ecclesia generaret, minareturque tumultus, factiones, seditiones & clam serpentes foveret subditorum contra Ecclesiam conspirationes, ideoq; ad tantum malum eliminandum, & à cervicibus Ecclesiæ avertendum, Pontifex Romanus, Christi in his terris Vicarius, instituit Hispanicæ inquisitionis persecutionem, gladii, ignis & exilii actionem. Cùm Hæretici, nisi volent resipiscere, cogendi sint, etiam per rerum suarum 140

sub-

ſubtractionem, *c. poſt me. c. quo jure. Diſt. 8. c. ipſa pietas. cauſ. 23. quæſt. 4.* & per corporalem animadverſionem, *c. nimirum. c. diſplicet. ſeq. cauſ. 23. quæſt. 4. c. 1. 2. & 3. cauſ. 23. quæſt. 5.* ſunt enim ex numero eorum, quos Deus per vias & ſepes juſſit compelli in Regnum Dei intrare, *Luc. 14.* Nec verbis ſolis emendandus ſervus dicto inobediens, ſed fuſtis quoque adhibendus, *Eccleſ. 33.* ſicque dominus benigni & pii parentis fungitur officio, *Eccleſ. 30.* & in quem ſic animadvertitur, ejus anima à morte liberatur. Neque enim curat medicus phrenetici voluntatem, nec hydropici, ſed ut eos à morbo liberet, eis beneficium impertit ligando,
141 ſicuti pater filio caſtigando, *c. ipſa pietas. cauſ. 23. quæſt. 4. c. non omnis. & ſeq. cauſ. 5. quæſt. 5.* cùm nulla mala voluntas ſuæ permittatur libertati, *l. bona fides. ff. depoſit.* Et cùm magiſtratus, tam Eccleſiaſticus, quàm Politicus, ad publicum bonum creatus, eum ad noxia & mala Reipubl. eliminanda nihil tam decet, quàm ſeveritas, ut ſalvas conſervet tam animas, quàm corpora ſubditorum Deo, & ſi aliter non poſſit, flagellis quoque ad ovile invitos cogat errantes & devios, & nihil reliqui faciat, ut oviculas ſibi commiſſas, & Chriſti ſanguine redemptas, à faucibus hiantium hæreticorum ſartas, tectas præſtet, certus, quod ab ipſius manibus repoſcenda ſint, quæ ipſius culpa & deſidia perierant, *Ezechiel. 34.*
142 Urendum igitur, ut clamitant Romano-Catholici & Hiſpanicæ inquiſitionis defenſores, & ſecandum, juxta illud Pauli ad *Galat. 5. verſ. 12.* utinam abſcindantur, qui vos conturbant; Et ſatius eſſe, ut pereat unus, quàm unitas, ut loquitur Lipſius *in lib. adverſus dialogiſtam*, & cogenda Hagar à Sara domina, id eſt, compellendi ſunt hæretici redire ad dominam ſuam, id eſt, veram matrem Eccleſiam, ut ait Auguſtinus in *c. quando vult Deus 39. cauſ. 23. quæſt. 4.*

Hinc quoque III. tolerantia iſta civium diverſam Religionem à magiſtratu foventium, de illis tantùm civitatibus intelligenda eſſe videtur, ubi tempore conſtitutionis religioſæ utraque Religio Romano-Catholica & Auguſtana confeſſio in uſu fuit, per R. A. zu Augſpurg. *de anno 1555.* §. Nach dem aber in vielen.

Unde etiam IV. Conſtitutionis religioſæ verba, quæ ſubditorum mentionem faciunt, & quod hi quoque ſub pace iſta comprehendantur, ut à nemine Religionis intuitu lædi debeant, non de ſubditis & civibus cujusque Status propriis, ſed de diverſorum & aliorum Statuum ſubditis & civibus, intelligenda eſſe videntur, ne ſcilicet alter Status, vel ejus ſubditi, alium Statum, vel ejus ſubditos & cives turbent ac moleſtent. Ex quibus Catholici concludunt, quod ſubditi & cives dominorum & magiſtratuum ſuorum Religionem amplecti nolentes, ad id vel cogi, vel emigrare teneantur, quod beneficium hoc emigrationis, non ſit liberæ voluntatis, ſed neceſſitatis, idque licet audiendo miſerabile, & experiundo lamentabile, conſiderando tamen adverſariorum ante erectam pacis religioſæ conſtitutionem in Evangelicos tyrannidem, ſævitiam & perſecutiones in vita, bonis, fama & corpore, non minimum ſit beneficium, propterea, quod ſi ſubditus Electoris, Principis, Comitis, Baronis, Magiſtratus vel alterius Status alicujus Catholici, Auguſtanam Religionem amplectatur, alibi ſub utraque ſpecie Cœna Domini fruatur, miſſæ & ceremoniis Catholicis antiquis intereſſe nolit: vel contra, ſi ſub Auguſtanæ confeſſionis proceribus vel civitatibus Catholicus ſit ſubditus, magiſtratus tamen eum ob id in carcerem conjicere, bonis mulctare, ejicere, vel quacunque alia ratione lædere non poſſit, ſed emigrandi poteſtatem liberam, bonis omnibus, vel ſecum ablatis, vel juſto pretio divenditis, detractionisque jure ſoluto, & proprietate, qua Domino tenebatur, liberatâ, gegen ziemlichem/ billichem Abtrag der Leibeigenſchafft und Nachſteuer / concedere teneatur, & aliò ſeſe conferre poſſit, ubi publicum & liberum Religionis ſuæ exercitium haberet, R. A. zu Augſpurg *de anno 1555.* §. Wo aber unſere.

Hæc quidem primo intuitu ſpecioſa viden- 145
tur, ſed ſi res penitius conſideretur, contrarium, & quod magiſtratus cives & ſubditos quietè & tranquillè viventes propter Religionis diverſitatem moleſtare, punire & invitos expellere civitate non poſſit, & quod beneficium emigrationis liberæ ſit voluntatis, verius exiſtit. Quia I. pax religioſa omnem vim & coactionem (cui non nimiam partem ſubditi & cives, ſed propter impotentiam magis obnoxii ſunt, quàm magiſtratus & domini) remotam eſſe vult & prohibet, R. A. zu Augſpurg *de anno 1555.* §. Setzen demnach. *ibi*: daß hinfüro niemand / was Würden / Standts/ oder Weſen der ſey/ um keinerley Urſachen willen / wie die Nahmen haben möchten / auch in was geſuchtem Schein das geſchehe/ den andern befehden/ betriegen/ berauben/ ꝛc. & §. Und alsdann Churfürſten. *ibi*: Nachmahls der fürnehmſt/ trefflichſt / und hochwichtigſt / an dem allen Ständen/ und Unterthanen zum höchſten gelegen. *& alibi paſſim, indiſtinctè legitur*: damit obberührte beederſeits Religion-Verwandten / in beſtändigem Frieden und guter Sicherheit / ſo vielmehr gegen und bey einander ſitzen und bleiben mögen / ꝛc. ubi conſtitutio ſine Statuum & Ordinum diſtinctione loquens, non Religionem Statibus, ſed Status omnes, ideoque etiam ſubditos, Religioni accommodat, inq; hoc tertio, quaſi æqua lance generaliter & indiſtinctè utrosq; componit, ut quatenus etiam minimæ utriusque portioni, in ea nimirum Religione, ſuum vertatur vel intereſſe, vel præjudicium, eatenus hoc quoque beneficium pacificationis religioſæ, ipſis ad pacem, tranquillitatem, ſerenamque fidei Religionis & conſcientiæ quietem proſit, arg. *l. cujus effectus. 148. ff. de R. I.* Sicuti etiam nec in *d.* §. Nach dem aber in vielen. nec alibi in ipſa Religionis conſtitutione quicquam de vi magiſtratus erga cives & ſubditos, vel quod ipſos propter Religionem expellere poſſint, poſitum reperitur, atque ideò ejusdem authoritas non adeò extollenda, ut per hanc ſubditis violentia aliqua inferri, indeque pax publica turbari poſſit, & illud reſuſcitetur, quod Imperator

& Status præcavere voluerunt, daß die Stände und Unterthanen/ auß dem Frieden und Ruhe / in Unfrieden und Unruhe/ auß dem Vertrauen / in Mißvertrauen/auß der Sicherheit in Unsicherheit / und endlich in Zerrüttung / Unheil und Verderben geführet werden. Gylman. *symphor. tom. 1. part. 1. tit. 3. vot. 1. num. 28. & seq. fol. 168.* ubi addit, quod his verbis ipse Imperator & Status passim utantur, contra eos Status & magistratus, qui subditos prætextu Religionis onerant & molestant. Si enim hic esset modus arcendæ seditionis & rebellionis, falso decepti essent Imperator & Status, qui tolerantiam Religionis utriusque, dum scilicet nec magistratus subditos, nec subditi magistratum intuitu Religionis molestare debeant, modum seditionis arcendæ & præcavendæ, und die Ständ und Unterthanen in Fried und Ruhe zusetzen/ arbitrati sunt.

146 Cui accedit II. quod magistratus & territoriorum domini in conscientias subditorum Imperium non habeant, & sic eosdem ad hanc vel illam Religionem amplectendam cogere non possint. Jussit enim Christus Apostolos docere & baptizare, non autem mandavit, ut eos, qui audire nollent, ad credendum civilis magistratus authoritate compellerent, indeque Apostolus *2. Timoth. 4. vers. 2.* ait: argue, obsecra in omni patientia & doctrina. Et nova ac inaudita est prædicatio verbi, quæ verberibus fidem exigit, *c. quid autem. dist. 45.* Dominatus enim in conscientias & animas soli Deo relictus; non dominamur fidei vestræ, in-
147 quit Apostolus *2. Corinth. 1. vers. 24.* & mentium Rex Deus est, ait Curtius *lib. 8.* Quis enim imponat mihi necessitatem credendi quod nolim, vel non credendi, quod velim, inquit Lactant. *divin. instit. lib. 5. cap. 14.* nullaque externa vis unquam faciet, ut velis, quod nolis, sentias, quod non sentis, ait Lipsius *de constant. lib. 2. cap. 25.* Unde prudentissimus Poloniæ Rex Stephanus Batoræus piè dicere fuit solitus;
148 Reges esse Reges & dominos populorum, non animarum, & Deum tria sibi reservasse ex nihilo aliquid facere, nosse futura, & dominari conscientiis, teste Sleidan. *in lit. Argent. ad Cæsar. libr. 21.* Et non minus piè Imperator Maximilianus II. dixisse fertur; nullam esse majorem pestem, quam dominari velle conscientiis, quæ imperandi ratio dira esset carnificina. Et in literis ad Lazarum Schwendi idem Imperator ita scribit: Es ist in der Warheit nicht anders/ als ihr vernünfftiglich schreibet/daß Religions-Sachen nicht wollen mit dem Schwerdt gehandelt und gerichtet werden / kein Ehrbahrer/ Gottsförchtiger und Friedliebender wird es auch anders sagen. Religio docendo & ducendo, non jubendo; monendo, non minando, Lipsius *4. polit. 4.* non armorum vi, non suppliciis aquæ & ignis propagari vult: Nec Religionis est cogere Religionem, quæ sponte suscipi debet, non vi, cum hostiæ ab animo libenti expostulentur, ait
149 Tertullian. *ad Scapul. cap. 2.* & fictos magis, quàm veros Catholicos efficit coactio, ut ex Augustino *refert* Heigius *libr. 1. quæst. 12. n. 49.* cùm superior non possit conscientiam inferioris mutare, & animo vis inferri nequeat, Bald. *in l. 2. in fin. C. de sentent. è brevic.* Menoch. *1. arbit. jud. quæst. 70. n. 9. in fin.*

Ex quo etiam III. in pacificatione Reli- 150
gionis constitutum est, quod nemo propter diversæ Religionis professionem famæ, honoris & existimationis ullam labem vel periculum sustinere debeat, sed possit salva fama & fortunis suis alibi commodius Religionis exercitium capessere, eoque sedes & fortunas suas collocare, §. wo aber unsere. *ibi:* soll solches an ihren Ehren und Pflichten allerdings unentgolten seyn. Verùm quid potest turpius, quid miserius, aut acerbius accidere, quod majus evenire ei dedecus, qui patria sua communi parente prohibetur; qui ab amicorum amicis congressibus arcetur; cujus non modò omnes fortunæ, sed victus etiam vestitusque, imò vita quoque & spiritus, sub hasta velut præconis, cum dedecore alienantur, & quasi divenduntur, & ita non tantùm ex numero vivorum exturbatur & deletur, sed etiam, si fieri possit, infra mortuos amandatur, Cicero *pro Quint.*

IV. Quia Imperator Carolus V. & alii Sta- 151
tus Catholici, protestantes nonnullos reprehendunt Status, & iniquum censent, quod subditis suis Catholicis exercitium suæ Religionis extra civitatem interdixerint, R. A. zu Augspurg *de anno 1530. §. 27. & ibi:* Item etliche Obrigkeit haben ihren Unterthanen bey schwerer Straff verbotten/ die Prediger deß alten rechten wahren Glaubens in oder ausserhalb ihrer Flecken zuhören/ noch in dieselbig Predigt oder Kirchen zugehen / oder dem alten Glauben anzuhangen/ und so sie darüber betretten/ sind sie unnachläßlich gestrafft worden. *& §. 37. & ibi:* Auß solchem allem nichts guts / sondern mehr gefolget / daß die andere gemeiner Kirchen hergebrachte Ubung verachtet/ alle Ober- und Erbarkeit in ihrem Predigen geschändet / gelästert / die frommen einfältigen Leuth und Leyen gegen einander verhetzt: auch sonst allerhand Leichtfertigkeit davon entstanden / rc. auch die wahre Lieb deß Nächsten/ gäntzlichen in Abfall kommen. & §. Und nach dem wir *61. ibi:* ihrer Gelegenheit nach / mit ihrem Leib / Haab und Gütern/ ein freyen Ab- und Zuzug/ rc. zugelassen und bewilliget haben; und thun das hiemit wissentlich. Wollen auch / daß ihnen solches an ihren Burgerlichen gethanen Pflichten/ Statt- und Burger-Recht keinen Nachtheil oder Verletzung bringen/ oder gebehren soll / in einige Weiß oder Weg. Cùm igitur Catholici iniquum hoc censeant, 154
quoad Augustanæ confessionis Status idem jus meritò quoque in se statuant consequens est, *arg. tot. tit. ff. quod quisque jur. in alt. stat. l. jus jurandum. §. ait prætor. ff. de jur.* Matthæ. *7. vers. 12.* juxta illud:

Legem quam tuleris, de jure tenere teneris,
Si bene pertuleris, lege peritus eris.

Idque eo magis, quod utraque Religio Romano-Catholica & Augustana confessio pacificata, & quoad securitatem & permissionem parificata & coæquata, Referens apud Gylman. *d. vot. 1. n. 37. fol. 171.* ubi etiam *n. 36. vers. sequitur ejus votum.* addit; Ego arbitror libertatem Religionis, confessionis, fidei ac Christianæ conscientiæ (nihil hic jam loquor de publico hujus, vel alterius exercitio Religionis omnib. in universum magistratibus, & singulis subditis,

ditis, mediatè vel immediatè subjectis Imperio, vigore pacificatæ Religionis liberam & impunitam esse, adeò, ut, magistratus hujus Religionis subditum, alterius in Imperio approbatæ Relig. conciones & sacramenta alibi invisere, & quò minus juxta conscientiam suam, hac vel altera Religione imbutam, Deo des, quæ Dei sunt, nec impedire, nec punire, aut ejicere debeat, Petr. Frid. Mindan. *de process. lib. 1. cap. 30. n. 9.* Gylm. *d. tit. 3. vot. 1. n. 36. vers. sequitur ejus votum fol. 171.* & ibid. *vot. 2. n. 22. fol. 218.* Cran. *de pac. Relig. part. 2 probl. 3. per tot.* Nec hic differentiam aliquam esse faciendam inter Religionem Romano-Catholicam & Augustanam confessionem, demonstratum est *supra n. 63. 68. & 69.* Id quod etiam instrumentum pacis *art. 5. §. 1.* innuit & confirmat, dum expresse disponit, exactam & mutuam inter utriusque Religionis Status æqualitatem observandam esse, ita ut quod uni parti justum est, alteri quoque justum esse debeat.

155 Non parum quoque VI. hic facit, quod Imperatoriæ Majestati non liceat, Augustanæ confessionis Status, qui ipsi subditi sunt, respectu Religionis turbare, sed teneatur ad pœnas ejusdem pacis, si contra faciat, R. A. zu Augsp. *de anno 1555.* §. Und damit solcher Fried. *15. in fin. ibi:* alles bey Kayserlichen und Königlichen Würden / Fürstlichen Ehren / wahren Worten und pœn deß Landfriedens. Multò minus igitur id ipsum licebit magistratui inferiori, aliàs enim major foret potestas delegati, quàm delegantis, & majorem potestatem & jus haberent magistratus inferiores, & civitates in suos concives, quàm ipse Imperator, quod absurdum & naturali rationi repugnat. Et si Statui non licet alterum Statum Religionis causa turbare, non etiam licebit magistratui subditū turbare, utpotè quem potius protegere & defendere debet, quam aliqua pœna vel injuria Religionis nomine afficere. Et sicut Imperator Status utriusque Religionis, & unumquemque in sua religione protegere debet, ita etiam alii magistratus subditos & cives, sive hujus, sive illius modò in Imperio approbatæ religionis sint, tueri debent, Gylman. *d. l. numer. 34. fol. 169.*

Hinc quoque VII. beneficium emigrationis non esse necessitatis, sed libertimæ voluntatis,
156 firmissimis rationibus probant, Gylman. *d. tom. 1. part. 1. tit. 2. vot. 1. per tot fol. 207. seq. & vot. 2. numer. 25 fol. 218. & vot. 5. num. 9. fol. 226.* & ibid. *sub vot. 12. fol. 278. seq.* Otto Melander. *ad process. Noa Meurer. part. 2. de constit. pac. Relig. numer. 12.* Warem. ab Erenberg. *de fœderib. lib. 2 cap. 1. num. 68. seq.* Petr. Frider. Mindan. *de process. lib. 1. cap. 30. numer. 2. seq.* Author der Thonawert. informati-on. *part. 1. fol. 26. 28. 54. &* passim. Lazar. à Schwendi *in* seinem andern *Consilio* an Kayser Maximilian von Regierung deß Römis. Reichs und Freystellung der Religion. Just. Springer. *de pac. Relig. cap. 7. fol. 85. seq.* Syring. *de pac. Relig. conclus. 35.* Rumelin. *ad Aur. Bull. part. 3. dissert. 2. corol. 7. & ibi* Dn. Nicol. Myller. *in addit.* Carpzov. *de leg. Reg. German. cap. 14. sect. 2. num. 11. seq. & decis. 84. per tot.* Cranius *de pace Relig. part. 2. problem. 1. per tot.* ubi sententiam hac in utramque partem latè & nervosè discutit. Cujus sententiæ immotum fundamentum extat in R. A. zu Augsp. *de anno 1530.* §. Und nachdem wir. *61. ibi:* ein freyen Abund Zuzug. R. A. zu Augsp. *de anno 1555.* §. wo aber *22. ibi:* An andere Orth ziehen / und sich nider thun wolten. Ubi verbum, wolten / nullam necessitatem, sed libertimam voluntatem importat, prout eleganter deducit, per *l. non quicquid. 40. ff. de judic.* Cran. *d. problem. 1. vers. nervum hujus fol. 175. seq.* & Author apolog. Colmar. *fol. 255.* Carpzov. *decis. 83. n. 6.* ubi addit, sicut civibus permissum est, solum vertere, si velint, antiquis in sedibus poterunt remanere, Joh. Limnæ. *de jur. publ. lib. 1. cap. 13. n. 62.* Id, quod etiam ipsa pacificationis religiosæ evincit intentio & causa finalis, ut scilicet animi subditorū magistratui suo, fortiori benevolentiæ vinculo adstringantur, ut patescit ex verbis pacificat. der Stände und Underthonen Gemühter in Ruhe und Vertrawen gegen einander zu stellen: Item, daß die Stände und Underthonen / sich beständiger und gewisser Sicherheit zu versehen hetten. Quod tamen non posset, si citra læsionem conscientiæ, beneficium voluntariæ mansionis subditis denegaretur, Syring. *de pac. Relig. conclus. 35.* Limnæ. *d. cap. 13. n. 61.* Nec enim durioris conditionis hic esse debent Christiani, quàm Judæi toto pectore & horrendis blasphemiis Christi Salvatoris nomen aversantes, qui pacificè viventes, cum Synagogis, in medio Christianorum cœtu tolerantur, & quietè viventes non expelluntur, de quo *infra capit. 30. num. 19. & seq.* Sicuti etiam Turcæ, legis suæ aliàs observatores strictissimi, diversæ Religioni addictos tolerant, de quo *supra lib. 1. cap. 15. n. 41. & seq.* Abhorruerunt quo- 157
que semper hujusmodi conscientiarum carnificinas & coactiones plurimi Imperatores, veluti I. Constantinus Magnus, teste Euseb. *lib. 10. histor. Eccles. capit. 5. & lib. 2. de vit. Constant. cap. 22.* 2. Jovianus, Socrat. *histor. lib. 3. cap. pen. in fin.* 3. Valentinianus. Socrat. *lib. 4. cap. 1. 4.* Nerva Coccius, & Trajanus Xiphilin. *in Nerv. Prine.* Plin. *lib. 10. epistol. 97.* Philip. Camerar. *horar. succisiv. cent. 1. cap. 58. 5.* Alexander Severus, qui licet ipse gentilis, Christianis tamen Romæ templum concessit, teste Camerar. *d. cap. 58.*

Ex his argumenta & rationes in contrari- 158
um adductæ facile corruunt; Nam 1. quod attinet, magistratibus permissum est mutare, & reformare exercitium publicum Religionis, seu ministerium instituere, & tueri, quoad institutionem generalem, & ne in hac ipsi tam instituenda, quàm exercenda impediantur, aut turbentur, sed defendantur, nequaquam verò hoc ad aliorum, & quidem conscientiarum per rerum naturam impossibilem coactionem extendendum, qua nihil magis tranquillitati publicæ adversum est, adeò, ut qui his mediis voluerunt dissidiis & turbationibus obviare, nihilo plus acturi sint, quàm quod inde ab initio conati sunt ferro Religionem tueri, vel etiam extirpare, & ita causas majorum motuum præbere. Deinde 2. ea, quæ de putridis Ecclesiæ membris resecandis ducuntur, de iis intelligenda sunt, qui revera ex ipso actu constitutioni religiosæ contraveniut, turbannt, offen-

dunt, scandalum movent, non verò de illis, qui contingenter forsitan offendere, & probabiliter à recta ratione discedere, turbare & offendere possunt, à posse autem ad inesse non valere consequentiam, in confesso est.

Nec 3. morbus, nec defectus, vel vitium est Augustana confessio, ut infectionem secum trahat, & ex malignitate vicinos corrumpat, sed talis est Religio, quæ cũ Romano-Catholica æquè in Imperio permissa, & quoad hanc controversiam in æquali stat privilegio, ita, ut Catholici Evangelicos placidè sibi cohabitare permittant, aut in suos eandem sævitiam admittant; quod cùm veteres turbas, quæ causam constitutioni religiosæ dederunt ab orco quasi revocaret, asserendum non erit.

Neque etiam hæresis est Augustana Confessio, vel damnata, sed ut dictum, in toto Imperio permissa Religio, sicuti ex præcedentibus constat.

159 Ex quo etiam *secundum* argumentum facilè diluitur, cùm hic non disputemus, utra inter Romano Catholicam Religionem & Augustanam confessionem verior, & magis acceptanda sit, cùm hujus cognitio & decisio ad amicabilem Imperatoris cum Statibus Imperii compositionem dilata & suspensa, R.A. zu Augspurg *de anno 1555.* §. damit auch obberührte. *ibi:* Soll die Geistliche Jurisdiction wider die Augspurgische Confession Religion / ꝛc. so sie auffgerichtet / oder auffrichten möchten / biß zu endlicher Vergleichung der Religion / nicht exercirt / gebraucht oder geübet werden / sondern derselben Religion / ꝛc. ihren Gang lassen / und kein Hindernuß / oder Eintrag dadurch geschehen / ꝛc. biß zu endlicher Christlicher Vergleichung der Religion die Geistliche Jurisdiction ruhen / eingestellt und suspendiret seyn und bleiben. Petr. Frid. Mindan. *de processib. libr. 1. c. 29. n. 1. seq.* sed de permissione Religionis civili hic loquimur, ut supra dictum. Et neminem præterea latet, quantum pro summa Reipublicæ, tum totius communis Germaniæ, tum singularum ejus provinciarum & civitatum salute faciat una & indubitata Religio, cùm etiam revera una tantùm duarum vera esse possit ex veri cum unitate & entitate necessaria reciprocatione; sed hoc tempore constitutionis, nec in rationem disquisitionis, nec causæ cognitionem venit, sed tantùm turbarum & seditionum motus, & totius Germaniæ horrendæ seditiones erant componendæ, & tranquillitas reducenda, quod non videbatur fieri necessaria alterutrius Religionis inductione, quarum utraque in æquali veritatis & votorum erat æquilibrio, sed utriusque interim pacificâ & sedatâ tolerantiâ citra veritatis præjudicium, & quæstionis illius decisionem. Verum itaque manet illud, maximum fundamentum Regni esse Ecclesiæ de religione consensum, & maximam ejusdem fœlicitatem, si directò obtineri possit: sed verum & hoc esse creditur, pro eadem illa fœlicitate etiam obliquè obtinenda, omnem lapidem movendum, & velitationem interdum instituendam, & discordiam Religionis, seu concordem & quietam intra suam cujusque conscientiam admittendam, ut salus populi suprema maneat lex, & quodvis ad eam etiam obliquum remedium sit oportunum, Cranius *de pac. Relig. part. 2 problem. 1. vers. firmum igitur. fol. 194.* ubi *fol. 197. in fin.* addit, quod omnis quidem voti summa ponenda, si quod seriò oratum esset, aliquando exorari posset, ut cum uno Deo & Evangelio, una etiam jungeretur fides & Religio; sed cùm illud optare semper debeamus, sperare vix ausimus, cum si eæ videantur rationes Rerumpublicarum, ut fine maxima earum concussione, vel totali eversione, ad id deduci nequeant, Statui publico hoc indulgendum, ut velimus, quod possumus, quando non liceat, quod volumus, instar prudentum Nauclerorum, velificantium potius in tempestatibus, quàm navim in procellas ipsas præcipitantium & mergentium, de quo & *supra lib. 1. c. 15. n. 34. & seq.* 160

Quæ *tertiò* ex §. Nach dem aber in vielen. adducta, intelligenda sunt de publico utriusque Religionis exercitio, quod illud in civitatibus istis, ubi tempore pacificationis in usu fuit, ita permanere debeat, nobis verò hic sermo est, non de aliquo exercitio, sive publico, sive privato, sed de nuda tantùm alterius Religionis confessione, quàm cives aliqui quietè & tranquillè viventes privatim fovent. 161

Ad quarum argumentum responsio colligitur, ex scriptis *supra num. 126. & seq.* ubi demonstratum est etiam subditos cujusque magistratus proprios sub pace Religionis contineri, non quidem, quod & hi publicum, vel privatum aliquod Religionis exercitium invito magistratu introducere possint, sed quod quietè & tranquillè viventes Religionis intuitu à magistratu & Dominis suis turbari non debeant. Quod etiam eleganter probat Referens apud Gylman. *Symphor. tom. 1. part. 1. tit. 3. de Religion. vot. 1. numer. 20. seq. fol. 167.* ubi scribit, quod finis pacis religiosæ etiam hoc casu, & quoad proprios subditos duret & locum obtineat, & sic etiam effectus, cum finis ejus sit, ne subditi magistratum, & magistratus subditos intuitu Religionis turbet, & sic pax publica violetur, per R.A. zu Augspurg *de anno 1555.* §. In solcher vorgezogener. *13. ibi:* daß die Ständt und Underthonen sich beständiger und gewisser Sicherheit nicht zu getrösten / sondern für und für ein jeder in unträglicher Gefahr zweiffenlich stehen muß. Solche nachdenckliche Unsicherheit auffzuheben / der Ständen und Underthonen Gemühter wiederumb in Ruhe und Vertrauen gegen einander zu stellen. Quibus verbis manifesta causa finalis, qua re pax religiosa, introducta continetur, propter Status scilicet, & subditos, ubi fit antithesis Statuum & subditorum, ne scilicet Status & subditi metu violentiæ à magistratu sibi propter Religionem expectandæ, aliquid contra eundem moliantur, & è contra magistratus metu subditorum aliquid contra eosdem agant. Ideo hunc scrupulum illis eximere, & hanc securitatem introducere voluerunt, ne metus sit periculi á magistratu subditis expectandus. Et sic pacificatio loquitur de subditis, qui à suo magistratu turbantur & de magistratu, qui possit à subditis turbari. Et nisi dicamus dictam pacificationem habere respe- 162

ctum

ctum etiam subditorum intuitu proprii magistratus, sequeretur illam antithesin, ubi subditi & Status sibi invicem sunt oppositi, fuisse frustraneam & nullam. Siquidem subditus Palatini, Electori Saxoniæ vel alii Statui non rectè opponitur, sed Palatini subditus habet respectum ad suum dominum, scilicet Palatinum. Ut igitur vera sit anthithesis, nec verba sint otiosa, intelligi debent de subditis, quibus infertur vis vel violentia à magistratu proprio, vel magistratui à subditis, idque colligitur ex verbis: und Vertrauen gegen einander zu stellen/quæ verba etiam fuissent frustratoria, vel subditi saltem non deberent tolerari à magistratu, sed ejici possent, non opus fuisset pacem constituere inter subditos & Status, sed saltem potuisset asseri refractarios istos subditos & rebelles, ne pacem turbent, ejiciendos esse. Et ne fortè etiam magistratus per subditos ejicerentur, si tale quid molirentur, pax ad utrosque extensa est, diversimodè tamen, ita ut penes magistratum religionis sit exercitium, subditi verò diversam Religionem amplectentes, licet ipsis exercitium non permittatur, nõ ejiciantur, sed
163 tranquillè viventes tolerentur, multò minus fortunis & bonis exuantur, vel pœnis afficiantur. Altera causa finalis pacificationis religiosæ est tranquillitas totius Imperii, ut supra dictum, *n. 31.* voluerunt enim Imperator & Status, nationem Germanicam propter dissidia Religionis, ab interitu vindicare, *d.* §. in solcher vergangener. *13. ibi*: die Teutsche Nation unser geliebtes Vatterland/vor endlicher Zertrennung und Undergang zu verhüten. Viderunt enim alias Nationes, in quibus subditis Religio libera non permittitur, ad interitum ruere, ne illud etiam Germaniæ accidat, præcavere voluerunt. Et cùm hæc causa finalis adhucdum duret, præsertim in Civitatibus Imperialibus, ubi plerumq; insanum vulgus dominatur, aut facilè dominari potest, necesse est etiam effectum durare. Et cum revera intersit præcavere, ne vis fiat vel magistratui, vel subditis, & hac occasione motus & seditiones oriantur, ut facilè fieri poterit, occasio meritò evitanda erit. Quod autem subditi æquè, ac alii Status pacem Religionis turbare possint, id anterioribus temporibus experientia satis edocuit, & adhucdum inviti dolentes & gementes experti sumus. Et quid aliud quæso magis Respublicas evertit, incendia totarũ Regionum movit, omnia jura sacra & prophana interrupit, quàm quod magistratus eam sibi sumpserit potestatem in subditos, quam solus Deus sibi inter summa reservata & maxima suæ Majestatis Regalia usurpat, nec cuiquam hominum demandat: Evolvantur historiæ politicæ & Ecclesiasticæ, & affatim eruntubiq; tristissima exempla. Et quid hactenus aliud in Imperio tot lites sevit? quid aliud tot implacabiles discordias excitavit, quàm dira Religionis coactio & conscientiarum carnificina?

164 Ex quo etiam pax publica profana, der Land-fried/æquè ad mediatè, quàm immediatè Imperio subjectos pertinet, ita ut non plerisque, sed omnibus etiam subditis, nec immediato magistratui sed cuivis privato, omnis vis & turbatio interdicta sit. Quod si verum, uti verissimũ, cur idem quoque in pace religionis non magis obtinebit, propter arctius vinculum, & aliàs pax profana & religiosa der Land- und Religion-Fried/ pari passu ambulent, Rosacorb. *pract. forens. c. 17. n. 3.* & hæc super illa fundata sit, teste Bernh. Bertram. *de Comit. concl. 43.* Atq; hæc etiam nuper *anno 1648.* in pacificatione Osnabrugensi, inter Imperium & Regnum Sueciæ, §. *placuit porrò.* in hunc modum decisa sunt, *ibi*: 165
Placuit porrò, ut illi Catholicorum subditi Augustanæ confessioni addicti, ut & Catholici Augustanæ confessionis Statum subditi, qui anno 1624. publicum, vel etiam privatum Religionis suæ exercitium nulla anni parte habuerunt, nec non qui post pacem publicatam, deinceps futuro tempore diversam à territorii domino Religionem profitebuntur, & amplectentur, pariter tolerentur, & conscientiâ liberâ domi devotioni suæ sine inquisitione aut turbatione privatim vacare, in vicinia verò, ubi & quoties voluerint, publico Religionis exercitio interesse, vel liberos suos exteris suæ Religionis scholis, aut privatis domi Præceptoribus instituendos committere non prohibeantur, sed ejusmodi Landsassii, Vasalli & subditi in cæteris officiũ suum cum debito obsequio & subjectione adimpleant, nullisq; turbationibus ansam præbeant. Sive autem Catholici, sive Augustanæ confessionis fuerint subditi, nullibi ob Religionem despicatui habeantur, nec à mercatorũ, opificum, aut tribuum comunione, hæreditatibus, legatis, hospitalibus, leprosoriis, eleemosynis, aliisque juribus aut commerciis, multò minus publicis cœmiteriis, honoreve sepulturæ arceantur, aut quicquam pro exhibitione funeris à superstitibus exigatur, præter cujusque Parochialis Ecclesiæ jura, pro demortuis pendi solita, sed his & similibus pari cum concivibus jure habeantur, æquali justitia protectioneq; tuti. Quod si verò subditus, qui nec publicam, nec privatam suæ Religionis exercitiũ *an. 1624.* habuit, vel etiam qui post publicatam pacem, Religionem mutabit, suâ sponte emigrare voluerit, aut à territorii Domino jussus fuerit, liberum ei sit, aut retentis bonis aut alienatis discedere, retenta per ministros administrare, & quoties ratio id postulat, ad res suas inspiciendas, vel persequendas lites, aut debita exigenda, liberè & sine literis commeatus adire, &c.

Quod autem hic additur, quod à Domino territorii emigrare juberi possit, id ne contradictionem cum præcedentibus implicet, intelligendum est de eo casu, ubi quis quietè & tranquillè non vixerit, vel delictum aliquod commiserit, propter quod emigrare teneatur, & exilio mulctare possit.

Illud hoc loco observandum est, quod in 166
istis civitatibus, ubi utriusque Religionis exercitium à magistratu & civibus introductum est, sive ubi tam Catholici, quam Evangelici cives exercitium, sive in propriis, sive in comunibus templis habent, arg. *artic. 5. §. libera. 11. in verb. à magistratu & civibus.* Senatus quoque ex utraque parte, sive utriusque Religionis civibus & personis constituendus veniat,

Michael

Michael Heinß. *dissert. de Civitat. Imper. concl. 29. in fin.* Petr. Syring. *de pac. Relig. conclus. 41 in fin.* ubi callidas Senatorum quorundam artes improbat, qui clandestinis conspirationibus id agunt, ut diversæ Religionis civibus, quamvis sint idonei, omnem ad senatoriam dignitatem aditum præcludant, post Christoph. Leibfridt. *disp. de pac. Relig. concl. 21.* Et ita nuper in pacificatione Osnabrugensi & Monasteriensi transactum est, quod in civitatibus Augusta Vindelicorum, Dunckelspüla, Biberaco & Ravensburgo, ubi utriusq; Religionis exercitium viget, ratione dignitatum senatoriarum aliorumq; munerum publicorum sit inter utrique Religioni addictos, æqualitas idemq; numerus, de quo vide Instrum. pac. Cæsareo-Suecic. § 5. *vers. civitates. Augusta. & seq.* & *infra lib 3. cap. 3. 4. 11. & 4.* Quæ dispositio ut est æquissima, cùm ejusdem urbis cives, tanquam in societate civili pariter de honoribus & oneribus participare naturali rationi conveniens sit, ita etiam per eam salutariter utriq; Religioni prospectum est, ut neutra prædominari, & potentia sua ad deprimendam alteram abuti, quin potius pariter utriusq; exercitium, justum & æquilibrium, & concordia inter cives perpetuò retineri queat. Quod autem de duplici exercitio in civitatibus aliquibus Imperii vigente hic traditur, id ratione Catholicæ Religionis, non de quovis & quacunque ratione in aliqua civitate introducto exercitio Catholico, sed de eo saltem, quod à magistratu & civibus introductum est, atque ita civibus suo jure, sive in propriis templis, longo usu & observantia competit, exaudiendum est; ne alioqui illæ civitates, in quibus aliqui Catholicæ Religioni addicti cives commorantur, proprio quidem exercitio ac templo destituuntur, illo autem in cœnobiis ac monasteriis ibi sitis frui possunt, pro mixtis civitatibus contra disertam positionem Instrumenti pacis *art. 5. §. libera Imperii. 11* venditentur. Siquidem hujusmodi Civitates Imperiales, non attentis hisce monasteriis, sive cœnobiis, pro civitatibus unius Religionis habentur, & jure reformandi, quo carent mixtæ, citra dubium gaudent, cujusmodi sunt Ratisbona, Lindavia, Isna & fortè aliæ plures. Sic etiam in Civitate Imperiali Leutkircha templum & exercitium Catholicæ Religionis extat, id autem, cùm non sit civium, sed subditis Landvogteiæ seu Præfecturæ Imperialis Suevicæ ex pacto & transactione singulari de anno 1562. competat, ideò exindè ea civitas mixtarum numero haud quaquam accensetur, etiamsi cives aliqui Catholicæ Religioni addicti ibi commorentur, & isto exercitio cum prædictis præfecturæ subditis peroportunè frui possint.

Calvinianæ & Zwinglianæ Religioni addictas civitates & Status quod attinet, quamvis hi sub pace Religionis non comprehendantur, & per consequens ipsis processus & mandata ex constitutione Religionis non decernantur, sicuti docent per R. A. zu Augspurg *de anno 1555. §. 17. & ibi:* doch sollen alle andere / so obgemelten beyden Religionen nicht anhängig / in diesem Frieden nicht gemeint seyn / sondern gänzlich außgeschlossen seyn. Petr. Syring *de pac. Relig. conclus. 21. lit. b.* Petr. Frider. Mindan. *de process. lib. 1. cap. 28. n. 2.* Cranius *de pac. Relig. part. 1. problem. 13. per tot.* Joh. Limnæ. *de jur. publ. tom. 1. lib. 1. c. 13. n. 32. seq.* Bidenbach. *nobil. quæst. 6. n. 3.* Rumelin. *ad Aur. Bull. part. 3. diss. 2. corol. 3. & ibi* Dn. Nicol. Myler. *in addit.* Lehman. *in act. publ. de pac. Relig. lib 3 cap. 1. seq. & cap. 37.* Bened. Carpzov. *defin. Eccles lib. 2. tit. 17. defin. 266. per tot.* & *de leg. Reg. German. cap. 6. sect. 4. n. 23. seq.* Passivè tamen hactenus recepti sunt, id est, ne inquietarentur, sed tolerarentur, non verò activè, hoc est, ut subditis confessionem suam obtrudere possint, Gylman. *Symphor. tom. 1. part. 1. tit. 3. fol. 188. in fin. seq.* Besold. *de educ. & Relig. cap. 10. n. 12.* Carpzov. *d. sect. 4. n. 29. seq.* Rumelin. *d. dissert. 2. corol. 2. & ibi* D. Myler. *in addit.* Ac Statum quoque Imperii Augustanæ confessionis intentionem nunquam fuisse, Calvinianos ex pace Religionis excludere, videre licet ex ipsorum resolutione in causa Comitis Palatini *19. Maji an. 1566.* in Comitiis Augustanis ad instantiam Imperatoris data, *ibi:* So were doch ihr Gemüht und Meinung gar nicht / den Churfürsten / Pfaltzgraffen / oder andere / so in etlichen Articuln mit ihnen strittig / in Teutschen und frembden Nationen / in einige Gefahr / viel weniger ausser dem Religion-Frieden zu stellen, apud Goldast. *tom. 2. const. imp. German fol. 294.* Carpzov. *d. sect. 4. n. 30 seq.* Et hodie quoq; Calviniani, qui Reformati dicuntur, pacis Religionis, constitutionum & transactionum ad eandem pertinentium compotes facti sunt per pacificationem Osnabrugensem *anno 1648.* inter Imperium & Regnum Sueciæ initam, ubi *art. 7.* ita sancitum: Unanimi quoque Cæsareæ Majestatis, omniumque ordinum 168
Imperii consensu placuit, ut quicquid juris aut beneficii, cùm omnes aliæ constitutiones Imperii, tum pax Religionis & publica hæc transactio, in eaq; decisio Gravaminum cæteris Catholicis, & Augustanæ confessionis addictis Statibus & subditis tribuunt, id etiam iis, qui inter illos Reformati vocantur, competere debeat. Salvis tamen semper Statuum, qui Protestantes nuncupantur, inter se, & cum subditis suis conventis pactis, privilegiis, reversalibus & dispositionibus aliis, quibus de Religione, ejusque exercitio, & inde dependentibus, cujusq; loci Statibus & subditis hucusque provisum est, salva itidem cujusq; conscientiæ libertate. Quoniam verò controversiæ Religionis, quæ inter modò dictos Protestantes vertuntur, hactenus non fuerunt compositæ, sed ulteriori compositioni reservatæ sunt, adeoq; illi duas partes constituunt, ideò de jure reformandi inter utramq; ita conventū est, ut si aliquis Princeps, vel alius territorii domin⁹, vel alicujus Ecclesiæ patronus posthac ad alterius partis sacra transierit, aut Principatū, aut ditionem, ubi alterius partis sacra exercitio publico, de præsenti vigēt seu jure successionis seu vigore præsentis tractat⁹ pacis, aliove quocūq; titulo nactus fuerit, aut recuperarit, ipsi quidē Cōcionatores Aulicos suæ cōfessionis, citra subditorū onus, aut præjudiciū, secum atq; in residentia sua habere liceat, ac fas ei nō sit, vel publicū Relig. exercitium, leges aut cōstitutiones Ecclesiasticas,

hacte-

hactenus ibi receptas immutare, vel templa, scholas, hospitalia, aut eo pertinentes reditus, pensiones, stipendia prioribus adimere, suorumq; sacrorum hominibus applicare, vel juris territorialis, Episcopalis, patronatus, aliòve quocunq; prætextu subditis ministros alterius confessionis obtrudere, ullùmve aliud impedimentum aut præjudicium, directè vel indirectè alterius sacris afferre: Et ut hæc conventio eo firmius observetur, liceat hoc mutationis casu ipsis communitatibus præsentare, vel quæ præsentandi jus non habent, nominare, idoneos scholarum & Ecclesiarum ministros à publico loci consistorio & ministerio, si ejusdem, cum præsentantibus, vel nominantibus communitatibus sunt Religionis, vel hoc deficiente, eo loco, quem ipsæ communitates elegerint, examinandos & ordinandos, atque à Principe, vel domino postea sine recusatione confirmandos. Si verò aliqua communitas eveniente mutationis casu Domini sui Religionem amplexa petierit suo sumptu exercitium, cui Princeps vel dominus addictus est, liberum esto, sine reliquorum præjudicio, ei illud indulgere à successoribus non auferendū. At consistoriales, sacrorum Visitatores, Professores scholarum & Academiarum, Theologiæ & Philosophiæ, non nisi eidem Religioni addicti sint, quæ hoc tempore quolibet in loco publicè recepta est. Sicut autem supra dicta omnia de mutationibus futuris intelligenda sunt, ita juribus Principum Anhaltinorum & similium, quæ ipsis competunt, nullum adferat præjudicium. Sed præter Religiones supra nominatas nulla alia in sacro Imperio Romano recipiatur, vel toleretur.

169 Competit hoc jus Religionis Civitatibus Imperialibus jure territoriali, & quod immediatè Imperio subjectæ, ac quod Status sunt Imperii, ut probavimus *supra n. 52. seq.* Merum autem Imperium & criminalem jurisdictionem quod attinet, die Hohe/ Fraißliche oder Malefitzische Obrigkeit/ nihil commune habet cum Religione, & qui eandem habet, non tamen statim ejusdem intuitu Religionem mutare, vel alteri ejusdem mutationem prohibere potest, Besold. *thes. pract. verb.* Blutbann. *vers. hinc non is. & verb.* Freye Reichs-Ritterschafft. *quæst. 2. 3. & 4.* Nolden. *de Stat. nobil. cap. 17. n. 80.* Just. Springer. *d. pac. Relig. c. 10. vers. ex quibus. fol. 118.* Gylman *symphor. tom. 1. part. 1. tit. 3. vot. 7. n. 15. 17. 21.* Rosacorb. *pract. for. cap. 30. n. 23. seq.* Petr. Leopold. *de concur. jurisd. apud* Arumæ. *discurs. 24. quæst. 3. seq. & quæst. ult.* Unde Colonia Agrippina jus Religionis decernendæ habet, etiamsi jus gladii ad Archiepiscopum spectet, Nolden. *d. cap. 17. n. 76. sive 106.* Idemque obtinet in pago Loßaw/ ubi Dux Würtembergicus exercitium Religionis, Episcopus verò Spirensis merum Imperium habet, Gylman. *symphor. tom. 1. part. 1. tit. 3. vot. 2. n. 15.* Bidenbach. *nobil. quæst. 3. n. 3.* Springer. *de pac. Relig. cap. 10. fol. 119.* Unde quoque ei, qui inferiorem saltem habet jurisdictionem, die Vogteyliche Obrigkeit/ oder die Nidergerichtbarkeit/ & fuit in possessione exercitii Religionis, & postea turbatus à Principe vel Episcopo sub prætextu me-

170

ri Imperii, in Camera Imperiali processus fuisse decretos, præjudiciis in causa Truckfässen von Weßhausen/ contra den Bischoffen zu Würtzburg. *4. Augusti anno 1574.* Stein/ Altenstein/ contra Würtzburg/ *anno 1588.* Münster contra Würtzburg eodem anno, confirmat Wehner. *pract. observ. verb.* Vogtey. *vers. quæritur. fol. 659.* post Author. *decis. Cameral. apud* Gylman. *Symphor. tom. 3. verb. processus. in fin. fol. 281. & verb.* Religion-Fried. *vers. super Religione. fol. 298.* Quod etiam nominatim decisum est nuper *an. 1648.* in pacificatione Osnabrugensi inter Imperium Romano Germanicum & Regnum Sueciæ, *§. 5. vers. A sola qualitate. 14. in fin. ibi:* Sola criminalis jurisdictio, Centgericht/ solumque jus gladii & retentionis, patronatus, Filialitatis, neque conjunctim, neque divisim, jus reformandi tribuunt. Quæ itaque hoc colore reformationes hucusque irrepserunt, pactis ve intrusa sunt, cassantor, gravati restituuntor, & imposterum ab ejusmodi penitus abstinetor.

Neque etiam intuitu Regalium quorundam & jurisdictionalium particularium, quæ Status aliquis in alterius civitatis vel ordinis territorio habet, veluti jus conducendi, venandi, Foresti, vel similia, Religionis reformatio suscipi, vel prohiberi poterit, Besold. *thes. pract. verb.* Freye Reichs-Ritterschafft *& cons. 298. n. 19.* Thom. Michael. *de jurisd. concl. 46.* Ubi observandum est, quod sicuti non rarò fieri solet, ut jurisdictio, aliudve jus jurisdictionale etiam sine territorio esse possit; ita etiam conventio, consuetudo, vel præscriptio, quæ in hujusmodi rebus cynosuram præstent, in casibus quibusdam Statibus Imperii, in aliorum quoque ordinum districtu, exercitium Religionis tribuere possint, ubi nullam habent superioritatem, ut exemplo Electoris Palatini constat, qui in civitate Spirensi in ædicula zu Sanct Gilgen exercitium suæ Religionis habuit, ab ea, quam Senatus ibi profitetur, diversam licet ibidem superioritatem, vel jus aliquod territoriale, vel regale nunquam habuerint, Gylm. *symph. tom. 1. part. 1. tit. 3. vot. 2. n. 15. fol. 217.* Quæ tamen utpote singularia, strictè sunt accipienda, nec in consequentiam, nec exemplis, nam si ulla in re, maximè in negociis ad Religionis constitutionem pertinentibus, multa de facto obtinuerunt, & pacis, vicinitatisque tranquillioris amore tolerantur haud rarò, quæ juri constituto, non ita sunt conformia, Besold. *d. verb.* Freye Reichs-Ritterschafft. *vers. attamen non exemplis. & consil. 298. n. 6.* 171

172

Idem de jure patronatus statuitur, ita ut si Status aliquis in civitate Imperiali, vel alterius Status territorio jus patronat⁹, sive nominandi & præsentandi Eccesiæ ministrū, obtineat, Religionē in eo loco mutare non possit, sed patron⁹ teneatur nominare & præsentare talē ministrū, qui loci istius, ubi verbi divini ministerio præficiendus, Religionem amplectitur, prout docent Just. Springer. *de pac. Relig. cap. 11. circa princ.* Petr. Syring. *de pac. Relig. concl. 44 lit. c.* Bes. *thes. pract. verb.* Freye Reichs-Ritterschafft. *quæst. 1. fol. 280. seq. & consil. 298. n. 25. seq.* Ernest. Gothofred. *de jur. consistor. conclus. 69.* Gylman. *Symphor. tom. 1. part. 1. tit.* 173

1.tit.3.vot.12.per tot.fol.258.& ibid. consultat.1.n.36.fol.263. Rosacorb. *pract.forens.cap.29.sub fin.*
174 Cranius *de pac. Relig.part.1. problem.9.* Johan. Wurmser, *de jur. publ. exerc.5.quaest.17.* Cùm jus patronatus,qua tale,cum superioritate territoriali nihil habeat commune, nullamq; jurisdictionem tribuat,nec in Clerum ejusq; domesticos, neque etiam parochianos,ut qui jurisdictioni Episcopi lege dioecesana subjecti sunt, Joach. Steph. *lib.2.instit.jur. Canon.cap.11.n.44.* Matth. Stephan. *de jurisd. lib.3.part.1.cap.17. numer.36.* Reinking. *de regim. Eccles. lib.3. class.1.cap.9.numer.25.* ubi ait, quod jus patronatus nec jurisdictionem tribuat, nec impediat, nec sit de regalibus, nec de superioritatis genere, sed de genere eorum, quae cuilibet etiam rustico compete possunt, ex dotatione,fundatione,vel aedificatione Ecclesiae, secundum Hostiens. *in summ. de jur. patron. num.5.seq* sed facultatem tantùm continet, parochum idoneum,& sacro munere dignum Ecclesiae ministrum Coetui Ecclesiastico intra praefinitum tempus praesentandi, Springer. *d.c.11. vers.tertiũ autem est.* Syring. *d.concl.44.lit.e.* Cran.
175 *d.problem.9.vers.11.deinde notum est.* Atque hoc etiam ipsa consuetudo & observantia comprobat, ubi videmus multis in locis Augustanae confessionis,Catholicae Religionis asseclas jus patronatus habere, & ministros ejus Religionis praesentare, quae ibi viget, & vice versa Principes & Status nonnullos Augustanae confessioni addictos, in territoriis Catholicorum presbyteros Catholicos praesentare & alere, Besold. *d.quaest.1.vers.consuetudo item.& d.cons.298.n.32.* Ita enim praepositus Elwacensis in Civitate Imperiali Aalen jus patronatus habet, & nihilominus Augustanae confessionis ministrũ hactenus praesentavit. Et licet Episcopus Constantiensis in locis nonnullis Ducatus Würtembergici, veluti Canstat/Felbach/Uhlbach/ꝛc. jus patronatus obtineat, cùm tamen Dux Würtembergicus ibidem superioritatem territorialem habeat, Augustanae confessionis ministros praesentare & alere,tenetur. Idem obtinet in Civitate Imperiali Eßlingen/quae licet in pago Underboingen/ jus habeat patronatus, cùm tamen Nobilibus à Wernaw/ superioritas territorialis ibidem competat, ipsique Catholicae Religioni addicti, ministrum Catholicum praesentare & alere tenetur; & si quae sunt alia exempla infinita. Et hoc quoque in pacificatione Osnabrugensi, §.5. *vers.14. sola qualitate in fine* ita decisum est, cujus verba relata sunt supra *n.170.*

176 Eadem quoq; quoad jus protectionis, sive Advocatiae obtinent,ita ut nec hoc ad effectum mutandi Religionem quicquam tribuat, & civitas vel alius Status immediatus à Protectore & Advocato suo, von seinem Schutz- und Schirmherren/ in exercitio Religionis vel conservando, vel de novo introducendo, nullo modo turbari possit, sicuti pluribus probant, Rosacorb. *pract.forens.c.29.sub fin.* Gylman. *Symphor.tom.1.part.1. tit.3.vot.12. consult.1. numer.35. fol.263.* Besold. *thes. pract. verb.* Schutz- und Schirmsverwandte. *& in respons.singul.hac de re ibidem submissio.& consil.300.per tot.* Martin Mager. *de advocat. capit.10. numer.434* Parthen. litig. *libr.1. cap.6. numer.20.* Remig. Fesch. *de foederib. conclus.23.lit.e.* Syntz. *de jur. protect. conclus.22.* Cùm jus protectionis & Advocatiae non tribuat jurisdictionem, ut *infra cap.24.n.64.* dicetur, & in protectorem non transferat aliud jus, quã defendendi, *c.ex parte.c. accepimus. & ibi* Alber. *de privileg.* Zas. *cons.7.numer.6.& 14.vol.2.* Ziegler. *§.Landsassii.conclus.1.num.82.* Vultej. *3. Marpurg.cons.19.numer.146.*

Quod si quoque Ecclesiae Matrix sive Cathedralis, die Mutter oder Hauptkirche/ da der Pfarrherr wohnet/ ad Statum Catholicum, Filialis verò, da kein Pfarrherr wohnet/ oder welche eingepfarret ist/ de quo Besold. *thes.pract. verb.* Mutterkirch/ ad Statum Augustanae confessioni addictum, superioritatem territorialem ibidem habentem, pertineat, & vice versa, & utraque diversam Religionem amplectatur, hoc casu non ipsam Ecclesiam Cathedralem, sive Matricem, sed potius jus & jurisdictionem territorialem esse respiciendam, & juxta eam reformationem Ecclesiae Filialis regulandam esse, & ita consequenter, si Matrix & Filialis in diversis pagis diversorum dominorum, diversae Religionis sitae, ubi quilibet separatam suam habet jurisdictionem territorialem, quemlibet subditos suos, ne sacra aliena frequentent, prohibere posse, statuit Besold. *thes.pract. verb.* Freye Reichs-Ritterschafft. *quaest.1.fol.286.seq.& consil.298.* Quia usus parochiae, ein gemeiner Kirchgang/ vel contributio ad refectionem Ecclesiae, vel simile aliquod jus, hoc casu considerari nequit, nec jurisdictio ordinarii dioecesani aliquid hic operatur, sed territorii jus & jurisdictio omninò consideranda venit, & secundum eandem Religionis introductio commensuranda est, per tradita *supra n.52.& seq.* cùm jurisdictio Ecclesiastica, ut jam dicetur, per constitutionem religiosam suspensa, nec in alieno territorio, etiamsi in dioeces. illud situm sit, exerceri, nec Status jus aliquod Ecclesiasticum, quod aliàs ad Cathedralem Ecclesiam spectat, extra territorium praetendere possit, Besold *d.fol.286.in fin. seq.& consil.298.n.55.* Ex quo etiam usu parochiae communis territorii jus non probari, dictum est, *supra lib.1.c.12.n.169.* Et ita jus Fidelitatis jus reformandi Religionem non tribuere ex pacificatione Osnabrugensi, relatum est *supra n.170.* 177

Vigore constitutionis religiosae Civitates Imperiales, aliiq; ordines immediatè Imperio subjecti, & Augustanae confessioni addicti, in civitatibus & territoriis suis habent jura Episcopalia, sive jurisdictionem Ecclesiasticam, uti communis Dd. est conclusio, Laur. Ohm. *de jur.Episcop.concl.20.* Besold. *de jurisd. cap.18. vers. & exinde ad Principes.* Andr. Knichen. *encyclop. cap.13.num.1.seq.* Matth. Stephan. *de jurisd. libr.2.part.1.cap.7. num.471.seq.& lib.3.cap.15.num.1.& 6.seq* Zanger. *de except. cap.1. part.2. num.424.seq.* Vietor. *de exempt. conclus.33.* Ziegler. *§. Landsassii.conclus.1.num.180.* Mingius *de super.territ. conclus.62.* Ernest. Gothofr. *de jur. consistor. conclus.10.* Idque vigore superioritatis territorialis, Knichen. *d. capit.13. numer.1.& de jur. territ.* 178

territ. cap. 3. num. 240. Ziegler. d. n. 180. Ming. d. concl. 62. Syring. de pac. Relig. conclus. 29. lit. b. Reinking. de regim. Eccles. lib. 3. class. 1. cap. 10. n. 2. Joh. Kitzel. synops. matrimon. cap. 10. theorem. 8. lit. d. Besold. d. cap. 18. Quamvis enim olim Ecclesiastica jurisdictio à jure territorii planè fuerit separata, eademque apud Episcopos tantùm resederit, hodie tamen vigore transactionis Passaviensis & constitutionis religiosæ, §. damit auch obberührte. 20. etiam ad Status Imperii Augustanæ confessionis per modum suspensionis, jurisdictio Ecclesiastica & jura Episcopalia translata sunt, ipsisque vigore superioritatis territorialis, Krafft habender Lands-fürstlicher / oder hohen Lands-Obrigkeit / competere cœperunt, ita ut jurisdictio Ecclesiastica cum jure territorii coaluerit, & Domini territoriales utriusque exercitia jure territorii sibi vindicent, Ziegler. §. Landsassii. concl. 1. num. 180. seq. Tileman. de Benign. in obs. supplic. cap. 2. Reichwin. in vot. Camer. cap. 2. num. 29. seq. Matth. Stephan. de jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 7. num. 471.

179 Et ita jurisdictio Ecclesiastica in Statibus & ordinibus Augustanæ confessioni addictis, planè est suspensa, R. A. zu Augspurg de anno 1555. §. damit obberührte. 20. ibi: damit auch obberührte beyderseits Religions-Verwandte / so vielmehr in beständigem Frieden / und guter Sicherheit / gegen / mit / und bey einander sitzen und bleiben mögen / so soll die Geistliche Jurisdiction, &c. wider der Augspurgischen Confession, Religion, Glauben / Bestellung der Ministerien / Kirchen-Gebräuchen / Ordnungen und Ceremonien / so sie auffgerichtet / oder auffrichten möchten / biß zu endlicher Vergleichung der Religion nicht exercirt / gebraucht oder geübt werden / sondern / rc. in Ruhe gestellt und suspendiret seyn und verbleiben. Rosacorb. pract. for. cap. 30. num. 11. Petr. Frider. Mindan. de process. libr. 2. cap. 29. num. 1. Paurmeister. de jurisdict. lib. 2. cap. 8. num. 105. Denais. jur. Camer. tit. Relig. constitutio. 216. §. 12. Syring. de pac. Relig. conclus. 29. lit. b. Bened. Carpzov. de leg. Reg. German. c. 3. sect. 9. n. 1. seq. Klock. v. 1. cons. 20. q. 8. n. 320. usque ad f. Et à tempore transactionis Passaviensis, Status & ordines Seculares Imperii Protestantes duplicem, Principis Secularis & Episcopi personam

180 sustinere cœperunt, Syring. d. lit. b. Kitzel. synops. matrim. d. cap. 10. theor. 8. lit. d. Ernest. Gothofrid. de jur. consistor. conclus. 28. ita, ut hodie apud nostrates verissimum sit, cujus est Ducatus, Principatus, territorium, seu territorii jus, ejus etiam sit jus Episcopale, seu jurisdictio Spiritualis, sive Ecclesiastica, Besold. de jurisdict. quæst. 18. vers. ut ita. Quod etiam confirmatum est in pacificatione Osnabrugensi de anno 1648. inter Imperium & Coronam

181 Sueciæ, §. 5. vers. 16. his verbis: Jus diœcesanum, & tota jurisdictio Ecclesiastica, cum omnibus suis speciebus contra Augustanæ confessionis Electores, Principes, Status, comprehensâ liberâ Imperii Nobilitate, eorumque subditos, tam inter Catholicos & Augustanæ confessionis addictos, quàm inter ipsos solos Augustanæ confessionis Status, usque ad compositionem Christianam dissidii Religionis, suspensa esto, & intra terminos territorii cujusque jus Diœcesanum & jurisdictio Ecclesiastica se contineat, &c. & paulò post: In quibus Civitatibus verò Imperii mixtæ Religionis exercitium in usu est, Catholicis Episcopis contra cives Augustanæ confessionis nulla sit jurisdictio, at Catholici juxta observantiam dicti anni 1624. suo jure experiantur.

Quod si verò in Civitate aliqua Imperiali 182 Augustana tantùm confessio in usu sit, & cives solummodò nonnulli Catholicæ Religionis ibidem commorentur, in hos Diœcesanus Catholicus jurisdictionem Ecclesiasticam exercere non poterit, cùm ut dictum est, jurisdictio illa Ecclesiastica quoad Status Imperii Evangelicos omninò sit suspensa, imò ita ablata, ut tota evanuerit, Caspar. Leipold. de concur. jurisdict. quæst. 3. Et jus Diœcesanum, sive jurisdictio Ecclesiastica vigore instrumenti pacis art. 5. §. jus Diœcesanum. 16. intra terminos territorii cujusque se continere debet, ita ut quemadmodum nullus Diœcesanus jurisdictionem in Civitatum Imperialium subditos habet; ita & ex natura correlativorum, nullus subditus, nullus civis, etiam Pontificiæ Religionis, hac pace constante, & in hisce terminis, ejus jurisdictionalia agnoscere potest, cum correlativa ad paria censeantur, auth. æqualitas. C. de pact. convent. & activum & passivum simul existant, & eodem tempore nata sint, Bald. in rubr. C. de reb. credit. Et præterea contraria assertione via sterneretur jurisdictionem suspensam resolvendi, quod tamen Civitates Imperiales, etiam ubi dimidia pars Catholicæ Religioni addicta, vel alii Status Protestantes, non erunt concessuri, si nimirum Catholici, qui in reformatis civitatibus, & provinciis adhuc tolerantur, vicinum Episcopum, ante reformationem ordinarium, adhuc dum recognoscere, ejusque jurisdictioni subesse vellent, uti providè disserit Author der Donawertischen Information. part. 1. Wofern es nun wahr seyn solte. seq. Besold. dissert. de jur. Civit. Imper. in immutand. Relig. n. 8. in fin. Author. apol. Colmar. c. 1. membr. 2. fol. 64.

De Ecclesiasticæ jurisdictionis suspensione, & quæ inde dependeant Conradus Theodoricus Theologiæ celebris Doctor, & civitatis Ulmensis Superintendens, Senatui Lindaviensi in causa seditiosi cujusdam Ecclesiæ ministri, in hunc modum rescripsit: Der Christlichen Obrigkeit ist die gemeine Ober-Cur der Kirchen / und Bewahrung deß Gesetzes / von Gott anvertrauet / und Ampts halber obgelegen. Weil nun die gemeine Kirchen-Disciplin dero vornehmstes Stück eines ist / also hat die Obrigkeit zusehen / daß in der Kirchen alles recht und ordentlich hergehe / hingegen alle Unordnung und ärgerliche Händel / so dargegen von einem oder dem andern angezettelt werden / der Gebühr abgeschaffet werden; deßgleichen hat sie Fug und Macht / wann in eines Predigers Thun / in der Lehr und Disciplin, ärgerliche Irrung und Mängel fürgehen / ihne deßwegen zu befragen / zu Red zustellen und anzuhören / oder dessen Verantwortung von ihme schrifftlich zuerfordern / und sonderlich ist auch / Vermög deß Passauischen Vertrags Anno 1552. und Religion-Friedens Anno 1555. deß Pabsts / der Bischöff und anderer Geistlichen Jurisdi-

risdiction sive jura Episcopalia in der Evangelischen Stände Landen suspendiret und eingestellet/ hergegen ihnen den Ständen jure territoriali, und Krafft der hohen Lands-Obrigkeit zugefallen und zuständig. In Ansehung dessen/haben die Evangelische Ständt ihre Presbyteria, Synedria, Consistoria, Seniores, Aeltisten/ Kirchenpfleger/ Kirchenauffseher/und Kirchen-Räht bey ihren Landen und Leuthen angerichtet/ davor nicht allein allerhand Kirchen-Sachen insgemein/ sondern auch die Excommunications-Sachen in specie abgehandelt worden. Dergleichen Consistoria seynd viere im Churfürstenthum Sachsen/ als zu Wittemberg/ Leipzig/ Meissen und Zwickau/ zu Dreßden aber ist das Ober-Consistorium, an welches man von den andern appelliren kan. Dergleichen haben auch andere Länder/ Stätt und Oerter/nach eines jeden Beschaffenheit auffgerichtet/ mögen auch deren noch wol mehr auffrichten/ weil ihnen/Vermög Religion-Friedens in Religion/ Glauben/Bestellung der Ministerien/ Kirchengebräuchen/ Ordnungen und Ceremonien/ so sie auffgericht oder auffrichten möchten/freye Hand gelassen ist/ hierinnen ihres Beliebens/ohne Hindernuß und Eintrag zuverfahren. Und weilen dabey mixtæ controversiæ, Geist- und Weltliche fürfallen/ mögen und sollen dieselbige mit Geistlichen und Weltlichen Stands-Personen besetzet/ und denselben Gewalt gegeben werden/daß sie gleich wie über andere fürfallende Strittigkeiten dero Kirchen-Sachen und Personen/ als auch über die excommunicandos, mit gesambtem Raht cognosciren und decidiren. Wiewol auch die Obrigkeit das offne Kirchen-Ampt nicht bedient/ mag sie dannoch die Prediger ihres Ampts erinneren/ und wo sie in Lehr und Leben enormiter irren/ sie der Gebühr coërciren und im Zaum halten/ gleicher massen wie sie die Artzneykunst vor sich selbst nicht exercirt/ wo aber ein Medicus derselben mißbraucht/ oder nach dem ihme vorgeschriebenem præscripto nicht curirt/ denselben billich coërciret und straffet. Diese Gewalt wird potestas circa Ecclesiastica, und potestas externa, die äusserliche Kirchen-Gewalt ab objecto genandt/ dieweil sie in Kirchen-Sachen und Personen extra templum exerciret wird/dahero wie die Priester Bischöff seynd in der Kirchen/ also ist die Obrigkeit Bischoff ausser der Kirchen. Ein anders ist potestas interna, welche den Predigern allein zugehöret/ und im Predigen/ Sacrament-reichen/ Binden und Lösen eigentlich bestehet/ und darum also genandt wird/ quia ab Ecclesiasticis ecclesiasticè in Ecclesia, in der Kirchen drinnen exerciret/ und dergleichen weder der Obrigkeit noch einigen weltlichen Personen gestattet wird. Die Canonisten aber nennens potestatem ordinis.

183 Suspensæ jurisdictionis Episcopalis, sive Ecclesiasticæ effectus in his potissimum consistit, quod ordines Protestantes seculares cognitionem & jurisdictionem habeant tam in causis spiritualibus, Syring. *de pac. Relig. concl. 29. lit. d.* Springer. *de pac. Relig. c. 6. vers. 11. cognitio de causis. fol. 75.* Ziegler. §. *Landsassii. concl. 1. num. 184.* Cran. *de pac. Relig. part. 3. problem. 6. per tot.* quàm in personas Ecclesiasticas, Syring. *d. concl. 29. lit. e.* Ziegler. *d. conclus. 1. num. 183.* Bened. Carpzov. *Ecclesiast. defin. lib. 3. tit. 1. defin. 3. num. 5. seq.*

Hanc Ecclesiasticam jurisdictionem Ci- 184
vitates Imperiales & alii Status & Ordines Protestantes, non ipsi, sed per consistoria Ecclesiastica exercent, Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 3. c. 15. num. 5. seq.* Ming. *de super. territ. conclus. 62.* Ziegler. §. *Landsassii. concl. 1. num. 188.* Carpzov. *defin. Ecclesiast. lib. 1. tit. 11. num. 3. seq.* Cujusmodi consistoria personis partim Ecclesiasticis, sive Theologis, partim secularibus, ad evitandum nullitatis vitium, constare solent, qui consistoriales dicuntur, Cypræ. *de sponsal. cap. 14. §. ult. num. 9.* Petr. Frider. Mindan. *de processib. lib. 1. c. 10. num. 4.* Carpzov. *d. defin. 11. num. 9. seq.* Reinking. *de regim. sec. & Eccles. lib. 3. class. 1. c. 10. num. 7.* Besold. *pract. verb.* Bischoff. Quamvis etiam Laici ex delegatione Episcopi personam repræsentent, & soli de causis Ecclesiasticis judicare possint, Ziegler. *d. §. Landsassii. conclus. 1. num. 189.* Bertram. *de pac. Relig. conclus. 69.* non enim consistorii authoritas ex qualitate personarum, sed potestate constituentis metienda est, Ernest. Gothofrid. *de jur. consistor. conclus. 58.*

Ex quo etiam in exercitio Jurisdictionis 185
Ecclesiasticæ secerni solent jura Episcopalia, ita ut quædam sint ordinis, quædam legis diœcesanæ, quædam verò jurisdictionis, arg. *c. conquerente. c. dilectus. & ibi* gloss. *X. de offic. ordin.* Jus ordinis est potestas, quàm Episcopus exercet in prædicatione verbi divini, administratione Sacramentorum, potestate clavium, sive ligandi & absolvendi jure, consecratione & ordinatione personarum ad ministeria Ecclesiastica idonearum, collatione sacrorum, & in iis, quæ ipsum ministerium Ecclesiasticum respiciunt, arg. *Matthæ. ult. vers. 19. Marci ult. vers. 16. Iohan. 20. vers. 22. c. inter cætera. & ibi* gloss. *in verb. prædicationis. X. de offic. ordin.* Leipold. *ad constit. pac. Relig. concl. 3. in fin.* Laur. Ohm. *de jur. Episc. concl. 16.* Benedict. Carpzov.
jurispr. consistor. lib. 1. tit. 1. defin. 4. n. 3. seq. Lex 186
Diœcesana est potestas competens Episcopo in sua Diœcesi ratione subjectionis & reverentiæ, administrationis & dispositionis bonorum Ecclesiasticorum, inspectionis, provisionis, synodalis convocationis, sumptuum in eam collectionis, cancellariatus Academici, decimarum perceptionis, &c. *d. conquerente. X. de offic. ordin. c. si quidam. c. decretum. caus. 10. quæst. 1. c. præsulem. caus. 16. quæst. 3. c. monasteria. c. visitandi. caus. 18. quæst. 2. c. mandamus. X. de offic. Archidiac.* Laur. Ohm. *d. l. conclus. 17.* Carpzov.
d. defin. 4. num. 5. Lex jurisdictionalis est Epi 187
scopalis audientia, seu potestas competens Episcopo tanquam ordinario judici, universaliter exercendæ jurisdictionis in sua diœcesi, & qualibet ejus parte, non solum inter clericos ratione omnium causarum, tam civilium, quàm criminalium, sed & laicos, quoad causas potissimum spirituales, *c. omnes basilicæ. caus. 16. quæst. 7. c. cùm contingat. X. de for. compet. l. cum clericis. 25. Cod. de Episc. & Cler. auth. statuimus. Cod. eod. c. decernimus. X. de judic.* Laur. Ohm. *d. l. conclus. 18.* Carpz. *d. defin. 4. n. 8. seq.* in his autem observari solet, ut ea, quæ sunt ordinis, per superin-

perintendentes, aliosque Theologos, ea verò, quæ sunt legis Diœcesanæ & jurisdictionis per consistoriales & officiales expediantur, Laur. Ohm. *d. l. concl. 16. in fin.* Matth. Stephan. *de jurisdict. l. 3. part. 1. c. 1. n. 16. seq.* Ziegler. §. *Landsassiis. concl. 1. n. 188.* Reinking. *de regim. Eccles. lib. 3. class. 1. c. 10. n. 4. seq.*

188 Hinc ad Civitates Imperiales & alios Status Augustanæ confessioni addictos pertinet causarum matrimonialium cognitio & dijudicatio, Petr. Syring. *de pac. Relig. concl. 29. lit. d.* Reinking. *de regim. sec. & Eccles. lib. 3. class. 1. cap. 10. num. 20. latè* Benedict. Carpzov. *jurisprud. consistor. libr. 1. tit. 1. defin. 1. per tot. & libr. 3. defin. 27.* uti & de partu legitimo cognitio, de qua Carpz. *d. lib. 2. tit. 13. defin. 223. seq.* Unde etiam cognitio matrimonialium aliarumque spiritualium causarum Clericis Romano-Catholicis denegata fuit in causa Senatus Tremoniensis contra officialem Coloniensem, *16. Sept. anno 1589.* & in causa Ducis Würtembergici contra Archiepiscopum Vesontinum *anno 1560.* nec non in causa Memmingen / contra das Chorgericht zu Augspurg / *7. Maji anno 1589.* Gylman. *symphor. tom. 1. part. 1. tit. 3. in princ. & n. 9. seq. fol. 187.* Bruning. *de var. univers. spec. concl. 20. lit. b.* Ernest. Gothofr. *de jur. consistor. concl. 39.* Syring. *de pac. Relig. concl. 29. lit. d.* Cran. *de pac. Relig. part. 3. problem. 7. per tot.* ubi pluribus demonstrant, suspensionem jurisdictionis Ecclesiasticæ, quoad protestantes, non solum quoad Religionis exercitium, ejusdemque veritatem, sed etiam alias causas, quæ animæ salutem & conscientiæ partes concernunt, & jure Canonico sunt decisæ, veluti matrimoniales, usuras, &c. respicere, earundemque decisionem ad judicem secularem Augustanæ confessionis pertinere.

189 Et quamvis Catholici contendant, absolutionem à juramento ad effectum agendi, non ad magistratum politicum, sed ad summum tantum Pontificem, vel loci Episcopum, & magistratum Ecclesiasticum spectare, *c. venerabilem. in fin. X. de elect. c. novit. X. de judic. c. cum contingat. X. de jurejur. c. in fin. de for. compet. in 6.* Canonist. *in c. tuam. de ord. cognit.* Panormit. *in c. 1. & ibi* Felin. *n. 21. X. de jurejur* Farin. *prax. crim. lib. 1. tit. 1. quæst. 8. n. 143.* Covarr. *part. 1. relect. c. quamvis. de pact. in 6. §. 3. num. 27.* Thom. Ferrat. *tract. cautel. 16. num. 1.* adeò, ut nec Imperator à juramento absolvendi potestatem habeat, juxta Bart. *in l. omnes populi. 9. quæst. 3. ff. de justit. & jur.* Contraria tamen sententia, quod absolutio hujusmodi, à magistratu quoque politico, sive seculari ritè fieri possit, verior & in praxi recepta est, eandemque amplectuntur & rationibus confirmant, Gail. *1. observ. 25. & ibid.* Græven. *concl. 25.* Mynsing. *cent. 3. observat. 99.* Rut. Ruland. *decis. Camer. 20.* Otto Meland. *in process. Noah. Meur. n. 69. fol. 178.* Guid. Pap. *decis. 194. & 178. n. 3.* Syring. *de pac. Relig. concl. 29 lit. d.* Vasqui. *de success. creat. l. 2. §. 18. n. 105.* Berlich. *pract. conclus. part. 2. concl. 44. n. 10.* Reinking. *de regim. sec. & Eccles. libr. 3. class. 1. cap. 10. n. 43.* Ita ut non tantùm Imperatori, & Cameræ Imperiali hæc potestas competat, Ord. Cam. *part. 2. tit. 24.* Forster. *in process. Camer. tit. 12.* Magenhorst. *ad Ord. Camer. part. 2. tit. 24.* Ruland. *decis. 20.* Zanger. *de except. part. 2. c. 1. n. 426.* Author decis. Camer. *apud* Gylm. *symphor. tom. 3. verb. relaxatio juramenti. fol. 296.* Reinking. *d. cap. 10. n. 45.* sed etiam aliis Imperii Statibus & Ordinibus inferioribus, idque jure superioritatis territorialis, per *l. fin. ff. ad municipal. l. fin. ff. qui satisdar. cog. l. adigere. §. fin. ff. de jur. patron. l. 1. C. qui milit. poss.* Guid Pap. *decis. 178. n. 3. & decis. 194.* Gail. *d. obs. 25. n. 3.* Græven. *d. l.* Berlich. *d. num. 10.* Dauth. *de testam. num. 93.* Syring. *de pac. Relig. concl. 29. lit. a.* Ernest. Gothofr. *de jur. consistor. concl. 81.* Bocer. *de regal. cap. 2. num. 135.* Dn. Nicol. Myler. *dissert. de Statib. Imper. concl. 50. n. 1. seq.* 190

II. Ad effectum suspensæ jurisdictionis pertinet, quod cognitio de Augustana confessione, verane sit, an erronea, usque ad amicabilem compositionem planè suspensa, ita ut neque in Camera tractari, neque ad Austregas, vel singulares Imperii recessus, neque ad forum Ecclesiasticum remitti possit, R. A. zu Augspurg. *de anno 1555.* §. damit auch obberührte. *20.* Petr. Frider. Mindan. *lib. 1. proc. c. 29. num. 1* Syring. *de conclus. 29. lit. c.* Springer. *de pac. Relig. c. 6. §. Quarto eodem fol. 75.* Nec magistratui Catholico licet in subditos Augustanæ confessionis, tanquam in hæreticæ pravitatis reos inquirere, multò minus animadvertere, Mindan. *d. cap. 29. n. 8.* 192 193

III. Ecclesiasticæ hujus jurisdictionis vigore Civitates Imperiales, & alii Status protestantes in territoriis & districtibus suis, Ecclesiasticas ordinationes promulgant, R. A. zu Augspurg *de anno 1555.* §. Und damit solcher Fried. *15. ibi:* Ordnungen und Ceremonien / so sie auffgericht / und nochmahls auffrichten möchten. & §. damit auch obberührte. *20. ibi:* Bestellung der Ministerien / Kirchen-Gebräuchen / Ordnungen und Ceremonien / so sie auffgericht / oder auffrichten möchten. Quod etiam antiquissimis temporibus ab Imperatoribus factum esse constat ex dictis *supra n. 11.* 194

Sed anne magistratui politico licitum erit sanctum ordinem immutare, & ceremonias in Ecclesia Dei abrogare? Et observandum est, quod ceremoniæ quædam sint Divinæ, quædam humanæ. Divinæ sunt, quæ à Christo & Apostolis originem habent, veluti quod baptismus aqua fieri, in Sacramento cœnæ panis manducari, vinum bibi debeat, & similes, & hæ sine sacrilegio violari vel abrogari non debent, sed si vel negligentia ministrorum vel temporis injuria, humanis traditionibus fuerint corruptæ, sedulo restitui debent, ne mysteriorum simplicitas humanis figmentis, quæ Deus prorsus abominatur, involuta pereat, Esai. *29. vers. 13.* Matth. *15. vers. 3. 8. & 9.* Humanæ sunt, quæ ab hominibus piis & religiosis sunt additæ, veluti cum pro concione alba usurpatur vestis, vel omittitur; in administratione baptismi vel aspersio vel immersio fit; in usu cœnæ dominicæ panis vel frangitur, vel non frangitur; hostiæ adhibentur, vel panis in alia forma; cantiones in lingua Germanica, vel latina; in figurali, vel chorali 195

fiunt,

fiunt, & si quæ sunt similia, Benedict. Carpz. *jurisprud. consistor. lib. 2. tit. 15. defin. 245. num. 2. seq.* quæ licet sint adiaphoræ & ad salutem non adeò necessariæ, sine scandalo tamen non facilè abrogari possunt, nisi ex justa causa, & summa necessitate urgente, vel in superstitionem sint conversæ, ita enim Ezechias serpentem æneum, in Christi typum, Dei mandato erectum, propter subortam suspicionem contudit. Et tales quoque sunt superstitiosi ritus Papales, quorum in Evangelicis etiam Ecclesiis adhuc supersunt fragmenta, pro quibus nostri Theologi vehementius sæpè quàm pro ipsa veritate pugnant, Norderman. *de jur. princip. conclus. 34. lit. a.*

196 Quamvis autem unitas Ecclesiæ non consistat in unitate & conformitate ceremoniarum & rituum, sed fidei & spiritus, Ephes. 4. *vers. 3.* nec damnatæ unquam sint Ecclesiæ ob diversitatem rituum ac ceremoniarum, sed liberæ semper fuerint harum observationes, quædam abrogatæ, quædam omissæ, quod enim neque contra fidem, neque contra bonos mores injungitur, indifferenter est habendum, tanquam adiaphorum, ut multis tradit Frider. Balduin. *de casib. conscient. lib. 4. cap. 11. cas. 4.* & juxta illud: dissonantia jejunii, non dissolvit consonantiam fidei, de quo in formul. con-

197 cord. *artic. 7. & 10.* Bonum tamen nihilominus & honestum est in Ecclesia, quantum fieri potest, sub uno Principe & magistratu, uniformes servari ritus & ceremonias, juxta illud Apostoli: Omnia in Ecclesia fiant decorè & ordine, *1. Corinth. 14. vers. 40.* Carpzov. *d. defin. 245. num. 8. seq.*

198 Non facilè autem ritus & ceremoniæ in Ecclesia sunt mutandæ, nisi justa subsit causa, & Status Ecclesiastici necessitas id exposcat, ne forsitan ordo & decorum Ecclesiæ invertatur, vel præpostero adiaphororum usu proximus scandalizetur, *Roman. 14. vers. 85. 1. Corint. 8. v. 9.* Johan. Gerhard. *in loc. de minist. Eccles. §. 288.* confer. Carpzov. *jurisprud. consistor. libr. 2. tit. 15. defin. 246. per tot.* & hæc mutatio fieri debet cum consensu verbi Divini ministrorum & Ecclesiæ ordinum, eleganter Carpzov. *d. tit. 15. definit. 247. per tot.*

199 IV. Ad Civitates Imperiales, & alios Status protestantes spectat sacrorum, sive Festorum & feriarum ordinatio, quæ quoad externum ritum & festivitatem ad Principis & magistratus, tanquam nutritii Ecclesiæ, & provisoris sacrorum cultuum curam, more vetustissimo pertinet, *l. 4. C. de feriis.* Mingius *de super. territ. conclus. 61.* Ritter. *de homag. c. 7. conclus. 205.* Reinking. *de regim. Eccles. lib. 3. class. 1. cap. 2. num. 3.* Michaël Heinß. *dissert. de civit. Imper. conclus. 29. lit. d.* Et ad magistratus politici curam maximè pertinet providere, ut dies Sabbati sanctificetur, & ab operis manualibus abstineatur, de quo Benedict. Carpzov. *jurisprud. consistor. lib. 2. tit. 16. defin. 250. per tot.* & ut transgressores puniantur, Carpzov. *d. l. defin. 252.* ubi *definit. 251.* probat etiam ex causa necessitatis in Sabbatho operas & labores manuales, finito ta-

200 men cultu divino, permitti posse. Non autem profanari Sabbathum exercitio artis sagittariæ, palæstræ, pilæ & comœdiarum, modò non fiat cum divini cultus neglectu, tradit idem Carpzov. *d. l. defin. 253.*

V. Idem est, quoad Calendarii correctionem & novi introductionem, cùm enim ordinatio Reipublicæ & Ecclesiæ magna ex parte ab ordine temporum, mensium & dierum dependeat, ut quævis suo peragantur tempore, ideò hanc curam sibi Imperatores sumpserunt, & Julius Cæsar in restituenda & ordinanda Republica primam industriam in corrigendis festis locavit, & Calendarium correxit, teste Sueton. & Plutarch. *in Cæsar.* Menoch. *arbitr. jud. cas. lib. 2. cas. 50. n. 4.* Ex quo etiam Status Protestantes, propter jurisdictionem suspensam Ecclesiasticam, Calendarium illud novum Gregorianum recipere noluerunt, Reinking. *de regim. Eccles. lib. 3. class. 1. cap. 2. num. 17. seq.* Syring. *de pac. relig. conclus. 32.* Bruning. *de var. univers. spec. concl. 20. in fin.* Cran. *de pac. Relig. part. 1. problem. 6. per tot.* Springer. *de pac. Relig. cap. 6. vers. V. denique vigore. fol. 80.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 3. part. 1. c. 3. n. 42. seq.* Joh. Limnæ. *de jur. publ. tom. 1. lib. 1. c. 13. n. 53. seq.* Atque inde vetus quoque Calendarium in Camera Imperiali in decernendis & expediendis processibus observatur, Author *decis. Cameral. apud* Gylman. *Symphor. tom. 3. verb. Calendarium.* Syring. *d. concl. 3.* 201

VI. Jus patronatus etiam Civitates Imperiales in Ecclesiis suis obtinere, notorium esse, nec ulla probatione, sive allegatione indigere testatur Matth. Stephan. *de jurisd. lib. 2. part. 1. c. 7. membr. 2. n. 139.* nisi alius quis ibidem, vel Ecclesiæ ædificatione, vel dotatione, vel fundi adsignatione, legitimè adquisiverit, his enim modis jus patronatus etiam in alieno territorio adquiri posse constat, gloss. *in cap. piæ mentis. caus. 16. q. 7.* Hostiens. *in summ. de jur. patron.* Besold. *thes. pract. verb.* Kirchensatz. Reinking. *de regim. Eccles. libr. 3. class. 1. c. 9. n. 4. seq.* 202

VII. Pertinet quoque ad Civitates Imperiales, aliosque Status Protestantes, jure territorii, & vigore suspensæ jurisdictionis Ecclesiasticæ, Doctorum sive ministrorum Ecclesiæ vocatio, Knichen *de jur. territ. c. 3. n. 239.* Besold. *de jurisd. c. 18. vers. ut & ad Principes.* Joh. Hensler. *de cur. magistrat. concl. 30.* Mingius *de super. territ. concl. 63. in princ.* Bened. Carpz. *de leg. Reg. German. c. 2. sect. 3. n. 19. seq.* Non quidem in totum, sed certo suo modo, neque enim ad solum pertinet magistratum politicum, neque ad solum ministerium, sive Ecclesiæ ministros, neq; ad solum populum, sive plebem, sed ad totam Ecclesiam; neque enim monarchicè, nec democraticè gubernari debet Ecclesia, sed in ea, ejusque regimine omnia aristocraticè temperata esse debent, per tradita Dn. Conrad. Theodor. *institut. Catechet. tit. de vocat. ministror. fol. 454. seq.* Besold. *de jur. majest. sect. 2. c. 3. n. 2.* Reink. *de regim. Eccles. l. 3. class. 1. c. 6. n. 14. & per tot.* Benedict. Carpzov. *jurisprud. consistor. lib. 1. tit. 3. defin. 27. num. 1. seq.* Atque ita cum Ecclesia ex triplici Statu constet, 1. Ecclesiastico, sub quo pastores & verbi Dei ministri, 2. Poli- 203 204

2. Politico, sub quo magistratus secularis, & 3. Populari, sub quo tota plebs, sive quilibet de populo continetur, singulis suæ partes in electione & vocatione debentur, ita ut primæ quidem debeantur Statui Ecclesiastico, qui de vocandorum integritate, doctrinæ sinceritate, & docendi dexteritate, omnium optimè judicare potest, Reinking. *d. cap.6.n.15.* Carpzov. *d. definit. 27. n. 4. seq.* Secundæ partes magistratui politico debentur, utpote cui utriusque tabulæ custodia & executio severissimè demandata, & ut ministeria Ecclesiæ ritè & rectè constituantur & administrentur, gravissimè præceptum est, de quo vide Carpzov. *d. tit. 3. defin. 29. per tot.* Tertiæ partes populo relinquuntur, ita ut is quoque suo consensu vocatum & electum approbare, vel ex justa causa reprobare possit, de quo Carpzov. *d. l. defin. 30. seq.* & olim in populi potestate fuisse dignos eligere sacerdotes, probat Klock. *tom. 1. consil. 11. n. 4. seq.* Ut ita vocatio & electio ministrorum Ecclesiasticorum ad ministerium & ordinem Ecclesiasticum pertineat, quoad doctrinæ examinationem, probationem, consecrationem & ordinationem: ad magistratum politicum, quoad superioritatem, jurisdictionem, ordinati postulationem & confirmationem, ad populum verò quoad consensum & approbationem, per *c. vota. 27. dist. 63.* Reinking. *d. c. 6. n. 18.* Indeque in vocatione ministrorum Ecclesiæ Apostolicæ praxin esse & consistere, 1. in presbyterii judicio. 2. magistratus confirmatione. 3. populi suffragio, & nos hunc ordinem plerumque sequi, ut 1. persona à patrono, sive collatore certa denominetur, 2. ejus doctrina & qualitas à presbyterio exploretur, 3. Ecclesiæ sistatur, 4. eadem consentiente, eligatur, 5. à magistratu confirmetur, & 6. à ministerio ordinetur, docet Conrad. Theodor. *institut. Catechet. de vocat. ministror. fol. 456.* Benedict. Carpzov. *d. tit. 3. definit. 22. per tot.* Imprimis verò in Civitatibus Imperialibus circa vocationem & ordinationem ministrorum Ecclesiæ, mos & consuetudo antiqua observanda, nec in ea facilè quicquam innovandum erit.

205 Vocandi autem & ordinandi sunt ministri Ecclesiæ idonei & digni, *c. cum vos. 4. X. de offic. jud. ordin. c. literas. 14. c. nimis. 18. X. de filiis presbyt. c. grave. 29 X. de præbend.* imprimis verò eruditi in literis, linguis & Sacræ Scripturæ cognitione, *Novel. 123. cap. 1. & 12. c. si fortè. 36. Dist. 63. cap. illiteratos. 1. cap. qui Ecclesiasticis. 2. Dist. 36. cap. cùm in cunctis. 7. X. de elect.* Besold. *de educat. c. 11. num. 1.* Benedict. Carpzov. *jurisprud. Eccles. lib. 1. tit. 5. definit. 59. num. 1. seq.* Virtutibus ornati, moribus graves, vita inculpabiles, & conversatione exemplare, *Novel. 6. c. 1. Novel. 23. c. 1. & 12. c. qui Episcopus. 2. Dist. 23. c. cùm in cunctis. 7. X. de elect. c. grave. 29. X. de præbend.* Carpzov. *d. tit. 5. defin. 61.* Quamvis enim ministerii Ecclesiastici dignitas non à dignitate personæ administrantis, sed instituentis Christi & verbi divini dependeat, & sic Sacramenta licet obsint indignè tractantibus, prosint tamen nihilominus per eos dignè sumentibus: & non quales Sacerdotes Domini sint, sed quid de Domino loquantur, attendendum sit, *c. non quales. 86. & aliquot seq. caus. 1. quæst. 1.* nec secundum ipsorum opera faciendum, *Matth. 23. vers. 3.* is tamen, qui benè docet, & malè vivit, quod una manu construit, altera destruit, Carpz. *d. definit. 61. n. 9.* Imprimis au- 206
tem cavere debere Civitates Imperiales ne in Ecclesiæ ministros recipiant superbos, elatos, rixosos, vindictæ cupidos, blandiloquos, & qui populum contra magistratum excitare solent, monet Just. Oldekop. in politisch. Unterricht für die Rahtsherren in Stätten. *part. 1. n. 23.* Quàm facilè enim superbi hujusmodi, ac animi impotentes ministri turbas & motus periculosos excitare queant, nostra ætate Heilbronna, Lindavia, Campidonum, & aliæ plures civitates, magno suo malo, expertæ sunt. Ex quo etiam sunt, (ut hæc obiter addam) qui suadent consultius ferè esse exoticos, quàm in ipsa patria natos & educatos ad ministerium vocare, cum illis plebem movere & concitare minus, quàm his proclivè sit.

Quæ de vocatione Ecclesiæ ministrorum 207
diximus, ea quoque de vocatione ludimoderatorum & scholæ præceptorum, Ecclesiæ custodum, Organicorum, æditorum, locum obtinent, ita, ut hi quoque à magistratu politico cum consensu Superintendentis vel pastoris recipi debeant, de quo Bened. Carpz. *jurispr. consistor. l. 1. tit. 6. definit. 73. & aliquot seq.*

VIII. Quia verò nemo facilè gregem pa- 208
scit, qui de lacte ejus non comedit, & qui altari inservit, de altari quoque vivere debet, & qui Evangelio ministrat, etiam de Evangelio vivit, *1. Cor. 9. vers. 7. seq.* ideò etiam ad magistratus politici tanquam Ecclesiæ nutritii curam pertinet, honesta ministrorum sustentatio, Reinking. *de regim. Eccl. lib. 3. class. 1. c. 8. n. . & per tot.* Ming. *de super. territ. concl. 63.* Bened. Carpzov. *d. l. tit. 7. defin. 96. & seq.* Quemadmodum enim o- 209
mnis ordo sine divitiis contemnitur, *l. pietatis. 6. ff. de suspect. tutor. Novel. 90. c. 1.* ita etiam Ecclesiastica dignitas ob paupertatem vilescit, *Clem. in plerisq. de elect. & elect. potest.* Barth. Muscul. *de anom. success. membr. 2 class. 1. concl. 4. n. 118.* Et in hunc finem olim in veteri testamento primitiæ & decimæ fuerunt constitutæ, Reink. *d. c. 8. n. 5.*
& adhuc hodie in locis nonnullis consueti 210
sunt nummi missales, Opfferpfenninge/ de quib[us] Carpz. *jurispr. consist. l. 1. tit. 7. defin. 105.* uti & nummi confessionarii, Beichtpfennige/ Carpz. *d. tit. 7. defin. 118.*

IX Pertinet quoque ad curam magistra- 211
tus politici scholarum trivialium & oppidanorum erectio & institutio, de quibus *infra lib. 5. cap. 19.*

X. Quemadmodum vocatio ministrorum 212
& Doctorum Ecclesiæ ad magistratum politicum, & Civitates Imper. August. Religioni addictas, pertinet, ita etiam eorundem depositio & remotio. Quamvis enim hoc non licere, & ad solum Deum pertinere videatur, juxta illud Prophetæ: Loquens locutus de ministerio tuo, ut ministrares in conspectu meo usque in sempiternum, nunc autem absit hoc à me, dicit Dominus *1. Sam 2. v. 30.* & quia tu scientiam repulisti, & oblitus es legis Dei tui, repellam & ego te, ne sacerdotio fungaris meo, *Oseæ 4. v 6.*

Unde etiam Evaristus Papa, audivimus inquit, quosdam à vobis infamatos, & dilaceratos Episcopos à civitatibus propriis expulsos, & alios ipsis viventibus constitutos, ideò hoc scribimus vobis, ut sciatis hoc fieri non licere, sed proprios revocari, & integerrimè restitui debere, in *c. audivimus. 4. caus. 3. q. 2.* Et idem Papa Evaristus ait: sicut vir non debet adulterare uxorem suam, ita nec Episcopus Ecclesiam suam, id est, ut illam dimittat, ad quam sacratus est, absque inevitabili necessitate, aut Apostolica aut regulari mutatione, & alteri se ambitus causa adjungat. Et sicut uxori non licet dimittere virum suum, ut alteri se, vivente eo, matrimonio societ, aut eum adulteret, licet fornicatus sit vir ejus, sed juxta Apostolum, aut viro suo reconciliari debet, aut manere innupta: Ita Ecclesiæ non licet dimittere Episcopum suum, aut ab eo se segregare, ut alterum, vivente eo accipiat; sed aut ipsum habeat, aut innupta maneat, id est, alterum Episcopum, suo vivente, non accipiat, ne fornicationis, aut adulterii crimen incurrat, *c. sicut vir 11. caus. 7. q. 1.*

213 Verum posse quoque Ecclesiæ ministros ex justa & gravi causa, & ob commissum crimen ab officio removeri communis nostratium Theologorum est opinio, & constat ex scriptis D. Lutheri, Theologorum Lipsiensium, Brentii, Mörlini, Heshusii, Chemnitii & aliorum, comprehensis in libello *Jenæ anno 1602.* editis sub titulo, von Beruff und Enturlaubung der Prediger / wie fern weltliche Obrigkeit Macht habe / dieselbe ihres Ampts zuentsetzen / nöthiger Christl. Bericht / etc. & ex rescripto Gregorii Pontificis ad Natalem Salonitanum Episcopum dicentis: eum, qui contra justitiæ regulam in Archidiaconatum alterius se provehi consensit, ab ejusdem Archidiaconatus honore deponimus, *c. eum qui. caus. 7. q. 1.* Nec non Eusebii; In scripturis vestris, inquientis, reperimus, quosdam Episcopos vestris in partibus à propriis ovibus accusatos, aliquos videlicet ex suspicione, & aliquos ex certa ratione: Et idcirco quosdam suis rebus esse exspoliatos, quosdam verò à propria sede depulsos, *c. in scripturis. caus. 2. q. 2.* Ut ita quidem Episcopi & Ecclesiæ ministri ausu temerario, & absque justa causa & ratione non sint removendi ab officio, secus verò si criminis arguantur & convincantur, & sic justa & probabilis causa subsit, prout etiam Papa Evaristus mentem suam ita explicat: illos verò, inquiens, qui adulterina fœditate suas sponsas (quas uxores eorum præfixo tenore esse intelligimus) tenent, ejici, ut adulteros, atque infames fieri, eosque ab Ecclesiasticis honoribus arceri jubemus, *d. c. audivimus. 4. caus. 3. q. 2.* Quod ex eo quoque probatur, quod
214 Ecclesiæ ministri etiam planè degradari possint, si propter grave quoddam delictum ab ipsis commissum ultimo supplicio sint afficiendi, uti constat ex formula degradationis in *c. degradatio. de pœn. in 6.* quæ longè gravior est, quàm depositio & remotio ab officio, quia per depositionem removetur tantum Clericus ab honoribus & dignitate clericali, salvo manente privilegio & ordine, sed in degradatione omnia amittit, Canis. *l. 3. summ. jur. Canon. c. 22. §. actualia. & §. verbalis.* Reinking. *de regim. secul. l. 3. & class. 2. c. 2. n. 10. seq.*

Sed anne depositio & remotio hujusmodi à 215
magistratu politico fieri possit, dubitatur? Et magistratui politico permissum non esse, deponere vel removere ab officio clericos & Ecclesiæ ministros semel legitimè vocatos, sed hoc tantùm ad Ecclesiastica consistoria spectare, unanimis ferè videtur esse sententia Theologorum & Jureconsultorum, ut videre licet ex d. scripto, von Beruff und Enturlaubung der Prediger / etc. Joh. Gerh. *in loc. de minist. Eccles. § 175.* Finckelth. *de jur. patronat. c. 2. n. 21. & c. 4. n. 21.* Reink. *d. l. 3. class. 1. c. 9. n. 3?.* Franc. Pfeil. *cons. 182. n. 51. & cons 183. n. 2.* Carpz. *jurispr. consist. l 3. tit. 10. defin. 110. per tot.* Quia si hæc potestas magistratui politico concederetur, periculosis mutationib⁹ fenestra aperiretur, & nimia licentia daretur ovibus in pastores invehendi, de quo graviter scribit Luther. *tom. 8. Jenens. German. fol. 107. seq.* ad quosdam, qui Pastorem suum propterea quod vitia auditorum graviter taxaverat, dimiserunt, vos non estis, inquiens, Domini Pastorum, aut ministerii, neque fundatores ejus estis, quod solius est filii Dei, & minus juris ad illud habetis, quàm Diabolus ad regnum Cœlorum: Ideò vestrum non est, reformare Ecclesiæ ministros, aut docere, multò minus reprehensionem vitiorum eis prohibere. Quod etiam probat Responsum *facultatis Jurid.* Witteb. *ad consultationem ministerii* Gryphiswaldens. *his verbis:* Dieweil kein Prediger / wofern derselbe rechtmässiger Weise in sein Ampt gesetzet / ohne Erkäntnuß auß seinem Dienste mag gesetzet werden / solches Erkäntnuß noch nicht den Patronis, sondern dem Bischoff derselben Oerther / oder dem Metropolitano zustehet / und aber nunmehr biß zu endlicher Vergleichung der Religion / wider die Stände deß Röm. Reichs demselben immediatè unterworffen / Inhalts deß Passauischen Vertrags / und darauff *anno 1555.* erfolgeten / und jetzo gemeldten Abschieds / die Geistl. Jurisdiction eingestellet und suspendiret / und derselben / nicht aber ihren Unterthanen / dem Reiche mit Mittel zugethan / dagegen zugelassen / das Ministerium zubestellen / Kirchen-Gebräuche / Ordnung und Ceremonien auffzurichten und anzuordnen: So haben auch die Stätte in Pommern nicht Fug / ihre Prediger ihres Gefallens zu dimittiren; sondern sind schuldig / da sie die Prediger nicht zuleiden vermeinten / die Erkäntnuß auf das Consistorium zustellen / welches auch der dimission halben / an statt deß Landes-Fürsten / Inhalt vorgemeldtes Reichs Abschieds anzuordnen hat. Et in hanc sententiam etiam alias Facultates Theologicas & juridicas respondisse, videre licet apud Dedeken. *vol. 1. consil. Theolog part. 3 membr. 1. sect. 1. n. 12. seq.* idemque comprobant Caspar. Klock. *tom. 1. consil. 51. n. 376. seq.* Carpzov. *jurisprud. con-*
sistor. l. 3 tit. 10. defin. 110. per tot. Quamvis enim 216
olim electio & remotio clericorum & Ecclesiæ ministrorum ad solos Episcopos spectaverit, *Novel. 15. cap. 1. §. 1. c. contra sanctorum. caus. 16. quæst. 7. c. præterea. 4. c. querimoniam. 9. X. de jur. patron. c. conquerente. 16. X. de offic. jud. ordin. c. in Lateranensi. 31. X. de præbend. c. cum & plantare. 3. §. in Ecclesiis. X. de privileg. c. un. X. de Capell. monach.* hodie tamen, postquam jura Episcopalia

palia per transactionem Passaviensem & pacificationem religiosam, ad Principes & Status Augustanæ confessionis translata sunt, & hi per Consistoria Ecclesiastica jura hæc exercent, & Ecclesiæ ministros eligunt, ideò remotio quoq; eorundem ad Cōsistoria hæc pertinebit, cùm de jure ad eum pertineat clericorum destitutio & remotio, ad quem jus instituendi jure ordinario spectat, *per c. 1. & 2. X. de capel. monach. c. 3. §. in Ecclesia. X. de privileg. Novel. 15. c. 1. in*
217 *fin.* Doct. *in c. cum Berchtoldus. X. de re judic. c. fin. de renunc. cap. fin. de elect. in 6.* Cæs. Lambert. *de jur. patronat. lib. 2. part. 3 quæst. 1. art. 10. & quæst. 6. princ. art. 9.* Nicol. Everhard. *cons. 22. num. 5.* Roch. Curt. *de jur. patron. verb. competens. quæst.*
218 *29.* & unumquodque eo modo dissolvatur, quo colligatum est, *l. nihil tam naturale. 35. ff. de R. I. l. prout quidque. 80. ff. de solut.* Unde Moguntinus Episcopus contra Henricum IV. Imper. pronunciavit: Quem meritum investivimus, quare immeritum non devestiamus? Et Zacharias Papa ad Francos scribit, an Childericum justè deponere possint cogitantes: Regem plebs constituit, eundem & destituere potest, Aventin. *lib. 3 annal.* Et cum, ut *supra n. 204.* dictum est, electio & institutio ministrorum Ec-
219 clesiæ non ad solum ministerium Ecclesiasticum, nec ad solum magistratum politicum, nec ad solum populum, sed suo modo ad omnes & totam Ecclesiam spectet, remotio quoq; & destitutio ad eandem spectabit, sicuti etiam docent D. Luther. *lib. sing. Quod Ecclesia habeat potestatem eligendi & deponendi ministros.* D. Chemnit. *in enchirid. c. 1. in fin.* Marsil. Patavin. *in defensor. pac. part. 2. cap. 17.* ubi ait potestatem removendi ab officio Sacerdotes penes eos esse, qui Rempubl. arbitratu suo moderatur. Et ut electio pertinet ad populum fidelem, sic remotionem ab officio ad ejusdem auctoritatem pertinere, idem scribit Marsil. Patav. *d. l. fol. 282. & 288.* Et ita pii magistratus munus esse, concurrente Ecclesiæ voto, ministrum morum improbitate peccantem, aut falsa dogmata docentem, punire & coërcere, munere abdicare, & alium functioni præficere, tradit post Min. Cels. *de hæret. capit. supplic. non affic. sect.*
220 *4. part. 225.* Klock. *d. cons. 51. num 384.* Idque exemplo Regum veteris testamenti, veluti Salomonis, qui jussu patris Sacerdotem deposuit, *1. Regum. 2. vers. 27.* Constantini Magni causam Donati & Cæciliani Episcoporum cognoscentis & judicantis, Euseb. *lib 10. cap. 5.* Theodosii Episcopos Nestorianos deponi jubentis, & Irenæum Episcopum Tyrium post binas nuptias, Ecclesia dejicientis *l. 3. C. de sum. Trinit.* Henr.
221 Eckard. *de ord. Eccles. fol. 90.* Et Imperatorem jus & potestatem habere eligendi & confirmandi Pontificem, eundemq; rursus ex justa causa deponendi, probat Carpzov. *de leg. Reg. Germ. c. 2. sect. 4 per tot.* Ita enim Henricus IV. Gregorium VII. cepit, & ab officio removit, ejusque loco Clementem Episcopum Ravennensem substituit: Henricus V. Paschalem deposuit: Otto I. Magnus Johannem XII. ab officio removit, & Leonem VIII. Papam constituit: Ludovicus IV. Johannem XXII. deposuit, ejusq; loco Petrum Carbariensem substituit.

Sed quid si inter ministerium Ecclesiasticum 222
& magistratum, vel inter hunc & cives in Civitate imperiali dissensio sit de ministro Ecclesiæ removendo, cujus partes erunt potiores? Et magistratus hic partes potiores esse censeo, cùm hic jura Episcopalia exerceat, & populus omnem suam potestatem, omneque jus suum in ipsum transtulerit, & præterea jus removendi ab officio jurisdictionis sit, quæ non penes ministerium Ecclesiasticum, & cives, sed ipsum magistratum residet, & sicuti in ministrorum Ecclesiæ vocatione nullæ aliæ ministerii Ecclesiastici sunt partes, quàm in doctrinæ examinatione, probatione, consecratione & ordinatione, ad magistratum verò vocatio & confirmatio spectat, ita etiam ad hunc infirmatio & & remotio pertinebit.

A Patrono Ecclesiæ non posse Ecclesiæ mini- 223
strum ab officio removeri, inde statuitur, quod hujusmodi remotio & depositio sit actus jurisdictionalis, cum quo jus patronatus nihil commune habet, *arg. c. cum seculum. 13. X de jur. patron. c. omnes. caus. 16. q. 7.* Felin. *in c. cum venerabilis 6. n. 17. X. de except.* Cothman. *4. resp. 33. n. 20.* Sig. Finckelthus. *de jur. patron. c 6. n. 75.* Mager. *de advoc. c. 10. n. 439.* Bened. Carpzov. *jurispr. consistor. lib. 3. tit. 10. defin. 110 n. 6. seq.* Casp. Klock. *tom. 1. con-*
sil. 51. n 384. in fin. Ex quo etiam Patronum non 224
posse pastori, seu Ecclesiæ ministro suggestum interdicere, probat Carpzov. *d. l. lib. 1. tit 5. defin. 70.* Cùm hæc prohibitio vel ad jura spectet Episcopalia, & jurisdictionem Ecclesiasticam concernat, *c. inter cætera. & ibi* gloss. *in verb. prædicationis. X. de offic. ordin.* Joh. Gerhard, *in loc. de minister. sect. 5. §. 108* Nec obstat, quod cura vocandi ministros Ecclesiæ ad Patronum pertineat, & jus patronatus potissimum in præsentatione ministri Ecclesiæ consistat, ad hoc, ut ab Episcopo instituatur ad munus Eccles. vacans, Hostiens. *tit. de jur. patron. v quid sit* Reink. *de reg. Eccles. lib. 3. class. 1. c. 9. n. 1.* ut unumquodq; autē eo
modo dissolvatur, quo colligatum est. Quia 225
hæc regula in civilibus tantum locum habet, non etiam in spiritualib⁹, uti limitant Dec. *in l. nihil tam naturale 35 n. 7 seq. & ibi* Cagnol *n. 8. ff. de R. I.* Etsi autem jus patronatus per se spirituale & Ecclesiasticū non sit, cùm & laicis cōpetere
soleat, añexum tamen est spiritualitati, *c. de jur.* 226
X. de jure patron. Matthes. Wesemb. *part. 1. cōs. 48. n. 11.* Gail. *1. obs. 38. n. 6.* Reink. *d. c. 9. n 55.* Et quàvis cura vocationis ad solum Patronū pertineat, ipsa tamen vocatio totius Ecclesiæ munus est, qui ex triplici Statu constat, de quo *supra n. 204.* atque ita etiam munus removendi ad totā Ecclesiā pertinet, Carpzov. *d. tit. 3 defin. 111. n. 4. seq.*

Ad hoc autē ut minister Ecclesiæ ab officio re- 227
movere possit, legitima & justa causa requiritur, ejusq; exacta cognitio. Gerh. *in loc. d. minister. Eccles. §. 175.* Reink. *de reg. Eccles. lib. 3. class. 2. c. 2. n. 13.* Carpzov. *d. defin. 111. n. 8. seq.* Et præcedere quoq; debet admonitio, maximè in criminibus non adeò gravioribus, veluti quando agitur de pravis moribus, neglecto officio, & vita ministrorum dissoluta, Carpzov. *d. lib. 3. tit. 10. defin. 112. per tot.* secus autem erit, si de criminib⁹ agatur graviorib⁹, velut homicidio, adulterio, furto, veneficio, & similibus, quibus à ministro

Ecclesiæ perpetratis confessus aut convictus statim pœnæ capitali subjicitur, Carpz. d. defin. 112. n. 1.

228 Ea autem, quæ de removendis ab officio Ecclesiæ ministris diximus, in remotione quoque Ludimoderatorũ, scholæ præceptorum, Cantorum Ecclesiæ custodum, & æditorum locum obtinere, probat Carpzov. d. lib. 3. tit. 10. defin. 120. & seq.

229 XI. Hinc quoque vi superioritatis territorialis & Ecclesiasticæ jurisdictionis, magistratui politico, tanquam Ecclesiæ nutritori, inspectio & visitatio Ecclesiæ incumbit, c. si Episcopus. 6. de offic. ord. in 6. c. 1. de censib. in 6 Knichen. de super. territ. cap. 3. n. 239. Wesembec. consil. 48. n. 65. Mingius de super. territ. concl. 63. Reinking. de reg. sec. & Eccles. lib. 3. class. 1. cap. 7. n. 1. & 9. ita ut visitationis actus in aliquo loco exercens, ibidem superior esse, & jus Episcopale habere præsumatur, Reinking. d. n. 9. Visitationem hanc territoriorum Domini perficere solent per consistoriales, vel Superintendentes, sive Speciales, quib⁹ Præfecti & in Civitatibus Imperialibus aliqui ex Senatu adjunguntur, Reinking. d. c. 7. n. 1. Brautlacht. in synops. de jur. publ. lib. 5. cap. 6. n. 11.

230 Quamvis enim caput aliquod universale Ecclesiæ terrestre, præter solum Deum non agnoscamus, & universalis Episcopi nomen soli & uni Antichristi præcursori conveniat, secundũ pronunciatum Gregorii Magni Pontificis, lib. 4. epistol. 32. 34. & 7. epistol 30 & qui desiderat primatum in terris, inveniet confusionem in cœlis, nec inter servos Christi computabitur, qui de primatu tractaverit, juxta Chrysostomum. cap. multi. Dist. 40. Matthæ. 18. vers. Lucæ. 9. vers. Balth Meisner. de Regim. Eccles. concl. 185. seq. nihilominus tamen gradus in ministerio Ecclesiastico observari solent, non quoad potestatem ministerii & jurisdictionis, quæ in prædicatione verbi, administratione Sacramentorũ & clavium usu consistit, omnibusque Ecclesiæ
231 ministris ex æquo competit, 1. Corinth. 3. vers. 5. & 7. & 2. Corinth. 12. vers. 9. Galat. 2. vers. 8. Joh. Gerhard. in loc. de ministr. Eccles. cap. 5. sect. post. §. 206. sed quoad potestatem ordinis, juxta illud Apostoli: Qui benè ministraverint, bonum gradũ sibi adquirent, 1. Timoth. 3. vers. 13. Et sic sunt gradus ministrorum in Ecclesia, quorum alii Episcopi, alii Presbyteri, alii Diaconi appellantur, 1. Timoth. 3. v. 2. & 8. & cap. 5. v. 17. & 1. ad Tit. 1.
232 v. 5. & 7. Et hodie alii sunt & dicuntur Superintendentes, alii Speciales, alii Pastores, alii Diaconi. Et inter hos quoq; est aliqua præcedentia, ita ut Superintendentes, Speciales & Pastores reliquos Ecclesiæ ministros & Diaconos, & oppidani paganos præcedant, & tanquam digniores præferendi sint per l. 1. ff. de alb. scrib. l. fin. ff. de fide instrum. Joh. Limnæ. de jur. publ. lib. 4. c. 9. n. 41. Carpzov. jurispr. consistor. lib. 1. tit. 5. defin. 71. Et hi gradus potius sunt & consistunt in donis variis Dei, quàm in aliquo Imperio in alios, prout enim corpus compactum est ex multis membris, & alterum altero est nobilius; sic in corpore Ecclesiæ, aliud membrum alio nobilius donum habet: Et oculus nobilius membrum est, sed non habet Imperium & majoritatem in cætera membra, Besold. de educat. c. 11. n. 5. ubi ait, Lutheranũ alicui ex Matthæi cap. 18. majoritatem Ecclesiam Christi concedere, probare conanti, ita respondisse: Es heisset nicht / qui major est, sed qui major vult esse. Quare Christus in universum damnat majoritatem & Imperium. Et hanc graduum diversitatem, adeò nullum in Ecclesia tribuere dominium, ut potius Ecclesiasticam servitutem augere censeant, Matth. Vogel. in thesaur. Theolog. loc. 11. Beza in annotat. ad Luca cap. 22. vers. 26. Meisner. tract. de legib. lib. 4. sect. 2. quæst. 5.

In hujusmodi visitationibus imprimis inquiritur in doctrinam ministrorum, quam 233
profitentur, auditores examinantur, scandala si quæ orta, removentur, & disciplina Ecclesiastica exercentur, nec tantùm fidei & doctrinæ puritas, sed etiam ministrorum Ecclesiæ vitæ honestas & integritas examini submittitur, ita ut inculpatæ sint conversationis, & non solum voce & doctrinæ puritate, sed etiam exemplo & vitæ integritate suis præluceant ovibus, de quo supra n. 206. Qua in re sæpissimè graviter peccari videmus, multos enim, præsertim in pagis, Ecclesiæ ministros doctrinæ & disciplinæ Ecclesiasticæ rationem parum habere, magisque boves, quàm Christi sibi commissas oves, & sues diligentius, quàm auditores pascere & curare suos, magisq; vitris & scyphis evacuandis & evertendis, quàm sacris literis evolvendis, & auditoribus ædificandis operam navare, experientia docet, dicentes non vitam & mores, sed doctrinam ipsorum inspiciendam & observandam esse.

XII. Unde quoq; disciplina Ecclesiastica instituta est, & magistratui competit, cum sine 234
animadversione & coërcitione ut nec corpus minimum, ita nec maximum, veluti Ecclesia in toto orbe diffusa, conservari potest, Joach. Stephan. de jurisd. lib. 4. c. 2. Disciplina & pœna Ecclesiastica ratione objecti duplex est, vel respectu Cleri, vel populi. Ministrorum Ecclesiæ pœna esse solet vel degradatio, vel depositio, vel suspensio à ministerio. Degradatio est, qua ex 235
dispositione Canonum, Ecclesiæ minister ob grave aliquod flagitium damnatus, non solũ dignitatib. & honoribus, sed etiam privilegiis & ordinib. sacris exuitur, secundum formulam in c. degradatio. de pœn. in 6. de qua Carp. jurispr. consist. lib. 3. tit. 10 defin. 117. & postea potestati seculari puniendus traditur, juxta c. novimus. X. de V. S. c. fortius. X. de calumniat. Cujusmodi tamen degradationis solemnia apud Principes & Status Augustanæ confessioni addictos non sunt in usu, Carpzov. d. definit. 117. n. 9. Depositio est 236
perpetua ab altaris administratione remotio,
Farinac. pract. crim. de delict. & pœn q. 19. n. 49. Suspensio est, qua Clericus ad tempus ab officio 237
suspenditur, Reinking. de reg. Eccles. lib. 3 class. 2. c. 1. n. 15. de qua vide Carpzov. d. tit. 10. definit. 114. seq.

Solent quoq; ministri Ecclesiæ quandoque 238
carcere coërceri, mit Priesterlichē Gehorsam / Carpzov. jurispr. consist. lib. 3. tit. 10. defin. 113. n. 9. seq. Qualis in Ducatu Würtembergico Stutgard est die Bibel. Uti & translocatione, de una parochia ad aliam, & quandoq; de superiore ad inferiorem;

vel

vel etiam de opimo ad sterilem pastoratum, de
239 qua Carpzov. *d. tit. 10. defin. 118.* In populo pœna
Ecclesiastica est excommunicatio, der Geistliche
Bann/ quæ est vel major, vel minor. Major est
Christiani hominis à toto corpore Ecclesiæ &
fidelium communione submotio, *c. omnis Chri-
stianus. seq. caus. 11. q. 3. c. pen. X. de sent. excommun.*
quæ inde etiam anathema, seu æternæ mortis
damnatio dicitur, *c. nemo Episcoporum. caus. 11. q.
3* quia per eandem homo Sathanæ traditur, *1.
Corinth. 5. v. 5. 1. Timoth. 1. v. ult. c. audi. caus. 11. q. 3.*
Minor excommunicatio à perceptione Sacra-
mentorũ tantum excludit, non autem à com-
munione fidelium, Clar. *§ fin. q. 77. in princ.* Fari-
nac. *pract. crim. lib. 1. tit. 3. q. 19. n. 38.* Excommuni-
catio non tantùm ad ministerium Ecclesiasti-
cum, sed etiam ad populum & potestatem se-
cularem, sive magistratum politicum pertinet;
Et quidem ad ministerium quatenus à potesta-
te clavium dependet, & excommunicatum ab
auditu verbi Dei separat, *c. ult. de excess. prælat.* Ad
potestatem verò secularem ideò spectat, quod
facultas hæc excommunicandi fori exterioris
disciplinam respicit, ideoque illius propria est,
qui jurisdictionem in foro exteriori habet, et-
iamsi ordinis potestatem nõ habeat, Hostiens.
in sum. de sent. excom. § quis hoc possit. vers. nedum.
Felin. *in c. dilecto. X. de major. & obed.* Panorm. *in
c. ab excommunicato. n. 5. X. de rescript.* Covarruv.
*in relect. c. alma mater. §. 11. n. 1. X. ex quib. caus. ex-
com. fier. deb.*

240 Hinc in territoriis & districtibus Augustanæ
confessionis addictorum, pontificia jurisdict.
suspensa excommunicatio ab Ecclesiasticis, si-
ne cognitione & decreto magistratus politici,
fieri nec debet, nec potest, quia ad horum tan-
quam jus Episcopale, & jurisdictionem ordi-
nariam habentium curam pertinet, ne Ecclesi-
astici ea abutantur, & pœnam hanc perperam
usurpent, Ziegler. *§. Landsassii. concl. 1. n. 185.* Et
ab Angliæ Rege Henrico II. constitutum, ne
ulla excommunicatio absq; Regis consensu fi-
at, refert Arumæ. *de jur. publ. discurs. 30. cap. 3. con-
clus. 38.* Et cùm gravissima hæc sit pœna, exactis-
simam causæ cognitionem requirit, nec facilè
& sine urgentissima causa ad eandem perveni-
re licet. Atque inde etiam Ecclesiæ ministris
non esse indulgendũ, ut ex odio & affectu pri-
vato cuiq; absolutionem & usum sacræ cœnæ,
denegent, probat Carpzov. *jurispr. consistor. lib.
3. tit. 9. defin. 107.*

241 Nonnullis quoq, in locis hodie pro delictis
adulterii, stupri, usurarum, blasphemiæ, & si-
milium, pœnitentia Ecclesiastica, Kirchenbuß/
injungi solet, ita ut hujusmodi sub concione,
prope altare vel suggestum stare, ardentes-
que faces in manibus tenere, vel simile quid a-
gere teneantur, & olim in Ducatu Würtember-
gico adulteros fuisse punitos, daß sie in der Kir-
chen auff das Stühlin sitzen müssen/ testatur Besold.
thes. pract. verb. Kirchenbuß. *in fin.*

242 XIII. Ad curam & officium magistratus po-
litici quoq; pertinet providere, ne Ecclesiæ mi-
nistri & concionatores sint tumultuantes, &
inde motus exoriantur, Bened. Carpzov *ju-
rispr. consistor. lib. 3. tit. 9. definit. 102. seq.* Quamvis
enim oves præscribere nequeant pastori, ubi &
quomodo eas pascat, atq; ita nec concionato- 243
ribus præscribendum, quid aut quomodo do-
cere debeant, eorumq; officium requirat, ut
suos auditores moneant, quo sibi caveant à
Pseudoprophetis, *Matth. 7. v. 19.* à canibus &
malis operariis, *Philippens. 3. v. 2.* & juxta illud
Christi: prædica verbum, insta oportunè, im-
portune, argue, increpa, exhortare in omni
longanimitate & doctrina, *2. Timoth 4. v. 2.* cla-
ma, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, &
annuncia populo meo transgressionem eorũ,
& domui Jacob peccata sua *Esaia. 58. v. 1.* Et tu
fili hominis speculatorem dedi te domui Isra-
ël, audiens ergo ex ore meo sermonem añun-
ciabis eis ex me. Si me dicente ad impium, im-
pie, morte morieris; non fueris locutus, ut se
custodiat impius à vita sua, ipse impius in ini-
quitate sua morietur; sanguinem autem ejus
de manu tua quæram, *Ezech. 33. v. 7. & 8.* exem-
plo Christi, qui Judæos coarguit, & ipsos ex
parte Diaboli esse sonora voce profitetur, *Jo-
han. 8. v. 44.* Scribas & Pharisæos cæcos & stul-
tos Duces, hypocrytas & serpentes appellitat,
& lamentabile & horrendum væ multoties il-
lis exaltata voce occinit, *Matth. 23. v. 16. & 17.* Et
licere quoque Ecclesiæ ministro magistratum
peccantem publicè redarguere & corrigere, ne- 244
mo negat, de quo Carpzov. *jurispr. consistor. libr.
1. tit. 5. defin. 67.* Quod si tamen ultra metas pati-
entiæ & doctrinæ, contra *2. Timoth. 4. v. 2.* con-
cionatores excurrant, sicuti de monacho quo-
dam, Cornelio Adriano, refert Eman. Meteran.
Belgic. histor. lib. 8. fol. 387. seq. quod tanto clamo-
re, tantaque immodestia contra Lutheranos,
Calvinianos & Anapabtistas verbis, quæ ne di-
ci quidem honestè posse videntur, linguam
vibrarit, ut canes etiam in templo ad latratum
excitaverit, vel si concionatores contra magi-
stratum nimis vehementer insurgant, populũ
adversus eundem inflamment, vel etiam audi-
tores, ad aniculæ & vetulæ cujusq; mendacis
delationem, de hoc vel alio crimine, nunquam
etiam perpetrato, publicè pro concione diffa-
ment, politicis negociis sese nimiũ implicent,
quin magistratus politicus sese hoc casu intro-
mittere, & ejusmodi inanes raucosq; clamores,
insanasq; voces & falsas incusationes, quæ ne-
que ad gloriã Dei, neq; ad ædificationem ho-
minum, sed ad ostentationem, & fastuosam sui
admirationẽ, ad auræ popularis captationem,
& quod pessimum est, ad exacerbãdos audito-
rum animos, diriguntur, coërcere possit, nemo
sanus unquam negabit, & hoc casu magistra-
tum politicum metas ponere posse, magni The-
ologi tradunt, uti videre licet apud Joh. Gerh.
de minister. Eccles. §. 287. Brockman. *in system. art.
de minister. Eccles. capit. 1. sect. 4. fol. 889.* Cùm e-
nim magistratus utriusq; tabulæ sit custos &
Ecclesiæ non minus, quàm Reipubl. bono na-
tus, atque ex seditiosis ejusmodi concionibus
diffidentiæ, dissensiones, bella & Rerumpubl.
eversiones oriri soleant, ejusdem erit officii,
turbarum hæc flabra & seditionum tubas inhi-
bere, dissidiorum & bellorum semina in ver-
bis supprimere, ne Rempublicam evertant.
Quemadmodum enim concionatores boni,
religi-

religiosi, pii & pacis amantes, Reipubl. prosunt; ita etiam si ambitiosi, superstitiosi & turbulenti, facilè rebellionem excitare, subditos ad arma commovere, & in extremum discrimen Reipubl. Statum conjicere, eundemq; evertere possunt, melius enim plebs vatibus, quàm Ducibus suis paret, Curt. *lib. 4.* Reinking. *de regim sec. & Eccles. lib. 3. class. 2. capit 2. num. 8.*

245 Quantas enim hæc incitabula è suggestibus flantia rebellionum favillas excitaverint, communis clamitat experientia. Exemplo se imprimis offert Kockisanus, qui suis concionibus & debachationibus Georgium à Kunstat Podibradium eò adegit, ut Regnum Bohemiæ invaserit, Clapmar. *de arcan. Rerumpubl. lib. 3. cap. 27. fol. 145.* Quis turbarum auctor in Gallia, Anglia, Belgio, Suecia, Polonia? certè sacerdos, præsertim turbulentus Jesuita. Quis auctor diffidentiæ inter Principes Germaniæ, & periculosissimorum ac perniciosissimorũ motuum, totque effusi humani sanguinis? nemo alius, quàm ministri ambitiosi. Quis denique veræ Ecclesiæ & florentissimæ Monarchiæ Romanæ destructor? Sacerdos, Norderman. *de jur. Principat. concl. 30. lit. a.* Recens exemplum seditionis *in an. 1625.* experta est Lindavia, quis enim ibidem plebem adversus magistratum excitavit alius, quàm turbulentus Ecclesiæ minister M. Alexius Newkumb/ de quo vid. Gründliche Außführung der Statt Lindaw. *fol. 12.* §. Inmittelst. Quis nuperrimè Campidoni rebellionem populi adversus magistratus alius movit, & Rempublicam pene evertit alius, quàm ambitiosus & avarus pastor M. Schalter? Quis alius adhucdum hodie inter magistratum & cives Heilbrunnenses machinatur seditiosis suis concionibus, quàm elatus Ecclesiæ minister M. Joh. Conradus Hiemer? vid. disp. Georgii Ritter. *ad c. un. qui sint rebell. in extravagant. thes. 14. lit. A.*

246 Beatissima igitur Respublica, quæ ministros Ecclesiæ habet pios, sedatos & pacis amantes, qui student Ecclesiam conservare, ac errantes oves summa cum humanitate reducere; hi cum Christo colligunt, reliqui verò dispergunt. Norderman. *d. concl. 30.* Atq; hinc etiam Imperator Carol. V. seditiosas hujusmodi conciones publicis Comitiis seriò prohibuit, R. A. zu Augspurg *de anno 1530.* §. wir haben uns darauff. *56. ibi*: die Prediger sollen sich mit ihrem Predigen diesem unserm Abschied gemäß halten/ und fürnemblich/ daß sie in ihren Predigen vermeiden und underlassen sollen/ was zu Bewegung deß gemeinen Manns wider die Obrigkeit/ oder die Christen Menschen in Irrung führen/ oder gegen einander verhetzen/ dienen und Ursach geben möchte/ &c. & paulò post: darzu Schmpffierens/ Schmähen und Lästerns enthalten. Confer R. A. zu Speyr *de anno 1542.* §. damit aber under dem gemeinen. *41.* R. A. zu Erfurth *de anno*

247 *1567.* §. Setzen/ ordnen und wöllen. *64.* Proprium enim ministrorum Ecclesiæ esse debet, auditores exhortari ad pietatem & vitam Christianam, cujus pars non minima est, magistratum revereri, etiam iniquum, exemplo Christi, qui non solum coram iniquo judice stetit, sed etiam Cæsari infideli tributum dare jussit, *Mattha. 22.* & Jeremiæ, qui Regem impium Zedekiam Dominum suum appellitat, *Jerem. 37. v. 20.* ac Paulo quoad crudelitatem Imperator Romanus fuit Leo, *2. Timoth. 4. v. 17.* & nihilominus in causa politica ad eum tanquam dominum & magistratum suum provocat *Actor. 25. v. 10. seq.* Uti enim funesta est omnis vox liberti adversus patronum, *l. si quis ex C. qui accusar. non poss.* ita etiã subditi contra magistratum, quibus 248
semper sancta & honesta videri debet persona magistratus, etiam iniquissimi, de quo vide *infra lib. 6. c. 1. n. 12.* Et pii Ecclesiæ ministri esse de- 249
bent præcones conversionis, non tubæ seditionis, Johannes Gerhardus *in loc. de minist. Eccles.* §. *287.* Frid. Balduin. *de casib. conscient. libr. 4. c. 7. cas. 6. in fin.* Qua in re à quàm plurimis Ecclesiæ ministris perniciosè peccari solet, qui, quavis arrepta occasione, magistratum odiosè perstringunt, actiones ejusdem censuræ subjiciunt, Ecclesiæ ministrorum authoritate, officii dignitatem, gravitatem & excellentiam deprædicant & singulis ferè concionibus, vel centies extollunt, contra magistratus politici dignitatẽ & authoritatem ne semel quidem digito attingunt, sed supra eundem sese longè extollunt, qui tamen in sacris literis passim Dii, potestates supereminentes, Principes, ministri Dei, Reges, Cæsares, dominatores, Ecclesiæ nutritii, &c. vocantur, quibus etiam ministri Ecclesiæ reverentiam, obedientiam præstare, sed & cogitare debent, sicut sibi interna Ecclesiæ potestas commissa, ita potestatem externam, imò totum Statum, cujus pars Ecclesia est, magistratus politici curæ commendatam esse, de quo *infra lib. 6. c. 1. n. 1. & seq.*

His autem seditiosis Concionatoribus ma- 250
turè obviandum, ipsosque adigendos esse, ut excessum publicè agnoscant, & mentem suam, prævia adhortatione de præstanda magistratui obedientia, pro concione declarent, monet Carpz. *jurispr. consistor. lib. 1. tit. 9. definit. 103.*

Hinc quoque Concionatorem, si pro conci- 251
one aliquem verbis injuriosis notaverit, vel criminis alicujus insimulaverit, injuriarum conveniri & puniri posse, docent Clar. *libr. 5. sentent.* §. *injuria. numer. 1.* Farinac. *pract. crim. lib. 3. quæst. 105. numer. 406.* Berlich. *pract. conclus. part. 5. conclus. 59. numer. 31. & conclus. 60. numer. 8.* Reinking. *de regim. Eccles. lib. 3. class. 2. cap. 2. numer. 6.* Johan. Harpprecht. *ad* §. *non solum. 11. numer. 31. seq. I. de injur.* Carpzov. *jurispr. consistor. lib. 1. tit 5. defin. 66. & part. 3. tit. 9. definit. 98. seq.* Qualis causa & actio cùm planè sit civilis & politica, ad magistratum quoque solum politicum, & non consistorium Ecclesiasticum decidenda pertinet.

XIV. Pertinet quoque ad magistratum po- 252
liticum extructio collegiorum & templorum Religionis exercitio necessariorum, Petr. Syring. *de pac. Relig. conclus. 28* Just. Springer. *de pac. Relig. cap 6. fol. 74.* Cùm enim per pacificationem Religionis Augustanæ confessionis exercitium publicum sit concessum, templa quoq; tanquam necessarium consequens, permissa esse sequitur, concesso enim uno, concessa quoque intelliguntur omnia ea, quæ necessi-

necessitate quadam consequuntur, & sine quibus aliàs illud inutile foret, *l. 2. ff. de jurisdict.* Cothman. *respons. 75. numer. 40. & resp. 81. num. 4. & 5.* Syring. *d. concl. 28* Ut ita hoc casu quoad Augustanæ confessioni addictos, jus Canonicum locum non habeat, quo potestas templa erigendi Episcopis concessa est, *c. nemo Ecclesiam. de consecrat. dist. 1. c. olim. 14. §. insuper. X. de privileg.* Idem est, quoad erectionem scholarum, de quibus *infra lib. 5. cap. 16. per tot.*

253 XV. Idem est, quoad ærarii sacri constitutionem, Armen- oder Gottes-Kast/ de quo *infra cap. 16. n. 14.*

254 XVI. Et bonorum Ecclesiasticorum administrationem, de qua *infra lib. 5. cap. 8. n. 4.*

255 XVII. Ad curam quoque magistratus politici Ecclesiasticam pertinet conciliorum & synodorum convocatio, Reinking. *de regim. Eccles. lib. 3. class. 1. cap. 4. num. 1. seq.* Cujusmodi convocatio in Imperio Romano Germanico non ad Papæ Romani, sed Imperatoris, tanquam Principis politici curam Ecclesiasticam & officium pertinere, eumque non solum interesse, sed etiam præesse Conciliis generalibus, constat ex R. A. zu Speyr *de anno 1526.* §. und erstlich nach dem. R. A. zu Speyr *de anno 1529.* §. wo aber. 2. *ibi*: Und daß Ihr Majestät/ als das Haupt bey solcher Versamblung. & *de anno 1544.* §. derhalben wir geneigt 75. R. A. zu Augspurg *de anno 1548.* §. damit dann solche allgemein. 6. R. A. zu Augspurg. *de anno 1551.* §. wir seynd auch. 6. *ibi*: was uns als Advocaten der H. Kirchen und Beschirmer der Concilien. *cap. sexta. 9. Dist. 16. c. Hadrianus. 22. Dist 63.* Carpzov. *jurispr. consistor. lib. 1. tit. 1. defin. 5.* Quod praxi & exemplis veteris & novi testamenti probat Reinking *d. cap. 4. n. 5. seq.* & Andr. Gerhard. *apud* Arumæ. *tom. 1. discurs. 31. q. 9.* & concilia particularia, sive synodos Ecclesiasticas Principes ac Status politici in suis provinciis indicere posse tradit Carpzov. *d. defin. 5. per tot & de leg. Reg. Germ. cap. 2. sect. 3. n. 25. seq.*

256 XVIII. Pertinet quoque ad curam hanc Ecclesiasticã in gradibus prohibitis in causis matrimonialibus dispensatio, ita ut Augustanæ Confessioni addicti Status & magistratus politici, propter suspensionem Ecclesiasticæ jurisdictionis, super causis matrimonialibus cognoscere, leges ferre & abrogare, & super iisdem dispensare possint Besold. *de jurisdict. q. 18. vers. & in specie,* Joh. Kitzel. *in synops. matrim. cap. 2. theorem. 3. lit. D.* Quæ tamen dispensatio circa ea tantùm locum invenit, quæ juris merè sunt positivi, quales sunt prohibitiones matrimonii propter cognationem merè civilem ex adoptione, cognationem spiritualem ex susceptione baptismatis contractam, uti & propter gradus cognationis & affinitatis jure tantùm civili, vel Canonico, & non jure divino, vel naturali prohibitos, nec non propter votum castitatis & ordinem, disparitatem Religionis, propter Statum, crimen vel honestatem publicam, & similes prohibitiones, non jure divino, vel naturali, sed constitutione humana introductas, illa enim quæ jure positivo, civili, Canonico, vel jure municipali, constituta sunt, in iisdem propter facultatem mutandi, emendandi & penitus abrogandi juris positivi legislatori competentem, dispensatio quoque licita est, §. 257
sed naturalia. vers. ea verò. & ibi Dd. Comm. *l. de jur. natur. gent. & civ. l. non est novum. 26. l. de quibus. 32. in fin. ff. de legib. Novel. 74. c. literas. 13. X. de restitut. spol. c. innotuit. 20. X. de elect. c. proposuit. 4. vers. licet autem. X. de concess. prabend. c. non debet. X. de consanguin. & affin. c. per venerabilem. & ibi* Panorm. *num. 21. seq. X. qui fil. sint legit.* Schneidewin. *ad rubr. Inst. de nupt. de arbor. affin. n. 22.* Beust. *de matrimon. part. 2. cap. 56.* Schrad. *ad tit. Inst. de nupt. part. 2. n. 136. vers. contra verò impedimenta.* Kitzel. *d. theorem. 3. lit. a. & b.* Bened. Carpzov. *jurispr. consistor. lib. 2. tit. 7. defin. 110.* Non verò circa ea, quæ sunt juris divini 258
vel naturalis, cum enim juris divini & naturalis prohibitiones sunt perpetuæ, contra illa quoque dispensationes humanæ nihil quicquam valent, *c. non licet Imperatori. 2. juncto c. consuetudines. 4. Dist. 10.* Laur. Kirchoff. *consil. matrim. tom. 2. consil. 27. n. 14. seq.* Zanch. *de conjug. lib. 4. cap. 1.* Menoch. *2. præs. 10. num. 34. seq. & arbit. jud. cas. 421. numer. 81.* Basil. Monner. *de matrim. part. 4. capit. 3.* Beust *de matrim. part. 2. capit. 56.* Schneidewin. *d. n. 22.* Kitzel. *synops. matrim. cap. 2. theor. 2. lit. a. b. & c.* Vasqui. *illustr. controv. lib. 1. cap. 25.* Carpzov. *jurispr. consistor. libr. 2. tit. 7. defin. 109. & 111.* Nam quoad jus divinum, ejus constituendi, vel abrogandi potestas nulli hominum concessa est, *Deuter. 4. v. 2. Matthæ. 5. v. 17. & 18. Luca 21. v. 33.* & ideò quælibet constitutio vel dispensatio contra jus divinum facta, ipso jure nulla est, *c. pen. & ult. Dist. 8. c. ult. ibi:* nec nobis definiendum est, quod non definit Apostolus, *caus. 31. quæst. 1.* Beust. *de matrim. part. 2. cap. 56. in princ.* Et quoad jus naturale, utpote cor- 259
dibus hominum vel naturâ etiam impressum, *Roman. 1. v. 20. & 21.* non minus, quam divinum immutabile est, *§. sed naturalia. & ibi* Dd. Comm. *l. de jur. nat. gent. & civ.* atq; ideò omnia ea, quæ ab hominibus contra jus naturale, cujus abrogandi potestatem non habent, fiunt, ipso jure nulla & invalida sunt, *arg. l. 4. ff. de recept. arbit. l. factum. ff. de R. I. l. non dubium. 5. C. de legib. c. ea, quæ fiunt. c. quæ contra. de R. I. in 6. c. innotuit. 20. de Elect.* Covarruv. *tom. 1. part. 2. de matrim. c. 6. & 9. n. 9* Menoch. *arbit. jud. cas. 421. n. 81.* adeò, ut nec ipse Pontifex Romanus contra jus divinum 260
& naturale quicquam statuere vel dispensare possit, *c. sunt quidam. 6. caus. 25 quæst. 1. c. si is qui præest. 101. caus. 11. quæst. 3. junct. c. deinde ponitur. 3. Dist. 26.* Panormit. *in c. per tuas. X. de arbitr.* Kitzel. *d. c. 2. theor. 2. lit. d.* Carpzov. *d. definit. 109. num. 4. seq.*
Ut autem dispensatio, etiam quoad juris positivi dispositionem locum habeat, justa & proba- 261
bilis requiritur causa, *c. etsi illa. c. dispensationes. caus. 1. quæst. 7.* Dom. Soto. *de just. & jur. lib. 1. quæst. 7. art. 3.* ita ut in dispensatione intervenire debeant, 1 necessitas, 2 utilitas, 3. congruitas, & 4. honestas. *arg. c. literas. X. de restit. spol. c. non debet. pen. in princ. X. de consang. & affin. c. proposuit. X. de concess. prabend* Covarruv. *d. cap. 6. §. 9. numer. 17. seq.* Menoch. *arbit. jud. cas. 420. numer. 19.* Kitzel. *d. theor. 3. lit. e.* Et dispensationem super jure positivo, sine justa & rationabili causa facta, dissipatio potius, quàm dispensatio sit, Bernh. *lib. 3. consid.*

3. *consid.* ad Eugen. Felin. *in c. qua in Ecclesiarum. num.* 25 *X. de constitut.* Covarruv. *d.* §. 9. *numer.* 19. Beust *de matrim part.* 2. *cap.* 56. §. *interdum tamen.* Nec solet dispensatio decerni absque certa pecuniæ mulcta, Carpzov. *jurisprud. consistor. lib.* 2. *tit.* 7. *defin.* 125. *n.* 9. *seq.* Et ante impetratam dispensationem in gradibus prohibitis sponsalia contrahentes, ultra pecuniam dispensationis carcere puniuntur, Carpzov. *d. tit.* 7. *defin.* 126. *per tot.*

262 Ex superioribus concluditur, quod si Princeps Augustanæ confessioni addictus, vel alius immediatus regalia habens, nuptias in gradibus jure positivo prohibitis contrahere velit, id absque ulla dispensatione facere, & sibi ipsi dispensare possit, Besold. *lib.* 1. *polit.* 3. *num.* 24. Ernest. Gothofred. *de jur. consistor. concl.* 84. ubi enim humanæ authoritatis dispositio, ibi etiam humanæ potestatis solutio, Ern. Gothofr. *d. l.* Consultius tamen erit hoc casu consilio Theologorum & Jctorum practicorũ uti, ne quid sub specie prohibitionis juris civilis contra jus divinum, naturale & honestatem agatur, cùm non omne, quod licet honestum, *l. non omne.* 144. *ff. de R. I.* & quod honestum non est, & contra bonos mores, nec nos facere posse existimandum sit, *l. filiusfam.* 15. *ff. de condit. institut.*

263 Judex in causis Religionem concernentibus, indubitatò est Camera Imperialis, R. A. zu Augspurg. *de anno* 1555. §. wir befehlen und gebieten auch. 32. & §. und dann dieweil 107. Gail. 1. *obs.* 2. *per tot.* Syring. *de pac. Relig. conclus.* 53. *lit. a.* Denais. *jur. Camer. tit. mandata super pace Relig.* 181. §. 1. Springer. *de pac. Relig. cap.* 14. *fol.* 165. ubi ne ex disparitate votorum alterutri parti præjudicetur, constitutum est, ut in causis Religionem concernentibus, utriusque Religionis Adsessores pari semper numero, partim vetustiores, partim juniores deputentur, Cammerger. Visitations memoriale *de anno* 1560. Ord. Camer. *part.* 1. *tit.* 10. §. ferner ordnen wir. 9. Passawisch Vertrag. §. So viel aber die Vergleichung. Denais. *jur. Camer. tit. mandat. super pac. Relig.* 181. §. 2. Springer. *de pac. Relig. cap.* 14. *vers. judicis munere fol.* 165. Sicuti etiam in causa Religionis duo requiruntur Commissarii, alter Catholicus, alter Augustanæ confessioni addictus, etiamsi unus tantum fuerit requisitus, uti factum in causa Episcopi zu Augspurg und Stifft Weissenstein/ contra Helffenstein. 18. Septembr. an. 1566. Ernest Gothofred. *de jur. consistor. conclus.* 32.

Sed anne etiam Imperator, sive Aula Cæsarea der Reichshoffraht/ in causis Religionis competens sit judex, ad lapsum lubrica est quæstio? 264
In qua pro affirmativa pugnant non solum Romano-Catholici, sed etiam nonnulli ex Protestantibus, sive Augustanæ confessioni addicti, Author Nothwendiger Erinnerung wegen der Donawert. Relation. *part.* 1. *fol.* 114. *seq.* & *fol.* 192. *seq.* & *fol.* 228. *seq.* Just. Springer. *de pac. Relig. d. vers judicis munere, fol.* 165. Syring. *de pac. Relig. conclus.* 53. *lit. b.* Ant. Benbellon. *de pac. Relig. part.* 1. *cap. ult. fol.* 165. Arumæ. *de jur. publ. discurs.* 13. *quæst.* 19. Leipold. *de concur. jurisdict. quæst.* 19. Paurmeister. *de jurisdict. libr.* 2. *cap.* 6. *n.* 56. E contra verò causarum hujusmodi cognitionem & decisionem ad solam Cameram Imperialem pertinere, tenent Auctor deß gründlichen Unterrichts von der Frage/ ob der Käyserl. Hoffraht neben dem Käyserl. Cammergericht concurrentiam habe. Author der Donawert. information. *part.* 1. *fol.* 31. *seq.* & *fol.* 136. *seq.* & *fol.* 182 *seq.* Martin. Rumelin. *ad Aur. Bull. part.* 3. *dissert.* 6. *corol.* 5. & *ibi* D. Nicol. Myler. *in addit.* Cranius *de pac. Relig. part.* 3. *problem.* 1. Quirin. Cubach. *apud* Arumæ. *fol.* 4. *discurs.* 35. *per tot.* Besold. 1. *polit. cap.* 8. *numer.* 11. & *de Stat. Reipubl. mixt. cap.* 2. *numer.* 11. & *de jurisdict. quæst.* 12. Johan Limnæ. *de jur. publ. lib.* 9. *c.* 2. *numer.* 127. *seq.* Quorsum etiam facit scriptum Protestantium Imp. Rudolpho II. *die* 8. *Julii anno* 1598. per delegatos propositum, *ibi*: Es wusten die schickende Stände dero posterität zu Nachtheil niemand einzuraumen/ wann zwischen den Ständen deß Reichs über dem Religion-Frieden Streit fürfalle/ daß alsdann Käys. Majest. Hoff- und Rähte darüber cognosciren sollen, dann solches wölle sich in der Ordnung keines weges finden/ ꝛc.

CAPUT IV.

De Juribus Regalibus Civitatum Imperialium.

Summaria.

1. *Civitates Imperiales Iura Regalia obtinere nonnulli negant.*
2. *Ut quis sit capax regalium, requiri videtur regalis dignitas, veluti Ducalis, Marchionalis, &c.*
3. *Civitates Imperiales Regalis dignitatis expertes videntur. & n.* 20.
4. *Personæ incapacitas præscriptionem excludit.*
5. *Vicini Principes plerumq; in Civitatibus Imperialibus regalia jura obtinere solent.*
6. *Ab Italiæ civitatibus regalia obtinentibus ad civitates Germaniæ non videtur valida argumentatio, & n.* 22. 23.
7. *Civitates Imperiales regalia obtinere communiter statuitur.*
8. *Qui hoc negant mundum revangare dicuntur.*
9. *Nobiles immediati regalia habent.*
10. *Homines quoque privati regalia obtinent jura, & n.* 11.
12. *Civitates Imperiales acquirunt regalia per Imperatoris concessionem.*
13. *Præscriptione immemorali.*
14. *Consuetudine.*

15. *Co-*

15. *Cooptatione in numerum Statuum.*
17. *Civitates Imperiales non habentur loco privatorum.*
18. *Distinguitur inter jura regalia & dignitatem regalem.*
19. *Dignitates regales sine juribus regalibus non consistunt.*
24. *Regalia unde dicantur & quid sint?*
25. *Quomodo dividantur?*
26. *Majestatis regalia quid sint?*
27. *Dicuntur etiam jura majestatis reservata Cæsarea, & ossibus Principis cohærentia, &c. & n. 28.*
29. *Quæ soli Imperatori competunt.*
30. *Hodie tamen reliquis quoque Statibus communicata, & n. 31.*
32. *Fisci regalia quænam?*
33. *Quare hæc Imperatori concessa?*
34. *Quanti olim fisci reditus fuerint?*
35. *Ad Majestatis regalia pertinent superioritas majestatica.*
36. *Legibus soluta potestas, & n. 37.*
38. *Privilegiorum concessio & confirmatio.*
39. *Cujus est privilegia dare, ejus quoque est adimere.*
40. *Summarum dignitatum & insignium collatio.*
41. *Regia majestas fons est omnis dignitatis.*
42. *Idem est quoad earum ademptionem.*
43. *Academiarum & universitatum erectio.*
44. *Quas Imperii vicarii erigere nequeunt.*
45. *Ad harum erectionem Pontificis confirmatio non requiritur.*
46. *Feudorum regalium concessio.*
47. *De iisdem cognitio.*
48. *De vita & capite Principis aliorumque Procerum cognitio.*
49. *Idem est quoad criminis læsæ majestatis cognitionem.*
50. *Sicuti etiam de sessione in Imperii Comitiis.*
51. *Concessio juris aureorum annulorum.*
52. *Dispensatio contra jus commune.*
53. *Legis generalis promulgatio.*
54. *Jus concedendi veniam ætatis.*
55. *Quod etiam Comitibus Palatinis concedi solet.*
56. *Jus belli indicendi.*
57. *Quod hodie secus est,*
58. *Jus contrahendi fœdera.*
59. *Collectæ generalis indictio.*
60. *Novorum vectigalium institutio, remissivè.*
61. *Potestas primariarum precum.*
62. *Cursuum publicorum institutio.*
63. *Jus dandi facultatem condendæ civitatis, remissivè.*
64. *Concessio nundinarum solennium, remissivè.*
65. *Stapularum institutio.*
66. *Repressaliarum concessio.*
67. *Induciarum moratoriarum indulsio.*
68. *Quæ ultra quinquennium non extendenda.*
69. *Quibus concedantur?*
70. *Mercatores falliti debitis pœnis coërcendi.*
71. *Quænam in libello supplici narranda, pro impetrando hujusmodi rescripto.*
72. *Famæ integralis restitutio.*
73. *Quod quoque reliquis Statibus in suis territoriis competit.*
74. *Idque jure superioritatis territorialis.*
75. *Nisi Imperii legibus fama inusta.*
76. *Jus cudendi monetas.*
77. *Banni Imperialis irrogatio.*
78. *Camera Imperialis, Cæsare inconsulto, in bannum declarare nequit.*
79. *Quatenus Status inferiores bannire possint?*
80. *Imperator Imperii proceres & Status quatenus in bannum declarare possit, remissivè.*
81. *Ad majestatis regalia pertinet extrema provocatio.*
82. *Ab Imperatore ad Papam appellare non licet.*
83. *A Cæsare malè informato ad melius informandum provocare licet.*
84. *Ius pronunciandi ne à sententia appelletur.*
85. *Plenæ Salvoguardiæ, sive securitatis concessio.*
86. *Jus salvi conductus judicialis ad jus territoriale spectat.*
87. *Et quandoque mero Imperio adscribitur.*
88. *Nemo authoritate Præsidis decipiendus.*
89. *Salvus conductus veniendi, etiam ad redeundum extenditur.*
90. *Nisi delictum fateatur.*
91. *Salvus conductus de violentia saltem intelligitur.*
92. *Ius eximendi Principem Imperii à jurisdictione Cameræ Imperialis.*
93. *Ius absolvendi à juramento ad effectum agendi.*
94. *Ius habendi Iudæos, remissivè.*
95. *Ius creandi magistratus superiores.*
96. *Ius concedendi jurisdictionem & superioritatem territorialem.*
97. *Ius convocandi concilia.*
98. *Ius indicendi Comitia generalia.*
99. *Quod hodie cum consensu Electorum fieri debet.*

100. Ius legitimandi liberos naturales.
101. Quod jus Austriæ Archi-Ducibus quoque competit.
102. Nec non Electoribus.
103. Quid de reliquis Imperii Statibus, & num. 104.
105. Concedi ſolet hoc jus Comitibus Palatinis.
106. Ius aggratiandi.
107. Ius mittendi legatos.
108. Feriarum generalium indictio.
109. Imperator in omni juramento excipitur.
110. Solus Imperator auctoritatem præſtat illis, qui per arrogationem ſibi liberos adoptant.
111. Ius armandiæ.
112. Ius extruendarum arcium & munitionum.
113. Ius viæ regiæ ſive publicæ.
114. Flumina navigabilia.
115. Quæ hodie ſuperioritati territoriali adſcribuntur.
116. Merum & mixtum Imperium.
117. Ius venandi, remiſſivè.
118. Fiſci regalibus adſcribuntur mulctarum & pœnarum compendia.
119. Bona vacantia.
120. Ripatica.
121. Portus.
122. Argentariæ, ſive metallifodinæ.
123. Piſcationum reditus.
124. Uti & ſalinarum.
125. Theſauri dimidium.
126. Extraordinaria collatio ad expeditionem Romanam.
127. Præſtationes angariarum, &c.

1 Civitates Imperiales in civitatibus & territoriis ſuis jura regalia habent. Quod quidem nonnulli civitatum Oſores in dubium revocare anniruntur, inter quos Knichen *de jur. territ. c. 1. num. 304. ſeq. & in velit. apolog. num. 15. 120. & 130. ſeq.* I. Quod, Româ exceptâ, nulla civitas dignitatis gradui adnumeretur, ſed omnes privatorum loco habeantur, prout relatum eſt *ſupra c. 1. n. 29.* privati autem Regalium capaces non ſint.

Et quod II. nullus, niſi dignitatem Regalem Principatus, Marchionatus vel Comitatus, per inveſtituram, vel aliam ſpecialem conceſſionem adquiſiverit, Regalia vel in univerſum, vel in particulari obtinere & ſibi
2 arrogare poſſit. Et ſic ad hoc, ut quis capax ſit Regalium, omninò requiri habitum alicujus dignitatis Regalis, qualis ſit Ducalis, Marchionalis, Comitalis, &c. *c. 1. poſt princip. de his qui feud. dar. poſſ.* Curt. Sen. *conſil. 68. num. 5. verſ. & minus. & num. ſeq.* Knichen. *de jur. territ. c. 1. num. 304. ſeq. & in velit. apolog. n. 15. 120. 130. ſeq.* & neminem habere dignitatem regalem, niſi inveſtitus ſit in Comitatum, ſcribit ex Socin. *conſ. 67. n. 5. vol. 1.* Petr. *de poteſtat. Princip. cap. 22. n. 140.* prout fit in Principibus, quos cum Regalibus ampliſſimis clauſulis inveſtitos videmus, quod in Civitatibus Imperialib⁹
3 fieri non conſtat. Atque ita Civitates Imperiales tanquam Regalis dignitatis expertes, planè ſint inhabiles & incapaces Regalium, qualis exceptio inhabilitatis tantæ cenſeatur eſſe potentiæ, ut agentem etiam excludat poſſeſſorio Cravet. *conſ. 322. n. 4. verſ. ſexto principaliter.* Matth. de Afflict. *deciſ. 361. n. 16.* Peregr. *conſ. 2. n. 60. lib. 1.* & incapaci non proſit, etiam temporis immemorialis poſſeſſio, Bertazol.
4 *conſil. civil. 46. n. 44.* & quod data incapacitate perſonæ omnis ceſſet præſcriptio, concludunt Cravet. *de antiq. temp. part. 4. §. materia. n. 93. fol. 452.* Peregrin. *de jur. fiſc. libr. 6. tit. 8. n. 18.* Ant. Gabriel. *de præſcript. concl. 1. n. 16.*

III. Quod experientia teſtetur, quod plerumque vicini Principes & Status ſuperiores, 5 in Civitatibus Imperialibus Regalia obtineant, veluti ſalvum conductum, jus protectionis, collectandi, vectigalium, venandi, criminalem, vel aliam jurisdictionem, aliaque ſimilia jura, de quibus dictum eſt paſſim.

IV. Ex quo etiam textus & Auctores Civitatibus Imperialibus Regalia attribuentes 6 ad Italiæ Civitates reſtringit, easque omninò liberas, nec Imperio ullo modo ſubjectas eſſe, & ita à diverſis & ſeparatis malè illationem fieri, dicit Knichen. *d. l.*

Verum contraria opinio, quod Civitatibus Imperialibus Regalia jura competant, verissima & communiter à Doctoribus approbata & recepta eſt, eandemque tuentur, Bartol. 7 *in l. infames. num. 14.* & ibi Imol. *ff. de publ. judic.* Sixtin. *de regal. libr. 1. c. 4. n. 73. ſeq. & num. 82.* Herm. Vultej. *de feud. c. 5. n. 7. verſ. at exemplum.* Thom. Michaël. *de jurisdict. concluſ. 44. lit. g.* Rulant. *de commiſſ. part. 2. libr. 5. c. 4. num. 4.* Dn. Cluten. *ſyllog. rer. quotid. concl. 27. lit. c.* Bruckm. *de regal. c. 4. n. 38.* Scip. Gentil. *de jurisdict. libr. 3. cap. 22.* Peregrin. *de jur. fiſc. l. 1. c. 2. num. 44. ſeq.* Matth. Stephan. *de jurisdict. l. 2. part. 2. c. 1. n. 56.* Ziegler. §. *Landſaſſii concl. 1. n. 209. & §. Auſtregæ. limit. 1. n. 46.* Author deß gründlichen Berichts der Statt Fridberg Regalien. *cap. 1. num. 203. & c. 2. n. 15.* Beſold. *de jur. Civit. Imper. num. 11. & ſeq.* Bruning. *de var. univerſ. ſpec. concl. 19.* Mager. *de advocat. cap. 6. n. 190.* Michaël Heinß. *de Civitat. Imperial. concl. 31.* Benedict. Carpzov. *de leg. Reg. German. c. 3. ſect. 11. n. 26. ſeq. & n. 30.* Johan. Adam Dapp. *de civitat. German. cap. 7. num. 1.* Caſpar. Klock. *de contribut. c. 5. n. 9. ſeq. & n. 33. ſeq. & tom. 1. conſil. 10. n. 79. & conſ. 14. n. 33. ſeq. conſil. 22. num. 52. conſil. 29. num. 380.* Bertram *de Comit. Imp. concluſ. 48.* Et poteſtatem Civitatum Imperiali- 8 um Regalibus utentium in dubium vocare, eſſe ravangare mundum, inquit Bald. *relatus à* Pariſ. *conſil. 25. n. 67. vol. 1.* Cravet. *conſil. 263. n. 7.* Decian. *conſil. 18. num. 124. vol. 1.* Klock. *d. cap. 5. n. 69. & in conſil. d. l.* Beſold. *de jurisd. quæſt. 17.*

Carpzov.

Carpzov. *d. n. 26.* ac Civitates Imperiales plurima jura majestatica habere, scribit Thom. Maul. *de jur. conducend. tit. 2. n. 21.* Ziegler. *d. §. Landsassii concl. 1. n. 210.* Atque hanc sententiam imprimis probari per §. *volumus. de pac. Constant. in usib. feud.* scribit Klock. *d. n. 69. vers. tandem pro nostra.* Atque hoc etiam ex subsequentibus per specierum inductionem apparebit. Et *supra c. 1. n. 18.* dictum est, civitates nonnullas Imperiales, integros Comitatus, Baronias, aliasque ditiones & amplissima territoria & districtus obtinere, quibus ipsa Regalia plerumque adhærere censentur. Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 2. c. 2. n. 36. seq.* de quo *cap. seq.* dicetur. Et quod comparentur Rebuspublicis Italicis, *d. c. 1. n. 32.* habeant jura Principis, *d. c. 1. n. 35.* ipsisque ea jura competant, quæ aliis Imperii Statibus, tantumque cæteris paribus in territoriis suis possint, quantum Imperator in Imperio, *d. cap. 1. n. 41.* & quod sint Status Imperii, *supra c. 2. per tot.* utpotè quibus omnibus regalia competere extra omne dubium est, & ex subsequentibus constabit.

9 Atque hoc etiam exemplo Nobilium Imperio immediatè subjectorum, qui licet Regali quoque dignitate non gaudeant, nihilominus tamen Regalia obtinent, prout asserunt Besold. *de ord. Equestr. n. 11.* Sixtin. *de regal. lib. 1. c. 4. n. 92. seq.* Vultej. *de feud. lib. 1. c. 5. n. 7. vers. ad exemplum.* Cluten. *syllog. rer. quotid. conclus. 26. lit. K.* Gœddæ. *in consil. pro restit. Baron. Vallendar. n. 370. seq.* Rulant. *de commiss. part. 2. l. 5. c. 4. n. 49. seq.* Nolden. *de stat. nobil. c. 17. n. 109.* Mager. *de advoc. c. 6. n. 110.* Ming. *de superior. territ. conclus. 48.* qui cum Civitatibus Imperialibus, quoad sua castra & superioritatem territorialem, aliaque jura inde dependentia, compa-

10 rantur, *infra c. 5. n. 14.* Imò à jure non est alienum, homines quoque privatos & in nulla dignitate constitutos, modis legitimis, Regalia adquirere & obtinere posse, quamvis enim indignum esse videatur, ut ejusmodi personæ Regalia, vel regales dignitates reales, sive bona, quibus tales dignitates adnexæ sunt, obtineant, prout censent Rol. à Valle. *cons. 89. n. 2. vol. 2.* Luc. de Penna *in l. 2. n. 3. verb. è contra. C. de jur. fisc.* Petra *de fideicom. quæst. 13. n. 575. seq.* Peregrin. *de jur. fisc. lib. 7. tit. 3. n. 20.* Knichen. *de*

11 *jur. territ. c. 1. n. 339.* Hoc tamen locum non invenire si illis modis ea nacti sint, qui ad adquisitionem Regalium requiruntur, & jure permissi sunt, nam tum etiam privatos Regalia habere posse, docent Peregrin. *de jur. fisc. l. 1. tit. 1. num. 9. & 27. & d. l. 7. tit. 3. n. 2.* Knichen. *d. cap. 1. n. 34.* Petra *d. n. 535.* Heig. *part. 1. q. 14. n. 29. & 30.* Sixtin. *d. lib. 1. c. 4. n. 101.* Wesembec. *consil. 45. n. 26. vers. quare videmus.* Schneidewin. *de feud. part. 3. n. 53. & 68. vers. & tales omnes.* Idque ex Castrens. *in l. sacrilegii. C. de divers. rescrip.* adeò verum dicit esse Schneidewin. *d. part. 3. n. 13* ut scribat Imperatorem posse dignitates alicui nullam habenti, ita conferre, ut faciat eum Comitem, militem, Nobilem, ac disputantem de hac re, an benè vel malè fecerit, incidere in crimen læsæ Majestatis, ideoque si concederet homini privato Ducatum vel Comitatum, eum statim Ducem vel Comitem fieri, ejusque rei exempla esse notissima. Atque ita etiam videmus homines privatos, Comites nimirum Palatinos, Regalia, & quidem majora obtinere, veluti legitimare, veniam ætatis concedere, Nobiles, Doctores, Licentiatos, Notarios, &c. creare, Sixtin. *d. c. 4. n. 103. seq.*

Adquirunt autem & obtinent Civitates Imperiales Regalia vel per concessionem, vel præscriptionem, vel consuetudinem, vel cooptationem in numerum Statuum Imperii, *c. super quibusdam. §. præterea. X. de V. S.* Et qui-
dem per concessionem, si Imperator eadem alicui civitati concedat, quod fieri posse nemo negat, Coler. *de jur. Imper. sect. 4. num. 42. & 43.* Sixtin. *de regal. l. 1. c. 5. n. 2.* de quo paulò post dicetur. Idque vel per modum privilegii, vel investituræ, sive infeudationem, Schrader. *de feud. part. 2. c. 1. n. 9.* Sixtin. *d. c. 5. n. 29.* Schneidewin. *de feud. part. 2. n. 94.* Wesembec. *cons. 45. n. 35.* Vultej. *de feud. libr. 1. c. 5. n. 6.* 12

Præscriptione adquirunt quoque Civitates Imperiales Regalia, & quidem contra Imperatorem tempore immemoriali, *c. super quibusdam. §. præterea. X. de V. S.* R. A. zu Augspurg. *de anno 1548. §.* Und soll unser. & §. wann auch ein außgezogener. *ibi:* daß er je in Menschen Gedächtnuß. & §. Wo aber innerhalb Menschen Gedencken. *arg. l. §. §. ductus aquæ. ff. de aqu. quotid. & æstiv.* Bald. *in l. cunctos populos. n. 5. C. de summ. Trinit.* Jacob. de S. Georg. *de feud. verb. cum mero. n. 19.* Gœden. *cons. 3. n. 24. & cons. 32. n. 8.* Coler. *de jur. Imper. sect. 43.* Mynsing. *5. obs. 25.* Rosenthal. *de feud. c. 5. concl. 16. n. 3.* Vultej. *de feud. lib. 1. c. 9. n. 21.* Bocer. *de regal. c. 4. n. 45.* in tantum, ut etiam Regalia, quæ Imperatori specialiter reservata sunt in signum supremæ eminentiæ, tanto tempore præscribantur, & præscriptio hæc locum habeat, tam in majoribus sive Majestatis, quàm minoribus Regalibus, Bart. *in l. hostes. n. 16. ff. de capt. & postlim.* Vasqui. *illustr. controv. c. 78. n. 4. & 82.* Sichard. *ad tit. C. nov. vectigal. instit. n. 5. & 6.* Gœden. *d. n. 24.* Zasius *cons. 16. n. 12. vol. 2.* Rosenthal. *d. conclus. 16. n. 3.* Vultej. *d. n. 21.* Pruckman. *de regal. c. 5. n. 98.* Sixtin. *de regal. l. 1. cap. 5. n. 144. seq.* Bocer. *d. c. 4. n. 47.* Mager. *de advoc. c. 9. n. 888.* Quod si verò præscriptio fiat contra alium, quàm Imperatorem, veluti contra Ducem, Comitem, Baronem, Nobilem, vel civitatem aliquam Regalia habentem, triginta vel quadraginta annorum cursum sufficere communiter Dd. concludunt, Bald. *cons. 370. n. 1. ad fin. lib. 3.* Felin. *in cap. cum nobis de præscript.* Cravet. *cons. 54. n. 8.* Borcholt. *de regal. num. 19.* Vultej. *d. c. 9. n. 21.* Pruckman. *d. c. 5. n. 112.* Sixtin. *d. c. 5. n. 157.* Coler. *d. sect. 43* Rosenthal. *d. cap. 5. concl. 17. n. 1.* Et Civitates Imperiales Regalia & jura territorialia præscriptione adquirere posse, concedit Knichen. *in velitat. apol. num. 102. 109. seq. & num. 136. & 175.* Klock. *de contrib. cap. 5. num. 50.* 13

Consuetudine & quidem immemoriali regalia adquiri posse à Civitatibus Imperialibus probat, *d. c. super quibusdam. §. præterea. X. de V. S.* Sixtin. *d. c. 5. n. 130. seq.* 14

15 Cooptatione & relatione quoque in numerum Statuum Imperii Regalia adquiri, tradit Ant. Coler. *de jur. Imper. sect. 41.*

16 Competunt quoque Civitatibus Imperialibus Regalia vi superioritatis territorialis, cùm is, qui superioritatem territorialem habet, ipsa quoque Regalia obtineat, uti *infra cap. seq. n. 141. dicetur.*

17 Quibus non adversatur 1. in contrarium adductum argumentum, quod enim Civitates Imperiales non pro privatis, sed personis publicis habeantur & personarum publicarum jure gaudeant, & Rebuspublicis Italicis omninò comparentur, aperte demonstratum est *supra c. 1. n. 30. seq.*

18 Secundum argumentum resolvitur distinguendo inter ipsa Regalia, & dignitatem Regalem, sive bona Regalem dignitatem annexam habentia, Regalia enim sunt mera jura realia, bona verò Regalem dignitatem annexam habentia, sunt res corporales, quibus dignitas illa Regalis adhæret, ut sunt Electoratus, Ducatus, Principatus, Comitatus & Baronatus, ita ut Civitates Imperiales Regalia quidem jura habeant, non verò Regalem dignitatem, cùm ejusmodi bona regalem dignitatem annexam habentia, veluti Ducatus, Principatus, Comitatus vel Baronatus, cum Regali dignitate non possideant, Reinking. *de regim. secul. lib. 1. class. 5. cap. 2. n. 43.* confer. Sixtin. *de regalib. lib. 1. cap. 3 n. 9. & per tot.* ubi plures differentias inter Regalia jura, & Regalem dignitatem adducit, Carpzov. *apud* Arumæ. *tom. 3. discurs. 15. de regal. concl. 8.* atque inde Regalia non posse dici Regales dignitates, vel pro illis

19 haberi, scribit Sixtin. *d. l. 1. c. 1. n. 16.* & Regales dignitates sine juribus regalibus consistere posse, ostendit Valasc. *de jur. emphyteut. q. 8. n. 34. circa med.* nec è contra absonum esse, aliquem habere Comitatum & tamen Comitem non esse, quia Regalia jura etiam sine titulo Regali subsistere possunt, Klock. *de contribut. cap. 5. n. 44. seq* Et licet quis non habeat Comitatum, seu dignitatem Regalem, si tamen habeat castra & loca alia in feudum, in quo Regalia exerceat, ex quo fortè ad eum spectent pœnæ & mulctæ, non aliter tamen de ipso, ejusque castris & locis censendum esse, quàm de Ducatu vel Comitatu, respondit Andr. Barbat. *consil. 71. n. 3. vol. 3.* Et si dignitas Regalis ad possessionem Regalium necessaria foret, nec Civitates Italiæ hoc jure gauderent, cùm nullibi traditum reperiatur, ipsarum terras in Ducatum vel Comitatum erectas esse, Brüning. *de var. univers. spec. concl. 19.* Ex quo concluditur, nihil hic titulum operari, & Ducis aut Comitis nomen minimè hanc eminentiam largiri, sed subjectionem potius immediatam, nec ex habitu Regali capacitatem possidendi Regalia necessariò & concludenter inferri, Klock. *d. cap. 5. n. 43. & 45.* Et cùm non tantùm per solam Imperatoris investituram, sed præscriptione quoque consuetudine & cooptatione in numerum Statuum Imperii, regalia adquiri ex ipso Knichenio *supra num. 12. & seq.* dictum sit, corruit etiam exinde, quod de incapacitate Civitatum Imperialium Regalia possidendi allegatum est, cùm alioquin incapaci nulla 20
profutura foret præscriptio, Molina *de Hispan. primogen. libr. 2. c. 6. n. 66. seq.* Pruckm. *de regal. §. soluta potestas. membr. 2. effect. 7. n. 157. seq.* prout etiam experientia & praxis Germaniæ contrarium demonstrat, ubi videmus Civitates Imperiales Regalia possidere & in dies exercere, & præterea *Aurea Bulla, tit. 1. § statuimus. 1.* assertam illam inhabilitatem apertè diluit, dum jus salvi conductus, quod inter Regalia refertur, *infra n. 85. & seq.* tam Civitati Moguntinæ, tum temporis adhuc Imperiali, per dicta *infra l. 4. c. 1. n. 106.* quàm aliis Civitatibus Imperialibus attribuit, *ibi:* civibus & communibus castrorum, civitatum, &c.

Ad 3. respondetur, quod licet Princeps vel 21
alius quidam Status in civitate aliqua jura quædam singularia obtineat, extra tamen jura illa, easdem nihilominus libertate sua, & jure, quod tanquam Imperii Status habet, placidè fruatur, nec ipsum territorium, aliaq; Regalia, Principis esse censeantur, & multæ aliæ sint Civitates Imperiales, in quibus Principibus vicinis nihil ex Regalibus vel aliis juribus competat, Besold. *de Iur. Civit. Imper. n. 12.* Sixtin. *de regalib. l. 1. c. 4. n. 82.* ubi id exemplis demonstrat & ostensum est *supra l. 1. c. 3. num. 44. & seq.*

Malè quoque 4. textum illum ex *tit. de pac.* 22
Constant. sumptum, ad Italiæ Civitates restringere Knichenium exinde probatur, quod licet istæ civitates hodie omninò sint liberæ, tales tamen olim, & illo tempore, quo sanctio illa fuit promulgata, non fuerint, cùm constet Civitatum Italicarum libertatem, ante Rudolphum I. non fuisse talem, quæ juri civitatum Imperialium comparari potuerit, Besold. *de jurisdict. Imper. Roman. p. 17.*

Neque etiam ex eo Civitatibus Imperialibus Regalia rectè negari possunt, quod ipsæ Imperatorem superiorem recognoscant, quod secus sit in Italiæ civitatibus, quia etiam Serenissimi Electores & illustrissimi & potentissimi Principes aliique Imperii Romani Status & proceres, Imperatoris superioritatem recognoscunt, & nihilominus Regalia indubitatò 23
obtinent, & sic quemadmodum his superioris Cæsaris recognitio quoad Regalium possessionem nihil præjudicat, ita quoque nec Civitatibus Imperialibus quicquam præjudicare poterit, cùm nulla hic diversitatis ratio dari possit, vide *infra c. 5. n. 25.*

Regalia dicuntur à Rege, id est, Imperatore, Bocer *de regal. c. 1. n. 17.* quod scilicet soli Regi, 24
sive Imperatori propriè competant, vel ab eodem solo conferantur, Vultej. *de feud. l. 1. c. 5. n. 6.* Germanis dicuntur Herrlichkeiten/ quo ipso Regalia designantur, Schrader. *inter consil.* Borcholt. *part. 2. cons. 18. vers. similiter quoque.* Besold. *thes. pract. verb.* Herrlichkeit. Sixtin. *de regal. l. 1. c. 1. n. 19. & c. 5. n. 105.* Paurmeister *de jurisdict. l. 1. c. 4. n. 18.* Meischner. *tom. 3. decis. 13. n. 32. fol. 331.* Speidel. *in notab. verb.* Herrlichkeit. Carpzov. *apud* Arumæ. *tom. 3. discurs. 15. conclus. 4.* ita, ut si generali concessioni de castro adjecta fuerint verba;

mit

mit Herrlichkeiten/ regalia contineantur, Sixtin. *d. num. 105.* Et nihil aliud sunt, quàm jura soli Imperatori, vel cui legitimè quæsita sunt, ad salutem & decus Reipubl. tuendum competentia, Carpzovii *apud.* Arum. *d. discurs. 15. con-*
25 *clus. 5.* Et dividuntur in Regalia majora & minora, Vultej. *de feud. c. 5. n. 7.* Rosenthal. *de feud. c. 5. concl. 3.* Zas. *de feud. part. 8. n. 19.* Sixtin. *de regal. lib. 1. c. 2. n. 1.* Vel in Regalia Majestatis, & Regalia fisci, Bocer. *de regal. cap. 2. n. 4.*
26 Majestatis, sive majora Regalia sunt, quæ ad Principis Romani supremum decus & authoritatem, sine pecuniario commodo pertinent, Bocer. *d. num. 6.* seu, in quibus suprema potissimum potestas, dignitas & præeminentia
27 Principis relucet, Carpzov. *d. l. concl. 9.* ex quo etiam dicuntur jura Majestatis, Bodin. *de republ. lib. 1. cap. 10.* Sixtin. *de regal. cap. 2. num. 5.*
28 Reservata Cæsarea sive Principis, Kayserliche Hoheiten und Reservaten/ Peregrin. *de jur. fisc. lib. 1. tit. 2. num. 98. & 100.* Pruckman. *rubr. quæ sint regal. cap. 3. num. 2. & cap. 5. n. 98.* Schneidewin. *de feud. part. 2. n. 108.* Paurmeister. *de jurisdict. lib. 1. cap. 4. n. 13. & seq.* ossibus Principis cohærentia, Wesembec. *consil. 61. n. 31.* ipsi coronæ annexa, Molinæ. *ad consuet. Paris. tit. 1. §. 1. verb. le fief. n. 54.* individua, Cyn. *in l. si viva matre. C. de bon. matern.* Sacra sacrorum, Felin. *in c. audientiam col. 2. de præscript.* Everhard. *in loc. à plenitud. potest. num. 9.* extra commercium existentia, per *l. apud Iulianum. §. constat. ff. de legat. 1. l. fin. ff. uti possidet.* Molin. *d. l.*
29 Et hæc Majestatis Regalia & jura soli Imperatori competunt, Constit. Imper. Friderici *de pac. Constant. §. volumus.* ibi: ea, quæ specialiter ad nostram excellentiam spectant, & majestati ita cohærent, ut ab ipsa nullo modo avelli possint, ita ut ubi Majestas, ibi & hæc quoque sint, necesse sit, Dieter. *de summ. Imper. potest. conclus. 85.* nec à summo Principe sine ejus destructione abdicari vel avelli possint, Thom. Michaël. *de jurisdict. concl. 8.* sicut nec radii solis à sole, Syring. *de pac. Relig. conclus. 4.* Buxtorff. *ad Aur. Bull. concl. 2. in fin.* Et hæc quidem antiquitus Imperatores Romani sibi solis reservata habebant, tractu tamen temporis, cum Imperatoribus ipsis, facies quoque Imperii nonnihil immutari, magistratuumque officia, quæ annua, vel quovis tempore revocabilia erant, hæreditario jure, ut & Regalia ipsa, concedi cœperunt, Georg. Christophor.
30 Meysisch. *de potest. & jurisd. Imper. concl. 5.* Indeque mutato nunc Imperii regimine, Imperatorem jura Regalia cum Imperii optimatibus & proceribus communia, quædam sibi soli reservata habere constat. Quamvis enim Principibus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, & Civitatibus Imperialibus Imperatorem superiorem recognoscentibus, neque jura, neque nomina Majestatis attribui possint, & licet in territoriis suis eandem, quam Imperator in Imperio potestatem habere dicantur, nullamque, cum Imperio immediatè sint subjecti, Majestatem obtinere valeant, Kirchner. *de Republ. disput. 2. thes. 2. lit. C.* videmus tamen ipsos quoque, vel ex concessione Imperatoris, vel præscriptione Regalia, tam Majestatis, sive majora, quàm fisci, sive minora, sine Majestatis Cæsareæ diminutione, exercere, seu potius eorum usum & exercitium habere, idque vigore superioritatis territorialis, de quo *infra cap. seq.* sicuti etiam Imperator 31
hodie omnia Majestatis jura solus, & sine Imperii ordinibus exercere non potest, Besold. *de jurisdict. quæst. 13. fol. 37.* nec enim solus bellum gerere, nec leges universales concedere, nec vectigalia nova instituere, nec fœdera cum extraneis contrahere, nec aliud quid ardui facere potest, nisi Imperii Statuum consensum adhibeat, per se manifestum est, & ex subsequentibus constabit. Ita ut etiam reservata Principi alteri, etiam privato demandari possint, *c. prudentiam. X. de offic. deleg. l. non solent. C. vectigal. nov. instit. l. vectigalia. ff. de publ. & vectigal.* Gail. *2. obs. 142. n. 4.*

Fisci Regalia sunt jura, quæ ad conservandum & augendum fiscum Imperatoris pertinent. arg. *tot. tit. Quæ sint regal. 2. feud. 56.* Bocer. *de regal. c. 3. n. 6.* quæ etiam minora & jura fisci, Vultej. *de feud. l. 1. c. 5.* quia fiscum propriè nemo habet, nisi Imperator, jure nimirum suo proprio, Bald. *in c. 1. §. ad hæc X. de pac. juramen. firm.* Quæ jura Regalia ideò Imperatori concessa sunt, ut habeat laboris immensi aliquod præmium, & fontem perennem, vel liberalitatis magnificæ & munificæ, vereque regiæ & egregiæ exercendæ, vel publicis necessitatibus subveniendi, arg. *l. benè. 3. in fin. C. de quadrien. præscript.* Bort. *de jur. Majestat. concl. 42.* Arnisæ. *de jur. Majest. major. c. 1. n. 3.* Et ita finis hujusmodi Regalium primævus fuit utilitas Reipublicæ, Casp. Klock. *de contribut. conclus. 1.* Heig. *part. 1. q. 17. n. 3. seq.* Et hujusmodi reditus Imperii Romani sub Friderico Barbarossa ex Germania & Italia fuisse sexaginta tonnas auri, refert Schneidewin. *ad tit. Inst. de success. ab intest. tit. de success. fisc. n. 5.* Besold. *class. 1. polit. disput. 3. c. 7. n. 37. vid. infr. c. 17. n. 20.* qui hodie adeò diminuti, ut Imperator inde se & familiam vix commodè sustinere, ac nisi ex hæreditariis provinciis multa aureorum millia impendat annua, Imperialem, & in tanto fastigio necessariam pompam vix tueri possit, uti scribit Jul. Pflug. *in orat. de republ. German. ordin.* Auctor der politischen Schatzkammer. *lib. 2. discurs. 2.* Fisci autem Regalia & jura etiam aliis Imperii Statibus & nominatim Civitatibus Imperialibus competere, demonstrabitur *infra c. 15.*

Ad Majestatis Regalia pertinent I. Superioritas Majestatica; solus enim Imperator in Imperio Romano Cæsareæ Majestatis, Kayserl. Majestät appellatione salutatur, & reliqui Imperii proceres vel Celsitudinis, vel Serenitatis titulo contenti sunt, Bodin. *de republ. l. 1. c. 10. fol. 233.* Reink. *de reg. sec. l. 1. class. 5. c. 6. n. 128.*

II. Legibus soluta potestas. *l. Princeps. 31. ff. de legib. Novel. 105. c. 2. in fin. l. digna vox. 4. C. de legib.* Perra *de potest. Princip. c. 24 per tot.* Nam & hodie Imperator legibus solutus rectè dicitur, Coler. *de imper. concl. 19.* Dieter. *de summ. Imper. potest. concl. 26.* Thom. Michael. *de jurisd. concl. 7.* Reink. *de regim. sec. l. 1. class. 3. c. 12. per tot.* Quod tamen

XLIX. Flumina quoque navigabilia, & ex quibus fiunt navigabilia, ex eadem ratione Majestatis Regalibus adnumerantur, *d. tit. 56. libr. 2. Feud.* Quemadmodum enim publicarum viarum, ita etiam fluminum publicorum cura ad Imperatorem, vel cui ea habenda concessit, pertinet, ut scilicet coactis operis ripæ muniantur, & alvei purgentur, quo flumina navigationibus sint apta & commoda, arg. *l. 2. ff. de flumin. l. fin. & tot. tit. Cod. de aqu. duc.* Vultej. *d. num. 7. verf. flumina publica.* Rosenth. *d. cap. 5. conclus. 23. num. 1. & 2.* Bocer. *d. cap. 2. num. 164.* Quod tamen hodie superioritati quoque territoriali adscribitur, Bart. *in l. quo minus. numer. 4. ff. de flumin. ne quid. in flum. & ibi* Wesembec. *in parat. num. 3.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 1. num. 417.* Mingius *de super. territ. concl. 68.* Bidembach. *nobil. quæst. 13. per tot.* ubi docet, Principes in fluminibus publicis, quæ per Nobilium (& sic etiam Civitatum Imperialium) territoria & bona fluunt, superioritatem territorialem exercere non posse, sed eandem ad ipsos Nobiles (& civitates) pertinere.
L. Regalibus quoque vulgò adscribitur merum & mixtum Imperium, Peregrin. *de jur. fisc. lib. 1. tit. 1. num. 10.* Menoch. *3. præsumpt. 97. n. 27. seq.* Thom. Michael. *de jurisdict. conclus. 46. lit. C.* Zas. *de feud. part. 5. num. 11.* Vultej. *de feud. lib. 1. cap. 5. num. 7.* Bidembach. *nobil. quæst. 1. n. 20.* Meischner. *tom. 2. libr. 2. decis. 4. num. 137. in fin.* Rosenthal. *de feud. cap. 5. conclus. 4. num. 4. in not. lit. d.* Reinking. *de regim. secul. libr. 2. class. 2. cap. 17. num. 69.* Sixtin. *de regal. lib. 2. cap. 8. n. 42. seq.* Schrader. *de feud. part. 4. c. 1 num. 54. & seq.* Nolden. *de stat. nobil. c. 17. num. 125. seq.* & quod omnimoda jurisdictio sit de regalibus, docet Rosenth. *d. concl. 4. n. 7.* Vultej. *d. n. 7. verf. atque hæc sunt.* Quibus tamen contradicit Bocer. *de regal. c. 3. n 26. seq.* Bossius *de princip. n. 18.*
LI. Jus quoque venandi nonnulli Regalibus adscribunt, de quo *infra c. 7. per. tot.* 117
Porrò fisci Regalibus adscribuntur. I. Mulctarum & pœnarum compendia, *c. unic. quæ sint regal. 2. Feud. 56.* Matth. Steph. *de jurisdict. l. 2. part. 1. c. 7. membr. 1. n. 229.* Sixtin. *de regal. l. 2. c. 8. n. 46.* Rosenth. *de feud. c. 5. concl. 49. n. 1. seq.* Bocer. *de reg. c. 3. n. 8. seq.* Quæ tamen hodie pro fructibus jurisdictionalibus habentur, de quibus *infra c. 6. n. 78. & seq.* 118
II. Bona vacantia, Erblose Güter. III. Bona, quæ ut indignis auferuntur, IV. Bona incestas nuptias contrahentium, V. Crimen læsæ Majestatis committentium, & VI. Bona damnatorum & proscriptorum, de quibus, vide *infra c. 13. per tot.* 119

VI. Ri-

120 VII. Ripatica, *d. c. unic. quæ sint regal. & ibi* Borcholt. *n. 42.* Peregrin. *d. l. 1. tit. 1. num. 24.* Sixtin. *d. l. 2. c. 5. n. 1. & per tot.* Bocer. *de regal. d. c. 3. num. 134.* idque ratione vectigalis, quod pro transitu riparum solvitur, arg. *l. inter publica. 17. §. 1. ff. de V. S.* Sixtin. *d. c. 5. n. 9.* Borcholt. *d. n. 42.* Vultej. *d. n. 7. vers. 5.*

121 VIII. Portus, *d. c. unic. quæ sint regal. 2. feud. 56.* Sixtin. *d. l. 2. c. 4. n. 10.* Vultej. *d. n. 7. vers. IV. portus.* Bocer. *d. c. 3. n. 128.* ratione sc. vectigalis, quod ex navium statione fisco Imperatoris olim solvebatur, *l. inter publica. 17. §. 1. ff. de V. S.* Vel quod tum in portu, tum in transitu ejusdem solvitur, Sixtin. *d. c. 4 n. 11.* Bocer. *d. c. 3. n. 131.* Borcholt. *d. c. un. quæ sint regal. n. 41.*

IX. Argentariæ, *d. c. un. quæ sint regal.* id est, argenti seu metalli fodinæ, de quibus *infr. c. 16. n. 49. & seq.*

122 X. Piscationum reditus *d. c. un. quæ sint regal. 2. Feud. 56.* qui nihil aliud sunt, quàm vectigal, quod ex piscatione solvitur, sive pars prædæ piscatoriæ, arg. *l. inter publica. 17. §. 1. ff. de V. S.* Bocer. *de regal. c. 3. n. 145. seq.*

123 XI. Idem est quoad reditus Salinarum, *d. tit. quæ sint regal. 2. feud. 56.* Bocer. *d. c. 3. n. 175.* Sixtin. *de regal. l. 2. c. 19. in princ.* & Marpurgens. *consil. 9. n. 1. vol. 1.* Vultej. *de feud. l. 1. c. 5. n. 7.* idque respectu partis cujusdam decimæ, sive vectigalis, quod ex salinis privati fisco pendere solebant, confer. *infra l. 5. c. 22. n. 16.*

XII. Thesauri dimidium in loco Cæsa- 124
ris vel religiosi, non data opera inventi, & thesaurus integer in hisce locis data opera inventus, *d. tit. quæ sint regal. 2. feud. 56.* Peregrin. *de jur. fisc. libr. 4. tit. 2. in princ. & n. 4.*

XIII. Extraordinaria collatio, quæ fit ad 125
fœlicissimam Regalis numinis expeditionem, *d. tit. quæ sint regal.* Rosenthal. *de feud. c. 5. concl. 73. n. 1.* die Reichssteuer zu einem Römerzug. Bocer. *de regal. c. 3. n. 196.* de qua *infra c. 17. n. 69.*

XIV. Fisci Regalibus adnumerantur præ- 126
stationes Angariarum, parangariarum, plaustrorum & navium, *2. Feud. 56. l. jubemus. 10. l. seq. C. de S. S. Eccles. l. nullus. 21. C. de cursib. publ. l. 2. C. de quib. muner. nemin. lic. se excus.* quas vulgò dicunt esse onera patrimonialia, in præstatione jumentorum, navium, plaustrorum & operarum consistentia, quæ propter repentinum aliquod negocium indicuntur, per *d. l. 2. C. de quib muner. l. fin. §. 21 ff. de muner. & honor. l. 2. C. de propos. sac. cubic.* Gothofred. Anton. *disput. feud. 3. concl. 8. lit. a.* Confer. Sixtin. *de regal. c. 13. per tot.* Rosenthal. *de feud. c. 5. n. 70. per tot.*

CAPUT V.

De Jure & Superioritate territoriali.

Summaria.

1. Civitates Imperiales jura territorialia habere nonnulli negant, contrarium verius, n. 7. & seq.

2. Superioritas territorialis jure Principatus exerceri videtur, & n. 15.

3. Italiæ tantum civitates jura territorialia habere videntur, non verò Imperiales, quia Imperatorem superiorem agnoscunt, & n. 25. & 27.

4. Civitates Imperiales non videntur esse Status Imperii, & n. 28.

5. Non adeo magna habent territoria, quàm Principes.

6. Nec videntur demonstrare posse titulum, ex quo talia jura habeant.

8. Superioritas territorialis territorio adhæret.

9. Civitates Imperiales solum Imperatorem superiorem agnoscunt.

10. Imperator territorialem jurisdictionem in Civitates Imperiales non exercet.

11. Status nomen in Civitatibus Imperialibus non debet esse otiosum.

12. Ab efficacia effectus arguitur potentia causæ efficientis.

13. Nobiles immediati jura territorialia habent in suis territoriis & districtibus.

14. Civitates & Nobiles quoad sua castra & ditiones comparantur.

15. Regalis dignitas à territoriali differt.

16. Civitates quoque Imperiales nonnullæ feudales sunt.

17. Distinguitur inter jus personale Principum & jus ipsum territoriale.

18. Superioritas territorialis quatenus dicatur Landfürstliche Obrigkeit & Landes hohe Obrigkeit/ *&c.*

19. Gewaltsame *quid denotet?*

20. Zwäng und Bänn.

21. Flur *quid.*

22. Superioritas territorialis in Principe, Comite, Civitate & Nobilibus quomodo dicatur.

23. Civitates Imperiales habent jura Principum ratione rerum, non vero personarum.

24. Superioritas territorialis quandoq; in Civitatibus Imperialibus dicitur Landsfürstliche Obrigkeit.

26. Imperio Romano servire est libertate potiri.

29. Jus territoriale non est restrictum ad Status Imperii.

30. Parva

30. Parva & magna eadem juris determinatione includuntur.
31. Et de parvo & magno idem jus statuitur.
32. Iulius Cæsar in oppido quodam humili maluit esse primus, quàm Romæ secundus.
33. Potentia divitiarum & paupertatis, vel sublimiorem vel inferiorem non facit.
34. Majus & minus non mutant speciem.
35. Territorium quoque dici potest jurisdictio in paucas & singulares personas.
36. Territorium unde dicatur?
37. Et quibus nominibus appelletur?
38. Territorii nomine etiam aër venit.
39. Possessor non tenetur possessionis titulum ostendere.
40. Civitatis nomine continentur etiam ea, quæ sunt extra muros.
41. Principes unde jura territorialia habeant?
42. Et unde Civitates Imperiales?
43. Civitates Imperiales & alii Status hodie superioritatem proprio & hæreditario jure exercent, & n. 44.
45. Quare Imperatores Statibus jura regalia & territorialia hæreditario jure concesserint.
46. Civitates Imperiales superioritatem territorialem adquirunt, per concessionem Imperatoris.
47. A quo omnis territorialis jurisdictio fluit.
48. Quomodo hæc concessio fiat, & n. 49.
50. Superioritas Imperialis & absoluta concessionis est nescia.
51. Principes jura territorialia quatenus ad alios inferiores transferre possint?
52. Adquiritur præscriptione, & quanto tempore, n. 53.
54. Cooptatione & relatione in numerum Statuum.
55. Conventione.
56. Spontanea submissione.
57. Superioritas territorialis moribus introducta, & quid sit?
58. Quotuplex sit?
59. Malè cum Regalibus, omnimoda jurisdictione & mero Imperio confunditur, & num. 60.
61. Differt quoque à reservatis Cæsareis.
62. Superioritatem territorialem nonnulli ad Landsassios restringunt.
63. Landsassii qui?
64. Superioritas territorialis non cadit in mediatos, sed Status immediatos, remissivè.
65. In constituenda immedietate non opus est, ut aliquis bona ab Imperio immediatè habeat.
66. In alternativis alterutrum sufficit, & aliud est in Imperio, aliud sub Imperio, aliud ab Imperio bona possidere.
67. Superioritas territorialis in quibus consistat?
68. Effectus superioritatis quinam sint?
69. Civitates Imperiales aliiq; territoriorum domini, in omnia territorii sui bona & personas universalem habent jurisdictionem.
70. Clerici etiam dicuntur provinciales & subditi sui domini.
71. Excessus Clericorum per dominum temporalem puniri possunt, & n. 72.
73. Ecclesiæ Antistites jurisdictione carent, sed audientiam tantum habent, & n. 74.
75. Criminalium causarum cognitio ad Comites pertinuit.
76. Insignia monasteria multa territoriali jurisdictione carent.
77. Generali præsumptione juris, monasteria & bona ad ea pertinentia in alterius Principis, civitatis vel Status territorio sita, ad ejusdem jurisdictionem & superioritatem pertinere judicantur, donec exemptio doceatur.
78. Exemplo est Eßlinga.
79. Si Comites, Barones, Nobiles, in Civitatis alicujus Imperialis territorio delinquant, & ibi reperiantur, an à magistratu capi & puniri possint?
80. Comites, Barones & Nobiles ab aliorum Statuum jurisdictione exempti sunt, & num. 104.
81. Ecclesiastica persona à magistratu politico sine ordinarii consensu puniri nequeunt, & sic nec Comites, Barones & Nobiles, & n. 105.
82. Nobiles immediati Imperatoris sunt ministeriales.
83. Æquiparatorum æqualis est ratio, & n. 106.
84. Milites in transitu delinquentes ad magistratum militum remittendi sunt, & n. 107.
85. Caroli M. dimissio militum refertur, & n. 108.
87. In Nobiles, Barones & Principes olim eadem pœna constituta, & n. 109.
88. Absurdum est, quod par in parem, vel inferior in superiorem jurisdictionem habeat, & n. 110.
89. Privilegia in corpus juris redacta per delictum non amittuntur.
90. Unusquisq; in loco delicti commissi forum sortitur.
91. Et delictum tribuit jurisdictionem.
92. Reatus excludit honorem.

93. *Exemptus à foro non intelligitur de criminali.*
94. *Delinquentibus jura privilegia sua non tribuunt.*
95. *Delictum non excludit dignitas.*
96. *Delinquentium remissiones hodie locum non habent, nisi jure amicitiæ.*
97. *Quod exemplis declaratur.*
98. *Minus potens in suo territorio superat potentiorem.*
99. *Principes in alieno territorio ut privatus forum sortiuntur.*
100. *Legati delinquentes in loco delicti puniri possunt.*
101. *Cujus exempla referuntur.*
102. *Comites, Barones & Nobiles in alieno territorio delinquentes, ibidem criminaliter puniri possunt, & n. 103.*
111. *Causæ criminales an ad judices Austregarum pertineant?*
112. *Civitates Imperiales in Comites, Barones & Nobiles ultimo supplicio non facilè animadvertere debent, propter periculum inde futurum, exemplo Conradini.*
113. *Olim in Decuriones & personas illustres sine superioris scientia criminaliter animadvertere non licuit.*
114. *Principes, Duces & alii proceres Imperii majores coram solo Imperatore forum sortiuntur in criminalibus.*
115. *Idque cum consilio aliorum Imperii Statuum.*
116. *Pontifex cum Cardinalium consilio ardua explicare solet.*
117. *Exempla Imperatorum, qui proceres Imperii coram Imperii ordinibus accusarunt, referuntur, & n. 118. 119. 120. 121. 122. 123.*
124. *Camera Imperialis inconsulto Cæsare Principes in bannum non declarat.*
125. *Idem in aliis Regnis observatur.*
126. *Vti & ab Imperatore.*
127. *Ad superioritatem territorialem quoq; spectat cura & jurisdictio Ecclesiastica.*
128. *Homagii exactio.*
129. *Protectio territorialis ordinaria.*
130. *Justitiæ administratio.*
131. *Cui annexa est in judiciis comparitio.*
132. *Vti & ad conventus provinciales.*
133. *Sola tamen citatio subjectionem non probat, nisi obedientia secuta.*
134. *Ius constituendi magistratus.*
135. *Curiarum erectio.*
136. *Statutorum ordinatio.*
137. *Mandatorum & edictorum promulgatio.*
138. *Etiamsi nemo pœnam incurrat.*
139. *Inhibitiones autocraticæ.*
140. *Evocationes subditorum.*
141. *Ius mulctandi.*
142. *Iudicia censoria.*
143. *Referuntur quoq; ad jurisdictionem territorialem Regalia.*
144. *Vti & via regia sive publica, & n. 145.*
146. *Territoriorum domini depradatis damnum resarcire tenentur.*
147. *Modo peregrinantes via solita incedant.*
148. *Et vectigal solvant, vel simile.*
149. *Territoriorum domini delictorum in via publica commissorum cognitionem habent.*
150. *Quid si delictum in confinio commissum, ad quem cognitio spectet.*
151. *Vbi ita occisus sepeliri debeat?*
152. *Ad jus territorii pertinet jus conducendi euntes & redeuntes.*
153. *Concessio salvi conductus judicialis.*
154. *Induciarum moratoriarum concessio.*
155. *Ius instituendi collegia.*
156. *Concessio hebdomadalium nundinarum.*
157. *Encœniorum consuetudo.*
158. *Vnde hæc consuetudo orta?*
159. *Quis horum finis?*
160. *Chorearum concessio.*
161. *Quæ mixto Imperio adscribuntur.*
162. *Tabernarum erectio.*
163. *Quæ itidem mixto Imperio adnumerantur.*
164. *Vti & inter* Ehafftin *& quæ tales vocantur.*
165. *Collectarum & contributionum exactio.*
166. *Gabella detractionis.*
167. *Ius cudendi monetam.*
168. *Flumina publica.*
169. *Ius piscandi & venandi.*
170. *Bona vacantia & inculta.*
171. *Decimæ novales ad territorii dominum spectant.*
172. *Per decimarum receptionem jurisdictio probatur.*
173. *Decimas novales alii decimatori ordinario adscribunt.*
174. *Pertinent ad jus territoriale reditus fructuum vel vini, qui territorii nomine solvuntur.*
175. *Vti &* Bodenzinß.
176. *Cura ponderum & mensurarum.*
177. *Cura annonæ.*
178. *Otiosorum & validorum mendicantium compressio.*
179. *Tutorum & Curatorum constitutio.*
180. *Appellationis receptio.*

181. *Ap-*

181. Appellatio judicis à quo subjectionem, & ad quem superioritatem denotat, & n. 182. & 183.
184. Consuetudine quandoque appellationes ad eum deferuntur ad quem aliàs non pertinent, cujus exempla referuntur.
185. Jus recipiendi Judæos.
186. Facultas indulgendi delicta & pœnas capitales.
187. Jus belli & armorum.
189. Armorum & insignium pictura.
190. Jus mittendorum legatorum.
191. Potestas concedendi jus civilitatis.
192. Prohibitio ne cives extraneum in ædes recipiant.
193. Et ne cives extra territorium divagentur.
194. Ius fisci ad superioritatis territorialis jura pertinet.
195. Civitates Imperiales in bonis officialium habent jus tacitæ hypothecæ.
196. Ius molendinorum.
197. Operæ & servitia civium.
198. In Civitatibus Imperialibus nemo mandatis, edictis, decretis, citationibus, captivationibus & similibus actibus judicialibus procedere potest.
199. Deficiente antecedente, deficit consequens.
200. Unius provinciæ Præses alterius præsidis subditos citare vel mandare nequit.
201. Subditi & cives domini jurisdictionem prorogare non possunt.
202. Pertinet quoq; ad jus superioritatis fœderum pactio.
203. Pactio fœderum.
204. Cura theatrorum, stadiorum, diversoriorum, &c.
205. Ius vectigalium.
206. Ius archivi.
207. Ius intradæ.
208. Ius aperturæ castri, &c.
209. Ius hospitaturæ.
210. Gallinarum solutio.
211. Vti & avenæ vogteicæ exactio.
212. Columbariorum visitatio.
213. Ius pascendi.
214. Lapidum terminalium positio.
215. Lapides & columnæ terminales fines jurisdictionis territorii probant.
216. Differentia lapidum terminalium.
217. Actus ponendi custodes arguit fines & dominium jurisdictionis.
218. Privilegiorum concessio & confirmatio superioritatem arguit.
219. Idem est, quoad contractuum confirmationem.

1 REperiuntur nonnulli, qui Civitates Imperiales non habere jura territorialia, sive superioritatem territorialem, sed jura hæc penes Imperatorem residere, & plerumque eadem Electores, aliosque vicinos Principes in Civitatibus Imperialibus, earumque districtibus sibi comparasse, asserunt, Andreas Knich. *de jur. territ. c. 1. n. 116.* & in *velitat. apolog. n. 15. 20. & 130. seq. & in epops.* Compilator. *decis. & præjudic. Camer.* apud Gylman. *Symph. tom. 3. verb. Civitatis Imperialis.* ubi dicit: semper ego fui in illa opinione, quod civitates non habeant die hohe Landsfürstliche Obrigkeit/ sed quod illa resideat penes Imperatorem, multiq; alii Catholici mecum tenuerunt hanc opinionem. Qui his potissimum utantur rationibus. I. Quod illis tantum ditionibus jus territorii competat, quæ in Ducatum, vel Marchionatum sunt evectæ, vel aliam dignitatem regalem annexam habent, & feudi lege ab Imperatore recognoscuntur: Civitates autem Imperiales cum regalibus, amplissimisque clausulis, mit Landsfürstlicher Obrigkeit: mit aller Hoh- und Herrlichkeit/ ab Imperatore investitæ non sunt, neque ditiones & territoria earum, in Ducatum, in Marchionatum, Principatum, &c erecta & evecta.

2 II. Quod superioritas territorialis non nisi jure quodam Principatus exerceri possit, arg. *c. 1. de feud. March.* atque inde etiam à potiori appelletur, die Landsfürstliche Obrigkeit/ hoc autem de Civitatibus Imperialibus, quod habeant die Lands-fürstl. Obrigkeit/ dici non possit.

III. Quia Civitates Imperiales Imperatorem superiorem recognoscunt, atque ideò etiam in Civitatum imperialium ditionibus & territoriis Imperatori tanquam superiori & territorii domino supremo superioritas territorialis competat, indeque illud, quod asseritur à nonnullis, quod Civitatibus imperialib⁹ superioritas territorialis competat, de Italiæ civitatibus exaudiendum sit, utpotè, quæ superiorem neminem, ne Cæsarem quidem recognoscunt, in Civitatibus verò imperialibus secus sese hæc habeant. 3

IV. Quod Civitates imperiales non sint Status Imperii, & licet in Comitiis compareant, votum tamen decisivum non habeant. 4

V. Quod Civitates Imperiales non adeò magna & lata habeant territoria, quàm Principes & alii Status Imperii: Imò quandoque ipsarum jurisdictio extra muros civitatis sese non extendat, & sic cum territoria non habeant, nec territorialem jurisdictionem sive superioritatem obtinere possint, cum superioritas hæc à suo subjecto, territorio scilicet, talis dicatur, & sine eo subsistere nequeat, ut *infra n. 8. dicetur.* 5

VI. Quod non possint demonstrare titulum, ex quo jura hæc territorialia obtineant, & quod non reperiantur Civitates Imperiales in tota Suevia, quæ territorium per se, sine particula- 6

ticularibus titulis, obtineant, nuper magni nominis virum quendam asserere conatum esse, refert Auctor actor. Lindaviens. *fol. 73.* §. nichts destoweniger.

7 Verum hisce & aliis similibus non attentis, Civitates Imperiales jus territorii, sive superioritatem & jurisdictionem territorialem habere, in civitatibus ditionibus, districtibus & territoriis suis, apud omnes ferè in confesso est, & nominatim probant, Thom Michael *de jurisd concl. 14. lit. G.* Scipio Gentilis *de jurisd. l. 3. c. 22.* Cluten. *Syllog. rer. quotid. concl. 27. lit. C.* Gail. *2. obs. 7 n 7. & de arrest. c. 9. n. 1.* Matth. Stephan. *de jurisd. l. 2. part. 1. c. 7. n 18. seq. & part 2. l. 1 c. 1. num 63.* Bruning. *de var. universit specieb. concl. 19.* Rut. Rulant. *de Commiss. part 2 l. 1 c. 4. n. 4.* Ziegler. §. *Landsa. fit concl. 1. n. 203.* Besold. *de jur. Civit. Imper. num. 8. seq. & de jurisd. c. 17.* Wehner. *pract observ. verb.* Landsfürstl. Obrigkeit. *fol. 462.* Christoph. Ming. *de super territ. concl. 4 4.* Caspar. Klock. *de contrib. c. 5. n. 52 seq. & cons. 29. n. 401.* Auctor decis. Camer. apud Gylman. *tom. 3. verb. Civitas Imperialis.* Bocer. *de collect. c. 4. n. 6. & de jurisd. c. 8. n 8.* Reinking. *de regim sec l. 1 class. 5. c. 5. per tot.* Johan. Wurmser. *de jur. publ. exerc. 3. qu 17.* Thom. Maul. *de jur. conduct. tit. 2. n. 13. & 26.* Mager. *de advoc. c. 6. n. 187.* Ritter. *de homag. concl. 75.* Paurmeister. *de jurisd. l. 2. cap. ult. n. 24* Sixtin. *de regal. l. 1. c. 4. n. 82.* Bertram *de Comit. concl. 48.* Joh. Limnæ. *de jur. publ. l. 7 c. 1 n. 50.* Bened. Carpz. *de leg. Reg. German. c. 1. sect. 12. n. 24. seq.* Mich Heing. *dissert. inaug. de Civitat. Imper. concl 24.* Author apolog. Colmar. *c. 1. membr. 2 fol. 60. & fol. 36. & seq.* Just. Sinolt. Schütz. *1. colleg polit. disput. 6. concl. 10. lit. D.* Ita, ut contrarium asserere sit revangare mundum, secundum Bald. *tract. de schismat. in princip. 10.* Cravet. *cons. 263 n. 7* Bocer. *de collect. c. 4. n. 6* Ritter. *d. concl. 7.* Atque hæc communiter recepta sententia, his potissimum suffulta est rationib. I. Quod quælibet Civitas Imperialis proprium habeat districtum & territorium, cujus nomine

8 Imperatorem immediatè recognoscit, & sic quoque jus territorio annexum, quod est superioritatis, die Lands Obrigkeit. Bocer. *de collect. c. 4 n. 40.* Besold *d. n. 8.* quia territorialis superioritas territorio adhæret, sicut nebula super paludem, Bald. *in l. fin. C. ubi & apud quos.* Natta *cons. 1 9. n. 19.* Ming. *de super. territ. concl. 9.* & tanquam contentum continenti, Decian. *resp. 123. n. 24. vol. 3* Goedd. *in l. pupillus, 239. §. territorium n. 2. ff. de V. S.* Cui igitur territorium propriè sumptum competit ad eum quoque jus territorio cohærens pertinet, quod est superioritas, Camill Borell. *cons. 70. n. 34. & cons 86. n. 11.* Bocer. *d. n. 40.* Joh Wurmser. *de jur. publ. exerc. quæst. 18* Atque ita, sive cum Bald. territorium passivè consideremus, pro terræ spacio jurisdictione munito, sive activè, pro ipsa superioritate territoriali, sive summo Imperio, quod post Principem in suos subditos exercent reliqui Status, id rectè quoque Civitatibus Imperialibus attribuitur, Reinking. *de regim. secul. lib. 1. class. 5. c. 5. num. 9.*

9 II. Omni dubio caret, Civitates Imperiales esse immediatas tam ratione corporis & personarum, quàm ratione territorii cujusque civitatis, quia utroque hoc respectu, superiorem neminem alium recognoscunt, quam solum Imperatorem, sicuti reliqui Status Imperii immediati etiam superiores. At verò, qui hoc modo immediati sunt, superioritatem territorialem obtineant, necesse est Si enim eam non obtinerent, sequeretur eandem aliis competere, & quidem vel Imperatori, vel alii cuidam Imperatore inferiori. Imperatori autem in Civitatum Imperialium territoriis superioritatem territorialem non competere, inde constat, quod eadem in iisdem non utatur, nec civitatibus eandem utentibus contradicat, quorum neutrum Imperator omissurus foret, si quidpiam hujus ipsi competeret, cum nemo suum jactare vel negligere præsumatur, 10 præsertim verò Imperator, qui vigilans Imperii caput est. Et quod nec ipse Imperator territorialis superioritatis potestatem in Civitates imperiales sibi sumat, bene sibi conscius, inter nomen Principis atque civitatis magnam esse discrepantiam, re verò ipsa, quoad libertatem, inter Imperii civitates harmonicam esse convenientiam, scribit Limnæ. *de jur. publ. tom. 3. l. 7. c. 1. n. 50.* Aliis quoque ab Imperatore inferioribus hæc jura in Civitatum imperialium territoriis non competere, inde colligitur, quia hoc casu civitates istæ dici amplius non possent, nec essent immediatæ, sed aliis subjectæ, tanquam territoriorum suorum dominis subjectæ, sicuti argumentatur & concludit Limnæ. *de jur. publ. tom. 3. l. 7. c. 1. n. 50. vers. deinde certum.*

III. Quia Civitates Imperiales membra & 11 Status sunt Imperii, & cum reliquis Imperii ordinibus Principum & Electorum, Imperium politicum constituunt, eorundemque jura obtinent, ut *supra cap. 1. & 2.* pluribus demonstratum est, atque ideò nomen hoc Status Imperii, vel Imperii civitas, non magis in civitatibus, quàm in Principibus inane esse debet, Bald. *in tract. de schismat. in princ. n. 10.* Decian. *cons. 40. n. 21. vol. 4.* Besold. *de jur. Civit Imper. n. 8.* ubi addit, nomen hoc Status nudum civitati non cessisse, sed virtute sua amictum venisse, ornamentaque ac jura sua secum traxisse. Indeque nullam urgentem rationem dari posse, cur civitates juribus superioritatis, quæ vulgò Land-Ober- und Herrligkeit/ appellant, carere, vel Regalium incapaces esse debeant, scribit Thom. Michael *de jurisd. concl. 4.*

IV. Quia apud omnes in confesso est, quod 12 Civitates Imperiales in possessione & exercitio superioritatis territorialis sint constitutæ, id quod singulæ ferè ejusdem species & actus comprobant. Ita enim Civitat. Imper in suis civitatibus, territoriis & ditionibus competere jus mutandi Religionem, idque jure superioritatis territorialis, *præcedenti c. 7. n. 1. & seq.* satis superque probatum est, & de reliquis juribus, speciebus & actibus ex subsequentibus constabit. Ab efficacia autem effectus arguitur potentia causæ efficientis, & effectus denotat causam, *l. rem non novam. circa fin. C. de judic. proœm. Instit. §. quorum utramque vim vers. & bellicos.* Nicol. Everh. *loc. legal. ab effectu 21. n 2.*

V. Atque

13 V. Atque hoc etiam exemplo & argumento Nobilium Imperio immediatè subjectorum, quos jura territorii, sive superioritatem territorialem habere in territoriis, ditionibus & districtibus suis, communis Doctorum est assertio, & probant Sixtin. *de regal. lib. 1. cap. 4. n. 62.* Gail. *3. observ. 62. n. 3.* Rutg. Rulant. *de commiss. lib. 5. cap 4. n. 44.* Besold. *de ord. Equestr. n. 10. & in thes. pract. verb.* Freye Reichs-Ritterschafft. *quæst. 1. in fin. vers. in Nobilibus. & part. 2. consil. 49. n. 117. seq.* Wehner. *pract. observ. verb.* Ritterschafft. *& verb.* Stände deß Reichs. Mager. *de advocat. cap. 6. n. 109. seq.* Johan. Bidembach, *Nobil. quæst. n. 7. seq.* Josias Nolden. *de Stat. Nobil. cap. 17. num. 105.* Martin. Rumelin. *ad Aur. Bull. part. 1. dissert. 1. conclus. 13.* Christoph. Mingius. *de super. territ. concl. 45. & 47.* Killinger. *de Ganerb. castr. discurs. 2. n. 61.* Georg. Ritter. *de homag concl. 79.* Ernest. Gothofred. *de jur. consistor. conclus. 45.* Georg. Brautlacht. *epitom. jur. publ. lib. 3. cap. 5. num 8.* nobiliss. Dn. Casp. Lerch *de ord. Equestr. part. 2. numer. 108. fol. 203. & seq.* Reinhard. König. *synops. jur. publ. discurs. 10. conclus. 41. seq.* Just. Sinolt. Schutz. *in colleg. de jur. publ. 1. disput. 6. conclus. 10. lit. F. & disput. 9. conclus. 10. lit. A.* Et hanc quidem qualitate & specie cum ea parem, quam habent cæteri Status, Bidembach. *d. quæst. 1. n. 10.* Besold. *d. con-*
14 *sil. 49. n. 117.* Mager. *d. c. 6 num. 109. & 112.* Nobiles autem & Civitates Imperiales, quoad sua castra, civitates, ditiones, territoria, & superioritatem territorialem æquiparantur, Wehner. *d. verb.* Ritterschafft. Gail. *d. obs. 62 n. 3.* Mager. *d. c. 6. n. 114.* Ritter. *de homag. concl. 79.* Besold. *de ord. Equestr. n. 10.* Sixtin. *de regal. libr. 1. cap. 4. n. 92. & 95. seq.* Nolden. *d. c. 17. n. 108.*

Quibus non adversantur ea, quæ in contrarium sunt adducta; Nam *primum* quod attinet, in eo committitur petitio principii, & negatur superioritatem territorialem Ducatibus, Marchionatibus, & Comitatibus tantum cohærere, qui feudi lege recognoscuntur, ex eo
15 enim hoc sequeretur inconveniens, quod Ducatus & Comitatus allodiales territoriali hac superioritate destituerentur, cum videamus nonnullos Ducatus, Comitatus, Baronatus in totum vel ex parte adhuc esse allodiales, jureque proprio possideri, ubi possessores jura territorialia usurpant, jure proprio, nulla investitura, vel Principis beneficio cooperantibus, Besold. *de jurisdict. quæst. 17.* Joh. Limnæ. *de jur. publ. lib. 7. cap. 1. n. 50. vers. ad quartum. in fin.* Ad hæc, dignitas Regalis non est de substantia superioritatis territorialis, sed differt dignitas Regalis à dignitate territoriali, sicuti notant Reinking. *de regim. secul. lib. 1. class. 5. cap. 2 num. 41. & ibid. cap. 5. n. 15.* Christ. Mingius *de super. territ. concl. 44.* Quemadmodum enim dignitas regalis feudalis sine dignitate territoriali, ita etiam è contra dignitas territorialis sine dignitate regali feudali omninò subsistere potest, siquidem dignitas feudalis, sicuti etiam est Comitatus, Baronatus, etiam in mediatum & Landsassium cadere potest: Et multi sunt Comites & Barones, qui quidem dignitate regalis feudi investiti sunt, territorialem tamen jurisdictionem & superioritatem non habent, sed aliorum Principum Landsassii & subditi sunt, & salva illorum superioritate territoriali, Landsfürstliche Obrigkeit, dignitatem tituli regalem præeminentiam annexam habentis, nacti sunt, uti constat ex R. A. zu Augspurg *de anno 1548.* §. wiewol auch in der Ringerungs-Handelung. *66.* Reinking. *d. cap. 2. num. 42. & eod. lib. 1. class. 4. cap. 14. num. 34.* Mingius *de super. territ. conclus. 12.* Quales sub domo Austriaca sunt Comites zu Hardeck / sub Electore Brandeburgico Comites zu Hanstein / Barones zu Burden / & sub Duce Pomeraniæ, Comites von Weingarten / qui omnes regalem dignitatem, non tamen regalia vel territorialia jura obtinent, Johan. Wurmser. *de jur. publ. exerc. 3. quæst. 17.* Quamvis igitur Civitates Imperiales Regalibus dignitatibus non gaudeant, nihilominus tamen juribus Regalibus gaudere possunt, sicuti enim dignitas regalis sine juribus regalibus, ita etiam jura regalia sine titulo regali consistere & civitatibus Imperialibus competere possunt, uti dictum est *cap. præced. 4. num. 18. & seq.* Imò Civi- 16
tates etiam Imperiales feudales esse colligitur ex Capitulationibus Imperatorum Caroli V. *artic. 24.* Ferdinandi II. *art. 28.* & Ferdinandi III. *art. 32,* ubi disponitur, quid de feudis, & inter ea, civitatibus Imperio apertis fieri debeat, & sic ipsum territoriale jus beneficio feudali quibusdam competere possit. Quod licet quidem de civitatibus municipalibus intelligi possit, quæ etiam cum Ducatibus vacantibus Imperio cedere solent, & aliàs civitates solæ per se mortis videantur expertes, arg. *l. 56. ff. de usufruct.* & sic nunquam tanquam vacantes ad Imperium reversuræ; cùm tamen dicti articuli etiam de feudis per delictum Imperii apertis accipiendi veniant, & per hoc etiam Civitates Imperiales regalia & alia jura territorialia amittere, & ea ad Imperium reverti possint, eadem etiam in solis civitatibus Imperialibus per se verificari possunt, arg. *l. 21. ff. quib. mod. usufruct. finit.* Quibus etiam accedit, quod jus territoriale sive superioritas & jurisdictio territorialis non tantum per feudalem concessionem, sed etiam alios modos veluti simplicem Imperatoris concessionem, præscriptionem & consuetudinem, in numerum Statuum Imperii relationem, &c. adquiratur, ut *infra n. 42 seq.* dicetur.

Ad 2. respondetur, distinguendo inter jus 17
personale Principum, jus territoriale habentium quod dicitur die Landsfürstliche Obrigkeit / & ipsis saltem Principum personis cohæret; & inter jus ipsum territoriale die Landes hohe Ober- und Herrligkeit / quod unà cum territorio, etiam sine speciali titulo conceditur, Ziegler. *§. Landsassii. concl. 1. n. 10.* Reinking. *de regim. secul. lib. 1. class. 5. cap. 5 n. 26.* ita, ut si per jus Principatus intelligantur jura Principis, quæ in hoc consistunt, ut quis in suo territorio, sive districtu, & in suos subditos id possit, quod potest Imperator in universo, salva suprema ejus superioritate, tunc etiam ipsæ Civitates Imperiales jure quoque Principatus gaudent & utuntur, id est, in suis territoriis & districtibus possunt id, quod Imperator, salvis reservatis potest in universo, & reliqui Principes & Status in suis,

de quo *supra cap. 1. n. 41. & seq.* Secus verò si per Principatum intelligatur jus Principis personale, cùm hoc cum superioritate territoriali sese nihil habeat commune, cum persona Principis absque superioritate territoriali, & vice versa superioritas territorialis absque persona Principis subsistere possit: Sic enim videmus superioritatem territorialem habere Comites & Barones, qui tamen Principes non sunt. Hinc etiã superioritas territorialis non semper dicitur, die Landes-Fürstliche Obrigkeit / sed tunc quando aliquis Dux vel Princeps eam sibi vindicat, à persona dominante ita denominatur,
18 Ziegler. §. *Landsaßu. concl. 1. n. 9.* Mingius *de super. territ. concl. 5. in fin.* in aliis verò dicitur, 1. die Landes hohe Obrigkeit / seu 2. Landes Herrliche Bottmässigkeit / 3. aliquando etiam Ober-Herrligkeit und Gebieth / R. A. zu Augspurg *de anno 1555.* §. wo auch im H. Reich. 40. *ibi*: in was Ober-Herrligkeiten oder Gebiethen das wäre. & R. A. *de anno 1559.* §. Und wiewol in solcher executions, aliquando 4. hohe Ober- und Gerechtigkeit / R. A. zu Augspurg *de anno 1548.* §. und als erstlich. 47. *ibi*: an ihren hohen Ober- und Gerechtigkeiten. & §. *seq.* 5. item die Hoheit / Gœddæ. *in respons. de restit. Baron. Vallendar. num. 66. & 44.*
19 6. Gewaltsame / quod Imperium denotat, & pro eo olim usitatum fuit, quod hodie Obrigkeit vocamus, Adam Keller. *de offic. jurid. polit. libr 2. cap.*
20 *4. fol. 400.* Idem est, 7. quoad Zwing und Bann / quod nihil aliud est, quàm territorium jurisdictione condecoratum, Gylman. *symphor. tom. 1. part. 1. tit. 2. de reconvent. in causa* Erfurth *contra* Maintz. *n. 156. seq. fol. 112. seq.* Rosenthal. *de feud. ca-*
21 *pit. 5. concl. 6. n. 3.* Besold. *part. 3. cons. 118. n. 32.* dicitur 8. etiam aliquando Flur / Weichbild / termaney Gylman. *d. n. 56.* Et sic superioritatem territorialem in Principe dici Landes Fürstlich / in
22 Comite Gräfflich / in Civitate Stättlich / sive Stättisch / & sic deinceps, relatum est in Camera Imperiali in causa Hirnheim contra Churpfaltz / testatur Meihsner. *tom. 2. lib. 1. decis. 8. n. 3. fol. 798.* Ritter. *de homag. concl. 75.* & in nobilibus liberis dicitur Adeliche Obrigkeit. Besold. *de Ord. Equestr. n 10.* Wehner. *pract. observ. verb.* Landes-Fürstliche Obrigkeit *fol. 459. libr. 1.* Bidembach. *nobil. quæst. 1. num. 11.* Mager. *de advocat. cap. 6. numer. 113.* Mingius *de super. territ. conclus. 47. in fin.* Ha-
23 bent itaq; Civitates Imperiales jura territorialia, die hohe Landes Obrigkeit, sed non Landes-Fürstliche Obrigkeit: Jura Principum & Statuum Imperii habent ratione rei, sive districtum & territorium, quæ ab Imperatore & Imperio immediatè possident; at non habent jura personalia Principum, sive añexam dignitatem regalem, seu Principalem, Bidembach. *d. quæst. 1. n. 10.* Bertram. *de Comit. conclus. 48.* Bruning. *de var. univers. spec. conclus. 19.* Cluten. *syllog. rer. quotid. conclus. 27. lit. c.* Klock. *de contribut. cap. 5. num. 67. seq.* Reinking. *de regim. secul. lib. 1. class. 5. cap. 5. n. 26.* non enim in ejusmodi civitatibus est Dux, vel Princeps, ein Fürst / ergo nec jura Principis personalia, Fürstliche Obrigkeit / dici enim de aliquo requirit inesse, Johan. Limnæ. *de jur. publ. lib. 7. cap. 1. numer. 50. ad fin.* Klock. *de contribut. cap. 5. numer. 72.* Matth. Stephan. *de jurisd. libr. 2. part. 2. capit. 1. n. 64.* & Landes-Fürstliche Obrigkeit tunc dicitur, quando aliquis Dux vel Princeps eam sibi vindicat, & sic à persona dominantis denominatur, respectu verò Comitum & civitatum simpliciter vocatur, Landes Ober- und Herrligkeit / vel hohe Obrigkeit / Klock. *n. 72.* Ex quo etiam Meichsner. *d. decis. 8. num. 2. in fin.* ait: licet Baro, Comes, vel civitas immediata & vocem Imperii decisivam habens, non possit habere Landes-Fürstliche Gerichtbarkeit; tamen in suo genere eadem jura habet, quæ Princeps in suo. Unde quoque Warem. ab Ehrenberg. *de fœder. lib. 2. cap. 1. n. 39.* quàvis aliàs Civitatibus Imperialibus non admodum addictus, ita scribit: Dicamus necesse est, multas civitates habere rem, sed non nomen, appellaveris itaque pro libitu quod tenent, tam est tamen simile juri Principatus ac ovum ovo. Et censet Bocer. *de collect. cap. 4. n. 43.* Collectorem decisionum, sive præjudiciorum Cameræ Imperialis verb. *Civitas Imperii.* impropriè Civitatibus Imperialibus attribuisse, die hohe Landes-Fürstliche Obrigkeit / rectè autem vocari, die Landes Obrigkeit / die Ober-Landes Herrligkeit / die hohe Landes-Obrigkeit / in quam sententiam allegat, Matth. Stephan. *de jurisd. lib. 2. part. 2. cap. 1. n. 63.* ubi ita scribit: Habent Imperiales Civitates jura territorialia, die Landes Obrigkeit / at non habent Landes-Fürstliche Obrigkeit: Habent jura Principum & Statuum Imperii, ratione rei, sive territoriorum, quæ possident. Qui autem & Principes sunt & simul habent territoria, juraq; territorialia, illi dicuntur habere Landes-Fürstliche Obrigkeit: tum ratione personæ Principis sive Principalis, tum ratione territorii conjunctim. Imò 24
superioritatem territorialem etiam in Civitatibus Imperialibus Landes-Fürstliche Obrigkeit appellari posse statuere videtur Dn. Johan Limnæ. *de jur. publ. lib. 7. cap. 1 n. 50. in fin.* ubi cum Besoldo *disc. de Civit. Imper. jur. n. 9.* ad principia politica provocat, quæ jus Principale non à Principe, ut Monarcha dici probant, sed à Principis jure, quod etiam est in Democratia quamvis id non sit penes unum. Quibus *Regalia* competunt, non protenus Reges sunt, sed Regalia jura tenent: Ita qui habent die Landes-Fürstliche Obrigkeit / non protenus Principes sunt, licet Principalia jura teneant; die Landes-Fürstliche Obrigkeit / nomen non mutuatur ab exercente & tenente, sed à natura sua, quæ cum ubiq; æqualis sit, æquali itidem ubiq; terminabitur appellatione. Imò verò nec Principis nomen absurdè civitatibus tribuitur, quæ Principis jura & authoritatẽ in suos tenent, licet totum corpus Principis nomine conspicuum non sit. Atq; illo sensu civitates, quib⁹ *Regalia* competunt, Principes sunt, & generaliter omnes Principes dici possunt, qui habent merum & mixtum Imperium, Sixtin. *de regal. lib. 1. cap. 4. n. 37.* Decian. *consil. 2. num. 164. lib. 1. & lib. 3. consil. 19. num. 124.* Limnæ *d. n. 50. in fin.* Et Civitates Imperiales in suis territoriis & districtibus jura Principis habere, vicemque Principum obtinere, probatum est *supra cap. 1. numer. 35.*

Eadem imbecillitate laborat *tertia* ratio, nam 25

nam si ex eo Civitatibus Imperialibus jus superioritatis territorialis denegaretur, quod Imperatorem superiorem recognoscunt, nec Principes, Duces, Marchiones, Comites, Barones & alii Imperii Status & ordines superioritatem territorialem obtinere possent, cùm & hi omnes Imperatorem superiorem recognoscant, sicuti etiam de Regalibus diximus *cap. praced. 4. n. 23.* Neque etiam Duces, Marchiones, Principes Imperatorem superiorem recognoscentes, inferioris conditionis & gradus esse debere illis, qui Imperatorem non recognoscunt, demonstrat Sola *in constit. Sabaud. in proœm. decret. gloss. 3. num. 12. seq.* Cùm illa recognitio non alteret vel immutet habilitatem personæ possi-
26 dentis, Caspar. Klock *disput. de contribut. conclus. 10. in fin.* & Imperio Romano servire libertate sit potiri, uti scribit ex Bald. Natta *cons. 631. n. 13. vol. 3.* Hippol. Riminald. *cons. 5. n. 102. vol. 1.* Don.
27 Mastril. *de magistrat. lib. 1. cap. 8. n. 2.* Et sic cum Italiæ Civitatibus, quæ se Imperatorem non recognoscere gloriantur, vel de facto à se recognoscendo subtraxerunt, jura territorialia concedit Knichen. *in velicat. apolog. n. 31. seq.* nihil vetare videtur, quò minus ea quoque Civitatibus Imperialibus attribuamus, cùm hæ Italiæ civitatibus & Rebuspublicis æquiparentur, *supra cap. 1. num. 32.*

28 Ad 4. respondetur, Civitates Imperiales esse Status Imperii, & in Comitiis sessionem & votum etiam decisivum habere, pluribus probatum est *supra cap. 2. per tot.* Neque etiam ad hoc, ut quis jura superioritatis habeat, eorumque capax sit, necessarium est, ut sit Status Imperii, sed sufficit aliquem immediatum Imperii civem esse, sicut in Nobilibus Imperio immediatè subjectis, ad superioritatem territorialem obtinendam sufficere, si immediate Imperio sint subjecti, docent Leupold. *de concurrent. jurisd. quæst. 10.* Besold. *thes. pract. verb.* Freye Reichs-Ritterschafft. *quæst. 1. in fin. fol. 283.* Gylman. *symphor. tom.*
29 *1. tit. 3. vot. 7. n. 17. fol. 239.* Jus enim territoriale non est præcisè ad Imperii Statum restrictum immediatum, Knichen. *in velit. apolog. num. 13.* Schutz. *in colleg. de jur. publ. 1. disp. 6. concl. 10. lit. e.* sed diversa & separata hæc sunt jura, ita, ut territorialia etiam aliis, quàm Statibus immediatis ex concessione cõpetere possint, Ziegler. *§. Landsassii conc. 1. n. 262.* Quod constat in Principibus Silesiæ Lignicensibus, Thesinensibus & Monsterbergensibus, quos, licet non sint Status Imperii, sed simpliciter Lands-Fürsten, & à Rege Bohemiæ sua feuda & provincias recognoscant, cùm tamen Nobilitatem & dignitatem Principalem ab Imperatore obtineant, in suos Landsassios & subditos jura quoque territorialia habere, asserunt Matth. Steph. *de jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 6. numer. 47. seq.* Ziegler. *d. conclus. 1. num. 222. seq.*

30 Neque etiam, ut *quinto* adducitur, ex territorii magnitudine & amplitudine, jurisdictio sive superioritas territorialis dimetienda venit, cum parva & magna sub eadem juris determinatione includantur, *l. & in majoribus. 20. C. de appellat. c. novit. X. de judic. c. de appellationibus.* & ibi Dec. *de appellat.* Schrader. *de feud. part. 10. sect. 5. n. 68.* Eademque qualitas in parva, quæ in magna quantitate, & de parvo & magno regulariter idem jus statuatur, *d. l. & in majoribus. 20. c. de appellat. l. quamvis. 13. ff. ut in possess. legat. l. 1 §. fin. ff. de conjung. cum emancip. l. si proprietarius. 22.* & ibi gloss. & Bart. *ff. de damn. infect. c. novit. 13. X. de judic. c. de appellationib. 11. X. de appellat.* Schrader. *d. n. 68. & part. 10. sect. 7. n. 66. & 77.* nec Majestatis jura locorum spaciis, aut regionum amplitudine, Bodin *de republ. lib. 1. cap. 9. fol. 224.* sed & regiminis qualitate & potestatis magnitudine definiuntur, Natta *consil. 608. n. 7. tom. 3.* Bald. *consil. 328. vers. quoad quintum. lib. 1.* Nec semper id, quod potentius etiam dignius est, Menoch. *consil. 36. n. 51. lib. 1.* Poterit quis multis imperare, at non qualitate & libertate ea, qua aliis paucis, poterit quis longè lateq; extensum tenere Regnum, at non æquè excultum, nec populis abundans, ut aliud angustius. Est enim potentia qualitas à dignitate separata. Atque ita licet Regis ditio unius scopuli terminis finiatur, sicuti de Regno Ulyssis dicit Horatius, vel instar nidi fuerit, ut inquit Cicero: si tamen nullum superiorem præter Deum & ensem agnoscat, eam Majestatem sibi, quam mundi domitor Alexander Magnus assumere potest: Nec enim multitudo subjectorum, sed libertas regnandi Majestatem tribuit. Nam Eumanes fractis opibus nihil præter arcem, in qua obsidebatur, suum dicere poterat, cùm tamen de pace ageretur, cum Antigono Asiæ Rege, qui ut potentia, sic etiam dignitate superior videri vellet, Legatis Antigoni respondit, superiorem se neminem accepturum, quamdiu gladium exertum manu teneret, ex Plutarch. *in Eumane*, Bodin. *de republ. lib. 1. cap. 9. fol. 224.*
Unde etiam cùm Julius Cæsar in transitu Alpium oppidum quoddam humile præteriret, Comitib⁹ per jocum & risum percontantibus, num illic etiam aliquos esse putaret Principatus, ambitionis & dignitatum certamina, serio respondisse fertur: Mallem hic primus esse, quàm Romæ secundus, Plutarch. *in vit. Jul. Cæs.* Tiraquel. *de nobilitat. cap. 12. n. 2.* Ex quo etiam Episcopus, qui majorem habet diœcesin non dicitur dignior altero minorem habente, Garsi. Mastrill *de magistrat. lib. 4. cap. 14. n. 15.* nec enim potentia divitiarum & paupertatis humilitas vel sublimiorem, vel inferiorem facit Episcopum, *c. legimus. 24. dist. 93.* Choppin. *de doman. Gall. lib. 3. tit. 7. n. 12.* sicuti nec multiplicatio urbium & subditorum præcedentiam tribuit, Natta *consil. 673. numer. 36.* vel latior finium sive territorii amplitudo Principatum efficit digniorem, ut alium præcedat, *arg. d. c. legimus. Dist. 93.* Knichen. *de Saxon. non provoc. verb. Ducum. cap. 2. numer. 68.* 31
32
33

Quamvis igitur Civitatum Imperial. territoria & ditiones à territoriis Principũ tanquã arctius & latius, sive maj⁹ & minus differãt, inde tamen differentia aliqua specifica induci non potest, cùm majus & minus, sive diversitas qualitatis diversitatem specificam vel substantialem, sive diversam speciem non constituant, *l. fin.* & ibi Bart. *ff. de feud. instruct. l. scapham. 44. ff. de evict.* Bart. *in l. Imperium. n. 11. ff. de jurisd.* Dec. *in c. post cessionem. X. de probat.* Schrader. *de* 34

der. *de feud. part. 10. sect. 5. n. 69. & sect. 7. num. 65.*

35 Atque hinc etiam territorium dici posse jurisdictionem in paucas, & quidem singulares personas, ex Johan. Andr. *in c. cùm contingat. X. de for. compet.* & Alex. *in l. pupillus. 239. §. territorium. ff. de V. S.* docet Meichsner. *tom. 2. lib. 1. decis. 6. n. 51. fol. 626.* Gylman. *symph. tom. 1. part. 2. tit. 6. vot. 6. numer. 24. fol. 68.* Imò reperiuntur quoque civitates nonnullæ Imperiales, quæ amplissima territoria, ditiones & districtus obtinent, & Comitatus ac Baronias possident, ut *supra cap. 1. n. 15. & seq.* probatum est. Neque etiam demonstrari posse aliquam Civitatem Imperialem, quæ extra muros nullam jurisdictionem habeat, asserit Author actor. Lindaviens. *fol. 73.* §. welches aber. & qui civitatem habet, etiam territorium habere præsumi, dictum est *supra lib. 1. c. 1. n. 84. & seq.* Atque hoc etiam ipsum territorii nomẽ comprobat, veluti quod non ex terræ spacio, vel districtu aliquo extra muros civitatis, sed ex jurisdictione derivatur

36 & definitur. Dicitur enim territorium à terrendo, propterea, quod magistratus in aliquo loco & intra ejusdem fines jus terrendi, sive summovendi habeat, *l. pupillus. 239. §. territorium.* & ibi Gœdd. *ff. d. V. S.* Zas. *cons. 11. n. 1.* Matth. Steph. *de jurisd. lib. 2. part. 1. cap. 7. n. 2.* Knichen. *de jur. territ. cap. 1. num. 202. seq.* Reinking. *de regim. secul. lib. 1. class. 5. cap. 1. numer. 2.* Mingius *de*

37 *super. territ. conclus. 6.* & exprimitur aliquando nomine ditionis, aliquando provinciæ, Knichen. *d. cap. 1. n. 225.* Quandoque etiam dicitur universitas, quæ uni & eidem subest magistratui, Knichen. *d. l. num. 241.* aliquando districtus, à distringendo, *c. licet causam. X. de probat. c. unic. §. præterea. in fin. 1. Feudor. 5.* Hier. de Monte *tract. fin. regund. c. 7.* interdum Imperium, *l. cùm ratio. 7. §. cum plures. 3. ff. de bon damnat. l. Imperium. 3. ff. de jurisd.* & jurisdictio, *§. sed hoc jure 4. l. de Attil. tutor. l. in causa. 16. §. fin. ff. de minorib.* item Regio, Schönb. *lib. 1. polit. c. 12.* Communiori tamen usu denominatio territorii obtinuit, continent jus superioritatis, die hohe Lands-Obrigkeit / cum omnigeno Imperio & jurisdictione, Knichen *d. c. 1. n. 225.* Besold. *de jurisdict. quæst. 18. in princ.* Dicitur etiam jurisdictio territorialis, Matth. Steph. *de jurisd. lib. 2. part. 1. cap. 7. in princ.* Jus Statuum Imperii Regium, Besold. *d. quæst. 18. in princ.* nec non jus Principatus, quatenus Principibus competit, Matth. Stephan. *d. cap. 7. n. 1.* Knichen *d. cap. 1. n. 218.* Paurmeister *de jurisd. lib. 1. cap. 8. num. 5.* Jus præcipuum Principis, Bald. *cons. 389. num. 5. lib. 2.* Knichen *d. l. n. 217.* Ducalis dignitas & præcellentia, Thoming. *consil. 26. num. 17.* Jus inferioris Majestatis, Ant. Coler. *de jur. Imper. sect. 40.* Jus superius, Carol. Sigon. *de regn. Ital. lib. 7. in Otton. Magno.* Jus Principum aut summa jurisdictio, Besold. *d. quæst. 18.* summa potestas politica, Ja-

38 son. *in l. Imperium. ff. de jurisd.* Besold. *d. l.* Sicuti etiam territorii appellatione non tantum terra, in qua quis jurisdictionem habet, sed etiam aër, qui est supra illam terram, continetur. Hier. de Monte, *de fin. reg. cap. 7. num. 8.* uti & mare, quod est juxta illam terram, gloss. & Dd. *in c. ubi periculum. §. porrò. vers. territorio. de elect. in 6.* Cœpoll. *de servit. rust. præd. cap. 26. n. 26.* Schrader. *de jurib. incorporat. §. 21. n. 3. seq.* & comprehendit omnes agros, pagos & villas, quæ alicujus sunt jurisdictionis, Knichen. *d. cap. 1. n. 243.*]

Ad 6. & ultimum generaliter quidem re- 39 spondere poterit, possessorem non cogi posse, ut possessionis suæ titulum ostendat, nisi in causa petitionis hæreditatis, *l. cogi. 11. C. de petit. hæred.* & ne quidem à superiore ad hoc quem cogi posse, Bertazol. *lib. 2. decis. crim. consult. 486. n. 4.* Cludius *rer. quotid cap. 1. n. 29.* ita, ut si Rex faciat citari aliquem suum Baronem, ut ostendat jura, quæ habet in castris à se possessis, sub pœna amissionis ducentorum, talem citationem esse ipso jure nullam, & Baronem non teneri ostendere suum titulum, tradat Bart. *in l. 1. Cod. de condit. & procur. fisc. lib. 11.* & hoc diligenter ntoandum esse, notat ex Jasone Schneidewin. *ad tit. Instit. de action. §. actionum. de petitione hæreditatis. n. 32.* sed nec titulis hic carent Civi- 40 tates Imperiales, non tantùm specialibus, sed etiam generalibus, ita, ut apodicticè inferri nequeat, Civitates Imperiales demonstrare non possunt, se extra muros, Comitatus, Baronatus, pagos, villas, singularibus titulis ab aliis Imperii Statibus sibi comparasse, ergo nihil juris extra civitatis suæ muros sibi asserere vel obtinere posse, nisi titulos singulares probent, cùm civitates jura sua, non tantum intra, sed etiam extra muros, eo modo, quo eadem vel sub antiquioribus suis dominis obtinuerunt, & vel per emptionem, vel Cæsaream concessionem, vel alios modos ad Imperium detulerunt, semper hactenus retinuerint, eademq; ipsis ab Imperatoribus bullis vel diplomatibus Cæsareis, confirmata, & sub genere civitatis nomine comprehensa fuerint, Auctor actor. Lindav. *fol. 73. vers.* welches aber. cùm sub generali civitatis nomine non tantum contineantur ea, quæ intra muros continentur, sed etiam castra, pagi, vici, villæ & alia territoria extra civitatem adjacentia, & ad civitatem quoad jurisdictionem pertinentia, *supra lib. 1. cap. 1. n. 77.*

Unde autem Civitates Imperiales superiori- 41 tatem territorialem habeant, & à quo susceperint, generalis vix conclusio concipi potest, quæ omnibus Civitatibus Imperialibus aptari possit, cùm non omnes uno eodemque modo & æqualiter omnes immediatæ esse, cœperint. Principes Imperii quod attinet, ipsis primùm jus territorii concessum esse tempore Caroli Magni, existimat Bened. Carpzov. *de leg. Reg. German. cap. 1. sect. 12. numer. 8. seq.* ubi scribit, quod hic cùm Italiam jure victoriæ sibi reportaverit, formando illi Regno se tradidit, Apuliam & Calabriam Imperatori Orientis, cujus antea fuerat, reliquit, Ducatum verò Beneventanum, Aragiso Desiderii Regis genero, Spoletanum Hildebrando, Forojuliensem Rodgãdo permisit antiquo feudi jure erga se, quod erga Reges Longobardorũ fuerat, conservato, Duces vero ipsos esse jussit, uno tantum Regii feudi vinculo obligatos. Ordinavit itidem Comites, eisq; omnem publicam & privatam jurisdictionem mandavit; Carol. Sigon. *de Regn. Ital.*

Ital. lib. 4. in vit. Carol. Magn. Crantz. *in Dan. l. 3. cap. 44. & 45.* Crus. *annal. Suev. part. 1. l. 12. c. 4.* Postea cùm Carolus M. anno Christi 801. Imperator Occidentis & Romanus factus didicisset ex superiorum temporum historiis, magistratus, quos Imperatores Occidentalibus provinciis proposuissent, ad seditiones excitandas proclives fuisse, sede Imperatorum longius remotâ, satius existimavit de jure Imperatorio, tam quoad potestatem, quàm reditus provinciarum aliquid cedendo, in magistratus provinciales à se constitutos, istiusmodi aliquid transferre, quàm omnia retinendo, singulis ferè momentis de rerum summâ periclitari. Ideoque reservata sibi fidelitate, & jure directi domini, jura multa à se tanquam capite & Principe Imperii recognoscenda, provincialibus concessit. Itaque illi, cùm anteà saltem magistratus & Præfecti Imperiales essent, postea domini & Principes earum Regionum, quibus præsidebant, esse cœperunt, Vultej. *adtit. Cod. de jurisdict. in præfat. & de feud. l. 1. c. 1. n. 14.* Scip. Gentil. *de jurisdict. l. 3. c. 23.* Et Carolum M. devicta Saxonia potestatem gladii Episcopis concessisse, scribit Crantz. *in metrop. l. 1. in proem.* Atque sic à Carolo M. temporis progressu accedente jura territorialia & Regalia ad inferiores magistratus, qui Duces, Marchiones, Comites sunt, & hodie Status Imperii dicuntur, pervenisse tradit Carpz. *d. sect. 12. num. 21.*

42 Civitates Imperiales quod attinet, verosimilius est, eas civitates Imperiales, quæ ab Imperatoribus primùm conditæ, ab Imperatore tunc superioritatem territorialem suscepisse, quando à Præfectis sive Prætoribus Cæsareis, von den Reichs-Vögten / sive Reichs-Schultheisen / gubernari desierunt, de quo vide *infra l. 5. c. 3. n. 42. & seq. & per tot.* Illas verò, quæ primum aliis subditæ, postea ab iisdem liberatæ, tunc territorii jura adquisivisse, quando immediatæ factæ & ab aliorum jurisdictione sese liberarunt. Illas, quæ salvâ libertate ad Imperium accesserunt territorii jura, quæ anteà habuerunt, ad Imperium detulisse, & retinuisse, nec opus habuisse, ab alio ut susciperent, Johan. Limnæ. *de jur. publ. tom. 3. l. 7. c. 1. n. 50. vers. ad tertium. in fin.* Cùm quod semel proprium ipsorum fuerat, amplius eorum fieri non potuerit, *§. sed si rem. 10. l. de legat.* Confer, quæ de origine Civitatum Imperialium dixi *supra l. 1. c. 5. num. 8. & seq.*

43 Ex quo etiam hodie Principes, Comites, Barones, Nobiles immediati & Civitates Imperiales, aliique Imperii Status superioritatem territorialem proprio jure, & non ad mandatum & jussum Imperatoris exercent, Knichen. *de jur. territor. c. 1. num. 375. seq. & num. 388.* Paurmeister. *de jurisdict. l. 2. c. ult. num. 62.* Mingius *de superior. concl. 15. 50. & 53.* Auctor apolog. Colmar. *c. 1. membr. 2. fol. 129.* Münster. *Cosmograph. l. 3. de German. cap. 22.* ubi scribit: Gleicher weise wie die Käyser und König in Teutschland hoch begabet die Fürsten und Herren: Also haben sie auch nachmahls / auß sonderlicher Gnad und Miltigkeit / gefreyet die alten Stätt / denselbigen vergunnet eigene Regierung / deßgleichen einen mercklichen Theil der Zölle / ꝛc. Quia concessione & investitura semel factâ, postmodum inconsulto Cæsare, tam in civilibus, quàm criminalibus jurisdictionem exercere possunt, Nordermann. *de jur. principat. conclus. 88. lit. b.* conceduntur enim hæc jura tanquam proprium allodium, Gœddæ. *d. resp. de rest. Baron. Vallendar. n. 446.* Atque ita Principes, Civitates & alii immediati eadem proprio marte & jure exercent, id est, in suis territoriis ordinarii sunt, & jura territorialia perpetuò & successorio jure obtinent. Quamvis enim olim dignitates Regales concederentur tantum in officium, quò durante, non suo, sed alieno nomine, tanquam Præsides provinciam, seu ditionem commissam administrarent; hodie tamen Principes & alii immediati non amplius titulo administrationis, aut familiaritatis jure, sed titulo patrimonii hæreditariè & perpetuò, sub qualitate, der Landsfürstlichen / 44
oder Lands-hohen Obrigkeit / plenissimam post Imperatorem potestatem in suis ditionibus usurpant, Knichen. *de jur. territ. c. 1. numer. 388. seq.* Meischner. *tom. 2. l. 1. decis. 6. n. 87.* Ming. *de superior. concl. 2. & 15.* Et in hunc finem ab Impera- 45
toribus dignitates hujusmodi Regales & territoriales perpetuò & hæreditario jure sunt concessæ, partim quo Status & alii Imperii proceres sibi redderent devotiores, Carol. Tapia *ad rubr. ff. de constitut. Princ. c. 4. in princ.* Ziegl. *commun. concl. §. Landsassii. concl. 1. num. 7.* & ipsis Imperii Fatis urgentibus eò alacrius orbem Christianum adversus hostes tuerentur, Ferrar. Montan. *l. 1. de feud. c. 1. vers. cæterum rebus.* Vultej. *de feud. l. 1. cap. 1. num. 14.* Summi namque Principes crediderunt, illos eò attentius & fidelius militaturos, si sua etiam rura & jura propria potius, quàm aliena defenderent, Balth. Ayala *de jur. bell. libr. 1.* Connan. *l. 2. comment. 9. num. 5.* Partim etiam, ut haberent Imperatores, in quos partem curarum & sollicitudinis transferre possent, ne dum partem aliquam tuentur, reliquas deserere cogerentur, sicuti ex præcepto Platonis loquitur Cicero *1. offic.* partim ut virtutis, laborum & periculorum pro Republica perpessorum, ordines præmium obtinerent, cùm nihil dignius sit Principis Majestate, quàm benemerentibus benefacere, *l. pen. C. de donat. int. vir.* partim denique ut Imperii Majestas inde magis redderetur illustrior, cùm hujusmodi jura territorialia omnia ad statum & honorem domini possideantur, Alciat. *cons. 21. n. 2. in fin. l. 2.*

Superioritatem igitur territorialem eique 46
jura annexa adquirunt Civitates Imperiales, vel per concessionem Imperatoris, vel per præscriptionem & consuetudinem, vel cooptatione in numerum Statuum Imperii, vel conventione, vel spontanea submissione. I. Per concessionem Imperatoris jura hæc adquiri posse, apud omnes in confesso est, & tradunt Knich. *de jur. territ. cap. 2. per tot.* Matth. Stephan. *de jurisdict. l. 2. part. 1. cap. 7. num 22. seq.* Reinking. *de reg. sec. l. 1. class. 5. cap. 2. num. 1. seq* Ming. *de super. concl. 19. seq.* cùm concedere jurisdictionem territorialem solius sit Imperatoris, tanquam

quam fontis omnis dignitatis & jurisdictionis, & in quo omnis dignitatis & superioritatis thesauri sunt reconditi, & ex quo tanquam
47 à fonte, omnis potestas territorialis, superioritas, dignitas & jurisdictio pullulat & promanat, ad eundemque refluit, sicut summa flumina fluunt & refluunt ad mare, per *l. 1. ad L. Jul. ambit. l. 1. ff. de constitut. Princip. l. 1. §. cùm urbem. ff. de offic. praefect. urb. c. 1. de feud. March.* Menoch. *8. praes. 14. num. 4.* Rosenthal. *de feud. cap. 5. concl. 4. num. 1. seq* Petra *de fideicom. quaest. 13. num. 563. seq.* Goeddae. *respons. de restit. Baron. Vallendar. numer. 233. seq.* Reinking *de regim. secul.*
48 *lib. 1. class. 5. cap. 2. numer. 5.* Concessio autem hujusmodi fit vel per modum beneficii & investiturae feudalis, sub nomine & qualitate der Landes- und hohen Ober- und Herrligkeit / arg. *c. 1. Quis dic. Dux.* Petr. Gregor. *de concess. feud. part. 1. quaest 8.* Matth. Steph. *d. cap. 7. num. 125.* Reinking. *d. cap. num. 6.* Vel etiam tacitè & reipsa, quando Imperator alicui immediatum territorium concedit, etiam non additis verbis: mit aller Hoch- und Herrligkeit / Johan. Limnae. *de jur. publ. tom. 3. lib. 7. cap. 1. num. 50. vers. ad quartum.* Quando enim territorium concedit, ut substantiam, concedit etiam qualitatem & accidens territorii, quod à substantia dependet, & sine illa esse nequit, Camil. Borel. *consil. 70. numer. 34. & cons. 86. numer. 11.* Limnae *d. l.* Fit quo-
49 que concessio territorialis superioritatis per singulare privilegium, sicuti per hoc superioritatis jura habere civitates nonnullas exemtas & privilegiatas, testatur Coler. *de jur. Imper.*
50 *sect. 4.* Georg Ritter. *de homag. conclus. 49.* Ubi tamen observandum est, quod superioritas alia sit Imperialis & absoluta, quae in supremo & universali totius Imperii dominatu fundatur, alia verò territorialis, quae consistit in certi alicujus districtus jurisdictione & Imperio, salva supremi dominatus recognitione, Reinking. *d. cap. 2. n. 14.* Quarum prior concessionis planè est nescia, cùm sit de essentia Principis, eique medullitus adhaereat, Knichen. *de jur. territ. capit. 1. numer. 346.* Don. Garf. Mastril. *de magistr. libr. 3. cap. 2. numer. 26* & sublimioris Imperii summiq; dominatus symbolum, Goeddae. *d. resp. num. 105.* estque quasi innatus character personae Imperatoris inhaerens, ab eaque inseparabilis & incommunicabilis, Renat. Choppin. *de doman. libr. 2 tit. 9. numer. 1.* Arnisae. *de jurib. Majest. lib. 2. cap. 2.* Norderman. *de jur. principat. conclus. 89. lit. b.* Ziegler. §. *Landsassii conclus. 1. n. 117.*

51 Quamvis autem quoad Principes, Duces & alios Imperii Status jura haec superioritatis habentes, nonnulli putent, illos haec jura ad alios inferiores transferre non posse, utpote quod ossibus ipsorum adhaereant, nec avelli possint, Petra *de fideicommiss. quaest. 13. num. 570. seq.* Carol. Tap. *in rubr. de constit. Princip. cap 4. num. 16.* Ziegler. §. *Landsassii. conclus. 1. num. 519. seq.* Ming. *conclus. 20.* & apud Principes & reliquos immediatos residere dicantur, tanquam scabellum pedum eorum, Rol. à Valle. *consil. 80. num. 2. vol. 2.* Cravet. *cons 338. numer. 1. & 17.* Knichen. *de Saxon. non provoc. verb. Ducum. numer. 4.* Distinguendum tamen est hoc casu inter jura Principum territorialia & personalia, ita, ut illa, realia scilicet, aliis quoque concedi possint, haec verò concessionis sint nescia, per dicta *supra numer. 17. & seq.*

II. Adquiritur superioritas territorialis praescriptione & consuetudine, Knichen. *de jur. territ. capit. 3. num. 118. seq.* Goeddae. *d. respons. restit. Baron. Vallend. numer. 475.* Matth. Stephan. *d. libr. 2. part. 1. cap. 7. num. 139. seq.* Ming. *de super. conclus. 26.* Reinking. *libr. 1. class. 5. capit. 2. numer. 15.* Caspar. Klock. *tom. 1. consil. 10. numer. 77.* Hier. de Monte *fin. regund. cap. 77. n. 3.* Schurff. *cent. 1. cons. 72. numer. 23. seq. & 2. cons. 83. num. 3.* Quae enim sunt concessibilia, ea etiam sunt praescriptibilia, Cravet. *de antiquit. temp. part. 4. §. materia. numer. 97.* & sicut ipsum territorium praescriptione adquiri potest, ita etiam superioritas, sive jurisdictio, quae ei materialiter & passive cohaeret, & in eo quodammodo plantata & radicata est, Socin. jun. *cons. 146. numer. 22. vol.* Meichsner. *tom. 2 lib. 1. decis. 8. num. 24. fol. 804.* Reinking. *d. cap. 2. numer. 16.* Et quod superioritas sive jurisdictio territorialis & omnimoda consuetudine acquiri possit, tradit post gloss. Bart. *ad l. 5. n. 9. ff. de jurisdict.* Knichen. *d. l. cap. 5. num. 49.* Ita quidem, ut si con- 52
tra Imperatorem praescribatur, immemorialis temporis possessio requiratur, R. A. zu Augspurg *de anno 1548. §.* wann auch. *56. & §.* herre aber der Außgezogene. *59. §.* wo aber innerhalb Menschen Gedencken. *84. cap. super quibusdam. X. de V. S.* Thom. Michael. *de jurisdict. concl. 62. lit. f. & g. & concl. 63. lit. a.* Gail. *2. observ. 21. n. 15. & obs. 31. n. 4.* Rosenthal *de feud. c. 5. concl. 16 n. 3.* Matth. Stephan. *d. c. 7. n. 143.* cujus temporis praescriptio habet vim specialis concessionis & privilegii ex certa scientia concessi, Borcholt. *de regal. n. 17.* Mynsing. *1. obs. 30.* Contra privatum autem tempore legitimo juribus incorporalibus praestituto, Thom. Michael. *d. concl. 63. lit. d. e. f. & g.* Mingius *d. concl. 26.* 53

III. Cooptatione & relatione in numerum Statuum Imperii, Matth. Stephan. *d. c. 7. n. 186.* Ming. *d. l. conclus. 25* Wehner. *pract. obs. verb.* Landsfürstliche Obrigkeit. *fol. 462.* Idque nominatim in Civitatibus Imperialibus usuvenire, easque inter Status Imperii receptas, & liberâ in civitatem, ejusque cives & subditos jurisdictione donatas, non minus in civitate sua, ut Principes in suis territoriis jura territorialia, unâ cum Regalibus habere, scribunt Matth. Stephan. Wehner. & Ming. *d. ll.* 54

IV. Adquiritur quoque superioritas territorialis conventione dominorum territorialium cum subditis inita, per *c. grandi & supplend. neglig. praelat. in 6.* Georg Ritter *de homag. concl. 52.* Cum pactis & stipulationibus quis suam conditionem deteriorem facere, & libertati suae renunciare possit, §. *pen. l. de jur. person.* & hominem se alterius constituere, *d. c. grandi.* Natta *cons. 544. n. 4.* Gometz. *de potest. in seips. libr. 2. c. 17. n. 30.* Knichen. *in encyclop. c. 3. n 19.* 55

Et sic idem de spontanea submissione & subjectione privati, quando aliquis sponte aliquem recognoscit superiorem, eique se in to- 56

tum

rum subjicit, arg. *l. 1. ff. de judic. l. 1* & ibi Vultej. *n. 78. C. de jurisd. l. fin C. de except.* Matth. Steph. *d. c. 7. n. 171.* Ming. *d. concl. 27.* Quod etiam tacitè fieri potest, veluti si Statui Imperii in territorio alterius jura superioritatis exercenti Dominus territorii acquiescat, arg. *l. fin. ff. de servitut. l. 1. §. 2. ff. de servitut. rust. l. 3. ff. de usufr. c. pervenientes. X de jurejur.* Innocent. *in c. olim 7. de restit. spol.* Coler. *in c. accedentes. n. 9. de præscript.* Matth. Stephan. *de jurisd. l. 2. part. 1. c. 7. n. 171.* Et aliàs quoque non solum par pari se subjicere potest, Panormit. *in c. ad supplicationem. n. 5. X de renunciat.* Knichen. *de Saxon. non prov. verb. Ducum. c. 6. n. 16.* sed etiam superior inferiori, *l. est receptum. ff. de jurisd.* Knichen. *d. n. 16.* De qua tamen subjectione vide *supra l. 1. c. 18. n. 37. & seq.*

57 Territorialis hæc superioritas, neque forma, neque legibus & usu juris satis definita, aut certis limitibus circumscripta reperitur, & juri nostro Justinianeo incognita, sed solis moribus introducta, varieque usurpata, sicuti constat ex variis Cameralium votis, apud Gylman. *symphor. tom. 1. part. 1. tit. 2. vot. 1. n. 58. fol. 77.* Meischn. *tom. 2. part. 1. decis. 8. num. 54. vers. primo non satis. fol. 810. & ibid. part. 2. decis. 4. num 171. fol. 260.* & refert Wehner. *verb.* Landsfürstliche Obrigkeit. Reinking. *de reg. sec. l. 1. class. 5. c. 3. num. 1. seq.* Ming. *de super. territ. concl. 4.* Describi autem solet superioritas territorialis, quod sit jus & potestas summi post Imperatorem Imperii & dominatus, sublimi regiaque jurisdictionis lege, sub nomine & qualitate, der Landes hohen Obrigkeit/ concessa & legitimè quæsita, regulariter in omnes territorio inclusos ordinario & proprio marte competens, Ming. *de super. territ. concl. 7. seq.* Vel quod sit terræ spacium armatum jurisdictione, Guid. Pap. *decis. 577.* Meischner. *tom. 2. l. 1. decis. 6. n. 50.* Boër. *decis. 217.* Vultej. *2. Marpurg. consil. 30. n. 94.* Aliter definiunt Borcholt. *de regal. num. 60.* Mod. Pistor. *cons. 14. num. 1.* Wehner. *verb.* Landsfürstliche Obrigkeit. *vers. est autem jus. fol. 462.* Ziegler. *§. Landsass. concl. 1. num. 14.* Besold. *thes. pract. verb.* Lands-Obrigkeit. *& de jurisd. q. 18. in princ.* Reink.
58 *de reg. sec. l. 1. class. 5. c. 3. n. 3.* Estque vel omnimoda & universalis, vel specialis seu particularis, Knichen. *de jur. territ. c. 2. n. 1.* Matth. Steph. *de jurisd. l. 2. part. 1. c. 7. n. 191. seq.* Omnimoda, sive universalis est, quæ diffunditur per universum territorium, quod alicui competit, tanquam corpus & anima ejus membra, quæ intra fines istius universitatis continentur, cujus ratione quis fundatam habet intentionem in omni superioritatis & jurisdict. jure, Matth. Stephan. *d. c. 7 n. 53. & 141.* Mingius *de super. territ. concl. 18* Specialis seu particularis est, quæ intra certas tantum partes concluditur, & certas quasdam superioritatis species in alieno territorio complectitur, vel per expressam conventionem & consensum domini vel ex consuetudine, aut alio capite singulari alicui concessas & quæsitas, Matth. Steph. *d. c. 7. n. 192.* Ming. *d. concl. 18.*

59 Jus territoriale alii malè cum Regalibus confundunt, uti demonstravimus *supra l. 1. c. 12 n. 123. & seq.* Et quamvis etiam superioritatem & jurisdict. territorialem cum jurisdictione omnimoda & mero Imperio unum idemque esse, & ab hoc nihil differre, concludat Meisch. *tom. 2. l. 1. decis. 8. n. 2. fol. 798.* ubi ex sententia Palatini ait, quod adversarius conetur separare altum Imperium von der Landsfürstlichen Obrigkeit/ esse sine fundamento juris & facti. Quia omnes tam veteres, quam recentiores Interpretes non nisi unum vel summum Imperium noverunt tanquam genus, idque dividunt in species suas, ut puta in jus gladii, &c. in persona Princip. sey die hohe und Landsfürstliche Obrigkeit ein Ding. *& ibid. n. 4. vers. in locis.* ibi in locis ubi Landsasserey viget, indubitatum esse, daß die Landsfürstliche Obrigkeit der hohen malefizischen nachfolge/ und beyde ein Ding sey. Eandemque hanc æquiparationem superioritatis territorialis cum summo, sive mero Imperio Adsessores Cameræ suis votis approbasse videntur, per tradita Meisch. *tom. 2. l. 1. decis 6. n. 70. fol. 633. & ibid. l. 2. decis. 3. n. 6. fol. 144. & tom. 3. decis. 26. n. 41. & 42. fol. 943.* Joh. Bidembach. *nobil. q. 1. n. 9. seq.* Wehner. *verb.* Landsfürstliche Obrigkeit. *fol. 460.* Sed nec hæc æquiparatio semper & ubique procedit, sed respectivè accipienda est, & maximè eo casu, quo quis omnimodam jurisdictionem habet, cùm magna sit differentia inter hohe malefizische und hohe Landsfürstliche Obrigkeit/ teste Wehner. *d. l. vers. verum supradicta fol. 461.* ubi ait: Quod enim die Landsfürstliche Obrigkeit cum mero ac summo Imperio, der Freyen vom Adel/ æquiparatur, non semper & omninò procedit; cùm magna sit differentia inter hohe Obrigkeit/ und Landsfürstliche/ also daß die Landsfürstliche Obrigkeit und hohe Obrigkeit einander nicht anhangen/ dann viel Graffen/ Herren/ vom Adel seynd anderer Fürsten Landsassen/ haben aber gleichwol die hohe Obrigkeit. Sonst müste folgen/ weil sie die hohe Obrigkeit hätten/ wären sie derselben hohen Stand Landsassen nicht/ quare suo modo illa æquiparatio sanè capienda. Confer. Bidemb. *d. quæst. 1. n. 25. seq.* Ming. *de super. territ. concl. 11.* Et si quidem rem ex juris civilis principiis metiri velimus, certum est superioritatem territorialem, cum mero Imperio undequaque non convenire, siquidem merum Imperium jure civili cognitum, & nihil aliud est, quàm jus gladii, sive potestas animadvertendi in facinorosos, *l. Imperium. ff. de jurisd.* Superioritas verò territorialis, die Landsfürstliche Obrigkeit/ jure civili, ut jam dictum, incognita & consuetudine introducta est, & sub sese complectitur omnia Regalia, tam majora, quàm minora, & sic quoque ipsum merum Imperium, iis solum exceptis, quæ specialem concessionem sive præscriptionem exigunt. Idem est, si rem ex hodierna Cermaniæ consuetudine dijudicare velimus, cùm constet à mero Imperio ad superioritatem territorialem argumentari non licere, *supra l. 1. c. 12.*

Differt quoque superioritas territorialis 61
à Reservatis Cæsareis, eo quod hæc in signum superioritatis supremæ, Cæsareæ Majestati, tanquam supremo omnium capiti propria sint, ceu essentialis Imperatoris virtus, ut ab ossibus ejus avelli, aut Imperii membris communi-

municari, sine maxima confusione, nequeant, Zasius *2.consil.16.n.12.* Mod. Pistor. *1.consil.4.n.28.* Sixtin. *de regal. l.1.c.2.n.5.* Klock. *de contribut. c.3. num.33.*

62 Sunt quoque qui superioritatem territorialem, die Landsfürstliche Obrigkeit / propriè & verè ad Landsassen / hoc est, Nobiles mediatos, qui Principibus per omnia subditi sunt, restringunt, Bidembach. *nobil.quæst.1.n.3.seq.* propterea, quod Landsfürst & Landsaß / sint correlativa, & correspectivè se habeant, Meischner. *tom. 2. l.1.decis.8.in princ.vers. quartum articulum fol. 466.* & tanquam activum & passivum mutuò se respiciant, Schwaneman. *Cameral.decis.1.n.6.* Ziegler. §. *Landsassii concl.1.num.13.* Besold. *thes. pract. verb.* Landsaß. Landsassii verò dicuntur Nobi-

63 les mediatè Imperio subjecti, eines Fürsten Ritterschafft / Ming. *de super. territ. concl. 65. sub fin.* Besold. *d. verb.* Landsaß. Quid autem Landsassiatus, sive Landsasserey / propriè sit in Imperii & Deputatorum conventibus, sæpè quæsitum, sed non definitum esse, refert Dn. Cluten. *syllog. rer.quotid.concl.27.lit. e.*

64 Illud certum est, quod superioritas hæc territorialis non cadat in quemlibet, sed ea tantùm immediatè Imperio subjectis Statibus & ordinibus competat, uti demonstratum est *supra l. 1.c.12.n.47.*

65 In constituenda autem immedietate non est necesse, ut aliquis immediatè ab Imperio bona habeat, & simul quoad personam immediatus sit, sed sufficit, ut vel persona Imperio immediatè sit subjecta, vel bona in, sub, vel ab Imperio habeat, & possideat, R.A. zu Augspurg *de anno 1548.* §. wiewol auch. *66.* Ming. *d.l. concl.31.*

66 Reinking. *d. class. 5. c. 10. num. 23* in alternativis enim alterutrum sufficit Everhard. *in loc. legal. 108. num. 8.* Aliud igitur est in Imperio, aliud sub Imperio, aliud ab imperio bona possidere: In Imperio, situm demonstrat, sub Imperio subjectionem, & ab Imperio causam possessionis denotat, Zachar. Vietor *de exempt. concl.28.* Reinking. *d.c.10.n.23.* Unde etiam, sicuti una eademque persona diversis qualitatibus prædita, pro diversa habetur, ita etiam unus idemque homo pro diversitate bonorum, quæ possidet, ratione quorundam, ut mediatus, ratione aliorum, immediatus censeri potest, d. R.A. *de anno 1548.* §. auch der Graffen von Tübingen. *71.* de quo vide *supra l. 1 c.13.n.17. & seq.*

67 Superioritas hæc territorialis consistit in ipso post Imperatorem summo potestatis jure, Georg. Brautlacht. *epitom. jur. publ. l. 3. c. 5. n. 9.* & radicatur in territorio, sine quo esse & consistere non potest, arg. *l. fin. ff. de jurisd.* Brautlacht. *d. n. 9.* Reinking. *d. l. 1. class. 5. c. 2. num. 5. seq.* Mingius *d. l. conclus. 9. seq.* Quamvis enim eadem activè sit in magistratu, Principe, Comite, Barone, Nobili & civitate, Bald. *ad c. 1. col. 3. vers. si eramus de allod.* Boër. *decis. 50. num. 11.* Goedd. *d. resp. de restit. Baron. Vallendar. n. 475.* materialiter tamen & passivè districtui & territorio cohæret, tanquam nebula super paludem, ut ait Bart. *in l. fin. C. ubi & apud quos.* Natta *cons. 149. n. 19.* & tanquam servitus fundo, Cravet. *cons. 411. num. 35.* Sicuti igitur servitus sine prædio, *d. l. fin. C. ubi & apud quos.* Bald. *in l. 2. n. 2. ff. de off. præsid.* & qualitas, sive adjunctum sine subjecto subsistere nequit, *l. Pomponius. 13. §. pen. & ult. ff. de adquir. possess. l. ejus qui in provincia. in fin. ff. de reb. credit. l. 1. ff. de cond. ob turp. caus.* ita quoque nec superioritas territorialis sine territorio, Knichen. *de jur. territ. c. 1. n. 252.* Köppen. *decis. 48. n. 3. & 4.* Reinking. *d. c. 2. n. 7.*

Effectus supperioritatis territorialis latissimè se diffundit, & in subsequentibus potissimum consistit, I. Quod Principes, Duces, Comites, Barones, Nobiles immediati, & Civ[...]tes Imperiales in suis territoriis, ditionibus & districtibus tantum possint, quantum Imperator in toto Imperio, de quo dictum est *supra c.1. n.41. seq.* 68

II. Civitates Imperiales aliique territoriorum domini universales, vigore juris & superioritatis territorialis in omnia bona, in omnes Landsassios, subditos & cives in territorio commorantes, sive comprehensos, universalem habent jurisdictionem, ita, ut quicquid sub ambitu territorii & civitatis alicujus magistratus continetur, id regulari juris præsumptione ejusdem jurisdictioni, eique parere intelligatur, nisi de exemptione doceatur, prout latius dictum est *supra l. 1.c.12.n.93. & seq.* Cujusmodi regula & generalis præsumptio, non tantum locum habet, in bonis & personis secularibus, sed etiam Ecclesiasticis in territoriis Principum vel Civitatis alicujus Imperialis sitis. Quia etiam Clerici dicuntur districtuales, vel provinciales sui Principis & domini, Oldrad. *consil.32.* Andr. Barbat. *consil.1.n. 65. vol. 3.* Hier. Gigas *de crim. læs. Majest. l.1. quæst. 63. n. 2. ubi, n. 3.* addit, quod ratione universalis dominii, quod habet Princeps in suo Regno, Clerici terrarum subditarum illi Principi dicantur naturaliter sive originariè de dominio & ditione ipsius Principis. Et Clericos esse in universitate populi & partem civitatis, sicut & magistratus, respondit post Oldrad. *consil. 32.* Alex. *cons. 41. n. 4. & 7. vol. 7.* Molina *consil. 12. n. 4.* & clericos dici de districtu civitatis, probat ex Dec. *in c. 1. de præbend.* Joh. Petr. Surd. *decis. 129. n. 13. ubi n. 14.* addit districtum significare territorium aut jurisdictionem quandam, & insuper clericos subjectos esse temporali Imperio, ratione fundi quem possident, scribit Ægid. Thomat. *de collect. §. subjiciunt. n. 17.* Et personas Ecclesiasticas in temporalibus politico quoq; magistratui subesse & parere teneri, multis probat Joh. Bruning. *de homag. concl. 306. seq.* 69 70

Idem est de Ecclesia, cùm enim hæc sit in territorio Domini temporalis, & pars loci censeatur, ideò excessus ibi commissi per dominum temporalem & non per Ecclesiasticum puniendi sunt, sicuti respondit Bertrand. *consil. 9. & 10. per tot. vol. 7.* Hier. Schurff. *consil. 21. per. tot. cent. 2.* Covarruv. *l. 2. var. resol. 20. n. 17. vers. tricesimo quinto.* Decian *tract. crim. l. 4. c. 16. n. 1.* & adhærere Ecclesiam territorio judicis secularis, scribit Hipol. de Marsil. *consil. 32. n. 13.* ac territorii ambitum comprehendere etiam Ecclesias, monasteria & eorum loca, scripsit post Castrens. 71

strens. Jas. Dec. Curt. Cagnol. & Hier. de Monte *de fin. regund. c. 6. n. 5.* Hier. Magon. *Lucens. decis. 36. n. 28.* Quamvis enim Ecclesia vel etiam monasterium spectet ad Ecclesiasticos, nihilominus tamen dicitur esse de territorio & jurisdictione judicis secularis, nisi aliud doceatur, quia quod locus sacer est, non facit, quò minus sit in territorio Principis vel civitatis, & ideò cognitio delictorum in Ecclesia commissorum à Laicis, spectat ad magistratum Laicum, in illo loco jurisdictionem habentem, ac si extra
72 Ecclesiam illud fuisset commissum, sicuti ex jure probat per *l. si quis in hoc. C. de episc. & Cler.* Decian. *tract. crim. l. 6. c. 25. n. 7. & c. 30. n. 15. & l. 4. c. 1. n. 34. & c. 28. n. 2. & 20. c. 29. num. 20.* Hier. Schurff. *cent. 2. consil. 21. per tot.* ubi inter alia etiam demonstrat, Ecclesiam non habere territorium, nisi respectu Clericorum. Quia quod locus sacer est, non facit, quò minus sit in territorio Principis, *arg. l. deprecatio. 9. in fin. ff. ad L. Rhod. de jact.* Clar. *§. fin. q. 38. n. 18.* Boër. *q. 8. n. 3. & 4.* Ex quo etiam Clerici ac Prælati de districtu temporali esse dicuntur, Valasc. *decis. 100.* Franc. Marc. *decis. 455. n. 8. part 1.* Surd. *decis. 129. in princ.* David Höping. *dissert. de protect. & advocat. conclus. 12. lit. c. in not.* Hic bannitus à territorio, etiam ab Ecclesiis, in eo existentibus, bannitus intelligitur, Decian. *tract. crim. l. 6. c. 30. n. 14. & l. 4. c. 17. n. 34. & c. 28. n. 2. & 20.* Et delinquens in Ecclesia in territorio Patavino sita, in ipso territorio deliquisse dicitur, Decian. *d. c. 29. n. 20.* qui etiam *in præfat. l. 6. c. 25. n. 79. col. 4.* ita scribit: Quod dicit Alciatus, Ecclesiam non esse de territorio judicis secularis, non est tutum, quia contra expressè tenuit Guglin. de Cun. *in l. plerique ff. de in jus voc.*

73 Præterea cujusvis Ecclesiæ antistites, ex sui officii natura, jurisdictione carere, plausibilius videtur, Bodin. *de Republ. l. 3. c. 3. n. 227. seq.* Duaren. *l. 1. de Eccles. c. 2. & 5.* Molinæ. *in addit. ad Alex. cons. 63. ad verb. competentiam. l. 3.* Petr. Gregor. *syntag. jur. part. 3. l. 50 c. 12.* Indeque audientia tantùm, & non etiam jurisdictio in jure nostro Episcopis tribuitur, *tot. tit. C. de Episc. aud. & ibi* Cujac. *in parat.* Thom. Michael *de jurisd. concl. 5. in not. lit. d.* Et quando Episcopus jurisdictionem habet temporalem in civitate, cujus est Episcopus, illam neque de lege Dioecesana, neque de lege jurisdictionis Episcopalis, sed ex accidenti habet, Pacian. *de probat. l. 2. c. 28.* & à populo, non secus, ac Principes seculares, ideoque Ecclesia hujusmodi jurisdictionem habens, appellatione Domini secularis venit, Thom. Michael *de jurisd. concl. 5. lit. d.* Absque temporali jurisdictione si sunt Prælati & Clerici, dicuntur esse de districtu dominorum temporalium, ad quos spectat territorium, per *c. fin. ibi*: districtu Ecclesiastico vel temporali, *& ibi* Philip. Franc. *n. 3. de offic. delegat.* Author Reichs-Vogteischer. *Apolog. c. 10. pag. 347.* Utut enim sint privilegiati & exempti, nihilominus tamen de districtu Dominorum temporalium esse intelliguntur, propterea, quod sufficit, eos in aliquibus distringi posse, de quibus *in c. Principes. 20. caus. 23. q. 5.* Et quod Princeps secularis sit dominus territorii, & territorium sit ipsius, quamvis Episcopi ibi ordinariam jurisdictionem habeant, indeque eos non dominos, sed Episcopos illius loci vocandos esse, dicit gloss. *in c. cum Episcopus. 7. notab. 3. in princ. de offic. ordin. in 6.*

Præterea constat & juri conveniens est, quod Prælati & Abbates respectu officii sui ab 74
origine & priscis temporibus nullam obtinuerunt jurisdictionem, & terræ tantum spacium, sive certus locus ipsis fuit concessus, Grund und Boden/ ubi monasteria ædificarunt, & non etiam jurisdictio, præsertim verò ubi eadem loco isti concesso antea non adhæsit, sed ad alium pertinuit, sicuti testatur Auctor actor. Lindaviens. *fol. 35. in princ.* Et licet interdum jurisdictio tantummodo simplex & nullo cum Imperio conjuncta, die einige nidere Gericht/ Cathedris & monasteriis à primis Regibus & Imperatoribus Francorum & Germanorum donata, vetus tamen & mediæ ætatis Religio longè maximè ab Imperio & sanguinis judicio abhorruit, sicuti testatur Vadian. *in epist. ad Bulling. apud* Goldast. *tom. 2. part. 1. Aleman. rer. fol. 84.* Ex quo etiam in antiquis literis de Impe- 75
rio mero vel mixto nulla prorsus mentio habetur, juxta Barth. Schobing. *in not. ad Vadian. de colleg. & monast. German. fol. 152.* cùm veri Episcopi nec dominia ulla, nec Imperia mera vel mixta affectarent, Vadian. *d. loc. l. 1. n. 6.* & criminalium causarum cognitio ad Comites pertineret, & à Monachorum administratione adeò aliena, ut facinoris loco fuerit habitum, si quis eam affectasset, ut scribit Vadian. *d. l. fol. 22.* & Stumpf. *Chron. Helvet. lib. 5. cap. 3. fol. 292. §.* der Kasten-Vogt Ampt. ubi ita scribit: derowegen so haben / bey Zeiten der alten Caroliner Königen zu Franckreich / die Bischöff und Aebt keine Hochgericht / Hencker oder peinliche Straff gehabt. Dann ob gleich zun Zeiten/ der eignen Leuth und Mannschafft halber / so an die Clöster vergabet / schon Gericht/ Zwäng und Vogt-Recht (jurisdictiones genendt) an die Clöster/ um Komblichkeit willen/ Rent und Gült anzubringen / gegeben / und durch die weltliche Kasten-Vögt versehen worden: Sind doch die hohe Gericht und Reichs-Verwaltungen/ den Bischöffen und Aebten selbiger Zeit nicht zu Sie kommen/ und wäre ihnen ein grosser Greuel gewesen. Nam Carolus Magnus translato ad Germanos Imperio, debellatam Saxoniam in octo Episcopatus dividens singulis singulos Comites adjunxit, qui politicam jurisdictionem administrarent, Knichen. *de jur. territ. c. 1. n. 6. seq.* Et primum Otto Magnus Politica jurisdictione Brunonem fratrem suum Archiepiscopum Coloniensem honoravit, de quo vetus quoddam Chronicon ita loquitur: Da begonten die Bischöff zuerst weltliche Recht zuhaben / das dauchte damahls unbillich manchen Mann. Reinec. *de Saxon. orig. fol. 14.* Et regia quoque nonnulla monasteria inferiorem olim tantum jurisdictionem obtinuisse, refert d. Auctor actor. Lindaviens. *fol. 57. in princ. & fol. 608. in fin. seq.*

Indeque non pauca, eaque insignia monasteria in Suevia reperiri, quæ non tantùm extra, sed & intra claustra, territoriali jurisdictione careant, veluti Buchaw/ Salmansweil/ Wein-

garten/ 2c. eademque ad alios dominos vicinos (salva duntaxat earum Ecclesiastica & asylorum libertate) pertineat, scribit idem Auctor actor. Lindaviens. *fol. 286.* §. welche aber gleichwol.
76 *& fol. 621. vers. cæteroquin.* Et alia quoque monasteria Principali dignitate coruscantia, ut sunt St. Gallen/ Buchaw am Bodensee/ St. Haimeran / ober- und niedern Münster in Regenspurg / das Stifft zu Lindaw/ 2c. territoriali superioritate & criminali jurisdictione carere, eandemque ad civitates, in quibus sita sunt, pertinere, testatur, d. Auctor actor. Lindaviens. *fol. 55. vers.* anjetzo zugeschweigen. Monasteria quoque in Ducatu Würtembergico sita, superioritate territoriali carere, sed eorundem Prælatos, Abbates & possessores Status esse provinciales, & Ducem Würtembergicum superiorem recognoscere, probat Auctor deß gründlichen Berichts/ daß die Prælaten und Clöster deß Hertzogthums Würtemberg / vor 90. 100. 150. 200. und mehr Jahren zu dem Land und Hertzogthum Würtemberg gehörig gewesen/ 2c. *per tot.*
77 Ex quibus omnibus & similibus hæc maxima colligitur, quod regulari juris præsumptione, monasteria & bona ad ea pertinentia, in alterius Principis, Civitatis vel alterius Status Imperii immediati territorio & districtu sita, ad ejusdem jurisdictionem & superioritatem territorialem pertinere judicentur, donec exemptio & immedietas ipsorum doceatur. Quod etiam experientia satis apertè demonstrat, ubi videmus in plurimis Civitatibus Imperialibus monasteria nonnulla adhucdum extare, quæ una cum bonis & personis Civita-
78 tis magistratui subjecta sunt. Ita in civitate hac nostra Eslingensi nonnulla reperiuntur monasteria, ædes & bona Monastica, quæ ipsi civitati sunt subjecta, eique Steuras ordinarias & collectas extraordinarias solvunt, jura municipalia & Statuta observant, jus civitatis obtinent, & in nonnullis tantum juxta specialia pacta, præ reliquis civibus immunitate quadam gaudent, de quibus *infra l. 3. c. 13.*

Superior quoque conclusio non tantùm in causis civilibus, sed etiam criminalibus procedit, ita, ut etiam criminalium causarum cognitio ad territorii dominum & Civitates Imperiales pertineat, *supra libr. 1. cap. 12. num. 94. seq.*
79 Sed quid si Comites, Barones & Nobiles immediatè Imperio subjecti, in alicujus Civitatis Imperialis vel alterius Status territorio delinquant, & ibi reperiantur, anne tum à magistratu illius loci criminalem jurisdictionem habente, capi, judicari & puniri poterunt? Et non posse ex subsequentibus concludendum videtur. I. Quia Comites, Barones, Nobiles & alii immediatè Imperio subjecti, à jurisdictione Electorum, Principum, aliorumque
80 Statuum Imperii jurisdictione in totum sunt exempti, ita ut in ipsos, non subditos, nulla quoque exerceri possit jurisdictio, per *l. fin. ff. de jurisdict.* Gylman. *symphor. tom. 1. part. 1. tit. 6. vot. 1. n. 23. fol. 41.*
81 II. Quia Clerici, & aliæ personæ Ecclesiasticæ in causis criminalibus, sine ordinarii sui consensu, & præcedente degradatione, à magistratu politico & territorii domino non possunt puniri, *Auth. statuimus. Cod. de Episcop. & cler. c. nullus 2. c. si diligenti. 12. c. significasti. 18. X. de for. compet.* Gail. *1. observ. 37. num. 1.* Mynsing. *1. observ. 22. num. 1.* Thom. Michael. *de jurisdict. conclus. 39.* Cur non etiam idem de Comitibus, Baronibus & Nobilibus immediatis dicendum erit, ita, ut nec hi sine Imperatoris consensu & mandato ab inferioribus Principibus & territoriorum dominis criminaliter puniri possint.

III. Nobiles immediati sunt ministeria- 82
les Imperatoris & Imperii, Nobiliss. Dn. Casp. Lerch *de ord. Equestr. part. 2. num. 108. vers.* Es kan auch. *in fin. fol. 207.* Quemadmodum ergo ministeriales Imperatoris ab aliis Principibus puniri nequeunt, ita quoque nec Nobiles immediati, cùm æquiparatorum æqualis sit ratio, & quod in uno disponitur, etiam in alio 83
dispositum intelligatur, gloss. *in l. si quis servo verb. corrumpi. Cod. de furt.* Panormit. *in c. de mulcta. n. 18. X. de præbend.*

IV. Quia milites in transitu delinquentes 84
à magistratu loci delicti commissi puniri nequeunt, sed ad magistratum militum remittendi sunt, *tot. tit. C. de magistr. milit. l. 1. de exhib. reor. l. magister. à 6. & ibi* Vultej. *num. 15. C. de jurisdict.* Thom. Michael *de jurisdict. conclus. 93. lit. a. & b.* Gilhaus. *arb. crim. cap. 1. numer. 116.* Cur igitur non etiam Nobiles immediati ad ipsum Imperatorem remittendi, cùm & ipsi sint Imperatoris milites, & ex receptissimo omnium ferè nationum usu Nobiles pro militibus & equitibus habeantur, Vultej. *4. Marpurg. consil. 20. num. 14.* etiamsi non sint in expeditione, Zas. *cons. 1. n. 35. vol. 2.* Nicol. Reusner. *cons. 3. num. 35. vol. 1.* Hotoman. *cons. 7. num. 41.* Cacheran. *decis. 100. num. 16.* cùm olim nemo nisi Nobiles militaverint, eorumque ministri, Caspar. Klock. *de contribut. cap. 3. n. 263. & cap. 14. n. 49.* Besold. *dissert. de jur. bell. c. 2. n. 12. fol. 38. in princ.*

Hoc ipsum V. clarius probare videtur pri- 85
vilegium Caroli Magni Ordini Equestri ab expeditione bellica dimisso, Padebornæ in Comitiis anno 777. concessum, quod refert Goldast. *constitut. Imper. tom 3. fol. 120.* Philip. Camerar. *horar. subcisiv. cent. 1. cap. 79.* his verbis: Ite milites mei, vos Heroes vocabimini: Socii Regum, Judices criminum: Vivite post hac laboris expertes, consulite Regibus, publico nomine, favete Orphanis, juvate pupillos, consilio circumdate Principes, ab his victum, & vestitum, & stipendium petite; si quis negaverit, inglorius infamisque esto. Si quis injuriam vobis intulerit, Reum se Majestatis agnoscat: Vos autem cavete, ne tantum decus, tanquam privilegium justo bellorum labore partum, aut ebrietatis, aut scurrilitatis, aut alio quovis vitio maculetis: Ne quod largimur vobis ad gloriam, redundet ad pœnam, quam de vobis sumendam, si fortè excesseritis, nobis & successoribus nostris Romanorum Regibus perpetuò reservamus, &c.

Quia VI. potentiores & illustriores, puta 86
Prin-

Principes & Duces Imperii in criminalibus, non nisi coram Imperatore & Imperii Proceribus conveniuntur, ut paulò post *n. 114. dicetur.* Nulla autem diversitatis ratio inter Comites, Barones, & Nobiles, & alios Imperii Principes potentiores subesse videtur, cùm æquè illi, ac hi Imperio immediatè subsint, & illi tantum possint in suis territoriis, quantum hi in
87 suis, de quo *supra cap. 1. n. 41. & seq.* Unde etiam ab Imperatoribus in Nobiles, Barones, Comites, & Principes eadem olim pœna constituta, sicuti constat ex Otton. Frisingensi. *de gest. Friderici I. Imperat. l. 2. ubi fol. 470.* inquit: Deniq; vetus consuetudo pro lege apud Francos & Suevos inolevit, ut si quis Nobilis ministerialis, vel colonus coram suo judice, pro hujusmodi excessibus reus inventus fuerit, antequam mortis sententia puniatur, ad confusionis suæ ignominiam, Nobilis canem, ministerialis sellam, rusticus aratri rotam, de Comitatu in proximum Comitatum gestare cogatur: Hunc morem Fridericus servans, Palatinum istum Comitem, magnum Imperii Principem, cùm decem Comitibus complicibus canes per teutonicum milliare portare coëgit, referente Nobiliss. Dn. Casp. Lerch. *de ord. Equestr. part. 1. n. 93. vers.* wiewol nun solches. Besold. *thes. pract. verb.* hundtragen. Olim enim apud Suevos & Francos singularis fuit pœna constituta in Illustres & nobiliores Imperii cives ob violatam pacem, ut ignominiosæ pœnæ loco, canem scabiosum collo injectum vicatim portarent, Otto Fris. *d. l.* Crus. *annal. Suev. l. 10. part. 2. c. 14.* Kirchner. *de republ. disp. 16. corol. 4.* Nolden. *de Stat. Nobil. c. 15. n. 61.* Reinking. *de regim. secul. l. 1. class. 5. c. 6. num. 180.* Besold. *d. verb.* hundtragen. Limnæ. *de jur. publ. l. 6. c. 6. n. 90. seq.* Klock. *de contribut. c. 3. n. 130. seq.* Höping. *de jur. insign. c. 2. n. 29. & ibi all.* ubi causam hujus pœnæ reddit, ejusque meminit Günther. *in Ligurin. lib. 5.* ita scribens:

Quippe vetus mos est, ut si quis, Rege remoto,
Sanguine vel flamma, vel seditionis apertæ
Turbine, seu crebris Regnum vexare rapinis
Audeat: ante gravem quam fuso sanguine pœnam
Excipiat, si liber erit, de more vetusto,
Impositum scapulis ad contiguos Comitatus
Cogatur per rura canem confinia ferre,
Sin alius sellam, cujus dispendia pœnæ
Ille Palatinæ custos celeberrimus aulæ
Non potuit vitare Comes, cunctisque videndus
Portavit scapulis passus per mille latrantem.

Eademque pœna affectum fuisse Eberhardum Comitem Franconiæ, quod Ottoni I. Imperatori rebellis fuerit, post Witichind. refert Lehman. *Chron. Spirens. l. 5. c. 4.* Nolden. *d. c. 15. n. 63.*

Atque hæc maximè VII. procedere videntur, si Comites, Barones & Nobiles immediati delinquunt in territoriis Civitatum Imperialium, vel etiam aliorum Nobilium immedia-
88 torum; Cùm enim illis tam in dignitate, quàm jurisdictione sint pares, absurdum foret, quod par in parem jurisdictionem exercere præsumat, *l. ille à quo. 13. §. tempestivum. 4. ff. ad St. Trebell. c. innotuit. 20. X. de elect. l. nam magistratus. 4. ff. de recept. arbit.* Gail. *de arrest. cap. 4. num. 3. & 7. & lib. 1. obs. 41. n. 9.* Tusch. *lit. P. concl. 89. per tot.* Quæ regula, quod par in parem non habeat jurisdictionem, procedit, licet alter dignitatis prærogativa excellat, Wehner. *pract. obs. verb.* Landsfürstliche Obrigkeit. *vers. quoniam itaque fol. 460.*

Hinc quoque VIII. Austregarum judicium publico jure fuit constitutum, ut ibi im- 89
mediati, tam in civilibus quàm criminalibus, in prima Instantia conveniantur; cujusmodi privilegium, cùm ordinationi Cameræ sit insertum, per delictum non poterit amitti, cùm privilegia in corpus juris redacta per delicta non amittantur, gloss. *in auth. qua in provincia. Cod. ubi de crim. & ibi* Bart. & Dd. com. Atque hanc negativam sententiam propugnat. Dn. Lerch. *d. tract. part. 1. n. 93. & part. 2. n. 108. vers.* Es kan auch die Reichs-Adeliche. *seq.* Ilico Ummius *ad process. judic. disput. 4. n. 9.*

Verum his & similibus non attentis, con- 90
trarium juri & praxi communi magis consentaneum videtur, cùm juris sit indubitati, quod in delictis nulla sit fori præscriptio, sed unusquisque in loco delicti commissi, si ibi apprehendatur, forum sortiatur & puniri possit, *l. 1. C. ubi Senat. vel clariss. l. universi. 9. l. nullum. 10. l. fin. C. ubi caus. fiscal. l. 1. & auth. qua in provincia. C. ubi de crim. agi oport. l. præses. 3. ff. de offic. præsid. l. si cui. 7. §. idem Imperator. 4. l. fin. ff. de accusat. l. non dubium. 11. ff. de custod. reor. l. desertorem. 3. in princ. ff. de re milit. c. fin. X. de for. compet. & ibi* Socin. Felin. & Dd. commun. Gail. *de pignorat. obs. 3. num. 11. & obs. 14. num. 4.* Matth. Stephan. *de jurisdict. l. 2. part. 2. cap. 2. num. 105.* Bidembach. *nobil. quæst. 1. n. 27.* Delictum enim tri- 91
buit jurisdictionem ei, qui aliàs rei judex non est, *c. licet ratione. fin.* & ibi gloss. *verb. ratione. X. de for. compet. l. 1. C. ubi de crimin. d. l. præses. 3. ff. de offic. præs.* Gail. *d. obs. 3. num. 11.* Matth. Stephan. *de jurisdict. l. 1. cap. 30. num. 26.* Gylman. *symphor. tom. 2. part. 2. vot. 14. num. 36. & 48. fol. 41.* nullo habito respectu unde delinquens sit oriundus, *d. l. 3. ff. de offic. præsid. l. non dubito. 7. in fin. ff. de captiv. & postlim. Novel. 8. c. 12.* vel cujus sit ordinis aut dignitatis, *l. raptores. 24. Cod. de Episcop. & cleric. l. quædam. 14. ff. de pœn. l. qui cum uno. 4. §. adulterii. 7. ff. de re milit.* Tiraquel. *de pœn. temper. caus. 31.* Ziegl. *§. Austrega. concl. 4. n. 3.* ita, ut etiam clarissimi in provincia, in qua deliquerunt, accusari possint, *l. 1. C. ubi Senat. vel. clariss.* Cùm reatus, sive delictum omnem ex- 92
cludat honorem & dignitatem, *d. l. 1. in fin. C. ubi Senat. & ibi* gloss. Wesembec. *in parat. ff. de quæstion. num. 10. in fin.* Damhoud. *in prax. crim. c. 67. n. 22.* Matth. Steph. *de jurisd. l. 1. c. 30. n. 32.* & privilegium mereatur amittere, qui concessa abutitur dignitate & potestate, *c. ubi. 7. Dist. 74. c. privilegium. 63. caus. 11. quæst. 3.* nec honor servandus ei, qui ipse honorem non servavit, sed se in crimen adduxit, Matth. Steph. *d. n. 32.* Unde etiam exemptus à foro, intelligitur de civili, non verò criminali, gloss. *in c. 1. de privil. in 6.* & ibi Archidiac. *n. 2.* & Franc. *in c. 1. in princ. not.* 93
2. ubi scribit, quod privilegium plenæ exemptionis, quantumvis latum, non includat exemptionem ratione delicti, per *l. 2. C. de privileg. scholar.*

scholar. Imò ne quidem concedi posse privilegium exemptionis à foro criminali, tradit Boër. *consil. 127. l. 3.* Bald. & Castr. *in auth. qua in provincia. C. ubi de crim.* Author actor. Lindaviens. *fol. 847.* ne sub prætextu privilegii concessi flagitiorum crescat authoritas, aut politica vacillet utilitas, *l. 2. de privil. scholar.* & quis patrocinium captet ex eo, quod per proprium scelus despexit, *Novel. 17. c. ult. §. 1. vers. non enim.* legis enim & Imperii præsidium pro innocentibus tantum militat, *c. 1. §. si quis hominem. de pac. tenend. 2. feud. 27.* Coler *de process. execut. part. 4. c. 1. n. 204.* & delinquentibus leges beneficia sua
94 non tribuunt, *l. sed etsi. 26. §. & adjicitur. 6. ff. ex quib. caus. major. l. & primo. 2. §. sed ita. 3 ff. ad SCt. Vellej.* Zoanet. *de Rom. Imper. n. 86.* sed immunitatem à pœnis denegant, *l. si longius. 18. §. 1. vers. nam & Juliano. l. ita vulneratus. 51. § fin. ff. ad L. Aquil. l. si à reo. 70. §. fin. ff. de fidejuss. l. operis. 14. C. de pœn. Novel. 17. c. 5. & 7. Novell. 117. c. fin.* utpote ad quas ipsimet delinquendo se quasi obligaverunt, *l. omnem. 10. ff de judic. l. Imperatores. 34. ff. de jur. fisc.* ut ita delictum non excuset digni-
95 tas, *d. l. 1. C. ubi Senat. l. quoties. C. de dignitat. d. l. raptores 24. C. de Episcop. & cler.* sed potius aggravet, *d. l. qui cum uno. 4. §. adulterii. 7 ff. de re milit. l. presbyteri. 8. C. de Episc. & cler.* Atque inde illos, quibus competit privilegium, ne conveniantur in certo loco, nihilominus in loco delicti conveniri posse, scribit Gylman. *l. 2. decis. 54. n. 87. & 89.* ex Jason *in l. ult. n. 52. vers. secundo principaliter ff. de constit. Princ.* Rumelin. *ad Aur. Bull. diss. 8. concl. 2. part. 1.* Cùm hodie in delictis lo-
96 cum non habeant delinquentium avocationes & remissiones, Gail. *l. 1 de pac. publ. c. 16. n. 30. seq.* Matth. Stephan. *de jurisd. l. 1. c. 30. num. 13. seq.* Thom. Michael. *de jurisd. concl. 91. lit. b.* Köppen. *decis. 43. n. 19.* Modest. Pistor. *consil. 29. quæst. 2. n. 6.* Besold. *part. 3. cons. 191. n. 4. seq. & thes. pract. verb.* Liefferung der Maleficanten. Farinac. *prax. crim. tit. 1 quæst. 7. n. 28. l. 1.* Rumelin. *ad Aur. Bull. 2. dissert. 1. concl. 10. & ibi* Nicol. Myler. *in addit. lit. a.* Nisi jure amicitiæ, urbanitatis & vicinitatis sub antigrapho, quod hæc remissio ipsi remittenti non debeat præjudicare, & quod in casu simili idem sit facturus, Gail. *d. c. 16. n. 31.* Becht. *de securit. concl. 205.* Matth Steph. *d. c. 30. n. 17.* Besold. *d. verb.* Liefferung der Maleficanten. Knichen. *de jur. territ. c. 3. n. 453. seq.* ita, ut nec scholaris ratione delicti privilegium fori allegare possit, Schard *in auth habita. n. 20. C. ne fil. pro patr.* Heig. *2. quæst. 11. n. 7.* Bened. Carpz. *jurispr. forens. civil. part. 1. constit. 27. defin. 10.* Qua ratione Angliæ
97 Regina Elisabetha Henrici III. Legato Bellicuræo, cùm Mariam Scotam ejusque delictum ad Elisabethæ jurisdictionem non pertinere adsereret, bellè respondit, aliorumque Regum exemplo firmavit, nulla dignitatis aut privilegii ratione habita, delinquentem in alterius territorio, ibidem judicari & puniri posse, Meteran. *hist. Belgic. l. 13.* Besold *colleg. polit. class. 1. disput. 11. concl. 30.* Sic Constantinus Imperii consortes, Licinium & Maxim. propter excitatas turbas, & intentatum parricidium, morte mulctavit: Uti & Imperator Henricus VII. Robertum Siciliæ Regem: Carolus Andegavus Conradum Sueviæ Ducem: & Bonifacius Papa Cœlestinum, Johan. Norderman. *de jur. Principat. concl. 49. lit. b.* Siquidem aliàs plurima hinc orirentur mala, si cuique liceret sua prætendere privilegia, multa inde relinquerentur mala impunita, omnia malignitati subjicerentur, si securitatem haberent, nec per viam justitiæ injuriam vindicare, aut vim illatam propulsare possent territoriorum domini, Norderman. *d. lit. b.* Unde etiam in suo terri- 98
torio minus potens superat potentiorem, *c. inferior. X. de major. & obed. & ibi* Felin. & Panormit. *l. præses. 3. ff. de offic. præs.* Knichen. *de jur. territ. c. 4 num. 33.* & quilibet magistratus, etiam minimus, sive, ut loquitur Felinus, magistratiunculus, in suo territorio major est, quolibet alio, non ejus loci, Felin. *in c. licet. in princ. vers. de verbali. X. de for. compet* Coler. *de process. execut. part. 3. cap. 7. num. 33.* ita, ut etiam minor judex loci delicti majorem ibi delinquentem coërcere & punire possit, Besold. *colleg. polit. class. 1. disp. 11. conclus. 28.* cùm extra territorii sui districtum pro privato reputetur, *cap. pastoralis. in fin. X. de rescript. cap. veniat. in princ. X. de elect. Clem. quamvis de for. compet. l. fin. ff. de jurisdict. & ibi* Dd. com. *l. fin. de off. præf urb. & ibi gloss. in verb. jubere. l. 3. ff. de off. præsid. l 2 ff. de off. proconsf. l. quicunque. C. de exact. tribut. l. addictos. C. de Episc. & cler. l. 1. C. si à non compet. jud.* Norderman. *d. concl. 49. lit. b.* Gail. *de pac. publ. l. 1. cap. 16. num. 28.* Knichen *de jur. territ. cap. 4. n. 31. seq.* atque etiam Princeps in alterius terri- 99
torio, ut privatus forum sortiatur, Pistor. *consf. 19. num. 29. seq. vol. 1.* Ant. Coler. *de jur. Imper. conclus. 63.* Knichen. *de Saxon. non provoc. verb. jus. c. 4. n. 85. seq. & de jur. territ. d. c. 4. n. 32.*

Hinc quoque fit, quod Legati Regum, 100
Principum, & aliorum potentiorum, licet dominorum suorum personam repræsentent, & jure quodam repræsentationis Principum suorum loca & subsellia occupent, Hering. *de fidejuss. c. 7. n. 559.* Cùm ipsis honore & existimatione eadem reputentur, Schrader. *de feud. part. 10. sect. 4. n. 21.* & aliàs sancti & inviolabiles existant, *l. sanctum. 8. ff. de rer. divis. l. fin. & ibi* Dd. *de legation.* Becht. *de secur. & salv. cond. concl. 174. seq.* nihilominus tamen in legatione delinquentes, in loco delicti commissi puniri possint, *l. non aliàs. 24. §. 1. ff. de judic. l. hos accusare. 12. in princ. ff. de accusat.* Becht. *d. l. concl. 183. seq.* Kirchner. *de legat. l. 2. c. 1. n. 141.* Besold. *colleg. polit. class. 1. disp. 11. concl. 30.* Cujus rei exempla in historiis passim 101
sunt obvia: Sic Phileam Tarentinum legatum Romæ, cùm obsides Tarentinos corruptis custodib. liberasset, & cum illis profugisset, cum illis retractum, & in Comitium deductum, virgis, populo probante, cæsum & de saxo dejectum, narrat Livius *l. 15.* & aliàs legatos ob admissa, in vincula conjectos, & Comites sub hasta venditos, commemorat idem Livius *l. 13.* Sicque dignum supplicium luit Augusti legatus, qui cùm venisset ad M. Antonium, sermone liberiore erga Cleopatram usus, verberibus nudus cæsus fuit, Schönborn. *l. 3. polit. c. 29.*

Atque ita Nobiles, Barones & Comites 102
immediatos, si in Principum aliorumque Statuum

tuum territoriis delinquant, & ibi apprehendantur, forum sortiri, & criminaliter puniri posse, statuunt, Just. Meyer. *in colleg. Argentor. libr. 48. tit. 2. n. 12.* Bidembach. *nobil. quæst. 1. n. 27.* Besold. *d. disp. 11. conclus. 28.* Wehner. *pract. obs. verb.* Landsfürstliche Obrigkeit. *vers. adeoq; ea ratione. fol. 461.* Id quod praxis quoque quotidiana docet, ita, ut etiam Civitates Imperiales, Comitum, Baronum & Nobilium delicta in territoriis suis commissa coërceant, & quod Status Imperii in alterius Status territorio delinquens, coram domino territorii conveniri possit, tradunt arg. *l. 3.* & ibi Bart. Bald. & Dd. *ff. de offic. præs.* Vultei. *ad l. 1. n. 48. C. ubi Senat. vel clariss.* Bers. *de pact. famil. illustr. cap. 8. fol. 447.* Surd *cons. 574. num. 26.* Gail. *de pignorat. cap. 14. num. 3. & de arrest. cap. 7 num. 12.* Rulant. *de commiss. 1. lib. 2. cap. 3. n. 6.* Cothman. *libr. 5. consil. 2. in princ.* Reinking. *de regim. secul. lib. 2 class. 2. cap. 16. n. 24.* 103

Neque huic affirmativæ opinioni refragari

104 videntur, quæ in contrarium adducta: Quod enim I. attinet, quamvis Nobiles immediati, Comites & Barones, Imperatori immediatè subsint & ab aliorum Statuum jurisdictione sint exempti, hoc tamen in civilibus, non etiam in criminalibus procedere, si delinquentes in loco delicti commissi reperiantur, ex jam dictis satis colligitur. Quod si verò extra delicti locum versetur, quamvis de jure communi rei ad locum delicti commissi, ut ibi puniantur, sint remittendi, hoc tamen in Nobilibus & aliis immediatis non obtinere, tradit Wehner. *d. verb.* Landsfürstliche Obrigkeit. *vers. cum Respubl. fol. 461.* Bidembach *nobil. quæst. 1. num. 28.* cùm & alias de consuetudine, ut n. 96. dictum, Germaniæ remissiones delinquentium hodie non nisi ex arbitrio fieri soleant.

105 Nec quoque 2. contrariatur, cum Nobilium & clericorum diversa ratio, & quoad clericos ita sit constitutum, secus verò quoad Nobiles, & clerici quoque ab aliorum secularium jurisdictione sunt exempti, non æque Nobiles; & plurima alia privilegia clericis competant, quæ Nobilibus non sunt concessa, ut ita in odiosis & criminalibus non sit facienda extensio de persona una ad aliam diversam.

106 Ad 3. respondetur, quod licet duo interdum æquiparentur, non tamen propterea quod in uno est, dici poterit etiam esse in alio, *l. si furiosi. 25. C. de nupt.* gloss. *in cap. 1 verb. declaramus. X. ne cleric vel monach.* Vultei. *4. Marpurg. cons. 25. n. 21.* ut ita licet Nobiles Imperatoris ministeriales & milites dici possint, inde tamen non sequatur, quod privilegia aliis Imperatorum ministerialibus & militibus competentia his quoq; competant; Imò adhuc incertum est, num ministeriales Imperatoris hoc privilegio gaudeant, ut in alieno territorio delinquentes puniri nequeant, atque ita ex jure incerto & dubio firma conclusio fieri nequeat.

107 Idem quoque ad 4. responderi poterit, cùm diversa ratio sit militum actu militantium, & Nobilium, illi certum suum habent Ducem & magistratum, ad quem remitti possunt, hi verò non item: & itidem adhuc dubitatur, num miles, si in loco delicti comprehendatur, necessariò sit remittendus ad magistrum militum, an verò à magistratu loci puniri possit, & hodie remissionem istam vix obtinere, si miles in loco delicti commissi à magistratu apprehendatur, tradit Just. Meyer. *in colleg. Argentor. d. lib. 48. tit. 2 num 82.* Et nuper in Comitiis Ratisponensibus sancitum fuit, quod si miles ultra tria miliaria à suo hospitio, sive quarterio sibi adsignato, vel ubi Compagnia sua commoratur, deliquerit, vel magister militum eum coërcere neglexerit, magistratus loci delinquentem capere & punire possit, R. A. zu Regenspurg *de anno 1641.* §. wir haben uns auch. *fol. 26. seq.* Ad hæc, privilegia militum actu tantum militantibus, & in ipsa expeditione occupatis, non etiam domi in ædibus & sedibus suis degentibus competunt, *l. 1. l. milites. 15. l. pen. Cod. de testam. milit. princ. I. de milit. testam. & ibi* Dd. com. Ordnung der Notarien zu Cöln *de anno 1552. tit.* von Testamenten. *l.* §. und sollen die *Notarien.*

Ad 5. respondetur, ita olim quidem fuisse, cùm jurisdictiones adhuc essent precariæ & temporales, & non nisi nudo administrationis titulo competerent, at cùm hodie jure patrimoniali & hæreditario ad Status eædem pertineant, & Imperator cuiq; Statui & Imperii membro immediato jurisdictionem suam salvam relinquat, aliud obtinet. 108

Diversam quoque quoad 6. esse rationem Principum, Ducum, aliorumq; potentiorum Imperii Statuum, ac Comitum, Baronum & Nobilium immediatorum, paulo post demonstrabitur *n. 114. seq.* 109

Sicuti quoque responsio ad 7. ex supradictis haud difficulter colligitur, ubi regulam illam, quod par in parem non habet Imperium, in delictis non procedere, & delictum tribuere jurisdictionem, qui eam alias non habet, demonstratum fuit. 110

Quoad 9. dubium adhuc est, an causæ criminales ad judicium Austregarum pertineant, nec ne, negant enim hoc, Vultei. *ad l. 1. num. 48. Cod. ubi Senat vel clariss.* Besold. *thes. pract. verb.* Außträg. *vers. non vero. & de trib. domest. soc. spec. fol. 83.* Martin. Rumelin. *ad Aur. Bull. part. 2. dissert. 1. corol. 5. & ibi* Myler. *in addit.* Rulant. *de commiss. part. 1. libr. 2. cap. 3.* Reinking. *de regim. sec. lib. 2. class 2. cap. 16. num. 24.* E contra illud affirmant Ziegler. §. *Austrega. conclus. 3. per tot.* Ilico Ummius *ad process. judic. disp. 4. num. 51.* Leipold. *de concurr. jurisd. quæst. 7.* Matth. Stephan. *de jurisdict. 2. part. 1. cap. 3. num. 46.* Arumæ. *ad Aur. Bull. dis. 5. concl. 12.* Johan. Limnæ. *de jur. publ. lib. 9. cap. 5. numer. 63.* Et posito, quod judices Austregarum causas etiam criminales dijudicare & punire possint, inde tamen non statim concludendum foret quod tales non etiam à judice ejus loci, ubi delictum commissum, ventilari & puniri possint, cùm nullibi constitutum reperiatur, quod Nobiles in causis criminalibus coram Austregis tantùm & Imperatore conveniri debeant, & in loco delicti commissi comprehensi accusari & puniri nequeant, cùm constet delinquentes de jure communi, vel in loco delicti commissi, si ibi reperiantur, vel 111

coram judice ordinario coveniri & puniri pos-
se, & ita hoc casu præventioni locum dari.

112 Verùm, quicquid sit, coërcitionem hanc ad
pœnam capitalem extendere, & ultimo suppli-
cio in Comites, Barones & Nobiles immedia-
tos, Civitatibus Imperialibus, vel etiam ipsis
Comitibus, Baronibus & Nobilibus inter sese,
sine Imperatoris scientia, animadvertere, non
facilè author vel consultor ego essem, cùm res
sit periculi plena, & ejusmodi mors à conjun-
ctis plerumq; vindicari, & ad posteros, in qui-
bus vulnus majoribus illatum recrudescit, vin-
dictæ cupiditas transferri, & postmodum infi-
nita inde mala oriri soleant. Hinc Carolus An-
degavius, quod Conradinum instar asassini se-
curi subjecit, non solùm malè audivit, sed etiã
proprium filium sua crudelitate in idem capi-
tis discrimen conjecit, siquidem à Petro Arra-
goniæ Rege captus, & ad uxorem Reginam,
quæ ex Conradini erat familia, ut idem de illo
mortis supplicium sumeret, missus fuit, quod
etiam sine dubio factum, nisi muliebris animus
humili, & Christiani hominis responso ad mi-
sericordiam fuisset commotus, Norderman. *de
jur. Principat. concl. 49. lit. b.* Non enim facilè No-
bilis vel Regalis fortuna miseræ ejusmodi con-
ditioni subjicienda, Ammirat. *lib. 7. cap. 17.* Unde
etiam olim in decuriones & personas illustres,
sine superioris scientia criminaliter animad-
vertere nun licuit, *l. moris. 9. §. istæ fere. 11. l. Divi.
27. § fin. ff. de pœn. l. gravius. 16. Cod. de dignitat. l. quo-
ties. 3. C. ubi Senat. vel. clariss. l. 2. ff de bon. eor. qui sibi
mort. l. pen. ff. ad L. Cornel. de sic.* Atque ita etiam
contra Comites, Barones & Nobiles liberos, si
in alieno territorio deliquerint, inconsulto
Imperatore, ordinarium loci magistratum,
procedere non posse, tradit Meichsner. *tom. 4.
Cameral. decis. 15. n 8.* Mejer. colleg. argentor. *libr.
48. tit. 2. n. 12.* Cuman. *in l. 1. §. his, quibus. ff. de legat.
3.* Alciat. *in l. quod sedem. n. 85 ff. de offic. ordin.* Tira-
quel. *de nobilit. cap. 20. n. 138.* Gometz. *de delict. c.
3. rubr. de homicidio. num. 2.* Farinac. *de pœn. tem-
por. quæst. 98. numer. 109.*

114 Porrò Principes, Duces & alios Imperii
proceres majores quod attinet, res aliter se ha-
bet, ita, ut si hi deliquerint, extra causam fra-
ctæ pacis publicæ, quæ etiam in Camera venti-
lari solet, Ord. Camer. *part. 2. tit. 9. §.* So jemand/
hoch oder nider Gail. *1. de pac. publ. cap. 11. & 1. observ.
3.* Mynsing. *5. observ. 50.* coram solo Imperatore
forum sortiantur, idque ex antiquissima Ger-
maniæ consuetudine, de qua Land-Recht. *lib. 3.
artic. 55.* ubi dicitur de capite Principis non nisi
Imperatorem statuere, Petr. Frider. Mindan. *de
processib. lib. 1. cap. 9. num 4.* Rulant. *de commiss. part.
1. lib. 2. capit. 3. num. 6.* Matth. Stephan. *de juris-
dict. libr. 2. part. 1. cap. 1. membr. 2. num. 213. & 214.*
Johan. Gœddæ. *4. Marpurgens. cons. 48. num. 228.*
Vultei. *de jurisdict. ad tit. C. ubi Senat. vel clariss.
num. 48.* Idem testatur Goldast. Politische Reichs-
Handel. *part. 25. rubr.* Hohe cent, Halßgerichtliche/ꝛc.
fol. 992. ibi: Die hohe Obrigkeit aber/ was Lei: und
Leben verwürcket/ das hat die Römische Käyserl. Ma-
jest. als das höchste Haupt/ und der Superior im
Reich/ auff der Fürsten/ höhern Ständen/ Graffen/
Herren vom Adel/ und der Reichs-Stätt und Inn-
wohner Personen/ je und allwegen gehabt/ und noch.
Deßgleichen auch den Einfall/Angriff in ihren Schlöß-
sern/ und Häusern/ Sitzen/ dieselbe hohe Obrigkeit
gebühret Ihr Käys. Majestät/ und gar nicht der ho-
hen cent, Halßgericht oder Fraißherrn/ dasselbig alles/
wie auch die Landsfürstliche Obrigkeit über Sie und
die ihrigen/ haben die Graffen/ Herrn/ vom Adel
und Reichs-Stätt/ auch nit der hohen cent, Halß-
gerichts/ Fraiß- oder Geleits-Herrn übergeben/ oder
eingeraumbt/ habens auch nicht thun können. Atque
ita si Princeps vel Status Imperii in alieno ter-
ritorio delinquat, ad Imperatorem cognitio-
nem pertinere, asserit Rut. Rulant. *de commiss.
part. 1. libr. 2. cap. 3. num. 6.* Rumelin *ad Aur.
Bull. part. 2. diss. 1. coroll. 5. & ibi* Nicol. Myler.
in addit. Reinking. *de regim. sec. lib. 2. class. 2. cap.
17. num. 87.* punire enim debet Rex, non judex
Nobilem, præceptum est Mœcenatis apud Di-
on. Cass. *lib. 52.* & indignum à cane Lanii pul-
chram damam devorari, Imper Carolus V. di-
cere fuit solitus, referente Chytr. *in orat. funebr.
Caroli V.* Coërcitio autem hæc ab Imperatore 115
non aliter fit, quàm in consilium adhibitis ali-
is Imperii Statibus, Matth. Steph. *de jurisdict. d.
membr. 2. num. 85. seq.* Meyer. colleg. Argentor.
d. libr. 48. tit. 2. numer. 13. Johan. Ernest. Zorn.
apud Arumæ. *de jur. publ. tom. 2. discurs. 7. conclus.
72. numer. 6. & ibid. tom. 3. discurs. 10.* Christoph.
Beindorff. *de Princip. S. Rom. Imper. conclus. 71.*
Cùm res sit ardua & periculi plena, & leges &
jura præscribant, ut ardua & Statum Imperii
concernentia, sine Procerum & Ordinum Im-
perii consilio non expediantur, Capitulatio
Imperator. Ferdinandi II §. wir sollen und wöllen.
39. & Ferdinandi III. §. *42.* ibi: in wichtigen Sa-
chen/ so das Reich betreffen/ bald anfangs der Churfür-
sten Rahts und Bedencken uns gebrauchen. Jason. *in
l. placet. num. 9. & 11. &* ibid. Bald. *num. 2. Cod.
de S. S. Eccles.* Cravet. *cons. 404 num. 31.* Knichen.
de Saxon. nonprov. verb. Elector. cap. 5. n. 83. Pruck-
man. *§. soluta potestas. membr. 1. effect. 3. n. 7.* Bux-
torff. *ad Aur. Bull. conclus. 6. lit. d.* Unde etiam 116
Pontificem prævia deliberatione Cardinalium
in consilio ardua explicare solere, testis est
Franc. *in cap. Apostolicæ. in princ. de re judic. in 6.*
Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 3. part, 1. cap. 5.
n. 13. seq.* & apud Romanos consultationes habi-
tas, præsertim in rebus momentosis, & ad ex-
emplum pertinentibus refert ex Livio, *libr. 9.*
Budæus *ad l. fin. ff. de Senator.* in gravioribus e-
nim adhibere Consiliarios prudentis est, *l. hu-
manum. 8. Cod. de legib.*

Hoc perpendens Imperator Fridericus II. 117
Henricum Leonem Bojorum & Saxonum Re-
ctorem, mandata facere detrectantem, Comi-
tiis Reginoburgi celebratis, coram Imperii or-
dinibus accusavit, facinora ejus commemora-
vit ipsum scilicet fidem datam fregisse, Imperii
Majestatem violasse, & Cæsaris vitæ insidias
struxisse: Unde etiam ab Optimatibus causâ
cognitâ Henricus tanquam contumax & Ma-
jestatis criminis convictus, proscriptus fuit, re-
ferente Aventin. *lib. 6. annal. in vit. Friderici I. fol.
515 seq.* Spangenberg. *Chron. Mansfeld. capit. 230.*
Sic Henricus IV. Ottonem Bavarum res no- 118
vas in Imperio molientem præscripturus, in
frequenti

frequenti Senatu accusavit, & universos jurisjurandi, quo cuncti pro Reipubl. & Principis salute obstricti, ut sententiam dicerent, admonuit, unde Otto profugus, omnium calculo, ut hostis & perduellis fuit proscriptus, Aventin. *libr. 5. fol. 443.* Crantz. *libr. 5. Sax. capit. 22.*
119 Spangenberg. *Chron. Mansfeld. cap. 183.* Consimili modo Henricus V. Henricum Lotharingiæ Ducem, quod sibi resisteret, ex consilio & judicio Optimatum dignitate exuit, Aventin. *lib. 6. princ. fol. 484.* Naucler. *in Chronograph. gene-*
120 *rat. 37. vol. 2.* Ita etiam Otto IV. Ottonem Palatinum de Wittelspach, Ecbertum ab Andechs/ & Henricum Istriæ, non prius, quàm à proceribus fuisset decretum & conclusum, licet causa ipsum non attingeret, Majestatis reum condemnavit & proscripsit, Naucler. *in Chron. vol.*
121 *2. generat. 41.* Et Imperator Rudolphus propter discordiam Alberti Landgravii, & filiorum ejus in Thuringia pro tribunali sedens, crimi-
122 nale judiciũ exercuit, Histor. Landgrav. Thuring. *cap. 82.* Ac Sigismundus Fridericum Austriacum coram Imperii Statibus convenit, referente Buxtorff. *ad Aur. Bull. concl. 83. lit. f. in fin.*
123 Hinc Hadaldus Imperatoris Ottonis cubiculo præfectus ad Iselbertum (alii legunt Giselbertum) Lotharingiæ Ducem missus, cùm indignè susciperetur, simultates Ducis sentiens, non ultra versutiis contentus, ita Ducem allocutus est: Imperium tibi Regale facio, præsente populo, tribunali Regis condicto die præsentari, ut certè hostem te scias judicari, ut tradit Wittichind. Monach. *libr. 2. gestor. Saxon. fol. 20.*

124 Unde quoque in Camera Imperiali, si de proscriptione Principis quæstio incidat, inconsulto Cæsare, ad banni declarationem non perveniri, usu introductum esse testatur Paurmeister. *de jurisdict. lib. 2. capit. 6 num. 266. & seq.* Heig. *part. 1. quæst. 9. num. 29.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 1. membr. 2. num. 214.* Idque in causis majoris momenti, & delictis atrocibus, ac Reipublicæ & Imperio perniciosis, quoad absolutionem à banno constitutum reperitur, Ord Camer. *part. 2. tit. 18.* §. So auch. & *part. 3. tit. 46* §. wo auch. Denais. *jur. Cameral. tit. Banni absolutio. 51. §. 3.* Roding. *pandect. Camer. lib. 1. tit. 7. numer. 26.* Heig *d. l. numer. 53. seq.* Matth. Stephan. *d. l. n. 215.*

125 Atque hoc cum etiam alibi extra Germaniam observetur, & in Regno Galliæ, quoties de capite, de fama, de fortunis omnibus Illustriũ personarum agitur, ob dignitatem non coram ipso Rege, vel Parlamento juridiciali, sed corã Paribus Franciæ criminalis accusatio & judicium instituatur, teste Bodin. *de Republ. lib. 4. cap. 6. fol. 723.* mirum alicui videre non debet, si etiã in Germaniæ nostræ Principibus idem obtineat, cùm nullibi illustriores & Nobiliores familiæ reperiantur, Æneas Sylvius *in descript. German.* Heig. *lib. 1. Saxon. quæst. 9. n. 49.* Unde Guilielmus Brusius Scotus *in consil. de bell. advers. Turc. fœlic. gerend. scribit*; se, ut in Italia palatia, & antiquitatum monumenta, in Gallia milites, in Hispania Præsules, in Anglia agricolas, in Polonia Nobiles, ita in Germania Principes omni laude & admiratione dignos invenisse, referente Dn. Cluten. *syllog. rer. quotid. concl. 26. lit. a.* Unde solum Imperatorem Principi vel 126
Statui Imperii contumaci, rebelli, vel refractario, bannum vel bellum indicere, vel executoriales decernere, sine consensu & voluntate Electorum, cæterorumque Imperii Procerum & Statuum non posse, maximè si periculosi motus in Imperio sint metuendi, docet Nicol Betsius *de pact. famil. illustr. cap. 8. fol. 448.* Donawertische Information. *fol. 142.* Besold. *de stat. mixt. cap. 2. n. 7. fol. 217. & in thes. pract. verb.* Bann. *in fin.* vide Gœddæ. 4. *Marpurg. cons. 48. num. 155. 227. & seq. & n. 236.* vid. *Capit.* Ferdinand. III. *art. 30. & ibi* Limn. *f. 724. verb.* sonderbahr. *& in obs. ad A. C. c. 1. §. 2. O. 11. p. 58.* Schutz. *t. 1. coll. jur. publ. disp. 4. th. 17. lit. f.*

Porrò III. ad superioritatem territorialem 127
pertinet cura Ecclesiastica, die Bestellung der Religion, Kirchen und Schulen / de quo dictum est *supra cap. 3. numer. 52. seq. & per tot.* Et an in una eademque Republica & civitate diversæ Religiones tolerari debeant, dictum est *supra libr. 1. cap. 15. numer. 36. & seq.*

IV. Idem est quoad homagii exactionem, de 128
quo *infra cap. 8. per tot.*

V. Et protectionem territorialem & ordina- 129
riam, sive generalem, Landschutz / de quo *infra lib. 5. cap. 12.*

VI. Cujusmodi protectioni & defensioni or- 130
dinariæ annexa est, & ad superioritatem territorialem pertinet, justitiæ administratio, de qua *infra lib. 5. cap. 11.*

VII. Justitiæ administrationi adnexa est in 131
judiciis comparitio, quia subditi & cives tenentur comparere in tribunali mediato & immediato dominorum territorialium, tam in personalibus, quàm realibus activè & passivè, müssen Recht geben und nemmen. arg. *cap. licet. in fin. X. de elect.* Wehner. *pract. observ. verb.* Landsässerey. *fol. 478.* Reinking *de regim. secul. lib. 1. class. 5. cap. 4. numer. 110.* Knichen. *de jur. territ. capit. 3. numer. 280.* Ritter. *de homag. concl. 186.* Atque hanc comparitionem in judiciis alicujus domini, symbolum & tesseram subjectionis, & superioritatis territorialis irrefragabilem & immotam esse ait Gylman *symphor. tom. 1. part. 1. vot. 1. num. 23.* Meichsner. *tom. 2. lib. 2. decis. ult. num. 127.* Knichen. *in epops. numer. 244.* Menoch. *retin. possess. remed. 3. numer. 585.* Reinking. *d. cap. 4. numer. 74.* adeò ut Principes alii territoriorum domini, & Civitates Imperiales subditos & cives suos, alterius jurisdictioni, seu judicio sese subjicientes, retrahere, eorumq; causas ad se avocare possint, Gail. *1. observ. 40. num. 3.* Vultej. *ad l. 1. n. 168. Cod. de jurisd.* Thom. Michael. *de jurisdict. conclus. 148. lit. d. & e.* Ziegler. §. *Landsassii concl. 1. num. 230. seq.*

VIII. Idem est quoad subditorum ad con- 132
ventus provinciales, auff Landtägen / convocationem & compositionem, Gail. *de arrest. cap. 7 num 14.* Ziegler. §. *Landsassii. conclus. 1. numer. 139.* Vietor. *de exempt. conclus. 37* Knichen. *de jur. territ. capit 3. num. 277.* Hujusmodi comparitio, auff Landtägen / possessionem jurisdictionis territo-

territorialis, & subjectionem probat, & certissimum est subjectionis documentum, *cap. fin. X. de offic. Archidiac.* Afflict. *decis. 265.* Knichen. *d. cap. 3. n. 279. encyclop. cap. 4. n. 1. & in epopſ. num. 239.* Gail. *d. numer. 14.* Ernest. Cothman. *vol. 1. consf. 47. num. 33.* Meichsner. *tom. 2. lib. 2. decis. 3. num. 7. vers. facit etiam. & tom. 3. decis. 6. numer. 52.* Gylman. *symph. tom. 2. part. 1. vot. 5. numer. 14.* Reinking. *d. cap. 4. num. 71.* Mingius *de super. territ. conclus. 70. in fin.* Et Landsassiatus indicium esse, si Nobiles ad Comitia provincialia compareant, tradit D. Joh. Jacob. Speidel. *notabil. jurid. hist. verb.* Landsässen. *fol. 607.* Sola tamen citatio & præceptum ad comparendum, reali comparitione non subsecuta, in dubio subjectionem &
133 jurisdictionem nullam probat, Afflict. *decis. 265. num. 9.* Mascard. *de probat. conclus. 948. numer. 4.* Gylman. *d. vot. 5. num. 14.* Ziegler. *d. conclus. 1. numer. 141.* Vietor. *de exempt. conclus. 37. in princ.* Sed obedientia insecuta & præstita inducit possessionem subjectionis & jurisdictionis, Afflict *d. decis. 265. n. 10.* Mascard. *d. num. 4.* Reinking. *d. numer. 71.* Ming. *de super. territ. concl. 70. in fin.* Bocer. *de jurisdict. cap. 10. n. 10.* vid. *supr. 1. 12. 54.*

134 IX. Ad superioritatem hanc territorialem pertinet, eamq; probat jus eligendi & constituendi magistratus, eosque destituendi, de quo *infra cap. 8.*

135 X. Curiarum erectio; cùm enim publica justitiæ administratio, sive civilis sive criminalis, absq; peculiari loco, sive curia, ohne ein besonder Raht- oder Gerichtshauß / fieri nequeat, ei quoque, cui jus territoriale, ejusque vigore justitiæ administratio competit, curiarum publicarum erectionem competere necesse est, arg. *l. 2. ff. de jurisd.* Unde etiam banchum justitiæ de Regalibus esse, respondit, Roman. *cons. 271. num. 2.* Thom. Michael. *de jurisdict. conclus. 52. lit. a.* & tribunal ad jus reddendum paratum habere, tesseram & signum esse jurisdictionis competentis, dicit Petra *de fideicommiss. quæst. 12. n. 436.* Knichen. *de jur. territ cap. 3. num. 289.* & baculum justitiæ insigne jurisdictionis appellat, Andreas Barbat. *cons. 34. numer. 1. vol. 4.* Confer. *infra lib. 5. cap. 26. n. 16. seq.*

136 XI. Pertinet huc Statutorum, jurium provincialium & politicarum ordinationum sanctio, & executio, quæ itidem jus territorii probat, de quibus vide *infra c. 10. n. 2.* & per tot.

137 XII. Pro justitiæ administratione Civitates Imperiales, aliique territoriorum domini vigore superioritatis territorialis, proclamationes, mandata, & edicta publica proponunt & affigunt, pœnas in transgressores constituunt, & commissas ab iis exigunt, haben Macht offentliche mandata und edicta anzuschlagen / Gebott und Verbott anzulegen / und die Ubertretter zu bestraffen / Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 7. num. 350. seq.* Knichen. *de jur. territ. cap. 3. numer. 297. seq. & encyclop. cap. 8. num. 1. seq.* Ziegler. *d. §. Landsassii. conclus. 1. num. 124.* Reinking. *d. libr. 1. class. 5. cap. 4. num. 80.* Bocer. *de jurisdict. cap 10. n. 10.* Mager. *de advocac. cap. 6. numer. 624.* Mascard. *de probat. conclus. 948. num. 2.* iisdemque emanatis naturalis & actualis quasi possessio jurisdictionis & superioritatis probatur, Cephal. *cons. 458. num. 48.* Knichen. *d. cap. 3. num. 297. & encyclop. capit. 8. num. 1. & epopſ. numer. 258.* Mascard. *d. conclus. 948. numer. 2.* Bocer. *de jurisdict. capit. 10. num. 10.* Mager. *de advocat cap. 6. n. 624.* maximè si paritio & eorundem observantia accesserit, qui enim paret mandatis, subditus esse judicatur, Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 35. numer. 16. & 21.* adeò, ut per solam mandatorum affi- 138
xionem superioritas inducatur, etiamsi nemo pœnam incurrat, prout tradit Natta *cons. 636. numer. 77.* Bart. *in l. hostes. numer. 3 seq. ff. de captiv. & postlim.* Matth. Stephan. *d. num. 350.* Knichen. *d. cap. 3. n. 300.* Thom. Michael. *de jurisdict. conclus. 52. lit. c.* modò non contradictum, sed obedientia à subditis subsecuta fuerit, Knichen. *d. l. numer. 301.* Petra *de fideicom. quæst. 12. numer. 458.* alioque in possessione, vel quasi subditorum non existente, ex Bald. *in proœm. feud. num. 30.* Knichen. *d. l. numer. 302.* Neq; impedit si aliqua intercapidine non fuerit edictum, quia facultas edicendi non tollitur, nisi oblata occasione contradictio accesserit, cui fuit paritum, Menoch *consil. 1000. num. 69. seq.* Knichen. *d. cap. 3. numer. 305.*

XIII. Pertinent huc inhibitiones autocraticæ, quæ itidem superioritatis symbolum esse dicuntur, Mingius *de super. territ. concl. 71.* Matth. Stephan. *d. cap. 7. n. 370.* Indeque judex inferior parere tenetur Inhibitioni superioris domini territorii, quem recognoscit, *l. judicium solvitur. ff. de judic.* Matth. Stephan. *d. l. num. 371.* & hujusmodi inhibitiones probare & præsupponere jurisdictionem, probat Lancel. *de attentat. part. 2. capit. 20. numer. 23.* Thom. Michael. *de jurisdict. conclus. 52. lit. c.* 139

XIV. Evocationes subditorum; possunt enim Domini territoriales cives & subditos suos ad curam suam testimonii dicendi causâ, jure territorii evocare, Matth. Stephan. *d. lib. 2. part. 1. cap. 7. n. 381.* Coler. *de process. execut. part. 3. capit. 7. n. 36.* 140

XV. Jus mulctandi; si enim edictis & mandatis non pareatur, Dominus jure territorii mulctas & pœnas imponere & exigere potest, Gœddæ. *in resp. de rest. Baron. Vallendar. numer. 325. seq.* Ziegler. *§. Landsassii. conclus. 1. num. 149.* Reinking. *d. lib. 1. class. 5 capit. 4. num. 84. & lib. 2. class. 2. cap. 17. num 68.* Besold. *de jurisd. quæst. 18. in fin.* nemini enim quis mulctam solvere tenetur, nisi cujus dominium agnoscit, Reinking. *d. capit. 4. numer. 86.* Cùm sint signa superioritatis & subjectionis, Tapia *ad l. fin. part. 1. cap. 2. n. 48. ff. de constit. Princip.* Vietor *de exempt. conclus. 36. vers. quarto.* & jurisdictionis possessionem probent, Roman. *cons. 70. num. 10.* Gylman. *symph. tom. 1 part 1. tit. 2. vot. 1. n. 126.* Meichsn. *tom. 24. lib. 2. decis. 4. num. 137.* Ritter. *de homag. concl. 175.* Besold. *thes. pract. verb.* Frevel. *vers. subditi autem.* Bocer. *de jurisdict. cap. 10. num. 10.* Confer *infra capit. 6. n. 76. & seq.* 141

XVI. In hunc finem etiam instituuntur judicia censoria, Vogt- und Ruggericht / de quibus *infra lib. 5. c. 13.* 142

XVII. Ad superioritatem territorialem referuntur etiam Regalia, ita, ut Domini territoriales, vi potestatis territorialis Regalia obtineant 143

neant & exercere possint, Schrader. *de feud. part. 10. sect. 3. num. 157.* Ziegler. § *Landsassii. conclus. 1. numer. 131.* Matth. Stephan. *de jurisd. libr. 2. part. 1. cap. 7. num. 201.* Ming. *de super. territ. conclus. 67.* Reinhard. König *in synops. jur. publ. discurs. 10. conclus. 8. seq.* non solum minora, sed etiam majora reservatis exceptis, Mingius *d. concl. 67.* Superioritas enim involvit Regalia, & territoriis ac universitatibus quasi continentur, Matth. Stephan. *d. cap. 7. n. 201.* & Regalia sub Principatu, Ducatu, &c. tacitè cõprehenduntur, *c. 1. de feud. March.* Peregrin. *de jur. fisc. libr. 1. tit. 2. n. 78.* Rosenthal. *de feud. cap. 5. conclus. 13. seq.* Ziegler. *d. l. numer. 132.* ita, ut idem, qui habet jura superioritatis, plerumq; etiam Regalium Dominus sit, Matth. Steph. *d. l. n. 202.* Thom. Michael. *de jurisd. conclus. 46. lit. a.* Non verò è contra, sub Regalibus jus superioritatis comprehenditur, *supra lib. 1. c. 12. n. 123. & seq.*

144 XVIII. Ad superioritatis quoque territorialis jura pertinet via Regia, sive publica, Käyserliche freye Heer-Strassen / gemeine Landstrassen / Besold. *de jurisd. quæst. 18. vers. hisce pariter. fol. 54.* Gœddæ. *resp. de restit. Baron. Vallendar. num.*
145 *321.* Schrader. *de feud. part. 10. sect. 3. n. 157.* Cùm viæ publicæ sicuti olim populi, sic hodie dominorum territorii universalis sunt, arg. *l. littora. 3. ff. ne quid in flum. publ. l. si in publico. ff. de aqu. æstiv.* Surd. *cons. 321. num. 3.* Thom. Michael. *de jurisd. conclus. 50. lit. b.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 7. num. 399.* qui eas securas, & à latrociniis purgatas præstare tenentur, *l. 2. §. 4. & 9. Cod. de off. præf. præt. Affric. l. 3. l congruit. 13. ff. de offic. præsid. l. 1. §. quoties. 12. ff. de off. præfect. urb.* Gail. *2. obs. 64. num. 2. seq.* Myns. *5. obs. 70.* Quod etiam constitutionibus Imperii sancitum est, ut magistratus locorum omnia territorii sui itinera suo sumptu secura præstent, vim & latrocinia prohibeant, grassatores persequantur, & mutua auxilia vicini hoc fine conferant, R. A. zu Augspurg. *de anno 1548.* §. ferner zu noch mehrer. *10.*
146 & R. A. *de anno 1555.* §. Nach dem aber ein jeder. *87.* Becht. *de securit. concl. 55.* Adeò, ut dominus territorii teneatur deprædato damnum à latronibus in via publica illatum resarcire, R. A. zu Augspurg *de anno 1559.* §. damit dann die Obrigkeit. *34.* Gail. *2. observ. 64. ubi num. 1.* in Camera Imperiali contra Episcopum Herbipolensem ita conclusum & judicatum refert Myns. *5. observ. 70.* Borcholt. *de regal. num. 28.* Beust. *de jurejur. in rubr. numer. 168.* Becht. *de secur. conclus. 62.* Zas. *cons. 14. num. 8. seq. vol. 1.* Schneidewin. *de feud. part. 2. num. 113.* Rosenthal. *de feud. cap. 5. concl. 22.* Ming. *de super. territ. conclus. 67.* Harpprecht. *ad §. 2. numer. 4. seq. l. de vi bon. rapt.* Reinking. *de regim. secul. libr. 1. class. 5. cap. 6. numer. 29.* Besold. *thes. pract. verb.* Zoll. Sixtin. *de regal. libr. 2. capit 2. numer. 35. seq.* Henr. Klock. *de vectigal. conclus. 77.* Joh. Wurmser. *de jur. publ. exerc. 6.*
147 *quæst. 22.* Dn. Nicola. Myler. *de Statib. Imper. conclus. 65. num. 4. seq* Atque hoc etiam maximè propter jus conducendi, & si peregrinantes per vias solitas incedant, d. R. A. zu Augspurg *de anno 1559.* §. damit dann die Obrigkeit. *34.* Ming. *d. conclus. 67.* Math. Stephan. *d. libr. 2. part. 1 cap.*
148 *7. n 406. seq.* Gothofr. Engelhard. *de vectigal. conclus. 28.* Et vectigal, aut simile quid Dominus à prætereuntibus accipiat, Rosenthal. *d. concl. 22. lit. a.* Knichen. *de Saxon. non provoc. verb. Ducum. c. 5. num. 185. seq.* Coler. *de process. exec. part. 1. cap. 2. numer. 335. seq.* Sixtin. *de regal. lib. 2. cap. 2. n. 35.* Matth. Stephan. *d. cap. 7. num. 405.* Ziegler. § *Landsassii. conclus. 1. numer. 163.* Besold. *d. verb.* Zoll. *vers. vicissim.* Henr. Klock. *d. conclus. 77.* Etiamsi transiens salvum conductum non petierit, Sixtin. *de regal. cap. 2. numer. 32.* Rosenthal. *de feud. capit. 5. concl. 22.* Maul. *de jur. conduc. tit. 7. num. 5.* Bocer. *de regal. cap. 2. numer. 157.* Vel si mercatori salvus conductus petitus denegatus sit, nihilominus tamen dominus de damno teneatur, Sixtin. *d. capit. 2. numer. 37.* Rosacorb. *observ. cap. 18. num. 3.* Dn. Nicol. Myler. *de Statib. Imp. conclus. 65. num. 8.* Secus tamen erit, si provincia ita repleta fuerit militibus, ut ipsis territorii dominus resistere nequeat, adeò, ut neque incolæ ab eorum deprædationibus tuti existant, Græven. *2. concl. 64. n. 5.*
Myler. *d. l. num. 9.* Superioritatis hujusmodi 149
territorialis vigore Domini quoque habent cognitionem delictorum in via publica commissorum, idque maximè si de loco delicti perpetrati constet, Thom. Michael *de jurisdict. concl. 50. lit. d.* & dominus territorii circum circa ibidem jurisdictionem, sive merum imperium habeat; Guid. Pap. *decis. 577.* Petr. Jacob. Aurel. *in aur. pract. libr. rubr. 12. n. 18. seq.* Alciat. *ad l. paries. 157. ff. de V. S. & resp. 1. n. 14. vol. 2.* Cœpoll. *de servit. rust. præd. cap. 3. num. 32.* Bocer. *de regal. cap. 2. n. 145. vers. videamus.* frustra dissentientibus, & cognitionem hujusmodi ad illum, qui regalia in via ista publica habet, pertinere statuentibus, Joach. Beust. *in l. admonendi. ff. de jurejur. fol. 483. vers. 1.* Schneidewin. *ad §. fin. num. 8. l. de jur. natur. gent.* Ziegler. *de except. part. 2. cap. 1 numer. 9.* Borcholt. *de regal. num. 25.* Cùm jurisdictio cum jure regali nihil commune habeat, sed toto genere ab eo differat, Bocer. *d. cap. 2. numer. 145. vers. sed hanc ferendam.*

150 Sed quid si occisus in confinio duorum territoriorum reperiatur, & de loco delicti commissi non constet, cujus tum sit cognitio, inter Dd. non convenit: Alii enim ad eum cognitionem spectare volunt, in cujus territorio caput occisus incumbit, arg. *l. cùm in diversis. 44 ff. de religios. & sumpt. fun.* Borcholt. *de regal. numer. 26.* Schneidewin. *ad §. fin. num. 8. l. de jur. natur. gent. & ibid* Harpprecht. *numer. 8. seq.* Alii ubi cor occisi reperitur, cùm cor sit fons & origo vitæ. Alii ubi infima hominis pars, seu pedes jacent, eo quod ibi stetisse occisus præsumatur, Thom. Michael. *d. conclus. 50. in fin.* Johann. Niell. *disp. de feud. ult. in corol. lit. d.* Alii cognitionem hujusmodi ad utrumque magistratum, sive territorii utriusq; vicini Dominos, qui circum circa jurisdictionem habent, spectare tradunt, arg. *l. arbor. 19. in princ. ff. commun. divid.* & ibid Bald. & Zas. ibid. *in parat in fin. vers. nota maleficium.* Niel. *d. corol. lit. c.* Treutl. *vol. 1. disp. 19. concl. 4. lit. a. & ibid.* Hunn. *in not.* Decian. *tract. crim. lib. 4. cap. 17. num. 16* Hieron. à Mont. *tract. fin. regund. cap. 7. n. 10.* Alii ubi homicida stetit, Bocer. *de jurisdict. cap. 9. num. 12.* Eo, quod homicidium æstimetur ex persona homicidæ, quippe cùm hic deli-

deliquerit, non occisus, ubi autem quis delinquit, ibi etiam puniri debeat, homicida verò delinquit in eo territorio ubi stat, & gladium stringit: Quo autem in territorio homicida steterit, ex præsumptionibus & conjecturis intelligendum erit, de quibus vide Bocer. *d. c. 2. n. 148. vers. quo autem. & de jurisd. d. c. 9. n. 3.*

151 Ubi autem ita occisus sepeliri debeat, tradit Bocer. *de regal. d. c. 2. n. 152.* ubi moribus ita receptum dicit, ut in confinio occisus illi relinquatur ad sepeliendum, in cujus territorio capite incumbere fuit repertus per *l. cum in diversis. 44. ff. de religios. & sumpt. fun.* Sin autem utriusque fines capite attingat, ei sepultura concedenda videtur, in cujus territorium non modo parte capitis, sed & majore parte reliqui corporis occisus incumbit, Bocer. *d. c. 2. n. 153.*

152 XIX. Pertinet ad jus territorii jus conducendi euntes & redeuntes, das Geleit auff freyer Kayserlicher Heer- und Landstrassen/ de quo *infra c. 26.*

153 XX. Salvi conductus judicialis concessio, sive securitatem delinquentibus permittere, de quo *supra c. 4. n. 86. & seq.*

154 XXI. Idem est quoad induciarum moratoriarum concessionem, de quibus *supra d. c. 4. num. 67.*

155 XXII. Jus permittendi & instituendi collegia ad probatorum artificum sive opificum, eorumque Statuta confirmandi, de quibus *infra l. 5. c 2.*

156 XXIII. Concessio nundinarum hebdomadalium sive vulgarium, Wochen-Märckte anstellen/ de quibus *infra l. 5. c. 23.*

157 XXIV. Ad hanc superioritatem territorialem spectat quoque encœniorum consuetudo & protectio, Jährliche Kirchmeß/ Kirchwey/ und Kirchwey-Schutz/ Knichen. *de jur. territ. c. 4. n. 478. seq.*

158 Quando enim in pagis & vicis, festi dies initiales, templi nimirum dedicationis celebrantur, in Saxonia præsertim & Franconia, aliisque vicinis locis territoriorum domini inferiorem jurisdictionem habentes, per suos Deputatos vina non solum mensuratim vendere, sed & per certos officiales, illas quasi nundinationes tueri solent, den Kirchwey-Schutz vertretten. Etiamsi in multis locis ex antiqua consuetudine inoleverit, ut non tantùm domini territorii, so die Vogtey auf den Gassen haben / sed etiam alii in certis tantum prædiis jurisdictionem habentes initialibus dedicationis diebus, depromendi & divendendi vini jus habeant, daß sie den Baum-Wein fürlegen und außschencken mögen/ Mager. *de advocat. c. 15. n. 108. seq.* Besold. *thes. pract. verb.* Kirchweyhen/ Kirchwey-Schutz/ *vers. cum de jure.*

159 Et hujusmodi encœnia, sive festi dies, initiales nimirum dedicationis templi, Kirchwey/ generaliter in omnib⁹ pagis & vicis celebrari consueverunt, ut scilicet sacris peractis, Baccho quoque justa persolvant rusticani, vini & cerevisiæ dolia evacuent, & duplex inde domino commodum concilietur, primum, quod vinum evacuetur & vendatur, indeque gabella vinaria vel cerevisiaria, Umbgeld/ adquiratur, alterum, quod mulctarum fructus inde incitentur, & maturescant, rusticanis enim vino obrutis furor litigia administrat, exinde digladiationes exoriuntur, & nundinationum nundinarii quæstus, mulctarum nimirum & pœnarum compendia resultant, Knichen. *d. c. 4. num. 478. seq.* Mager. *d. c. 15. n. 110 seq.* Wehner. *pract. obs. verb.* Kirchwey. Cui autem competit jus protectionis in nundinis, is quoque alterius vicini subditum ibi delinquentē mulctare potest, Wehner. *d. verb.* Kirchwey. Rut. Rulant. *de commiss. part. 4. l. 2. c. 16. n. 34.*

XXV. Idem juris est quoad chorearum 160
concessionem, die offene Tänz zu erlauben / utpotè quæ ad Kirchwey pertinent, Wehner. *pract. obs. verb.* Täntz. *& verb.* Kirchwey. *fol. 442. seq.* ubi ait; huic juri, deß Kirchwey-Schutzes/ consequens esse, der Scholderplatz/ die Kleinoder zum Spiehl reichen / Tantz halten und abschaffen. Hanc quoque 161
chorearum concessionem in Camera Imperiali mixto Imperio adscriptā esse, testatur Thom. Michael *de jurisd. concl. 103. lit. b.* Matth Stephan. *de jurisd. l. 1. c. 12. n. 26.* Joh. Ernest Zorn. *de jurisd. concl. 13. n. 7.* Klock. *1. cons. 11. n. 78. & cons. 34. n. 16.* de quibus an sint licitæ, vide Bened. Carpz. *jurisprud. consistor. l. 2. tit. 8. defin. 57.* Klock. *de ærar. lib. 2. c. 10. n. 6. seq.*

XXVI. Eodemque refertur tabernarum 162
erectio, indeque gabellarum exactio, Garkuchen auffrichten / und davon das Umbgelt einfordern/ Besold. *thes. pract. verb.* Gäst. *vers. taberna. seq.*
Quæ etiam, ex usu potissimum Sueviæ, mixto 163
Imperio adnumeratur. Matth. Steph. *de jurisd. l. 1. c. 12. n. 25.* Thom. Michael. *de jurisd. conclus. 103. lit. a.* Mager. *de advocat. c. 10. num. 163.* Besold. *thes. pract. verb.* Gast *vers. tabernæ* ubi ad Dominum Vogteicum plerumque spectare, maximè si inde aliquid gabellæ loco solvendum, eandemq; pro actu jurisdictionem probante haberi asserit. In Suevia quoque tabernæ referuntur in- 164
ter Ehafftin/ secundum Author. actor. Lindaviens. *fol. 858.* ubi ait, quod in Suevia Ehafftin vocantur, die Mühlen/ Schmitten / Badstuben und Tafernen (alibi etiam die Beckenöffen/ Hirtenstab/ vel Hirdtschafft/ Oeschaw und Metzig / apud Mynsing. *decad. 13. resp. 25. n. 4. seq.*) non alia magis de causa, quàm quod concessio harum rerum, non ad quemvis jurisdictionarium, sed singulari quadam prærogativa, vel ad altam jurisdictionem, juxta Adam Keller. *de offic. jurid. pol. l. 2. c. 23. vers. habebunt. fol. 553.* Vel ad mixtum Imperium, secundum Thom. Michael. *de jurisd. concl. 103. lit. b.* vel ad simplicem jurisdictionem pertineat, Mynsing. *d. l.* quia jura erigendi furnos, molendina, macella, balnea, hospitia cauponaria, ad pinsendum panem, farinam extrahendam, carnes emendas & distrahendas, balneandum & hospitandum, veluti quæ publicam hominum utilitatem & necessitatem magis, quàm privatum commodum, sicque bonum Reipubl. ejusque jurisdictionem respicientia, sunt res non liberæ facultatis, sed jura publica authoritate inducta specialia & singulorum magistratuum, & sic sonderbare Ehaffte Recht. Uran. *cons. 21. in addit. lit. a. tom. 2.* Klock. *de ærar. l. 2. c. 59. n. 6.* vide *infra l. 5. c. 26. n. 20. & seq.*

XXVII. Ju-

165 XXVII. Juri quoque territoriali adhæret collectarum, gabellarum & contributionum, tam ordinariarum, quam extraordinariarum exactio, de quibus *infra c. 17.*

166 XXVIII. Atque ita etiam jus, sive gabella detractionis, der Abzug/Nachsteuer/ de quo *infra c. 19.*

167 XXIX. Jus quoque monetam cudendi ad superioritatem territor. referri solet, de quo vide *infra c. 21.*

168 XXX. Sicuti etiam flumina publica, de quibus *supra c. 4. n. 11.*

169 XXXI. Et jus piscandi & venandi, de quo *infra c. 7. n. 4. & seq. & n. 30. & seq.*

170 XXXII. Territorii juribus adnumerantur loca inculta & deserta, ut vacantia in territorio, de quibus *infra* de jure fisci, *c. 15. n. 9. & seq.*

171 XXXIII. Ex quo etiam decimæ novales, der Zehendt von Neubruchen/ NovalZehendt/ ad territorii dominum, & non ad eum, qui aliàs decimas, sive majores, sive minores in loco illo obtinet, pertinent, Matth. Steph. *de jurisd. l. 2. part. 1. c. 7. n. 448. seq.* Thom. Michael. *de jurisdict. concl. 49. lit. a & b.* Besold. *de jurisd. quæst. 18. vers. quo etiam refero. fol. 53. & de ærar. in respons. annexo fol. 95. & thes. pract. verb.* Neubruch. *de jurib. Majest. c. 7. n. 6. fol. 176.* Mingius *de super. territ. concl. 75. in fin.* Georg Andr. Mejer. *dissert. de jurisd. sect. 2. memb. 5. posit. 8. lit. e.* Joh. Wurmser. *de jur. publ. exerc. 6. quæst. 21.* Ruland. *decis. jur. controv. quæst. 19.* Auctor actor. Lindaviens. *fol. 154. seq.* Cùm enim ipsa bona deserta & inculta ad Principes, aliosque territoriorum dominos jure superioritatis pertineant, etiam eorundem fructus, & sic decimæ novales ad ipsos pertinebunt, maximè, cùm per ejusmodi eradicationem sive culturam territoriorum domini incommodum sentiant, quoad jus lignandi & pascendi feras, atque ideò etiam meritò commodum aliquod iisdem obvenire debeat, *arg. l. secundum 10. ff. de R. I.* Unde quoque per decimarum

172 receptionem jurisdictionem probari, docet ex Cornel. Nell. Jason. Alb. Brun. Mascard. *de probat. concl. 948. n. 3.* Quod tamen regulariter, sed non semper procedit, cùm etiam patronus in alieno territorio decimas habere soleat. Hinc etiam, quod ex novalibus decimæ, quæ ante non præstabantur, à clericis exigantur, jam olim durum & grave visum fuisse Imperii Germanici ordinibus, adeoque de ea re in articulis contra Papam & Clerum in Comitiis Norimbergensibus exhibitis, conquestos fuisse, testatur Hartm. *libr. 2. pract. observ. tit. 53. observ. 10. in fin.* Matth. Stephan. *d. c. 7. n. 450.* Klock. *v. 1. cons. 41. n. 7. seqq. & per tot.* idque ideò maximè, quod hujusmodi decimæ Ecclesiæ nondum sint quæsitæ, atque ideò ex constitutione pacis religiosæ, de anno 1555. §. dieweil aber etliche Stände. 19. earum restitutionem Ecclesiastici à secularibus petere non possint, Matth. Steph.

173 *d. l. n. 448.* Thom. Michael *d. concl. 49. lit. b.* Ab hac tamen opinione dissentiunt, & ad Ecclesiasticos, sive illum, qui alias jus decimandi in illo territorio habet, decimas quoque has novales pertinere contendunt, per *c. quoniam. 13. c. cùm contingat. 29. X. de decim.* Covarruv. *var. resol. lib. 1. c. 17. n. 13.* Canis. *3. Instit. jur. Canon. 26. §. novalium. fol. 154.* Joh. Werndle *Cancellar. Brix. tract.* vom Zehendt-Recht. *l. 4. c. 5. per tot.*

Huc quoque pertinent alii reditus fructuum vel vini, qui territorii domino eo nomine 174
solvuntur, à subditis, quod ipsis permissum bona deserta & inculta ad culturam redigere, die Zelg- und Landacht Früchten und Wein. Non enim licitum est domino proprietatis, sylvam, in qua quis alius jus venandi vel pascendi habet, eradicare & ad culturam redigere, de quo *infra & c. 7. n. 66. & seq.*

Idem est quoad Bodenzinß/ cujusmodi census 175
plerumque subjectionis signum esse perhibetur, cùm tamen ex variis causis jurisdictionis solvi possit, non semper totale significat, sed respectum habet ad singula jura, quæ quis possidet, Gylman. *symph. tom. 1. part. 1. tit. 2. de reconvent. vot. 1. n. 42. fol. 74 & n. 82. vers. similiter. fol. 84.* atque ideò territorialem jurisdictionem concludenter non infert, Author actor. Lindaviens. *fol. 37. post med. & fol. 557.*

XXXIV. Juri territoriali adnumeratur 176
quoque cura ponderum & mensurarum, de quo *supra l. 1. c. 12. n. 77.*

XXXV. Idem est, quoad curam carnium 177
& victualium, ut dicetur *infra l. 5. c. 21.*

XXXVI. Eodemque spectat otiosiorum 178
& validorum mendicantium compressio, de quibus *infra l. 5. c. 25.*

XXXVII. Tutorum & curatorum consti- 179
tutio, de qua *infra l. 5. c. 17. n. 2. & seq.*

XXXVIII. Ad superioritatem hanc ter- 180
ritorialem pertinet appellationis receptio, siquidem ad territoriorum dominos immediatos jure territorii & superioritatis, appellationes & provocationes deferuntur, *c. placuit. caus. 6. q. 2. c. si duobus. §. denique. X. de appellat. l. à Proconsule. l. præcipimus. C. de appellat.* Rol. à Valle. *cons. 75. n. 19. vol 3.* Molin. *in consuet. Paris. tit. 1. gloss. 2. verb. le fief. n. 49.* Knich. *encyclop. c. 6. n. 1. & per tot. & epopl. n. 246.* Gail. *de arrest c. 7. n. 14.* Wesemb. *cons. 43. n. 70.* Matt. Steph. *de jurisd. l. 2. part. 1. c. 7. n. 356. seq.* Meischner. *tom. 2. l. 2. decis. 4. n. 135. seq.* Ziegl. *§. Landsassii. concl. 1. n. 173.* Thom. Mich. *de jurisd. concl. 54. lit. a.* Reink. *de regim. secul. l. 1. class. 5. c. 4. n. 87.* Ming. *de super. territ. concl. 72.* Vietor. *de exempt. concl. 36.* nam justitiam circa appellationes administrando constituitur quis in quasi possessione superioris jurisdictionis, Bald. *ad l. 3. C. de natur. lib.* Decian. *consil. 558. n. 34.* Gœdd. *in resp. de restit. Baron. Vallendar. n. 127.* maximè verò si judex aditus cognoscat & procedat, Besold. *cons. 228. n. 21.* estque jurisdictionis tessera, ita ut 181
appellatio judicis à quo subjectionem, & judicis ad quem superioritatem designet, Myns. *decad. 3. resp. 3. n. 66. & 70.* Marta *de jurisd. part. 1. c. 43.* Vietor. *d. concl. 36.* Ziegl. *§. Landsassii. n. 157.* Zanger. *de except. part. 2. c. 1. n. 430.* appellatio enim non tenet, nisi ad superiorem & in majus tribunal ascendat, *l. 1. §. si quis. 3. ff. de appellat. Nov. 23. c. 4.* Reink. *d. c. 4. n. 89.* Besold. *de appellat. c. 4 n. 1. seq.* atque ideò jurisdictio sive superioritas pro- 182
batur esse illius, ad quem deferuntur appellationes, *cap. si duobus. §. denique. X. de appellat.* Cravet. *cons. 209. n. 9. seq.* Mascard. *de probat. concl. 948.*

num. 13. seq. & appellationis recipiendæ partem esse signum jurisdictionis & superioritatis, consuluit Jason. conf.101.n.1.l.1. Wesemb. conf. 43.num.7.l.1. Franc.Marc.quæst.366.num.24.part.1 Meischn.d.decis.4.n.135. Klock.consil.3.tract.de contribut.annex.§. Nun wird das Jus.fol.44. & 1. consil.9.n.6. quam etiam mero Imperio adscribit Bidembach.nobil.quæst.7.n.3.vers.mero quoque. & ibi allegati. Hinc si publica sit jurisdictio, ex provocatione probari & dignosci superioritatem, tradunt Quetta conf.71.n.2. Knich.encyclop. c.3.n.31. & provocationem ad Principem indubitatè subjectionem, & exinde territorialem superioritatem importare, tenent Alban. conf. 62.n.8.& 64. & conf.111.n.29.l.1. Mingius de super. territ.concl.72. ac provocantem à sententia inferioris ad Principem subjectionem fateri tradunt, Rol.à Valle. conf 75.n.19.vol.3. Covarruv. var.resol.c.14.n.6. Gail.de arrest.c.7.n.14. Knichen.
183 encyclop.c.6.& de Saxon non prov. c.3.n.2.9. Atque hinc etiam, si à sententiis civitatis alicujus immediatè ad Cameram Imperialem fuerit appellatum, civitas illa immediatè Imperio subjecta esse probatur: Quemadmodum enim appellatio in Imperatore, ad quem appellatur, est tessera supremæ jurisdictionis; ita in illis, à quib9 appellatur, indicium immediatæ subjectionis est, cap.placuit. Caus. 2. quæst. 6. Marta de jurisd.part.1.c.43. Covarruv.pract. quæst c.4.n.6. Mascard.de probat.concl.947.n.14. Sixtin.de regal. l.1.c.2.n.24. Gylman.rer.judic.Cam.Imper.decis.54. n.32 l.2. Author.apolog.Colmar.c.1.membr.3 lit. G.fol.151. & nulla appellatio in Camera recipitur, quæ alium judicem habet mediatum, Ordin.Camer.part.2.tit.29.in princ.

184 Signum tamen hoc non semper omni exceptione majus est, cùm videamus consuetudinem sæpè ad alium devolvere appellationem, quàm suo jure & cursu aliàs tenderet, cap. Romana.§.debet.de appellat.in 6. Natta conf.98.n.22. Roding.pandect.Camer.l.1.tit.20.n.10. Reinf.d.c.4. n.92. Ziegl.§.Landsassii.concl.1.n.176. Thom. Michael.d.concl.54.lit.b. Et multi prætereunt curias dominorum, quibus obstricti sunt, Tileman. de Benign. in parap.part.2.tit.28. Matth. Steph. de jurisd.l.2.part.1.c.7.n.357 seq. ubi exempla refert Vietor.d.concl.36. & multi ex consuetudine ad aliorum provocant tribunal, quib⁹ tamen nulla ex parte subjecti, Rulant. de commiss.part.4.l.2 c 3.num.18. Vietor. d concl.36.in fin. Sicuti Poloni olim Magdeburgum, Weichbild. art.11. Parthen.Litigios. l.2.c.2 n.19.& c.14.n.17. Urbes Pomeraniæ Lubecam, Ernest. Cothm. cons.5.n 2.vol 1. Borcholt.consil.15.vol.2. Vesalia Aquisgranum, Rulant. d.c.3. Rostochium vel ad curiam Ducis Megapolitani, vel Senatus Lubeccensis, qui tamen in Rostochienses nullam jurisdictionem habet, Matth.Steph. d.c.7.n.360. seq Reinf.d.c.4.n.93. Cujusmodi tamen provocationes in vim magis consilii, sive consultationis, vel prorogatæ jurisdictionis, quàm superioritatis fieri intelliguntur, Matth. Steph. d.c.7.n.362.& seq. Reinf. d.n.93.

XXXIX. A superioritate territoriali de-
185 pendet quoque potestas recipiendi Judæos, de quo infra c.30.n.4.

XL. Sicuti etiam facultas indulgendi de- 186
licta & pœnas capitales remittendi, de quo infra c.27.

XLI. Jus belli & armorum, de quo infra c. 187
22.per tot.& supra l.1.c.12.n.30.

XLII. Armorum & insignium pictura, vi- 189
de supra l.1.c.12.n.37.

XLIII. Jus mittendorum Legatorum, de 190
quo infra c.25.

XLIV. Potestas concedendi jus civilita- 191
tis, das Burger-Recht zuertheilen / oder zum Burger auf und anzunehmen / de quo infra c. 29.

XLV. Territoriorum Domini & Civitates 192
Imperiales subditis & civibus suis prohibere possunt, ne extraneum, sive qui civis non est, ad se in ædes, commorandi gratia; absque dominorum suorum consensu, recipiant, Surd. conf.210.n.15.vol.1. Petra de potest.Princip.c.11.n.12. Ziegl. §.Nobiles.concl.1.n 168. Quod passim maximè in Civitatibus Imperialibus observari videmus, ubi Caupones non tantùm hospites, sed etiam alii cives peregrinos apud se pernoctantes magistratui loci indicare tenentur. Et hic Eslingæ ex statuto nemo civis vel incola forenses incognitos nisi per noctem unam, mendicos verò & circumforaneos nullo modo hospitio recipere potest. Et apud Nobiles in pagis plerumque Vogteicis libris, den Vogtbüchern / insertum & prohibitum observavi, ne subditi, sive rustici forenses, imprimis verò mendicantes, ultra noctem unam hospitio recipiant. Hinc quoque in Aurea Bulla c.16. sublata fuit prava illa consuetudo, qua cives & subditi nonnulli ordinariæ subjectionis jugum abjicere, ac in aliarum civitatum cives recipi, eorumque juribus & libertatibus gaudere, & nihilominus in priorum dominorum terris habitare conabantur, qui dicti sunt Pfalburger / de quibus infra c. 29. n. 74.

XLVI. Superioritatis territorialis hoc ju-
re Domini & magistratus subditos suos cogere 193
possunt, ut in suis domiciliis & civitatib⁹ commorentur, nec alibi divagentur, & in Dominorum & civitatis præjudicium sese absentent, Surd.conf.210.n.14.vol.1. Ziegl.d.§.Nobiles. concl.1. n.170. ita, ut si ab alio detineantur, vel alibi operentur, inde domum avocari possint, Petra de potest.Princip.c.11.num.14.seq. Husan.de homin. propr.c.7.n.70. Matth.Steph.de jurisd.l.2.part.1.c. 7.membr.2.n.206. Quemadmodum enim domini jurisdictionum residere debent in loco, ubi subditi sui sunt, utpotè quorum interest, dominos suos habere præsentes, ut eos accedere possint, Petra d.l.c.15.n.16. ita quoque vicissim domini interest subditos præsentes habere, Petra d.l.c.13.n.13. Ziegl d.§. Nobiles.n.172. Unde etiam quibusdam in locis consuetudine & statuto cautum est, ut ultra annum & diem malitiosè, & sine magistratus venia à civitate absentes, jus civilitatis, das Burger-Recht / amittant, Zanger.de except part.2.c 1 n.75.seq Quod tamen ad nondum nuptos, famulos & famulas non extendendum, & qui dominis suis homagio nondum sunt devincti, qui melioris sustentationis causa liberius se aliò conferre possunt.

194 XLVII. Ad jus quoque superioritatis pertinet jus fisci, de quo *infra c.15.*

195 XLVIII. Eodem jure Domini territoriales & Civitates Imperiales in bonis officialium & civium tacitam habent hypothecam & jus prælationis, de quo *infra c.32.n.13. & seq.*

196 XLIX. Pertinet quoque huc jus molendinorum, de quo *infra l.5.c.26.n.31. & seq.*

197 L. Sicuti etiam operæ & servitia subditorum tam pro administranda justitia per leges & legiones, quàm pro sustentatione dignitatis & honoris vigore superioritatis territorialis exiguntur & præstantur, de quibus vide *infra l.6. cap.3.*

198 LI. Ad superioritatis quoque territorialis effectum pertinet, quod absque violatione territorii, in Civitatum Imperialium, aliorumq; dominorum territoriis nemo alius mandatis, edictis, decretis, citationibus, captivationib9, pignorationibus, & similibus actibus jurisdictionalibus procedere possit, cùm extra territorium jus dicenti impunè non pareatur, & idem sit, si supra suam jurisdictionem jus dicere velit, *l. fin. ff. de jurisd. l. fin. & tot. tit. ff. si à non compet. jud. l. 1. § fin. ff. ad SCt. Tertull. l. fin. § hac autem verba. ff. quod quisque jur. l. 2. in fin. ff. de pœn. l. 1. C. de suspect. tut. c. ut animarum de constitut. in 6.* Gail. *2. obs. 124. n. 5.* Vant. *d. nullit. ex defect. jurisd. ord. n. 3. 33. & per tot.* & hujusmodi mandata, edicta, citationes, & jurisdictionalia alia, vi tantùm superioritatis promanare soleant, & jurisdictionem competentem necessario præsupponant & probent, nec sine ea uspiam citra apertam nullitatem proponi, exerceri, multò minus executioni mandari possint, Bart. *in l. omnes populi. n. 2. & 3. ff. de justit. & jur.* Petra *de fideicommiss. quæst. 12. n. 155. 172. & 401.* Thom. Michael. *de jurisd. concl. 52. lit. c.* Knichen. *de jur. ter-*

199 *rit. c. 3. n. 279. seq.* deficiente enim jurisdictione, veluti antecedente, nec hujusmodi mandata, edicta & citationes, tanquam consequens in Civitates Imperiales & alios immediatos, libera vel licita esse possunt, arg. *l. ad rem mobilem. ff. de procurat. l. illud ff. de adquir. hæred. l. quamvis. C. de fideicommiss. l. oratio. ff. de rit. nupt. l. §. 1. ff. si usufr. petat. l. 2. § inspectio. ff. quemadm. test. aper.* Everhard. *in loc. leg. à destruct. anteced. 127. per tot.*

200 adeò ut ne quidem unius provinciæ præses alterius præsidis, etiamsi territoria sub eodem domino existant, subditos citare, aut illis quicquam mandare possit, *l. quicunque. 2. Cod. de executor. & exact. l. 1. Cod. de apparit. præf. annon. l. misi. 6. Cod. de exact. tribut.* Bald. *in l. fin. n. 5. ff. de jurisd.* Coler. *de process. execut. part. 3. c. 7. n. 31. seq.* Berlich.

201 *decis. 59. n. 8. & 9.* Imò nec hodie subditi & cives jurisdictionem prorogare, & alterius jurisdictioni sponte sese subjicere possunt, invitis dominis, Paurmeister. *de jurisd. l. 1. c. 2. n. 43.* Matth. Stephan. *de jurisd. l. 1. c. 25. n. 40.* Bocer. *de jurisdict. c. 7. n. 49.* Ziegler. *§. Landsassii. concl. 1. n. 229. & §. civitas. concl. 1. n. 80.* Rumelin. *ad A B. 2. disput. 1. concl. 0. & ibi* Myler. *in addit.*

203 LII. Pertinet quoque huc ad pacem publicam conservandam, libertatem tuendam, & ad propriam defensionem, vel inter se, vel cum aliis fœdus pangere, de quo *infra c.23.*

LIII. Idem est, quoad curam theatrorum, stadiorum, tabernarum, diversoriorum, balneorum, officinarum fabrilium, quæ vulgò dicuntur Ehafftin/ de quibus *infra libr. 5. cap. 26.* 204

LIV. Pertinent quoque ad jus territorii vectigalia, de quibus *infra c.18.* 205

LV. Habent quoque territoriorum domini jus archivi, de quo *infra c.12.* 206

LVI. Ad superioritatem quoque territorialem pertinet jus intradæ, sive introitus, das Einreiten/ Thom. Michael. *de jurisd. concl. 53. lit. d.* Mingius *de super. territ. conclus. 76.* Knichen. *encyclop. cap. 15. per tot.* Gylman. *symphor. tom. 1. part. 1. tit. 2. num. 23. in fin. num. 120. vers. huc etiam. fol. 97.* Mager. *de advocat. cap. 10. numer. 192.* Ziegler. *§. Landsassii. conclus. 1. num. 65.* ut subditi armati dominum devotè excipere teneantur, Boër. *decis. 217. num. 21.* Knichen. *d. cap. 15. numer. 2.* Petra *de potest. Princ. capit. 13. num. 19.* Cui ut plurimum clavium oblatio conjuncta esse solet, tanquam Imperii traditi pignoris, Thuan. *histor. lib. 9.* Knichen. *d. l. numer. 4.* de qua clavium traditione vide *supra cap. 1. num. 49. & num. 67.* 207

LVII. Idem est, quoad jus aperturæ castri, sive civitatis tempore belli, die Oeffnung/ de quo *supra l. 1. c. 12. n. 172. & seq.* 208

LVIII. Et Albergariæ, sive hospitaturæ, der Atz/ de quo vide *supra libr. 1. cap. 12. num. 170. & seq.* 209

LIX. Referri quoque huc solet à nonnullis gallinarum, Rauchhüner/ solutio, de quo *infra c. seq. 16. n. 99.* 210

LX. Uti & avenæ Vogteicæ solutio, Vogthaber/ de quo *infra cap. seq. & c. 7. n. 62.* 211

LXI. Pertinet quoque huc columbariorum visitatio, Besichtigung der Taubenschläg/ & provisio, ne quis ultra numerum constitutum columbas alat, vel tempore interdicto, zur Zeit der Saath/ emittat, Knichen. *de jur. territ. cap. 4. n. 316. seq.* Ex quo etiam in Galliæ nonnullis locis non omnibus licet columbarium à solo extruere & in Neustria columbarium prænobilis feudi tantum, nec alterius symbolum est, Choppin. *de doman. Franc. l. 3. tit. 22. n. 6.* 212

LXII. Referri quoque huc solet jus pasculandi, sive jus pascendi, der Viehtrieb / Trat und Triff / Weidt / und Weidtgangs Gerechtsame/ non quidem quoad dominium & proprietatem, sed quoad superioritatem & jurisdictionem, de quo *infra c. 7. n. 73. & seq.* 213

LXIII. Ad superioritatem hanc territorialem pertinet quoque lapidum & columnarum terminalium positio, Wehner. *pract. observ. verb.* Vogtey. *fol. 660. & verb.* Zent. *fol. 708.* Oetinger. *de jur. & controv. limit. c. 17. n. 47. lit. N.* Licet enim Knichen. *de jur. territ. c. 4. n. 57. seq.* limitum positionem, & quod circa eos committitur admissum Centenæ, seu criminali jurisdictioni adscribere videatur, rectius tamen id civili jurisdictioni, seu superioritati territoriali adscribit, Wehner *d. l.* Unde per lapides & columnas terminales, auffgemaurte und andere Marck-Stein / Zwing- und Bann-Stein / fines 214

215

 cujus.

cujuscunque jurisdictionis & territorii legitimè probari, extra omnem videtur esse controversiam, *l.1.§.qui in rationibus.4.ff.ad L. Cornel. de fals. l.qui tabulas.in princ.ff.de furt.* Hier. à Monte *tract.fin.reg.c.17.n.2.& 5. & c.19.n.1.* Guid. Pap. *decis.139.n.1.vers secundo probatur.* Rulant. *de commiss.part.2.l.6.c.1.* Mascard. *de probat.concl.400.n.1.& per tot.* Sixtin. *3.Marpurgens.cons.8.n.40.* Hôping. *de jur.insign.c 19.n.109.* Nam quæ territoria diversos limites habent, diversa territoria esse, certo certius esse perhibetur, *l.fin.ff.de off.præf.urb.& ibi* Bart. Losæ. *de jur.univers.part.3.c.16.n.5.* Vietor. *de exempt.concl.27.in fin.* Cum loco instrumentorum publicorum habeantur Paris. de put. *de fin feud.c.24.n.6.* Rulant. *d.c.1.n.2.* Unde olim in tesseram finium jurisdictionalium posita fuit crux lignea & gladius, Gylman. *symphor.tom.1.part.1.tit.2.n.155.fol.11.* Knich. *de jur.territ.c.3.n.10.* Idem est, quoad alios confines probandi modos, de quibus Mascard. *de probat.concl.393.seq.* Knich. *d.c.3.n.11.seq.* Mynsing. *6.observ.25.seq.* Mejer. *colleg.Argentorat.l.10.tit.1.n.36.seq.* Hier. de Monte *fin.reg.c.52.* Gilh.
216 *arb.jud.civ.c.5.§.132.seq.& c.1.part.1.n.100.seq.* Ubi
tamen differentia observanda ipsorum lapidum terminalium, quorum alii ipsa territoria & jurisdictiones distinguunt, alii jus conducendi, securitatis, foresti, venandi, decimandi, pascendi, & similia denotant, Bann- und Obrigkeit-Stein / Gelait-Stein / Freyhungs-Stein / Forst-Stein / Jagtstein / Marckungs-Stein / Zehendtstein / Weidt-Stein / Gütter-Stein / Weg-Stein / Wasser-Stein / Loug-Stein / rc. de quibus quid sint, & quomodo ponantur, vide Johan. Oetinger. *d. tract.de jur.& controv.limit.c.2.& 17.seq.per tot.*
217 Sic etiam actus ponendi custodes arguit fines
& dominium superioritatis & jurisdictionis, per *l.in nomine domini.2.vers.in Sardania.Cod.de offic.præfect.præt.Afric.* Guid. Pap. *quæst.193.vers.quarto.* Hieronymus de Monte *tract.fin.regund.c.52.n.5.& 6.* Mascard. *de probat.concl.402.num.2.* Argentorat. *1.consil.22.n.9.*

LXIV. Ad superioritatem quoque terri- 218
torialem refertur privilegiorum concessio & confirmatio, Knich. *encyclop.c 9.n.1.& per tot.& epops.n.259.* Ming. *de super.territ.conclus.73.in fin.* nam privilegiorum concessionem & confirmationem superioritatis & territorialis jurisdictionis symbolum & signum evidentissimum esse, docent, per *Novell.15.c.1.§.jusjurandum.1.* Knich. *de jur.territ c.3.n.321.encyclop.c.9.num.2.& epops.n.259.* Gylm. *symph.tom.1.part.1.tit.2.vot.1.n.23.fol.72.* Thom. Michael *de jurisd.concl.1.lit.a.* Myng. *d.concl.73.in fin.* & ex confirmatione jurium & privilegiorum jus superioritatis declarari, dicit Cravet. *cons.980.n.1.* Knich. *encyclop.d.c.9.n.8.* Et quod privilegii datio arguat superioritatem dantis, & inducat subjectionis speciem in persona impetrantis, tradunt Hostiens. *in summ.tit.de privil.auctor.respons.1.in caus.Finar.n.14.* Decian. *cons.8.n.225.vol.1.* Rulant. *de commiss.part.4.c 3.n.27.l.2.* Bernh. Græv. *2.pract.conclus.1.n.2.* Reinking. *de regim.sec.l.2.class.2.c 8.n.25.*
Quod etiam de contractuum confirmatione 219
asserit ex Natta *cons.636.n.81.* Græven *pract.conclus.1.n.1.seq.l.2.* Confirmatio siquidem quid sublimius dicitur, ita ut nec paris sit, nec inferioris, Bald. *in d.l.fin.n.4.C.de legib.* Natta *cons.636.n.81.* Knichen. *encyclop.d.c.9.n.6.& epops.n.260* Nonnulli quoque privilegiorum, contractuum & magistratuum confirmationem mero Imperio adscribunt, Bidembach. *nobil quæst.7.n.3.vers.rectè quoque.* Et quoad privilegia & contractus Principum aliorumque Statuum, Regalibus adnumeratur, de quo *supra cap.4.num.38.*

CAPUT VI.

De Jurisdictione Civitatum Imperialium.

Summaria.

1. Civitates Imperiales omnimodam habent jurisdictionem.
2. Et quidem talem, quàm olim Imperatores per Præfectos exercuerunt.
3. Exemplo Nobilium immediatorum.
4. Et civitatum nonnullarum provincialium, & num. 5.
6. Et in Ducatu Würtembergico.
7. Jurisdictionem hanc Civitates Imperiales exercent hodie nomine proprio.
8. Et jure territorii & magistratus.
9. Et non tantùm civilem sed & criminalem, & num. 10.
11. Adquiritur jurisdictio præscriptione.
12. Et consuetudine.
13. Definitio jurisdictionis.
14. Ejusq; divisio.
15. Merum Imperium quomodo dicatur?
16. Merum Imperium & jurisdictio criminalis non videntur differre.
17. Criminalis jurisdictio quomodo Germanicè dicatur?
18. Quid per concessionem banni sanguinis, deß Blutbans *intelligatur? & n. 19.*
20. Ad merum Imperium pertinent de crimine cognitio & processus.
21. Accusatio criminalis.
22. Inquisitio.
23. Captura.
24. Carcer & incarceratio in criminalibus.
25. Non tamen in delictis civilibus.
26. Carcer quotuplex?
27. Domesticus carcer prohibitus.
28. Carcer pænitentiæ.
29. Tortura.

30. Sen-

30. Sententia & condemnatio in causa criminali.
31. Pœna & executio.
32. Carnificis conductio & dimissio, quæ jurisdictionem probat.
33. Aliquando unus magistratus habet apprehensionem, incarcerationem, torturam, alius vero executionem.
34. Exemplo civitatis Coloniensis:
35. Cameræ Imperialis.
36. Comitatus Veldentiæ.
37. Executio sola jurisdictionem non tribuit.
38. Pœna gladii.
39. Pœna ignis.
40. Strangulatio.
41. Pœna crucis.
42. Lapidatio.
43. Excoriatio.
44. Submersio in aqua.
45. Immersio & extinctio in vini Malvatici dolio.
46. Dissectio vivi corporis in partes.
47. Per rotam membrorum fractio & rotæ impositio.
48. In tenebras inclusio.
49. Defossio hominis vivi.
50. Transfossio cum palo.
51. Parricidii supplicium.
52. Pœna inediæ.
53. Dejectio de rupe Tarpeja.
54. Ad bestias damnatio.
55. Aquæ & ignis interdictio.
56. Excommunicatio.
57. Membri mutilatio & abscissio.
58. Stigmatum inustio.
59. Virgarum castigatio.
60. Quæ pœna vilioribus tantum infligi solet.
61. In opus publicum perpetuum damnatio.
62. Damnatio in metallum.
63. Pœna exilii sive relegatio.
64. Qualis pœna Caino & aliis inflicta fratricidis.
65. Utilis est relegatio, quæ fit ad fines Imperii, ut pugnetur cum Turca.
66. Fieri etiam solet ultra Rhenum, &c.
67. Relegatio in dubio perpetua esse intelligitur.
68. Banni & Relegationis remissio.
69. Confinatio.
70. Positio ad postellum.
71. Lapidis famosi impositio.
72. Impositio compedum.
73. Vrphedæ juratio.
74. Qua criminalis jurisdictio probatur.
75. Infamiæ inustio.
76. A dignitate perpetua remotio.
77. Arresti impositio, qua corpus detinetur.
78. Mulctæ in causis criminalibus, & n. 80.
79. Quæ fructus sunt jurisdictionis.
81. Mulctæ quandoque ad mixtum Imperium referuntur.
82. Vocabula, Frefel & malefiz quomodo differant?
83. Mulctæ quandoque ad regalia referuntur.
84. Mero quoque Imperio adscribuntur bonorum confiscationes.
85. Furcarum erectio.
86. Quo ipso jurisdictio criminalis probatur.
87. Furcæ ad fines poni solent.
88. Lustratio & sequela.
89. Armorum ablatio & restitutio.
90. Salvus conductus pro executione Justitiæ.
91. Homagium juxta aliquos.
92. Quorsum etiam nonnulli referunt collectas.
93. Magistratus creationem.
94. Privilegiorum & contractuum confirmationem.
95. Ponderum & mensurarum constitutionem.
96. Appellationis receptionem.
97. Cura tabernarum, diversoriorum, balneorum, &c.
98. Ius condendi statuta.
99. Gallinarum jurisdictionalium solutio.
100. Infantum expositorum alimonia.
101. Hominis suffocati de aquis extractio, & de eo judicii institutio.
102. Injuriæ realis & atrocis cognitio & pœna.
103. Mixti Imperii vis consistit in jubendo, decernendo, & exequendo.
104. Ad quod refertur bonorum possessionis datio.
105. Stipulationes Prætoriæ, & quæ tales?
106. In bonorum possessionem missio.
107. In integrum restitutio.
108. Tutoris datio.
109. Iudicis specialis dandi licentia.
110. Mulcta in causis ad mixtum Imperium pertinentibus.
111. Pignoris capio in causis civilibus.
112. Vti & corporis prehensio.
113. Manuum injectio.
114. Arresta jure civili incognita, nec ab executione incipiendum.
115. Hodie in terris Imperii quodammodo recepta.
116. Sequestratio.
117. Manus sive executio militaris.
118. Ius interdicendi foro & Advocatura.
119. Contumacis in bannum civile declaratio.
120. Sententiarum in civilibus executio.

121. Ob contumaciam modica castigatio.
122. Testium vilioris conditionis ad veritatem dicendam compulsio & torquendi potestas.
123. Denegatio audientiæ non obtemperanti.
124. Remediis Prætoriis in jus venire, aut recusantem cogere.
125. Calumniantem de possessione dejicere.
126. Tabernarum erectio.
127. Pecuniæ forensis exactio.
128. Chorearum concessio.
129. De ponderibus & mensuris cognitio.
130. Referuntur huc omnes actus, in quibus Imperii magis, quàm jurisdictionis forma elucet.
131. Cognitio delictorum, quæ pœnam arbitrariam concernunt.
132. Uti & bona vacantia.
133. Simplex jurisdictio in quibus consistat?
134. Ad hanc referuntur causarum civilium cognitio.
135. Uti & modicorum excessuum.
136. Cognitio de transactione alimentorum.
137. Uti & de alienatione prædiorum minorennium.
138. Cognitio de indulgenda creditoribus bonorum separatione.
139. Et de consilio executivo.
140. Hodie jurisdictio alia alta sive superior, & alia bassa sive inferior.
141. Alta sive superior jurisdictio quid sit, & quænam contineat?
142. Quænam in Saxonia comprehendat?
143. Bassa sive inferior jurisdictio quænam in genere contineat?
144. Imprimis comprehendit causarum civilium & pecuniariarum cognitionem.
145. Cognitionem de criminibus levioribus.
146. Capturam & incarcerationem in causis pecuniariis.
147. Hujus jurisdictionis domini magistratus ordinare possunt.
148. Ad eamque pertinet compotationum & ludorum inhibitio.
149. Iuramenti exactio.
150. Dividitur jurisdictio in Franconia & Palatinatu in Centenam & Vogteicam.
151. Centa sive centena quid?
152. Unde hæc orta?
153. Iudices centeni minores tantùm causas dijudicabant.
154. Dominus hujus jurisdictionis dicitur Centherr / Fraißherr / *& casus ad eam pertinentes dicuntur* Centbare Fäll.
155. Universalis Centena quid?
156. Particularis quænam sit & quæ comprehendat.
157. Fraiß-*Cent quænam contineat?*
158. Hohe *Cent quænam comprehendat.*
159. Mittel und Nidere *Cent quid sit?*
160. Vocabulum Vogteia, Vogtey *ambiguum est, & n. 161.*
162. Vogteia quid?
163. Optima interpres est usus & consuetudo.
164. Vogteia aliquando districtum denotat.
165. Superior vogteia quid?
166. Inferior quid?
167. Ad Vogteicam jurisdictionem quænam spectent incertum est.

1 CIvitates Imperiales jurisdi-
ctionē habere omnimodam,
extra omnem dubitationis a-
leam positum est, & nomina-
tim tradunt, Knich. *in velitat.*
apolog. n. 13. Christoph. Bein-
dorff. *de lib. Imper. Roman. Civit.*
apud Arum. *tom. 3. discurs. 13 concl 31.* Et quod Ci-
vitates Imperiales vel expresso Cæsarum privi-
legio vel præscriptione, hominum memoriam
excedente, Cravet. *cons. 54. num. 14.* Rol. à Valle.
cons. 3 n. 28. vim & effectum privilegii ex certa
scientia concessi obtinente, Jacob. Intrigliol. *de*
2 *feud. quæst. 9. n. 49. seq.* jurisdictionem eam, quam
olim Imperatores per Præfectos Imperiales,
vulgò Reichsvögt / explicare solebant, Münster.
in Helvet. Josias Simler. *de Republ. Helvet. l. 1.* in
urbibus suis, tam quoad causas, quàm perso-
nas, quæsitam habeant, eandemque juris red-
dendi, quàm Principes, Prælati, Comites & Ba-
rones in provinciis suis, potestatem obtineant,
tradunt post Bald. *in rubr. ff. de rer. divis. n. 19. &*
in l. 1. n. 22. C. de hæred. vel act. vendit. Tob. Paur-
meister. *de jurisd. l. 2. cap. ult. n. 34.* Martin Mager.
3 *de advoc. c. 6. n. 189.* Exemplo Nobilium Imperio
immediatè subjectorum, quibus in territoriis,
ditionibus & districtibus suis, in subditos &
rusticos suos omnimodam jurisdictionem
competere, tradunt Besold *part. 2. consil. 49. n. 121.*
Ziegl. §. *Nobiles. concl. 1. n. 1.* Matth. Steph. *de juris-*
dict. l. 2. part. 1. c. 7. n. 138. seq. & civitatum nonnul- 4
larum provincialium, quas olim quoque juris-
dictionem exercuisse extra dubium est, *l. inter*
28. l. incola. 29. ff. ad municipal. Bodin. *de republ. l. 3.*
c. 3. maximè quoad modicè coërcendi faculta-
tem & potestatem, *l. magistratibus. 1. ff. de jurisd.*
l. si quis. 52. §. si fugitivum. 12. ff. de furt. Et licet
secus fuerit quoad ea, quæ magis Imperii,
quàm jurisdictionis fuerunt, *l. ea, quæ. 12. ff. ad*
municipal. l. nec ex magistratibus. 32. ff. de injur.
Thom. Michael. *de jurisd. concl. 127. seq.* postea
tamen Reipublicæ forma immutata, & post-
quam Statuum Imperii jurisdictio patrimo-
nialis facta, Principes suis quoque municipiis
interdum ex speciali gratia, alioque titulo ju-
risdictionem, merum & mixtum Imperium 5
concesserunt, Matth. Steph. *de jurisd. l. 2. part. 2.*
c. 2. n. 17. & c. 7. n. 51. seq. Carol. Tapia *in rubr. de con-*
stitut. Princ. c. 4. num. 11. seq. Covarruv. *in c. possessor.*
part. 2. § 3. n. 4. Losæ. *de univers. part. 1. c. 2. n. 22.* Et
merum

6 merum quoque Imperium, sive criminalem jurisdictionem, Civitates in Ducatu Würtembergico municipales obtinere ex Principis concessione tradunt per Fürstl. Würtemb. Landrecht. *part. 1. pag. 49. vers.* daß von einem. Lands-Ordnung. *pag. 23. vers.* was aber. *& fol. seq. & fol. 238. in fin.* Bocer. *de jurisd. c. 8. n. 90.* Obrecht. *de jurisd. c. 6. ad fin.* Quod tamen ex omni parte vix admittendum esse censet Besold. *de jur. universitat. c. 8. n. 2.* propterea, quod tam accusatio, quàm etiam ordinatio processus, ipsaq; sententiæ executio Illustrissimi Principis ductu instituatur; & oppidano Senatui, nuda competat cognitio, ac der Blut-Richter ibi adsit tantum pro forma, Alt Würtemberg. Land-Recht. *part. 1. fol. 49.* §. daß vor einem / *ibi*: berechtet / id est, de crimine cognosci, Fürstl. Würtemb. Lands-Ordnung. *fol. 235.* ubi fit mentio der Amptleut / (qui vices Principis gerunt) und deß Gerichts Imperium merum pertinet simul ad facinorosi apprehensionem, custodiam, torturam, criminis judicationem & correctionem facinorosi, Bocer. *disput. de jurisd. concl. 54. class. 5.* Hos autem actus omnes, Decuriones oppidorum Würtembergicorum exercere, neminem dicere posse scribit Besold. *d. n. 2. in fin.*

7 Habent autem & exercent Civitates Imperiales, sicuti etiam reliqui Status & territoriorum Domini, jurisdictionem hujusmodi hodie non nomine alieno, sive administrationis, sed jure proprio, per tradita Knich. *de jur. territ. c. 1. n. 59.* Bodin. *de republ. l. 3 c. 5.* Ziegl. §. *Civitas. concl. 1. n. 3.* Author. apolog. Colmar. *cap. 1. membr. 2. fol. 129.* Klock. *de contribut. c. 5 n. 67.* Sicuti de superioritate quoq; territoriali & quando eandem nactæ sint Civitates Imperiales,
8 probatum est *supra cap. præced. 5. n. 41. & seq.* Et quidem jure territorii, utpote cui omnimoda jurisdictio adhæret, sicuti demonstravimus *supra l. 1. c. 12. n. 93 & seq.* Sicuti etiam jure magistratus, *l. 1. in princ. vers. quæ vero. ff. de offic. ejus cui mandat.* ad hoc enim constitutus est magistratus, ut jus dicat, *l. 2. §. post originem. 13. & §. cumque consules. ff. de orig. jur.* ita ut magistratus hanc jurisdictionem habere dicatur suo jure, non alieno beneficio, *l. more 5. ff. de jurisd.* Et quamvis olim quidem jurisdictio tantum civilis, & non etiam criminalis jure magistratus competierit, de consuetudine tamen hodierna secus est, & non tantum civilis, & inferior, sed etiam criminalis & superior jurisdictio, offi-
9 cii, seu magistratus jure competit, Costal. *ad l. 1. ff. de offic. ejus cui mandat.* Maranta *part. 4. distinct. 5. n. 67.* Henning Gœden. *cons. 39. num. 14.* Thom. Michael. *de jurisd. ƀ. concl. 82. lit. a. b.* Wesemb. *in paratit. ff. de jurisd. n. 11.* Bocer *de jurisd. c. 8. n. 50.* Reink. *de regim. secul. l. 2. class. 2. c. 17. n. 32.* Quod tamen non de inferioribus, sed superioribus tantum magistratibus intelligendum venire, monet ex Joach Steph. *de jurisd. l. 3. n. 38.* Joh. Ernest. Zorn. *apud* Arumæ. *de jur. publ. tom. 2. dis-*
10 *curs. 7. de jurisd. concl. 9. n. 3.* Et quod hodiernis moribus Principes, Comites, Barones, Nobiles & alii magistratus immediati, jurisdictionem non tantum civilem, sed etiam criminalem jure perpetuo & magistratus habeant, eandemque ad hæredes suos transferant, testantur, Gozadin. *cons. 50. n. 9. seq.* Wesembec. *consil. 27. n. 28. lib. 1. & cons. 95. n. 18.* Et post Imperatorem etiam Principes & alios Status Imperii per concessionem, tam criminalem, quàm civilem jurisdictionem in alios transferre posse tradunt, Wesemb. *cons. 45. n. 36.* Coler. *de process. execut. part. 2. c. 1. n. 127.* Bocer. *de jurisd. c. 8. n. 6.* Reinking. *de reg. secul. libr. 2. class. 2. c. 17. num. 45.* Berlich *part. 1. concl. 1 n. 13.*

Præscriptione quoque adquiri potest ju- 11
risdictio, & quidem adversus Imperatorem, sine titulo, tempore immemoriali, *cap. 1 in fin. de præscript. in 6. cap. super quibusdam. vers. præterea. X. de V. S.* Thom Michael *de jurisd. concl 63. lit. a.* Bocer. *de jurisd. c. 8 n. 99.* Mascard. *de probat. concl. 1055. n. 14.* Harppecht. *ad princ. l. de usucap. n. 233. seq.* & cum titulo quadraginta annorum spacio, arg. *l. omnes. l. competit. 6. Cod. de præscript. 30. vel 40. annor. l. fin. C. de fund. patrim.* Wesembec. *cons. 5. n. 19.* Thom. Michael *d. concl. 63. lit. b. & c.* Bocer. *d. c. 8. n. 101.* Harppecht. *d. l. n. 234.* Masc. *d. l. n. 14.* Si verò præscriptio fiat contra Principes vel alios Status inferiores, longi temporis, sive decem annorum spacium sufficiat, *l. viros. 8. & ibi* Dd. *Cod. de divers. offic. l. fin. Cod. de emancip. libr. l. testamenta. 18. Cod. de testament. l. certi juris. Cod. de jurisd. c. cum contingat. X. de for. compet. cap. dilecti. X. de arbitr.* Thom Michael. *d. concl. 63. lit. d.* Bocer. *d. c. 8. n. 102.*

Sicuti etiam consuetudine adquiritur ju- 12
risdictio, *d. l. viros. 8. Cod. de divers. offic. c. irrefragabili. in princ. de offic ordin. c. cum contingat. 13. de for. compet. l. more. 5 ff. de jurisd. & ibi* Wesembec. *in parat.* Mascard. *d. concl. 1055. n. 14.* utpotè quæ jurisdictionem tribuit eam aliàs non habenti, *d. l. viros. 8* Bald. *in l. fin. Cod. de præscript. long. temp.* Mynsing. *cons. 16. n. 42.* Tusch. *lit. l. concl. 546. n. 9.* etiam privato, *l. 1. l. fin. Cod. de emancip. lib. d. l. viros. 8. d. c. cum contingat. 13. & ibi* Felin. *n. 2. de for. compet.* Covarruv. *in c. possessor. part. 2. § 3. n. 1. d. R. I. in 6.* Schrader. *de feud. part. 10. sect. 5. n. 5* Gail. *1. O. 1. n. 18. & O. 57. n. 14.*

Variè autem definiri solet jurisdictio. Bre- 13
vius ita vulgò describitur, quod sit publica de causis cognoscendi & juris reddendi potestas, VVesemb *in paratit ff. de jurisd. n. 3.* Berlich. *part. 1 concl 1 n. 6* Reinking. *de regim. secul. l. 2 class. 2. c. 17. n. 3* vel quod sit publica in rebus civilibus & criminalibus cognoscendi, statuendi & imperandi potestas; vel publica juris dicendi potestas, arg. *l. 1 ff. de jurisd. l. 3 Cod. eod. l. pen ff. de judic* Schurff. *cent. 1 cons. 6 n 24.* Sichard. *in rubr. Cod de jurisd n 1.* Emer. à Rosbach *pract. civ. tit. 2. num. 2*

Sicuti etiam multifariam dividitur. Vul- 14
gò autem dividitur in merum mixtumque Imperium & simplicem jurisdictionem.

Merum Imperium dicitur etiam justitia 15
alta, Coler. *de process. execut. part. 2 cap. 1. n 120. seq* nec non jurisdictio criminalis; Quamvis enim nonnulli ex neotericis sint, qui inter merum Imperium & criminalem jurisdictionem distinguendum putant ita ut hæc circa scelerum & maleficiorum cognitionem, illud verò circa eorum pœnas versetur, & criminalis ju-

risdictio sit jus de causis criminalibus cognoscendi, merum verò Imperium in pœnam irrogatione & animadversione consistat, Obrecht. *de jurisd. cap. 3. n. 8. seq. & cap. 7. num. 1.* Hunnius
16 *tract. de jurisd. part. 1. cap. 1. quæst. 3. per tot.* Hæc tamen duo nihil discriminis admittere, pluribus docent Scip. Gentil. *de jurisdict. lib. 1. cap. 2.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 1. cap 3. num. 4. seq.* Bocer. *de jurisdict. cap. 2. num. 5. seq.* Georg. Andr. Majer. *de jurisd. sect. 1. membr. 3. posit. 1. lit. d.* Author actor. Lindaviens. *fol. 835.* Et hodie merum Imperium regulariter à jurisdictione criminali non secerni, sed ambo pro uno eodemq; haberi, & à pragmaticis utrumque uno nomine, der hohen Obrigkeit/ appellari, scribit Besold. *thes. pract. verb.* Blutbann. *vers. sic etiam criminalis.* & constat illum, qui executionem causarum & sententiarum criminalium habet, eidem quoque regulariter earundem simul cognitionem competere, & è contra, cùm ad executionem criminalem perveniri non possit, nisi instituto prius processus, & causæ cognitione, Besold. *d. l. verb.* Halßgericht. *vers.* ferner/ welcher. Confer Author. actor. Lindaviens. *fol. 834.*

17 Germanico nostro idiomate merum Imperium, sive criminalis jurisdictio dicitur, Hochgericht/ die hohe Obrigkeit/ das Halßgericht/ Halßgerichts Obrigkeit/ Obergericht/ Höchstgerichtbarkeit/ Königsbann/ der Blutbann/ Malefitz/ Malefitzische Obrigkeit/ Zent/ Zentrecht/ Zentfälle/ Zentgericht/ Zentgerechtigkeit/ Zentbarligkeit/ Zentbarliche Obrigkeit/ die hohe Fraisch/ Fraißliche Obrigkeit/ quandoque etiam Vogtey über das Malefitz/item Peinlich Gericht über Haut und Haar/ Halß und Hand/ Sendtgericht/ 2c. Wehner. *pract. observ. verb.* Zent. *fol. 700.* Knichen. *de jur. territ. cap 4. num. 70. seq.* Bocer. *de jurisdict. cap. 2. in fin.* Tradel. *in consil. de jurisdict. quod extat apud* Besold. *part. 1. consil. 3. cap. 1. num. 3. seq.* ubi vocabulum Halßgericht/ merum Imperium, sive die hohe Malefitzische Obrigkeit/ continere docet, confer Author actor. Lindaviens. *fol. 617. & fol. 826. ad fin. & seq.* ubi differentiam inter Haut und Haar & Haupt und Hand/ & quid utrumque importet, demonstrat.

18 Illud autem constat, quod per concessionẽ & investituram banni sanguinis, deß Blutbanns/ Halßgerichts/ Stock und Galgen/ non semper merum Imperium, sive alia jurisdictio, die hohe Obrigkeit/ sed plerumq; judicialis cognitio & executio in causis criminalibus intelligatur, quod & ipsa etymologia vocabuli Bann/ satis declarat, quod nihil aliud, quàm judicium denotat, & sic Blutbann idem quod judicium sanguinis, sive criminale est. Gail. *2. de pac. publ. cap. 1. n. 14.* Et per concessionem deß Blutbanns/ signa tantùm executiva, sive ipsam executionem, non verò criminalem jurisdictionem, sive merum Imperium intelligi, pluribus probavi in tract. de Ordin. Equestr. jurib. *libr. 3. cap. 3.* ubi demonstravi, quod postquam liber ordo Equestris Sueviæ Imperatoribus & Regibus Romanis, veluti Friderico III. imprimis verò Maximiliano I. exposuisset, notorium esse, Nobiles liberos Sueviæ ab immemoriali tempore, in territoriis, pagis & ditionibus suis merum Imperium & criminalem jurisdictionem & superioritatem territorialem semper hactenus per se & proprio jure habuisse & adhucdum habere & delinquentes captivasse, in carceres conjecisse, examinasse, torturæ subjecisse, & ad mortem sæpè condemnasse, licet signa executiva, Stock und Galgen/ non habuerint, ac proinde condemnatos in defectum signorum ejusmodi executivorum, pro lubitu & placito suo ad locos alios vicinos duxisse, ibidem suis sumptibus judicio stitisse & executione mandasse, & cùm id ipsum sine magnis sumptibus fieri non potuerit, & vicini Principes & Status delinquentes per territoria sua, sine salvo conductu ducere ulterius concedere noluerint, indeque plurima delicta impunita remanserint, atque ideò ab Imperatore Maximiliano I. concessionem banni sanguinis, sive signorum executivorum, Verleihung deß Blutbanns/ oder der Zeichen/ Stock und Galgens/ petierint, Imperatorem respondisse, se prius informationem habiturum, qualiter quoad prædicta bona, districtus & territoria Nobilium, & allegatam consuetudinem re se habeat, & cum Cæsareis Commissariis ad id specialiter emissis, quod supplicantium preces veritate nitantur fides facta, & consuetudo ista Nobilium sufficienter probata fuerit, Imperator sine ulla difficultate annuerit, & illis, qui speciatim hoc petierunt, signa hujusmodi executiva, sive bannum sanguinis, Blutbann/ Stock und Galgen concesserit. In hujusmodi concessionibus & investituris ipsi postea Imperatores attestati sunt, Nobiles hos Sueviæ jurisdictionem criminalem sive merum Imperium, etiam ante concessionem istam Imperialem, & sic proprio jure obtinuisse, sicuti ex pluribus investituris demonstravi. Conferatur quoque 19
Author *actor Lindaviens. fol. 131. seq.* ubi hoc ipsum etiam de Baroniis & ditionibus veteribus asserit, quod licet eorum possessores, etiam ante & post Carolinos, & sic Germanorum Imperatorum temporibus, propria & allodialia bona possederint, eorumq; respectu Comitibus centenis subjecti non fuerint, & tam criminalem, quàm civilem jurisdictionem obtinuerint, nihilominus tamen executionem jurisdictionis criminalis, den Blutbann/ non habuerint, sed eandem postea, jure feudi, vel alia concessione singulari impetraverint. Imò etiam Principibus nonnullis secularibus bañum sanguinis, in ditionibus quibusdam concessum fuisse jure singulari, vel separatim, docet Schwabenspiegel. *cap. 85. §. 3.* Et per se notum est, ac investiturarum literæ docent, plerosq; Comites, Barones & Nobiles à ducentis ferè annnis cum expressa altæ & bassæ jurisdictionis mentione, der hohen und nieder Gerichten/etiam specialiter, & plerumque post aliquot verborum intervalla, bannum sanguinis den Bann über das Blut zu richten/ feudi jure obtinere his verbis, mit hohen und niedern Gerichten/ Gerichtszwängen/ Geleiten/ Mannschafften/ Geistlichen und Weltlichen Lehenschafften/ Vogteyen/ Wildbännen/ Herrligkeiten/ Gerechtigkeiten/ guten Gewonheiten/ und allen andern Obrigkeiten/ 2c. darzu auch den Bann in der

Graff-

Graffschafft / über das Blut zu richten / zu Lehen gnädiglich gereicht und verliehen / etc. Confer Besold. *thes. pract. verb.* Blutbann. ubi *vers. sed etiam criminalis.* addit, ita, ut & Rudolphum II. Imper. in causa illa decantatissima Mindelheimia vocem hanc declarasse, daß nemblich das Halßgericht die cognitionem criminalem, und der Blutbann die execution an Malefitzischen Personen begreiffe. Idem etiam colligitur ex Tradel. *consil. in d. caus. Mindelheim.* apud Besold. *part. 1. consil. 3. cap. 1. num. 3 seq.*

20 Ad merum Imperium pertinent & vulgò referri solent I. de crimine cognitio & processus, Jason. *in l. Imperium. num. 16. & ibi* Longoval. *num. 8. & 9. ff. de jurisd.* Chassan. *in consuet. Burgund. rubr. 1. num. 76.* Bocer. *de jurisdict. capit. 5. num. 15. seq.* Meichsner. *tom. 2. libr. 2. decis. ult. n. 165.* Besold *thes. pract. verb.* Halßgericht. *vers.* ferner welcher. Reinking. *de regim. secul. lib. 2. class. 2. cap. 17. num. 26.*

21 II. Accusatio criminalis, peinliche Anklag / si fiat à magistratu ex officio; solent enim imò tenentur magistratus, si de delicto appareat, & nemo accusator existat, ex officio accusare reos & actorem constituere, qui fiscalis dicitur, peinlicher Anwaldt / peinlicher Ankläger / Ampts Ankläger / Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 7. membr. 1. n. 20.*

22 III. Inquisitio, nam si de crimine ejusque authore nondum certò constat, solet etiam magistratus ex officio de crimine inquisitionem instituere, eamque meri Imperii esse tradit, Bocer. *de jurisdict. cap. 5. num. 13.* de qua plura apud Farinac. *in prax. crim. lib. 1. tit. 1. quæst. 1.*

23 IV. Captura, die Beyfahung der Maleficanten / quam meri Imperii esse docent per *Novel. 15. cap. quia verò. §. 1. & c. si Clericos. 15. de sentent. excom. in 6.* Bald. *in l. 2. ff. de jurisdict.* Schurff. *cons. 71. numer. 13. cent. 3.* Menoch. *retin. possess. remed. 3. num. 586.* Farinac. *prax. crim. lib. 1. tit. 4. quæst. 27. num. 6.* Meichsner. *tom. 2. lib. 2. decis. 4. num 164.* Gylman. *symph. tom. 2. part. 1. vot. 1. num. 80. fol. 12.* Bocer. *de jurisdict. cap. 5. numer. 13.* modò non ob leve, sed grave delictum fiat, Joh. Bidembach. *nobil. quæst. 7. n. 2. vers. quod tamen ita,* nam si in causis pecuniariis fiat ad inferiorem jurisdictionem pertinet. Zasius *ad l. Imperium. num. 47. ff. de jurisdict.* Bidembach. *d. quæst. 7. vers. captura, quod tamen.* Besold. *de jurisdict. q. 22.*

24 V. Carcer & incarceratio delinquentium, Bald. *in l. 2. num. 6. & ibi* Bart. Angel. *num. 1. ff. de jurisdict.* Dec. *in l. Imperium. 3. numer. 45. ff. eod.* Schurff. *cons. 71. num. 13. in fin. cent. 3.* Wesembec. *cons. 43. num. 77.* Bocer. *de jurisdict. cap. 5. num. 14.* Farinac. *d. quæst. 27. n. 6.* Besold. *thes. pract. verb.* Gefängnuß. *vers. potestas incarcerandi. & cons. 233. num. 39.* Reinking. *de regim. secul. libr. 2. class. 2 cap. 17. num. 71.* eandemque regulariter notam esse jurisdictionis criminalis, respondit Cothman. *cons. 31. num. 22. seq.* modò incarcerans de crimine cognoscendi & simul coërcendi potestatem & jus habeat, neque delinquentem ad aliud tribunal remittere teneatur, Cothman. *cons. 1. n. 410.* Gylman. *symph. tom. 1 part. 1. vot. 1. n. 56. fol. 76. & tom. 2. part. 1. vot. 1. n. 80. fol. 12.* Meichsner. *tom. 3. decis. 23. num. 41.* Johan. Bidembach. *nobil. quæst. 7. num. 2. vers. quod tamen ita* Secus verò est, si pro levioribus & civilibus delictis incarceratio fiat, tunc ad inferiorem jurisdictionem refertur, & dicitur Burgerliche Gefängnuß / Burgerlich Gehorsamb / quilibet enim jurisdictionem habens contumacem pœna carceris cohibere potest, Reinking. *de regim. secul. lib. 2. class. 2 cap. 13 n. 78.* Zasius *ad l. Imperium. n. 47. ff. de jurisd.* Besold. *de jurisd. cap. 22.* Bidembach. *nobil. quæst. 7. num. 3. vers. captura, quod tamen ita.* sicuti etiam carcer in civilibus ob contemptam judicis jurisdictionem ac rei contumaciam impositus ad mixtum Imperium refertur, *l. in jurиarum. 13. §. si quis. 2. ff. de injur.* Thom. Michael. *de jurisdict. conclus. 102. lit. d.* Bocer. *de jurisd. cap. 4. num. 16.* Treutl. *1. disput. 3. conclus. 4. lit. d. & ibi* Hunn. *in resol. quæst. 13.* Unde carcerem quadruplicem esse dicit Besold. *thes. pract. verb.* Gefängnuß / ubi ait: I. Quidam est perpetuæ pœnæ, & hic spectat ad merum Imperium, Besold. *consil. 233. n. 37.* Bolognet. *ad l. Imper. num. 72. & ibi* Cagnol. *num. 218 seq. ff de jurisdict.* 2. Quidam verò carcer est modicæ coërcitionis, ut quando nuncius publicus in officio negligens est; nam judex potest eum jubere detrudi in carcerem, per *l. 2. Cod. de sportul.* & hoc casu carcer est mixti Imperii, Schneidewin. *de feud. part. 2. tit. quæ res in feud dar. n. 7.* 3. Aliquando carcer custodiæ causa fit, & tunc si ex causa litis pecuniariæ, pertinet tantum ad simplicem jurisdictionem: Si verò ex causa criminis perpetrati, est meri Imperii, Schneidewin. *d. l.* Carcer verò custodiæ dicitur, qui tantum tendit ad faciendã tandem pœnæ executionem adversus incarceratum. *l. nemo carcerem. vers. carcer. noxior C. de exact. tribut.* 4. Aliquando est locus domesticus carcer, qui regulariter est prohibitus, *tot. tit. C. de privat. carcer.* nisi in casibus à jure expressis, ut est in *in l. Divus. ff de offic. præsid.* His accedit 5. carcer debitorum, vulgò der Schuldthurn / de quo *supra 2. 4. 70.* Est quoq; 6. carcer alius pœnitentiæ, in quem aliquis ad pœnitentiã agendam, vel in perpetuum vel ad tempus conjicitur, *c. quamvis. de pœn. in 6. c. fin. de hæretic. in 6. l. aut damnum. § soleat ff. de pœn. l. qui neque 48. § solutum. l. vinculorum. l. verum. 218. ff. de V. S.* Reink. *de regim. secul lib. 2 class 2. cap. 17. n. 81.* Carcer igitur, sive incarceratio in causis civilibus civilem, in criminalibus verò criminalem jurisdictionem, sive merum Imperium præsupponit & probat, Bart. *in l. Imperium. num. 8. & ibi* Jason. *numer 44.* Zasius *n. 19. & 20.* Valas. *num. 167.* Bolognet. *num. 73. ff. de jurisdict.* Mynsing *resp. 16. num. 28.* 25 26 27 28

29 VI. Si reus in carcerem conjectus crimen sponte fateri nolit, plerumq; sequitur tortura, quam meri Imperii esse, tradunt per *l. defensores. Cod. de defensor. civit.* Jason. *in l. Imperium. n. 24. vers. sed adverte & ibi* Dec. *num. 48.* Bolognet. *n. 79.* Cagnol. *n. 242.* Valas. *num. 175. ff. de jurisdict.* Myns. *cons. 16. num. 12.* Farinac. *prax. crim. lib. 1. tit. 8. quæst. 39. n. 109.* Thom. Michael. *de jurisdict. concl. 78. lit. h.* Besold. *thes. pract. verb* Halßgericht. *vers. tortura item. & cons 233. num. 40.* Gail. *de pac. publ. lib. 2. cap. 2. numer. 16.* Bocer. *de jurisdict. cap. 5. num. 17.* Gylman. *symphor. tom. 1. part. 1. tom. 2. vot. 1. num. 125. fol. 99. & tom. 2. part. 3. lit. 10. vot. 2. num. 19.*

num. 19. fol. 235. Meichſner. *tom. 3. deciſ. 23, num.*
45. fol. 903. Bidembach. *nobil. quæſt. 7. n. 2. verſ.*
incarcerationem. Tradel. *d. conſil. cap. 1. n 23.* niſi
in cauſa ubi turpis perſona in cauſa civili te-
ſtimonii dicendi cauſa tormentis interroge-
tur, quo caſu tortura mixti dicitur Imperii, per
l. Divus pius. 9. in princ. ff de quæſtion. l. ob carmen,
21. § ſi ea rei. ff. de teſtib. Bocer. *d. c. 5. n. 16. & 17. verſ.*
ſi tamen in cauſa. Thom. Michael. *de jurisd concl.*
102 lit. e. Rulant. *de commiſſ part. 1. lib. 3. c. 17. n. 28.*
30 VII. Sententia & condemnatio in cauſa cri-
minali, ſive abſolutoria, ſive condemnatoria
ſit, mero Imperio adſcribitur, per *l. ſolent. 6. in*
princ. ff. de offic. proconſ. Chaſſan. *in conſuet.*
Burg. rubr. 1. n: 76. verſ. item ſententia. Weſembec.
conſ. 95. num. 25. Gylman *ſymph. tom. 2. part. 1. vot. 1.*
numer. 83. fol 12. Reinking *de regim. ſecul. lib. 2. claſſ.*
2. cap 17 numer. 26. Meichſner. *tom. 2 libr. 2. deciſ.*
4. num. 165 & tom. 3 deciſ. 23 num 44. Bidembach.
nobil. quæſt. 7. num. 2. verſ. ex quibus tandem. Idem
eſt quoad pœnarum remiſſionem ex gratia Be-
gnadigung der Maleficanten / quo etiam jurisdi-
ctio probatur, poſt Alban *conſ 64. num. 14* Ma-
ſcard. *de probat. concluſ. 948. numer. 15. ſeq.* Bocer.
de jurisdict. cap. 10. num. 10.
31 VIII. Petinet quoque ad merum Imperium
delictorum coërcitio & pœna, ſive executio,
32 Bocer. *de jurisdict cap. 35. num. 18.* atque ita etiam
Carnificis conductio & dimiſſio, quæ etiam ju-
risdictionem probat, *l 1. Cod de offic. milit. jud.*
Natta. *conſ. 677. num. 1.* Cothman. *3. reſponſ. 47 n.*
154. Author. actor. Lindavienſ. *fol. 273.*

Quamvis autem regulariter is qui executio-
nem cauſarum & ſententiarum criminalium
habet, earundem quoq; cognitionem obtine-
at, & vice verſa etiamſi banni ſanguinis, deß
Blutbanns / über das Blut zu richten / non ſit facta
mentio, arg *l. 2 ff. de jurisd. l. 3. §. quod habet. ff. de*
ſervit. ruſt. præd Beſold *theſ. pract. verb.* Halßgericht.
33 ferner welcher. Accidit tamen aliquando, ut alter
magiſtratus habeat apprehenſionem, incarce-
rationem, inquiſitionem, torturam, alius verò
jus ferendæ & exequendæ ſententiæ, *l. ſolent. 6.*
in princ. ff. de off. proconſul. c. in Archiepiſcopatu X. de
raptorib. Tradel. *d. conſil de jurisdict. apud* Beſold.
34 *part. 1. conſ 3 cap. 1. n. 1.* Ita enim Coloniæ Agrip-
pinæ magiſtratus in criminalibus apprehenſi-
onem, incarcerationem, inquiſitionem & pri-
mum gradum torturæ habet, Archiepiſcopus
verò ſententiam & executionem, cujus Præfe-
cto reus ſi talis deprehendatur, ut pœna capi-
tali puniendus veniat, his verbis: Man ſoll ih-
me widerfahren laſſen / was recht iſt / teſte Sleidan.
lib. 6. comment. in fin. Cluten. *ſylloq. rer. quotid. concl.*
27. lit. e. Matth. Stephan. *de jurisd lib. 2. part. 2 cap.*
1. n. 34. Vietor *de cauſ. exempt. concluſ. 34.* Reinking.
35 *de regim. ſecul. libr. 2. claſſ. 2. cap 17. n. 27.* Sicq; Ca-
mera Imperialis merum Imperium in perſo-
nas Camerales delinquentes exercet quoad
cognitionem & ſententiam, civitas verò Spi-
renſis ſententiam latam exequitur, Denaiſ. *di-*
36 *ſput. de mer. Imper.* Bocer. *de jurisd c. 5. n. 18* Idemq;
obtinet in Comitatu Veldentiæ, ubi illuſtriſſi-
mi Comites Palatini apprehenſionem, incar-
cerationem, torturam & condemnationem ha-
bent, Archiepiſcopus verò Trevirenſis execu-
tionem. Cujusmodi executio ſola nullam tri- 37
buit ſuperioritatem vel jurisdictionem, Gyl-
man *ſymphor. tom. 1. part. 1. tit. 2. de reconvent. vot. 1.*
n. 132. verſ. executionem fol. 101. Author. *reſpons. jur.*
in cauſ. Fridberg part. 1. punct. 3. n. 151. fol. 78. Caſpar.
Klock. *1. conſil. 37. n. 113.* In cauſis verò civilibus
ſententiarum executio ad mixtum Imperium
pertinet, *infra n. 120.*

IX. Imprimis autem ad merum Imperium 38
pertinet pæna gladii, ſive decollatio & capitis
amputatio, die Enthauptung / ſive gladio ſive ſe-
curi fiat, *l. aut damnum. 8. §. 1. l. capitalium. 28. in*
princ ff. de pœn. Thom. Michael. *de jurisd. concl. 76.*
lit. f. Matth. Stephan. *de jurisd. lib. 1. cap. 8. n. 43.*

X. Pœna ignis, ſive vivi comburium, cre- 39
matio, fumigatio, Matth. Steph. *de jurisd. lib. 1. c.*
8. n. 38. Thom. Mich. *de jurisd. concl. 76. lit. e.* Bocer.
de jurisd. c. 5. n. 25. Bened. Carpzov. *prax. crim. q.*
128. num. 49. ſeq.

XI. Strangulatio, ſive pœna furcæ, laquei 40
ſeu ſuſpendii, Thom. Michael. *d. concluſ. 76. lit. g.*
Matth. Steph. *d. c. 8. n. 51. ſeq.* Bocer. *d. c. 5. n. 20. ſeq.*

XII. Pœna crucis, ſive crucifixio, Matth. Ste- 41
phan. *d. c. 8. n 7.* Cujus pœnæ mentio fit paſſim in
ſacris literis, veluti *2. Regum. 21. Joſuæ. 8. & 18. Nu-*
mer. 25. Eſther. c. 7. in fin. & apud varios populos
in uſu fuit, ut videre licet apud Schönborn. *lib.*
3. polit. c. 20. verſ cruciatus. Quæ tamen pœna ab
Imperatore Conſtantino veneratione Chriſti
Salvatoris, qui innocentiſſimus pro peccatis
noſtris hanc pœnam paſſus, ſublata eſt, Matth.
Steph. *d. l. n. 9.* Covarruv. *var. reſol. lib. 4. cap. 5. n. 4.*
Bocer. *de jurisd. cap. 5. n. 21.* Bocer. *d. q. 126. n. 37. ſeq.*

XIII. Lapidatio jure divino impoſita adulte- 42
ris, *Deuter. 22. Johan. 8.* & blaſphemis. *Levit. 24.*
v. 13 ſeq. 3. Regum 21. Actor. 7.

XIV. Excoriatio, cujus pœnæ crudelitatem 43
ab Antiocho paſſi ſunt fratres ſeptem carnes
porcinas edere recuſantes, *2. Macchabæor. 7.* Ea-
demq; plurimi Chriſtiani ſub Perſarum Rege
Bartane affecti ſunt, teſte Nicephor. *hiſtor. Ec-*
cleſ. lib. 14. cap. 19. Schönborn. *lib. 3. polit. cap. 20.*
verſ. excoriationis. Confer Carpzov. *d. q. 128. n. 21*

XV. Submerſio in aqua, Matth. Stephan. *de* 44
jurisd. lib. 1. cap. 8. n. 43. Bocer. *de jurisd. capit. 5. n. 27.*
Carpzov. *d. q. 128. n. 45 ſeq.*

XVI. Immerſio ſive extinctio in vini Malva- 45
tici dolio, Georg. Andr. Majer *de jurisdict. ſect. 1.*
membr. 3. poſit. 2. l. b. quo ſupplicii genere mirabi-
li Ducem Clarenſem Eduardi Regis Angliæ
fratrem inſidiarum convictum ſolemni Parla-
menti ſententia damnatum fuiſſe, refert ex Pic-
card. *obſ. hiſtor. polit. 6.* Majer. *d. l.*

XVII. Diſſectio vivi corporis in quatuor 46
partes, ſive inſtrumentis, ſive equis fiat, Matth.
Steph *d c. 8. n. 39* Bocer. *de jurisd. c. 5. n. 26.* Carpzov.
d. q. 128. n. 52. Cujus ſupplicii generi accedunt a-
liquando aliæ pœnæ, veluti trahæ impoſitio,
raptatio, das ſchlaiffen / ut reus in terram proſtra-
tus ad locum ſupplicii ſupinis raptetur, & per
candentes forcipes corporis divulſio, mit glüen-
den Zangen reiſſen / ſi proditio ſuſcepta ſit in civi-
tatem, magiſtratum, conjugem vel ſanguine
junctos, peinl. Halßger. Ordn. *art. 114.* Bocer. *d. cap.*
5. n. 26. Carpz. *d. q 128. n. 58. & 63.*

XVIII. Per

47 XVIII. Per rotam membrorum fractio, & post modum rotæ impositio, Rädern oder Radbrechen/ Matth. Stephan. *d.c.8.n.40.* Bocer. *d. c.5. n. 24.* Carpzov. *d.q.128. n.42. seq.n. 60.seq.& n.66.*

48 XIX. Huc quoque pertinet pœna illa insolita, qua usi sunt Pœni in Attilium Regulum, quem in profundas tenebras claudebant, & diu post, ubi sol erat visus ardentissimus, repentè educebant, & adversus ictus solis oppositum tenebant, deductis atque insutis sursum deorsumque palpebris, Gell. *lib. 6. noct. Attic. c. 4.* Carpzov. *d. q. 128. n. 23.*

49 XX. Defossio hominis vivi cum palo, lebendig begraben und pfählen/ Bocer. *d. c 5. numer. 27. vers. ex Carolina.*

50 XXI. Uti & transfossio cum palo, das Spiessen/ quo supplicio nuper effecti sunt rustici rebelles in Austria.

51 XXII. Supplicium parricidii, quo quis virgis sanguineis verberatur, in culeum insuitur, cum gallo gallinaceo, cane, vipera & simia, & deinde culeus in vicinũ mare vel amnem projicitur, *l. unic. C. de his qui parent. §. alia deinde. 6. l. de publ. judic. l. pœna. 9. ff. ad L. Pompej. de parricid.* de qua vide Carpzov *jurisprud. civil. part. 4. constit. 3. defin. 1. seq. & pract. crim. part. 1. q. 8. seq.*

52 XXIII. Pœna famis, seu inediæ, de qua Petr. Gregor. Tholos. *lib. 3. syntagm. cap. 23.*

53 XXIV. Dejectio de rupe Tarpeja, quæ Romæ stringebatur in eos, qui falsum testimonium dixissent, sicuti refert ex Gell. *libr. 10. capit. 1.* Schönborn. *libr. 3 polit. cap. 20. vers. dejectio.* Qua pœna adfecta fuit impia Jesabel jussu Regis Jehu, *4. Regum. 9.* Sed hodie ita damnare aliquem, ut de Saxo præcipitetur, prohibet, *l. si diutino 25. §. 1. ff. de pœn.*

54 XXV. Damnatio ad bestias, qua olim rei ob crimen aliquod bestiis objiciebantur, puta in speluncam leonum, ut ab illis dilacerarentur, quam pœnam ab usu recessisse & in ejus locum gladii supplicium successisse, testantur Ludov. Carer. *pract. crim. cap. 50. vers. circa secundum. num. 3.* Clar. *lib. 5 sent. § fin. qu. 67. n. 4.* Farinac. *prax. crim. part. 1. tit. 3. q. 19. n. 18* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 1. c 8. n. 44.*

55 XXVI. Aquæ & ignis interdictio, quæ itidem hodie sublata, & in ejus locum deportatio successit, Farinac. *d. q. 19. n. 20.* quàm meri Imperii esse docent Bolognet. *ad l. Imperium. n. 74. seq. ff. de jurisd.* Besold. *thes. pract. verb.* Halßgericht. Hodiernis autem moribus deportationis loco habetur proscriptio, sive bannum Imperiale, die Reichsacht oder der Bann/ eique æquiparatur, Sichard. *ad l. 1 n. 10 C. de hæred. instit.* Valasc. *ad l. Imperium. n. 83. ff. de jurisd.* Gail. *2. de pac. publ. cap 1. n. 24.* quamvis deterioris sint conditionis banniti, quàm deportati, Gail *d. n. 24.* Bocer *de jurisd. cap. 5. n. 35.* atq; inde bannire est ejus, qui merum habet Imperium, Besold. *d. verb.* Halßgericht. *vers. & quoniam.* Tradel. *d. consil. c. 1 n. 29.*

56 XXVII Idem est, quoad excommunicationem, quæ itidem mero adnumeratur Imperio, secundum Bolognet *ad l. Imperium. n. 79. ff. de jurisd.* Besold. *d verb.* Halßgericht. *vers. his adde.* Tradel. *d. c. 1. n. 26.*

57 XXVIII. Membri mutilatio sive abscissio, Bolognet. *d. l. n. 39. seq.* Thom. Mich. *de jurisd. concl. 78. lit. b.* Besold. *d. verb.* Halßgericht. *vers. damnatio item.* Tradel. *d. cap. 1. num. 18.* quam tamen capitalem pœnam non esse, tradunt arg. *Novel. 128. cap. 20.* Menoch. *arbitr. jud. quæst. 89. n. 9. seq lib. 1.* Thom. Michael. *d. conclus. 98. lit. b.*

58 XXIX. Stigmatum inustio, inscriptio frontis, furarũ vel manuum, *l. 10. §. fin. ff. de fugitiv.* qualis pœna hodie sublata, ne facies, quæ ad cælestis imaginis pulchritudinem figurata est, maculetur, *l. si quis in metallum. 17. C de pœn.* Mynsing. *2. obs. 46.* Höping. *de jur. insign. cap. 11. n. 213. seq.*

59 XXX. Virgarum castigatio, sive fustigatio, mit Ruthen außhauen/ ad merum Imperium spectat, Bolognet. *ad d. l. Imperium. numer. 48. ff. de jurisdict. & ibi* Cagnol. *num. 223.* Gylman *symph. tom. 2. part. 3. tit. 14. vot. 2. fol. 235.* Bidembach. *nobil. quæst. 7. num 3 vers. solet quandoque.* Wehner. *verb.* Vogtey. *vers. unum singulare. fol. 65.* Bocer. *de jurisdict. cap 5. num. 57.* Besold. *d. verb.* Halßgericht. *vers. fustigatio. & verb.* Ruthen Außhawung. *& cons. 233. n. 38.* Carpz. *pract crim. part. 3. quæst. 129. n 14. seq.*

60 Hæc pœna cùm sit gravis, & plerumque fustigatum infamet, non nisi personis vilioribus, non autem honestioribus & Nobilibus infertur, *l. capitalium. 28. §. 1. & 2. ff. de pœn. l decuriones. 5. Cod. ex quib. caus. infam. cap. contra idolorum. caus. 26. quæst. 5.* Joseph Ludov. *decis. 1. numer. 23.* Besold. *d. verb.* Ruthen außhauen. Fustigationi autem semper adjuncta esse solet, perpetua relegatio, per P. H. O. *artic. 158. & 198.* Carpzov. *pract. crim. part. 3. quæst. 129. num. 17.*

61 XXXI. Eodem pertinet in opus publicum perpetuum damnatio, Matth. Stephan. *de jurisdict. libr. 1. cap. 9. num. 100.* Thom. Michael *de jurisdict. conclus. 77. lit. b.* Quæ pœna hodie in bene constitutis Rebuspublicis plerumq; in fustigationis, auris vel alterius membri amputationis locum succedere & laudabiliter irrogari solet iis, qui de jure quidem communi à Carnifice corporaliter, non tamen ultimo supplicio plectendi veniunt, So in die Hand deß Nachrichters zur fustigation, Ruthen außstreichen/ Ohren abschneiden und dergleichen erkennt/ aber nicht zu äusserster Todsstraff verurtheilet werden können/ propterea quod illi, quibus Carnifex manum semel admovit, infames efficiantur, ab omnibus bonis fugiantur, ipsisque se suosque honestè sustentandi, omnes viæ & media adimantur, atque inde ansa furandi, latrocinandi, deprædandi, & si quæ sunt alia similia crimina committendi præbeatur, quæ omnia hoc ipso evitari soleant, si ad operas publicas vel in perpetuum vel ad tempus, pro delicti qualitate, & morum corruptorũ emendatione condemnentur. Unde quoq; Johann. Fridericus Dux Würtembergicus *die 12. Septembr. anno 1627.* publico edicto cavit, ne imposterum fures vel alii delinquentes virgis castigentur, aurium amputatione plectantur, sed ad operas publicas condemnentur, cujusmodi edictum extat apud Besold. *d. verb.* Ruthen außhawen. Eumque in finem in Republica Argentoratensi das Schellenwerck introductum est.

62 XXXII. Damnatio in metallum, vel in opus metalli, Matth. Stephan. *d. capit. 9. numer: 99.* Thom.

99. Thom. Michel. *de jurisdict. conclus. 77. lit. b.* Bocer. *de jurisdict. capit. 5. num. 31.* Besold. *verb.* Halßgericht. *vers. damnatio item.* In cujus locum hodie successit condemnatio ad triremes, sive vincula nautica, auff die Galleen schmiden. Besold. *thes. pract. verb.* auff die Galleen schmiden. Quæ itidem mero adnumeratur Imperio, Bolognet. *in l. Imperium. n. 74. seq. ff. de jurisd.* Besold. *verb.* Halßgericht. *vers. deportatio.* Tradel. *d. cons. c. 1. n. 21.*

63 XXXIII. Pœna exilii, sive relegatio, *l. auxilium. 5. l. relegatorum. 7. in princ. ff. de interdict. & releg. l. 4. l. capitalium. 28. §. cætera. 1. ff. de pœn. l. ejus qui 18. §. sed relegati. ff. qui testam. fac. poss.* Thom. Michael. *de jurisdict. lib. 1. cap. 10. n. 13.* Coler. *de process. execut. part. 2. c. 1. n. 137.* Tradel. *d. c. 1. n. 21.*

Quam pœnam licitam esse sacræ docent li-
64 teræ, ita enim ipse Deus Adamum è paradiso ejecit & exulare jussit, *Genes. 3. v. 24.* eandemque inflixit fratricidæ Caino, *Genes. 4. vers. 12. & 14.* Sic Caipha à fratribus ejectus in terra Tob exulasse legitur libro Judicum. Salomon usus est relegationibus adversus Abiatharum & Semei; uti & Rex David Absolonem cùm rediisset ex Gessur ab aula in domum suum relegavit, Reinking. *de Regim. secul. lib. 2. class. 1 cap. 8. n. 8. seq.* ubi *n. 20.* differentiam inter relegationem & exilium docet, *& n. 10. seq.* hac pœna uti, & homines sceleratos ad alienas ditiones & territoria relegare, Reipubl. non conducere, aliquot rationibus probat, qua de re etiam pluribus disserit Petr. Martyr. *in comment. ad lib. 1. Regum, circa fin. fol. 23.* ubi hanc cautelam subjicit & modum, ut quidem ejus usus in Republica retineri possit, sed ita tamen, ut exules non ad alios mittantur, apud quos vel deteriores fiant, vel eosdem vita & moribus suis vitiosis offendant, sed ut ad certa loca intra fines ditionis magistratui releganti subjectæ, certis cautionibus & severa inspectione detineantur, ne ipsis huc atque illuc divagari, & vitiosis suis moribus indulgere liberum sit,
65 Confer Reinking. *d. c. 8 n. 17.* Indeque hodie optimus relegandi modus Reique publicæ magis utilis est, quando homines facinorosi relegantur ad fines Imperii & loca periculosa, ut cum Turca, & hostibus Imperii depugnent, daß der delinquent eine gewisse Anzahl Jahr wider den Erbfeind ziehen und dienen / oder auff ein Grentzhauß sich begeben soll.

Quamvis enim relegatio ultra relegantis terminos veluti ultra Rhenum, Danubium, montes, Hungaricos fines, daß man einen lässet
66 über den Rhein / die Thonaw / das Gebürg / oder auff die Ungarische Grentzen wider den Türcken / rc. schwören / de jure communi non valeat, per *l. fin. ff. de jurisdict. l. relegatorum. 7. §. interdicere. 10. §. quibusdam. 14. ff. de interdict. & releg. l. 1. §. ex urbe. 13. l. fin. ff. de off. præf. urb.* aliud tamen consuetudine Germaniæ introductum est, Besold. *thes. pract. verb.* über den Rhein oder die Thonaw weisen. *& in delibat. jur. ex libr. 1 pandect. q. 45. fol.*
67 *148. seq.* Quod si autem si quis simpliciter, nulla temporis facta mentione relegetur, in perpetuum relegatio facta intelligitur, *arg. l. si servus. Cod. de pœn.* Hart. Pistor. *obs. 189.* Carpzov. *pract. crim. part. 3. q. 130. n. 16. seq.*

XXXIV. Banni & relegationis remissio, 68
Bart. *in l. Imperium. n. 10. ff. de jurisd.* Cùm ejusdem potestatis sit pœna & pœnæ remissio, *l. illicitas. 6. § fin. ff. de off. præsid.* ejusdemque est absolvere & pœnæ gratiam facere, cujus est condemnare, *l. nemo qui 37. & ibi* Dec. *ff. d. R. I. l. qui damnare. 3. & ibi* Jason. *ff. de re judic.*

XXXV. Ad merum quoque Imperium refer- 69
tur confinatio, die Verbannung in Zehenden / Jacob. de S. Georg. *de feud. verb. cum mero.* Zasius *ad l. Imperium. ff. de jurisdict.* Gylman. *symphor. tom. 2. part. 3. tit. 10. vot. 2. numer. 21. fol. 235.* Bocer. *de jurisdict. capit. 5. numer. 41.* Bidembach. *nobil. quæst. 7. num. 3. vers. ad emendationem.* Besold. *thes. pract. verb.* Bannung in Zehenden. *& de jurisdict. cap. 21.* Quæ est, cùm quis non relegatur à loco, sed ei certus locus & certi fines, ex quibus non excedat, adsignantur, wann einer in das Orth / da er verbürgert / oder in den Zehenden verbannet wurd / darauß ohne Begnadigung nicht zu kommen / Zas. Gylman. Bocer. *d. ll.* Cujusmodi pœna illis plerumque infligi solet, qui domi uxorem & liberos habent, & in quibus spes emendationis apparet, Besold. *d. verb.* Bannung in Zehenden. & in Ducatu Würtembergico in eos conveniri solet, qui contempta sanctione feras capiunt & interimunt, Bocer. *d. c. 5 n. 41.*

XXXVI. Huc quoque refertur positio ad po- 70
stellum, sive palum numellarium, die Stellung an Pranger oder Halßeisen / Zasius *ad l. Imperium. ff. de jurisdict.* Gylman. *symphor. tom. 2. part. 3. tit. 10. vot. 2. numer. 25 fol. 236.* Bidembach. *nobil. quæst. 7. numer. 3. vers. eruta veritate.* Mynsing. *respons. 16. num. 29. seq.* Besold. *de jurisdict cap. 21. & consil. 233. numer. 38.* Tradel. *d. capit. 1 num. 24.* Knichen *de jur. territ. cap. 3. num. 419.* Carpzov. *pract. crim. part. 3. quæst. 109. num. 73. & quæst. 129. num 50.*

XXXVII. Impositio lapidis famosi seu scan-
dali, Lasterstein / Zasius *ad d. l. Imperium. num. 23.* 71
& ibi Bolognet. *notab. 4. numer. 43. ff. de jurisd.* Mynsing. *d. cons. 16. num. 25.* Gylman. *d. tom. 2. part. 3. tit. 10. vot. 2. n. 22. fol. 235.* Bocer. *d. cap 5. n. 43.* Besold. *thes. pract. verb.* Halßgericht. *vers. modicam & de jurisdict. 21.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 1. c. 10. n 58.* Tradel *d. c. 1. n. 24.*

XXXVIII. Idem est, quoad impositionem 72
compedum, Springen anlegen / Geigen anhencken / Wehner. *verb.* Zent. *vers. ad probandum. fol. 704.*

XXXIX. Pertinet quoq; ad merum Imperi- 73
um Urphedæ juratio, & obligationum juratarum, sine elogiorum de non vindicando carcere receptio, Urpheden / oder Urpheds Verschreibung / si reus ex admisso facinore, vel in corpore vel vita puniri potuisset. Gylman. *d. vot. 2. n. 23. fol. 286.* Bidembach. *d. q. 7. n. 3. vers. quod si vero reus.* Besold. *cons. 233. n. 41.* Cujusmodi elogia jurata criminalem jurisdictionem & merum Imperium sufficienter probare, tam de jure, 74
quàm notissima Germaniæ consuetudine, docent Gylman. *d. n. 23.* Mynsing. *d. respons. 16. n. 27.* Thom. Michael. *de jurisdict. conclus. 87. lit. f.* Knichen. *de jur. territ. capit. 3. num. 428.* Besold. *thes. pract. verb.* Urphed. *in fin. & de jurisdict. cap. 21. & consil. 238 n. 32*

XL. Infamiæ inustio sive irrogatio, Cagnol. 75
in l. Imperium. num. 234. & ibi Valasc. *n. 176. ff. de juris-*

jurisdict. Wehner. *d. verb.* Zent. *fol.* 711. Besold. *d. verb.* Halßgericht. *vers. sic perpetua.*

76 XLI. Et sic quoque à dignitate perpetua remotio, Entsetzung der Ehren/ & missio ignominiosa, Besold. *d. vers. sic perpetua. & ibi alleg.* Cagnol. Valasc. Zas. Bolognet. Wehner. *d. verb.* Zent. *fol.* 711. Tradel. *d. cap. 1. num. 25. vers. sic exclusio.*

77 XLII. Arresti impositio, qua corpus alicujus detinetur, Zasius *ad d. l. Imperium, ff. de jurisd.* Matth. Steph. *d. l. 1. c. 10. n. 59.* Bocer. *de jurisdict. c. 10. n. 10.* Quod idem est, quoad pignorationes in causis criminalibus, vulgò Fraißpfand/ Knich. *de jur. territ. c. 3. n. 121.*

78 XLIII. Mulctæ & pœnæ pecuniariæ in causis criminalibus, quas ad merum Imperium referunt, Bart. *in d. l. Imperium. n. 12. & ibi* Jason. *n. 2. 8. & 24.* Angel. *n. 5. & seq.* Longoval. *n. 19.* Valasc. *n. 181. ff. de jurisd.* Farinac. *prax. crim. l. 1. tit. 3. q. 18. n. 46. & q. 25. n. 103.* Thom. Michael *de jurisd. concl. 78. lit. l.* Bocer. *de jurisd. c. 5. n. 46.* Menoch. *arbit. jud. l. 1. quæst. 74. n. 9. seq. & retin. possess. remed. 3. n. 582.* Wehner. *verb.* Zent. *fol.* 705. Matth. Stephan. *d. l. 1. c. 10. n. 63.* Bidembach. *nobil. q. 7. n. 3. vers. arguunt quoque.* Meischner. *tom. 2. l. 2. decis. 4. n. 137. seq.* Rosenthal *de feud. c. 5. concl. 4. n. 5. lit. e.* & pœnam pecuniariam pro delicto impositam, quantumvis levem, de mero Imperio esse, tenent per *l. levis mulcta. C. de mod. mulctar.* Bartol. *d. num. 12.* Bolognet. *in d. l. Imperium n. 82. & ibi* Zas. *n. 17 ff. de V. S.* Meischner. *d. decis. 4. n. 138. & 149. & tom. 2. libr. 1. decis. 6. num. 47. fol. 625.* Besold. *d. verb.* Halßgericht. *vers. mulctam quoque.* Tradel. *d. cap. 1. num. 27.*

79 Ex quo etiam hodie mulctæ, sive pœnæ pecuniariæ, Frevel/ Bruch/ Bussen und Straffen/ fructus jurisdictionis & meri Imperii dicuntur, Bart. & Bald. *in l. fin. ff. solut. matrim.* Wesembec. *in parat. C. de mod. mulctar. n. 6.* Thom. Michael *de jurisd. concl. 56. lit. a.* Petr Peck. *de jur. sist. c. 29. n. 2.* Gœddæ. *consil. de restit. Baron. Vallendar. n. 329.* Sixtin. *de regal. l. 2. c. 8.* Knichen. *de Saxon. non prov. verb. Ducum. c. 7. n. 23.* Wesembec. *cons. 1. n. 25.* Ziegl. *§. civitas. concl. 1. n. 54.* Besold. *thes. pract. verb.* Frevel. *vers. attamen hodie.* Reinking. *de regim. sec. l. 2. class. 2. c. 17. n. 56.* Klock. *1. consil. 37. n. 38. seq. & cons. 10. n. 606. seq.* & jurisdictionis possessionem
80 probant, *supra c. 5. n. 141.* Hæc autem procedunt, quando mulcta pro delictis, quorum coërcitio & animadversio est criminalis, imponitur, & maximè si pœna corporalis pro tali delicto imponenda, in pecuniariam mutatur, & fisco applicatur, Reinking. *d. c. 17. n. 61.* Besold. *d. verb.* Halßgericht. *vers. mulctam quoque.* Treut. *1. disp. 3. concl. 4. lit. e. & ibi* Hunn. *in resolut.* Veluti, si magistratus ultimo supplicio plectendum gratia donet, pœnam capitalem in pecuniariam convertendo, & pœna ista pecuniaria illi, ad quem alioqui ejus criminis cognitio & executio spectasset, applicanda veniat, Coler. *de process. execut. part. 2. c. 1. n. 120.* Heig. *2. quæst. 22. n. 63.* Capic. *decis. 27. n. 12.* Carpzov. *jurispr. forens. civ. part. 4.*
81 *constit. 10. defin. 9.* Unde quoque sunt, qui mulctas ad mixtum Imperium referunt, arg. *l. sacrilegi. 9. §. fin. ff. ad L. Jul. pecul.* Rulant. *de commiss. part. 1. lib. 2. c. 9. n. 8.* Wehner. *pract. observ. verb.* Bussen. *in fin.* quando nimirum mulcta ex causa ad mixtum Imperium pertinente imponatur, Reinking. *d. c. 17. n. 62.* Johan. Ernest. Zorn. apud Arumæ. *tom. 2. dis. 7. de jurisdict. conclus. 7. num. 4. vers. extra dictos. & concl. 13. num. 1.* Quatenus etiam mulcta civilium delictorum coërcitionem continet, kleine oder gemeine Frevel zu straffen/ ad simplicem jurisdictionem refertur, Gœddæ. *ad l. aliud fraus. 131. §. 1. n. 6. in fin. ff. de V. S.* Meischner. *tom. 2. libr. 1. decis. 6. num. 46. fol. 625.* Reinking. *d. l. n. 63. seq.* ubi notandum, quod vox 82
Frevel/ propriè ad civilia maleficia, Malefitz verò ad criminalia pertineat, Denais. *de mer. Imper. Camer. Imper. cap. 2. in princ.* Author actor. Lindaviens. *fol. 123.* Referuntur quoque mulctæ 83
ad Regalia, *supra c. 4. num. 118.* quatenus scilicet alicui tanquam Regale jus mulctandi per investituram vel privilegium conceditur, vel quatenus pro defensione Regalium mulcta imponitur, vel quatenus est magna bonorum privationem inferens, Reinking. *d. cap. 17. n. 68.* atque ita etiam referuntur inter jura superioritatis, *supra c. 5. n. 141.*

XLIV. Confiscationes bonorum mero 84
Imperio adscribuntur, de quo *infra c. 15. n. 5.*

XLV. Furcarum erectio, Stock und Galgen/ 85
uti & Hencker Beul/ Ravenstein/ & similia signa executiva, ad merum Imperium pertinent, idque probant, Bald. *in c. 2. quid sit investitura. & in l. causa. Cod. de Episc. & Cler.* Schneidewin. *de feud. part. 2. n. 71.* Gigas *de crim. læs. majest. q. 4. in princ.* Gylman. *decis. 51. num. 22.* Mynsing. *respons. 16. num. 30.* VVehner. *verb.* Zent. *fol. 714.* Besold. *cons. 238. num. 36. & 37.* Klock. *1. cons. 8. n. 56. & cons. 10. num. 598.* & quod erectio furcarum, aliorumque signorum executivorum, sit actus & signum maximum meri Imperii, notant post Bald. *in l. 1. num. 1. C. ut nem. lic. sine jud. auth. sign. reb. impon.* Gail. *2. obs. 60. num. 6.* Myns. *respons. 16. num. 30 & decad. 13. resp. 3. num. 90.* Chassan. *in consuet. Burg. rubr. 1. §. 8. num. 2.* Gylm. *symph. tom. 2. part. 1. vot. 1. num. 60.* Höping. *de jur. insign. c. 2. num. 194.* Sunt enim res & signum, Bald. *in l. à procuratore. 13. n. 2. seq. C. mandat.* denotantque dominium aëris, Bald. *cons. 445. in fin. lib. 5.* & sic repræsentant signatum, nimirum jurisdictionis & Imperii quasi possessionem, Bald. *in c. 1. in fin. Quid sit investitur.* ac jurisdictionem criminalem totam per solam furcarum erectionem probari, docent 86
Bald. *in l. procuratorem, C. mandat.* Mascard. *de probat. concl. 948. num. 10. seq.* Menoch. *retin poss. remed. 3. num. 56* Bocer. *de jurisd. c. 1. num. 10. seq.* uti & fines jurisdictionis, Hieronym. de Monte *tract. fin. reg. c. 52. num. 4.* ita ut criminalis jurisdictionis & meri Imperii possessio vel quasi ad eum pertineat, qui erexit, Natta *cons. 204. n. 4. seq. & cons. 636. num. 72.* Decian. *respons. 52. n. 47. vol. 4.* Covarruv. *lib. 4. variar. resol. cap. 5.* Besold. *cons. 238. num. 36* Knichen. *de jur. territ. c. 3. num. 410.* Græven. *pract. conclus. 60. consid. 2. n. 14. libr. 2.* Unde etiam non rarò ad fines territorii 87
poni solent, ita tamen, ut à finibus vicini per 24. ulnas distent, Matth. Steph. *ad constit. crim. Caroli V. artic. 215. ad fin.* Besold. *verb.* Gala. *vers. sed hodie.* & notabile ad erectionem furcarum

daß man keinen Galgen so nahe an die Gränzen setzen mag/daß er das frembde Gericht mit dem Schatten berühre/daß auch das Volck auf derselbigen Gerichte/ da man einen rechtfertiget / und nicht auf dem frembden Gerichte/ so darneben gelegen / stehen möge/ rc. tradit Schneidewin. *de feud. part. 2. n. 75.* Wehner. *d. verb.* Zent. *fol. 714.*

88 XLVI. Lustratio & sequela, & armorum impositio à nonnullis ad merum Imperium refertur, de quo *infra c. 22. n. 46. & seq.*

89 XLVII. Armorum quoque ablatio & restitutio, die Wehr nehmen und verbieten/ ad merum Imperium refertur, Wehner. *d. verb.* Zent. *vers. ablatio. fol. 711.*

90 XLVIII. Salvus conductus pro executione justitiæ, sicher Geleit von und zum Rechten/ de quo *supra c. 4. n. 86.*

91 XLIX. De homagio quoque idem nonnulli tradunt, de quo *infra c. 9. n. 25. & seq.*

92 L. Idem nonnulli de collectis statuunt, de quo *infra c. 17. n. 15. seq.*

93 LI. Referunt quoque nonnulli huc magistratus creationem & depositionem, de quo *infra c. 8. n. 10.*

94 LII. Privilegiorum, contractuum & magistratuum confirmatio, de quo *supra cap. 5. numer. 218.*

95 LIII. Pondera quoque & mensuras nonnulli ad merum Imperium referunt, de quo *supra lib 1. c. 12 n. 77.*

96 LIV. Idem de appellationum receptione à nonnullis asseritur, de quo *supra c. 5. n. 182.*

97 LV. Cura tabernarum, diversoriorum, balneorum, officinarum fabrilium, &c. Vulgò Ehafftinnen/ de quibus *infra l. 5. c. 26.*

98 LVI. Jus statuendi & ordinandi, seu legum ferendarum potestas, de quo *infra cap. 10. num. 18.*

99 LVII. Ad merum Imperium refertur etiam gallinarum jurisdictionalium solutio, vulgò Rauchhüner/ Frider. Husan. *de homin. propr cap. 6. n. 64.* Wehner. *pract. observ verb.* Faßnacht-Hüner. Besold. *thes. pract. verb.* Rauchhüner. Tilem. de Benign. *observ pract. pentecost. 5. obs. 1.* Et ex dominico jure descendere, quod domini territoriorum, in signum superioritatis à subditis, die Rauchhennen/ exigere soleant, scribit Speidel. *verb.* Grund-Herr. *in fin.* Unde etiam has gallinas jurisdictionales appellari, ait Pruckman. *cons. 21. n. 83. lib. 1.* Cothman. *cons. 42. n. 33. seq. & cons. 47. n. 146. 162. & 164* easque jurisdictionis argumentum esse tradit Matth. Steph. *de jurisd. l. 1. c 37. n. 13.*

100 LVIII. Infantium expositorum alimonia & educatio, ita ut ejusmodi infantes in loco aliquo reperti, ubi alius superiorem, alius verò inferiorem jurisdictionem habet, ejus educatio ad superiorem jurisdictionem habentem pertineat, Dan. Moller. *4. semestr. c 45. n. 6. seq.* Knichen. *de investit. paction. part 2. c. 1.* Ziegler. *§. Nobiles limit. concl. n. 16.* Berlich. *pract. conclus. 1. n. 12 part. 1.* Reinking. *de regim. secul. lib 2 class 2. c. 17. num. 43.* Benedict. Carpzov. *jurisprud. civil. part. 4. constit. 4. defin. 10. & pract. crim. part. 1. quæst. 10. num. 25. & 2. Ecclesiast. defin. 196. n. 8. & defin. 244.*

LIX. Ad merum quoque Imperium refertur hominem suffocatum de aquis extrahere, 101
& qui suspensi reperiuntur, solvere, & super corpore mortuo judicium ferre, gloss. *in §. interdum. l. de hæred. quæ ab intestat.* Georg. Everhard. *vol. 1. consil. 12. num 2.* Klock. *l. consil. 10. num. 475. seq.*

LX. Eodemque refertur realis atrocis 102
injuriæ cognitio & pœna, Besold. *cons. 33. n. 35.* Secus verò est quoad injurias verbales & reales modicas, quæ ad simplicem jurisdictionem referuntur, *infra n. 135.*

Mixti Imperii vis potissima in jubendo, 103
decernendo & persequendo consistit, *l. jubere. 4. ff. de jurisdict. l. 4. § fin. ff. de offic. ejus cui mand. l. 1. & 2. ff. ex quib. caus. in possess.* Thom. Michael *de jurisd. conclus. 101* Bocer. *de jurisdict. c. 4. num. 15. seq.* Et ad id refertur I. Bonorum possessionis 104
datio, *l. Imperium 3. ff. de jurisdict l. cognitio. 4. § 1. ff. de offic. ejus cui mand.* Wesembec. *in parat. ff. de jurisdict. num. 6* Bocer. *de jurisdict. c. 3. n. 1. & d. c. 4. num. 15. vers. jubere* Thom. Michael *de jurisdict. conclus. 101. lit. g.* Hunnius *de jurisd part. 3. quæst. 4.* licet eandem simplicis jurisdictionis esse contendant Ant. Faber. *4. conject. 4* Longoval. *ad l. Imperium 3. & ibi* Govean. *n. 34. seq ff. de jurisdict.* Hotoman. *l. 7. obs. 16.*

II. Stipulationes omnes prætoriæ, *l. jube-* 105
re. 4. ff. de jurisdict. Johan. Ernest. Zorn. apud Arumæ. *d jur. publ. tom. 2. discurs. 7. de jurisd. concl. 12. num. 2.* Quales sunt rem ratam haberi, *tot. tit. ff. rem rat. hab. l. 1. & 2. l. si præses. 16 ff. de prætor. stip.* judicatum solvi, *tot. tit. ff. judic solv.* judicio sisti, *l. 1. & tot. tit. ff. si quis caut. judic. sist.* opus, quod factum est demoliri, *l. prætor ait. 20. & 3. ff. de oper. nov. nunc.* damni infecti nomine caveri, *l. prætoriæ. l. de divis. stipul. l. 5 in princ. vers. prætoriæ. ff. de V. O l. 4. §. duas & § seq. ff. de dam. infect.* & nisi caveatur, in bonorum possessionem mittere, Thom. Michael *d. concl. 101. lit. f.* Tradel. *in consil. de jurisd. apud* Besold. *part. 1. consil. 3. c. 2. n. 7.*

III. In bonorum possessionem missio, *d. l.* 106
jubere. 4. ff. de jurisd. d. l. 4. § 1. ff. de offic. ejus cui. Menoch. *adipisc poss. remed. 4. n. 406. 414. seq.* Zorn. *d. concl. 12. n. 3.* Coler. *de process. exec. part. 2. cap. 1. n. 144. seq.* Tradel. *d. n. 7.*

IV. In integrum restitutio, *l. ea, quæ. 26. §.* 107
1. ff. ad municip. l. 3. ff. de in integr. restit. Thom. Michael *d. concl. 101. in fin* Bocer. *de jurisd. c. 3. n. 8. & c. 4. n 15. vers. jubere.* Quamvis eam ad simplicem jurisdictionem referant Ant. Faber. *4. conject. 4.* Longoval. *in d. l. Imperium. part. 3. §. venio ad mixti. n. 10. 13. seq. & ibi* Ant Govean. *n. 38. seq ff. de jurisd.*

V. Tutoris datio, de qua *infra l. 5. c. 17.* 108

VI. Judicis specialis dandi licentia, *l. im-* 109
perium. 3. in fin. ff. de jurisdict. c. 4. num. 15. vers. denique. Quod tamen simplicis jurisdictionis esse contendunt, Duaren. *in d. l. Imperium in fin. ff. de jurisd.* Thom. Mich. *de jurisd. concl. 106.* Hunn. *de jurisd. part. 2. quæst. 5.* Confer. Bocer. *d. c. 3. n. 7.*

VII. Mulcta in causis ad mixtum Imperi- 110
um pertinentibus, *supra n. 81.*

VIII. Pignoris capio in causis civilibus & 111
pecuniariis, Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 1. cap. 12.*

cap. 12. n. 33. Bocer. *de jurisd. c. 4. n. 16.* Zorn. *d. conclus. 13. n. 2.*

112 IX. Corporis prehensio, sive retentio in causis civilibus, *l. sacrilegi. 9. §. fin. ad L. Jul. peculat.* Et sic carcer in causis civilibus ad mixtum Imperium refertur ob contemptam judicis jurisdictionem, *supra n. 25.*

113 X. Manuum injectio, sive arrestatio in causis civilibus, Joh. Ernest. Zorn. *d. concl. 13. n. 3.* An autem debitor alterius territorii sive jurisdictionis locum transiens una cum rebus suis à magistratu loci istius prohiberi possit, ut loco se non moveat, priusquam creditori suo satisfecerit, dubio non caret? Et hoc ipsum ob jurisdictionis defectum, negant, arg. *l. fin. ff. de jurisdict. Clem. pastoralis. vers. ut illud tanquam. de sent. & re judic.* Costal. *ad l. argentarium. 45. ff. de judic.* Gœddæ. *de sequestrat. possess. in rubr. num. 22*
114 Zorn. *d. conclus. 13. num. 3.* Et quod jus civile attinet, omnia arresta incognita & prohibita sunt, nec licet ab executione inchoare, sed debet prius creditor legitimè convinci, & deinde ad solutionem pulsari, *l. un. C. de prohib. sequestr. per l. negantes. 9. Cod. de O. & A. l. fin. Cod. de execut. jud. l. si cum nulla. 58. ff. de re judic. cap. 1. X. ut lit. pend. c. 1. in fin. X. de sequestr. Clem. un. eod. latè* Gœddæ. *de sequestr. c. 1. axiom. 2. n. 83. seq. & c. 3. axiom. 1. n. 5. seq.* Gail. *1. obs. 148. n. 1. seq.* Mynf. *5. obs. 35.* nisi debitoris transeuntis judex actori justitiam denegasset, vel debitor esset fugiti-
115 vus, Gœddæ. & Zorn. *d. ll.* Sicuti etiam hodie in terris Imperii arresta quodammodo moribus subditorum recepta videntur, ad hunc effectum, ut arrestatus tædio arrestationis affectus coram judice loci compareat, pacta conventa servet, debitum exsolvat, vel ad relaxandum arrestum in dubio cautionem judicio sisti, & judicatum solvi, præstet, Gail. *de arrest. Imp. c. 1. num. 15.* Berlich. *part. 1. concl. 50. n. 4. seq.* Confer. David Mævium *tract. de arrest. per tot.*

116 XI. Sequestratio, Zorn. *d. concl. 13. num. 4.* & sequestratione possessionis jurisdictionem probari, tradunt arg. *l. un. Cod. de probib. sequest. pec. Clem. un. d. sequestr. l. 1. §. jubet. ff. de collat. bon.* Ferrar. *in form. sequestri. vers. sapiens vir. n. 2. & 3.* Bocer. *de jurisd. c. 10. n. 10.*

117 XII. Manus, sive executio militaris, Zorn *d. l. n. 5* Tradel. *d. consil. de jurisd. c. 2. n. 7.*

118 XIII. Jus interdicendi foro & Advocatura, den Entenmayern das Advociren verbieten/ Longoval. *ad l. Imperium. part. 3. §. venio ad mixti. n. 3. ff. de juri dict.* Thom. Michael *de jurisdict. concl. 102. lit. b.* Matth. Stephan. *de jurisdict. libr. 1. cap. 12. num. 27.* Bocer. *de jurisd. c. 4. n. 16.* Item die Scher niederlegen und das Handwerck verbieten. Ubi notandum est morem & consuetudinem illam, qua aliquis de tribu vel opificibus injuria affectus, reliqui ejusdem opificii cum injuriato ulterius operari recusant, daß wann ein Meister oder Handwercks-Gesell geschmähet / andere neben ihme nicht arbeiten wollen / sondern selbigem das Handwerck niederlegen/ constitutionibus Imperialibus improbari, & injuriatum in opificii consortio ad finem usque litis admittendum, constitutum esse, Reformat. guter Policey zu Augspurg *de anno 1548. tit.* von den Handwercks-Söhnen. 37. §. dieweil in dem. *1. vers.* Es soll auch. Denais. *jur. Camer. tit. opificum pacta. 206. §. 6.*

XIV. Contumacis in bannum civile declaratio, Bart. *in l. illicitas. 6. § ult. num. 1. ff. de off. præsid.* Bocer. *d. c. 4. n. 16.* 119

XV. Sententiarum in civilibus latarum executio, *l. à Divo. 15. ff. de judic.* Chassan *in consuet. Burgund. rubr. 1. n. 97. vers. item executio.* Scip. Gentil. *de jurisd. lib. 1. c. 15.* Bender. *de revis. concl. 4. n. 145.* Rulant. *de commiss. part. 1. lib. 3. cap. 9. n. 4.* Coler. *de process. exec. part. 1. c. 5. n. 2.* Thom. Michael. *de jurisdict. conclus. 102. lit. a.* Bocer. *class. 6. disput. 36. conclus. 3.* Caspar. Klock. *1. consil. 37. num. 55. seq.* 120

XVI. Modica ob contumaciam coërcitio, sive castigatio *l. ossa. 8. §. si in locum. 2. ff. de religios.* Bart. *in l. Imperium. n. 11. & ibi* Jason. *n. 24. ff. de jurisd.* Rulant. *de commiss. part. 4. l. 2. cap. 17. n. 25.* Bocer. *d. c. 4. n. 16.* 121

XVII. Testes vilioris conditionis in civilibus causis ad veritatem dicendam compellendi & torquendi potestas, *supra n. 29.* 122

XVIII. Ad mixtum hoc Imperium spectat denegare audientiam non obtemperanti, juxta *l. sed etsi. 26. §. & adjicitur. 6. vers. sed etsi. ff. ex quib. caus. major.* Thom. Michael *d. conclus. 102. lit. f.* 123

XIX. Remediis prætoriis in jus venire, aut recusantem cogere, de qua *l. 1. §. quod ergo. 3. ff. de inspic. vent.* Michael *d. lit. f.* 124

XX. Calumniantem de possessione dejicere, juxta *l. 1. § necessario. 2 ff. si ventr. nom. mul. in poss. l. notatur. 15. seq. ff. de his, qui not. infam.* Mich. *d. lit. f.* 125

XXI. Ex usu potissimum Sueviæ ad mixtum Imperium refertur tabernarum erectio, *supra c. 5. n. 164.* 126

XXII. Nundinarum nomine pecuniæ forensis exactio, de quibus *infra l. 5. c. 23.* 127

XXIII. Chorearum concessio, *supra cap. 5. num. 161.* 128

XXIV. De ponderibus & mensuris cognitio & signorum impressio, *supra l. 1. c. 12. num. 77. & seq.* 129

XXV. Referuntur quoque ad mixtum Imperium omnes actus, in quibus Imperii magis, quàm jurisdictionis forma elucet, *l. ea quæ 26. ff. ad municipal. l. jubere. ff. de jurisd.* Zorn. *d. concl. 13. n. 10.* 130

XXVI. Cognitio excessuum sive delictorum, quæ pœnam arbitrariam concernunt, Coler. *de processib. exec. part. 2. c. 1. n. 122.* 131

XXVII. Bona vacantia, de quibus *infra cap. 15. n. 9.* 132

Simplex sive specialis jurisdictio consistit in potestate publica cognoscendi & statuendi de causis civilibus & pecuniariis, Johan Ernest. Zorn. *de jurisdict. conclus. 15.* Bocer. *de jurisdict. cap. 3. num. 2.* Et ad hanc jurisdictionem simplicem sive in specie ita dictam referuntur imprimis I. causarum civilium ac pecuniariarum cognitio, was Gülten/Schulden/Güter ligende und fahrende/ bewegliche und unbewegliche antrifft/ quæ licet de jure civili trecentos aureos excedere non debeat, *Novel. 15. cap. 3. §. fin.* 133 134

 Coler.

Coler. *de processib. exec. part.* 2. *se.* 1. *n.* 123. Besold. *consil.* 233. *n.* 131. Hodie tamen de consuetudine secus est, Daniel Moller. 4. *semestr. c.* 45. Schneidewin. *de feud. part.* 2. *n.* 88. Coler. *de process. execut. part.* 2. *c.* 1. *n.* 138. Besold. *de jurisdict. c.* 22. *& thes. pract. verb.* Unter- und Erbgericht. Reinking. *de regim. secul. l.* 2. *class.* 2. *c.* 17. *n.* 43. Berlich. *part.* 1. *conclus.* 1. *n.* 11.

135 II. Cognitio modicorum excessuum, Coler. *d. n.* 123. veluti de injuriis verbalibus ac realibus modò non sint atroces, non solùm quando civiliter earum nomine agitur, sed etiam quando mulcta exigenda venit, Zorn *d. conclus.* 15. *n.* 4. nam & modica castigatio, sive corporis etiam correctio ad hanc jurisdictionem pertinet, *l. magistratibus.* 12. *& ibi* gloss. *ff. de jurisdict. l. quidam.* 5. *Cod. de pedan. judic.* Cùm jurisdictio sine modica coërcitione nulla sit, Coler. *d. n.* 123.

136 III. Cognitio de transactione alimentorum, *l. cum hi.* 8. *in princ. &* §. *si praetor. seq. ff. de transact.* Thom. Michael *ff. de jurisdict. conclus.* 104. *lit.* C.

137 IV. Uti & de alienatione praediorum minorennium cognitio, *l. magis puto.* 5. §. *si aes.* 14. *ff. de reb. eor. qui sub tut. l.* 2. §. 1. *ff. de off. ejus cui mand.* Thom. Michael *d. l. lit. d.*

138 V. Cognitio de indulgenda creditoribus separatione bonorum, *l.* 1. §. *de his autem.* 14. *ff. de separat.* Thom. Michael *d. concl.* 104. *lit. e.*

139 VI. Nec non de consilio executivo cognitio, sive jus probandae causae manumissionis, adhibito consilio, *l.* 2 *ff. de off. ejus cui mand. l. obligari.* 9. §. 1. *ff. de author. tutor.* §. *eadem lege.* 4. *l. qui & ex quib. caus. manumit.* Thom. Michael. *d. concl.* 104. *lit. f.*

140 Atque haec quidem jurisdictionis divisio de jure Justinianeo obtinet, sed hodie omnium ferè locorum consuetudine & praxi eò res devenit, ut duae tantum censeantur esse jurisdictionis species, jurisdictio nimirum Alta, sive superior, & Bassa sive inferior, Paurmeister. *de jurisdict. l.* 1. *c.* 18. *n.* 1. *&* 8. Besold. *de jurisdict. quaest.* 21. *circa princ.* Reinking. *de regim. secul. l.* 2. *class.* 2 *c.* 17. *n.* 40. Wehner. *pract. observ. verb.* Gericht. *& verb.* Vogtey. *fol.* 666. Coler. *de process. execut. part.* 2. *c.* 1. *n.* 124. *seq.* Berlich. *part.* 1. *concl.* 1. *n.* 9. Ita ut hodiernae jurisdictionis cognitio & explicatio ex sola juris Romani peritia, Bartolive, & sequacium traditionibus fieri non possit, sed is, qui hoc tentaverit, ab asino lanam quaerere, operamque omnem & oleum perdere videatur, ut ait Besold. *de jurisd. in proëm.* & non secus faciat, atque

Cervino capiti cervicem pictor equinam
Jungere si velit.

Quod non adeò mirum, cum quoties nova Imperii facies facta, novas quoque institutas potestates & magistratus videamus, *l.* 2. § 10. *& seq. & ibi* Cujac. *ff. de orig. jur.*

141 Alta, sive superior jurisdictio, die hohe Obrigkeit/hohe Gericht/Blutban/peinliche Gericht/ tam merum, quàm mixtum Imperium continere existimatur, ita, ut qui hanc jurisdictionis speciem habet, simul & merum & mixtum Imperium habere censeatur, Besold. *de jurisd. c.* 21. *& part.* 5. *cons.* 233. *n.* 34. Wehner. *d. verb.* Gericht. *in princ.* Reinking. *d. c.* 17. *n.* 41. Obrecht. *de jurisd. c.* 3. *n.* 27. Author actor. Lindaviens. *fol.* 835. *ad fin.* Quod quidem quoad mixtum Imperium non videtur adeò esse planum, cùm etiam ad bassam, seu inferiorem jurisdictionem referantur nonnulla ex iis, quae mixti Imperii esse repugnantur, sicuti ex subsequentibus apparet. De mero autem Imperio nullum videtur esse dubium, atque ita ad altam, sive superiorem jurisdictionem pertinet potestas gladii, & omnes querelae & accusationes super quibuscunq; delictis & maleficiis, tam publicis, quàm privatis, VVehner. *d. verb.* Gericht. *vers. de jure Saxonico. in fin.* Coler. *de process. execut. part.* 2. *c.* 1. *n.* 135. Joh. Rudinger. *cent.* 2. *obs.* 60. *n.* 2. Besold. *de jurisd. c.* 21. Matth. Stephan. *de jurisd. l.* 1. *c.* 3. *n.* 75. atque ita etiam injuriae atrocis, tam verbalis, quàm realis, cognitio, quando nimirum petitio instituitur, ut injurians ex officio corporis poena afflictiva, vel pecuniaria fisco applicanda, afficiatur, Coler. *d. c.* 1. *n.* 136. Besold. *d. c.* 21. Matth. Stephan. *d. c.* 3. *n.* 76. Sicuti etiam relegatio, confinatio, damnatio in metallum, privatio libertatis, seu condemnatio ad perpetuos carceres, ad triremes, incarceratio item ad tempus ad effectum puniendi crimen aliquod, fustigatio, auricularum abscissio, impositio lapidis famosi, seu scandali, Halßeisen/ Lasterstein/ & similes coërcitiones, carcer custodiae in criminalibus, potestas torquendi, Urphedarum obligationes, absolutio & veniae delicti confessio, Begnadigung/ confiscationes bonorum, poenae, mulctae, & alii reditus criminalium causarum omnes, quae omnia ad superiorem sive altam hanc jurisdictionem refert Besold. *de jurisd. d. c.* 21. Quibus etiam reliqua omnia, quae meri Imperii esse in praecedentibus retuli, adnumeranda sunt.

In Saxonia sequentia crimina jurisdictioni superiori, sive altae adnumerantur, veluti crimen haeresis, veneficii, incantationis, sacrilegii, incestus, raptus mulierum, fractae pacis, violentiae publicae, grassationum, homicidii, incendii, proditionis, perjurii, seditionis, binorum sponsaliorum & nuptiarum eodem tempore, luxuriae contra naturam, praedationis aratrorum & molendinorum, relegationum ex provincia, civitate vel pagis, invasionis violentae alienarum aedium, furti ultra tres solidos, receptationum, violationis membrorum virilium, aut mamillarum muliebrium, consilii adversus superiores, sepulchri violati, injuriarum atrocium, quatenus personis privilegiatis fiunt, & criminaliter poenam fisco applicandam intentantur, plagii, criminis falsi cujuscunque, item stellionatus, & eorum, qui unam rem duobus vendunt, aut oppignorant, revelationis secretorum in injuriam alterius, finantiarum, & venalium decretorum, pacis domesticae, item murorum violationis, vel fractionis, gladiorum, cum quibus alicui inferuntur vulnera, terminorum motorum, novorum vectigalium, piscinarum laesiones, famosorum libellorum, maleficiorum, vulnerum, item deformitatum, quae faciei alicujus inferuntur, transfossionum, ictuum, contusionum, 142

num, ex quibus periculum vitæ fluit, maximè si illa fiant in strata, sive foro publico, membrorum mutilationis & abscissionis, usque ad vulnera qualiacunque inclusivè, Coler. *de process. sib. execut. part. 2. c. 1. num. 137.* Wehner. *verb.* Zent. *fol. 706 seq.* Berlich. *part. 1. concl. 1. n. 10.*

143 Bassa seu inferior jurisdictio, die Nieder- oder Untergerichtliche/ item Erbgerichtliche / Vogteyliche Obrigkeit/ complectitur non solum ea, quæ vulgò ad simplicem jurisdictionem referuntur, sed etiam nonnulla ex iis, quæ mixto Imperio adscribuntur, Besold. *de jurisdict. cap. 21.* Reink. *de regim. secul. lib. 2. class. 2. c. 17. n. 42.* Et sæpè usu venire solet, ut in loco aliquo hæc bassæ jurisdictionis species uni alicui, è contra merum Imperium, uti & jurisdictio territorialis, alteri Imperii statui competat, quo casu, cum scilicet alius Status Imperii eo loci territoriale Imperium sibi asserit, alius verò inferiorem saltem habet jurisdictionem, licet bassa hæc jurisdictio parum dignitatis & proprietatis habere videatur. Besold. *d. c. 21. in princ.*

144 Ad bassam sive inferiorem hanc jurisdictionem pertinet I. causarum civilium & pecuniariarum cognitio, ut sunt nomina debitorum, reditus, damna, pignorationes, bona alia, sive mobilia, sive immobilia, etiamsi trecentos aureos excedant, *supra n. 133.*

145 II. Cognitio de criminibus levioribus, non solum quando eorum nomine civiliter agi solet, sed etiam quando mulcta aliqua exigenda venit, utpotè de crimine furti ultra tres solidos, vetitarum mercium & armorum distractionis, vetitorum ludorum, judicialium contumaciarum, impudicorum gestuum, injuriarum non atrocium, ictuum, contusionum, pulsationum, vellicationum crinium, & similium, vulgò kleine Frevel und Bruch/ als wann einer den andern räufft/ stößt/ schlägt braun oder blau / Messer zucket/ Blutrüstig machet / doch ohne Fleisch oder Kampffer-Wunden/ ꝛc. Coler. *d. l. n. 138.* Besold. *d. cap. 21.*

146 III. Captura & incarceratio in causis pecuniariis *supra n. 25.*

147 IV. Possunt etiam inferioris jurisdictionis domini, die Vogts-Herren/ prætores, aliosque magistratus, Schultheissen / und andere Beampten/ ordinare, quibus inferior illa jurisdictio expediatur, & quibus ejusdem exercitium committatur, Besold. *de jurisdict. d. c. 22.* Knich. *de vestit. pact. part 2. c. 1. n. 109.*

148 V. Ad bassam hanc sive inferiorem jurisdictionem refertur quoque compotationum & ludorum inhibitio, das Gebott / daß man einen Tag nicht mehr als eine Zech thun/ und ein jeder Wirth unter der Predigt kein Morgensuppen geben / und ein jeder der Allmosen nimbt / in kein Wirthshauß in die Zech gehen / daß auch niemand einig Spiehl über 1. oder 2. Pfenning thun möge/ sicuti in Camera 7. Maji anno 1544. pronunciatum refert ex Sailer. *fol. 366.* Wehner. *verb.* Vogtey. *vers. quo loco fol. 666.*

149 VI. Juramentum quoque exigere possunt domini inferioris jurisdictionis, Erb- oder Lehen-pflicht/ de quo *infra c. 9. n. 25. seq.*

150 In Franconia, Palatinatu, & aliis in locis vicinis jurisdictio dividitur in Centam, sive Centenam & Vogteicam, Reink. *de regim. secul. lib. 2. class. 2. c. 17. n. 47.* Centa, sive Centena juris- 151
dictio est noxarum sive delictorum præsertim Capitalium animadversio & coërcitio, Knich. *de super. territ. c. 4. n. 70.* Wehner. *d. verb.* Zent *fol. 700.* Reink. *d. l. n. 48.* & nihil aliud esse videtur, quàm jurisdictio alta, sive superior & criminalis, VVehner. *d. l.* Unde etiam vulgò dicitur Zent/ Zentbarkeit/ Malefitz-Recht/ *supra num. 17.*
Licet enim olim Franconiæ Regum tempore 152
Regiones in certa mallobergia & Centenas, sive certas præfecturas, in gewisse Aempter und zusammengeschlagene Dorffschafften / welche deß Cent-Graffen Jurisdiction unterworffen gewesen / distributæ, & unicuique civitati Comes præsideret, veluti Advocatum agens, Beat. Rhenan. *rer. German. lib. 2. fol. 88.* Comites autem ipsi ubique præesse non possent, ex plebe constituebant centenos Comites, sive Grafiones, seu judices, certis assignatis pagis & villis, qui cuilibet Centenario in omnibus subjiciebantur causis & qui ita Centenæ præficiebantur, Centgravii & Vice-Comites dicti fuerunt, Knich. *d. cap. 4. n. 88. seq. & n. 102 & 110.* & hujusmodi judices 153
centeni minores tantum causas dijudicabant, majores verò & criminales causas Gograviis dijudicandas relinquebant, juxta leges Francorum ab Ansegito collectas, *lib. 4. cap. 23.* Besold. *de Comitib. Imper. n. 7. ad fin.* Hodie tamen Centena non civiles, sed criminales causas concernit, Knichen. *de jur. territ. c. 4. n. 37. 187 seq.* Besold. *d. n. 7. in fin.* VVehner. *d. verb.* Zent. Author *actor. Lindaviens. fol. 550.* ubi addit vocabulum Zent à Zehendt dici, & verbum Zehendt / sive im Zehenden gelegen / non tantum pro decimis, oder für zehendtbar / sed etiam pro territorio, vel districtu minore pagi vel oppidi usurpari, Besold. *thes. pract. verb.* zehendt *& verb.* zentbarliche Obrigkeit. Dominus cui jurisdictio hæc com- 154
petit, dicitur Cent-Herr/ Fraiß-Herr/ Knich. *de super. territ. c. 4. n. 71.* Casus ad Zent pertinentes dicuntur zentbare Fälle. Personæ ad eandem pertinentes, zentbare Unterthanen/ & bona sub ea sita, zentbare Güter / Zenthöffe. Judicium, Zentgericht/ Malefitz-Recht. Judex, sive Præses, Zentgraffe/ Austriacis Panrichter/ Adsessores sive Scabini, Schöpffen/ Blutschöpffen/ Zentbesitzere/ VVehner. *d. verb.* Zent. *fol. 700.*

Circa distinctionem, restrictionem atque extensionem der Zentbarlichen Gerechtigkeit/ mirè variant Pragmatici, imprimis Camerales, teste Petr. Leipold apud Arumæ. *tom. 1. discurs. 24. concl. 4.* Besold. *d. verb* Zentbarliche Obrigkeit. Potissimum autem dividitur in universalem & particularem. Universalis & omnigena, sämbt- 155
liche und allgemeine Zent est, cùm quis habet omnium omninò etiam leviorum delictorum animadversionem & coërcitionem indistinctam, zu Dorff/ Strassen/ und Felden/ so weit sich der Zehendtbare Grund und Boden erstrecket/ Knichen. *de jur. territ. c. 4. n. 237.* VVehner. *d. verb.* Zent. *fol. 701.* ubi dicit talem à Carolo Magno accepisse Episcopum Herbipolensem, & inde versiculum illum vulgatum:

Herbipolis sola judicat ense stola. Et ad hanc universalem Centenam pertinent, quæ ad criminalem jurisdictionem spectant, Knichen. *de jur. territ. c. 4. n. 269.* Wehner. *d. verb.* Zent. *vers. pertinent. fol. 701. & vers. suntque actus. fol. 706.* ubi casus ad eandem pertinentes refert, & sunt fere illi, quos retuli *supr. n. 142.* reliqua videri possunt apud Wehner. *d. verb.* Zent. *per tot.* Leipold. *d. concl. 4.* Besold. *d. verb.*
156 Zentbarliche Obrigkeit. Particularis, sive specialis & limitata Zent est, cùm quis in alieno territorio certorum criminum coërcitionem, pacto, consuetudine, vel præscriptione quæsitam habet, Wehner. *d. verb.* Zent. *vers. specialis. fol. 701.* & plerumque quatuor grandiora delicta sibi vindicat, die vier hohe Wände / vier Haupt-ruegen / als Nachtmordt / beweister Diebstahl / Nohtzwang und Brandt / Wehner. *d. vers. specialis.* Et hæc dicitur Fraißzent. Petr. Leipold. *d. l. conclus. 5. vers. idque ideò.* Unde etiam fit, ut quis habeat merum Imperium in aliquo loco, die hohe Malefitzische Obrigkeit / alter verò ibidem jurisdictionem Centenam, atque ita eo loco distinguatur inter merum Imperium & Centenam, & hoc casu Centena, sive das Zentgericht / restringatur ad certos casus, auff die vier Haupt-ruegen / oder die vier hohe Wände / Brandt / Mordt / Raub und Diebstahl / reliqua verò delicta ad ordinarium loci dominum, criminalem jurisdictionem habentem pertineant, Gyland. *decis. Camer. 51. num. 35. l. 1.* VVehner. *d. verb.* Zent. *vers. atque hinc. fol. 703.* Vulgò enim ex consuetudine recepta & usu, Centenam quadrupliciter considerari dicunt, sämbtliche und allgemeine Zent / Fraißzent / hohe Zent / Mittel- und Nieder-Zent / post Petr. Leipold. *d. conclus. 4.* Besold. *d. verb.* Zentbarliche Obrigkeit. Sämbtliche Zent nihil aliud est quàm universalis illa, *de qua num. 155.* & hæc licet ab omnimoda jurisdictione & jure territoriali diversa sit, & non tam latè pateat, quoad causas tamen criminales juri territorii regulariter connexa esse intelligitur, confer. Petr. Leipold. *d. concl. 4*
157 Fraißzent consistit tantum in den vier hohen Ru-
158 gen / de quibus *num. 156.* hohe Zent connexa cum Obervogtey / & plerumque den niedern Ständen von Graffen und Herren in Stifftern / qui dicuntur Landherren / ad quos pertinent jura territorialia, competere dicitur, Leipold. *d. l. conclus. 6. & de concurrent. jurisd. equest.* ubi hic refert Zentpflicht / Zentschöpffen haben / und die Gericht besetzen helffen / Rug mercklicher und hoher Frevel / Bussen / deren Straff / die Zent-schützen / deren Folge / Rein / Stein / solche heben / schweren / Schmachwort / Blutrunst / Henckergelt / gemeine Anlagen und Zentkosten / so auff die Gericht gehen / Ehebruch / quæ regulariter non accensentur unter die Hauptrugen / falscher Eyd / Maß / Gewicht / sambt andern Fraißfällen / auß den benambten 3. oder 4. hohen Rugen / so an Haut und Haar / Leib und Leben / Halß und Hand / Ehr und Leumuth gehen / und dergleichen / quæ habet die hohe Zent / aliquando nudè, aliquando una cum Ober- und Nieder-
159 Vogtey. Mittel- und Nieder-Zent / nihil aliud est, quàm immediata Imperii Vogteia, secundum Leipold. *d. l. concl. 7.*
160 Est quoq; alia jurisdictio Vogteica, Vogtgericht. Quod vocabulum Vogteia, sive Vogtey / valde ambiguum & specialem significationem vix admittit, sed ex materia subjecta, usuque regionis ejus significatio eruenda venit, Gylman. *decis. 2. numer. 154. lib. 1.* Mynsing. *decad. 13. respons. 3. num. 9. 11. 110. & 125.* VVehner. *verb.* Vogtey. *vers. est igitur* Vogtey. *fol. 653.* Reinking. *de regim. secul. lib. 2. class. 2. cap. 17. num. 54.* & patet ex iis, quæ latè tradit Mager. *de advocat. cap. 2. num. 204. seq.* Knichen. *de jur. territ. c. 4. num. 369. seq.* VVehner. *d. verb.* Vogtey. *per tot.* ubi *vers.* diese bißhero. *fol. 655.* subjungit, daß das Wort Vogtey zweiffelhafftig und ambiguum sey / & pro diversitate locorum varire / auch keine specialem significationem habe / oder etwas gewisses importire / sondern müßte nach Gelegenheit und Gebrauch / oder Gewonheit deß Lands / der Herren / der Stätt / die es gebrauchen / interpretiret / außgeleget und accommodiret werden / wie dann auch das Wort judicium, in den gemeinen Rechten / und bey derselben Lehrern gleicher Gestalt viel und allerhand significata habe / und secundum subjectam materiam verstanden werde / juxta Hostiens. *in summa.* & Abbat. *in rubr. de judic.* Aliquando enim accipitur pro omnigena jurisdictione domino loci competente, cui varia jura insunt & adhærent, alle Herrschafft / so einer an einem Orth hat / Knich. *d. cap. 4. num. 409.* Mager. *d. l. num. 207.* VVehner. *d. verb.* Vogtey. *vers.* was aber das. *fol. 655.* ubi ait; was aber eigentlich Vogtey seye / wurd offt gezweiffelt / aber in gemein für die hohe Gericht verstanden / sonderlich über Halß und Haut. Atque ita ut jurisdictio genericè accepta, ita & Vogteia merum & mixtum Imperium complectitur, Mager. *de advoc. c. 2. num. 208.* Mynsing. *decad. 13. resp. 3. num. 9. 11. & 110.* Quo significatu dicuntur Reichs- 161
vogt / per quos Imperatores in Civitatibus Imperialibus jurisdictionem & Imperium primitus exercere solebant, secundum Stumpff. *Chron. Helvet. lib. 6. cap. 14.* de quibus *infra libr. 5. cap. 3.* Eodemque sensu Imperator dicitur Præfectus Romanus, Römischer Vogt / Mager. *d. c. 2. num. 223.* Et illi, qui in municipiis pro emendatione delictorum mulctas, Frevel und Bussen recipiunt, dicuntur Unter-Vogt / Mager. *d. cap. 2. num. 212.*

Hinc quoque Vogteiam esse, quæ districtum 162
cum jurisdictione continet, docent Knich. *d. c. 4. n. 98. seq. & n. 340.* Reichwin. *in formul. part. 1. rubr. de pacific. Relig. vot. 7. num. 19.* Besold. *in consil. tract. de jurisd. annex. fol. 95. & consil. 238. n. 41.* Author actor. Lindaviens. *fol. 829. seq.* Martin. Uran. *tom. 4. consil. 53. n. 12.* ubi scribit, daß die gemeine Verständnüß in dem Land Schwaben also stehe / daß bey dem Wort Vogtey verstanden werde / die Obrigkeit deß Gerichtszwangs über Gottshäusig / oder andere Leuth / Güter und Personen / alsdann die solche Obrigkeit haben / Vogtherren genennt werden / Mynsinger. *decad. 13. resp. 3. n. 9.* ubi attestatur, Es gebe die gemeine Arth zu reden in der Sächsischen Sprach / daß das Wörtlein Vogtey bedeute alle Herrschafft / die einer hat an einem Orth / per Compilatorem Registri der alten Sächsischen Wörter / *in verbo* Vogtey. *& numer. 11. ibi:* So folget / daß / wo das Wort Vogt-gericht und Gerechtigkeit / allein stehet / nicht

nicht simplex jurisdictio, sondern omnimoda, videlicet merum mixtumque Imperium & simplex jurisdictio müsse verstanden werden / Bart. *in l. Imperium ff. de jurisdict.* Ferrar. *in sua pract. in form. Libel. actio confess. verb. plenam & omnimodam. num. 2.* Oldrad. *cons. 252.* & Johan Andre. *in spec. tit. de jurisd. omn. jud.* Klock. *1. cons. 10. num. 11.* Mynsing. *d. l. num. 12.* ubi addit communem usum loquendi corroborare hanc interpretationem, da man gemeiniglich einen Vogt in der Statt / für einen solchen Richter achtet / qui non tantum de causis civilibus, sed etiam criminalibus cognoscere, jusque confiscandi, occupandi bona vacantia exercere solet, quæ consuetudo ejusmodi judicis Imperium hactenus pro plena & omnimoda jurisdictione interpretata sit, idque sufficere, etiam si non reperiatur scripta, juxta
163 Bart. *in l. de quibus. ff. de legib.* Cùm enim de interpretatione alicujus vocabuli quæritur, inspiciendum erit, quomodò civitas retro in casibus emergentibus eo usa fuerit: cùm optima sit interpres consuetudo & usus, *l. si de interpretatione ff. de legib.*

164 Porrò vocabulum Vogtey aliquando idem est, quod districtus cum jurisdictione civili, cõpetens, & sic quandoque sumitur pro omnigena jurisdictione civili, loci domino competente, excepta Centena sive criminali, Knichen. *de jur. territ. c. 4. n. 409. & 123.* atque hæc est vel
165 superior, vel inferior. Superior die Obervogtey / est, cùm Princeps vel alii etiam plures habent quandam præfecturam sive dynastiam lege feudali vel territorii jure concessam, mit aller Landsfürstl. und hohen Obrigkeit und Ober-Bottmässigkeit / Knichen. *de jur. territ. cap. 4. num. 408. seq.* Quo casu Vogtey territorium, Grundt und Boden / cum omni causa & Regalibus denotare & pro universali jurisdictione civili, domino loci, dem Vogtherren / competere sumi, excepta Centena, & quæ ad eam pertinet dicit Wehner. *d. verb.* Vogtey. *vers. superior seq. fol. 656.* Knichen. *d. num. 123.* & in paucis à superioritate territoriali, Lands-Obrigkeit / distat, sed cum ea in plerisque coincidit, Leipold. *d. l. quæst. 6.* Georg. Andr. Majer. *de jurisdict. sect. 2. membr. 5. posit. 2. lit. e.* Inferior, die Undervogtey / est, quæ non Prin- 166
cipatus, vel territorii jure confertur, sed superioritate & Imperio semper salvo competit, Wehner. *d. verb.* Vogtey. *vers. inferior. fol. 658.* Et hæc jurisdictionem bassam, seu inferiorem respicit, Reinking. *de regim. sec. lib. 2. class. 2. cap. 17. num. 54.* Georg. Andr. Majer. *d. posit. 2. lit. f.*

Ad Vogteicam jurisdictionem quænam 167
spectent, difficile est enumerare, cum pro diversitate locorum, consuetudinis pacti, præscriptionis alibi aliter observetur, ita ut in uno loco ad Zent pertinentia, in alio der Vogtey adhæreant, & vice versa, & sic cujusque regionis consuetudo, praxis & observantia imprimis attendenda veniat, Wehner. *d. verb.* Vogtey. *vers. ex jam dictis. fol. 659.* ubi, & aliquot pagellis sequentibus ea, quæ in Franconia ad Vogteiam pertineant, latè enumerat.

CAPUT VII.

De Iure venandi & pascendi.

Summaria.

1. Ius venandi omnibus omni jure concessum.
2. Etiam jure gentium.
3. Hodie secus, & Principes aliique Status id ad sese transtulerunt.
4. Ius venandi juri territoriali adscribitur.
5. Etiam de jure divino.
6. Venatio dicitur servitus jurisdictionis.
7. Et inter commoda jurisdictionis refertur.
8. Nonnulli jus venandi regalibus annumerant.
9. Alii servitutem realem esse sentiunt.
10. Alii servitutibus, sive juribus personalibus.
11. Nonnulli pactis personalibus adscribunt.
12. Sunt qui jurisdictionalem servitutem esse volunt.
13. Rectius alii jus separatum esse dicunt, quod per se subsistat, ut alia jura magnatibus vel etiam privatis competentia.
14. Quandoque pro servitute prædiali haberi videtur.
15. Quatenus tanquam ususfructus vel servitus personalis.
16. Quatenus pro jure regali.
17. Ius venandi etiam in alieno territorio adquiri solet & quatenus.
18. Vti & præscriptione.
19. Nec non conventione.
20. Libera venandi potestas, Freye Bürsch *alicubi adhucdum viget.*
21. Iuris venandi species sunt, venatio propriè sic dicta, piscatio & aucupium.
22. Vocabulum Waidwerck *generale est.*
23. Venatio in specie dicta quid?
24. Et quotuplex?
25. Major, alta sive superior quid sit?
26. Minor & inferior quid?
27. Caprearum venatio quorsum spectet.
28. Distingui solet inter hochroht Wildprett / *&* nider Wildprett / hochschwartz Wildtprett / *&* niderschwartz Wildprett.
29. Consuetudo regionis attendenda.
30. A jure venandi ad jus piscandi argumentari licet.
31. De jure naturali jus piscandi cuilibet licitum.
32. Hodie privatis ademptum.

33. Aucupium venationis species est, & hodie privatis interdictum, & n. 34.
35. Liber esse debet der Lerchenstrich.
36. Aucupium aliud majus, aliud minus.
37. Plerumq; sub banno ferino inferiore continetur.
38. Forestum unde dicatur?
39. Ius foresti quid?
40. Ius foresti differt à banno venatorio, sive jure venandi & quatenus?
41. Distincta officia sunt deß Forstmeisters & deß Jägermeisters.
42. Ius foresti non est species jurisdictionis, nec Imperium importat.
43. A jure foresti malè ad merum Imperium infertur.
44. Ad jus foresti pertinet mandatorum forestalium ordinatio.
45. Coërcitio eorum, qui mandata illa transgrediuntur.
46. Saltuariorum constitutio & destitutio.
47. Pro saltuariis ædificiorum constructio.
48. Ab exercitio venationis prohibitio.
49. Prohibitio ne arbores extirpentur.
50. Maximè frugiferæ.
51. Ne sylvis noviter cæsis damnum inferatur.
52. Ne capræ, oves & similia animalia in sylvas immittantur.
53. Conclusio sylvarum.
54. Dominus foresti ex sylva aliena ligna ad cingendum cædere nequit.
55. Jagen non importat hagen.
56. Prohibitio & permissio juris pasculandi, & sues tempore glandium immittendi.
57. Ius glandis legendæ ad quem pertineat?
58. Ad jus foresti referri solent arbores vento vel ætate lapsæ.
59. Ius ligna arida separandi.
60. Ius graminis defalcandi.
61. Apes feræ.
62. Avena forestalis.
63. Prohibitio palorum acutorum.
64. Et bombardarum.
65. Mandare ut canibus fustes accingantur.
66. Erectio lapidum terminalium.
67. Castratio equorum.
68. Biber- und Otterfang.
69. Gallinæ sylvestres.
70. Iuri foresti plerumque adhærere solet potestas venandi.
71. Pertinere quoque huc solent operæ venatoriæ.
72. In jure venandi & forestali consuetudo attendenda, & tantum præscriptum quantum possessum.
73. Ius pascendi & pascua ad universitatem pertinent.
74. A pascuis ad jurisdictionem & vice versa non arguitur, & n. 76.
75. Dominus quoque territorii cum universitate pascuis pro eorum qualitate uti potest.
76. A jurisdictione ad proprietatem non valet argumentum.
77. Dominus universitatis pascua communia ad culturam redigere non valet.
78. Sicuti nec fundi domino id licet, nisi certis casibus.
79. An servitus pascendi omni tempore competat zugeschloßnen Feldern?
80. Ius pascendi in alieno territorio præscriptione adquiritur.
81. Pecora morbosa in alieno nemo pascere potest.
82. Qui alicui jus pascendi concessit, ipse quoq; eo uti potest.
83. Iure pascendi concesso cum omnis generis pecore uti valet.
84. Certo numero pecorum in alieno fundo usus legitimo tempore, plura adhibere non potest.
85. Idem quoad certum genus.
86. Qui in pluribus locis vel pagis ex uno ovili jus pascendi habet, non potest in alio loco novum ovile extruere.
87. Quatenus jus pascendi inter plures dividi possit, & n. 88. 89.
90. Consuetudo cujusq; loci attendenda.
91. Nonnullis in locis quis majorem numerum pecorum pascere non debet, quàm propriis pabulis per hyemem alere valet.
92. Loci dominus non potest jus novi ovilis instituere, nisi ex antiqua consuetudine id habeat.
93. Si dominus recepta singulis annis uniformi præstatione à vicinis pro pastura, pro se opus habeat pascuis, ipse vicinis præfertur.
94. Sunt prædia nonnulla, in quibus nullo tempore pascere licet, beschlossene Güter.
95. Sunt quædam in quibus certo tantum tempore pascere licitum.
96. Si quis in sylva aliena jus venandi habeat, dominus proprietatis in præjudicium juris venandi, grandes arbores una vice excidere nequit.
97. Nemo servitutem legitimè adquisitam deteriorem facere potest.
98. Multò minus tota sylva extirpari potest.
99. Ubi nonnulli dissentiunt, alii distinguunt.
100. Nemo in possessione turbandus.
101. Et quando secus?
102. Mandata sine clausula contra extirpatores in Camera impetrari possunt, cujus exempla referuntur.

103. Si eradicatio inſcio venandi domino facta, quomodo ipſi conſulatur? & n. 104. 105.
106. Dominus proprietatis ſylvæ in qua alius jus venandi habet, arbores ex ea ſylva cadere tam ad proprium, quam ad vendendum poteſt, modo id fiat moderatè.
107. Et jus ſylvaticum das Waldrecht *obſervetur, & quodnam tale?*
108. Qui jus lignandi ad comburendum in aliena ſylva habet, arbores ſanas & ad ædificationẽ aptas non, ſed tantum cremia & ſurculos aridos cadere poteſt.
109. Quid ſi habeat jus utendi lignis ad focum & ædificium.
110. Veteribus magna cura ſylvarum fuit, eique apud Romanos Conſules præfuerunt.
111. Et apud Venetos ſylvarum cura peculiari magiſtratui demandatur.
112. Hodie apud Principes & civitates peculiares perſonæ ad id ordinantur, Forſtmeiſter/Waldvögt/Waldſchützẽ/Forſtknecht.
113. Tria mundo defutura dixit Melanchton.

Civitates Imperiales in territoriis, ditionibus & diſtrictibus ſuis habent quoq; jus venandi & jurisdictionem
1 foreſtalem. Quamvis enim jus venandi omnibus hominibus conceſſum, & venatio ferarum omnibus fuerit licita, non ſolum de jure divino, *Geneſ. 1. verſ. 26. 28. & 30. & cap. 9. v. 2. Levit. 17. v. 13. Pſ. 8. v. 8. & 9. 1. Corinth. 15. v. 27.* ſed etiam naturali, gentium, *§. feræ igitur. 12. l. de rer. diviſ. l. 1. 2. & 3. in princ. l. quod in litore. 14. in princ. ff. de adquir. rer. dom. l. 1. ff. de adquir. poſſ. c. jus naturale. Diſt. 1.* & civili, nam & hoc jure omnibus licitum & liberum eſſe, non tantum in proprio, ſed & alieno fundo, ante prohibitionem, quælibet animalia venari ac capere, pateſcit ex *d. §. feræ. d. l. 1. 2. & 3. ff. de adquir. rer. dom. l. injuriarum. 13. §. fin. ff. de injur. l. Divus Pius. ff. de ſervit. ruſt. præd.* Atque hoc jure genti-
2 um non modò Indi & Tartari, Johan. Bohem. *de morib. gent. lib. 2. cap. 9.* Perſæ, Xenophon. *libr. 1. Cyropæd.* Græci, Xenophon. *libr. de venat.* aliique populi, ſed & ipſi Germani diu fuerunt uſi, de quibus Cæſar *lib. 6.* Vita, inquit, Germanorum omnibus in venationibus, atque in ſtudiis rei militaris conſumitur. Hodie tamen ſecus eſt, & Principes, Duces, Comites, Barones, Nobiles, Civitates Imperiales, aliique ſuperiores & territoriorum domini jus venandi ad ſe tranſtulerunt, & privatis maximè ignobilibus etiam in propriis ſuis fundis ademerunt, ſicuti primitus factum fuiſſe ab Imper. Friderico I. cujus conſtitutio extat *2. feudor. tit. 27. §. ſi quis ruſticus. 5. verſ. nemo tamen retia.* Six-
3 tin. *de regal. lib. 2. cap. 18. numer. 40.* Idque jure factum fuiſſe pluribus rationibus & fundamentis docent, Zoanet. *de duplic. venat. numer. 42. ſeq. & in l. 2. Cod. de pact. inter empt. numer. 145. ſeq.* Fachinæ. *1. contr. 1.* Covarruv. *in c. peccatum. part. 2. § 8. de R. I. in 6.* Seb. Medic. *de venat. part. 1. q. 5.* Georg. Mohr. *de jur. venand. part. 1. cap. 2. numer. 23 ſeq.* Speckhan. *cent. 1. quæſt. 97.* Dn. affinis Cluten. *diatrib. novo-Juſtin. 17. quæſt. 3.* Vultei. *ad §. feræ. 12. num. 10. & ibi* Gilken. *numer. 27. ſeq.* Harpprecht. *num. 89. ſeq. l. de rer. diviſ.* Bocer. *de regal. c. 1. numer. 52. ſeq.* Newhan. *apud* Arumæ. *tom. 3. diſcurſ. 19. de jur. venand. concluſ. 48. ſeq.* Conrad. ab Einſidel. *de regal. cap. 3. concl. 358.* Kylling. *diſp. de jur. venand. concluſ 4. lit c.* Bened. Carpzov. *pract. crim. part. 2. q. 84. n. 6. ſeq.* Vide Limn. *Notit. Franc lib. 2. c. 12. q. 1 pag. 697 ſeqq.* Klock. *vol. 1. conſ. 29. n. 116. ſqq. & n. 483. usq; 505.*

Competit autem hoc jus venandi & jurisdi-
ctio foreſtalis Civitatibus Imperialibus ac ali- 4
is Imperii Statibus, jure territorii, cui jus venandi & jurisdictio foreſtalis adnumeratur, Pruckman. *de regal. § venatio.* Heig. *part. 1. quæſt. 15* Matth. Steph. *d. jurisd. lib. 2. part. 1. cap. 7. n. 443. ſeq.* Bidembach, *nobil. quæſt. 15.* Sixtin. *de regal. 2. cap. 18. n. 45.* Arniſæ. *de jur. majeſt. 3. cap. 4. n. 19* Modeſt Piſtor. *2 conſ 14. n. 13.* Decian *conſ. 22. n. 22. vol. 4.* Maſcard *de probat. concl. 1196. n. 34.* Thom. Michael *de jurisd. concl. 51. lit. a* Mingius *de ſuper. territ. concl. 72. & 78.* Bocer. *de jur. dom. & vaſall. libr. 2. cap. 2. n. 99. ſeq.* Klock. *1. conſ. 29. n. 59. ſeq.* Meichſn. *tom. 3. deciſ. 33. n. 6. ſeq.* ubi ait, quod naturalis ratio, & jus ipſum dictitent, ut qui territorium & jurisdictionem habet, is quoq; venandi jus & facultatem habeat, arg. *§. feræ. 12. verſ. planè. & ibi* Joh. Faber. *n. 6 ſeq.* Schneidewin. *n. 23 ſeq. I. de rer. diviſ.* ſi enim domini terrarum poſſunt prohibere alios, ne ſua territoria venandi cauſa ingrediantur, *d. § feræ. 12. verſ. planè. I. de rer. diviſ. l. 3. § 1. ff. de adquir. rer. dom.* Jacob. de S. Georg. *de feud verb. & cum venationibus n. 1. & 2.* Schurff. *conſ. 1. n. 13. cent. 3.* Guid. Pap. *deciſ. 218. n. 1.* Sixtin. *de regal. lib. 2. cap. 18. n 23.* Quid igitur obſtaret, quo minus ipſimet territoriorũ domini in locis ſuæ jurisdictioni ſubjectis, venationes pro libitu exercere queant, cùm titulum jurisdictionis &
dominii pro ſe habeant, Meichſn. *d. l. n. 7.* & de 5
jure quoq; divino ejus ſint feræ beſtiæ, cujus eſt territorium, *Jeremiæ. cap. 27. v. 6. & cap. 28. v. 14. Daniel. 2. v. 38.* Dn. Cluten. *lib. 1. diatrib. novo-Juſtin. 17. quæſt. 3. in princ.* Matth. Stephan *de jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 27 num. 444.* & venatio-
nem ſervitutem jurisdictionis, ſeu jurisdictio- 6
nem appellat Zoannet. *in l. 2. n. 206. Cod. de pact. inter empt.* Sebaſt. Medic. *de venat quæſt. 2. part. 2. n. 4. ſeq.* ubi ſubjungit, venationẽ cohærere jurisdictioni, ita, ut ſi quis privetur alicuj[9] territorii mero & mixto Imperio cum jurisdictione, quam habet, ſimul jus venandi amittat & ſub omnimoda jurisdictione, jus venandi venire, oſtendit Zaſ. *conſil. 6 vol. 2.* Cacher. *deciſ. 45. n. 12.* Et de conſuetudine Germaniæ jus foreſtæ & merum Imperium quod altam jurisdictionem appellant, ita eſſe connexa & inſeparabilia, ut apud quem unum eorum reſideat, apud eum quoque ſit alterum, teſtatur, Martin. Uran. *conſ. 32. num. 104. vol. 2.* Henning. Gœden. *conſ. 76. num. 11.* ac inſpecta Germaniæ conſuetudine & diſpoſitione *d. §. nemo retia. de pac. tenend.* eſſe ferè, ut venatio in dubio Imperio aut jurisdictioni, aut regalibus cohæreat, ſcribit *Roſen*thal.

thal. *de feud. cap. 5. concl. 24. num. 3. & conclus. 94. num 8* eodemque intuitu venationem hodie inter comoda & fructus jurisdictionis referri, scribit Knich. *de jur. territ. cap. 4. n. 94. & de Saxon. non prov. c. 5. rubr.* Walde/ Wildbann/ Jagten. Klock. *v. 1. consl. 29. n. 59.*

8 Sunt etiam, qui jus venandi Regalibus adnumerandum esse contendunt Sebast. Medic. *tract. de venat. part. 1. quæst. 27.* Petr. Frider. Mindan. *de process. libr. 2. capit. 36. num. 23.* Knichen. *de Sax. non prov. verb. Ducum. cap. 5. num. 197. & de vestit. pact. part. 2. cap. 2. num. 41.* Pruckman. §. *venatio. capit. 1. num. 5.* Heig. *quæst. 15. numer. 44. seq.* Mynsing. *decad. 11. resp. 1. numer. 96.* Thom. Michael. *de jurisdict. conclus. 51. lit. a.* Sixtin. *de regal. libr. 2. cap. 18. n. 46. seq.* Rulant. *de commiss. part. 4. lib 2 cap. 8. numer. 3.* Matth Stephan. *de jurisdict. libr. 2. part. 1. capit. 7. numer. 443. seq.* Newhan. *apud* Arumæ. *vol. 3. discurs. 19. de jur. venand. concl. 87. seq.* Carpzov *pract. crim part. 2. q. 84. n. 23.* A quibus tamen non sine ratione dissentiunt, eosdemque refellunt, Tiraquel. *de nobil. capit. 37. numer. 150.* Weiembec. *in parat. ff. de adquir. rer. dom. numer. 7. circa fin.* Vultei. *1. feud. capit. 5. num. 7.* Dn. Cluten *diatrib. novo-Justin. 17. quæst. 10.* Harpprecht. *ad* §. *feræ. 1. num. 142 seq. I. de rer. divis.* Bocer. *de regal. cap. 1. num. 30. seq. & de jur. dom. & vas. libr. 2. capit. 2. num. 47. seq & class. 5. disp. 3. conclus. 24.*

9 Alii jus hoc venandi servitutem realem esse sentiunt, Gail. *2. observ. 66. num. 1. & 2.* Schurff. *cent. 3. cons. 1. numer. 42.* Hartm. Hartman. *pract. obs. lib. 2. cap. 4.* Modest. Pistor. *cons. 14. numer. 29. vol. 2.* Georg. Mohr. *de jur. venand. part. 2. cap. 3. n. 4. seq* Newhan. *de jur. venand. concl. 84. seq.* Quod negant & refellunt Zoanet. *ad l. 2. n. 193. Cod. de pact. inter empt.* Pruckman. *d.* §. *venatio. capit. 2. num. 4. seq.* Bocer. *de jur. dom. libr. 2. c. 2. n. 66. seq. & class. 5 disp. 3. conclus 23.* Cluten. *d. diatrib. 17 quæst. 6.* Harpprecht *d.* §. *feræ num. 136 seq.* Hœnon. *illustr. quæst. disput. 5. quæst. 2.*

10 Alii hoc jus venandi servitutibus, sive juribus personalibus adnumerant, Bald. *in l. pen. n. 12. col. 3. vers. item si debeas Cod. de condit. insert.* Pruckman *d.* §. *venatio. cap. 2. numer. 1. & 12.* Quibus contradicunt Bocer. *d. cap. 2. num. 61. seq.* Cluten. *d. diatrib. 17. quæst. 7.* Harpprecht. *d.* §. *feræ, num. 138. seq.*

11 Nonnulli pactis personalibus id adscribunt, Bart. *in l. ut pomum 8. ff. de servit. & ibi* Accurs. Cujus contrarium demonstrat Zoanet. *de venat. numer. 104. & ad l. 2. Cod. de pact. inter empt.* Cluten. *d. l. quæst. 8.* Harpprecht. *d.* §. *feræ. numer. 140. seq.* Bocer. *de jur. dom. libr. 2. cap. 2. numer. 87. seq.*

12 Sunt quoque, qui jus venandi servitutem jurisdictionalem esse dicunt, Seb. Medic. *de venat. part. 2 quæst. 2. num. 4. seq.* Zoanet. *ad d. l. 2. num 204. seq. Cod. de pact. inter empt. & de venat. num. 105. seq.* Klock. *cons. 3. tract. de contribut. annexo. fol. 48. vers. pari ratione.* ac illum intelligi dominum forestæ, qui habet jurisdictionem, tradit Chassan. *in consuet. Burg. rubr. 13. §. 1. verb. au seigneur. princ. & num. 4.* Decian. *cons. 12. numer. 12. vol. 4.* Modest. Pistor. *cons. 14. num. 23. vol. 2.* Quam sententiam improbant. Bocer. *de jur. dom. d. cap. 2. num. 76. seq.* Cluten. *d. l quæst. 9.* Harpprecht *d.* §. *feræ. num. 142. seq.*

Rectius mihi videntur sentire illi, qui venationem statuunt jus esse separatum, quod per se subsistit, ut alia jura magnatibus vel etiam privatis competentia, quemadmodum jus emphyteuticum, feudum, antichrysis, & similia, prout statuunt Bocer. *d cap. 2. num. 89. seq. & d. class. 5. disp. 3 concl. 24.* Cluten *d. diatrib. 17. quæst. 11.* Harpprecht. *d.* §. *feræ. n 181.* & quod regulariter ad superioritatem territorialem pertineat, per dicta *supra n. 4.* In eo tamen pro servitute prædiali haberi videtur, quod interdum servitutum realium instar à sylva, tanquam prædio serviente, debeatur castro vel villæ, tanquam fundo dominanti, & ad hæredes transeat, Cluten. *d. q 11.* Harpprecht. *d. n. 181* Aliquando etiam usus fructus, atq; ita servitus personalis esse videtur, ut si princeps jus venandi in propria sylva Nobili cuidam ad dies vitæ in usum fructum concedat, arg. *l. item si fundo. 9. §. aucupiorum. l. usufruct. 62. in princ. ff. de usufruct. l. venationem. 26. ff. de usur.* Cluten. *d. l. &* Harpprecht. *numer. 182.* Eo quoque respectu inter Regalia non male referri videtur, quomodo ab imperatore, vel alio jus venandi per concessionẽ Regaliũ specialiter alicui confertur, quod hodie plerumque experientia docet, ubi investituris, quibus regalia conceduntur, juris quoque hujus venandi speciatim mentio fieri solet, hac clausula: mit Walden/ Wildbännen und Jagten/ testibus Jacob de S. Georg. *de feud. verb. & venationibus. numer. 9.* Zoanet. *de venat. numer. 90.* Thom. Michael. *de jurisdict. conclus. 51 lit a.* Sixtin. *de regal. lib. 2. capit. 18. numer. 47.* Johan. Wurmser. *de jur. publ. exerc. 3. q. 3.* 13 14 15 16

Solet tamen aliquando jus venandi in alieno quoque territorio adquiri, idque vel per concessionem vel præscriptionem. Et quidem per concessionem vel expressam, veluti si Princeps, vel alius territorii dominus Nobili vel alii alicui nominatim jus venandi in territorio suo concedat, idque sive fiat per modum simplicis concessionis, vel investituræ feudalis, cùm etiam jus venandi in feudum concedi possit, wann einer mit Forst- und Jagrecht belehnet wird/ Newhan. *apud* Arumæ. *vol. 3. discurs. 19. de jur. venand. conclus. 136.* Tacitè, quando Princeps alicui territorium vel castrum cum omnibus pertinentiis in feudum, vel ejusdem usumfructum concedit, *l. quæro. 39. ff. de act. empt. l. de servitutibus. 2. §. rectè Neratius. 2. ff. si servit. vindic.* Cluten. *d diatrib. 17 quæst. 12.* Harpprecht. *ad d.* §. *feræ. 12. numer. 163. seq. I. de rer. divis.* Newhan. *d. l. conclus. 110.* Vel in sylva in feudum concedatur, siquidem tum etiam venatio tacitè concessa intelligitur, Georg Mohr. *de venat. part. 1. cap. 2. num. 19. seq.* Kyllinger. *de jur. venand. conclus. 8.* 17

Præscriptione quoque in alieno territorio jus venandi adquiri, tempore immemoriali, extra omnem est controversiam, & docent per *l. 1. § fin. ff. de aqu. pluv. arc. & ibi* gloss. Zoanet. *de venat. dupl. n. 82.* Sebast. Medic. *de venat. part. 2. quæst. 1.* Georg. Mohr. *de venat. part. 2. cap. 1. n. 13.* 18

Modest.

Modest. Pistor. *cons. 14. n. 23. seq.* Zas. *cons 6. num. 2. lib. 2.* Gail. *2. observ. 66. num. 7.* Mynsing. *4. obs. 53.* Sixtin. *de regal. lib. 2. cap. 18. num. 55.* Mager. *de advoc. cap. 9. num. 892* Meichsner. *tom. 1. libr. 1. decis. 32. n. 11. seq. & tom. 3. decis. 33. n. 32. seq.* Quamvis etiam sint, qui hanc præscriptionem decem annorum spacio inter præsentes, viginti inter absentes cum titulo, arg. *l. fin. C. de præscript. 10. vel. 20. annor.* & sine titulo inter præsentes triginta, inter absentes autem quadraginta annis finiri & compleri statuunt, arg. *l. tot. tit. C. de præscript 30. vel 40. annor.* Mod. Pistor. *d. l.* Georg. Mohr. *d. part. 2. cap. 4. n. 4.* Kyllinger. *de jur. venand. concl. 7. lit. c.* & illum, qui breviori quam immemorialis temporis spacio venatus est, quasi possessionem juris venandi sibi adquirere, non videtur habere dubium, *l. 1. ff. uti possidet.* Gail. *2. obs. 66. num. 4.* Newhan. *de jur. venand. conclus. 124.*

19 Conventione quoque & pactis adquiri posse jus venandi in alieno territorio constat arg. §. *fin. l. de servitut. l. via. 5. in princ. ff. eod. juncta. l. omnium. 3. in princ. ff. de usufruct.* Newhan. *d. l. conclus. 125.* Gail. *d. obs. 66. n. 6.*

20 Solet quoque in locis nonnullis adhucdum esse libera omnibus venandi potestas, die freye Bürsch/ sicuti ex una parte oppidi Tubingensis, præter experientiam, testatur Besold. *thes pract. verb.* freye Bürsch. Ubi autem libera hujusmodi potestas viget, ibi subditis venatio prohiberi nequit, sicuti docet Speckhan. *cent. 1. quæst. 97.* Besold. *d. verb.* freye Bürsch. *in fin. & de jur. majest. sect 3. cap. 7. n. 9. fol 178.* Rosenthal. *de feud. c. 5. concl. 24. n. 1. & in not. lit. a. & ibi alleg.*

21 Venationis in genere dictæ tres constitui solent species, venatio propriè sic dicta, piscatio & aucupium, Wesembec. *in parat. ff. de adquir. rer. dom. n. 7.* Kyllinger. *de jur. venand. conclus. 2.* Newhan. *d. l. concl. 6.* Petr. Gregor Tholos. *syntag. lib. 39. cap. 10. n. 1.*
22 Sicuti etiam vocabulum Waidtwerck/ generale est, omneque genus ferarum, sive in terra, aqua vel aëre degant, complectitur, teste Noë Meurer. vom Forstrecht. *part. 1. capit. 3. vers.* das Wort Waidtwerck. *fol. 10.*
23 Venatio in specie sic dicta est consectatio ferarum terrestrium ad vitæ usum, aliasque utilitates concessa, Kyllinger. *d. l. concl. 3.*
24 Newhan *d. l. concl. 9.* Et hæc vel est major, alta sive superior, hohe Jagdt/ hohe Wildtbann/ Hauptwildtbann/ groß Waidtwerck/ hoch Wildtpret/ roth und schwartz Wildtpret: Alia bassa, minor, seu inferior, die niedere Jagdt/ niedere Wildtbann/ kleine Waidtwerck/ Reißgejagt/ beitzen/ hetzen nach Füchsen und Hasen/ item Vögel fangen/ Noë Meurer. vom Forstrecht. *part. 1. cap. 4. fol. 10. in fin.* Kyllinger. *d. l. concl. 4. lit. d.* Newhan. *d. l. conclus. 11. seq.*

25 Major, alta sive superior venatio est, facultas venandi, sive capiendi feras majores, Kyllinger. *d. concl. 4. lit. d.* Quorsum referuntur ursi, apri, schwartz/ als Säu und Bären/ & cervi, roth Wildtpret/ als Hirsch/ Gewildt/ Kyllinger. *d. l.*
26 Noë Meurer. vom Forstrecht. *fol. 86.* Minor, seu inferior venatio est jus capiendi feras minores, Kyllinger. *d. l.* ut sunt vulpes, lepores, sciuri, aves, Fuchs/ Hasen/ Eychhörnlein/ Hüner und Vögel/ Meichsner. *tom. 1. lib. 2. decis. 1. numer. 2. fol. 44.* Kyllinger. *d. lit. d.* Wehner. *d. verb.* Forstrecht. *vers. generali enim fol. 162. in fin. seq.*

De caprearum venatione, Rehejagdt/ quorsum referenda sit, nondum constat. Alii enim eandem ad minorem venationem, zu dem kleinen oder niedern Waidtwerck referunt, ut est secundus testis ad *3. articuli* interrogatorium 4. in causa Wolmershausen/ contra Brandenburg/ apud Meichsner. *tom. 1. libr. 2. decis. 1. fol. 14 ibi:* Hasen/ Füchs/ Reher und Vögel/ gehören in das kleine Waidtwerck/ wiewol es der Enden nicht viel Reher hat. Idem quoque ibidem *fol. 15.* testatur testis quartus, *ibi:* er verstehe (scilicet under dem kleinen Waidtwerck) Füchs/ Hasen/ Hüner und Gevögel/ etc. Hirsch und Säuw seyen seines Erachtens dem Hochwildtbann anhängig/ idem statuit Noë Meurer. vom Forstrecht. *fol. 86.* Sic quoque in Franconia under dem kleinen Wildtbann Nobiles intelligere velle, Hetzen/ Hüner/ Hasen/ Rehe/ Enten/ Crammetsvögel/ und alle andere Vögel zu fangen/ auff Herden/ in Garnen und Schiessen ihres Gefallens: Und da ihnen auch ein Hirschkalb oder Fraischling im Rehe- oder Hasengarn einfallen wurde/ soll das ihr/ und nicht deß Hohen Wildtbanns-Herren seyn/ quæ sæpe tamen illis disputabile esse, scribit Wehner. *d. verb.* Forstrecht. *vers. in Franconia fol 163.* & interdum quoque die Rehejagdt/ ad inferiorem venationem pertinere, scribit Kyllinger. *de jur. venand. concl. 4. lit. d.* Alii verò caprearum venationé ad majorem sive superiorem venationem referunt. 27

Sunt quoque, qui distinguere videntur, inter Hoch-Rohtwildtpret/ und Nieder-Rohtwildpret/ & inter Hoch-schwartzwildtpret/ & Nieder-Schwartz-Wildtpret/ uti videre est apud Wehner. *d. verb.* Forstrecht. *vers. generali enim. fol. 162. in fin. seq.* Meichsner. *d. tom. 1. libr. 2 decis. 1. fol. 15. ad 3. artic. & eod. tom. 1. libr. 1. decis. 42. fol. 714. vers. quo ad septimum.* ubi in causa Wolmershausen/ contra Brandenburg/ scribit, multos testes differentiam constituere, ut comprehendant die Rehe/ & similia, vel inter minores feras, vel tertiam speciem constituant, ut 3. testis Marchionis ad 2. interrogat 11. articuli, Hanß Wolff habe damahls nach Rehen gejagt/ und kein Hochwildpret/ prout & retia differentiam habet. 28

In hac opinionum diversitate consuetudinem cujusque regionis potissimum attendendam esse puto, alibi enim ad majores, alibi verò ad minores feras referuntur capreæ, quod in Thuringia, Franconia, & Misnia fieri, testatur Newhan. *de jur. venand. conclus. 136.* 29

Venationis speciem *supra num. 21.* diximus Piscationem, utpote quæ cum jure venandi ejusdem juris esse censetur & conditionis, ita ut à jure venandi ad jus piscandi argumentum indubiè procedat, *l. item si fundi §. aucupiorum. l. usufructuarium in princ. ff. de usufruct.* Sixtin. *de regal. lib. 2. cap. 18. n. 22.* Tradel. *in consil. de jurisd.* apud Besold. *part. 1. cons. 3. cap. 4. tit. 5. n. 2.* Besold. *thes pract verb.* Fischerey. *vers. quanquam jure.* Et quamvis jure naturali & gentium cuilibet concessa sit piscatio in fluminibus tam publicis, quam privatis, *Genes. 1. v. 26 seq. cap. 9. v. 2 l. 1. §. non autem ff. de fluminib. l. riparum. ff. de rer. divis § flumina autem. vers. ideoq. jus piscandi & ibi* Harpprecht. *n. 4. l. eod. l. 1. § si quis. ff. ne quid in flum. publ.* 30

l. 1. §.

l.1.§. omnia igitur ff. de aquir. rer. dom. Sixtin. *de*
32 *regal. libr. 2. cap. 18. num. 11. seq.* Hodie tamen ad instar juris venandi privatis quoq; ademptum esse jus piscandi, ipsa experientia testatur, & ex justa causa piscationem prohiberi posse docent per *l. 2. ibi*: nisi Imperator aut Senatus vetet. *ff. de fluminib.* Rosenthal. *de feud. cap. 5. concl. 23. n. 3. & ibi in not. lit. d.* Wesembec. *in parat. ff. de adquir. rer. dom. num. 7.* Sixtin. *d. cap. 18. n. 15.* Petr. Frider. Mindan. *de mandat. lib. 2. cap. 36. n. 7. vers. id tamen jus.* Besold. *thes. pract. verb.* Fischerey. *vers. quamquam jure.* Kyllinger. *de jur. venand. concl. 16. lit. b.*

33 Aucupium quoque venationis species est, quo ad ea animalia, quæ in aëre nascuntur, capienda, inventum est, & nihil aliud est, quàm captura volatilium, sive avium ferarum, Colleg. Argentorat *lib. 41. tit. 1. num. 22. in princ. ubi n. 4. seq.* quænam aves feræ sint, refert. Et hoc licet jure naturali & gentium omnibus fuerit permissum, *Genes. 1. v. 26. seq. & cap. 9. v. 2. Levit. 17. vers. 13. & Psalm. 8. vers. 8. & 9. §. feræ. 12. I. de rer. divis. l. 1. & seq. ff. de adquir. rer. dom.* hodie tamen secus est, & ad instar juris venandi & piscandi etiam hoc jus restrictum est, & de consuetudine, temporisque immemorialis usu & præscriptione jus aucupandi territoriorum domini, sibi plerumque adscribere solent, Noë Meurer vom Forstrecht. *part. 2. tit. 1. fol. 65.* Licet liberior ejus usus, quàm venationis & piscationis passim remanserit, & multis in locis, præsertim tempore autumnali omnibus permittatur aucupium. Quod tamen de facto à Dominis foresti, qui jus venandi in alieno territorio
34 sibi vindicant, fieri solere, & quidem eventu sæpè pernicioso, experientia docet, & exemplum superioribus annis suo cum exitio præbuit Comes quidam Oetingensis, qui cum Nördlingensis civitatis incolas & cives ab exercitio isto, quod multis indè an̄is usurpaverat, minis & verberibus gravissimis sæpius deterrere conaretur, messores insuper ad defalcandas fruges à civibus conductos, non semel ad mortem usque vulneratos ex agris expelleret, ab ipsis civibus ad sui agrorumque suorum defensionem emissis, cùm prius ministrorum ejus aliquis in decurionem civium ablegatorum globum emisisset, ictu bombardæ tristi fato interemptus fuit, teste Kyllinger. *de venat. concl.*
35 *19. lit. a.* Imprimis autem cuilibet liber esse debet der Lerchenstrich/ maximè in agro proprio, sicuti multis in Imperio locis, & ubique ferè receptum est, teste Kyllinger. *d. l.*

36 Aucupium ad instar venationis, aliud est majus, aliud minus, groß und klein Vögel-Waidwerck/ Gylman. *libr. 1. decis. 49. num. 9.* Wehner. *pract. obs. verb.* Vögelwaide/ *vers. distingui alias. fol. 649.* Kylling. *d. concl. 19. lit. a.* Inter majores aucupii species, under die grosse Vögel/ und grosse Vögel-Waidwerck/ referuntur die Krametsvögel/ Halbvögel/ Ambsel/ Troscheln/ Zemmer/ Wachtel: Inter minoris under die kleinen Vögel-Waidwerck/ comprehenduntur Lerchen/ Fincken/ Zeißling/ Gyland. *lib. 1. decis. 149. numer. 9.* Wehner. *d. l.* Mingius *de super. territ. conclus. 78. in fin.* atque ita distinctum esse in causa Nürnberg à Noricis testatur, Wehner. *d. l.* ubi tamen addit non semper hoc certum esse, aliquando siquidem & inter klein Vögelwerck/ referri Krammetsvögel/ Halbvögel/ Ambsel/ Troscheln/ etc. recurrendum igitur ad possessionem aucupii, Gyland. *d. l. in fin.* Wehner. *d. l.*

Aucupium plerumque sub anno ferino infe- 37
riore, under dem kleinen Wildtbann/ comprehenditur, Meichsner. *tom. 4. decis. 7. numer. 28. fol. 136. & numer. 34. fol. 138.* Tileman. de Benign. *in apospasm. prodrom. synt. 1. decad. 3. vot. 1. numer. 28. & 29.* Gylman. *symphor. tom. 1. part. 2. tit. 8. vot. 3. num. 27. & 28. fol. 136. seq.* Wehner. *d. verb.* Vogelwaide. *in princ. fol. 649.* Kylling. *d. conclus. 19. lit. b.* Illum quoque, qui habet jus aucupandi, jus quoque habere struendi & præparandi aream in capturam avium, einen Vogelherdt zu machen/ non videtur habere dubium, Wehner. *d. verb.* Vogelwaide/ *in princ.* Kyllinger. *d. lit. b.*

Forestum sive Forst/ vulgò à fera dicitur, 38
gloss. *in cap. cùm dilecti. X. de donat.* Noë Meurer. vom Forstrecht. *part. 1. tit. 3 fol. 9.* & ex proprietate linguæ Germanicæ nihil aliud est, quàm nemus aut sylva, & propriè significat latum nemus sine clausura, einen grossen Wald/ der mit Wasser oder sonsten nicht beschlossen ist/ Chassan. *in consuet. Burg. rubr. 13. in princ.* Wehner. *verb.* Forst-Recht. *vers. forestum. fol. 150.* Reinking. *de regim. secul. lib. 1. class. 5. cap. 6. numer. 40.* Tradel. *d. consil. de jurisdict. apud* Besold. *part. 1. cons. 3. capit. 4. tit. 4. n. 16.* Mynsing. *cons. 16. n. 36.*

Jus foresti, sive jurisdictio forestalis, Forst-
liche Obrigkeit/ Waldtliche Obrigkeit/ Forst-Recht/ 39
Forstliche Gerechtigkeit/ nihil aliud est, quàm jurisdictio, quæ in sylvis, aut nemoribus, eorumque ratione exercetur, cui jura venationis adhærent, Wehner. *d. verb.* Forstrecht. *vers. foresti jurisdictio fol. 150.* Reinking. *d. numer. 40.* & consistit in banno ferino & jure foresti, Reinking. *d. l.* Thom. Michael. *de jurisd. conclus. 51. lit. c. & d.*

Differt autem jus foresti, sive jurisdictio fo- 40
restalis, die Forstliche Obrigkeit oder Forsts-Gerechtigkeit/ à banno Venatorio sive ferino & jure venandi, vom Wildtbann oder Jagens-Gerechtigkeit/ Wehner. *d. l. vers. ex quibus.* Thom. Michael. *d. l. lit. b.* Besold. *verb.* Forst. Meichsner. *tom. 2. lib. 2. decis. 2. numer. 36. seq. fol. 136. seq.* Bidembach. *nobil. quæst. 15.* Kyllinger. *de jur. venand. conclus. 5. lit. a.* Harpprecht. *d. §. feræ. 12. numer. 263. seq. J. de rer. divis.* Bannum ferinum, Wildtbann/ in vernacula nostra lingua nihil aliud est, quàm venatio, sive jus venandi, & ipsum venationis actum concernit, das Gejagt/ Jagensgerechtigkeit/ hetzen/ jagen/ fällen/ würgen/ Wehner. *pract. observ. verb.* Forstrecht. Besold. *d. verb.* Forst. *vers. inter venationem.* Harpprecht. *d. num. 263.* Foresta verò, sive forestum, Forst/ Forstgerechtigkeit/ oder Forstliche Obrigkeit/ in cura sylvarum & nemorum consistit, Besold. & Harpprecht. *d. l. l.* deinde bannum ferinum sive venatio est jus sive facultas investigandi, prosequendi & capiendi feras, nec plus in se complectitur, Besold. *d. vers. inter venationem.* Harpprecht. *d. numer. 263.* Matth. Stephan. *d. c. 7. n. 441.* Jus verò foresti ex recepta totius Germaniæ consuetudine,

dine, non ferarum tantum consectationem & occupationem, sed alia etiam maximi ponderis jura in se comprehendit, jus videlicet præcipiendi & prohibendi de rebus ad venationem pertinentibus, Matth. Stephan. Besold. & Harppr echt. *d. l. l.*

41 Ex quo etiam in aulis Principum distincta sunt officia deß Forstmeisters und Jägermeisters / der Jägermeister ipsi venationi præficitur, ejusque officium est, omnia illa sollicitè instruere & ordinare, quæ venationi, seu feris insectandis & capiendis veniunt, & nihil aliud agit, quàm quod venationem exercet; der Forstmeister sylvis & nemoribus præfectus est, ejusque officio præcipuè incumbit, ne sylvæ devastentur, sed omnia illa fiant, quæ ad sylvarum utilitatem spectant, Matth. Stephan. *d. c. 7. n. 434. seq.* Besold. *d. verb.* Forst. *vers. praterea differentia.* Harppr echt. *d. l. 264.* Thom. Michael *de jurisd. conclus. 51 lit. b.* Bidembach. *nobil. quæst. 15. n. 5* Meischner. *tom. 2. l. 2. decis. num. 38. fol. 136. seq.* Wehner *d. vers. ex quibus. fol 152.* Cujusmodi officiorum diversitas rei quoque diversitatem arguit, arg. *l. lege obvenire. 130. ff. de V. S.* Thom. Michael *d. lit. b.* Meischner. *d. num. 38.* VVehner. *d. l.*

42 Illud autem dubio carere videtur, jus foresti, seu jurisdictionem forestalem & salvaticam non esse speciem jurisdictionis, nec merum Imperium, vel aliam jurisdictionem importare, Sixtin. *de regal. l. 2. c. 18. n. 52.* Meischner. *d. tom. 2. l. 2. decis 4. n. 7. fol. 201.* Wehner. *verb.* Forstrecht. *vers. ac hinc est. fol. 152. in fin.* Mynsing. *cons. 16. num 37.* Rosenthal. *de feud. c. 5. concl. 94. num. 8.* Neuhan. *de jur. venand. concl. 116.* Kyllinger. *de jur. venand. concl. 5 lit. a.* Bidembach *nobil. quæst 15. n. 8.* Gylman. *symphor. tom. 1. part. 3 vot 23. n. 75. seq. fol.*
43 *115.* indeque à jure foresti malè inferri ad merum Imperium, scribit Mynsing. *d. cons. 16. n. 46.* Heig. *part. 1. quæst. 15 n 55.* Wehner. *d. vers. ac hinc est. fol. 153.* atque inde illum, cui jus foresti concessum, merum Imperium circa res venatorias, & contra prohibitionem venantes, Wildpret-Schützen / criminaliter punire non posse, tradit Harppr echt. *d. § feræ. n. 268. seq. l. de rer. divis.* nisi aliud vel pacto speciali, vel consuetudine obtineat: Ita enim Illustrissimus Dux Würtembergicus in sylvis Eslingensium jus venandi tantum habet, & non etiam jus foresti, & nihilominus ex speciali pacto *de anno 1557.* contra prohibitionem venantes punit, licet magistratus Eslingensis eosdem etiam ad suam jurisdictionem tuendam consimili pœna afficiat.

44 Ad jus foresti, sive jurisdictionem forestalem & dominium foresti, de jure & consuetudine vulgò sequentia referri solent, I. Sanctionum & mandatorum forestalium ordinatio & publicatio, Holtz-Wald- und Forst-Ordnung zu verfassen und zu publiciren / Bart. *in l. omnes populi. ff. de just. & jur.* Wehner. *d. verb.* Forstrecht. *vers. forestalis hæc. fol. 150. & vers.* dieser Forstlichen. *fol. 157. & vers. item* Forstknecht. *fol. 159.* Tradel. *d. consil. de jurisd. c. 4. tit. 4. n. 5. & 14.* Besold. *thes. pract. verb.* Forst. *vers.* der Forstlichen. *& vers.* Wald- und Holtz-Ordnung.

45 II. Eorum, qui sanctiones & mandata forestalia transgrediuntur coërcitio & pœna, die Verbrecher und Ubertretter der Wald-Forst- und Jagt-Ordnungen zustraffen / Jacob. de S. Georg. *de feud. §. cum venationibus. n. 9.* Choppin. *l. 3. tit. 7.* Wehner. *d. l. vers.* dieser Forstlichen. *fol. 157. & d. vers. item* Forstknecht. *fol. 159.* Besold. *d. verb.* Forst. *vers.* die Verbrecher. Tradel. *d. tit. 4. n. 5. & 14. vers.* die Verbrecher. Quod tamen ad delicta & malefacta, sive forefacta tantum restringitur, quæ fiunt in foresta, ratione forestæ, & non ulterius extenditur, Kyllinger. *de jur. venand. conclus. 5. lit. b.* cùm jus foresti merum Imperium & jurisdictionem aliam non importet, *supra n. 42.*

46 III. Saltuariorum constitutio & destitutio, Bestell- und Abschaffung der Forstmeister / Wald-Forst- oder Holtzknechte / Flur- und Feldschützen / *l. in nomine. 2. C. de off. præf. prætor. Afric l. etiam. §. licet. ff. solut. matrim. l. in re mandata. Cod. mandat.* Wehner. *d. verb.* Forstrecht. *vers. nec illud. prætereundum. fol. 160.* Besold. *d. verb.* Forst. *vers.* die Wacht. *fol. 261.* Tradel. *d. tit. 4. n. 14. vers.* die Wacht. confer. Caspar. Klock. *1. cons. 29. n. 115. 476. seq.* Quibus pro defensione sua bombardas gestare licitum esse scribunt, per *l. 1. & ibi* Dd. *C. ut armor. usus.* Wehner. Besold. Tradel. *d. ll.*

47 IV. Pro saltuariis ædificiorum constructio, Forstknecht-Schützen- und Wildtzeughäuser aufzurichten und aufzubauen / *l. veluti ff. de serv. rust. præd.* Hartm. Pistor. *quæst. 13. n. 42. lib. 2.* VVehner. *d. vers. item* Forstknecht. *fol. 159.* Besold. *d. vers.* Forstknecht. Tradel. *d. n. 14. vers.* die Forstdienst.

48 V. Ab exercitio venationis prohibitio, die Ubung deß grossen und kleinen Waidwercks abzuschaffen und zuverbieten / VVehner. *d. vers.* dieser Forstlichen. *fol. 157. in princ.* Besold *d. vers* der Forstlichen Tradel. *d. l. n 15.* Georg. Mohr. *de venat. part. 2. cap. 3. num. 10.* Kyllinger. *d. conclus. 5. lit. b. in princ.*

49 VI. Prohibitio ne arbores extirpentur, das unzimblich Baum abhauen in den Forsten zuverbieten / VVehner. *d. l. vers. item* das jetztgedacht. *fol. 157.* Besold. *d. verb.* Forst. *vers.* das unzimblich. de quo *infra n. 96. & seq.*

50 VII. Prohibitio, ne arbores fructiferæ exscindantur, die Gerechtigkeit über die gebührende Bäum zugebieten / und daß dieselbe nicht außgehauen werden / VVehner. *d. vers item* die jetztgedacht. *fol. 157.* Georg. Mohr. *d. part. 2. c. 3. n. 10.* Kyllinger. *d. concl. 5. lit. b.* Cùm nec emphyteuta arbores fructiferas succidere possit, quia rem deteriorem faceret, imò expelli queat, si fecerit, Bart. *in l. fructus. 7. § si fundum. 12. n. 3. & ibi* Bald. *num. 1. ff. solut. matrim.* Gail. *2. observ. 67. n. 7.* Conf. Fürstl. Würtemb. Forstordnung. *part. 3. tit.* von wilden Obsbäumen *fol. 105. & part. 2. tit.* Banraitel. *fol. 67.*

51 VIII. Prohibitio ne sylvis noviter jam cæsis damnum inferatur, vel pecus ad certum tempus immittatur, die junge hau biß auf das vierdte und fünffte Laub / nach Gelegenheit der Sachen / zuverbieten / und die in solchen verbottenen Hauen gegraset / Vieh getrieben / mit Axt oder Hapen darein gangen / oder sonsten Schaden zugefüget / zustraffen / quod vocatur die Hainung der jungen Häw / A-

dam. Keller. *de off. jurid. pol. lib. 2. cap. 15. fol. 446.* Tradel. *d. consil. cap. 4. tit. 4. n. 14. vers.* die Hainung. Besold. *d. verb.* Forst. *vers.* die Hainung. Cylman. *2. decis. 38 n. 10.* Wehner. *d. l. fol. 157 in fin.*

52 IX. Prohibere capras, oves & alia animalia venationi & sylvis nociva in copioso grege habere, & in sylvas immittere, die Gaiß / Schaaf / und andere Thier / so den Wälden und Jagensgerechtigkeit schädlich / abschaffen und verbieten / nicht in die Forst zutreiben / Tradel. *d. tit. 4. n. 9.* Wehner. *d. l. fol. 157. in fin.* Besold. *d. l. vers.* die Macht zuverbieten. Confer. Petr. Frider. Mindan. *de mandat. lib. 2. c. 39. num. 11.*

53 X. Conclusio sylvarum, quia ille, qui jus venandi in aliqua sylva habet, jus quoque obtinet cingendi sylvam in capturam ferarum, daß wer zu jagen hat / auch einen Hage in das Holtz schlagen mag / Gail. *2. observ. 68. n. 7. & ibi* Græven. *coron. miscell. n. 3.* Zasius *2. cons. 6. num. 1.* Georg. Mohr. *d. part. 1. c. 2. n. 70. seq.* Petr. Frider. Mindan. *l. 2. c. 41. n. 1.* Sixtin. *de regal. l. 2. c. 18. n. 66.* Til. de Benign. *syntag. 1. decad. 3. vot. 2. n. 9.* Rulant. *de commiss. part. 4. l. 2. c. 8. num. 39* Tradel. *d. tit. 4. n. 12.* Wehner. *d. l. vers. hic quæri. fol. 155.* Besold. *d. verb.* Forst. *vers.* die Macht zu hägen. *& verb.* jagen. *vers. is, qui habet.* Harppre cht. *d. §. feræ. 12. n. 272. seq. I. de rer. divis.* quatenus hoc absque injuria & præjudicio alterius fit, Gilhaus. *arb. judic. civil. part. 1. c. 1. num. 90.* Bidembach. *nobil. quæst. 17. n. 5.* Mindan. *d. l.* & quatenus jus illud antiquitus obtinuit VVehner. *d. verb.* Forstrecht. *vers. quatenus ergo. fol. 155.* Bidembach. *d. q. 17. n. 3.*

54 Neque etiam dominum foresti ex sylva illa aliena ligna ad usum cingendi, deß hagens / cædere posse, sed propriis suis id lignis tantum facere teneri, contendunt, Tileman. *de Benign. d. n. 9* Sixtin. *d. c. 18. num. 67.* Besold. *d. verb.* jagen. *vers. is, qui habet.* Kyllinger. *d. conclus. 5. in fin.* Harppre cht. *d. §. feræ. num. 272.* VVehner. *d. verb.*

55 Forstrecht. *vers. præterea venationes. fol. 155.* & aliàs quoque jagen / non statim importet hagen / Wehner. *d. l. vers. nam aliàs. fol. 155.* Bidembach. *d quæst. 17. n. 4.* Petr. Frider. Mindan. *d. c. 41. n. 1.* Klock. *1. cons. 29. n. 480. & cons. 30. n. 329. seq.*

56 XI. Refertur quoque ad forestalem jurisdictionem vel prohibere vel permittere jus pasculandi sive pascendi, sues immittendi tempore glandium, glandes legendi & depascendi, mit dem gehüteten Vieh in die Wälde oder Forst zufahren / die Schwein in das Aeckerich einzuschlagen / Haselnüß zubrechen / Eicheln und wildt Obs zulesen verbiethen und aufthun / VVehner. *d. vers. item* das jetztgedachte. *fol. 157. & verb.* wildt Obs. Kyllinger. *d. concl. 5. lit. b.* Neuhan. *de jur. venand. conclus. 194.*

57 Ad quem autem in dubio jus glandis legendæ aliorumque sylvestrium fructuum pertineat, ad dominum proprietatis, seu qui usumfructum habet, an verò eum, qui jus venandi seu jurisdictionem forestalem obtinet? Et quidem ante omnia attendendum esse, quid pacto, conventione, longo usu, consuetudine vel præscriptione observatum, rectè docent Gail. *2. obs. 68. num. 1. & 2.* Harppre cht. *d. §. feræ. num. 277. I. de rer. divis.* & si tale quid non appareat, ad jus foresti, sive eum, qui jurisdictionem forestalem habet, pertinere communiter ferè placuit, & tradunt VVehner *vers.* wildt Obs. *& d. verb.* Forstrecht. *vers. fructus sylvæ. fol. 161.* Besold. *d. verb.* Forst. *vers.* das wildt Obs. *& verb.* Geäcker. Harppre cht. *d. §. feræ. num. 276. seq. I. de rer. divis.* Gail. *d. observ. 68. num. 3. & 4.* Georg. Mohr. *de jur. venand. part. 2. c. 3. num. 10.* Alii verò glandis legendæ hoc jus aliorumque fructuum sylvestrium, in dubio ad dominum proprietatis spectare asserunt, Petr. Frider. Mindan. *l. 2. c. 41. n. 2.* Sixtin. *de regal. l. 2. c. 18. n. 70.* Noë Meurer vom Forstrecht. *tit.* ob die Eicheln / Frücht. *fol. 25 seq.*

XII. Ad jus foresti referuntur quoque arbores vento vel ætate corruptæ vel lapsæ, die Windtfäll Tradel. *d. c. 4 tit. 4. n. 13.* Besold. *d. verb.* Forst. *vers.* die Windfäll. Kyllinger. *d. conclus. 5. ad fin.* VVehner. *d. verb.* Forstrecht. *vers. quin etiam. fol. 158. & vers. supra paulò ante.* 58

XIII. Idem est quoad jus ligna arida & mortua ab arboribus & frondibus separandi, dürre Holtz scheiden. Kyllinger. *d. conclus. 5. lit. b.* VVehner *d. vers. item* das jetztgedacht. *fol. 157. & in verb.* Holtzsparkunst. 59

XIV. Jus graminis defalcandi, die Grasens Gerechtigkeit / VVehner. & Kyllinger. *d. ll.* 60

XV. Apes feræ, die wildt Immen / de quibus vide Fürstl. Würtemb. Forstordnung. *part. 3. tit.* von Immen *fol. 107.* 61

XVI. Avena forestalis, Forsthabern / Jagthabern / Hundtshabern / der Jäger habern / Sichard. *cons. contract. 5. n. 3. part. 5.* Decian. *cons. 123. vol. 3.* VVehner. *d. fol. 158. in princ.* Besold. *d. verb.* Forst. *vers.* der Hundts. Tradel. *d. tit. 4 n. 10. & 11.* 62

XVII. Prohibitio ne subditi nimis acutos palos in sepibus ponant, quibus feræ transcendere intendentes facilè transfigi possunt, die spitzige Zäun verbiethen und abschaffen / VVehner. *d. verb.* Forstrecht. *vers. ad jurisdictionem. fol. 158.* Besold. *d. verb.* Forst. *vers. item* die Abschaffung. Tradel. *d. n. 14.* Dn. Cluten. *diatrib. novo. lustin. 17. quæst. 5.* Harppre cht *d. § feræ. n. 129. seq.* 63

XVIII. Prohibitio bombardarum, Büchsen tragen und schiessen im Forst verbieten / VVehner. *d. verb.* Forstrecht. *vers. quin etiam fol. 158. & vers. nec illud prætereundum. fol. 160.* Kyllinger. *d. conclus. 5. lit. b.* Harppre cht. *d. §. feræ. n. 134.* 64

XIX. Mandare ut canibus fustes accingantur, befehlen den Hunden Brügel anzuhencken / Meischner. *tom 2. l. 2. decis. 2. n. 39. fol. 37.* VVehner. *d. l. vers. quin etiam. fol. 158.* Kyllinger. *d. l.* Neuhan. *d. l. concl. 195.* 65

XX. Erectio lapidum & columnarum terminalium, die Wald- und Holtzgemärcke / Hägsäulen / Hasen-Säulen aufrichten / VVehner. *d. verb.* Forstrecht. *vers. item* die Wald. *fol. 160.* Kyllinger. *d. concl. 5. lit. b. ad fin.* 66

XXI. Castratio equorum, der Schnitt / Nunnenmacherey / Vieh-Vertheiler / VVehner. *d. l. vers. quin etiam. fol. 158.* Kyllinger. *d. l.* Uti & den Wasen verleihen / Klemeister und Abdecker / VVehner. *d. l. vers. quin etiam. & vers. sic etiam fol. 161.* Kyllinger. *d. l.* Adam Keller. *de offic. jurid. polit. libr. 2. cap. 15. fol. 447.* idque respectu cadaveris 67

&pro

& pro alendis canibus eosq; per forestam ducendi, Keller. *d. l.* Wehner. *d. vers. sic etiam.*

68 XXII. Eodemque refertur der Biber- und Otterfang. Wehner. *d. verb.* Forstrecht. *vers.* Es gehöret auch. *fol. 160.* Tradel. *d. cons. cap. 4. tit. 5. num. 3.* Besold. *thes. pract. verb.* Fischerey. *vers.* Biber.

69 XXXIII. Idem est, quoad gallinas sylvestres, Aurhanen / Aurhennen / Hasel- und Feldhüner / Wachtel und dergleichen / per dicta *supra num. 33. & seq.*

70 XXIV. Plerumque etiam juri forestæ adhæret & consequens est potestas venandi, Wehner. *d. verb.* Forstrecht. *vers. hic quari potest. fol. 155.* Quod tamen non semper procedere testatur VVehner. *d. l. vers. jus autem. fol. 153.* Rulant. *de commiss. part. 4. lib. 2. cap. 8.*

71 XXV. Pertinent quoque huc operæ venatoriæ, sine quibus venationes expediri nequeunt, die Frohndienst / als die Häger zu machen / fürzustehen / Garn / Sailer / Hund / Holtz / und anders zum Jagen zuführen / die Haltung und Aufferziehung der Hund / ꝛc. VVehner. *d. verb.* Forstrecht. *vers. item* das jetzgedacht. *fol. 157. seq. vers. ad jurisdictionem.* Tradel. *d. cap. 4. tit. 4. num. 14.* Besold. *d. verb.* Forst. *vers.* die Frohndienst. Kylling. *d. concl. 5. lit. b. in med.* Harpprecht. *ad §. fera. num. 284. seq. de rer. divis.*

72 Observandum hic venit, quod ea, quæ de jure venandi & forestali jurisdictione diximus, pro usu & consuetudine, nec non qualitate rerum, personarum & circumstantiarum varient, nec certis & Catholicis regulis includi possint, VVehner. *d. verb.* Forstrecht. *in fin. fol. 168.* Kyllinger. *de jur. venand. concl. 19. in fin.* atque ita consuetudo & usus cujusque regionis & vicinorum attendendus erit, VVehner. & Kyllig. *d. ll.* Gail. *2. observ. 68. num. 2.* Chassan. *in consuet. Burg. rubr. 13. §. 7. in fin.* VVesembec. *cons. 95. num. 23.* Tradel. *d. cons. c. 4. tit. 4. num. 15.* siquidem in hujusmodi juribus & servitutibus consuetudo dominari solet, Schurff. *cons. 1. n. 40. seq. cent. 3.* Gail. *d. n. 2.* VVehner. *d. l. in fin.* Cùm sint stricti juris, & sic ultra terminos, & ultra modum præscriptum non extendendæ, *c. odia. de R. I. in 6.* Et in his tantum præscriptum, quantum possessum, *l. 1. §. si quis hoc interdicto. 4. ff. de itin. actuque priv. l. 18. §. fin. ff. de adqu. poss. c. cum olim. 18. X. de poss. c. sine possessione. 3. de R. I. in 6.*

73 Cùm *supra num. 56.* dictum, quod jus pasculandi sive pascendi ad jurisdictionem forestalem pertineat, & *supra cap. 5. num. 213.* jus hoc superioritati territoriali adscriptum sit, de eo nonnulla hic subjicere placuit. Et sciendum est, quod jus pasculandi, sive pascendi, Viehtrieb / Trat und Trifft / Waid / und Waidgangs Gerechtsame superioritati territoriali non adscribatur quoad dominium & proprietatem, sed quoad superioritatem & jurisdictionem, siquidem ejusmodi pascua non ad dominum alicujus loci vel civitatis, villæ vel castri, sed ad universitatem pertineant, & sub ejusdem universitatis dominio existant, per *l. in tantum. 6. §. universitatis. 1. ff. de rer. divis. l. omnes. 2. Cod. de oper. publ. l. duumvirum. C. de decurion. l. omne territorium. 4. de censib.* Covarruv. *2. pract. quæst. c. 37. n. 1.* Matth. de Afflict. *Neapol. constit. rubr. 85. n. 8.* Tusch. *lit. P. concl. 112. n. 4. & 8.* Georg. Everhard. *2. cons. 34. n. 76. seq.* Author *actor. Lindaviens. fol. 910. §. nam dominus.* Indeque à pascuis publicis ad jurisdictionem, & à jurisdictione ad jus pascendi, tanquam à diversis regulariter non valere collectionem, tradit Mynsing. *decad. 2. respons. 51. n. 18.* VVehner. *verb.* Waidtgang. *post princ.* Atque inde territorii dominum subditis pascua adimere & sibi applicare, vel etiam vectigalibus onerare non posse, tradunt Sesse. *decis. 74. num. 22. seq.* Besold. *de jur. & divis. rer. cap. 3. per tot.* Et licet dominus territorii & jurisdictionem habens etiam uti possit pascuis publicis, si ut habitator & incola illic habitet, (als wann einer vom Adel in seinem Dorff wohnet / oder daselbst ein Schloß hat) uti tamen debet moderato pecudum numero, pro arbitrio boni viri, juxta territorii & pascuorum qualitatem, & ne vicini, vel incolæ hac in re lædantur, Alber. de Rosat. *in l. Imperatores. ff. de servit. rust. præd.* Covarruv. *d. num. 1.* Everhard. *d. l. n. 76. 34. & n. 76. seq.* Unde & quandoque domino licet tot animalia in pascua mittere, quot duo incolæ sive inhabitatores, Covarruv. *d. l. vers. est denique,* Tusch. *lit. P. conclus. 112. n. 8.* Non enim valet argumentum à jurisdictione ad proprietatem, habeo in hoc loco jurisdictionem, ergo & jus pascendi mihi competit, Mynsing. *resp. 11. num. 18. decad. 2.* Keller. *de offic. jurid. polit. l. 2. cap. 15. fol. 450.* Knichen. *de vestit. pact. 2. c. 4. n. 70. seq.* VVehner. *verb.* Waidtgang. Petra *de fideicommiss. quæst. 13. num. 446.* ita ut domino territorii non liceat pascua universitatis communia in culturam reducere, vel alio modo pascuorum usum deteriorem facere, Hieron. de Mont. *fin. regund. c. 6. num. 14.* Cœpol. *de servit. rust. præd. cap. 9. num. 28.* Gail. *2. observ. 67. num. 10.* Berlich. *pract. concl. 49. n. 24. seq. part. 2.* Sicuti etiam nec proprietario sive fundi domino privato licitum est, fundum, in quo alteri jus pascendi competit, ad culturam reducere, *l. 1. §. sed & fossas. §. idem ajunt. 11. ff. de aqu. pluv. arc. l. servitutes. 20. §. stillicidium. 5. l. si dominus. 21. ff. de serv. præd. urb. l. sed si quid 15. §. proprietatis. 6. ff. de usufruct. l. & si forte. 6. §. fin. l. si eo loco. 9. ff. si servit. vind. l. si manifeste. Cod. eod.* Koppen. *decis. 15. num. 13.* Gail. *2. observ. 67. n. 6.* Oetinger. *de jur. limit. cap. 10. n. 47. in not. lit. t.* Schneidewin. *ad princ. I. de serv. præd. num. 33.* Bened. Carpzov. *jurisprud. forens. part. 2. constit. 41. definit. 1. seq.* Besold. *in disput. ad jus municipal. VVürtemb. part. 2. n. 176.* Panschman. *lib. 1. quæst. 22. n. 40.* nisi 1. Servitus pascendi debeatur eo tempore, quo fruges collectæ sunt, zu offenen Zeiten / und nicht in geschlossenen Feldern / Cœpoll. *de servit. rust. præd. c. 9. n. 40.* Schneidewin. *d. n. 33.* Covarruv. *d. q. 37. n. 4.* Carpzov. *d. constit. 41. defin. 3. n. 3. seq.* Berlich. *d. concl. 49. num. 26.* 2. Si dominus proprietatis tantùm culturam mutet, veluti si ex agro pratum, vel ex prato agrum efficere velit, vel ut ex agro alium percipiat fructum, veluti uvas, lupulos, &c. nam hoc ipsi permissum esse, si reductio non noceat pascuis, tradunt Covarruv. *d. cap. 37. num. 5.* Bald. *de præscript. part. 2. quæst.*

quæst.2.n.17.seq. Carpzov. *d.constit.41.defin.5.* Berlich. *d.l.num.27.* Tusch. *lit.P.concl.111.in fin.* 3. Si non omnia loca ad pascua sint necessaria, wann die Felder so weitläufftig / daß man nicht alle mit dem Vieh beschlagen kan / tum licitum erit domino quosdam ad culturam redigere, modo adhuc tantùm relinquatur, quantum pro pascuis sufficiat, Berlich. *d.part.2.concl.49.num.28.* Köppen. *decis.15.num.ult.vers.decisio verò.* Carpzov. *d.l.defin.6.* Mod. Pistor. *part.3.q.106.n.1.seq.* ubi quantum prædiorum relinquendum sit, boni viri arbitrio relinquitur, Pistor. *d.quæst.106.n.10.* Köppen. *d.l.* Carpzov. *d.defin.6.in fin.* 4. Si reductio & mutatio juri pascendi non noceat, veluti si dominus sylvam pascuam vel agrum incultum, ad prata, quæ secari possunt, reducere velit, Cœpoll. *de servit.rustic.præd.c.9.n.40.* Schneidewin. *ad princ.J.de serv.præd.num.34.* Berlich. *d.l.num.30.* Quod si verò dominus prædii servientis agros incultos in præjudicium juris pascendi ad culturam reduxerit, cogi poterit eos ad pascua reducere, nec præstando interesse liberatur, Berlich. *d.concl.49.n.31.seq.*

79 Quamvis autem in dubio servitutem pascendi omni tempore, etiam quo fruges non collectæ sunt, zugeschlossenen Felderen / deberi, præsumendum tradant, Franc.Marc. *decis.223.n.4.part.1.* Oetinger. *de jur.& controv.limit.c.10.in not.lit.T.fol.120.* Contrarium tamen asserunt, Berlich. *d.concl.49.n.27.* Carpz. *d.constit.41.defin.4.*

80 Adquiritur jus pascendi in fundo vel territorio alieno, triginta vel quadraginta annis, Covarruv. *1.var.resol.c.17.n.11.* Tusch. *lit.P.conclus.112.in fin.*

81 Is autem, qui jus pascendi in alieno agro habet, pecora morbosa ibidem pascere nequit, ne & alia contagione afficiantur & pereant, arg. *l. Julianus.13.in princ.ff.de act.empt.c.resecanda.16.caus.24.quæst.3.cap.pen.vers.sicut ex una.Dist.45.* Schneidewin. *d.l.n.41.* Carpz. *d.constitut.41.defin.8.* juxta illud:

Morbida sæpe pecus totum corrumpit ovile,
Ne maculet socias, est separanda grege.

82 Is tamen, qui jus pascendi alicui concessit, vel contra quem illud præscriptum est, nihilominus fundo suo uti, & sua quoque pecora ibi pascere potest, *l. præses. Cod. de servit. & aqu.* Tusch. *lit.P.concl.114.n.2.* Berlich. *d.concl.49.n.6.&7.* in tantum, ut si pascua non sufficiant omnibus sociis, sed necessaria sunt ad pascendum pecora domini loci, hic reliquos jure prohibere possit, & aliis præferatur, *d.l.præses.6.Cod.de servit.& aqu.* Covarruv. *1.var.resol.c.17.n.11.vers.his verò, quæ.* Coler. *decis.218.num.5.* Berlich. *d.l.n.8.*

83 Quod si jus pascendi generaliter constitutum vel præscriptum, tunc cum omni pecore, cujuscunque generis, eo uti licet, *l. si servitus.23.ff.de servit.urban.præd.l.certo generi.13.§.fin.ff.de servit.rust.præd.l.intradentis.7.ff.commun.præd.* Pruckman. *1 cons.14.n.3.* Cœpoll. *de servit.rust.*

84 *præd.c.9.n.18.* Berlich. *2.concl.49.n.13.* Si verò per legitimum tempus quis in alieno fundo centum, vel alium numerum ovium pavit, & non ultra, etiamsi postea grex crescat, plures tamen, quàm centum ibidem pascere nequit, *l.1.§.Trebatius.18.ff.de aqu.quotid.* Schneidewin. *ad d.princ.J.de servit.præd.n.31.vers.unde si nobilis.* Berlich. *d.l.n.10.* Sicuti etiam is, cui concessum certum genus pecorum, veluti oves pascere, hoc tantum genus, & non aliud, veluti boves, pascere potest, Schneidewin. *d.n.31.* Cœpoll. *de servit.rust.præd.c.9.n.19.* Berlich. *d.n.11.*

Quod si quoque aliquis pluribus locis vel 86
pagis ex uno ovili jus pascendi habeat, non potestas in alio loco novum ovile extruere, ne oves depascendo prius gramina, rusticis ejus loci pascua depascant, arg. *l.rusticorum.2.§.fin.ff.de servit.rust.præd.l.hoc jure 3.§.1.ff.de aqu.quotid.* Coler. *decis.218.n.1.seq.part.1.* Berlich. *d.l.n.12.*

Plerumque inter eos, qui simul jus pascen- 87
di in locis quibusdam habent, discordiæ oriuntur, præsertim si una communitas plures pecudes habeat, quàm alia, ubi ad discordias illas tollendas ad divisionem perveniri solet, non quidem ipsius servitutis, quæ individua est, sed ipsarum commoditatum, per regiones camporum, ita ut unus in una parte fundi, alius in alia, vel unus cum tot pecoribus, vel certo tempore, alius cum aliis, & alio tempore jus pascendi habeat, Thesaur. *decis.71.n.1.seq.* Menoch. *2.arb.jud.cas.245.n.3.seq.* Cœpoll. *de serv.rust.præd.c.9.n.22.seq.* Berlich. *d.concl.49.n.16.* cùm nemo invitus in communione permanere teneatur propter discordias, quas communionum materia excitare solet, *l.cùm pater.§.dulcissimis.ff.de legat.2.l.in re communi.ff.de serv.urb.præd.*

Ubi observandum venit, quod si agatur 88
de divisione inter duas vel plures communitates jus commune pascendi habentes, quarum una & hominibus, & pecoribus longè numerosior altera, divisio non ratione capitum, sive personarum vel pecorum, sed æqualiter fieri
soleat, ita ut communitas illa, quæ minorem 89
numerum capitum habet, tantam portionem pascui accipiat, quantum altera, quæ longè plura habet capita & hominum & pecorum, Thesaur. *decis.22.n.12.seq.* Menoch. *d.cas.245.in fin.* Berlich. *d.l.n.18.* Si verò agatur de divisione inter cives & incolas ejusdem communitatis, quorum unus plura prædia possidet, quàm alius, tum divisio æqualiter fit inter cives, ita ut etiam pauperrimus non minorem habeat partem pascui, & tot capita pascere possit, quot alius ditissimus, *l.testatrix.20.§.ff.si servit.vind.* Berlich. *d.l.n.19.seq.* Licet alii hoc casu secundum jugerum qualitatem divisionem faciendam esse asserant, Alb. de Rosat. *in l.Imperatores.ff.de servit.rust.præd.* Franc. Marc. *decis.223.n.1.seq.part.1.* Tusch. *lit.P concl.12.n.1.* Oetinger. *de jur.limit.c.9.n.28.lit.c.* Alii verò hoc judicis arbitrio relinquant, Menoch. *d.cas.245.num.14.*
Covarruv. *pract.quæst.37.n.1.vers.eo tamen numero.* Imprimis verò consuetudinem cujusque 90
loci attendendam, non dubitatur. Alber. de Rosat. *ad d.l.Imperatores.17.ff.de serv.rust.præd.* Franc. Marc. *d.decis.223.n.5.* & ubi pascua & nemora sunt communia singularibus personis, ad earumque usum destinata, tunc unusquisq; ipsius pascuis & nemorib. uti debet moderatè, absque æmulatione, secundū quantitatem & vires patrimonii, Franc. Marc. *decis.223.*

num.

num. 5. vol. 1. Sicuti etiam quibusdam in locis, veluti Marchia Brandenburgensi & Ducatu Neapolitano, usu observatur, quod quis non
91 majorem pecorum numerum habere, quàm propriis pabulis per hyemem alere possit, daß einer nicht mehr Viehs halten darff/ dann er mit seinem selbst gewunnenen / und allda erworbenen Futter außwintern und außfüttern kan / dann solches keines mit erkaufftem / oder anders woher erschafftem Futter gestattet wird/auf daß einem andern / so allda auch Hute und Trifft hat/ keine Verschmählerung und Uberseßung widerfahre / teste Joach. Scheplitz, *in consuet. Brandenburg. part. 4. tit. 20. n. 5.*

92 Non potest quoque loci dominus jus novi ovilis instituere, eine Schäfferey anstellen / nisi ex antiqua consuetudine jus tale sibi competere docere possit, aut sibi ab initio regni reservarit, quando facta est divisio terminorum inter se & universitatem, Sesse *decis. 74. num. 29.* aliàs enim pascuorum necessitas prariperetur, & jus quæsitum indebitè læderetur, cùm tamen nec Princeps, nec totus populus, vel uni de populo jus pascuorum auferre possit, Ripa *resp. 93. n. 17.* Sesse *d. l. n. 35.*

93 Servitus quoque pascendi ex eo non inducitur, quod dominus fundi, receptâ singulis annis uniformi præstatione, longissimo tempore passus est vicini pecora in pascua sua immitti. Quandocunque enim dominus pro se, & pro utilitate sua, & suorum subditorum, agris & pratis indigeret, non obstante tanti temporis vel etiam immemorialis usu, dominus præferendus est, sicuti tradunt per *l. venditor. §. fin. ff. commun. præd.* Abbas *in c. dilecti. & ibi* Hostiens. & Ant. de Butr. *X. de arbitr.* Corne. *cons. 188. num. 9. vol. 4.* Matth. de Afflict. *decis. 290. num. 7.*

94 Observandum autem est, quod sint prædia nonnulla, in quibus pastura omni tempore prohibita, veluti quæ hortorum naturam obtinent, welche Gartenrecht haben/beschlossene Güter: Quædam prata sunt, Wiesen/ in quibus citius pascere licet; Quædam loca omni tempore pascuis destinata sunt; Quædam etiam sunt, in quibus certo tempore pascere prohibitum, prout sunt sylvæ cæduæ, die Gehültz und junge Heuw / welche gemeiniglich auf gewisse Zeit gehainet und gebannet werden/ biß auf das vierte und fünffte Laub. Unde in Dicasterio Illustri Ducatus Würtembergici, in einer Appellation-Sach von Schorndorff/ judicatum fuisse, daß niemand seine Wiesen zu Embd niessen möge/wider deßjenigen Willen / deme das jus pascendi darauf gebühret/ refert Besold. *ad jus municipal. Würtemb. disput. 2. n. 176. in fin.*

95 Duæ quoque juris vel servitutis pascendi species referuntur, quædam enim dicitur species vivæ pasturæ, quæ dicitur eo tempore, quo glandes sunt in lignis & nemoribus: Et hoc casu plerisque in locis, omnibus prohibita est pastura, à tempore S. Michaelis, usque ad festum annunciationis B. Mariæ, uti notat Boër. *in consuet. Bituricens. des coustumes prediales §. 7.* Vel usque ad festum S. Andreæ, quo quidem tempore glandes sunt in sylvis & forestis, secundum Chassan. *ad consuet. Burg. rubr. 13. § quarto. verb. des la sainct. num. 4.* Alia dicitur variæ pasturæ, & solet esse tempore, quo nulli amplius sunt fructus super terram, sed sunt omnes recollecti in lignis, post festum S. Andreæ, Chassan. *d. l. n. 5.* Quæ tamen pro cujusq; loci usu & consuetudine variant.

Ad forestalem quoq; jurisdictionem per- 96
tinere prohibitionem, ne arbores extirpentur, & quæ sunt fructiferæ exscindantur, *supra n. 49. & seq.* dictum est. Ubi observandum, quod, si quis in territorio vel sylva aliena jus venandi, & jurisdictionem forestalem habeat, dominus proprietatis in præjudicium ejus, qui jus venandi in sylva illa habet, non possit grandes arbores una vice excidere, & ad quæstum suum transferre, *l. sed si grandes. 11. ff. de usufruct.* Gail. *2. obs. 67. n. 5. seq.* Colleg. Argentorat. *lib. 41 tit. 1. concl. 19. n. 7.* Wehner. *verb.* Forstrecht. *vers. in cujus autem. fol. 156. in fin. seq.* Besold. *verb.* Forst. *vers.* das unzimblich. Harpprecht. *ad d. §. feræ. 12. n. 280. seq. l. de rer. divis.* Joh. Oetinger. *de jur. & controv. limit. c. 10. n. 21. seq.* Quia hoc fraudi & damno esset domino juris venandi, seu ei, qui servitutem venandi sibi debitam habet, quæ eo ipso longè fieret deterior, nemo autem servitutem rectè constitutam, propria authoritate deteriorem facere potest, *l. servitutes. 20. §. si ser* 97
vitus. & §. seq. ff. de servit. urb. præd. l. sed si quid. 15. §. proprietatis. ff. de usufruct. l. certo generi. 13. §. 1. ff. de servit. rustic. præd. l. fructus. 7. §. si fundum. 12. & ibi Bart. & Bald. *ff. solut. matr. l. & si forte. 6. §. fin. ff. si servit vind. l. in fraudem. 45. §. conduct. ff. de jur fisc.*

Multo minus autem proprietatis domino 98
licitum erit, totam sylvam venatoriam radicitus exstirpare, aratrum inducere, & ex ea agrum novalem, vel pratum efficere, außstocken/ und zu Acker oder Wiesen machen/ Gail. *d. obs. 67. n. 10.* Tradel. *apud* Besold. *cons. 3. c. 4. tit. 4. n. 7.* Wehner. *d. verb.* Forstrecht *vers. in cujus fol. 156. in fin. seq.* Colleg. Argentorat. *d. l. 41. tit. 1. concl. 19. n. 9.* Kyllinger. *de jur. venand. conclus. 5. lit. b.* Besold. *thes. pract. verb.* außstocken. *& d. verb.* Forst. *vers.* daß auch. Facultas Jurid Ingolstad. apud Besold. *1. cons. 16. per tot.* Harpprecht. *d. §. feræ. n. 283. l. de rer. divis.* Neuhan. *de jur. venand. conclus. 182. seq.* Quia hoc modo tota ipsius sylvæ forma mutaretur, & tota venandi juris servitus inutilis efficeretur, quod justi & æquitati contrarium esse, præter jura jam allegata, docent *l. inde etiam. 3. §. reficere. 15. ff. de itin. act. priv. l. 2. ff. si usufruct. pet. l. præses. 6. seq. Cod. de servit. & aqu. 2. Cod. ad L. Aquil.* Gail. *d. obs. 67. n. 10.* Cœpoll. *de servit. rust. præd. c. 9. n. 40. seq.*

Quamvis alii hujusmodi eradicationem 99
domino proprietatis sylvæ permissam esse contendant, Ludov. Gremp. *in consil. apud* Besold. *part. 1. cons. 15. n. 9. seq.* Hier. Bertazol. *cons. 21. n. 38. seq.* Guid. Pancirol. *cons. 2. n. 62. l. 2.* Petra *de potest. Princ. c. 7. n. 8. & 9.* Georg. Mohr. *de jur. venand. part. 2. cap. 13. num. 19.* Alii verò distinguendum putent, an jus illud venandi pactis, an verò præscriptione adquisitum sit, & illo casu eradicationem illicitam, hoc verò permissam esse, Gilken. *de præscript. part. 1. capit. 6. numer. 100.* Noë. Meurer. vom Forstrecht *tit.* der Eigenthumbs-Herr / ob er sein eignen Wald / ꝛc.

 abhauen.

abhauen. *10. fol. 23. seq.* Hinc si dominus sylvæ venatoriæ, sive proprietatis tale quid novare vel attentare velit, competentibus remediis, officio judicis implorato, prohiberi potest, ne
100 devastet, vel eradicet. Quamvis enim regulariter possidens in possessione sua turbari non debeat ante sententiam & rem judicatam, *l. 1. l. ordo. Cod. de exec. rei judic. tot. tit. Cod. de prohib. sequestr. pec. c 1. de sequest. possess. & fruct.* & quilibet re sua liberè uti possit, rerumque suarum moderator & arbiter sit, *l. in re mandata. 21. Cod. mandat.* eatenus tamen hoc procedit, quate-
101 nus alteri in jure suo non præjudicatur, Cothman. *3 respons. 11. n. 29. seq.* & de usu legitimo, non etiam de abusu intelligitur, cum Reipubl. expediat, ne quis re sua malè utatur, §. *fin. l. de his, qui sui vel alien. jur.* & sic à regula illa excipitur casus in eo, qui suspectus est de dilapidatione vel devastatione, veluti, si quis sylvam litigiosam una forte vice excidere, & ligna vendere vellet, tunc enim fructus & res ipsæ, non modò in secunda, sed etiam in prima instantia sequestrari possent, per *l. Imperatores. 21. in fin. ibi: tamen, cum popularentur ab adversario, æquum sibi videri, fructus apud sequestres deponi. ff. de appellat. l. si cum dotem 22.* §. *fin.* §. *sin autem. 8. in fin. ff. solut. matrim.* Atque ita, si in casu devastationis vel dilapidationis sequestratio permissa, tanquam majus, inhibitio quoque tanquam minus, permissa erit, Petr. Frider. Mindan. *de mandat. l. 2 c. 39 n. 6. & 7* Et sic quia in tali casu de damno irrecuperabili agitur, dum annosæ arbores exscinduntur, quæ succisæ in hominis ætate pristinæ altitudini & utilitati restitui nequeunt, & sylvæ penitus eradi-
102 cantur, ideò ob periculum, quod in mora versatur, & damnum irreparabile, mandata etiam sine clausula, contra sylvæ dominum, ut à proposito & vastanda sylva desistat, in Camera Imperiali impetrari & decerni posse, testantur Gail. *d. obs. 67 n 8.* Mindan. *d. l. num. 5. & seq.* Schwanman. *obs. 127.* Et ita factum fuisse in causa Zollern contra Fürstenberg / meminit, Gail. *d. n. 8.* Uti & in causa Comitis ab Hohenzollern contra Würtemberg, anno 1589. cùm Comes narraret, non solum se, sed & majores suos, absque ullius contradictione esse & fuisse in possessione vel quasi forestorum N. der Hohenzollerischen Obrigkeit / ita ut nemo ausus fuerit eos turbare, vel in jure venandi, in Jagens-Gerechtigkeit und Wildtsachen / vel cum eradicatione & combustione arborum & lignorum, mit Außreutung und Außstockung der Bäum und Höltzer / subditos tamen Würtembergenses N. N. in dictis sylvis fructiferas arbores excidisse, totumque solum aratro vertisse, imò in eodem facto adhuc pergere. Quia verò tale factum omni jure prohibitum sit, in quo præterea damnum & publicum, & irreparabile prorsus vertatur, weil die gesunde wol erwachsene Eichen umbgehauen wurden / und an den Orten in vielen Jahren kein Holtz wieder erwachsen könte / mandatum sine clausula decretum esse, refert Schwanman. *d. obs. 127.* Petr. Frider. Mindan. *d. cap. 39. n. 8.* In quam sententiam quoque, pro inhibenda sylvarum vastatione, plura alia, non modò Cameræ Imperialis, sed & Parlamentorum & Rotarum extare præjudicia, refert Mindan. *d. l. num. 8.* §. *& in hanc.* Et aliquot citat Papon. *arrestor. l. 14. tit. usage des bois, & de ne couper arbres pendant le proces.* Ex quibus *num. 8.* placitum illud Parisiense *12. Ianuar. anno 1528.* generale est, quo decretum, quod pendente processu, in petitorio vel possessorio hæreditatis aut bonorum, judex partibus, imò ipsis possessoribus, ad instantiam alterius inhibere possit, ne arbores succidant, aut ullam rei litigiosæ vastationem faciant, antequam res jure decisa fuerit. Ubi tamen generali clausula notandum, quod, quia inhibitio, ne quis utatur fruatur, valde sit præjudicialis, mandatum sine clausula non facilè decernendum sit, nisi narrata super damno irreparabili rectè & verisimiliter, qualificentur, nam aliàs cum clausula mandandum, cum extra casus Ordin Camer. *part. 2. tit. 13.* à præcepto non debeat inchoari, per tradita Coler. *de process. exec part. 1 c 2 n. 231. seq* Petr. Frider. Mindan. *de mandat. lib. 2. c 10. num. 11.* & ejusmodi inhibitionem excisionis multarum arborum non competere, quando sæpe ante juris venandi adquisitionem excisio ejusmodi facta fuerit, tradit ex Petr. Gilken. *de præscript. part. 1. c. 6. num. 1 9.* Græven. *pract. concl. l. 2. concl. 67 n. 2.*

Sed quid si eradicatio ejusmodi inscio ve- 103
nandi domino fuerit facta, quomodo ipsi consulatur? Et hoc casu decimas novales ex arvo inde redacto ei deberi asserit, VVehner. *verb.* Forstrecht. æquum enim est ipsum foresti dominum aliquod commodum ex eo loco, ubi jus venandi habuit, sentire, cum usus venandi per sylvæ devastationem non tantum deterioratus, sed in totum extinctus sit, unde fieri solet, quod foresti domini in recompensam detrimenti, quod venationi per arborum eradicationem accidit, decimas exigant, quas à decimis novalibus nomine distinguunt, daß die 104
Forstherren von den Aeckern / so von neuem außgereutet werden / die Zehendt-Garb erfordern / welche sie Forst- oder Stock-Garben nennen / und für kein Noval-Zehenden halten / auch sich damit wider die Zehend-Herren und Pfarrer defendiren wollen / Besold. *verb.* außstocken. *vers. indeque fit.*

Aliter autem domino foresti, sive jus venandi habenti consulunt, Noë Meurer. vom Forstrecht. *tit.* wie und durch was Klagen um Forstl. 7. *vers.* da aber die Wälden. *fol. 17. seq. & fol. 24. vers.* also da auch. eumque secutus Kyllinger. *de jur. venandi concl. 5. lit b.* qui æstimationem ipsi 105
concedendam putant, qua jus suum ex bono & æquo æstimet, & juramento definiat, quanti jus illud habuerit, *arg. l. 2. ff. si servit. pet.* & per tradita Cœpoll. *de servit. rust. præd. tit. de servit. jur. pascend. n. 42. seq.* Aliud & foresti domino propter eradicationem factam, nihil refundendum esse, consuluit Ludov. Gremp. *apud* Besold. *part. 1. consil. 15. n. 88. seq.*

Quod autem porrò Domino proprietatis 106
sylvæ, in qua alius jus venandi habet, liceat arbores ex ea sylva cædere tam ad usum proprium comburendi & ædificandi, quàm ob aliam necessitatem, commodi & lucri sui causa,

aliis

aliis vendere possit, modò id fiat moderatè, & juxta morem & consuetudinem antiquitus observatam, ita videlicet, ne juris venandi servituti officiatur, ipsa æquitas & naturalis ratio postulat, & docent per *l. ex sylva. 10. l. arboribus. 12. in princ. ff. de usufruct.* Gail. *2. obs. 67. n. 9.* Garsias *de expens. & meliorat. c. 11. n. 37.* Sixtin. *de regal. lib. 2. c. 18. n. 68. seq.* Harppecht. *d. § ferae. 12. num. 283.* Neuhan. *de jur. venand. conclus. 190.*

107 Kylling. *d. consil. 5. lit. b.* Et sic si jus sylvaticum, das Wald-Recht / observetur, & in singulis sylvæ jugeribus auf einem jedwedern Morgen Walds / certæ arbores vel stirpes relinquantur, quæ vulgò dicuntur Banraitel / & ut plurimum esse solent arbores vel stirpes sedecim, sicuti cautum est, in der Fürstl. Würtembergischen Forst-Ordnung. *part. 2. tit.* Banraitel. *fol. 67.* his verbis: Item / in jeglichem Morgen sollen mit Fleiß aufgezeichnet werden / die gerädesten und stärckesten Raitel (wo zuvor kein Banholtz oder Raitel in demselben Schlag stunde) am wenigsten sechszehen Stämm / und nicht minder (ausserhalb in unsern eigenen Wälden / da wir mehr Bauholtz zuerziehen befehlen werden) welche für und für in jedem Morgen dergestalt gehauet / daß / wann einer oder mehr Stämmoder Banraitel / an den sechszehen Stämmen abgehauen werden / soll allweg in Zeiten deß Haws vorbestimbte Zahl wiederum erfüllt / und ersetzt / doch darüber nicht gemehret werden. Und sollen vor allen Dingen und zuforderist die Banraitel Aychin seyn / wo aber nicht Aychin verhanden / alsdann gut Buchin / wo nicht Aychins oder Buchins / alsdann Bürckin oder Espin bleiben.

108 Quod si quoque quis jus lignandi ad comburendum in aliena sylva obtineat, die Gerechtigkeit mit Brennholtz sich zuversehen / ipsi non concessum est arbores sanas & ad ædificationem aptas, sed cremia sive surculos tantum tenues & aridos, & ramusculos emortuos cædere, mögen nicht die gesunden Baustämm angreiffen und abhauen / sondern sie haben allein die abgestandene Storren / dürre Aest / Grät und das gefallene Holtz zugebrauchen / *l. fructus 7. §. si fundum. 12. ff. solut. matrim. l. ligni. 55. §. Ofilius. 4. ff. de legat. 3.* Joh. Oetinger. *de jur. limit. c. 10. n. 30. & in not. lit. d.* ubi notandum monet præjudicium Parlamenti Burdegalensis *de anno 1535.* quod usus, sive fructus sylvæ inciduæ singulariter debeat regulari juxta mores boni patrisfamilias, ut saltem cremia, lignavè emortua ad comburendum colligantur, arboribus verò sanis, grandioribus, frugiferis, vel ad ædificandum aptioribus, parcatur: Et si quidem hisce uti ad trabes, ædificia, in vineam, &c. necessitas postulet, ut parcissimè ad usum necessarium, solummodò cædantur, nequaquam verò ad vendendum, Papon *arrest. lib. 14. tit. usage de bois & de ne coupper. n. 5.* Masuer. *in pract. for. tit. 13. de usufruct. num. 1.*

109 Et licet quoque quis in aliena sylva habeat jus urendi lignis ad focum & ædificium, Bau- und Brennholtz zuhauen / idque per totam sylvam, & unamquamque ejus partem, ad evitandam tamen deformitatem & sylvæ devastationem jus illud, vel utendi facultas, ad instantiam proprietarii, suis finibus & limitibus restringi, & usuario inhiberi poterit, ne limites, ad sylvæ excidium evitandum, egrediatur, per *l. Divus. §. fin. ff. de usu & habit.* Papon. *d. tit. 14. n. 1.* Petr. Frider. Mindan. *d. c. 39. num. 9. seq.* Oetinger. *d. c. 10. num. 27.* ita ut usuarius vel fructuarius sylvam iniquius vastet, & jure suo abutatur, illud amittat, Oetinger. *d. c. 10. num. 28.* Mindan. *d. cap. 39. num. 12.* ubi ita judicatum refert in Parlamento Parisiensi anno 1530. contra incolas Rogenses, teste Papon. *d. tit. 14. n. 3.*

Atque hinc quoque veteribus magna sem- 110
per cura fuit sylvarum, non modò propter amœnitatem, sed maximè propter summam necessitatem, ut lignorum materia non desit, qua ædificia & alia opera, publica & privata confici, & foci atque ignes ad quotidianos usus foveri possint, cum absque sylvarum subsidio publicus civitatum aspectus publicumque decus tandem deformetur, tectaque & ædificia corruere necesse sit, nihilque ædificari queat, contra *l. 2. & tot. tit. Cod. de ædific. priv. & tot. tit. Cod. de oper. publ.* & cùm sylvæ & arbores annosæ, sublimes, crassæ excisæ aut eversæ immemorialibus temporibus recrescere, & in pristinum restitui non possint, unde apud Romanos salubri consilio cautum fuit, ut Consules curam collium & sylvarum haberent, juxta illud poëtæ:

Si canimus sylvas, sylvæ sunt Consule dignæ.

Tantumque devastationi sylvarum & arborum lege XII. tabul. occursum est, ut qui in curia recidisset alienas arbores in singulas æris viginti quinque lueret. Quæ lex Romanis Prætoribus repetita, eorumque perpetuo edicto comprehensa est. Unde si arbores furtim cæsæ sint, ex XII. tabul. & ex lege Aquilia actionem dari, scribit Paulus *in l. 1. ff. arbor. furt. cæs.* & damnum per injuriam datum, immisso in sylvam igne, vel ea excisa, si probare quis possit actione legis Aquiliæ utendum, rescripsit Imperator Alexander *in l. 1. Cod. de leg. Aquil.* atque eos quoque, qui arbores reciderint, tanquam latrones puniendos esse, sancitum est *in l. sciendum. 2 ff. arbor. furt. cæs.*

Ex quo etiam in Republ. Venetorum ac- 111
curatè observatur, ut sylvarum cura peculiari magistratui demandetur, & supplantentur publico decreto, ne deficiat materia copiosa in usus ædificiorum & navigiorum, Conrad. Heresbach. *l. 2. de re rustic.* Petr. Frider. Mindan.
de mandat. l. 2. c. 39. n. 2. Atque etiamnum hodie 112
apud Principes & alios, ac in Rebuspubl. benè constitutis, & ubique ferè locorum certæ sunt constitutæ personæ, quibus cura sylvarum commissa, & in eos, qui prohibito tempore ligna è sylvis auferunt, animadversio concessa est, vulgò Forstmeister / Waldvogt / Waldschützen / Forstknecht. Unde quoque politici nonnulli tradunt, omnibus in rebus vitam humanam ita adjuvare sylvas, ut illæ post segetes maximè sint optandæ, nec ullo modo
vastandæ, Patric. *de republ. l. 7. tit. 5.* Et notan- 113
dum est illud Philippi Melanchtonis, qui dixit, tria mundo aliquando defutura, ligna nempe, probam monetam, & bonos amicos, Es werde der Welt manglen an guter Müntz / an Holtz

und guten Freunden. Quo dicto ipsum vatem deprehendimus: Monetam siquidem probam paucos ante annos defecisse, , & aliam inductam vidimus, quæ primum ad aspectum rubore haut ingenuo crimen profitebatur. Ligna assumpta novimus immensa prodigalitate in ergasteriis quolibet ferè in angulo mira multiplicatione, contra expressas Imperii leges (vide Goldast. *catal. rei monetar. tit. 13. pag. 58. seq.*) indies surgentibus. Ita verò ligna absumpta deprehendimus, ut hodie magistratui tantum non sit, quantum ad ultrices flammas, quas constitutio Imperatoria, *l. 2. Cod. de fals. monet.* monetarum istis adulteratoribus addixit, sufficiens esse poterat. Et ne qua in parte Melanchtonis claudicet effatum, amicis destituimur, cùm veritas modo probata odium pariat, prout scribit Johan. Limnæ. *de jur. publ. libr. 3. caput. 2. numer. 66.*

CAPUT VIII.

De jure constituendi Magistratus.

Summaria.

1. Popularia imperia crudelia & mutationibus obnoxia.
2. Difficile est totum populum in unum convenire.
3. Sine imperio nulla gens, nulla Respublica &c. stare potest.
4. Respublica navi comparatur.
5. Anarchia nihil periculosius.
6. Decuriones quinam olim?
7. Civitates olim Imperatoris nomine per Episcopos in Ecclesiasticis, per Comites in politicis gubernatæ, donec nova forma per consules & senatores gubernandi inducta. & n. 8.
9. Postquam civitates Imperiales ab Advocatis & Prætoribus sese liberarunt, certas personas sibi in magistratum elegerunt, & liberum regimen constituerunt.
10. Jus constituendi magistratus ad superioritatem territorialem pertinet.
11. Magistratus unde dicatur?
12. Veteribus magistrare idem quod imperare & gubernare fuit.
13. Magistratus quibus nominibus dicantur? & n. 14.
15. Magistratus definitio.
16. Est divina ordinatio.
17. Magistratus superior quis?
18. Inferior quis?
19. Magistratus quomodo constituatur?
20. Electio Magistratus ad quem pertineat?
21. Populo indistinctè electionem concedere periculosum & melius optimatibus conceditur.
22. Alicubi præstantissimus eligitur, qui postea alios & alii alios eligunt.
23. Libera electio quid?
24. Restricta quænam?
25. Alia ad certum civium ordinem & conditionem.
26. Alia ad certam nationem.
27. Alia ad certam familiam.
28. Sorte quandoque fit electio.
29. Idque aliquando adhibitis fabis & tesseris.
30. Sorte electus primus Rex Phrygum.
31. In electione magistratus favor abesse debet, largitiones & venditiones.
32. Non omnibus dignitatum portæ patent, sed idonei viri eligendi sunt.
33. Consultum est sensim ad magistratus pervenire.
34. Eligendi sunt in magistratum viri pii & Deum timentes.
35. Veraces.
36. Prudentes.
37. Viri strenui & severi.
38. Terribiles magistratus se præbebunt delinquentibus, mites verò devotis.
39. Justi & justitiam amantes.
40. Fidei observantes, & in dictis & factis constantes.
41. Viri boni, probi & virtute præditi.
42. Fortes & magnanimi.
43. Patriam amantes & curantes.
44. Potior magistratui cura esse debet patriæ & Reipublicæ quàm parentum.
45. Viri docti & eruditi.
46. Inscitia in Republica miseriarum omnium causa.
47. Imperare ars est artium maxima.
48. Musarum commercia naturam mitigant, & mansuetam faciunt.
49. Docti ab indoctis quomodo differant.
50. Aliter literas tractare debet magistratus aliter scholasticus.
51. Magistratus imprimis latinæ linguæ cognitionem habebit.
52. Et historiarum, harumque utilitas.
53. Historia testis est temporum, lux veritatis, &c.
54. Eloquentia magistratui maximè utilis & necessaria.

55. Imprimis etiam Iurisprudentia, & juris-publici scientia.
56. Prudentia politica.
57. Politici quinam dicantur?
58. Pseudo politici quinam sint?
59. Expedit aliquando prudentiam politicam astu temperare dissimulando, & nescit regnare qui nescit dissimulare.
60. Eligendi quoque in magistratum temperantes & sobrii, & n. 61.
62. Ebrietatis mala quænam?
63. Casti & continentes.
64. Clementes & misericordes.
65. Principes & magistratus dicuntur clementes, & clementer agentes populi benevolentiam sibi conciliant.
66. Impp. Theodosii, Rudolphi & Sigismundi de hoc memorabilia dicta.
67. Melius Deo redditur ratio propter misericordiam quàm crudelitatem.
68. Clementia cum severitate temperata esse debet.
69. Tam omnibus ignoscere crudelitas est quàm nulli.
70 Bonis nocet qui malis parcit.
71. Clementiæ contrariatur crudelitas & tyrannis.
72. In magistratus eligendi sunt humani & affabiles.
73. Viri graves, quorum gravitas cum humanitate & affabilitate temperata esse debet, & n. 74.
75. Mansueti & placabiles.
76. Humiles & modesti.
77. Honores mutant mores.
78. Quidam adhuc monarchus humilis, sed Abbas factus, elatior extitit.
79. Eligi quoq; debent viri candidi & ingenui.
80. Adulatio pessimum vitium.
81. Eligendi sunt quoq; magis divites quàm pauperes.
82. Reipublicæ interest per ditiores & digniores regi.
83. Paupertas ad scelera proclivis.
84. Pauperes tamen à magistratu non excludendi omninò.
85. Nobiles & patricii potius, quàm ignobiles.
86 Imperator promittit in Capitulatione, quod officia illustria non infimæ conditionis, sed spectabilibus viris collocari velit.
87 Quo quis stemmate nobiliore prognatus, eo clariore judicio præfulgere censetur.
88. Plebei patriam non adeò curant ac Nobiles.
89. Prioribus seculis pleraque civitates Imperiales à Nobilibus & Patritiis gubernata.
90. Imperator Carolus V. tribus in Civitatibus Imperialibus abrogavit.
91. Non tamen humili & obscuro loco nati à magistratu omninò arcendi, sed virtus quoque consideranda.
92. Humilium virorum ad summa officia promotorum exempla.
93. Homines quoque plebei ad aulica officia promoti.
94 Caroli M. oratio ad scholares Parisienses.
95. Si statuto civitatis caveatur, ut Nobiles & Patritii tantùm in senatum recipiantur, & totidem non adsint, quid agendum, & n. 97.
96. Consulendum necessitati.
98. Senes magis quàm juvenes eligendi, & n. 101. & seq.
99. Annorum multitudo docet sapientiam.
100. Senes magis sunt constantes & majori authoritate pollent.
101. Væ terræ cujus Rex puer est.
102. Ante 25. annum nemo ad decurionatum & civitatis consilium jure civili admittitur.
103. Iuvenes ad Reipubl. gubernacula admittendi quando ætatis defectus virtute compensatur.
104. In dubio natu majores præferendi.
105. Admittuntur minores, quando majorum est defectus.
106. Mediæ ætatis homines eligendi, & qui tales.
107. Indigenæ potius quàm extranei eligendi, & n. 110.
108. Imperator alius eligi non potest, nisi Germanus.
109. Idem est quoad Cameræ Assessores.
110. Romani ne socios quidem in Curiam recipiebant, quod in aliis Regnis & Rebuspub. obtinet.
111. Peregrini quatenus eligendi?
112. Non considerandum ex qua Patria quis ortus, sed qua dignus sit.
113. Peregrini non sunt affligendi.
114. Inviti magis quàm ambientes in magistratum eligendi.
115. Ambientes repellendi.
116. Inviti etiam cogi possunt ad assumendum magistratum.
117. Pœna in hos constituta, horumque exempla, n. 118.
119. Publica munera etiam invitis deferuntur.
120. Non tamen omni excusationi via præclusa.
121. Magistratus non tantùm honor sed & onus est.

122. Vir.

122. Virtutes hujusmodi non debent esse fucatæ sed reales.
123. Ad Rerumpublicarum gubernacula non sunt admittendi vitæ turpitudine inquinati, & quinam tales? n. 124. seq.
124. Magistratus non tantùm ab ipso vitio, sed etiam ab ipsius suspicione cavere debet.
125. Infamibus porta dignitatum non patent.
126. Admittendi quoque non sunt, qui viles & sordidas artes tractant.
127. Spurii & illegitimè nati.
128. Sordes non merentur poni inter præcipuos.
129. In spuriis paterni criminis exempla metuuntur.
130. Spurii ad Electoratus non admittuntur.
131. Heretici ab honoribus exclusi nec ad senatum admittendi, secus quoad diversæ religionis homines.
132. Ambitiosi & superbi, remissivè.
133. Homines avari.
134. Munera excæcant & corrumpunt sapientes.
135. Egeni nō facilè ad judicandū olim admissi:
136. Magistratui salaria de publico constituenda, & n. 137.
138. Animalia bruta eos, qui Regum loco sunt, alunt.
139. Non admittendi quoq; sunt usurarii.
140. Ære alieno nimium gravati.
141. Reipublicæ debitores.
142. Deformes.
143. In dubio pulchrior in Imperium exercitus eligendus.
144. Mentis indicium corporis forma esse solet.
145. Deformes quoque virtutibus præditi.
146. Exemplo Æsopi & Socratis.
147. A Rerumpublicarum gubernaculis arcentur fœminæ.
148. Fœminæ ab omnibus officiis civilibus remotæ.
149. Clerici & personæ Ecclesiasticæ ad munera civilia non admittendæ, & opprobriosum Ecclesiasticis, se causarum secularium peritos ostendere.
150. Admittendi quoque non sunt homines proprii.
151. Qui natura inhabiles, muti, surdi, cœci, impuberes.
152. In magistratum non assumendus qui subesse non novit.
153. An ex una aliqua familia plures in Senatum sumi possint, & n. 154.
155. Et quid de affinibus?
156. Ex una familia in Regimine Electivo sæpius non esse assumendos Rerump. moderatores Politici suadent.
157. An perpetuum an verò temporalis magistratus constituendus, & n. 158. 159. 160. 161.
162. Inauguratio magistratus quid sit?
163. Desinit quis esse magistratus renunciatione.
164. Exempla Imperatorum Imperio renunciantium.
165. Quatenus licita renunciatio.
166. Mutatione regiminis ordinaria.
167. Remotione ab officio, ejusq; exempla.
168. Amittit quis magistratum, si turpibus lucris & vilissimis artibus occupari caperit.
169. Si quis Senatus arcana revelet.
170. Si Senator negligens, & Reipublicæ inutilis existat.

QUamvis libertas Civitatum Imperialium omnibus civibus inter se æqua & æquali ratione competat, cum tamen tali regimine populari (vel ut dicunt democratia liberiore, Besold. *de democrat. in gener. cap. 2.*) non ra-
1 tio, non lex, non justitia, non æquitas, sed impetus regnaret, & imperia popularia, crudeliora quàm tyrannica, & maximè mutationibus obnoxia essent, Georg. Richter. *axiom. polit. 61. & 63.* Keckerman. *lib. 2. polit. cap. 3. fol. 555.* & juxta illud Sambuci *in emblemat. fol. 20.*

Quum coeunt cives sine legibus, imperiumq;
Omnibus æquale est, jus gladiusq; silent.
Et nisi seditio populum vexatq; tumultus;
Præmia nulla bonis, libera pœna malis.
Ut tempestates turbo præludit arenis.
Horum conditio mobilis, atque status.
Hos fuge, tranquillas si quæris figere sedes:
Nempe nihil firmi res popularis habet.

2 Ac præterea difficile esset, totum populum, omnesque cives, propter quævis negotia in unum convenire, & consentire, *l. 2. §. deinde quia difficile. ff. de orig. jur. l. 1. §. fin. & ibi gloss. ff. de adquir. possess.* Nam juxta Poëtam:

Scinditur incertum studia in contraria vulgus.

Parumque fuisset universitatem habere bona, res, privilegia, & alia jura, nisi essent officiales & magistratus, qui ipsas universitates regerent & administrarent, earumq; bona & juxta protegerent atq; defenderent, Gloss. *in rubr. C. de administr. rer. publ.* Cum nihil tam aptum censeatur ad jus, conditionemq; Naturæ, quam Im-
perium, ac sine Imperio, sive magistratu, nulla 3
gens, nulla Respublica, nulla domus, nulla civitas, nec hominum universum genus stare, nec rerum natura omnis, nec mundus ipse potest, secundum Aristot. *1. polit. 3.* nihilque est, quod sine moderatore consistere posset; sic domus ab habitatore deserta, dilabitur: Navis sine gubernatore, pessum abit, Cicero *3. de legib.* Et sicut homo animalium est optimum; ita sine justitia, sine jure & lege, est omnium deterrimum,
Lactant. *lib. 3. cap. 21.* Unde non frustrà Respu- 4
blica navi comparatur, quæ perito & bono nauclero destituta ad præruptos Oceani scopulos, ventorum procellis, à recto cursu depulsa, tamdiu illiditur, donec in partes dissiliens, & naucle-

nauclerum ipsum, & omnes, qui in eadem navi vehuntur, in profundissimas aquarum voragines demergat: Sic bono & industrio Respublica magistratu seu gubernatore destituta, tamdiu iniquis acerbioris fortunæ & pestilentialis invidiæ procellis conquassatur, donec naufragium faciens, & sese & gubernatorē & omnes cives suos funditùs evertat, Hœnon. *polit. disp. 3. concl. 1.* Ac præterea Anarchia nihil sit periculo-
5 sius & deterius. Præterq; sub malo, quàm nullo vivere magistratu, de quo *supra lib. 1. cap. 8. n. 67.* Res eo devenit, ut consultationes de salute publica, de rebus Imperium, Statumq; Reipublicæ concernentibus, cura item judiciorum instituendorum, rerum judicatarum exequendarum, & quod omninò politiæ fuit, in certos quosdā de civibus fuerit translata, Michael Haintz. *de jur. civitat. concl. 40 lit. c.* Rutg. Rulant. *de com-*
6 *miss. part. 2. lib. 5. cap. 4. numer. 44.* Et quidem antiquitus Decuriones constituti fuerunt, qui inde ita dicti, quod initio cùm Coloniæ deducerentur, decima pars eorum, qui ducebantur, consilii publici gratia conscribi sit solita, *l. pupillus. 239. § decuriones. 5. ff. de V. S.* Hique in municipiis & Coloniis erant tales, quales Romæ Senatores, *l. fabricenses. 32. Cod. de decur.* Valla. *elegant. 6. capit. 32.*

7 Postea Civitates Imperiales Imperatoris nomine per Episcopos in Ecclesiasticis, & per Comites in politicis gubernatæ fuerunt, donec Imperator Henricus V. novam formam gubernandi Civitates Imperiales, per Consules nempe & Senatores, induxit, quæ postea in omnibus civitatibus etiam municipalibus in usu esse cœpit, exemplo ab antiquo Romanorum Regimine desumpto, Otto Frising. *lib. 2. cap. 13.* Lehman. *Chron. Spirens. lib. 4 cap. 11.*

Civitates igitur Imperiales primitus in Ecclesiasticis gubernarunt Episcopi, in politicis verò Comites. Postquam autem Comites sæpissimè, & maximè belli temporibus ad aulam & bellum vocati, officio suo præesse & justitiam administrare non potuerint, vicarios suos constituerunt, qui Schulteti & præpositi dicti, & in ipsorum absentia justitiam administrarunt,
8 Angesil. *lib. 5 cap. 14.* unâ autem cum Comitibus sub Francorum Regibus & Imperatoribus septē aliæ personæ ex civibus judiciis præfuerunt, qui judices & scabini, Ratzenburger dicti fuerunt, & cum Comitibus eorumq; vicariis merū & mixtum Imperium omnimodamq; jurisdictionem exercuerunt, sicuti tradit ex Capitularibus, Lehman. *Chron. Spirens. lib. 2. cap. 22.* Quod etiam sub Germanicis Imperatoribus obtinuit, & cum ipsæ Civitates Imperiales majorem libertatem adeptæ, ubi in singulis urbibus Prætores, Consules & alii magistratus, vel ab ipsis Imperatoribus immediatè, vel ab Episcopis, qui Civitates istas Imperiales in Ecclesiasticis, vel Comitibus, qui easdem in politicis & causis secularibus Imperatoris nomine gubernarunt, cum populi assensu electi & præpositi fuerunt, sicuti constat ex decretis Comitiorum apud Roncalias à Friderico I. Imperatore, cum proribus Germaniæ, Galliæ & Italiæ super Regalibus Imperii *an. 1158.* habitis, apud Goldast. *tom. 3. constit. Imperial. fol. 335.* ubi ita habetur: Judicatum est etiam in singulis urbibus Prætores, Consules cæterosq; magistratus, assensu populi, per Imperatorem creari oportere, qui Sacramentum ei dicerent, ac jus civium Regumque tueri scirent. Et in pace Constantiæ de civitatibus Lombardiæ (propter propensionem earum ad defectum) singulariter statutum in hunc modum: In civitate illa in qua Episcopus per privilegium Imperatoris vel Regis, Comitatum habet; si Consules per ipsum Episcopum consulatum recipere solent, ab ipso recipiant, sicuti consueverunt recipere: Alioqui unaquæq; civitas à nobis consulatum recipiat. Consequenter verò in singulis civitatibus Consules constituentur à nuncio nostro, qui sit in civitate, vel Episcopatu; & investituram recipient: & hoc usque ad quinquennium; finito quinquennio unaquæq; civitas à nobis recipiat, & intra quinquennium à nuncio nostro, sicut dictum est; nisi in Lombardia fuerimus, tunc enim à nobis recipiet. Imperator quoque Octavius magistratus partim ipse designabat, alios populo plebiq; creandos permittebat, sicuti scribit ex Dio. Cassio *lib. 53. histor.* Petr. Gregor. Tholosan. *de republ. lib. 4 cap. 5. num. 24. in fin.*

Et hæc vetustis temporibus & tamdiu obtinuerunt, donec Civitates Imperiales ab Advo- 9
catis & Prætoribus Imperialibus sese liberarunt, ipsisq; concessum fuit, ex civibus certas quasdam idoneas personas in magistratum eligere, & certum sibi regimen constituere, de quo Lehman. *Chron. Spirens. lib. 4. cap. 3. fol. 281. col. 1. in fin.* Ex quo etiam hodie quælibet Civitas Imperialis jus & potestatem habet constituendi magistratus, Bruning. *de var. universit. spec. concl. 27.* Idque vigore Regalium juris superioritatis territorialis, & omnimodæ jurisdictionis, quæ jura Civitatibus Imperialibus competere, ex præcedentibus constat. Nam jus creandi magistratus majores ad justitiam expediendam ad Regalia & quidem majora pertinere dictum est *supra cap. 4. n. 95.* Idemq; jus eligendi & con- 10
stituendi magistratus & judices, eosq; destituendi, die Gerichte zu besetzen und zu entsetzen/ad superioritatem territorialem pertinere, docent per *l. un ff ad L. Jul. ambit. Novel. 15. cap. 1. § 1.* Bald. *in l. fin. num. 2. Cod de legib.* Chassan *in catal. glor. mund. consid. 24. n. 14.* Mascard. *de probat. concl. 948. num. 2.* Reinking. *de regim. secul. lib. 1. class. 5. cap. 4. numer. 103.* Thom. Michael. *de jurisdict. conclus. 52. lit. a.* Ziegler. §. *Landsassii. conclus. 1. numer. 178.* Meichsner. *tom. 2. lib. 2. decis. 4. n. 120. seq.* Mingius *de super. territ. concl 70.* Et quod jus eligendi, confirmandi & removendi magistratum signū sit dominii & superioritatis, tradunt Bald. *in l. fin. n. 2. C. de legib.* Meichsner. *d. l.* Menoch. *consil. 270.* Cravet. *cons. 673. num. 14.* Natta. *cons. 636. num. 67.* Hen. Gœden. *cons. de jur. civit. 2. num. 2.* eumque dici superiorem, qui potestatem habet constituendi & destituendi magistratum, dicit Bald. *in l. Barbarius. lect. 2. num. 13. ff. de offic. prat.* Felin. *in cap. 1. num. 24. X. de constitut.* Chassan *d. consil. 24. num 14.* & officialium electione sive constitutione administratione jurisdictionis probari, docent Natta. *cons. 672. n. 1. seq. lib. 4.*

Mascard.

Mascard. *d. conclus. 948. num. 2.* Bocer. *de jurisd. cap. 10. num. 10.* Ac magistratus creationem & depositionem mero quoq; Imperio adscribunt, Meichsner. *tom. 2. lib. 2. decis. 2. numer. 120. seq.* Gylman. *symphor. tom. 1. part. 1. tit. 2. vot. 1. num. 127. fol. 99.* Bidembach. *nobil. quæst. 7. num. 3. vers. pertinet quoque.* Imò inferiores quoque jurisdictionis dominos prætores, aliosque magistratus inferiores constituere, dictum est *supra cap. 6. n. 1. & 47.* Et Civitates Imperiales jus potestatem habere liberam eligendi & constituendi sibi magistratus, eosque destituendi & deponendi, ipsa experientia & praxis quotidiana
11 satis apertè docet. Dicitur magistratus à magistro. *l. cui præcipua. 57. ff. de V. S.* magister autem vel à Magis Persarum sapientibus, vel ab adverbio magis, ut minister à minus descendere videtur, & magister eum significat, cui præcipua alicujus rei cura incumbit, & qui magis, quàm cæteri diligentiam & sollicitudinem rebus, quibus præest, debet, *d. l. cui præcipua. 57. ff. de V. S.* Sicuti è contrario, Ministri, à minus ita revocari putantur, Besold. *d. magistrat. c. 1. num. 2.* & denotat aliquando quamlibet in genere potestatem & officium, per *Roman. 13. v. 1. & 2. l. eum. 13. ff. de jurisdict. l. potestatis 215. ff. de V. S.* tam personam, quàm honorem, Festus *lib. 2.* Sæpius autem eos denotat, qui in civitatibus jus dicunt, *l. magistratibus. 12. ff. de jurisdict. tot. tit. Cod. de magistrat. municipal.*
12 *& ibi* Wesembec. & veteribus magistrare idem quod gubernare & imperare fuit, ex Festo Vernulæ. *institut. polit. lib. 2. tit. 8.* Besold. *de magistratib. cap. 1. num. 1.* ex eo, quod magistratus subditos suos regat, moderetur & gubernet, non secus, ac magistri discipulos, eaque situs magistratus, ut rectè præsit, & recta & utilia præscribat, Cicero *libr. 8. de legib.* Et magistratus dici videntur, quod in majori sint statione, ut ait gloss. *in Clemen. 2. verb. doctoratus. de magistr.* Mascard. *de probat. conclus. 1000. n. 1.* Magi-
13 stratus quoque dicuntur optimates, vel quia optimi viri dignitate & meritis erga Rempubl. maximè insignes, ei præsunt, vel quia ita præsunt, ut omnia ad illud referant, quod civitati & iis utile est, quibuscum ea communicatur, Aristot. *libr. 3. polit. capit. 7.* Herodot. *libr. 3.* A-
14 pud Romanos dicti fuerunt prætores, Præsides, civitatum & provinciarum, Johan. Limnæ. *lib. 7. capit. 1. numer. 14. in fin.* Jure divino varia obtinent nomina, de quib. vid. *infr. lib. 6. c. 1. n. 2.*

Magistratus variè definiri solet, & dicitur
15 persona publica, ad conservationem legis & humanæ societatis, cum potestate à Deo armata & constituta, Philip. Melanchton. *in loc. theolog. de magistr. polit.* seu præfectus publicæ societatis, cum potestate consultandi, jus dicendi, imperandi, &c. ut definit Besold. *class. 2. disput. polit. 3. conclus. 2.* Esse autem magistratum
16 divinam ordinationem, tum ratione originis, tum ratione auctoritatis & dignitatis, satis luculenter testatur sacra scriptura, *Psalm. 82. v. 6. Sapient. 6. vers. 4. Dan. 2. v. 37. & 38. Roman. 13. v. 1. 1. Timoth. 2. v. 2. 2. ad Tit. 3. v. 1. 1. Petr. 2. v. 13. seq. Proverb. 8. v. 15.* Unde Reges & Principes Dei gratia constitutos esse & regnare ipsi agnoscuntur, dum scribunt von Gottes Gnaden / Wesembec. *in proœm. instit. n. 3.* vid. *infra 6. n. 4.*

Magistratus alius superior, alius inferior 17
est. Superiorem dicunt, qui nemini subjectus est, sed qui ipse summum in alios Imperium exercet, & obtinet, sicut est summus Princeps, Imperator scilicet, Rex, vel Respublica summa, Obrecht. *disput. prior. de bell. conclus. 115.* Quamvis Imperator propriè loquendo non videatur esse magistratus, sed quovis magistratu superior & major, causa, fons è quo omnes magistratus profluunt & dependent, non dignitas, sed dignitatum culmen, fundamentum & principium, Fulv. Pacian, *de probat. lib. 2. cap. 43. num. 7. seq.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2.*
part. 1. capit. 2. num. 2. Inferiorem magistratum 18
vocant, qui superiorem habet, quique ipse jus dicere, & imperare potest cujus generis esse Electores, Principes, Comites, Barones & Civitates Imperiales, scribit Obrecht. *d. l. concl. 127.* De magistratus divisione vide plura *infra lib. 5. c. 1.* Constituitur magistratus vel successione
vel electione. Cum autem successio magistra- 19
tus in Civitatibus Imperialibus locum non obtineat, ideò etiam de ea hic disserere instituti nostri non est. Constituitur magistratus in Civitatibus Imperialibus per Electionem, quæ si fiat secundum leges & instituta, moresque Reipublicæ, & ab iis, qui electionis jura habent, legitima est, Tholosan. *de Republ. lib. 7. cap. 15.* Et hæc electio quandoque ad totum populum, quandoque ad paucos, quandoque
etiam ad unum spectare solet. Ubi non ineptè 20
quæritur ab Aristotele, *lib. 4. polit. cap. 15.* utrum melius sit à toto populo seu omnibus civibus, an verò ab aliqua ejus parte, seu civibus tantùm quibusdam magistratum eligi? Ad quam Timplerus *lib. 2. polit. cap. 2. quæst. 4.* per distinctionem respondet, & duobus modis magistratum dici à toto populo posse eligi dicit: Primum modum esse dicit, cùm omnes & singuli cives sunt in numero Electorum, suisque suffragiis singularibus magistratum designant. Alterum modum esse, cùm totus populus ex civium universitate unum aut plures communi consensu eligit, iisque jus eligendi tradit: Atque hunc posteriorem modum priori esse præferendum censet Timpler. *d. l.* si modò illi pauciores, quibus à toto populo jus eligendi concessum, sint viri boni, cæteris prudentiores, bonaque fide electionem instituant & perficiant: Sic enim accidere, ut Electio, quæ a paucioribus illis nomine totius populi facta, rectè à toto populo esse facta intelligatur. Ubi etiam, quod nulla ferè vel grata, vel magnæ auctoritat. in populo electio esse soleat, quæ citra populi, cui magistratus præest, consensum fit, talemque sæpè factiones & alia mala in Republica procurare solere, addit Timpler. *in fin.* Et ita ad solum populum magistratuum electio & creatio pertinuit, cum Romana Respublica floreret, & orbi ferè toti dominaretur, ex lege à Romulo lata, dum inquit: Populus magistratus creanto, leges sciscunto, & bello decernunto, cujus meminit Pardulphus Pra-

eejus *in jurisprud. vet. ad leges Romul. lib. 5.* Quod etiam Pomponius Lætus *in libel. de magistrat. cap. 4.* refert, dum ait: Populus magistratum creabat, leges sanciebat, & de bello decernebat. Et à Romulo fuisse sancitum, ne nimis in patritium ordinem videretur esse propensus, populo aliquid datum voluisse, ut is suffragiis magistratus crearet, leges sciscerer, & bella decerneret, refert ex Dionys. Halicarnass. *l. 2. histor.* Paul. Manut. *de legib. Rom.* Et à Valerio Publicola Consule latam fuisse legem, ut qui aliter, quàm à populo magistratum acciperet, sacer esset, id est, execratus & capitalis, scribit ex d. Halicarnass. *libr. 2.* Hier. Cagnol. *in repetit. l. 2. n. 164. & 253. ff. de orig. jur.*

21 Sed populo indistinctè electionem concedere periculosum videtur, utpotè qui de bonis & prudentibus, aptis & idoneis personis judicare non potest, Bodin. *de republ. l. 2. c. 6. n. 340.* Et melius electio hujusmodi optimatibus tribuitur, utpotè quibus Reipubl. natura & conditio melius cognita, & qui ad ejusdem gubernationem & administrationem magis sint idonei, magis perspectum esse solet. In plerisque autem Civitatibus Imperialibus certus eligendi modus esse solet, & ideò in electione magistratus cujusque civitatis & Reipublicæ leges & consuetudines spectari & observari debent, *l. 6. ff. quod cujusque univers.* ubi quandoque nonnulli ex ipso magistratu Electores constituuntur, & speciali juramento ad eligendum personas idoneas adstringuntur, aliquando his ex tribubus, & plebe nonnulli adjunguntur.

22 Usu quoque alicubi receptum, ut virtute præstantissimus jus eligendi habeat, ita ut hic primum sui similem eligat, & hic electus tertium, tertius quartum, & ita deinceps, donec numerus gubernantium sit completus, qualis eligendi ratio non adeò contemnenda videretur, si Reipublicæ sponsor quis futurus esset, optimum quemque sui similem potius cooptaturum, quàm filium, fratrem, propinquum & amicum, Bodin. *de republ. l. 2. c. 6. fol. 341.*

23 Generaliter autem electio magistratuum fieri solet vel per suffragia & vota, vel per sortes. Vota vel sunt planè libera, vel restricta & determinata, Cabot. *1. disput. 8.* Tholosan. *de republ. l. 7. c. 15.* Besold. *dissert. nomico polit. l. 2. dissert. 3. n. 6.* Althus. *polit. c. 19. n. 70.* Liberi voti electio est, quando licita est suffragatio in quemcunque, sive sit ejusdem, sive diversæ nationis & conditionis, sive sit civis, sive peregrinus, sive ex optimatum ordine, sive ex plebe ortus, modo Reipublicæ utilis. Libertas enim electionis & suffragiorum ea intelligenda est, quæ est boni viri, ex vera liberrimi animi sententia, qui sibi perpetuo ob oculos positum habet Reipublicæ utilitatem cum honestate conjunctam, Kirchner. *de republ. disput. 4. concl. 1. lit. b.*

24 Restricta electio est, quæ ex conventione Regni vel Reipublicæ ad certum genus personarum alligata est, lege constituta, qua personis eligendis jus est quæsitum, quod ipsis invitis sine injuria & fidei violatione adimi & in alium transferri nequit, Althus. *c. 9. polit. n. 74.* Bort. *de jurib. majest. cap. 2. n. 9.* Et hæc electio alligata est vel ad certum ordinem civium, vel ad certam nationem, vel ad certam familiam & domum. Ad certum civium ordinem & conditionem electio restringitur, quod Rex sive 25 magistratus vel de Nobilibus, vel de agricolis sumitur, Tholosan. *de republ. l. 7. c. 15. n. 16.* sicuti Archiduces Corinthiorum non nisi agricolæ eligebantur, Pius Papa *in descript. Europ.* Et Deus statuit, ne populus sibi Regem eligeret, nisi ex fratribus suis, *Deuteron. 1. & 7.* Tholos. *d. l.* Et hodie Imperatoris Romani electio ad ordinem Laicum & Nobilium restricta est in Germania, Petr. Heig. *part. 1. quæst. 5.* Ad certam nationem, qua tantum ex Regno eodem 26 vel Republica eadem oriundum magistratum eligere licet, sicuti apud Judæos non nisi ex familia Israëlitica oriundum Regem constituere licebat, *Deuter. 17. v. 15. 2. Chron. 21. v. 2. & c. 23. v. 3. 2. Samuel. 7. v. 13. seq. 1. Reg. 36.* Et Imperii Germanici lege fundamentali cautum est, ne alius, quàm natione Germanus Cæsar eligatur, *Aur. Bull. tit. 2.* Buxtorff. *vid. infr. n. 108. ad A. B. concl. 31. lit. e.* Petr. de Andlo *de Roman. Imper. l. 2. c. 3.* Heig. *l. 1 quæst. 5.* Matth. Stephan. *de jurisd. l. 2. part. 1. c. 1. n. 85. seq.* Coler. *de jur. Imper. sect 35. per tot.* Ad certam familiam & domum 27 restricta electio, aliquid successionis commune habere videtur cum electione, ita tamen, ut electio prævaleat, Vinc. Cabot. *disput. lib. 1. c. 8. & 9.* Besold. *colleg. polit. class. 1. disput. 5. conclus. 34.* prout videmus in civitatibus nonnullis Imperialibus certas esse patriciorum familias, quæ in Senatum eligi possunt, quosdam verò incapaces esse, Geschlechter so Rathsfähig seynd oder nicht. de quibus vide *l. 3. c. 38. n. 11.*

28 Sorte quoque, vel alio aliquo fortuito casu, magistratus electos esse, & eligi solere, & sacræ literæ & historiæ testantur, *1. Reg. 10. v. 20. seq. Num. 16. 26. 33. & 36. Deut. 1. 1. Paralip. 26. Actor. 1.* Keckerman. *system. polit. 1. c. 4.* Quem tamen modum per sortem eligendi magistratum improbat Casus *in Sphær. civit. l. 4. c. 15.* propterea, quod rem tantam, puta magistratum sorti & fortunæ committere, esset civitatem quasi jactu alearum perdere, cùm sors sæpius cadat in fatuos, quàm in prudentes, atque ideò ea tantùm committenda sorti, quæ ratione comprehendi & confici non possint, & tentare fortunam, ubi consilio locus est, temerarium judicat, Pontan. Et præstantissima est electio in omni administratione Reipublicæ magistratuum, quæ non gratia, non fortuitò, non suffragiis ignorantiæ & multitudinis, sed consultò ex idoneis virtute præditis & sapientioribus fit, inquit Petr. Gregor. Tholos. *de republ. l. 4. c. 5.* Verum ex sententia Bodin. *de republ. l. 6. c. 5. fol. 728.* Georg. Schönborn. *2 polit 2.* & aliorum, nonnunquam utilius est, ad discordiarum semina tollenda, sorte, quàm suffragiis magistratum eligere, præsertim verò ubi ea est necessitas, ut nec ratio, nec consilium adhiberi possit, vel etiam æqualitas duorum vel plurium Candidatorum virtute, vel aliis requisitis parium, id postulet, sicuti monet Aretius

part. 2. problem. Theol. fol. 147. ubi tamen discretione sortium opus esse, ne permittantur tales, per quas via fraudibus & technis aperiatur, monet Keckerman. *in curs. Philosoph. post disput. 29. problem. polit. 15.* Et hac electionis specie non utendum esse, nisi in iis, in quibus parum refert, utrum uno vel altero modo eveniant, & ea quoque ita fortunæ esse credenda, ut si aliquid detrimenti adferant, id vel præcedente providentia dirigi, vel sequente prudentia emendari & corrigi possit, notat Timpler. *lib. 2. polit. c. 2. quæst. 7.*

29 Huic sortiendi formæ adhibitis fabis albis & nigris in Atheniensi Republica electio committebatur, Sigon. *lib. 1.* ubi ita scribit: Fuit hæc, quantum ego intelligere possum, sortiendi ratio talis; singularum tribuum curatores, nomina omnium tribulium suorum, qui per ætatem Senatores esse possent, eamque dignitatem ambirent, æneis tabellis sigillatim inscripta, quæ πινάκια dicebantur, in hydriam unam conjiciebant, in alteram verò fabas totidem, ex quibus quinquaginta albæ erant, reliquæ verò nigræ, tam multæ numero, quàm multi erant, qui supra quinquaginta petebant: ita cum eodem tempore tribulis unius nomen ex hydria una, & faba ex altera duceretur, fiebat, ut qui albæ sortem nactus esset, is Senator esset; atque ita hoc pacto ductis ex singulis tribubus civibus quinquagenis, numerus Senatorum erat quingentorum expletus, ex Keckerman. *in disput. extraord. special. disp. 3. c. 4. conclus. 5.* Joh. Bruning. *de homag. concl. 116.* Et sortium conjectarum in hydriam meminit Cicer. *4. in Verr.* Plaut. *Casina. in Sc. Situlam.* Homer. *Iliad. 8. in Galem* Et apud alias gentes alterius generis fuerunt sortes, veluti chartulæ, tesseræ albæ & nigræ, sive literæ Alphabeti, sive globuli, aut calculi aurati, vel argentei, ut modò apud Venetos, sive lanei, ut apud Genuenses, dimissi in distincta urnæ ejusdem receptacula; sive schedæ, sive lapilli, sive tabellæ, sive laminæ tenues, sive testulæ, Bruning. *de homag. conclus. 117.*

30 Ita sortis modo primus Phrygum Rex designatus fuit. Nam Historici referunt, Phrygibus oraculum de Rege creando consulentibus responsum fuisse, ut qui in sequenti die primus templum ingrederetur, Rex eligeretur. Observatâ re Gordium quendam rusticum summo manè ad agros properantem, plaustrique lora sibi bajulantem, primum omnium ingressum, in Regem communi voce consalutatum; huncque ad rei memoriam, lora in templo suspendisse, nodo adeò perplexo colligata, ut inenodabilia viderentur, locorum capitibus, unde inciperent, aut ubi terminarent, nulli apparentibus, triplici triangulo invicem inserto, edictumque proposuisse, ad oraculi monitum, ut qui eum solveret, is sibi regnum acciperet. Quod quidem per longa sæcula probatum fuit, quousque Alexander vi temeraria per orbem divagans & aliena per fas nefasque occupans, solvere cùm nequisset, vi usus, ense eum recidisse, atque dixisse fertur, nihil interesse, quomodo solvatur, modo sit solutus, de quo Justinus *lib. 11.* Tholosan. *de repub. l. 7. c. 14. n. 4.* Bruning. *de homag. concl. 118.*

In electione magistratus favor abesse debet, cùm turpissimum sit magistratus ex favore impertiri, Besold. *de magistrat. & censor. c. 1. n. 13.* 31 Nec largitionibus ad magistratum pervenire licet, prout Nero castris illatus, promisso donativo Imperator salutatus est, Tacit. *lib. 12. annal. in fin.* & Semiramis regnum, quod fraude quæsierat, largitionibus confirmavit, Justin. *lib. 1.* Sicuti etiam magistratus vendere & emere pernitiosissimum est, Besold. *de magistrat. & censor. cap. 1. num. 12. & de ærar. cap. 6. num. 4.* Lather. *de cens. libr 3. cap. 16.* Benedict. Carpzov. *de leg. Reg. German. cap. 10. sect. 3. n. 5. seq.* Petr. Gregor. Tholosan. *de republ. lib. 4. cap 5. num. 26. seq.* & prohibitum, *infra c. 16. n. 121.* Quia hac ratione officia ditiorum prædæ exponuntur, pauperes à dignitate excluduntur, & contra eum, qui magistratum, & officia emit, præsumptio est, omnia eum postea perversè acturum, Paris. de Put. *de syndicat. tit. de off. syndic. vers. dicitur. num. 2.* & quæ alia indè oriantur incommoda præter allegatos authores notat Casus *in Sphær. civit. lib. 2. cap. 9. fol. 104.* ubi ita scribit: Intrusio hæc est, non electio, qua propter quæstum, honorem in civitate quæris, Rempublicam venalem ac sordidam civitatem facis. Quid vis pecuniose mercator? Ambisne Magistratum? dic quantum dabis? Centum, heu nimis leve; Ducentos dabo: Ne id quidem placet: Gradarium Spadonem fortassè addam. Jungamus dextras? Heus tu jurabis devotè, te nihil dedisse, politicum hoc est, modò subsit lucrum: O Christe, si latius hoc malum serpat, quem lapsum & luem civitatis video? Sed connivere oportet, nam dies mali sunt corrupti cives; Atque hinc fit, ut pecunia, non prudentia, quæstus, non virtus, affectio hominis, non moderatio æquitatis in civitate regnent. *Hactenus* Casus. Omnium sordidorum mercaturæ generum, quæ multa & varia sunt, nullum sordidius, nullum detestabilius magistratuum & honorum mercatura Bodin. *de republ. libr. 6. cap. 2.* pecuniæ virtuti præferuntur, Arist. *2. polit. cap. 9.* amittunt Respublicæ splendorem suum populo pecunia & donis prius corrupto, Tholosan. *libr. 7. cap. 113. sect. 2.* Vilescit authoritas & dignitas magistratus, quandoquidem nemo veneratur id, quod venditur, nemo non vile id esse putat, quod emit, Gregor. *epist. 313.* Cum jure vendatur, quod prius emptum fuerat, fit ut dominetur pecunia, non prudentia, quæstus, non virtus, cui assuescere probabile est, qui emerunt dignitates, Senec. *lib. 1. de benefic.* Aristot. *2. polit. cap. 9.* confer. *infra cap. 16. n. 119. & seq.*

32 Eligendi in magistratum & magistratus constituendi sunt non omnes cives indistinctè, cum non omnibus dignitatum portæ extare debeant patulæ, juxta Imperator. *in l. 6. C. de dignitat.* Sicuti etiam monet Jethro Moysem generum suum, de omni plebe assumere viros timentes Deum, sapientes & strenuos, in quibus veritas, qui oderint avaritiam, ex iisque constituere, qui judicent populum omni tempore, & si quid majus fuerit, ad ipsum referant, *Exod. 18. v. 19. Deut. 1. v. 12.* Atque hinc in magi-

magistratum eligendi sunt viri idonei, scilicet qui sciant, velint & possint Rempublicam benè administrare, Petr. Gregor. Tholosan. *de republ. l. 4. c. 5. num. 26.* Quod etiam eligentib⁹ juramento speciali injungi solet, sicuti in statutis Bremensium, *statut. 2. & 3. de elect. Senator.* cautum esse, ut electores jurent, electum ad magistratum gerendum aptum & idoneum esse, seque in tota Civitate magis commodum invenire non posse, refert Everhard. Speckhan. *cent. 2. class. 1. quæst. 5. n. 4.* Matth. Steph. *de jurisd. l. 2. part. 2. c. 2. n. 272.*

33 Et ita consultum est sensim & per gradus ad magistratum pervenire, exemplo ipsius naturæ, quæ non illico, sed sensim & gradatim perfectum quiddam producit, tum etiam aliarum rerum, quæ summo gradu prius non perficiuntur, quàm in mediis ac inferioribus data fuerint documenta, tum etiam celebratissimarum Rerumpublicarum, præsertim Romanæ, quæ transcensis mediis honoribus ad supremam Consulatus dignitatem benemeritis aditum patefecit; imò clarissimorum virorum, Aristidis, Agesilai, Phocionis, & qui gradatim per honores intermedios ad summa fastigia pervenerunt, de quibus Plutarch. & Xenophon. Et in Republica Romanorum aliquando observatum, ut non nisi probatis, & qui jam aliquam operam Reipubl. impendissent, magistratus & potestates sive militares sive civiles concederentur, ex Polyb. *in optim. l. 6.* refert Petr. Gregor. Tholosan. *de republ. l. 4. c. 1. num. 45.* Indeque adhuc hodie in Rebuspublicis nonnullis illi in Senatum recipi solent, quorum mores & vita per tribuum officia & dignitates probata, per *Deuteron. 1. v. 13.* arg. *l. sancimus. 6. C. ad L. Jul. repetund. Novel. 161. cap. 2. in princ.* Michael Hains. *de jur. civit. concl. 55. lit. d.*

34 Eligendi igitur in magistratum sunt I. viri pii, & Deum timentes, & conscientiosi, *Exod. 18. v. 21.* Reinking. *polit. Bibl. lib. 2. axiom. 3.* Cum fundamentum legitimi Imperii & Reipublicæ sit pietas, *supra l. 1. c. 14. n. 4.* Undeque ex Platonis legibus nemo ad Imperii regimen vocandus erat, qui non pius extitisset, & divinis studiis operam dedisset, *lib. 3 de legib.* Cum impietas plerumque conjuncta sit cum crudelitate, Petr. Martyr. *ad cap. 1. l. 2. Reg. fol. 185.* Indeque impius Rex in sacris vocatur, leo rugiens, & in populum tenuem ursus decursans, *Proverb. 28. v. 15.* Pietas ad omnia utilis est, habens promissionem hujus & futuræ vitæ, *1. Tim. 4.* Omnia prospera eveniunt colentibus Deos, spernentibus adversa, Liv. *l. 15.* Pietas fundamentum est omnium virtutum, Cicero pro Cn. Planc. Initium sapientiæ timor Domini, *Proverb. 1. vers. 17.* Pietate adversus Deos sublata, pietas etiam & societas generis humani, & una excellentissima Virtus justitia tollatur necesse est, Cicero *1. de natur. Deor.* Reinking. *de regim. secul. lib. 1. class. 1. cap. 1. num. 1. & seq.* Conscientiosi autem propterea magistratus esse debent, ut agnoscant, se quoque habere aliquem superiorem, quem non regant, sed à quo regantur, quique sibi metuendus sit. Deinde ut agnoscant magistratus, se quoque habere normas actionum suarum, etiamsi aliis normas præscribere possint, normas nimirum divinarum & humanarum legum, secundum quas regimen suum constituere debeant. Et denique ut metuant infamiam apud homines præsentes & posteros, Hœnon. *polit. disput. 3. conclus. 20. lit. a.* Indeque judicem duplicem habere debere salem scientiæ, sine qua insipidus, & conscientiæ, sine qua diabolicus, dicit Bald. *in l. 2. C. de sent. ex brevic. recit.* Jason. *in l. rem non novam. in 1. notab. C. de judic.* Menoch. *arb. jud. cas. 339. n. 1.*

II. Veraces, & qui veritatem amant, *Exod.* 35
18. v. 21. Cum enim duo pluresve de re aliqua litigant, non alio fine ad judicem veniunt, quàm ut pronunciet, uter ipsorum justam causam habeat, id justè fieri non potest, nisi judex sit verax, inquit Ant. de Guevar. *in horolog. princip. l. 3. c. 6. n. 474. vers. cæterum.* Ideoque judici in judicando magis cordi esse debet custodia veritatis, quàm obedientia voluntatis, *c. judicet. caus. 3. quæst. 7.* & pro veritate indaganda omnes rimari debet, & rei qualitatem plenissima inquisitione discutere, *c. judicantem. caus. 30. quæst. 5.*

III. Prudentes, *Exod. 18. v. 21.* Prudentia 36
enim Principibus, aliisque magistratib⁹ adeò necessaria est, ut sine illa non consistat potentia, nec quoque justitia, Norderman. *de jur. principat. concl. 79.* ubi ait, quod qualis Poëtarum Cyclops Poliphemus amisso oculo est, talis est etiam Princeps, cui animi hoc lumen abest. Quod enim sol in mundo, id Princeps & magistratus prudens in populo; sol mundi oculus, Princeps verò multitudinis, hæc enim sola præit & ducit ad rectè faciendum, Plato *in Menon.* quod animus in homine, id princeps & magistratus prudens in civitate, Tapia *§. 5. in fin. de potest. princ. secul.* Prudentia conservat Principes & rerum moderatores, *Proverb. 2. v. 11.* imò prudentia magis, quàm armis & potentia imperia defenduntur, Frossard. *l. 1. c. 23.* Posside sapientiam, quia auro melior est, & adquire prudentiam, quia pretiosior est argento, *Proverb. 16. v. 16.* Unde Salomon Regum omnium sapientissimus, antequam delatam Reipubl. gubernationem susciperet, non aurum & argentum, sed prudentiam gubernandi & judicandi populum à Deo petiit & obtinuit, *1. Reg. 3. v. 9. & seq.* Equidem in Republ. gubernanda nihil est utilius, nihil exoptabilius, quàm si moderator ipse sit prudens: Unde Plato urbes fœlices futuras dixit, si Philosophi, vel tales ipsis gubernatores præsint, qui non aliorum, sed propria prudentia utantur. Si enim Respubl. bene sit constituta, vera sequitur obedientia, & impossibile ferè est, subditos æquo & prudenti non obedire gubernatori, si enim talis imperium in Dei honorem, bonorum tutelam, improborum pœnam, subditorum incrementum & utilitatem, & non in proprium commodum instituat, subditi non solum per mandatum divinum, sed etiam propriam utilitatem & salutem, ad obedientiam commovebuntur. Hinc quoque Senatus & Senatores vocantur & salutantur Fürsichtige. Confer. Reinking. *de regim. secul. lib. 2. class. 1. cap. 4. per tot.*

37 IV. Eligendi sunt viri strenui, non effœminati, sive, ut JCtus Callistratus tradit, tales, qui in cognoscendo neque excandescant adversus malos, neque precibus calamitosorum illachrymentur, hoc enim non est constantis & recti judicis, cujus animi motum vulgus detegit, *l. observandum 19. §. 1. ff. de offic. præsid. Syracid. 4. vers. 9. in fin.* Unde in severitate judicis legum sita est auctoritas, secundum Demosthen. Et severissimos convenienti epitheto judices appellat Cicero *pro Archia.* Et sine severitate nullam Civitatem administrari posse, testatur Cicero *1. offic. cap. 35.*

38 Quod tamen hoc moderamine temperandum, ut terribiles magistratus se præbeant delinquentibus & contumacibus; mansuetissimos autem & mites omnibus placidis & devotis, paternam eis exhibentes providentiam, ut monet Imper. Justinian. *in Novel. 17. c. 5.* Et faciunt, quæ de gravitate & severitate Judicis Cameræ Imperialis traduntur in R. A. zu Augspurg. *de anno 1530.* §. der Cammer-Richter.

39 V. Justi & justitia præditi, magistratus enim esse debet jus quoddam animatum, & lex loquens, Aristot. *5. Ethic. c. 4.* atque ob hanc causam maximè Reges creati, Civitates constitutæ sunt & Respublicæ, ut suum quisque teneat, neque bonorum diminutio ulla fiat, inquit Osorius *lib. 4. de instit.* Est enim justitia anima Civitatis, Alb. de Rosat. *in l. justitia, ff. de justit. & jur.* Nicol. Boër. *de sedit. cap. 1. num. 5.* omniumque virtutum perfectissima, *Novel. 69. in princ.* Indeque in rebus justitiam colere, atque sua cuique bona servare, & in subditis non sinere, quod potestatis est fieri, sed quod æquum est, custodiri, summum judicatum bonum, Guil. Durand. *de mod. celeb. concil. general. part. 1. rubr. 3. n. 16.* Et justitiam regnantis utiliorem esse subditis, quàm fertilitatem temporis, arbitratur Joan. de Royas *in epit. success. c. 34. n. 10.* Unde ex egregia justitiæ fama ortam esse Regum Majestatem, inde summa Imperia nata esse, inde gloriæ & Nobilitatis splendorem illuxisse traditur. Sic etiam Pittacus ille Mytilenæus iis justitiæ artibus ad Imperii fastigium pervenit. Numa Pompilius justitiæ & æquitatis studio omnium suffragio dignus judicatus fuit, qui secundus à Romulo clavum Romæ teneret. Æacus, Minos & Radamanthus justitiæ magnitudine Jovis habiti sunt filii. Hinc Lycurgus, Draco, Solon, Mercurius, Phoronæus, & alii, leges & jura saltem describendo, eademque civibus suis adferendo amplissimos sibi honores quæsiverunt, & Nobilem stirpem in multos annos propagarunt, Confer. *supra l. 1. c. 14. n. 6.* Ad justitiæ autem administrationem Magistratum subditis & civibus obligatum esse; dicetur *infra l. 5. c. 11.*

40 VI. Fidei observantes, & in dictis & factis constantes. Est enim fidelitas virtus, qua ea, quæ in nos justè suscepimus, ita curamus, ut promissis satisfiat, & nihil aliud est, quàm dictorum & factorum constantia, eamque in homine dicti & promissi effectum describit Lipsius *2. polit. 14* & hæc sanctissimum humani pectoris bonum, & unicum justitiæ fundamentum dicitur, Cicero *1. offic.* ex eo appellata, quod fiat, quod dictum est, Oldendorp. *class. 4. art. 20.* ac homini, præsertim magistratui adeò necessaria est, quàm sol est mundo, Cosm. Bartoli *cap. 9. disc. histor.* ejusque Princeps & magistratus tam religiosus sit observator, quàm propriæ coronæ, cum & ipse Deus suis pactis & promissionibus firmiter innitatur, Bald. *in l. hujus edicti, n. 1. ff. de pact.* nihilque quicquam divinius est, quàm promissionum conventionumque constantia, Imper. Leo *in Novel. 19.* Jason. *in l. 1. ff. de pact. Petra de potest. Princ. c. 3. n. 72. 78. & 80.* cum fidem fallere gravibus grave, gravioribus gravius, gravissimis & exemplaribus viris longè gravissimum, quia in se malum, & extra se malum dat exemplum, Rol. à Valle *cons. 1. n. 35. vol. 1.* Norderman. *de jur. Principal. concl. 72.* Decian. *cons. 25.* Pruckman. *de regal. membr. 2. c. 4. effect. 1.* ideoque altius & cum majore scandalo peccat Princeps frangendo fidem, quàm inferior, Bald. *cons. 324. vol. 1.* Decian. *d. resp. 25. n. 26. vol. 1.* Tum quia in Principe, tanquam fonte justitiæ, constans esse debet voluntas, & convenire verbum illud: Semel locutus est Dominus, quod scripsi, scripsi, & quod dixi, dixi; & quæ semel processerunt de labiis meis, non faciam irrita: Unum debet habere calamum, & unam linguam, & esse immobilis, sicut lapis angularis, & polus in cœlo, ut ait Bald. *cons. 327. n. 4. vol. 1.* Schrader. *cons. 21. n. 47. & 48. vol. 2. & de feud. part. 10. sect. 1. n. 60.* Gail. *2. obs. 55. n. 3. & seq.* Cothman. *cons. 12 num. 33. vol. 4.* indeque in aliis fidem fallere probrosum, in Principe abominabile existimatur, Petr. Gregor. Tholosan. *de republ. l. 7. c. 70. sect. 28.* Decian. *resp. 25. n. 26. & seq. vol. 1. Privus, si falsa loquatur, criminis est, quod si Princeps, blasphemia summa est.* Unde magnus ille heros Philippus Hassiæ Landgravius, dicere fuit solitus; Man soll einen Fürsten erkennen bey Haltung beschehener Zusage/reiner Strassen/ und guter Müntz/ Warem. ab Erenberg *de subsid. cap. 5. fol. 81.* Et Imperator Carolus V. laudabiliter dixisse fertur: Etiamsi fides toto terrarum orbe exularet, tamen apud Imperatorem immaculata manebit, Bodin. *de republ. l. 5. cap. 6.* Tholosan. *de republ. l. 8. c. 8. n. 10.* Si ergo Princeps, & qui Reipubl. gubernacula tenet, fidem negligat, nemo ei confidit, fitque ab omnibus exul, qui omnium fuit præsul, sicuti dixit Bald. *in l. ex imperfecto. C. de testament.* Castrens. *in l. digna vox. C. de legib.* Covarruv. *2. var. resol. c. 19. num. 3.* Fidem servando, tam publicè, quàm privatim ad tantam amplitudinem pervenisse Romanos, testatur Gell. *lib 1. cap. 20.* Arnisæ. *de jur. majest. lib. 1. c. 7.* eoque nomine maximopere Romanos, quod fidei datæ acerrimi vindices fuerint, commendat Maccabæus *1. Maccab. 8. v. 1.* ac tanta apud eos sua cuique fides fuit, ut propterea constitutum sit templum Fidei, post Halicarnass. Zasius *ad §. de constituta, n. 3. I. de action.* tantâq; veneratione Vetusti Quirites eam coluerunt, ut quasi numinis loco, Jovi eam proximam in Capitolio esse voluerint, Petr. Roytz. *decis. Lituan. 4. n. 39.* unde apud eosdem eximia illa nata formula; Bona fide agier, Cic. *l. 3. offic.*

Non solum autem Princeps Principi, Nobilis Nobili, sed etiam hi aliis inferioris conditionis hominibus, imò & maximè quoque subditis fidem datam servare tenentur; quomodo enim ab alio fidem quis expectare poterit, qui ipse eam non servat, Bald. *in c. un. §. fin. in fin. de form. fidel.* Confer. Reinking. *de regim. secul. lib. 2. class. 1. c. 2. per tot.*

41 VII. Viri boni, probi, & virtute præditi; quippe nihil periculosius improbitate est, quæ si imperio armata, nihil stultius, quàm alicui Reipubl. officio hominem improbum præficere, cum ea sit improborum conditio, ut quo plus valent, plus noceant. Sanè non gubernant, qui mali sunt, sed decipiunt & sæviunt, Nicol. Vernulæ. *instit. polit. lib. 2. tit. 8. quæst. 2.* Jus usurpandi Imperii soli virtuti maximè competit, Aristot. *3. polit. 8.* Et de magistratu lex erat apud Romanos: Hic ordo vitiis careto, cæteris specimen esto, Cicero *lib. 3. de legib.* Virtus in se habet omnia, omnia adsunt bona, quem penes est virtus, Plaut. *in Amphit.* Alexander Severus ab amicis propter corporis negligentiorem cultum reprehensus; Principatus, inquit, & imperium in virtute est, non in corporis decore, Lamprid. Non regnant, sed serviunt, qui mali, Augustinus *lib. 2. de Civit. Dei*; Et fieri non potest, ut alios contineat in officio, qui se non continet, Cicero *pro L. Manil.* Unde magistratum non tantùm à crimine, sed ab omni criminis suspicione liberum esse oportet: Et virtus proprium ipsius bonum esse debet, si diu salubriter regnare velit, Schönborn. *2. pol. 6.* Omnes enim oculi in eum fixi; & in vitam ejus velut in speculum intuentes, dicta simul & facta animadvertunt. Inde oritur cupiditas imitandi; inde fit, ut aut virtutes emanent, aut vitia deriventur. Multa contra eos lux est: omnium in istam conversi oculi sunt, Senec. *1. de clem. cap. 8.* Et quo quis in majore rerum fastigio collocatus est, eo majorem virtuti operam dare debet. Quo consilio veteres recens electo magistratui ardentes faces prætulerunt, ut cæteris virtutis & æquitatis splendore prælucere noverit, Paradin. *in symbol. heroic.* Ex quo etiam benè & sapienter majores nostri, ædes Virtuti & Honori, gemellas junctim locarunt, commenti ibi esse præmia Honoris, ubi sunt merita Virtutis, Besold. *de magistrat. c. 1. n. 3.* Plura vide *supra l. 1. c. 14. n. 12. seq.*

42 VIII. Fortes & magnanimi, ut neque perturbatione animi, neque hominis, neque fortunæ succumbant, Cicero *1. offic.* sed adversus convitia & malos rumores firmi sint ac patientes, neque tàm facilè lubricum linguæ ad pœnam trahant, *l. famosi. 7. §. hoc tamen. 3. ff. ad L. Jul. majest. l. un. C. si quis Imper. maled.* Unde duo sunt, quibus Respubl. rectè gubernatur, domi concordia, foris fortitudo, inquit Polyb. *lib. 6.* & duo esse, quæ ab egregiis magistratib⁹ exspectantur, sanctitas domi, in armis fortitudo, ait Aurelius Victor *in Trajan.* Schönborn. *2. polit. 25.* & fortitudo munimentum humanæ imbecillitatis inexpugnabile dicitur, Seneca *epist. 113.* Ad magnanimum enim magistratum, ut supra dictum, imprimis pertinet, neque perturbatione animi, neque hominis, neque fortunæ succumbere, Cicero *1. offic.* Si magnanimus fueris, nunquam judicabis tibi contumeliam fieri. De inimico dices, non nocuit mihi, sed animum nocendi habuit. Et cum illum in potestate tua videris, vindictam putabis, non vindicare potuisse. Scito enim, magnum & honestum vindictæ genus esse ignoscere, & magnam fortunam magnum animum decere. Cujus est proprium, placidum esse tranquillumque, & injurias atque offensiones supernè despicere, scribit Seneca *4. de virtut.* Hinc oportet & judicem & magistratum electum magnanimum esse, qui & pericula etiam pro obeundo munere suo contemnat, Petr. Gregor. Tholos. *de republ. lib. 4. cap. 5. n. 44.* Noli quærere fieri judex, nisi virtute valeas dirumpere iniquitates, ne forte extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in agilitate tua, inquit sapiens Salomon, *Ecclesiast. 7. v. 6.* Et miseræ sunt conditiones administrantium, qui quod sentiunt, etiamsi optimum sit, invidiæ metu, non audent dicere, in quibus diligentia plena simultatum est, negligentia vituperationum, ubi severitas periculosa est, liberalitas ingrata, sermo insidiosus, assentatio perniciosa, fraus omnium familiaris, multorum animus iratus, iracundiæ occultæ, blanditiæ apertæ, venientes prætores exspectant, præsentibus inserviunt, abeuntes deserunt, oderunt dum metuant improbos, defensi ingrati sunt, multi eundem principatum desiderent, multi calumnientur apud Principem, Tholos. *d. num. 44.*

IX. Patriam amantes & curantes. Non 43
enim benè Rempublicam administrare possunt, qui erga illam malè sunt affecti, & ejus quidam vivunt inimici; quippe tales ad Reipubl. statum evertendum sua potentia & auctoritate non rarò abutuntur, Nicol. Vernulæ. *instit. polit. lib. 2. tit. 8. quæst. 2.* Potior autem magistratui cura debet esse Reipublicæ & patriæ, quàm parentum, neque enim tam paren- 44
tibus, quàm patriæ nati sumus, *l. postliminium. 19. §. filius. 7. ff. de captiv. & postlim. l. 1. §. generaliter. 35. ff. de relig. & sumpt. fun.* & terminorum data paritate, patriæ quis potius, quàm parentib⁹ succurrere & obedire debet, Decian. *resp. 82. n. 15. & seq. vol. 5.* Natta *cons. 597. n. 18. & seq. tom. 3.* ita, ut hoc augurium sit optimum, tueri patriam, Hector apud Homer. Dulceque & decorum pro patria mori, Horat. *lib. 3. Carm. ode 2.* Unde etiam eos, qui pro Republica vitam reddiderunt, non mortem, sed immortalitatem potius assecutos esse, judicat Cicero *pro Planc.* & qui pro Republica ceciderunt, in perpetuum per gloriam vivere intelliguntur, *§. 1. & ibi* Pet. Heig. *n. 11. J. de excusat. tut.* Indeq; Solon statuit, ut eorum liberi, qui pro patria dimicando mortem occubuissent, de publico alerentur, Aristot. *2. polit. 6.* Unde chari sunt liberi, propinqui, familiares: sed omnes omnium charitates patria una complexa est, pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere, si ei sit profuturus? scribit Cic. *l. 1. offic.* & omnib⁹, qui patriam conservarint, adjuverint, auxerint, certum in cœlo

 & de-

& definitum locum esse, ubi beati ævo sempiterno fruuntur, tradit Scipio *Somn.* Inde quoque M. Attilius Regulus maluit promissis stare, & in Carthaginensium potestatem redire, mortemque subire, quam Romanis suis, ad quos captivus transmissus erat, ad hostium postulationem, tale quid consulere & persuadere, quod patriæ dedecori, & incommodo esset futurum, Horat. *lib. 3. ode. 1.* Cum Roma peste sævissima, ex fovea quadam incantata, infestaretur, hocque malum aliter averti non posset, nisi Eques quidam Romanus se in foveam istam præcipitaret, Marcus Curtius ipse lubens sese obtulisse, & una cum equo suo in puteum istum sulphureum præcipitando, patriam liberasse, eique morte sua vitam parasse, legitur apud. Valer. Maxim. *lib. 5. cap. 6.*

45 X. Imprimis ad Reipublicæ gubernationem & in magistratus eligendi sunt viri docti & eruditi. Quemnam, inquit Vegetius, *lib. 1. de re milit.* plura ac meliora scire oportet, quàm Principem ac magistratum, cujus doctrina omnibus subjectis profutura est? Cujus magnum & difficile munus, cura ingens, quæ autoribus magnis eget, Plato *de republ. lib. 2. & 7.*

45 Indeque inscitiam in Republica miseriarum & calamitatum omnium causam esse, scribit Plato *de republ. lib. 2. & 7.* Quod adeò verum, ut etiam Consiliarii & Syndici cum indoctis principibus & magistratibus longè majores labores habeant, quàm cum doctis & peritis, cum hi facilè sentiant consilii vires, & an jure fundatum & profuturum sit, indocti verò & imperiti, qui principia ignorant vel non credunt, semper hæreant, nec rationibus facilè moveantur. Cum enim imperare ars sit artium & omnium maxima & summa, Chrysost. *2 Corinth. homil. 15.* Besold. *de jur. & ord. civ.*

47 *cap. 1. in princ.* & ars imperandi populo, & rectè formandi Rempubl. res non minus difficilis, quàm sublimis, & scientiarum scientia, Philon. Jud. *de creat. princ.* Fulv. Pacian. *de art. gubern. cap. 1. n. 1.* ubi ait: Revera mihi videtur esse ars artium, & disciplina disciplinarum, hominem regere: qui certe est inter omnes animantes, maximè & moribus varius, & voluntate diversus, &c. Norit magistratus Reipubl. causa quaslibet ferre molestias, tolerare injurias, & civium rusticitatem, & ingratitudinem animo non iniquo mussitare, Catull.

Omnia sunt ingrata, nihil fecisse benignè est.

O conditiones miseras administrandarum Civitatum & Provinciarum, in quibus diligentia plena simultatum est, negligentia vituperationum, ubi severitas periculosa, & liberalitas ingrata, sermo insidiosus, assentatio perniciosa, fraus omnium familiaris, multorum animus iratus, Cicer. *pro Flacc.* Qua de re Xenophon. *lib. 1. institut. Cyri*, facilius esse scribit, quibuslibet animantibus imperare, quam hominibus homines agi ducique posse. Greges enim & armenta eo pergere, quo abiguntur, & quo delata fuerint, quietè pasci, & facilè ab iis abstinere, à quibus prohibentur, & si quos pariunt fructus, iis ut pro libitu pastores utantur, omninò permittere, nec unquam compertum esse gregem adversus pastorem insurrexisse, & vel detrectasse obedientiam, vel suos ex fructus invidisse. Quin & multò difficiliores se præbere greges alienis & ignotis, quàm moderatoribus & ducibus, quos alunt, suis. Homines verò in nullos magis insurgere, quam in eos, quos imperium in se affectare sentiscunt. Et maxima potestas, summumque imperium, summam quoque sapientiam desideret, ideò Reipubl. moderatoribus summopere necessaria est eruditio & imperandi ars & scientia. Inde nihil homini antiquius esse debet, quàm ut animum, qui Rex & moderator mortalium est, Salust. in hac mortali vita excolat, & quod natura imperfectum reliquit, industria & labore ad summæ perfectionis apicem contendat. Vides aspectum à circumfuso aëre lumen accipere, sic mens à doctrina, Diog. Laërt. *in Aristot.* Et nihil magis ex Musarum placido 48
commercio homines capiunt, quàm quod naturam mitigant, & mansuetam faciunt ratione & doctrina, amplectentem ex iis modestiam, & quod nimis est, fugientem, Plutarch. *in C. Marcio Coriol.* Animadvertit hoc Cominæ. *histor. lib. 10.* ubi ita scribit: Doctrina vel meliores reddet homines, vel deteriores, pro cujusque natura, vel inclinatione, sed tamen verisimilius est, aliquem ea fieri meliorem. Nam quo quisque magis, quid se deceat, intelligit, eo vehementius ipsum neglecti pudet officii, & etiamsi non omnino sibi temperet à maleficio, tamen ne modum planè excedat, cavet. Et plerumque videmus verum esse illud Ovid. *1. de Pont. 7.*

Artibus ingenuis, quarum tibi maxima cura est,
Pectora mollescunt, asperitasq; fugit.
Artibus ingenuis quæsita est gloria multis.
- - - didicisse fideliter artes,
Emollit mores, nec sinit esse feros.

Hinc Socrates interroganti, quodnam pulcherrimum esset animal? respondit: homo doctrina ornatus, Ant. *in Meliss. part. 1. serm. 50.* Et Thales interrogatus, quisnam esset fœlix? qui corpore, inquit, sanus est, animo verò eruditus, Laërt. *libr. 1. cap. 1.* Aristippus interrogatus, in quo differrent docti ab indoctis? 49
quo, inquit, equi domiti ab indomitis. Quemadmodum enim equus indomitus ad omnem usum incommodus est, ita quoque homo, nisi eruditione & artium studio emolliatur, Laërt. *lib. 1. cap. 8.* Aristoteles rogatus, qua ratione differrent docti ab indoctis? qua vivi, inquit, à mortuis; sentiens hominem absque literis statuam esse verius, quam hominem, Laërt. *lib. 5. cap. 1.* Cleanthes dicebat, homines imperitos sola forma differre à bestiis, Ant. *in Meliss. part. 1. ser. 50.* Max. *serm. 17.* Alphonsus aliquando interrogatus, utrumne armis, an libris majorem gratiam deberet? respondit: Ex libris acceptum referre, quæ sciret omnia, Panorm. *lib. 4. de reb. Alphons.*

Aliter tamen literas tractare debet magistratus, maximè Princeps, aliter homo Scholasticus, vel alius. Dum enim doctrinam & 50
erudi-

eruditionem in magistratu requirimus, non hoc volumus, quod is in studiis penè consenescere debeat: nam si exactissimè omnia cognoscere velit, multum requiretur temporis, ita ut nunquam, vel nimis serò ad gubernacula possit accedere, consiliis, negotiisque publicis interesse, omnia ipse perpendere & judicare. Modus igitur ipse tenendus, & observandum, quod is, qui non multa novit, sed qui utilia novit, sapiens est, Æschyl. & in plerisque aliis rebus, sic etiam in literis, intemperantia laboramus, nec vitæ, sed Scholæ discimus, ut ait Seneca *epistol. 117.* Et juxta eundem habeto doctrinam, cum modo, qui plus scire, quàm satis est. Et plus sapit interdum vulgus, quia tantum, quantum opus est, sapit, Seneca, *epistol. 89.*

51 Imprimis autem magistratus variarum, maximè verò Latinæ linguæ cognitionem habere debet, utpote quæ apud omnes propemodum nationes frequens & usitata, & nunc quasi commune vinculum est, quod Europam inter se commerciis literarum & sermonis jungit, teste Lipsio, Ant. Hering. *de fidejussor. cap. 11. n. 139.*

52 Deinde historiarum cognitionem ante omnia Reipublicæ moderatores cognitam habere debent, & quid ante ipsos antecessores gesserint in Republica, qualia ipsorum consilia & facta fuerint, qualesque eventus. Cum cognitiones hujusmodi ad deliberationes publicas utilissimæ sint, Aristot. *1. Rhetor. 5.* nihil enim sub sole novum, *Eccl. 1. v. 10.* sed semper, ut ait Thucydides, eadem fabula in mundo agitur. Et omnis res anterior posteriori normam præministravit, Tertul. *lib. 1. advers. Marcion. cap. 9.* Eaque quæ nunc creduntur vetustissima, nova fuere, Tacit. *annal. 11.* Observa orbem rerum in se remeantium, videbis in hoc mundo nihil extingui, sed vicibus descendere ac resurgere, rebus omnibus vicissitudo debita, iisque cunctis inest, quidam velut orbis, ut quemadmodum temporum vices, ita & morum vertantur, Tacit *3. annal.* Unde consilium futuri venire ex præterito, dicit T. Romilius apud Dion. Halicarnass. *libr. 10. antiq. Rom.* Seneca *lib. 12. epist. 48.* & speculum civilis vitæ historiam esse, in quo Heroës, Principes, Nobiles, & quotquot Reipubl & imperio destinati sunt, se contemplari debeant, scribit Hippol. à Collib. *in Palat. fol. 311.* Et sic historia testis est temporum, nuncia vetustatis, lux veritatis, magistra morum, & frenum improbitatis, inquit Cicero.
53 Disces ibi tanquam in speculo ornare & componere vitam tuam ad alienas virtutes, Plutarch. *in Timo.* Omnisque exempli documenta in illustri posita intueberis, ut inde tibi, tuæque Reipubl. quod imiteris, capias, inde fœdum inceptu, fœdum exitu quod vites, Livius *libr. 1.*

Welcher vergangen Ding betracht/
Und gegenwertiges hat in acht/
Und zukünfftiges ermessen kan/
Der ist gewiß ein kluger Mann.

In rebus humanis sæcula & personæ intereunt, causæ & & eventa eadem recurrunt, Famian. Strada. *de bell Belg. l. 1.* Casus præteriti, justus debet esse metus futuri, Auct. *in v. t. Henr. IV. Imp.* & qui non considerat præterita, neque sollicitus est de futuro, is præsentia neque cautè, neque rectè disponit; Imò sequentium rerum certitudo, est præteritarum exhibitio, Gregor. Magn. *lib. 40. homil. 1.* & fides futueorum est ex præcedentibus, Tertull. Vide Reinking. *polit. Biblic. lib. 2. axiom. 40.*

Eloquentia quoque magistratibus & Rerumpubl. moderatoribus summè utilis & necessaria est, siquidem magistratus populum tractat admodum insolentem, delicatum, contumacem, non obedientem in omnibus, ita necesse habet, verbis & oratione multa fingere & conformare, non pauca, quæ impedimento sunt, velut nodos quosdam in ligno, aut abscessus in ferro mollire, & lævigare, Plutarch. *de republ.* Timpler. *lib. 3. polit. cap. 1. quæst. 4.* Atque hæc Augustum inter cæteras animi dotes summè exornavit, Sueton. *cap. 84.* adeò, ut apud Romanos vix quemquam magnam potentiam sine eloquentia esse consequutum, referat Corn. Tacit. Quid enim M. Tull. Ciceronem ex humili genere oriundum ad Consulatum usque, amplissimamque dignitatem evexit aliud, quàm eloquentia: Æthalides propter eloquentiam Mercurii filius creditus fuit, Valer. Flac. *Mimo Argonaut.* Eloquentia vagabundos homines in agris, atque dispersos congregavit in populum, & ex feris & immanibus mites reddidit & mansuetos. Eloquentia animi medicina, ad vitia nimium elatos comprimit, depressosque elevat, & ignavos fortes efficit, Franc. Patrit. *libr. 2. de institut. Reipubl. tit. 4.* Et nulla est disciplina alia, ex qua ad majorem quis nominis sui existimationem comparare possit, quàm eloquentia, *Petrarch. libr. 3. epist. 23.* Eloquentia furentem populum refrenat, aut metu perculsum excitat, Conr. Brun. *de sedit. lib. 4. cap. 2. n. 1. & seq.* Chassan. *in catal. glor. mund. part. 10. consid. 44.* Pyrrhus ipse fatebatur à Cynea Oratore ac Legato suo plures urbes oratione, quàm à se armis expugnatas esse, Plutarch. in Pyrrho. Et alia ratione regi non posse multitudinem, inque potestate haberi, nisi orationis præsidium habeatur, tradit Plutarch. *in præcept. ger. Reipubl.* Confer *supra lib. 1. cap. 17. n. 11.*

Additur invalidæ robur facundia causæ,
Laurea facundis cesserunt arma togatis. Lucan. 55

Ante omnia autem Rerumpublicarum gubernatores decet, ipsisque necessaria est Jurisprudentia, Petr. Gregor. Tholosan. *de republ. lib. 10. cap. 4.* cum enim ipse magistratus civibus & subditis ad justitiæ administrationẽ teneatur, de quo *infra lib. 5. cap. 11.* necessarium omninò erit, ut ipse juris scientiam habeat, cum turpe sit patricio & nobili & causas oranti, jus, in quo versaretur, ignorare, *l. 2. §. Servius. 43. ff. de orig. jur.* Unde juris Civilis sapientia dicitur sanctissima & inæstimabilis, *l. 1. §. proinde. ff. de var. & extraord. cognit.* necessaria & laudabilis, *l. 4. C. de advoc. diver. jud.* honoris plena, arg. *l. 6. in princ. ff. de postul.* cujus scientia totus illuminatur mundus, *auth. habita.*

habita, C. ne fil. pro patr. Indeque Jure-Consultorum apud populum Romanum summa fuit authoritas, *l. 2. §. juris civilis. 35. ff. de orig. jur.* ita ut dicti fuerint Amici, & patres Principis, *l. Divi fratres. 17. de jur. patron. l. 4. C. de contrah. stipul.* Judicum præceptores & sacerdotes, *l. si ædibus, 32. ff. de damn. infect. l. 1. §. 1. ff. de just. & jur.*

Idem est, quoad juris publici scientiam, veluti de pace, de bello, de fœderibus, de induciis, de connubiis Regum, aliorumque magnatum, de dote filiabus constituenda, de summis honoribus, & legationibus, de magistratuum officiis, de præfecturis & procurationibus Reipublic. de assignanda patrimonii parte, de electione & successione Regum, Ducum, Principum, de Ducatibus dividendis, vel non dividendis, de liberis defuncti Regis, Principis, de Vectigalibus, de administratione, cura & jure fisci, de fide & Religione, de Scholis, de exercitu, de jure militari, quibus rebus omnibus Reipublicæ utilitas paratur, augetur & conservatur, Waremund. ab Erenberg/ *de fœderib. cap. 1. fol. 90. seq.*

56 Non minus quoque, imò maximè necessaria est magistratibus prudentia politica, utpote, quæ nihil aliud est, quam prudentia de Republica judicandi, eamq; rectè constituendi, & ad salutem civium administrandi. Ejusq; tanta præstantia, tanta utilitas, tanta dignitas, ut homo in hac vita præstantiorem assequi non possit, Plutarch. *in Caton. major.* Socrat. *apud Xenoph.* Est ars regia & regina scientiarum, Petr. Greg. Tholos. *de republ. lib. 10. cap. 4. n. 1.* quæ urbes parit, Cicero *5. Tusculan.* Homines à ferocitate revocat, Isocrat. *orat. paranet.* eosq; ad vitã socialem & constituendam, colendam & conservandam consociat, Joh. Althus. *polit. cap. 1. in definit. polit.* Estque disciplina, quæ beatas & florentissimas Respublicas efficit, Plato *5. & 6. de republ.* quæ sola hodie mundum universum regit, Patrit. *1. de reg.* quæ cœtus humanos constituit, gubernat & tuetur, omnibus disciplinis occasionem & leges, quibus tradi, doceri, & ad humani generis usum accomodari possint, demonstrat, ut tutò & in pace excoli, & ad posteritatem propagari queant, hospitium & patrocinium præbet, & est vinculum, per quod Respublica cohæret, imò & spiritus vitalis est,
57 quem tot millia trahunt, ut ait Seneca. Unde homines politici appellantur, vel qui artis administrandi Rempublicam habentur periti, secundum Timpler. *lib. 1. polit. quæst. 1.* vel qui actu in politiæ gubernatione versantur, qui Reipublic. gerendæ salutaribus consiliis & ope adsunt, juxta Kirchner. *de republ. disp. 1. concl. 2. lit. a.* Et Politicus dici & describi solet, qui salutaribus consiliis Reipubl. gerendæ in partibus ejus sibi commissis prodesse potest, neque scientiam tantum rerum gerendarum, sed & usum habet: Vel qui novit singula tempora ad præcipiendum populo, quod facere debeat, vel, ut Bornitius definit, Politicus est artifex Reipubl. perficiundæ, Joh. Boëth. apud Arumæ. *de jur. publ. vol. 5. disc. de polit. 4. n. 2.* seu, politicus nihil aliud est, quàm vir prudens ad Reipubl. bonum, Boëth. *d. l. n. 20.*

Minimè ergo pro veris politicis sunt habendi homines in civili conversatione gratiosi, quorumvis moribus accomodi, quiq; possunt facilè omnes perferre ac pati, cum quibus sunt, eorum obsequi studiis, adversi nemini, ut Comicus describit, die sich in die Leuth schicken/ und den Mantel nach dem Wind hencken können. Qui Aulico-politici dicuntur, item Placentini, Fuchsschwänzer / Höfflinge / Cortisanen / Clapmar. *de arcan. rerump. lib. 2. c. 17.* Sicuti nec Versuti & Versipelles, qui ut tempori serviant, polypi ingenium induunt, quique, ut homines decipiant, vultum mutant sæpissimè, similes Vertumno, Protheo, Chameleonti, pandiæ gemmæ, qui optimè simulare & dissimulare possunt, qui omni genere nequitiarum, qui fraudibus & versipelli astutia instructi, qui optimè alios circumvenire, mendacia comminisci, alios criminari & taxare optimè didicerunt, 58

Qui huic uni norunt studio se dedere & arti,
Verba dare ut cauti possint, pugnare dolosè,
Blanditiis certare, bonum simulare, nocendi
Insidias struere, &c.

Multo minus illi, quos Tiberius Cæsar omniũ horarum amicos, Plautus Urbanos assiduos scurras vocat, qui omnia se simulant scire, nec quicquam sciunt, quod quisq; in animo habet, aut habiturus est, & quod in aurem Rex Reginæ dixerit, & quæ neq; futura, neq; facta sunt, norunt: Nam hi si politici dicendi, major hoc tempore politicorum erit proventus, quàm magistellorum, qui in scholis ternas docent, ut ait Clapmar. Æquè minus politici titulum merebitur, qui planè Pœnus fit, id est, totus ex fraudibus & malitiis consutus, qualem Machiavellus informat, & qualem Menonem quendam Thessalum fuisse prodidit Xenophon.

Expedit tamen aliquando prudentiam politicam astu, hoc est, solertia licita & honesta temperare, simulando & dissimulando, nescit enim regnare, qui nescit dissimulare, inquit Cicero *pro Milon.* Miscenda serpentina prudentia cum simplicitate columbina, *Matth. 10. v. 16.* & prudentis regis & magistratus est aliquando pro re nata connivere, nec omnia, quæ populus loquitur, audire, *1. Samuel. 10. in fin.* 59

XI. Eligendi porrò in magistratum sunt temperantes & sobrii. Anima enim siccior, præ reliquis sapientior est, secundũ Socratem, Et melius vocationis suæ muniis insistere potest, Schönborn. *2. polit. 23.* Quod suo exemplo docent Rechabitæ abstemii, *Jerem. 35. in princ.* Simson & Nazarei omnes, *Numer. 6.* Econtra, qui luxui & saginæ mancipati, emptiq; sunt, ut ignava animalia, si cibum suggeras, jacent torpentque, & præterita, instantia, futura pari oblivione dimittunt, Tacit. *2. histor.* aliisq; subjecti miseriis, quarum meminit Claudian. *in laudib. Stilicon.* 60 61

Luxuries prædulce malum, quæ dedita semper
Corporis arbitriis, hebetat caligine sensus,
Membraq; Circeis effœminat acrius herbis.
Blanda quidem vultu, sed qua non tetrior ulla
Interius fucata genas, & amicta dolosis
Illecebris, torvos auro circumlinit hydros,
Illa voluptatum multos intexuit hamis.

Quia

Quin etiam illi, qui se servitio voluptatum corporis astringunt, in publico subinde versari, & in foro agere nō possunt, nisi eorum, quæ noctu fecissent, de die testimonia proferre velint, Philissus apud Dionem *lib. 38.* Ideoque missos facere honores, non attingere Rempublicam debere illos, qui voluptatibus ducuntur, & cupiditatum lenociniis sese dederunt, monet Cicero *pro Sestio.* Nam corrumpunt voluptates virtutis indolem, labefactant ingenium, consilium eripiunt, & contemptum pariunt,
62 Plutarch. *in Hannib.* Aristot. *5. Polit. cap. 10.* Idque nominatim de ebrietate per sese satis constat, utpote, quæ vomes vitiorum & nutrix errorū est, *c. tumultuoso. c. ante omnia. Dist. 35. c. sanè. caus. 15. quæst. 1.* omnem tollit sapientiam, Plin. *libr. 25. cap. 1.* Galen. *de tuend. valet. lib. 1. cap. 11.* excutit Spiritum sanctum, August. *ad sacr. virg.* ebrios amentes pronunciat Aristot. *problem. sect. 30. quæstion. 13* Facit ebrietas insanos & mentem alienat, Augustin. *de ebriet. serm. cap. 1. tom. 9.* Vinum nihil velat, quod habet sub corde revelat, & nullum secretum est, ubi regnat ebrietas, *Proverb. 31. v. 4.* Quod in corde sobrii, est in ore ebrii, ait Plutarch. *part. 2. mor. de garrul.* Væ tibi terra, cujus Rex puer est, & cujus Principes manè comedunt. Beata terra, cujus Rex Nobilis est, & cujus Principes vescuntur in tempore suo, ad reficiendum, & non ad luxuriam, ait *Ecclesiastes cap. 10. v. 16. & 17.* Noli Regibus dare vinum, ô Lamuel, quia nullum secretum est, ubi regnat ebrietas, ne fortè bibant, & obliviscantur judiciorum, & mutent causam filiorū pauperis, inquit Salomo *Proverb. 31. v. 4. & 5.* Apud Ægyptios morem fuisse legitur, certam vini & cibi mensuram Regibus apponere, nec illis concessum erat, ultra hoc dimensum aliquid postulare, ne luxu corporis vitiis se inquinarent, regnoque & subditis graves & molesti essent, Alex ab Alexandr. *genial. dier. lib. 3. cap. 11.*

63 XII. Casti & continentes, qui scilicet non tantùm corpus ab omni macula purum conservant, sed etiam occasiones ad impudicitiam ducentes, sanguine viperino cautius evitant. Nam qui obnoxii sunt libidinis & impudicitiæ crimini, subito convolant ad alia, id quod suo exemplo docent, David, Salomon, Themistocles, Nero, Tiberius, &c. Et tales magistratus, qui libidinis & impudicitiæ crimini obnoxii sunt, subditos execrari, detestari, & tantū non diris devovere, testatur Schönborn *2. polit. 24.* Et nulla Assyriorum Imperii translati causa fuit, quàm Sardanapali effœminata luxuries, Herod. *lib. 2.* & ipse Sardanapalus post multam perpetratam libidinem se ipsum una cum uxoribus & multo auro combussit, Athenæus *lib. 11. cap. 12* Unde de ipso dictum:

Non homo, sed porcus Sardanapalus erat.

Atque inde etiam ob stuprum & fornicationem commissam, ex ordine, sive collegio Senatorio aliquem removeri posse, decidit Bened. Carpzov. *decis. 17. per tot.*

64 XIII. Clementes & misericordes. Nam Principibus & Reipublicæ moderatoribus nihil magis proprium, quàm clementia & misericordia, per quam sola Dei imitatio servatur, *l. fin. C. de donat. inter vir.* Chassan. *Catal. glor. mund. part. 5. consid. 6.* Qui sequitur justitiam & misericordiam, inveniet vitam, justitiam & gloriam, *Proverb. 21. v. 21.* Unde clementia prima dos Regum dicitur à Vopisc. & apud Claudianum Theodosius Honorio filio præcipit:

Sis pius imprimis: nam cum vincamur in omni
Munere, sola Deos æquat clementia nobis.

Ex quo etiam Principes & alii magistratus dicuntur clementes, clementissimi, Gnädige und gnädigste Herren, Ernest. Cothman. *ad rubr. Cod. verb. Clementia nostra, n. 13.* Et hæc clementia in quamcunque domum pervenerit, eam facilem & tranquillam præstabit, Seneca *1. de clem. cap 5.* 65
Nam qui benignitate & clementia Imperium temperavere, his candida & læta omnia semper fuêre, Salust. *ad Cæsar.* Unde, qui vult regnare languida regnet manu, ait Seneca. Et Princeps ac magistratus clementer agendo populi sibi benevolentiam conciliat, Petr. Martyr. *in comment. ad cap. 20. lib. 1. Regum. fol. 163.* quæ est præsidium firmissimum, Bodin. *de republ. lib. 5. c. 5. fol. 872.* & munitissimas habere dicitur Princeps Civitates, quem subditi fide & amore prosequuntur, Cravet. *consf. 241. n. 15.* Mynsing. *3. observ. 8. n. 10.* confer *supra libr. 1. cap. 15. n. 22.* Indeque Salomon Regum sapientissimus, misericordia & veritate custodire Regem, & thronum Regis corroborari clementia dicit, *Proverb. 20. v. 28.* Theodosius II. Imperator, cum ab 66
amicis admoneretur, ut adversarios suos gladio puniret, respondit: Utinam mihi liceret, & mortuos ad vitam revocare, Spigel *lib. 2. cap. 47.* Imperator Rudolphus cum post morum mutationem clementior suis fuisset, quàm ab initio imperii, objurgatus ob id, severum, inquit, & immitem fuisse, me aliquando pœnituit, lenem & placabilem nunquam, Æneas Sylv. *libr. 2. de reb. gest. Alphons.* Sigismundus Imperator eos Reges demum in terris beatos esse dicere solebat, qui ejectis ex aula sua hominibus superbis, vita mansuetudinis & misericordiæ cultores in Curia assessores haberent, Æneas Sylv. *in dict. Sigismundi Imper.* Et melius Deo 67
redditur ratio propter misericordiam, quam inclementiam & crudelitatem, *c. allegant. caus. 27. quæst. 7.* & judicium sine misericordia futurum ei, qui misericordiam non vult fieri delinquenti, dicit Speculat. *tit. de dispens. §. ult. n. 15.* Unde Seneca ait:

Vos quibus rector maris atque terræ
Jus dedit magnum necis atque vitæ,
Ponite inflatos, tumidosque vultus,
Quicquid à vobis minor extimescit.
Major hoc vobis Dominus minatur,
Omne sub regno graviore regnum est.

Et Virgil.

- - Romane memento,
Parcere subjectis, & debellare superbos.

Nec non Ovid. *lib. 2. de arte amand.*

Flectitur obsequio curvatus ab arbore ramus,
Frangas, si vires experiere tuas.
Obsequium tigresque domat timidosque leones.
Rustica paulatim taurus aratra subit.
Dextera præcipuè capit indulgentia mentes,
Asperitas odium, sævaque bella movet.

Odi-

Odimus accipitrem, quia vivit semper in armis,
Et pavidum solitos in pecus ire lupos.
At caret insidiis hominum, quia mitis hirundo est,
Quasque colet turres Chaones ales habet.

Et Seneca *in Octav.* inquit:

Pulchrum est eminere inter illustres viros,
Consulere Patriæ, parcere afflictis, fera
Cæde abstinere, tempus atque iræ dare,
Orbi quietem, seculo pacem suo.
Hæc summa virtus, petitur hâc cœlum via.

Et similiter Ovid.

Sit piger ad pœnas Princeps, ad præmia velox,
Et doleat quoties cogitur esse ferox.

Clementia tamen & misericordia hujusmodi temperata esse debet severitate, Reinking.
68 *de regim. sec. lib. 2. class. 1. cap. 3. n. 17. & seq* Nam magistratus prudens severus est, *Syracid 10. v. 1.* & salutaris severitas inanem vincit Clementiæ speciem, Cicero *ad Brut. epist. 2.* meliusque est, in desperatæ frugis homines cum severitate animadvertere, quàm cum lenitate Rempublicam corrumpere, *c. non omnis. caus. 5. qu. 5.* R. A. zu Speyr *de anno 1526.* §. Es soll sich auch. *Et* proinde lenitas cum severitate ita miscenda est, ut ex utraque fiat temperamentum, & neq; multa asperitate exulcerentur subditi, neque nimia benignitate solvantur, *c. disciplina. Dist. 45.* Gre-
69 gor. *in memorab. lib. 20. part 4. cap. 6.* tam omnibus ignoscere crudelitas est, quàm nulli, inquit Seneca *de clement.* Plurimumque interest, quo animo quis parcat: Sicuti enim aliquando misericordia puniens, ita & crudelitas parcens, Augustin. ac justus ut sis, non solùm non nocebis, sed etiam nocentes prohibebis, Senec.
70 *de virtut. lib. 4.* vitia transmittit ad posteros, qui præsentibus culpis ignoscit: Bonis nocet, qui malis parcit, Seneca *de morib.* Invitat culpam, qui peccatum præterit: & judex damnatur, cum nocens absolvitur, P. Mimus. & malum est, eum imperare, sub quo nemini quicquam licet, sed pejus sub quo omnia, Timpler. *lib. 3. polit. cap. 1. qu. 10.* Indeq; sine severitate civitatem administrare non posse, ait Cicero *1. offic.*

71 Clementiæ & misericordiæ contrariatur crudelitas & tyrannis, qua insontes manifesta vi injustè premuntur & affliguntur, quàm minimè humanum malum esse indignumque regio animo, & ferinam rabiem esse, sanguine gaudere & vulneribus, & abjecto homine in sylvestre animal transire, ait Seneca *de clement.* juxta illud Ovid.

Candida pax homines, trux decet ira feras.

Ex qua nonnunquam subditorum sequitur defectio, Lipsius *4. polit. cap. 12.* Quod suo exemplo expertus est Rehaboamus *1. Reg. 12. v. 16.* & Rex Hispaniæ, qui propter extremam Albani sævitiam irreparabile damnum sensit in Belgio, de quo Londorp *in contin. Sleidan. lib. 10. 11. & 12.* Plura vide apud Reinking. *d. cap. 3. per tot.*

72 XIV. Humani & affabiles. Proxima siquidè clementiæ virtus est humanitas, qua verbis officiosis & amicis honestè & sine fuco utimur, quæ maximè decet magistratus, quia responsio mollis frangit iram, sermo durus suscitat furorem: lingua placabilis lignum vitæ, quæ autem immoderata est, conteret spiritum, *Proverb. 15. v. 1. & 4.* Pars beneficii est, quod petitur, si belle neges, inquit P. Mimus. Indeq; Principes & Rerumpubl. moderatores subditis suis affabiles, iisque facilem aditum præbere, ac patienter eorum querelas & desideria audire, & decet, & oportet, per *l. observandum. 19. ff. de offic. præsid.* R. A. zu Augsp. *de anno 1541.* §. Demnach haben wir / ibid. Ihre Werbungen gnädiglich / gütlich und freundlich angehört. Exemplo Imper. Augusti, qui videns quendam trepidantem supplicem libellum offerre, bono eum animo esse jussit, non enim decere Imperatorem, dicens, ut literas & supplicationes subditorum suorum, tanquam leones & elephanti cibum cum periculo exhibentium excipiant.

XV. Graves. Quemadmodum enim clementia cum severitate, ita & humanitas & affabilitas cum gravitate temperata esse debet, ne in 73
nimiam familiaritatem degeneret, quæ contemptum parere solet, *c. quando. Dist. 86.* nam juxta proverbium, è tribus rebus optimis, tres oriuntur pessimæ; e veritate odium, è fœlicitate invidia: è familiaritate contemptus, qui qualiter noceat Rerumpublicarum moderatoribus, vide *supra lib. 1. cap. 14. n. 29.* Unde jure civili cautum, ne præsides provinciarum in ulteriorem familiaritatem provinciales admitterent, ne ex nimia familiaritate oriretur contemptio, *l. observandum. 19. ff. de offic. præsid.* 74

XVI. Mansueti & placabiles. Nihil enim magnum, quod non est placidum, ait Seneca. Et sicut fremitus leonis, ita & Regis ira, & sicut ros super herbam, ita & hilaritas ejus, *Proverb. 19. v. 12.* Ac Regibus ex mansuetudine certiorem securitatem esse, dixit P. Mimus. *Et* Ovid. *3. de art. amand.* 75

Scilicet ingenium placida mollitur ab arte,
Et studio mores convenienter eunt.

Unde quo major ac nobilior magistratus est, eo mansuetior & placabilior erga omnes, & maximè in subjectos esse debet. *Et* Carol. V. crebro dixisse fertur: Sicut stella Saturni, quæ summum locum inter planetas teneret, tardissimè moveretur: ita Cæsarem Romanum, qui summum dignitatis in orbe locum obtineret, non facilè moveri debere. Mansuetudini & placabilitati adversatur iracundia, quæ execratio coram Deo est, *Syracid. 7. v. ult.* & nullam pestem generi humano pluris stetisse, quàm irā testatur Senec. *de ira.* Et iracundiam esse perturbationem inanem affectione, duram ac violentam potentia, cædium causam, calamitatum sociam, jacturā conciliantem & dedecus, pecuniarum perniciem, & perditionis originē, discimus ex Aristotel. apud Stobæum. Fulmen est, ubi cum potestate habitat iracundia, Seneca *in proverb.* & iracundiam qui vincit, hostem superat maximum, P. Mimus.

Impedit ira animum, ne possit cernere verum.

Item:

Res loquitur diras cum quis fervescit ad iras.

Ergo,

Vince animos, iramq; tuam, qui cætera vincis.

XVII. Humiles & modesti. Ne videlicet ob fortunæ indulgentiam, rerumque prosperitatem 76

tatem

tatem luxurient, sed potius ex monito Plinii in paneg. non minus hominem se, quam hominibus præesse cogitent, seq; ab illa Lege & conditionibus omnibus indicta mortalibus, non esse exemptos, Schönborn. *2. polit. cap. 26.* Quo major es, eo magis te ipsum abjice, & coram Domino consequeris gratiam, *Syracid. 3. v. 19. & seq* Superbum sequitur humilitas, & humilem spiritu suscipiet gloria, *Proverb. 25. v. 23.* Deus deposuit superbos de sede, & exaltavit humiles, *Syracid. 10. v. 17.* Unde Cicero, quanto superiores sumus, inquit, tanto submissius nos geramus. Admodum etiam grata & in summa admiratione est authoritas cum humanitate conjuncta. In secundis nemo confidat, in adversis nemo deficiat, alternæ sunt vicissitudines rerum, inquit Seneca *lib. 3. natur. quæst.* Ovid. *trist. lib. 3. eleg. 4.* inquit:

Quid fuit, ut tutas agitaret Dædalus alas?
Icarus immensas nomine signat aquas?
Nempè quod hic altè, demissius ille volabat:
Nam pænas ambo non habuere suas.
Crede mihi, benè qui latuit, benè vixit, & intra
Fortunam debet quisq; manere suam.

Sicut cacumen arborum in excelso positarum, etiamsi levis aura flaverit, movetur: sic & sublimes homines in culmine dignitatis existentes, etiam levis nuncii fama conturbat. Humiles autem sicut in convalle plerumque in tranquillitate consistunt, inquit Chrysost. *in Matth. cap. 1.* Et Seneca *in Thyest.*

Ima permutat brevis hora summis,
Quem dies vidit veniens superbum,
Hunc dies vidit veniens jacentem,
Nemo confidat nimium secundis,
Nemo desperet meliora lapsus,
Miscet hæc illis, prohibetq; Clotho
Stare fortunam, rotat omne fatum,
Nemo tam divos habuit faventes
Crastinum ut possit sibi polliceri
Res Deus nostras celeri citatas
Turbine versat.

Plerumque superbiæ vitium conspicere lice in iis, qui ex humilibus ad majores dignitates pervenerunt, nam in paupertate occulta naturæ vitia se exerunt in imperio, Richter. *in axiom. 2v0.*

Asperius humili nihil est cum surgit in altum:
Cuncta ferit, dum cuncta timet, desævit in omnes,
Ut se posse putet: nec bellua tetrior ulla est,
Quam servi rabies in libera colla furentis.

77 *Horres morres*, ut vulgo dici solet, id est, honores mutant mores, at raro in meliores: Wann einer zu Ehren kommet / so wendet sich das Hertz / Lunge und Leber in seinem Leibe umb / und wird gar ein ander / aber selten besser Mann / Matthes. *in Syracid. cap. 37. fol. 106.* Wann die Lauß in den Grind kommt / so wuhlet sie gerne.

78 Abbas quidam antequam ad Abbatis dignitatem eveheretur, insignem simulabat humilitatem, semperque demisso in terram vultu & pietatis pleno incedebat, consecutus Abbatiam ferocior esse cepit atque elatior, mirantibus quibusdam, quod is, qui prius semper vultu in terram dejecto, insignem præ se tulisset pietatis & sanctitatis speciem, tam subito mores mut[a]sset, factusque insolentior esset, respond[it]: Se ideo prius demisso capite incedere [s]olitum, quod claves Cœnobii quæsivisset, nunc verò iis repertis, se incedere erectum.

XVIII. Ca[n]didi, qui quod rectè sentiunt & verum judi[ca]nt, ingenuè efferunt, & ab omni simulatione & adulatione abstinent. Qualis candor fuit JCti Papiniani, qui cum Antonii Bassiani Caracallæ Imperatoris fratricidium in Getam commissum excusare deberet, candidè & ingenuè dixit: non tam facilè esse cædem injustam defendere, quàm perpetrare. Omnium vitiorum pessimum, quo Principes à tramite recti, ad injusta adducuntur, gratia Dei excidunt, in Cacodæmonis laqueos irruunt, & tandem ad extremum exitium rediguntur, est adulatio in Consiliariis & ministris, qui 79

Ore aliud, tacitoq; aliud sub pectore condunt,

80 & unicè student, esse Placentinos, ne gratia Principis excidant, inquit Melchior ab Ossa *in consil jurid. cap. 6. fol. 84.*

XIX. Divites magis, quàm pauperes, per *Esaiæ 3. v. 7. l. rescripto in princ. ff. de muner. & honor. l. ad subeunda. & ibi* Luc. de Penn. *C. de decurion.* Alber. *in auth. præsides. C. de Episcop. aud.* Tiraquel. *de nobil. cap. 3. n. 19. & seq* Unde apud Romanos nemo Ordini Equestri, qui Senatorii seminarium erat, adsciscebatur, nisi cui millium quadringentorum nummûm census; nec ad Decurionatum promovebatur, nisi qui centū millium esset, Alex. ab Alex. *1. genial. dier. cap 16.* Marc. Vetran. Maur. *de jur. liber. cap. 23.* Pisander de consilio Alcibiadis Democratiam Athenarum in Oligarchiam cōmutare volens, in numerum eorum, quibus cōmissurus erat Rempubl. non allegit, nisi qui & pecuniis & corporibus publico statui prodesse possent, Thucyd. *lib. 8.* Et Solon inter cætera popularibus suis cōsultum duxit, ut quisq; pro suarum facultatū modo, si adesset vitæ innocentia, dignitatem in Republica assequi posset, nulla habita plebei aut patricii ratione, Wilhelm. Possard. *de magistrat. Athen. cap. 1.* Ut & Carthaginensium legib[us] locupletissimi ad magistratus adsumebantur; Aristot. *3. polit. 9.* 81

Atque hæc non sine ratione, siquidem Reipubl. interest, per digniores & ditiores regi, *l. honores ff. de decur. d. l. ad subeunda. C. eod. Novell 15. in princ.* & divitiæ authoritatem & potentiam facilius conciliant: melius enim divites rerum experientia instrui possunt, quia non ut pauperes domi delitescunt, sed in luce vivunt, Aristot. *2. pol 7.* juxta illud Juvenalis: 82

Haut facilè emergunt, quorum virtutibus obstat
Res angusta domi.

Et illud Ovid. *3. elegiar.*

Curia pauperibus clausa est, dat census honores,
Inde gravis judex, inde severus eques.

Et *lib. 1. fastor.*

In pretio pretium nunc est, dat census honores,
Census amicitias, pauper ubique jacet.
Fac sim
Fortunatus, ero locuples, ero primus in urbe,
Audiar, assurgent omnes me vertice nudo,

Vulgus

Vulgus adorabit me, plebs me consulet, omnis
Turba magistratus, etiam populusque, patresq;.

Unde cum Tullius Sulpitius Galba, & Aurelius in Senatu contenderent, uter adversus Viriatum in Hispaniam mitteretur, & Scipionis Æmiliani rogaretur sententia, neutrum mihi placet mitti, dixit, quia alter nihil habet, alteri nihil satis est, Valer. Maxim. *lib. 6. cap. 4.* Est
83 enim paupertas ad scelera & maleficia proclivis, juxta illud Silii *lib. 13.*

Sceleri proclivis egestas.

Et Martial. *ad Charid.*

O quantum cogit egestas.

Unde contemptu paupertatis magistratus egeni authoritas vilescit, dignitas hebescit, religio evanescit. Vili autem & abjecta subditorum de magistratu opinione non est, quod in Republ. sit perniciosius; authoritas quippe est anima & vita imperii, teste Lipsio *doctr. civil. lib. 4. cap. 9.* Et tanto tutius divites, quàm pauperes imperiis & muneribus publicis præficiuntur, quantò in eo facultates majores possident, & magis propter eas Rempubl. amant, salvamque & incolumem diu stare exoptant, Casus *in sphær. civit. cap. 7.* Sicut nimia abundantia homines vitiosos reddit, ita nimia paupertas avaritiæ & expilationis incentivum, Guevar. *in horolog. Princ. cap. 6. n. 4. 6.* Unde Mantuan. *Ecclog. 1.*

Pauperies inimica bonis est moribus, omne
Labitur in vitium, culpæ, scelerumq; ministra est.

84 Non tamen pauperes planè sunt excludendi; non enim facultas, sed virtus, non adjumenta fortunæ, sed ornamenta animi in electione spectanda sunt, Aristot. *3. polit. 3.* & pauperem probum longè præferendum esse diviti improbo, nemo sanus dixerit, Timpler. *lib. 2. polit. cap. 2. quæst. 12.* Unde etiam quidam sentiunt, nec nimium divitem, nec nimium pauperem ad magistratum gerendum assumi debere, sed talem, qui mediocribus opibus sit instructus, & magis tamen ad divitias & potentiam declinat, quàm ad paupertatem, quia divites magis cupiunt in luce vivere, pauperes autem delitescere, resque domesticas, quàm publica negotia curare malunt, per dicta Aristot. *4. polit. 11.*

85 XX. Nobiles & Patritii potiùs, quàm ignobiles & plebei ad magistratus assumendi sunt, *l. honor. 14. §. de honoribus. 3. ff. de mun. & honor. l. honores. 7. §. is, qui. 2. ff. de decurion. Novel. 15. princ. & cap. 1. & cap. 6. in fin. auth. præsid. in princ. ff. de episc. aud. c. grandi 2 de supplend. neglig. prælat. in 6. Deuter. 1. v. 15. Ecclesiast. 10. v. 17. 1. Macchab. 3. v. 32.* Georg. de Cabed. *pract. obs. part. 2. decis. 73. n. 7. & 8.* Otalor. *de nobil. Hisp. part. 4. cap. 9. n. 7.* Tiraquel. *de nobil. cap. 20. num. 1. & seq.* Chass. *de glor. mund. part. 8. consid. 36.* Petr. Fritz *de nobilit. cap. 20. n. 1. & seq.* Bened. Carpzov. *de leg. Reg. German. cap. 10. sect. 1. per tot.* Atque inde plebei decurionum honore & munere fungi prohibentur, *d. l. honores 7. §. 2. ff. de muner. & honor.* & consideranda utique persona, & origo natalium ejus, cui muneris defertur administratio, *d. l. honor. 14. §. 3. ff. de muner. & honor.*

Et proinde meritò morem Venetorum, qui nobiles tantùm ad Civitatis regimen adsumunt, laudat Barbat. *consil. 35. lib. 2.* de quo vide Carpzov. *d. sect. 1. num. 9. & seq.* Indeque Solon Atheniensium legislator magistratus omnes constituit ex Nobilibus & locupletioribus, qui ex tribus censibus constabant, quartus autem, qui Theticus dictus, eorum erat, qui Thetes, id est, opifices erant, quibus nullum magistratus assequendi jus erat, tradente Aristot. *2. polit. cap. 10.* Plutarch. *in Solon.* Pollux. *lib. 8.* ac ex Legibus Lombardorum judices Nobiles esse debent, ut in Lombard. *tit. de offic. jud. l. ult.* Et Germanos Reges ex Nobilitate, Duces ex virtute olim sumpsisse scribit Tacit. *de morib. German.* Et priscis temporibus Consiliarios Regios ex Nobilitate tantum electos fuisse, testatur 86
Lehman. *Chron. Spirens. lib. 2. cap. 12.* Et inter alia Imperator Romanus in capitulatione sua promittit, officia illustria & imperialia non infimæ conditionis hominibus, sed spectabilibus & honoratis viris, Principibus nempe, Comitibus, Baronibus & Nobilibus se collaturum, Carpz. *de leg. Reg. Germ. cap. 10. n. 2. & seq. & sect. 1. n. 1. & seq.* Sicuti etiam in Dania non modo Cancellarius, cunctique ejus Assessores, sed etiam scribæ ac ministri omnes ex genere equestri habentur, Kirchner. *de offic. & dignit. Cancellar. lib. 3. cap. 3. n. 42. & seq.* Carpzov. *d. sect. 1. n. 8.* Idque hac potissimum ratione, quia quo quisq; stemmate nobiliori prognatus est, eo clariori judicio in eo ingenii rectitudinem præfulgere censemus, nam plerumque, ut canit Horatius *carm. lib. 4. od. 4.*

Fortes creantur fortibus & bonis:
Est in juventis, est in equis patrum. 87
Virtus; nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

Ac, ut Seneca ait, habet hoc proprium generosus sanguis, ut concitetur ad honesta, Keckerman. *lib. 1. system. polit. cap. 2.* Et sic præsumuntur habere majora semina virtutis, & esse procliviores ad impetus heroicos, major illis animus ad hostes arcendos, acrior ad patriam defendendam stimulus, in qua natales, fortunas & honores habent, qui in publico periculo privatim perdere plus timent, neq; enim oppressa, vel excisa patria alibi tam possunt esse honorati. Plebeiorum verò alia est ratio, neque 88
enim, qui labore suo & in industria victitant, multum se patriæ suæ, quam ipsi obscuri obscuriorem faciunt, debere arbitrantur, & facilè patriam aliam reperiunt, ubi labori & fami satisfit. De cujusmodi hominum genere venustè scribit Owen. *lib. 3. epigram. 100.*

Illa mihi patria est, ubi pascor, non ubi nascor,
Illa ubi sum notus, non ubi natus eram,
Illa mihi patria est, mihi quæ patrimonia præbet,
Hic ubicunq; habeo, quod satis est, habito.

Ea siquidem vulgi natura est, ut si utilitatem percipiat, Imperii cupiditate non magnopere ducatur, ex Aristot. Besold. *de arcan. rerumpubl. cap. ult. fol. 261.* Unde Latinus Pacatus in panegyrica Oratione ad Theodosium scribit: Is ad regendam Rempubl. deligendus est, cui fœlix patria, cui domus clara, cui forma divina,

vina, cui ætas integra, cui denique militarium & civilium rerum usus contigit.

89 Inde quoque prioribus seculis pleræque Civitates Imperiales à Nobilibus & Patriciis fuerunt gubernatæ, Seb. Münster. *Cosmograph. l.3. cap. 65.* Lehman. *Chron. Spirens. l.4. cap.11.* quæ hodie ferè omnes in democratiam delapsæ. Sic enim in Civitate Gamundia Schwäbischen Gemündt / licet prioribus temporibus summa Reipubl. apud Nobiles fuerit, discordiâ tamen inter Nobiles & familias præcipuas ambitione ortâ, regimen ab illis ad populum anno 1248. devenit. Idem Argentinæ contigit, & conversa est à Nobilitate ad plebem Reipubl. summa, & sancita simul lex fuit, ne quem Ammeisterum creari fas sit, nisi qui se ex plebeis natum docere possit, de quo *infra l.3. c.51. n.28.*

90 Verum Imperator Carolus V. tribus in plurimis Civitatibus Imperialibus abrogavit, & patricios ad Rerumpubl. administrationem adhiberi ordinavit, sicuti videre est ex ordinationibus Cæsareis Ravensburgi & Biberaci, ubi patricii reliquis Civibus præferendi, & Lindaviæ vigore Cæsareæ ordinationis provisum, quod duæ Senatus partes ex primatibus, auß den Sinffzen/ sive Geschlechter-Stuben/ & reliqua pars tertia ex reliquis civibus constitui debeat.

Non tamen humili & obscuro loco nati à magistratu prorsus sunt excludendi, quia in magistratu eligendo virtutis maximè haben-

91 da ratio. Neque etiam tam homines, quàm hominum actiones, in benè constituta Republ. considerandæ, eique plurimum tribuendum, cujus animo virtus inest. Et Deus ipse, qui in altis habitat, humilia respicit, suscitans è terra inopem & de stercore pauperem erigens, *Psal.*

92 *112.* Sic enim ad dignitates & honores è carcere evexit Josephum, *Genes. 41.* Gedeonem frumenta purgantem, *Judic. 6.* Danielem captivum, *Daniel. 8.* Mardochæum, *Esther. 10.* Saulem patris sui asinos quærentem, & Davidem oves pascentem, *1. Samuel. 10. & 16.* & plurima exempla refert Schönborn. *2. polit. 4.* Benedict. Carpzov. *de leg. Reg. German. cap. 10. sect. 1. n. 25.*

93 *seq.* Et quod etiam homines plebei, honesti tamen, & omni macula carentes, ad officia aulica sint admittendi, ipsæ Cæsareæ capitulationes demonstrant, ubi Principibus & Nobilib⁹ adjunguntur verba: Und andern ehrlichen Leuten/ Carpzov. *d. sect. 1. n. 19.* Nec solam Nobilitatem in muneribus deferendis, inspiciendam esse docet Scipio Amirat, *17. diss. polit. in Tacit. disc 3.* Sed literatos plebejos Nobilibus illiteratis præferendos, inque locum deficientis, aut degenerantis Nobilitatis surrogandos, Caroli Magni exemplo probat Besold. *ex A-*

94 *ventin. lib. 1. polit. cap. 3. §. 50.* Is enim cum Lutetiæ, scholam à se fundatam ingressus periculum studiorum facere discentes jussisset, deprehendissetque, tenuiores atque pauperes, præter spem profecisse, Nobiles verò animi cultum neglexisse, illis ad dextram segregatis: Vos quidem macti virtute, dixisse fertur, filioli pientissimi, qui nostro imperio gnaviter defuncti estis; Vestri erunt maximi Episcopatus; Vos in aulam adsciscam; ex vobis senatores cooptabo; Vos in album Prætorum & patrum curiæ adlegam, &c. Besold. *d.l.*

Sed quid si statuto civitatis alicujus caveatur, ut in senatoribus eligendis ratio tantum 95
habeatur Nobilium vel patritiorum, veluti Venetiis, Norimbergæ, Lunæburgæ, &c. Idonei autem non adsint, vel nulli planè patricii, an hoc casu plebei adsumi poterunt? Ad quod respondet Modestinus: Etsi, inquiens, lege municipali caveatur, ut præferantur certæ conditionis homines, attamen sciendum est, hoc esse observandum, si idonei sint, & ita rescripto D. Marci continetur, *l. ut gradatim. 11. §. 1. ff. de muner. & honor.* Et quod paucitas eorum, qui muneribus publicis fungi debent, necessario inviter eos, qui aliâs in copia virorum honestorum reprobarentur, vult Callistratus, *in l. eos qui. 12. ff. de decurion.* Unde quamvis in suscipiendis olim Romæ magistratibus, patres orbis atque cœlibibus præferrentur, teste Dione Cass. *lib. 53.* Idem tamen *lib. 56.* ita exhaustam civitatem viris ait, ut cum Lex Papia ferretur, nulli mariti, nulli patres inventi sint, qui Papio & Poppæo cœlibibus & orbis in capessendo Consulatu idonei præferrentur, Radulph. Forner. *lib. rer. quotid. cap. 10.* Atque inde etiam hoc nostro casu plebei admittendi erunt, *l. reus. 7. l. honor. 12. §. plebei 4. ff. de muner. & honor.* Quia necessitati, quæ vim legis 96
obtinet, consulendum est, Wesembec. *in parat. C. de magistrat. municip. n. 5.* Dion. Gothofred. *in not. ad d. l. eos qui. ff. de decur. & in d. l. ut gradatim. ff. de muner. & honor.* Atque inde consultum erit, si Civitates hujusmodi veteres imitentur Romanos, qui in defectu patriciorum, ne amplissimus ordo dedecus incurreret, plebejos patricio primum inscriptos albo, postmodum in Senatum legerunt, prout fecit Romulus, Tarquinius Priscus, Brutus & Poplicola, Julius Cæsar, Augustus, Claudius & alii: Sicuti etiam Senatus Venetus, Noricus, 97
Augustanus, de quo vide Johan. Dracon. *de orig. & jur. patric. l. 1. cap. 1. num 1. seq. & lib. 3. cap. 1. per tot. & cap. 4. num. 38. & 39.* ubi sublectionem istam non tantum hunc, sed & alios defectus supplere & Reipubl. commodum adferre: habebit enim ea patricias familias & ex his senatores: præcidentur seditionum causæ & æmulationum, quando plebei potentiores spem consequendi patriciatus, & senatoriæ dignitatis, sibi vident præfixam, nec planè præclusam: Succurretur ærario publico. Nec enim gratis velim ditiores plebejos inter patricios referri: Addens, quod si objiciatur, illud virtutis præmium esse debere, nec commercali vilitate inquinandum: In promptu responsio est, eos, qui pecunia patriam adjuvant, non inferiores esse aliis, qui virtute bellica, aut togata, modò bonus adsit genius, famæ & vitæ inculpatæ ratio. Quis namque virtutem negabit ei, qui liberalis erga Rempubl. est Ita Veneti in bello Genuensi publicè edixerunt, ut qui Rempublicam pecunia juvissent, ex illis triginta in numerum Senatorum allegerentur,

maneretque patricia dignitas posteris, Petr. Justin. *l.6.histor.Venet.p.96.* Seb. Münster.*Cosmograph.l.2.c.14.*

98 XXI. Senes magis, quàm juvenes. Ita enim Jehova duci suo Moysi præcepit, ut septuaginta seniores populi deligeret, consilii & levamenti causa, *Num.11. v.16. seq. & Deuter. 1.v.13.* Unde etiam frequenter in sacris literis magistratus dicuntur seniores populi, seniores Civitatis, seniores Israel, seniores Judæorum, seniores terræ, &c. de quibus Carol. Sigon. *de republ. Hebræor. l.6. c.4.* Est enim in senibus sa-

99 pientia, & in multo tempore prudentia, annorumque multitudo docet sapientiam, *Jobi.12. v.12.* Omnes penè virtutes corporis mutantur in senibus, & crescente sola sapientia, decrescunt cætera, inquit D. Hieronym. *epist.2.* Vires sunt florentis ætatis, prudentia senectutis, Aristot. *7.polit.cap.9. Et juxta Ovid. 6. metamorph.*

Senis venit usus ab annis.

100 Et senes quoque magis sunt constantes majorique authoritate pollent, ita uti plus valeat umbra senis, quàm eloquentia & gladius juvenis, secundum Bald. *in c.1.n.1 de renunciat. & in l. senium C. de testament.* Et in senibus maturius & rectius judicium, & ratione potius, quàm opinionibus & affectibus ducuntur. Ubi è contra juvenibus multum caloris & temeritatis inesse, ipsisque variis perturbationibus obnoxii, raro constantes, mobiles, flexiles, creduli, variis affectibus & voluptatibus obnoxii, improborum hominum versutiis expositi deprehenduntur, & inter omnes constat, fragile & infirmum juniorum consilium & multis captionibus expositum esse, *l 1. in princ. ff. de minoritb.* & juvenilis ardor impetu primo furit; Languescit idem facile, nec durat diu, Senec. *in Octav.* Et juvenibus nec animus rebus agendis concalluit, nec ætas usum dedit bene suadendi Cicero.

Flexilis est juncus, salices flectuntur amaræ?
Robora dura minus. Ovid. *de amor.*

101 Qua de causa etiam jure civili adolescentes tutelæ subjiciuntur, quod suis rebus non satis commodè prospicere, seque regere nequeunt, *§. minores 15. J. de excus. tut. l. nemo. C. de legit. tut.* Vid. Limnæ. *tom.4. J.P.l.3 c.7.n.38 p.341.& Notit. Franc. l. 2. c. 3. lit. g.* Unde væ terræ, cujus Rex puer est, *Ecclesiast.10. v.16.* Et inter maledictiones Dei in populum est, quod velit dare pueros Principes eorum, *Esaiæ. 3.* Et si Rehoboamus Rex senum consilium fuisset secutus, regnum stabiliisset, quod juniorum consilio penè perdidit & evertit, *3. Reg. c. 12.* Unde Lycurgus apud Lacedæmonios constituit, ut octo & viginti seniores Laconum Principibus adsisterent, Plutarch. *in Lycurg.* Et Romulus in consilium Reipubl. suæ populi seniores elegit, indeque senatores ob ætatem dicti, qui senatui quoque nomen dederunt, Liv. *lib.1.* Dion. Halicarnass. *lib.2.* Franc. Patric. *de institut. Reipubl. l.3.tit.3.& l.6.tit.1.* De quo Ovid. *l.5.fastor.*

Nec nisi post annos patuit tunc curia seros,
Nomen & ætatis inde senatus habet.

Juraque dat populo senior, finitaque certis
Legibus est ætas, unde petatur honos.

Et in veteri Romana urbe constitutum fuisse, & expresse quidem lege Pompeja cautum, ne quis ad senatum & consilium accederet, atque adeò ne ullum quidem magistratum attingeret, qui minor annis triginta foret, refert Plato *l. 10. epist. 83.* Et juris quoque civilis constitutio 102
ante vigesimum quintum annum ad decurionatum vel civitatis consilium neminem admittit, *l. ad Rempublicam. 8 ff. de minor. & honor. l. si pater. 8. C. quand. provoc. non est necess.* Nicol. Losæ. *de jur. universit. part. 1. c.3. n.29.* Quemadmodum enim novelli Cytharædi multas cytharas perdunt, ita cupidi juvenes Rempublicam ut plurimum evertunt, ut ait Xenophon. Juvenilia enim & accensa ejusmodi ingenia haut absimilia censentur pullis gallinaceis, ingenti studio, indesinenti cantu decertantibus, cum tamen cantu suo, noctis & diei tempora magis confundant, quàm indicent: ubi è contrario galli adultiores parcius, intervallis debitis & convenientibus vocem extollant, Johan. Sibrand. *in urb. Lubec. & Anseat. nec non imper. civit. jur. publ. part. 1. sect. 14. n. 94.* Unde quoque Mecœnas Octavianum hortatur, ne ad senatoriam dignitatem minores 25 annis eligeret, quomodo enim inquiens, non esset turpe ac damnosum, cum nemini ante ætatis bonorum suorum administratio concedatur, iis, qui eam nondum attigerunt, Rempublicam credere? Dion. Cass. *lib. 52.* Juvenile enim vitium est, regere non posse imperium, inquit Seneca *in Troad.*

Non tamen semper & omnino juvenes à 103
Rerumpublicar. gubernaculis arcendi sunt, & quidem tum maximè, quando ætatis defectus virtute & prudentia compensatur, cum iniquum sit, honori nondum tempestivum videri eum, qui virtuti maturus est, ut de Æmilio Lepido puero ait Valer. Maxim. *l.3. c.1.* Ibi enim perfecta est ætas, ubi perfecta est virtus, Ambros. *in orat. in obit. Theodos. Imper.* Et neque vitulus cantherius, quàm novellus melior, nec canitudini comes est virtus, inquit Varro *in ab origin.* apud Non. Marcel. *in verb. Canitudo.* Et non ætate, verum ingenio adipiscitur sapientia, inquit Plaut. *in Trinum.* Non id æstimandum, cujus quis sit ætatis, sed quantum in studiis jam effecerit, Quintilian. *l.2. in princ.* Unde & Valerium Corvinum tertio & vigesimo ætatis anno, ad consulatum promotum legimus: & Martio Juniori, Scipioni Africano, Pompejo Magno & Octaviano Augusto, aliisque Ducibus, ob singularem rei militaris disciplinam, & ingenii candorem, ante tempus consulatus, aliosque honores delatos comperimus, & Neronem consulatum anno ætatis vigesimo inivisse, refert Corn. Tacit. *lib. 12.* Si quis dignus sit, qui in ordine Senatorum recipiatur, id ætas ejus, quo minus fiat, impedire nullo modo debet, ait Consiliarius Augusti 104
apud Dion. Cassi. *lib.52.* In dubio autem, natu grandiores anteferre, satius & consultius est, Joh. à Chokier. *aphorism polit. l 3. c. 5.* Ant. Winter. *de offic. Adsess. part. 1. c. 5. n. 39.*

Ad senatoriam quoque dignitatem ad-
mittuntur minores, quando defectus est majo-
rum idoneorum, *l. non tantum. 11. ff. de decurion.*
l. 1. C. qui & advers. quos in integr. rest. l. 2. C. qui a-
105 *tat. vel profess. se exc.* expeditque juxta annosas
arbores plantas novas inserere vel plantare,
quæ post interitum vetustarum in locum ea-
rundem succedant, Petr. Gregor. Tholos. *de*
republ. l. 24. cap. 6. num. 2. Johan. Gerhard. *decad.*
4. polit. quæst. 3. & optimum factu est, in colle-
gio misceri senibus juniores, ut illorum tardi-
tas & frigiditas horum alacritate & fervore
incalescat ad justam moderationem, Ant. Win-
ter. *de Offic. Assessor. part. 1. cap. 5. num. 36.* Besold.
de legat. cap. 4. fol. 78. Idem est, quando consuetu-
do vel statutum extat, ut juniores in senatum
recipiantur, *d. l. non tantum, 11. ff. de offic. decur.*
Losæ. *d. cap. 3. num. 29.* Matth. Stephan. *de ju-*
risd. l. 2. part. 2. c. 2. v. 73.

106 Sunt etiam, qui nec pueros, nec penitus
immaturos adolescentes, uti nec climactêrem
magnum & fatalem ingressos, sed mediæ æta-
tis homines eligendos esse censeât, & mediam
ætatem ab anno 30. ad 60. dijudicant, Chri-
stian. Liebenthal. *colleg. polit. exerc. 6. conc. 30.*
Quia senilis illa ætas irrisui & fastidio esse so-
let, ut notat in Galba Tacit. *1. histor.* 2. nihilq;
ab aliis fieri potest, quod illi non vellicent &
scommate excipiant, juxta Cornel. Gall.

Stat dubius tremulusque senex, semperque malo-
rum,
Credulus, & stultus, quæ facit, ipse timet.
Laudat præteritos, præsentes despicit annos,
Hoc tantum rectum, quod facit ipse putat.

Unde etiam grandes natu & qui quinquagesi-
mum quintum annum excesserunt, non nisi
ex causa decuriones eligi possunt, *d. l. non tan-*
tum. 11. ff. de decurion.

107 XXII. Cooptandi quoq; in senatum sunt
indigenæ potius, quàm peregrini & extranei,
Schönborn. *2. polit. 5.* Petr. Gregor. Tholosan.
de republ. l. 3. c. 6. n. 9. seq. Quia ad Reipubl. mode-
ratorem imprimis pertinet, perspectos habere
Civium mores, ejus enim est consilium, qui rei
cujusque peritus est, ait Plato *in Alcibiad.* Inde
imperatorem Probum, quod omnium, quibus
imperaturus erat, hominum mores perdidice-
rit, laudat Flav. Vopisc. *in ejus vit.* At verò pe-
regrini ingeniorum, & totius Reipubl. sunt
imperiti, originarii vero melius censentur sci-
re mores & consuetudines provinciæ, ex qua
sunt oriundi, *c. quosdam. & c. quanto. & de præ-*
sumpt. Et si peregrini præferantur civibus &
indigenis, graves inde oriri solent offensio-
nes, dissensiones ac invidiæ, cùm multitudinis
tum Nobilitatis, irascuntur enim cives, & con-
temni se putant, si sibi præferantur peregrini,
teste Æmilio *de reb. gest. Franc. l. 3.* ac iniquum
est, ut extranei, qui nihil contribuerunt, ad
Rempubl. præferantur regnicolis æquè di-
gnis, Althus. *polit. c. 11.* Tholos. *de republ. l. 4. c. 5.*
Ut in quam domum vespillones veniunt, si-
gnum est funeris; sic Reipubl. labentis, ad
quam fulciendam adhibentur peregrini, in-
quit Lipsius. Eligantur ergo domestici, qui
in illo ipso solo, ad quod regendum accedunt,
sati natique sunt; hi morum animorumque
provinciæ gnari melius curabunt res patriæ
notas: provocabunt subditos amore & bene-
volentia ad culturam virtutis & morum, &
denique autoritate apud suos non mediocri
valebunt, Schönborn. *d. cap. 5.* Unde quoque in
populo Israelitico secundum canonem legis
divinæ Rex è numero fratrum eligendus erat,
Deuteron. 17. v. 15. Et ex constitutione juris Ci-
vilis potius eligendi sunt prætores, qui habent
larem in urbe, quàm qui sunt in provinciis,
l. 2. ff. de offic. prætor. Et Pontifex vult, ut Episco-
pus eligatur de gremio Ecclesiæ, etiamsi alibi
digniores inveniantur. *c. nullus distinct 61. &*
supr. n. 26. Ac præterea publica lege imperii & 108
fundamentali constitutum est, ne aliquis eli-
gatur in Imperatorem, qui non sit natione
Germanus, Reinking *de regim. secul. lib. 1. class. 3.*
cap. 4. n. 2. & seq. Et in Ordinatione Cameræ 109
Imperialis *part. 1. tit. 4. §.* Und wo aber solches.
præcipitur, ut originarii Assessores ex qualibet
provincia, sive Circulo assumantur, & extra-
neis præferantur, dummodo ibi reperiri pos-
sint idonei, Mynsing. *4. obs. 30.* Ita quoque Ro- 110
mani neminem, non modò peregrinorum, sed
ne sociorum quidem, in curiam recipiebant su-
am, bellumque propterea, quàm pacem eam
malebant, in qua peregrinum senatum pere-
grinos Consules essent visuri, Livius *lib. 23.* Ly-
curgus apud Lacedæmones omnibus viribus
& legibus contendebat, ne peregrini in urbem
admitterentur, tantum abest, ut imperium
ipsis tribui vellet, Plutarch. *in Lycurg.* In in-
clyta Venetorum Republica peregrinis nul-
lus est locus, & tamen nec justitia, nec severitas
deest, Patric. *de instit. Reipubl. l. 3. tit. 2.* Hispani
in furorem aguntur, si munera magna & illu-
stria, ut sunt Cancellariorum & Consiliario-
rum, exteræ gentis hominibus committi vide-
ant, ex quo se despicatui haberi & contemni,
aut pro servis aut mancipiis putari, atque in-
dignos Regni sui dignitatibus atque honori-
bus suspicantur, omnium verò ægerrimè fe-
runt, plus fidei aliis exteris, quàm civibus &
indigenis ab eo haberi, cui vitam & salutem
suam omnem ipsi crediderunt, referente Kirch-
ner. *de offic. & dignit. Cancellar. l. 3. c. 4. n. 8. & 9.* Ne-
que etiam Gallicum regnum in Sicilia subla-
tum foret, nisi peregrinus Rex peregrinum
Cancellarium præfecisset: Ille namque istius
Vesperæ Siculæ truculentissimæ causa fuisse,
ille cruentissimam Gallorum lanienam susci-
tasse memoratur, Antimachiav. *l. 2. them. 2.* Pro-
pterea quoque in Suecia Rex Ericus ex suo pa-
latio ac sede Regia in Carcerem à Nobilit[illegible]
Regni fuit conjectus, & multos per annos in
Senectutem usque detentus, quod inter alia
peregrinus ei objiceretur homo Germanus,
quem Cancellarium Regium constituisset,
cum tamen primus Capitulationis suæ arti-
culus sit, ut Imperii ac Principatus Consiliis &
Senatui soli indigenæ, procul omnibus habitis
exteris adhibeantur, Dav. Chytr. *in Saxon.*
lib. 30. Nec Helvetii peregrinum admini-
strationi Regiminis publici præficiunt, Aru-
mæ. *ad Aur. Bull. discurs. 2.* Idemque mos Ge-
nuæ, aliisque Italiæ liberis urbibus, nec non

Civitatibus nonnullis Imperialibus, veluti Argentinæ, Norimbergæ, Augustæ, Francofurti, Magdeburgi, Hamburgi, & aliis Germaniæ Civitatibus observatur, ne ad Reipublicæ munia peregrini admittantur, Antimachiavel. *lib. 1. theor. 3.* Carpzov. *de leg. Reg. German. cap. 10. sect. 2. num. 18. & seq.* Et hic Eslingæ statuto cautum est, ne peregrini in Senatum recipiantur, nisi integro quinquennio in Civitate cives extiterint & habitaverint.

111 Non tamen peregrinis via ad dignitates & honores Civitatis omninò excludenda, cum ipsorum quandoque auctoritas & Reipubl. conditio magis cognita, quàm indigenis: Et si peregrinis bonis & virtutis studiosis, semel in civitatem receptis, via ad honores obsepitur, & indigenis tantum ad eos aditus patet, turbæ inter cives nasci possunt, Melch. Junius *part. 1. polit. quæst. 15.* Et sæpe Reipubl. alicujus conditio postulat, ut peregrini admittantur. Et incidere potest tempus, ut peregrino fasces deferri expediat, si status Reipubl. per indigenas ipsos turbatus, ab indigena nullo restaurari possit, sed exteri alicujus præsidium requirat. Sic Florentini Ruperto Regi Neapolitano Imperium ad annos quinque commiserunt pro instauranda Republ. seditionibus concussa. Etiidem Florentini Carolum Calabriæ ducem ad annos vitæ, Principem susceperunt & tolerarunt, ut seditionibus medelam aliquam afferret. Poloniæ quoque Principes gravissimis causis non carent, cur exteros ad Regni gubernationem subinde advocent, ut nempe paritatem & æquabilitatem libertatis inter sese possint conservare, Joh. Herbot. *in chronolog. Polon. lib. 11.* Multis sæpe in locis observatum est, alienigenas majori fide & industria tractasse Rempubl. quàm aliquos cives; nec tam facile avaritia peculatores factos esse, aut proditores. Cessit benè Romanis, plerosque populos eodem die hostes, & cives habuisse, qui amore in Republ. indigenis non concessere, inquit Jacob. Zevecot. *in observ. Polit. ad Suet. Caj. Jul. Cæs. cap. 7.*

112 Non est considerandum ex qua patria quis sit ortus, sed qua patria dignus, Nevizan. *in sylv. nupt. l. 4. n. 133. in fin.* Non est ista è magnorum Principum virtutib⁹ summa sciendi, ubi quisque sit genitus, sed qualis in Republ. fuerit, ait Flav. Vopisc. Quis hostem feriet, is mihi Carthaginensis erit, dicere fuit solitus Hannibal. Vide Reinking. *polit. Biblic. l. 2. axiom. 59.*

113 Hinc quoque in sacris literis proditum est, quod advenæ & peregrini non sint affligendi vel contristandi, nec injuria afficiendi, sed ipsis æque, ac indigenis jus dicendum, *Exod. 22. v. 21. Levit. 19. v. 33. Deuteron. 10. v. 18. c. 24. v. 17. & c. 27. v. 19. Zachar. 7. v. 10.* Reinking. *polit. Biblic. l. 2. axiom. 34.*

114 XXIII. Inviti quoque magis, quàm ambientes in magistratus, & Reipublicæ moderationem cooptandi veniunt. Quamvis enim invitos Canes venatum ducere improbet Comicus; nec quicquam violentum diuturnum esse, Philosophorum statuat Senatus: Expedit tamen invitis magis, quàm ambientibus Reipublicæ gubernacula concredere, & invitos, non ambientes in Republica collocandos esse, dixit Alexander Severus, Lamprid. *in ejus vita.* Et Galba non dedit Senatoria & Equestria officia, nisi invitis & recusantib⁹, Sueton. *in vit. Galbæ.* Imò indignus judicatur sacerdotio, nisi ordinetur invitus, tantumque antistes ab ambitu debet esse sepositus, ut quæratur cogendus, rogatus recedat, invitatus effugiat, & sola illi suffragetur necessitas excusandi. *l. si quemquam. 31. C. de Episc. & cler.* Nec etiam quisquam, nisi ambitiosus ad magistratum petendum descendit, Aristot. *2. polit. c. 7.*

Eorum verò ambitioni & cupiditati resistendum potius, quàm gratificandum, qui ultrò sese obtrudunt, & ambitiosè largitionib⁹ honores & Reipubl. munera turpiter nundinantur, cum ejusmodi ambitionis genus infame, ac legum severitate notatum, variis legibus ob id coërcitum fuit, quod non legitima via incederent, honores & magistratus ambientes, sed vi aliquando, nonnunquá etiam dolo grassarentur, per *l. un. ff. ad L. Jul. ambit. l. fin. C. ad L. Jul. repetundar. Novel. 17. cap. 1. Novel. 25. cap. 2. Novel. 82. cap. 9. in fin.* Menoch. *arbit. jud. cas. 401. n. 10.* Multos enim falsos fieri subegit ambitio, magisque vultum, quàm ingenium bonum habere, hosque libido maxima invadit Reipubl. capiundæ: Neque id quibus modis assequantur, dum sibi Regnum parent, quicquam pensi habent, Salust. *in Catilin.* Hosque omnes, si potestate aliqua armaveris, perinde feceris, ac si febricitanti vinum, bilioso mel, cœliacis obsonia porrexeris, quibus animi morbus, hoc est, stultitia incrementa capiat, ait Schönborn. *2. polit. cap. 6. in fin.* Unde melius urbi nostræ in posterum consulitis, si legitis invitos, scribit Symmachus *lib. 10. epist. 16* Non enim ingerere sese debet vir bonus, & contra ambitum, multæ olim leges à diversis populis latæ fuerunt. Alex. ab Alexand. *genial. dier. l. 3. c. 17.* & suspectus judicatur, qui operam suam ingerit, *l. 25. ff. de procurat.* 115

Quod si tamen eveniat, ut sit aliquis Heraclitus, qui malit cum infantibus ludere, quàm ad Senatum Atheniensium venire; vel sit aliquis Chrysippus, qui magistratus administrationem abjurare velit; vel sit aliquis Xenophon, qui ob invidiam & periculorum metum, laborumque molem Græcorum imperium recuset, non immerito ambigitur, an hi etiam inviti ad capessendum magistratum cogi possint? Et unumquemque civem ac Reipubl. membrum, ad salutem totius Reipubl. pro viribus suis promovendam, jure cogi posse, astruit Aristot. *2. polit. c. 9.* Et justitiæ fundamentum, ut communi utilitati serviatur, facit Cicero *lib. 1. offic.* Non enim nobis solum, inquiens nati sumus, ortusque nostri partem patria vindicat, partem parentes, partem amici; Et si bonis & prudentibus viris licitum esset magistratus delatos recusare, tandem malis & improbis, magno cum Reipublic. detrimento, committendi essent, 116

Timpler.

Timpler. *system. polit. 2. cap. 2. quæst. 17.* Hoc autem ut avertatur, omnium ac singulorum consilia, opes & actiones eo dirigendæ, ut Respubl. non servetur solum, verum etiam indies feliciter augeatur. Patric. *de Republ. institut. lib. 5.*

117 Unde gravis quoque & justissima legibus veterum in ejusmodi tergiversantes sancita est pœna: Nam Lacedæmonii exilio, Romani libertatis dispendio, Athenienses Capitis supplicio, hujus rei criminis dignos judicarunt, Casus *in Sphær. Civit. lib. 4. cap. 9.* Et Sophænetum ob muneris recusationem decem minis mul-
118 ctatum dicit Xenophon. *lib. 1. exped. Cyr.* Multi quoque inviti ad Imperium & magistratus coacti leguntur, ut Saul, *1. Samuel 10. v. 22.* Moyses, *Exod. 4.* Sicuti etiam Romani Numam Pompilium, Hadrianum, & alios invitos ad imperium pertraxerunt, & hi ardentius patriam amarunt, quàm qui se ultrò ingesserant, Keckerman. *curs. philosoph. disput. 29. quæst. 9.* Sicuti etiam alia munera publica etiam invitis
119 deferuntur, veluti tutela munus publicum est, *l. filiusfam. 9. ff. de his, qui sunt sui vel alien. jur. princ. 7. de excusat. tut.* ad id tamen etiam invitus quis cogitur, *l. 1. in princ. ff. de adminiſt. tut. l. 21. ff. ad municip. l. 9. ff. de muner. & hon. l. munus. 214. ff. de V. S.* & aliâs quoque publica à privatis declinari non possunt, *l. si ad magistratum. 18. C. de decurion. l. tutori. 20. C. de negoc. gest.*

120 Non tamen omni excusationi præclusus hic esse debet locus, sed ætati, corporis imbecillitati, & aliis legitimis excusationibus indulgendum venit. *tot. tit. ff. & C. de vacat. & excusat. mun.* Ita Titus Manlius Torquatus cum cæcutiens nihilominus Consul designaretur, hoc muneris suscipere noluit, periculosum esse dicens, illum Rempublicam capessere, qui alienis oculis omnia gerere cogeretur, Livius *libr. 6.* Valer. Maxim. *lib. 6. cap. 4.* Et qua gravitate, qua constantia Fridericus sapiens Saxoniæ Elector Imperator jam eligendus hoc à se depulerit onus, demonstrat Sleidan. *lib. 3.* Et prudentes quoque magistratus recusasse constat, exemplo Moysis, *Exod. 4. v. 13.* Gideonis, *Judic. 8. v. 23.* Virginii apud Livium *lib. 3.* Germanici apud Dionem, *lib. 57.* Vespasiani apud Joseph. *de bell. jud. l. 5.* & multos ex Græcis & Barbaris oblata imperia respuisse, dicit
121 Agrippa apud Dion. *lib. 52.* Quamvis enim magistratus sit honos, summum tamen quoque est onus, sicuti Antigonus Asiæ Rex, vetulæ cuidam Regni ipsius fœlicitatem deprædicanti, diademate ostenso, si nosses, dixit, quantis malis panniculus iste refertus esset, ne humi quidem jacentem tolleres. Et admodum memorabilis est Johannis II. Arragoniæ & Siciliæ Regis oratio ante mortem habita, quam refert Lucius Marinus *de reb. Hispan. l. 18. prope fin.* O vanas, dicentis, hominum cogitationes! O miseros omnes, qui ad Principatus adspirant! qui divitias & nimios honores adfectant! O fœlicem pauperum conditionem, atque illorum securam vitam atque beatam, qui panem comedunt cum sudore vultus sui, qui vivunt labore manuum suarum. Nam mihi misero quid Regnum, quid homines, quid obsequia contulerunt? quid? labores magnos, & multa corporis atque animæ pericula, ne unquam ætate longa potui mihi dies videre aliquos bonos. Confer. Arnisæ. *relect. polit. libr. 2. cap. 1. num. 14. seq.* Et Demosthenes, si, inquit, alterum mihi sit eligendum, in exilium abire malim, quàm in suggestum & Tribunal, Plutarch. *in Demosth.* Seleucum dixisse ferunt, si multi scirent, quàm sit laboriosum, tot legere & scribere epistolas, ne humi quidem jacens diadema tollerent, Cœl. Rhodig. *l. 8. c. 1. antiq. lect.* Antigonus Rex subtilis judicii homo, traditum sibi diadema priusquam capiti imponeret, retentum diu considerasse, & dixisse scribitur: O nobilem magis, quam fœlicem pannum, quem si penitus cognoscat, quàm multis sollicitudinibus, periculis & miseriis sit refertus, ne humi quidem jacentem tollere vellet, Valer. Maxim. *l. 2. c. 2.* Stobæ. *sermon. 46.* Pompejus certior redditus de ampliatis sibi honoribus, percusso femore, proh, inquit, nunquam facienda pericla, quanto satius erat obscurum nasci, Plutarch. de qua re Ovid. *l. 3. trist. eleg. 4.*

Crede mihi benè qui latuit, benè vixit, & intra
Fortunam debet quisque manere suam.

De virtutibus istis, quam in magistratu requiri hactenus diximus, quæritur, anne veræ & 122
solidæ esse debeant, an verò adumbratæ, fucatæ & simulatæ sufficiant? Ita quidem astum & fraudem commendat, atque inter Cretes cretizandum esse censet Lipsius *lib. 4. polit. cap. 13.* Et Machiavellus *lib. 1. de republ. cap. 42. & tract. de Princip. cap. 18.* tradit & frequentius repetit, Principem, ut decipiat, & Statum suum melius conservet, timorem & reverentiam divini Numinis simulare debere, quamvis nec Deum amet, nec metuat, modestiam ac temperantiam, etiamsi dissolutus sit, & intemperans: Clementiam & bonitatem, licet crudelis sit & ferus, cæterarumque omnium virtutum speciem & imaginem quandam ostendat, cum illi expediat, ut vitia sua tegat, & qui non est, habeatur. Hinc in Principe requirit, ut sciat homines versare, quo eos fraude circumveniat. Et tum vulpis, tum leonis mores Principi dicit assumendos. Verum hic refellitur ab Antimachiavello *l. 2. theor. 1.* Et rectius hanc viam ad gloriam proximam & quasi compendiariam, si quis ageret, ut qualis haberi vellet, talis esset, judicat Socrates *apud Ciceron. 2. Offic.* & de Amphiario scribit Æschylus: Non volebat videri, sed esse bonus. Videri velle, est magna fatuitas, sed esse, est aliquid, Strigel. *lib. 1. Ethic.* Quod si qui simulatione & inani ostentatione, & ficto non modò sermone, sed etiam vultu stabilem se gloriam consequi rentur, vehementer errant. Vera gloria radices agit, atque etiam propagatur: ficta omnia celeriter, tanquam flosculi, decidunt: nec simulatum quicquam potest esse diuturnum. Non decent stultum verba composita, neque Principem labium mentiens, *Proverb. 17. vers. 7.*

 Diligite

Diligite veritatem & justitiam, ille habitabit in tabernaculo Domini, qui loquitur veritatem, qui non egit dolum in lingua sua, *Psalm. 15. v. 2. & 3.*

123 Ex præcedentibus facilè constare poterit, quinam ad Rerumpublicarum gubernacula non sint eligendi vel admittendi, quales imprimis I. illi, qui vitæ turpitudine inquinati sunt, & sine dedecore, ruboreque in publicum prodire non audent, Schönborn. *2. polit. 6. vers. 2. rejiciuntur.* Et ita in Senatu Cornel. Dolabella post increpitos Syllani mores censuit: Ne quis post hac vita probrosus, & opertus infamia, provinciam sortiretur, idque Princeps dijudicaret, Tacit. *3. annal.* Senatorius ordo vitio careat, cæteris specimen sit: nec veniat quidem in eum ordinem quisquam vitii particeps, ex Cicer. *de legib.* Petr. Gregor. Tholos. *de republ. l. 4. cap. 5. num. 42.* cum iniquum esse videatur, ut qui de aliorum delictis judicat, se ipse ob delictum aliquod infamia notatus comperiatur, Besold. *part. 3. cons. 117. n. 20.* Fieri enim non potest, ut si magistratus ipse officium non faciat, ad præclara & honesta alios excitet, Xenophon. *in pæd. Cyr.* Et impossibile, ut alios quis contineat, qui seipsum non continet, Cicero *pro L. Manlia.* vel commodè puniat illa flagitia, quibus se quoque vel affinem, vel deditum esse novit, cum semper vulgatum illud audire cogatur; Medice cura teipsum, &

Turpe est Doctori, quem culpa redarguit ipsum.

124 Unde magistratus non tantum ab ipso crimine, sed etiam ab ejus suspicione cavere debet, cum omnium oculi in ipsum conversi, & ab ipso plerumque exemplum desumant, de quo *supra n. 41. & l. 1. cap. 14. n. 12. & seq.* Et tales imprimis sunt, qui publici criminis sunt rei, *l. libertus. 7. §. in quæstione. l. Lucius. 21. §. antepen. ff. ad municip. l. un. C. de reis postul.* Banniti & excommunicati, Clar. *pract. crim. quæst. 71. n. 12.* Qui flagellis cæsi, *lib. 12. ff. de decurion.* & aliàs infamia notati, *l. 2. C. de dignitat. l. un. C. de infam. l. 1. C. de his. qui non implet. stip.* Benedict. Carpzov.
125 *decis. 17. num. 6. seq.* utpote quibus dignitatum portæ non patent, *l. infamia. C. de decurion. c. infamibus. 88. de R. I. in 6.* adeo ut infamia non solum impediat, sed etiam à dignitate concessa removeri faciat, *d. l. infamia. 8. C. de decurion.* Et quod infames ad dignitates & officia non sint admittendi. Etiam in inferioribus officiis, non adeò magnam dignitatem annexam habentibus procedere, veluti Collegiis mercatorum & similium, daß man dergleichen Ehrlose Personen in keinen Gesellschafften dulden könne/ latè adducit Kirchov. *tom. 5. var. JCtor. cons. 9.*

II. Qui viles & sordidas artes tractant, per *l. unic. C. negot. ne milit. l. ne quis. 6. C. de dignitat. l. cohortalis. 12. §. fin. C. de cohortal. l. un. C. negociat. ne militent.* Schönborn. *2. polit. c. 6.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 2. cap. 2. n. 269.*

126 Nec enim fieri potest, ut parvis & vilibus rebus occupati sublimes & generosos spiritus concipiant, Demosth. *in Orat. de republ. ordin.* Unde apud Thebanos opifices & manuarii decem perpetuos annos à foro abstinere, suisque adquisitis honestè vivere tenebantur, antequam ad magistratum adsciscerentur, Aristot. *6. polit. 7.* quam tamen Thebanorum legem rejicit Casus *in sphær. Civit. lib. 3. cap. 3. vers. minus cauti.* Et Nobilitas per vitam venalitiariam, & vilium ac sordidorum officiorum & artium amittatur, per *l. nobiliores. & ibi* Bald. *C. de commerc. & mercat.* Bon. de Curtil. *de nobil. cap. 3. num. 35.* Tiraquel. *de nobil. cap. 27. n. 1. seq.* Quamvis enim ejusmodi vilium & sordidarum artium exercitia humili loco genitos non faciant per se contemptos, aliud tamen est, quoad illos, qui dignitate aliqua coruscant, *d. l. ne quis. 6. C. de dignitat.* idque tum propter subjectum earum artium, tum propter ingenia sordida, quæ eas tractant, Aristot. *3. polit. cap. 3. & lib. 6. cap. 4. & lib. 8. cap. 2.* Indeque in artibus, quæ manu constant, & ad instruendam vitam occupata sunt, nulla decoris, nulla honesta simulatio est, inquit Seneca *epist. 88. ad Lucill.* & ingenui hominis esse, nullam operosam artem exercere, scribit Aristot. *1. Rhetor. 9.* Et sic illi, qui sordidis artibus & abjectis opificiis vel deformibus ministeriis occupantur, ad dignitatem aliquam (qualis est magistratus) aspirare, non solum vetantur, sed & promoti repelluntur, *d. l. ne quis. 6. & ibi* Joh. de Plat. *C. de dignitat. Novel. 91. cap. 1.* Qua in re plurimum peccavit Heliogabalus, qui eo vecordiæ provectus est, ut omnes scenicos artifices ac theatricos ad maximas Imperii dignitates promoveret, teste Herodot. *lib. 6.* Quinam autem sordidi artifices & viles artes sint, vide *tract. meum. de Ord. Equestr. jurib. lib. 1. c. 13.*

III. Idem dicendum videtur de spuriis & 127
illegitimè natis. Quamvis enim nonnulli existimant, spurios, & non legitimè natos non tantum in civitatem recipiendos, sed & ad locum honestum & dignitatem, seu honorem admittendos esse, si modò re & vita sint honesti, hoc est, pietate, virtute, eruditione, & aliis animi & ingenii egregiis dotibus sint præditi, Tiraquel. *de nobilit. cap. 15.* Palæot. *de spur. cap. ult.* Keckerman. *lib. 1. syst. polit. cap. 8.* Timpler. *lib. 4. polit. cap. 1. quæst. 3.* & exempla doceant, quod plures ad magistratus dignitatem evecti, fœliciter regnarunt, & Rebuspubl. præfuerunt, de quibus Tiraquel. *d. cap. 15.* Schönborn. *2. polit. 10.* Reinking. *polit. bibl. lib. 3. axiom. 31.* Contrarium tamen docent & probant Aristot. *l. 4. polit. cap. 6.* Casus *in sphær. civit. cap. 6.* Melch. Jun. *part. 2. polit. qu. 60.* Schönborn. *2. polit. cap. 10.* Christian. Liebenthal. *colleg. polit. exercit. 6. quæst. 7.* Eosdemque à limine dignitatis arcendos esse scribit Schönborn. *d. cap. 10. in fin.* Sordes enim non merentur poni inter 128
præcipuos, Bald. *in l. cum legit. ff. de stat. hom.* & imperantem decet, ab omni labe esse alienum, Plutarch. *de gerend. republ.* Quod etiam tradit Vellejus Paterculus *in histor. Roman.* quando vult ita vitam regentium affectam esse debere, ut ne quidem lævissima hæreat suspicio, illos ad malum proclives futuros; Quo absque dubio Basilius Muscoviæ Dux respexisse videtur, dum filium successorem sibi designa-

signare noluit, quod suspicionem conceperat, eum ex Anastasiæ uxoris adulterio natum fuis-
129 se, Sigismund. Bar. *in Comment Muscov.* cum in spuriis quoque criminis exempla metuantur, arg. *l. quisquis. C. ad L. Jul. majestat.* & in sacris literis maledicti vocentur, *Sapient. 3. v. 16. Eccle-siast. 23. v. 35. seq.*

130 *E*x quo etiam ex constitutione Imperii ad Electoratus non admittuntur, *Aur. Bull. tit. 7.* Sicuti nec in Gallia ad Regni successionem, etiamsi legitimati fuerint, Hotom. *de success. Regn. Franc. lib. 3. fol. 34.* Höping. *de jur. insign. cap. 7. n. 111. & seq.* Nec Assessores in Camera Imperiali esse possunt, Ord. Camer. *part. 1. tit. 3. §.* Deßgleichen sollen. Nec in Helvetia ad Reipubl. gubernationem admittuntur, Simler *de Republ. Helvet. fol. 148.* *E*t plerisque in Germaniæ Civitatibus Imperialibus in cives non recipiuntur, de quo *infra cap. 2. num. 120.* nec ad communicationem tribuum, *infra lib. 5. cap. 2. n. 27.* multo minus ad Reipubl. clavum & administrationem admittuntur.

131 IV. Hæretici, quia hi ab omnibus honoribus exclusi sunt, *Novel. 45. in princ. usque ad §. enimvero.* Schönborn. *2. polit. 6. vers. 3. amoventur ij.* Quod secus est, quoad illos qui diversæ alicui, in imperio tamen approbatæ Religioni addicti sunt, sicuti in diversis Civitatibus Imperialibus observari videmus, ubi utriusque Religionis Catholico-Romanæ, & Augustanæ Confessionis Senatores ad *R*eipublicæ administrationem admittuntur, & cum Catholici in Civitatibus nonnullis mixtis Augustanæ Confessioni addictos cives nuper è Senatu rejicerent, & alios admittere recusarent, in pacificatione Monasteriensi & Osnabrugensi nuper convenit, & instrumento pacis insertum fuit, ut in Civitatibus istis mixtis, ubi utraque *R*eligio Catholico-Romana & Augustana Confessio in usu, utriusque cives pari numero in Senatum recipiantur, & admittantur, prout nominatim dispositum est, de Augusta Vindelicorum, Dunckelspüla, Biberaco & Ravenspurgo, Instrument. pac. Cæsareo-Suecic. *§. Civitates Augusta, & seqq.* Extra tamen Civitates hujusmodi mixtas non facilè alterius Religionis, cujus publicum exercitium non extat, cives in senatum recipiuntur.

132 V. Ambitiosi, superbi & fastuosi, de quibus *supra n. 76.*

133 VI. Avari, ita enim Jethro generum suum Moysen monet, ut eligat viros honestos ad judicium, qui oderint avaritiam, *Exod. 18. v. 21.* quia avaritia & cupiditate evertitur judicium humanum, *c. quatuor. caus. 11. quæst. 2.* est noverca justitiæ, & nutrix gehennæ, ut dicit Augustin. Et avarus gratius intuetur auri molem, quàm justitiæ solem, *c. sicut. Dist. 47.* Et regulam certissimam esse, quæ careat omni exceptione, quod omnis avarus & hypocrita sit boni publici hostis, scribit ex Frider. Furi. *in idea consiliar.* Herm. Lather. *de cens. lib. 3. cap. 25. n. 1.* Unde avaritia mater omnium malorum, maximè quando non privatorum, sed judicum inhæret animabus, *Novel. 8. in præfat. & §. 1. in fin. 1. Timoth. 16. v. 10.* *E*t Bion avaritiam omnis improbitatis esse metropolim dicebat, Stobæ. *serm. 10.* Facit enim ad munera accipienda pro- 134
clives, munera autem excæcant sapientes, & subvertunt verba justorum, *Exod. 23. Psalm. 25. 1. Samuel. 12. v. 3. Ecclesiastic. 20.* juxta Poëtam:

Deviat à vero corruptus munere judex
Falsidicumq́ facit impia Gaza pium.

Et acceptatio pecuniæ, justitiæ veritatis est prævaricatio, *c. qui rectè. caus. 11 quæst. 2.*

Munera Pontifices subvertunt, munera Reges,
Munera jus statuunt, destituuntq́ simul.
Munera pervertunt leges, decreta refellunt,
Evacuant patrum jura rigore suo:
Munera judicii libram moderantur & ipsam
Protinus inflectunt, quà data pensa, trahunt.
Omnia vincit amor, sed amorem munera vincunt.
Excœcant oculos, præcipitantq́ gradus.
Munera si cessent, cessabunt jurgia, lites,
Mars cadet, & Veneris nullus amicus erit.
Munera si cessent, miseris mortalibus ullus
Clamor, nec luctus, nec dolor ullus erit.

Item:

Munera crede mihi placant hominesq́, Deosque,
Placatur donis Jupiter ipse datis.

Unde olim positas fuisse in publico judicum statuas, easque sine manibus, quod judicio esset, nihil eos à quoquam accipere, narrat Plutarch. *in Theb.*

Et hac ratione egeni olim & exhausti non 135
facilè ad judicandum admittebantur, ne ex Theognidis sententia paupertatem omni ratione fugientes, non tam rationem muneris, quàm argumentorum expendendis ponderibus occuparentur; cujusque gravior esset manus, ejus quoque causam meliorem videri pronunciarent, prout eleganter hac de re disserit Muret. *in Orat. de offic. judic. 18. vol. 1.* Egestas enim dum saturari quærit, facilè à justitia declinat, Ambros. *1. ad Thessalon 5.*

Non ergo munera accipiant magistratus, 136
sed ipsis potius salaria de publico constituenda sunt, quæ ad tuendam eorum dignitatem sufficiant, & ne quæstum facere, & lucrum ex officio quærere teneantur, Nicol. Vernulæ. *institut. polit. lib. 2. tit. 8. quæst. 5.* Reinking. *de regim. secul. & Eccles. lib. 2. class. 2. cap. 12. n. 18.*

Et ita Judicibus eorumque assessoribus, in 137
præmium laboris & industriæ, *l. 1. C. de assessor. & domest. & cancell. jud. l. 1. §. 1. ff. de just. & jur.* Cassiodor. *var. 9. cap. 21.* & ut manus puras habeant, *Novel. 8. in princ.* & à donis & muneribus sibi temperent, *l. solent. ff. de offic. proconf.* De publico salarium constitui Alexander jussit, teste Lamprid. *in vita Alexandri.* & Spartiano *in vita Adriani.* Ernest. Cothman. *ad lib. 1 C. tit. 52. n. 8. & 2.* ubi addit, quod datæ fuerint annonæ, puta panis, vinum, oleum, carnes, similesve res esui, potuive necessariæ, item capitum, sive capitatio, puta boves, vel porci saginati, verveces pingues, vel etiam publica necessaria pro equis, mulis & Camelis, quibus Judices & Assessores vehebantur, vel sarcinæ & impedimenta eorum imponebantur, Verum annonæ istius species taxant sive adærant, hoc est, ære sive pecunia æstimant, & pecuniæ istius quanti-

quantitatem in particulares delegationes, id est, notitias sive registra referri, & judicibus eorumque assessoribus solvi jubent, Imperatores, *l. un. C. de annonis & capitat. administrant. vel adsessor. libr. 1. tit. 52. & ibi* Cothman. Et magistratibus ac officialibus præmia & salaria de publico statuenda esse, docent per *Novel. 28. c. 4.* Winter. *de offic. adsess. part. 1. cap. 8. n. 2. & seq.* Besold. *dissert. de magistrat. cap. 2. n. 7.* Reinking. *de regim. secul. lib. 2. class. 2. cap. 12. n. 18.* Et confirmat R. A. zu Augspurg/ *de anno 1530.* §. Und damit die Adsessores. Ubi Adsessorum salarium augetur.

138 Unde etiam in gruibus, apibus, aliisque animalibus brutis fieri videmus, ut qui Regum loco sunt, nihil victus, aut operis quærant, sed ex communi sustineantur, quo melius regimini præesse queant, Ferrar. Montan *de feud. lib. 6. cap. 1. v. quisquis. in fin.* Et notandum est, quod C. Pontius Samnis olim dixit: Utinam ad illa tempora me fortuna servasset, & tunc natus essem, quando Romani dona accipere cœpissent, non essem passus, eos diutius imperare, Cicero *lib. 1. offic.* Unde cautè quoque agunt Principes ac Domini, qui officialium juramento adponunt, ne sibi munera dari patiantur. Fürstl. Würtembergisch. Lands-Ordnung. *tit. 6.* §. *10.* Unsere Ober- und *pag. 13.*

139 VII. Usurarii, quia hi infamiæ macula laborant, & sic ad dignitates non admittendi, *l. improbum. 20. C. ex quib. caus. infam. c. infames. 2. in fin. caus. 3. quæst. 7.* Marq. Freher. *de fam. & existim. lib. 3. cap. 20. n. 1. & seq.* Quid enim justitiæ, quid æquitatis, quid fidei ab his, qui omnia venalia exponuut; qui muneribus vulturum instar inhiant, expectandum, Michael. Haing. *de jur. civitat. concl. 55. lit. d.* Hi sunt furaces quasi corvi in Republ. & quasi insatiabiles, quorum sitis non extinguitur, quorum hydrops nullis curatur herbis aut medicinis, ut eos insectatur Joh. Casus *in sphær. civit. lib. 1. cap. 6. fol. 37.* O pessima bestia omni aspide innocentior, utinam sanè aut nunquam fuisses, aut saltem in florentes ac benè administratas Respublicas nunquam irrepsisses: Natura te quasi stercus evomuit, avaritia te monstrum suscepit, immanis cupiditas te pestem multarum Civitatum auxit & enutrivit, scribit Casus *d. lib. 1. cap. 7.*

140 VIII. Ære alieno nimium gravati, variis enim hi intenti sunt artibus, ut nexo illo sese liberent. Quod si pedem inferunt in Rempubl. expilationibus student, & imposturis, Schönborn. *2. polit. cap. 6. §. tollendi 11.* Et apud Persas turpissimum fuit, primum æs alienum habere, proximum mentiri, secundum Plutarch. *in comment. de vit. ær. alien. part. 2. moral. n. 25.* Lather. *de cens. lib. 1. cap. 8. n. 1. & seq.*

141 IX. Imprimis verò Reipublicæ debitores, nisi prius debita solvant, *l. 1. C. de debit. Civitat. l. rescripto. 6. §. debitores. 1. ff. de muner. & honor.* Schönborn. *d. cap. 6. §. tollendi 11.* Matth. Steph. *de jurisdict. lib. 2 part. 2. cap. 2. n. 2. 0.* Nicol. Losæ. *de jur. univers. part. 3. cap. 16. n. 18.* Quod tamen de illis intelligendum, qui ex administratione relinquantur, quod si verò non ex administratione sint debitores, sed mutuam pecuniam à Republ. acceperint, non sunt in ea causa, ut honoribus arceantur.

X. Deformes, quia 142

Gratior est pulchro veniens è corpore virtus.

& reverendum quid, & administratione dignum videtur pulchritudo corporis, secundū Dium Pythagoricum apud Stobæ. *serm. 63.* ac plerisque gentibus in corporum majestate veneratio est, inquit Curtius *lib. 5.* orisque & corporis deformitas virtutis gloriam minuit, & hominem obtrectationibus obnoxiam reddit, & mentis inæqualitatem indicat, ex sententia Patric. *lib. 2. de regn. cap. 2.* & cujus facies deformis vix potest bonos habere mores, Gratian. ex Augustin, *dist. 41.* Unde cum Romani aliquando mitterent legatos, quorum unus deformem in facie cicatricem habebat, alter verò loripes erat, de his Cato Stoicus dixit: Mittit populus Romanus legationem, quæ nec caput, nec pedes habet. Unde in dubio pulchriorem in imperium exercitus eligendum esse, statuit Cœpolla *tract. de imper. milit.* Chassan. *catal. de glor. mund. part. 5. consid. 18.* Idque sequuntur Indi, qui Catheam incolunt, & Æthiopes, Strabo *lib. 16. & 17.* & Macrobii in Meroë, Alex. ab Alex. *lib. 4. genial. dier. cap. 23.* ac naturæ instinctu imitantur apes, quæ Regem sibi deligunt insignis formæ, cæterisque dissimilem, tum magnitudine, tum nitore, Columell. *lib 9. cap. 10.* Indeque Bartholomæum Capranum Mediolanensem Antistitem dicere solitum fuisse, se ministros forma præstantes ob id elegisse, quia improbitas in egregia forma perraro comperta sit, refert Ænæ. Sylvii *lib. 2. de Alphons. fact.* Præterea indicium mentis cujusque solet esse forma, & plurimis barbaris hominibus in corporum majestate veneratio est, qui magnorum facinorum non alias capaces putant, quàm quos natura eximia donavit specie, Curt *lib. 6.* Imò nobilitatis quoque indicium corporis esse solet forma, juxta Parid. *apud* Ovid. 143 144

Forma vigorq; animi, quamvis de plebe videbar,
Judicium tecta nobilitatis erant.

Et Virgil *Æneid. 5:*

- - - divini signa decoris
Ardentesque notate oculos, qui spiritus illi,
Qui vultus.

Confer plura apud Schönborn. *2. polit. capit. 26.*

Verum hæc tum demum locum obtinent, ubi par utrobique virtus, cujus prima cura esse debet, quæ, si adsit, facilis jactura formæ erit: non enim in fronte, sed mente formosæ virtutes sedent, Casus *sphær. civit. lib. 3. cap. 11.* & depravati animi labes illustris formæ specie aliquandiu tegi potest, ex Jovio Richard. Dinoth. *in sentent. histor* Multi fuerunt pulchro & procero corpore, malo tamen animo, qualis fuit Saul, *1. Reg. 9.* Absolon. *2. Regum. 14.* Commodus omnium suæ ætatis erat formosissimus, & tamen scelestissimus, Herodot. *lib. 1. in fin.* Melch. Jun. *part. 1. polit. 21* Ac vulgò non frustra dicitur, parvo in corpore magnam sæpe numero virtutem, & sub sordido pallio magnam sapientiam, & sub deformi corpore mentis vim elegantissimam absonditam latere. Non enim deformitate corporis, fœdatur animus, sed pulchritudine animi corpus ornatur, Seneca *epist. 97.* Schönborn. *2. polit. cap. 26.* 145

Non

Non formosus erat, sed erat facundus Ulysses.

146 Æsopus formæ fuit turpis, ingenio tamen excellebat; Et Socrates Apollinis Oraculo sapientissimus proclamatus, deformis fuit, ita ut quidam videns Socratem, dixerit: O excellens anima, quàm deforme hospitium nacta es! Casus *in sphær. civit. lib. 2. cap. 11.* Timpler. *lib. 2. polit. cap. 2. quæst. 11.*

147 XI. Imprimis verò à Rerumpublicarum gubernaculis arceantur fœminæ, per tradita Petr. Gregor. Tholos. *de republ. lib. 7. cap. 11.* Bodin. *de republ. lib. 6. cap. 5.* Plato *de republ. lib. 5.* Danæ. *lib. 3. cap. 3.* Keckerman. *syst. polit. lib. 1. cap. 2.* Schönborn. *2. polit. cap. 12.* utpote quæ à civilibus officiis & judicandi munere remotæ sunt, *l. cum prætor. 12. §. non autem. 2. vers. moribus. ff. de judic.* Quia periculosum imperiis, & Rebuspubl. damnosum esse fœminas imperare, experientia docet, & Gynæcocratiam à jure naturali exorbitare, odiosamque & periculosam esse, censet Aristot. *1. polit. 8.* Plin. *lib. 6. cap. 29. in fin.* Schönborn. *d. cap. 12.* Ex quo etiam lex divina non modo Reipubl. sed etiam familiæ dominatum fœminis eripuit, easque virorum dominio subjecit, *Genes. 3. v. 16. 1. Corinth. 14. v. 35.* & quoties Deus sui nominis hostes acerbissimè ulturum se testatur, fœminarum legibus & imperiis subditos fore minatur, *Esaia. 3. v. 11. & 12.* quasi malorum & calamitatum illud omnium extremum sit. Unde Pandulph. Collenut. *lib. 5. histor. Neapol.* ait:

Quando regunt vulva, clamat gens tota simul. va.
Interitus regni est, à muliere regi.

Indeque vulgati Germanorum rythmi:

Wo die Landsknecht sieden und braten/
Pfaffen zu Weltlichen Sachen rathen/
Und die Weiber führen das Regiment/
Da folget selten ein gutes End.

148 Unde legibus Romanorum fœminæ ab omnibus & quibuscunque officiis civilibus & publicis muneribus remotæ sunt, *l. fœmina. 2. & ibi* Dd. *comm. ff. de R. I.* nec judices esse possunt, *l. cum prætor. 12. §. non autem. 2. vers. moribus ff. de jud.* nec arbitri, *l. fin. & ibi* Bart. Bald. Salicet. & Dd. comm. *C. de arbitr.* Indeque nulla res Senatum Romanum perturbavit magis, quàm quod Heliogabalus matrem Semiamiram, non ut sententiam diceret, sed tantum ut sanctissimum Civitatis ordinem & cœtum contueretur, in Senatum induxerat, Bodin *de republ. lib. 6. cap. 5. fol. 1155.* eoque confosso, ante omnia Romani caverunt, ne mulier unquam Senatum ingrederetur, utque ejus caput inferis dicaretur, qui id esset facturus, Lamprid *in Heliogab.* Besold. *1. polit. 6. n. 36.*

149 XII. Clerici, sive personæ & ministri Ecclesiastici, Danæ. *lib. 6. polit. Christ. cap. 1. fol. 372. seq.* Casus *in sphær. civit. lib. 4. cap. 15.* Henning. Arnisæ. *lib. 1. doctr. polit. cap. 16.* Clem. Timpler. *lib. 2. polit. cap. 1. quæst. 9* cum separata sint Dei dona, sacerdotium & imperium, *Novel. 6. in princ. c. causam, quæ inter 7 X. qui fil sint. legit.* & opprobriosum sit Ecclesiasticis, se causarum secularium peritos ostendere, *c. sacerdotibus. 2. in fin. c. sed nec procurationes 4. & tot. tit. X. ne Cleric. vel Monach. secul. negoc. l. placet. 17. l. repetita. 41. vers. absurdum. C. de Episcop. & Cler.* Thom. Michael. *de jurisd. concl. 5. lit. a.* nec Clerici, sive Ecclesiastici ingerere se possunt in causas politicas & seculares, *c. licet ex suscepto. 10. c. ex tenore 1. X. de for. compet. c. Episcopus 3. Dist. 88. c. cum ad verum. 6. Dist. 96. c. 1. & 2. & seq. caus. 21. quæst. 3.* Et magistratus officium Apostolis expressè interdictum fuit à Christo, dicente: Reges gentium dominantur eis; vos autem non sic, *Matth. 20.* ac ipse Christus, quæ Cæsaris essent, Cæsari reddenda censuit, nec voluit vel Rex, vel Judex, vel Magistratus fieri, licet populus ei hoc detulisset, *Joh. 6. 6. & 18. Luca 12.*

XIII. Homines proprii, Leibeigene Leuth/ sunt 150
enim honorum & dignitatum incapaces, nisi libertatem acceperint, Gail. *de arrest. Imper cap. 18. num. 19* Mejer. *Colleg. Argentor. lib. 1. tit. 5. n. 18.* Stam. *de servit. person. lib. 3. cap. 20. num. 4.* Imò nec in Civium numerum in Civitatibus Imperialibus recipiuntur, *de quo infra cap. 29. n. 113. & seq.*

XIV. Et denique qui naturâ inhabiles, ut 151
sunt mutus & surdus, *l. cum prætor. 12. non autem. 2. vers. natura. ff. de judic.* id est, qui eloqui nihil potest, & qui omninò non exaudit, *§. item surdus 3. I. quib. non est permiss. test.* & perpetuò furiosus, *d. vers. natura. l. cum furiosus. 39. per l. judex. 46. in princ. ff. de judic.* Cæcus, *l. infamia. 8. C. de decurion.* Impubes, *d. l. cum prætor. 12. §. non autem. 2. vers. natura. ff. de judic.* Confer *supra n. 102.*

XV In magistratum assumi non debet, qui 152
formam discipuli non assumpsit, & qui jubere non novit, *c. cum in magistratum. 40. X. de electon.* nam qui literis operam non dedit, præceptor literarum esse non potest, & qui per singula stipendia non creverit, ad altiores officiorum ordines pervenire non debet, *c. ordinatio. dist. 59.* nec gubernaculorum locus ei tradendus, qui prius remum tenere non didicit, *c. ante omnia. dist. 40.* Nam qui benè imperat, paruerit olim necesse est, & qui modestè paret, videtur, qui aliquando imperet, dignus esse, Cicer. *3. de legib.*

Sed anne ex una aliqua familia plures in 153
Senatum, vel successive, vel eodem tempore eligendi sint, non satis constat? Et quidem juris Civilis constitutione pater & filius decuriones simul esse possunt, *l. 1. & ibi* Cujac. *C. de muner. & honor. non contin.* ac pater, filius, & plures fratres possunt esse simul. de consilio Civitatis, & alter alteri suffragium & vocem suâ dare, *l. illud. 5. l. item eorum 6. ff. quod cujusq. univers. nom.* nam quasi decurio, sive Senator hoc dedit, non quasi domestica persona, *d. l. item eorum. 6. in princ. ff. quod cujusq. univ.* & aliàs quoque in his: quæ publici juris sunt, non consideratur patria potestas, vel sanguinis ratio, *l. ille, a quo. 13. §. fin. & l. fin. & l. seq. in princ. ff. ad SC. Trebell.* Bart. *in l. 5. n. 1. ff. quod cujusq. univers.* Nic. Losæ. *de jur. univers. part 1. cap. 3. num. 28.* Quod comprobatur exemplo Quinti Metelli patris, qui eodem tempore ipse Consul ac Imperator, tres filios Consulares, unum etiam Censorium ac triumphalem, & quartum prætorium vidit. Valer.

Valer. Maxim. *lib. 7. cap. 1.* nec non familiæ Domitiæ, singulis enim Domitiis singuli geniti sunt filii, sed omnes ad Consulatum, aliosque honores pervenerunt. Quibus non impares fuêre Cæcilii Metelli, qui intra duodecim annos & Consules fuêre, aut Censores, aut triumpharunt amplius duodecim, Piccart. *observ. histor. polit. decad. 11. cap. 2.*

154 Verùm aliud in plerisque benè constitutis Rebuspubl. & civitatibus Imperialibus consuetudine & lege municipali cautum & observari videmus, quod omnino observandum est, *l. item eorum. 6. in princ. ff. quod cujusq. univers.* Ita enim ab Heduis legibus constitutum, ne duo ex una familia utroque vivo, non solum magistratus essent, sed ne quidem uno tempore in senatu, Cæsar. *de bell. Gall. lib. 7.* Alex. ab Alex. *genial. dier. lib. 4. cap. 11.* Et in Parlamento Parisiensi Regia est constitutio, quod pater & filius simul ad illud non admittantur. Quod & in Cardinalium Collegio observatur, ubi non admittuntur frater aut nepotes ex fratre & sorore, Franc. Marc. *decis. 629. n. 2. & 3. lib. 1.* Adam. Contzen. *lib. 6. polit. cap. 35. §. 5.* Sic quoque Reipubl. Lübeccensis statuto cavetur: Vatter und Sohn / so wol auch zween Brüder / können zugleich nicht Rathsmann seyn / noch gekoren werden; verstirbet aber deren einer / oder verzeihet sich mit Wissen und Willen deß Raths / so mag man den andern / wann er deß Stands würdig / wol zu Rath kiesen / Joh. Sibrand. *in urb. Lubec. jur. publ. part. 1. sect. 18. art. 5.* Et juxta Statutum Bremense, ibidem patrem & filium, duorum fratrum, sororumque liberos in senatum simul eligi non posse, refert Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 2. cap. 2. n. 276.*

155 Idem etiam alibi quoad affines observatur, ita ut si per matrimonium inter duos Senatores affinitas contrahatur, alter alteri, & quidem junior seniori cedere, & à senatu tamdiu abstinere teneatur, donec alter moriatur, ubi pristinum locum recuperat, sicuti Lindaviæ statuto cavetur & observatur. Quod etiam Campoduni post seditionem Schalterianam nuper à Cæsar. Commissariis ita ordinatum. Indeque duos consanguineos in magistratus ejusdem societatem non facilè admittendos esse, idque ne colludant, & suspiciones corruptelarum tollantur, & invadendæ Reip. metus evertatur, monet Nic. Vernulæ. *instit. polit. lib. 2. tit. 8. quæst. 8. n. 2.* Atque hæc quidem in civitatibus majoribus, & ubi copia virorum prudentum & ad Reipubl. administrationem idoneorum haberi potest, facilè locum obtinent in civitatibus verò minoribus, ubi talis copia non habetur, difficilè & non adeò consultum erit, ex hoc solo capite affinitatis viros peritos & idoneos negligere, & horum loco imperitos & ineptos præferre. In Ducatu Würcembergico repelluntur, qui consanguinitatis vinculo usque ad tertium- vel adfinitatis secundum gradum, inclusivè (civiliter scilicet computando. Würtembergisch Landrecht. *p. 1. t. 16. in fin. princ. fol. 86.*) sibi invicem sunt juncti. Fürstl. Würtembergisch Landrecht. *p. 1. t. 2. in princ. & ibi* Plebst. *Disp. 1. thes. 1. lit. e.*

Ne quoque ex una familia in Regno vel Regimine electivo sæpius sumantur Reges & Rerumpublicarum moderatores, suadent Politici, *per c. Venerabilem 34. vers. nam si prout. X. de elect.* Besold. *de arcan. Rerumpubl. cap. 2. n. 5. fol. 253.* ne scilicet in tyrannidem tandem exeat aucta, firmataque temporis diuturnitate potestas, & libertas publica minuatur, *gloss. in l. pen. C. ad L. Jul. de ambit.* Wesembec. *in parat. ff. de decur. n. 3.* Ex quo etiam Pompejus Columna apud Jovium, Julianum Medicæum, Leoni X. in Pontificatu substitui noluit, quod summum Christianæ Reipubl. imperium, in una domo, duobusque fratribus continuari, parum æquum, ac maximè ambitiosum putaret, Piccart *observ. histor. polit. decad. 6. cap. 7. in fin.* Arn. Clapmar. *de arcan. rerumpubl. lib. 2. cap. 12.* Et Fabius Maximus, cum à se quinquies, & à patre, avo, proavo, majoribusque suis, sæpenumero consulatum gestum animadverteret, Comitiis, quibus filius ipsius summo consensu Consul creabatur, quàm potuit, constanter cum populo egit, ut vacationem aliquando hujus honoris Fabiæ genti daret, non quod virtutibus filii diffideret, erat enim illustris, sed ne maximum imperium in una familia continuaretur, Valer. Maxim. *lib. 4. cap. 1. n. 5.* 156

Constituuntur magistratus vel in perpetuum, vel ad certum tempus. Verum an temporalis potius in Republica, quàm perpetuus constituendus sit, quæritur. Et quidem Timpler *lib. 2. polit. cap. 2. quæst. 22.* distinguit inter magistratum summum & inter medium, seu inferiorem, & de summo rectè statui putat, quod debeat esse perpetuus, de hoc verò non item, nisi certum sit prævisum, mutationem non in melius, sed in pejus futuram. Quorsum etiam inclinare videtur Melch. Junius *polit. quæst. 26.* ubi concludit, quod majores magistratus debeant esse perpetui, minores verò annui & ambulatorii, addens, Reipublicæ formæ rationem habendam esse, ut nimirum in Democratia magistratus sint mutabiles, sub Monarchia perpetui. Inter Monarchiam & Polyarchiam distinguit Bodin. *de republ. lib. 4. cap. 4.* & in illa magistratus intermedios perpetuos, in hac temporales admittit. Præstare equidem magistratus perpetuos esse, inde dicendum videtur, quod ambulatorium illud incommodi habeat, ut prius aliquis decedere, & abdicare illud cogatur, antequam ejus, quod didicit, specimen aliquod edere possit, Dion. *lib. 25.* ac ut crebra victus mutatio in corporibus hominum à Medicis, ita magistratuum mutatio in Rebuspubl. à Politicis improbatur, Aristot. *2 polit. 6.* Si potestas perpetua, cum majestate imperare poterit, nec enim magistratui metuendum, ne aliquando privatorum contumelias, aut improborum calumnias ferre cogatur, Bodin. *de republ. lib. 4. cap. 4. fol. 682.* Eaque vicissitudo in magistratibus novos culices acrius mordentes ad cadavera oppressorum civium advolare jubet, Casus *sphær. civit. lib. 2. cap. 1. quæst. 2.* Unde Tiberius Imperator, cum amici quererentur, ipsum potestates & impe-

157 (margin at "Constituuntur") · 158 (margin at "Præstare e-")

imperia perpetua fecisse, respondit: Hirudines, quæ multo sanguine hausto rumpuntur, quiescere, recentium morsus esse acerrimos, Joseph. *lib. 8. antiquit.* & sic novus magistratus, quicquid sanguinis est ac medullarum, aviditate summa haurire, ut veteri proverbio dicitur: Non parcit populis regnum breve, *Bodin. d. lib. 4. cap. 4. fol. 682.* Unde Plato omnes magistratus perpetuos esse decrevit, teste Bodin *d. l. fol. 683.* Hinc Genevarum Rempubl. aliis stabiliorem, & conversionibus, seditiosisque novationibus minus obnoxiam esse, quia optimates perpetuos habeat, scribit *Bodin. de republic. lib. 2. cap. 6. fol. 344.*

159 In Democratico tamen Reipublicæ statu, utpote qui honorum æqualitatem desiderat, ad evitandam invidiam, temporales esse præstare magistratus concludit Petr. Gregor. Tholos.
160 *de republ. lib. 4. cap. 5. n. 35.* ne magistratus illecti dulcedine potestatis continuatæ, ad innovandam Rempubl. & invadendam tyrannidem adducantur. Et antiquitas voluit, provinciarum dignitatem annua successione reparari, ut ne divina potestate unus insolesceret, & multorum profectus gaudia reperirent, inquit Cassiodor. Et per vices parendum, perque vices imperandum esse, Philosophi alicubi est consilium: Sic enim jubet natura, quæ pares fecit omnes, Aristot. *2. polit. 2.* Sic jubet salus Reipubl. hæc enim vicissitudo ingenua fastuosa reprimit, nec inebriari nimia licentia sinit, Dion. Halicarnass. *lib. 4.* Sic jubet concordia; cum seditionum causa præmiorum sit inæqualitas, Bodin. *d. lib. 4. cap. 4. fol. 674.* Sic jubet æqualis civium conditio, infrequens enim & insolens inter cives, nonnullos reliquis tantum antecellere, quantum Deus & Heroës hominibus præstare credimus, Aristot. *7. polit. 14.* Sic jubet justitiæ ratio; quis supplicia perpetuis magistratibus delinquentibus irrogabit? at in annuis privatus rationem reddet, qui Consul noluit, Livius *lib. 41.* Bodin. *d. fol. 674.* Sic denique jubet domesticæ rei ratio, quæ deterius administratur ab illis, qui magistratum gerunt, quod Epaminondæ, Lysandri, Aristidis, & Fabricii exemplis docet, Junius *part. 1. polit. quæst. ult.* Hinc Lege Cornelia Tribunitia prohibitum erat, ne magistratum eundem intra decem annos petere liceret; nec multum abfuit, quin Gabinius Tribunus plebis à Senatoribus in ipso senatu interficeretur, quod belli Piratici provinciam in annos quinque Pompejo sua rogatione tribuere non dubitasset, Dio, qui ejus rei hanc rationem reddit, quod qui diutissimè imperarunt, non modò cæteros contemnunt, sed etiam imperantibus magistratibus parere dediscunt. Atque inde nulla re alia tam diu Assyriorum ac Persarum Imperia stetisse, quàm quod exercitium Ducibus ac Legatis in singulos annos potestates & Imperia darentur, scribit Bodin. *d. cap. 4. fol. 679.*

161 Verùm an magistratus expediat magis habere temporales, vel perpetuos prudenti arbitrio & judicio magistratus summi, ex variis id circumstantiis personarum & potestatis seu muneris, temporis & loci perpendenti, relinquendum esse arbitratur, Althus. *polit. cap. 32. n. 94.* Et tutius esse, ut quælibet gens & Respublica ipsa videat, quid sibi ex usu sit, & suæ politiæ formæ conveniat, sive Monarchica illa sit, sive Polyarchica, non malè existimant Danæ. *Christ. polit. lib. 6. cap. 5. fol. 434.* Schönborn. *2. polit. 3 in fin.*

Electionem magistratus legitimè factam se- 162
qui solet inauguratio, quæ nihil aliud est, quàm solemnis imperii & regiminis commissio & traditio, qua in possessionem quasi novus magistratus inducitur. Cujusmodi inaugurandi mos antiquissimus est, & in populo Dei olim admodum fuit usitatus, sicuti videre licet *Numeri 27. v. 22. & 23. 1. Samuel. 10. v. 24. 1. Regum. 1. v. 39.* Althus. *polit cap. 15.* Hœnon. *polit. disput. 3. concl. 36. seq.* Et jurare tenetur in leges Reipubl. fundamentales, sub quib⁹ Respubl. constituta est, & quibus, tanquam fundamento ex usu communi innititur, de quo vide *infra cap. 9. n. 1. & seq.* cùm nullum ferè in toto orbe Christiano imperium, nullum Regnum, nullusq; dominatus major existat, ubi non lex fundamentalis, Capitulatio, aut juramentum, imperantium potestatem aliquo modo restringat & coarctet, sicuti videre licet apud Heig. *part. 1. quæst. 18. n. 17.* Warem. ab Erenberg. *de subsid. subdit. cap. 5. n. 40. & cap. 6. n. 27.* Althus. *polit. cap. 19. n. 41. seq.* Bodin. *de republ. lib. 6. cap. 2.* Johan. Limnæ. *ad Capitulat. Imper. in prolegom. sect. 9. per tot.*

Desinit aliquis esse magistratus, I. abdica- 163
tione sive renunciatione, idque si vel ætate vel valetudine impediatur, quo minus negociis civilibus superesse possit, *c. 1. de renunciat. in 6.* Quemlibet enim dignitatum titulis & officiis renunciare posse, etiamsi summa sint, scribit Theod. Reinking. *ad l. fin. n. 6. C. de edend.* Atq; 164
ita olim Theodosius Adramytenus Orientis Imperator, imperio renuncians, monasticam vitam elegit, Egnat. & S. Aurel. Victor. append. apud Dion. Gothofred. *histor. antiq. lib. 4. in Theodos. III.* Diocletianus & Maximinianus Imperatores Occidentis, purpurâ una die deposita, ad privatam sese reduxerunt vitam, Benevent de Rambald. *lib. August. in Dioclet. apud* Marquard. Freher. *rer. German. script. tom. 2 fol. 5.* Eutrop. *histor. Roman. lib. 9. ad fin.* Imperator Lotharius Caroli I. ex filio Ludovico Pio nepos, omnibus quæ habuit renuncians, Prumiense monasterium ingressus, & Diaconus Monachus effectus est, Lupold. Bebenb. *de Zelo Cathol. fidei Veter. Princip. Germ. cap. 3. vers. item Imperator.* Et Attalus regni administratione omissa, hortorum culturæ animum applicuit, Justin. *lib. 36.* Sicque Imperator Carolus V. invictissimus Imperii sceptris renunciavit, & in manus Ferdinandi Regis Romanorum & indubitati successoris, quamvis inviti & reluctantis resignavit, in Hispaniam recessit, & privatus vitam cum morte commutavit, R. A. zu Augspurg *de an. 1559. in princ.* Ita ut etiam Pontifex Pontificatu abdicare, eique renunciare possit, *c. admonet. X. de renunciat.* Plura exempla vide apud Gregor. Tholosan. *de republ. lib. 26. cap. 1. per tot.*

Lici-

165 Licita autem tum abdicatio est, si fiat tempestive & justis de causis; secus verò si turbata & domesticis externisque conquassata sit moribus Respublica, tunc enim abdicatio ista plurimum secum trahet incommodi, veluti si eo tempore quis renunciet, quo ob ingruentes rerum necessitates maximus ejus poterat esse usus, nullusque reperitur, qui vicem ejus cum laude & Reipublicæ utilitate replere possit; ruit enim tunc in præceps exitium Rectore orbata Civitas & in anarchia ista pleraque nutu suo agere incipit Belua multorum capitum: ardet omnibus animus & alter alterum conatu opprimere, quo minus evehatur ad id fastigium, unde Rempubl. concidere necesse est. Schönborn. *5. polit. cap 5.* Confer *supra lib.1.cap. 15.n.64.*

166 II. Mutatione regiminis ordinaria, quæ Statis temporibus in Civitatibus plerisque singulis fere annis fieri solet, Michael. Haintz. *de Civit. Imper. Conclus. 55. lit.b.*

167 III. Propter delictum vel crimen aliquod capitale commissum facta condemnatione, *l. libertus. 17. §. in quæstionibus. 12. ff. ad municipal.* Vel ignominiosa remotione *l. ordine.15. in princ. & d l. libertus. 17. §. in quæstionibus.12. ff. ad municipal.* Dignitas enim ab officio remotione sive degradatione amittitur, *l. aut damnum. in princ. ff. de pœn Novel.8. cap.9.* Sic Senatori latum Clavum ademptum esse, cum cognovisset sub Kalendis Julii demigrasse in hortos, qui vilius post diem ædes in urbe conduceret, scribit Sueton. *in Tiber. cap. 35.* Tholosan. *lib. 31. Syntagm. cap.30.n.11. & 12. in fin.* Et Constantinum Imper. Britannioni detractâ purpura, & capiti decusso diademate, quiescere eum & privatum esse jussisse refert Nicephor. *lib. 9. cap. 32.* Paschal. *in legat. cap. 4. fol. 17.* Ita enim Imper. Wenceslaus, Caroli IV. filius post multas admonitiones imperio dejectus est ab Electoribus, die *20. Augusti Anno 1400.* Dn. Cluten. *Syllog. rer. quotid. conclus. 24. lit. e.* Mynsing. *cons. 19. n. 6.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 1. n. 154.* Idem etiam contigit Carolo III. Lehman. *Chron. Spirens. lib.2. cap.44.* Et Adolpho Nassoviensi, Johan. Naucler. *chronograph. gener. 44 vol. 2.*

IV. Idem est si turpibus lucris & vilissimis artibus occupari cœperint, *l si cohortalis.12. § fin. C. de cohortal. l. nequis.6. de dignitat.* Matth. Steph. *de jurisd. lib.2. part.2. c.2.n.269* Confer *supra n.126.* 168

V. Si senator arcana revelet in damnum & detrimentum Reipubl. ab officio removeri poterit, Bald. *in tit. de pac. ten. in fin.* Zas. *de feud part. 10. n. 36.* exemplo Consiliarii, qui secreta revelans ab officio removetur, Menoch. *cons. 175. n. 23 seq. vol.2.* Coler. *decis. 233. n.1. part. 2.* Holden. *Trebat. §. 28. n. 1. seq* nisi ex bono animo & sine dolo id fecerit. Zasius *d. l.* Matth. Steph. *cap.2. n. 296.* Observandum enim est optimatibus & magistratibus, ut sua consilia habeant secreta, ne ad vulgus emanent, cum taciturnitas optimũ ac tutissimũ rerum administrandarum sit vinculum, Valer. Maxim. *lib. 2. Commissa tacere. Qui nequit, hic niger est, hunc tu Romane caveto.* Indeq; Euripides oris anhelitum malè olentem ex hoc honestè excusavit, quod plurima arcana in ipsius corde putrefacta, Erasmus *lib. 8. apopht.* 169

VI. Removeri quoque poterit Senator ab officio, si negligens & Reipublicæ inutilis existat, sicuti Imper. Wenceslao contigisse, eumq; propter ignaviam per Electores ab Imperio remotum fuisse, constat. Siquidem propter negligentiam æquè aliquem ab officio deponi posse, ac propter dolum, notat per *c. placuit. caus. 11 quæst.3. c quoniam. Dist. 100. c. cum ad monasterium. X. de stat. monachor. l. si quos. de offic. præf. orient. l. carceri. l. milites. ff. de custod. reor. gloss. in c. dictum est. verb. negligentiam. Dist 81.* Modò crassa & supina sit negligentia, quæ dolo æquiparatur, *l. magna culpa. ff. de V. S.* confer. Petr. Gregor. Tholosan. *de republ. lib. 26. cap. 5. n. 1. & per tot.* 170

CAPUT IX.

De Jure Homagij.

Summaria.

1. *Priscis temporibus magistratus subditis se juramento obstringere non fuisse solitos, nonnulli affirmant.*
2. *Hodie secus est.*
3. *Et olim quoque nullum Imperium fuisse & etiamnum esse, in quo Princeps mutuam fidelitatem nõ præstiterit, probatur, & n. 4.*
5. *Deus fœdus cum Ecclesia & Israelitis jurejurando confirmavit, & n. 6.*
7. *In Leges Fundamentales jurant Reges Galliæ, Hispaniæ, Angliæ, Sueciæ, Transsylvaniæ.*
8. *Imperator in Imperio Romano.*
9. *Electores & alij Status immediati.*
10. *Archontes in Rep. Atheniensium.*
11. *Senatus Argentinensis.*
12. *Uti & Eßlingæ.*
13. *In municipiis superior jurare solet.*
14. *Magistratus prius & deinde cives jurant.*
15. *Omnes subditi fidelitatis juramentum præstare tenentur, & n. 29. 30. 31.*
16. *Homagii præstatio juri territoriali adscribitur.*
17. *Eaq; prima jurisdictionis agnitio & Confessio.*
18. *Eademq; quasi possessio jurisdictionis probatur, & n. 19.*
20. *Homagium exigunt domini territoriales.*
21. *Et qui tales sint?*
22. *Nobiles immediati à rusticis & subditis suis homagium recipiunt.*
23. *Sicuti etiam Vasalli & Nobiles mediati in castris feudalibus.*
24. *Civitates municipales idem à subditis novellis recipiunt.*

25. Ad eum qui simplicem jurisdictionem habet, homagii exactio pertinet, & n. 26.
27. Alii homagii exactionem neque meri, neque mixti Imperii, nec simplicis jurisdictionis esse docent.
28. Ante omnia Consuetudo & conventio inspicienda.
29. Iuramentum fidelitatis præstare tenentur omnes subditi, cujuscunque conditionis.
30. Nisi se exemptos esse probent.
31. Etiam Ecclesiasticæ personæ.
32. Subditus quis, remissivè.
33. Domicilium quid?
34. Personæ respectu & non bonorum homagium præstatur.
35. Triplex homagium, & quandoque forenses homagium præstare solent.
36. Contractus sunt stricti juris.
37. Subditi quandoque Domino pignoratitio & naturali simul jurare tenentur.
38. Si quis plura habeat domicilia & in uno tantum habitet, ubi homagium præstet, & num. 39.
40. Quid si Cives cum magistratu vel Domino litigent?
41. Homagium non præstant fœminæ.
42. Filiifamilias & quando secus.
43. Famuli, nisi aliud consuetudine receptum.
44. In præstando homagio forma antiquitus usurpata observanda est.
45. Mutua est obligatio inter magistratum & cives, & n. 46.
47. In quænam capita jurare soleant magistratus.
48. Forma juramenti Archiepiscopi Coloniensis, qua civitati jurat.
49. Et qua cives Archiepiscopo se obstringunt.
50. Uti & cives Spirenses suo Episcopo.
51. Homagium corporali juramento præstari solet.
52. Homagium quomodo collectivè præstetur?
53. Quomodo separatim.
54. Quando homagium præstandum?
55. In civitatibus Imperialibus singulis annis renovari solet.
56. Finis homagii quis?
57. Imperatori quatenus à civitatibus imperialibus homagium præstari soleat?
58. Formula sub qua Senatus populusque Coloniensis novo Regi Romanorum jurare fuit solitus.
59. Qua ratione civitates Imperiales Imperatori pareant.
60. Olim quoque Status majores unà cum subditis Imperatori homagium præstiterunt, & adhuc hodie per se vel legatos suos jurare solent.
61. Principes & Status Imperii Imperatori ligia fide obstringuntur.
62. Quod si Imperator à Civitate Imperiali, vel Dominus territorii à subditis longissimo tempore homagium non exegerit, an nihilominus id postea exigere possit?
63. Longissimo tempore libertas contra superiorem præscribitur.
64. Uti & ea quæ sunt meræ facultatis.
65. Et longissimo tempore immunitas à collectis præscribitur.
66. Uti & nominatim libertas ab onere homagii, & n. 67.
68. Et à vasallo juramentum fidelitatis.
69. Iuramentum assecurationis est solius supremæ majestatis proprium.
70. Quæ meræ sunt facultatis non præscribuntur.
71. Contra ea quæ juris divini sunt non currit præscriptio.
72. Nec adversus Rempubl. & quæ juris sunt publici.
73. Qui ab Imperio se eximit deficere dicitur.
74. Malæ fidei possessor nullo tempore præscribit.
75. Negligentia non operatur, ut negligens jus suum perdat, nisi in Casibus in jure expressis, & si necessitas non exigit, patria tamen non remittit.
76. Subditi se non possunt ab homagialis juramenti præstatione liberare.
77. Ad Epistolam Civitatis Argentinensis Johannis Bruningi responsio.

PRæcedente *Cap. 8. n. 162.* dictum
est, quod Rerumpublicarum
moderatores, ac Civitatum Im-
perialium magistratus in Rei-
publicæ leges fundamentales
1 jurare teneantur. Quamvis e-
nim priscis temporibus Domi-
ni ac magistratus subditis juramento se ob-
stringere non fuerint soliti, secundum Alva-
rot. *in c. 1. de form. fidel. Afflict. in c. Imperialem.
de prohib. feud. alien. per Frider.* Hodie tamen
2 aliud consuetudine inductū videmus: Quem-
admodum enim hodie subditi & Cives jurant
Dominis & Magistratib⁹ suis obedientiam &
subjectionem; ita quoque vicissim Domini &
magistratus pro more & consuetudine jurant,
vel datâ fide promittunt, se subditis suis fidos
futuros, justitiam administraturos, subditos &
cives defensuros, & quicquid privilegii, vel
rationabilis consuetudinis habent, id eis sal-
vum illibatumque mansurum, Besold. *thes.
pract. verb.* Huldigung. *vers. ita Domini vicissim. &
de magistrat. cap. 2. n. 6.* Matth. Stephan. *de juris-
dict. lib. 2. part. 2. cap. 2. n. 282. & seq.* Unde nul- 3
lum olim Imperium fuisse, ac etiamnum adhuc
hodie esse, in quo Princeps mutuam fidelita-

tem subditis expressè vel tacitè non promittat, tradit post Anton. Gothofred. *in disput. de Imperat. Leg. solut. quæ extat apud* Goldast. *in polit. Imper. lib. 13.* Mejer. *in disput. quomodo Imperat. sit mundi Domin. conclus. 6. lit. D. in princ.* Steph. jun. *in vind. contra Tyran. pag. 149. seq.* Joh. Bruning. *de homag. concl. 171.* Et per jusjurandum officii administrationem suscipi, scribit Camill. Borel. *de magistrat. edict. l. 1. c. 1.* Et nullum in toto orbe Christiano, vel Principem esse, cujus majestatem non comprimat & circumcidat, vel jusjurandum, vel inita cum Regni ordinibus certa pactio, scribit Hortleder.
4 apud Arumæ. *discurs. 26. concl. 4.* Idque etiam ab antiquissimis Romanorum Regib⁹ factum fuisse, refert Tacitus. Juravit enim ipse Trajanus Augustus, Richard, Dieter. *de summa summi Imper. potest. concl. 74.* Quemadmodum etiam de populo Romano, Cæsari & cæteris gubernatoribus certa jurisjurandi capitula præscribente, textus extant in *l. rem non novam. C.*
5 *de judic. Novel. 8. c. 7. & Novel. 17. c. 1.* Imò etiam ipse Rex Regum & Dominus dominantium fœdus cum Ecclesia, uti etiam cum Israelitis percussum jurejurando, per dextram suam, per sanctitatem suam, per vitam & animam suam, præstito confirmavit, *Josuæ. 1. vers. 6. Esaia.*
6 *62. v. 8. Psalm. 132. v. 11.* Ita etiam Sauli Regi electo traditur lex Regia, secundum quam promisit imperare, *2. Samuel. 5. v. 3.* Joas universo populo terræ in domo Domini Jojada summo Sacerdote verbis præeunte homagium præstat, *2. Regum. 11. v. 17.* Et Josias promittit, se observaturum præcepta, testimonia & statuta in libro fœderis comprehensa, quibus nominib⁹ intelliguntur leges, quæ tum ad pietatem, tum ad justitiam pertinent, *2 Regum. 23. v. 3.*

7 Leges fundamentales Regni Gallici præcipuas refert Hotoman. *de antiqu. jur. Reg. Gall. l. 1. c. 23.* Rex Hispaniæ ad certos articulos jurat, se defensurum Ecclesiam, & justitiam benè administraturum, juxta leges patrias, Concil. Toletan. *4. c. 74. concl. 6. cap. 3.* Althus. *polit. cap. 19. n. 42.* Angliæ Rex jurat, se tota vita exhibiturum reverentiam & honorem Deo: Se dicturum jus populo æquabile, & abrogaturum omnes iniquas leges & injustas consuetudines, Althus. *d. cap. 19. num. 41.* Et leges, in quas Brabantiæ Principes suis subditis jurare solent, refert Althus. *d. cap. 19. n. 46.* Joh. Bruning. *de homag. conclus. 438.* Ac formulam, qua jurarunt Henricus & Stephanus Bathori, Reges Poloniæ, referunt ex Bodino Althus. *d. cap. 19. n. 45.* Arnisæ. *polit. relect. lib. 2. fol. 1103.* Sueciæ Regis juramenti tenorem refert Joh. Bruning. *de homag. concl. 440.* Transsylvaniæ Principi Bethlehem Gabrieli præscriptas leges, in quas juravit, recenset Bruning. *d. l. conclus. 442.*

8 In Imperio Romano ipsi Imperatores in certas leges Imperii fundamentales, jurare tenentur; quæ dicuntur Capitulationes Cæsareæ, de quibus videre licet Johan. Limnæ. *in tract. ad Capitulat. Cæsar. per tot.* Bened. Carpz. *de leg. Reg. Germanor. per tot.* Et quomodo olim Reges Statibus juraverint, vide apud Lehm. *Chron. Spirens. l. 2. c. 4.* Et post Imperatorem, in 9
Imperio Romano Germanico Electores, Duces, Principes, Comites, Barones, Nobiles immediati, & Senatus in Civitatibus Imperialibus, aliique Status non solum Politici, sed etiam Ecclesiastici, antequam sua regimina capessunt, suis subditis & Civibus juramento se devinciunt, sicuti præter ipsam experientiam, testantur Bruning. *de homag. concl. 252.* Ritter. *de homag. concl. 119.*

Ita etiam in Atheniensium Republica Ar- 10
chontes, id est, Principes sive duces, in regia porticu adigebantur in suscipiendo magistratu juraméto promittere, se regiminis leges servaturos, neque donum accepturos, alioquin auream Delphis statuam repensuros, refert Keckerman. *in disput. ext. polit. Spec. disp. 3. concl. 1.* Bruning. *de homag. concl. 250.* Sic quoque Sena- 11
tus Imperialis Civitatis liberæ Argentinensis, quotannis *3. Id. Januarii*, publicè in pegmate juxta cathedrale templum erecto, juramentum universo populo, & populus vicissim in area stans ipsi solet præstare, teste Hentzler. *in itinerar. German. Gall. Angl. Ital. fol. 12.* Quod 12
etiam hic Eslingæ Dominica prima post Festum Jacobi Apostoli fieri solet, ubi primum Consul, & postea Senatus & Cives ad articulos sibi ab Archigrammateo publicè prælectos jurant; quod etiam in omnibus aliis Civitatibus Imperialibus statuto tempore fieri consuevit.

Imo etiam in municipiis quivis superior 13
ex Civibus universitatis constitutus præfectus atque magistratus, qui universitatis negotia gubernat, juramentum fidei ad certos articulos præstat universitati constituenti, vel superiori, vel iis, quibus à superiore vel universitate circa hoc privilegiata commissum est, & tunc demum à singulis civibus juramentum obsequii exigit, Althus. *polit. c. 5.* Besold. *de jur. ordin. Civ. c. 2. n. 9.* Atque ita magistratus prius, & 14
postea subditi & Cives jurant; nisi aliud consuetudine obtineat, Joh. Bruning. *de homag. concl. 386. seq.* Ritter. *de homag. concl. 120.* Solent enim ut plurimum juramento Senatus inseri certa capitula & conditiones, ubi magis est, ut prius juret magistratus & senatus, Reinking. *de regim. secul. l. 1. class. 5. c. 3. num. 8.* & ubi subditi conditionaliter sunt obligati, necesse est, ut prius Senatus conditioni satisfaciat. Michael. Haing. *de jur. Civit. Imper. conclus. 41. lit. c.* Post Dominum & magistratum subditi & Cives juramentum sive homagium præstare tenentur. Quemadmodum enim alii Domini territoriales ac magistratus, ita etiam Civitates Imperiales, & qui easdem repræsentant, Consules & magistratus homagium subjectionis sive juramentum fidelitatis & obedientiæ à Civibus suis exigere & recipere possunt, Bruning. *de Var. univers. spec. concl. 33.*

Idque jure magistratus, cum omnes in ge- 15
nere omnem jurisdictionem perpetuam habentes, subditos suos ad fidelitatis juramentum præstandum compellere possint, Surd.

cons.

conf. 47. n. 39. Petra *de potest. Princ. cap. 10 num. 38.* Ziegler §. *nobiles. concl. 1. n. 3.* Besold. *thes. pract. verb.* Huldigung. *vers. notissimum est.* Quod etiam sacræ scripturæ exemplis probat Reinking. *polit. Biblic. l. 2. axiom. 106.* Imprimis verò jure territorii, sive superioritatis territorialis, ut-
16 pote cui exactio homagii, sive juramenti subjectionis, die Huldigung / adscribitur, Knichen. *de jur. territ. cap. 3. num. 245. seq.* Natta *cons. 638.* Matth. Stephan. *de jurisd. l. 2. part. 1. cap. 7. n. 209. seq.* Vultej *3. Marpurg. consil 35. n. 27. seq.* Besold. *de jurisd. c. 18. in princ.* Ziegler. §. *Landsassii. concl. 1. n. 38.* Reinking. *de regim. secul. lib. 1. class. 5. c. 4. n. 2.* Mingius *de super. territ. conclus. 64.* Ritter. *de ho-*
17 *mag. concl. 48.* cum hujusmodi homagii præstatio prima sit subjectionis agnitio & confessio, Knichen. *d. c. 3. n. 269. seq.* Gail. *de arrest. c. 6. n. 10.* Thom. Michael. *de jurisd. concl. 57. lit. a.* Ernest. Cothman. *cons. 47. n. 38.* Meischner. *tom. 2. lib. 2. decis. ult. num. 122. seq.* Hier. Schurff. *vol. 3. cons. 35. num. 13.* Ziegler. §. *Landsassii. concl. 1. n. 40.* Reinking. *d. c. 4. n. 3. & seq.* Victor. *de exempl. concl. 36.* Besold. *thes. pract. verb.* Huldigung. *in princ.* Superioritatis insigne & tessera, Knich. *d. c. 3. n. 238 & seq. & n. 260. & in epeps. n. 200. & de Sax. non prov. verb. Ducum. c. 5. n. 572. seq.* Vultej. *d. cons. 35. n. 30. vol. 3.* Gœddæ. *respons. de restit. Baron. Vallendar. n. 125.* & maximum obsequii & humilitatis signum ostendat, Marta *de jurisdict. part. 1. cap. 27. num. 1.* adeò, ut qui homagium sive juramentum hoc subjectionis præstat, propria confessione, & quidem jurata, se subditum constituat, perinde ac in eo, qui confitetur, se teneri pro aliquo, ait Knichen. *d. c. 3. n. 267.* Eoque subjectionem probari, docent, Gail. *de arrest. c. 7. n. 10.* Hier. Schurff *cons. 35. num. 13. cent. 3.* Mascard. *de probat.*
18 *concl. 948. n. 19. & 21.* Schönborn. *5. polit. c. 30.* & instrumento juratæ fidelitatis probari quasi possessionem jurisdictionis, tradunt, Socin. sen. *cons. 187. col. 4. vers. primo probatur. l. 2.* Hostiens. *in c. si diligenti X de præscript.* Menoch. *retin. possess. remed. 3. n. 579.* Mascard. *d. concl. 948. n. 19. seq.* uti & instrumento liberationis à fidelitate, Oldrad. *cons. 214. in fin.* Bald. *in l. moveor. C. de serv. expon.* Menoch. *d. l. n. 580.* Mascard. *d. concl. 948. n. 18. & 20.* Unde testimonium omni exceptione majus, probationemque probatam der Landsasseren homagium, seu juramentum subjectionis esse, tradit Besold. *thes. pract. verb.* freye
19 Reichs Ritterschafft. *vers. est & testimonium.* Proprièque homagium, die Erb-Huldigung / refertur ad naturalem Dominum, angebohrne Herrn / & præcipuum respectum habet subjectionis, quia juratur, daß sie ihrem angebohrnen Herrn / und dessen Erben / wollen treue und gehorsame Unterthanen seyn / Gylman. *Cameral. decis. 60. n. 8. l. 2.* Dann die Erb-Huldigung bringet die Ober- und Herrlichkeit mit sich / Bald. *in l. decernimus. C. de Episc. ac cler.* Specul. *tit. de locat. §. nunc aliqua vers. 64.* & inter Civiles actus superioritatem edocentes primas obtinere partes juramentum assecurationis, Erb- und Huldigungs-Pflicht / tradit. Knich. *de jur. territ. c. 3. n. 2 8.*

20 Hinc quoque homagium exigunt Domini territoriales, seu illi, qui superioritate territoriali fruuntur, Ritter. *de homag. conclus. 26. & 61. seq.* ex quo etiam homagium infallibile signum dicitur superioritatis territorialis, der Landes-Obrigkeit / Knich. *de jur. territ. cap. 3. num. 238. seq.* Wehner. *pract. obs. verb.* Landes- oder Erb-Huldigung / Gœddæ. *in respons. de restit. Baron. Vallendar. num. 349.* Quales sunt quilibet ma- 21
gistratus, non solum qui jurisdictionem sublimi & regiæ potestatis lege dotatam habent, quæ & Principalis, sive territorialis dicitur, die Landesfürstliche Obrigkeit / qua utuntur Reges & Principes, R. A. zu Augspurg. *de anno 1548.* §. wiewol auch. Knich. *de jur. territ. cap. 1. num. 334. & 341.* Vel qui utuntur der Lands- oder hohen Obrigkeit / ut alii status Imperii immediati, vel die Hoheit / Gœddæ. *d. resp. num 66. & 448.* Vel etiam die Landes-Ober- und Herrlichkeit / R. A. zu Augspurg *de anno 1559.* §. und wiewol in solcher. vel Bottmäßigkeit oder Gebieth / legitimè adquisiverunt, veluti Civitates Imperiales & immediatæ, R. A. zu Augspurg *de anno 1555.* §. wo auch. *& de anno 1559.* §. und wiewol in solcher. Meischner. *tom. 2. lib. 1. decis. 8. num. 3.* Reinking. *de regim. secul. class. 5. lib. 1. cap. 5. num. 29. seq. & cap. 3. per tot.* De quibus *supra cap. 5. num 7. seq.* Sed etiam alii hic Domini territoriales dicuntur, qui jurisdictionem tantum perpetuam vel vogteicam jurisdictionem, Coler *de process. exec. part. 2. cap. 1. num. 105.* Wehner. *verb.* Gericht / Obergericht / seu jus particulare habent, Gylman. *tom. 1. part. 1. tit. 2. vot. 1. num. 48.* Sicuti etiam qui à Domino suo superiore ex indulgentia ac conniventia districtum, in quo aliqualis jurisdictio exercetur, Volckmar. *de jur. Princ. cap. 1. num. 5.* vel diœcesin obtinent, Schönborn. *1. polit. cap. 12.* qui ob hanc concessionem superioris jurisdictionem exercere possunt, Ziegler. § *Civitas. concl. 1. num. 11.* Matth. Stephan. *de jurisd. lib. 2. part. 1. c. 7. membr. 2. n. 138. & 142.*

Hinc quoque Nobiles immediatè impe- 22
rio subjectos à rusticis & subditis suis, tanquam Dominos & magistratus homagium sive juramentum hoc subjectionis exigere posse, concludunt, per *c. 1. qual. deb. vasal. jur. 2. feud. 5. & ibi* Isern. Alvarot. & alii. Ziegler. §. *nobiles. conclus. 1. num. 2. seq.* Besold. *verb.* Huldigung. *vers. notissimum est.* Johan. Bruning. *de homag. conclus. 319.* Imò vasallos & Nobiles quo- 23
que mediatos in castris & pagis feudalibus à subditis feudalibus homagium exigere, non tanquam Dominos naturales & territoriales, sed tanquam feudi possessores, tradit Mingius *de super. territ. concl. 77.* Sed an vasalli subditi domino infeudanti homagium præstare tenentur. Vid. Klock. *v. 1. cons. 17. & 18. per tot.* Et 24
cum hodie Civitates quoque provinciales sive municipales Land-Stätt / Fürsten-Stätt / ut plùrimum non tantum jurisdictionem simplicem, & mixtum, sed etiam merum Imperium & omnimodam jurisdictionem, ex gratia peculiari, vel alio titulo justo & legitimo, veluti emptionis, donationis, consuetudinis vel præscriptionis sibi adquisitam habeant, Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 2. cap. 2 n. 18. & lib. 2. part. 1. cap. 7. num. 51.* Losæ. *de jur. univers.* *part.*

part.1.cap.2.num.12. Bruning. *de var. univers. spec. conclus.27.lit.b.* Ziegler. §. *Civitas conclus.1. num.4.* & ob id provinciis æquiparentur, *l.cum 12.C.de long.temp.præscr.* Gail. *2.obs.57.num.7.* Hujus jurisdictionis respectu Consules & Senatus ab omnibus novellis Civibus homagium obsequii, den Burger-Aydt exigunt, ubi Cives debitam obedientiam & morem se gessuros, Senatui sub fidei religione pollicentur, Matth. Stephan. *de jurisd. lib.2. part.1. cap.7. num. 212.* Knichen. *de jur. territ. cap.3. num.162.* Ziegler. §. *civitas. num.9. seq.* In quo tamen juramento ipse superior, cujus indultu id exigitur, semper præfertur, & jura ipsi debita reservantur & excipiuntur, ita quod Domino suo & Civitati fideles & obedientes esse velint, daß sie ihrem Landherrn/ und der Statt wollen treu/ hold und gehorsam seyn/ Casp. Leipold. *de concurrent. jurisd. quæst.10.* Joh. Bruning. *de homag. concl.293.*

25 Ad eum quoque, qui simplicem jurisdictionem in loco aliquo obtinet, homagii exactio pertinet. Quamvis enim homagii sive juramenti subjectionis exactionem ad merum imperium referant Natta *cons.636.n.65.* Gylm. *symphor. tom.1. part.1. tit.2. vot.1. num.116. seq. fol.95. & num.127. fol.99. seq.* Schurff. *cent.3. consil.35. n.13. vers. potissimum.* Meischn. *tom.2. lib.2. dec.4. n.122. seq. fol.252.* Petra *de potest. Princ. cap.10. n.38.* Johan. Bidembach. *nob. quæst.7. num.3. vers. Ve-*

26 *rum cum.* Alii tamen id ad simplicem jurisdictionem referunt, ita, ut si in pago vel loco quodam unus habeat jurisdictionem simplicem, & mixtum forte Imperium, alius verò merum Imperium sive criminalem jurisdictionem, ei homagium præstandum sit, qui civilem sive simplicem jurisdictionem cum territorio habet, sicuti docent Afflict. *in c.1. num. 18. qualit. vasal. jur. deb. fidel.* Rosenthal. *de feud. c.6. conclus. 85. num. 10. & ibi alleg.* Mayer. *de advoc. cap.6. num.609. seq.* Thom. Maul. *de homag. tit.1. num.17.* Author resp. Fridberg. *part.1. punct.3. num.142.* Petr. Leipold. *de concur. jurisd. quæst.5.* Johan. Oetinger. *de jur. & controv. limit. cap.9. num.20. lit. VV. fol.76.* Ritter. *de homag. concl.88.* Eo, quod jurisdictio civilis sive simplex, die Vogteyliche Obrigkeit/ animis hominum impressa sit, Marin. Frecc. *de author. & potest. Baron. erga subfeud. auct.2. num.20.* Rosenthal. *d. num.10.* & non is, qui criminalem, sed qui civilem habet jurisdictionem, dicatur Dominus universalis territorii, & judex personæ, domiciliive omnium ibi habitantium, Capyc. *decision. 27. num.31. seq.* Marin. Frecc. *de feud. lib.2. in 47. author. num.1. & in 4. author. num.14.* Joh. Petr. Surd. *cons.323. num.38.* ubi ait, quod ejus, qui jurisdictionem Criminalem habet, dominium non sit absolutum & simplex, sed secundum quid, in casu delicti tantum, in reliquis autem non dicitur dominus hominum, nec potest dicere, quod sui sint homines, Caspar. Klock. *1. cons.10. num.90. & 91.* Et homagium naturali Domino tantum, dem Erbherrn/ non accidentali, qualis est der Fraischherr/ præstandum esse, asserit Petr. Leipold. *d. quæst.5.* Alii verò jus exigendi homagium neque Imperii meri esse, neque mixti, neque simplicis jurisdictionis, docent Menoch. *cons.748. n.7. tom.8.* Vul-

tej. *3. Marpurg. cons.35. n.33.* eo, quod homagii exactio non ex regimine, sive administratione provinciæ, sed ex sola facultate & potestate repeti soleat, Menoch. *d. n.7.* Rol. à Valle *cons.52. n.28. vol.3.* Nevizan. *cons.11. n.13.* Brun. *cons.35. n.3.* 27

Et quidem meri Imperii ideò non esse, quia hoc versetur circa correctionem & gladii potestatem, & qui criminalem jurisdictionem habet, nullum subjectionis sive superioritatis jus habeat, nisi delicto commisso, *supra l.1. c.12. n.142.* Neque etiam mixti Imperii, quod hoc participet de Imperio mero & de jurisdictione, per tradita Bart. *in l. imperium. num.14. & ibi* Dec. *n.5.* Cur. Jun. *n.101.* Coras. *n.9. ff. de jurisdict.* Nec denique jurisdictionis simplicis, quod ea versetur in cognitione & definitione causarum civilium, Vultej. *3. Marpurg. cons.35. n.33. in fin.* Illud autem certum est, ante omnia Dominorum conventionem & consuetudinem observandam esse: Sin autem conventio vel 28 consuetudo nulla extet, homagium Domino territorii, qui superioritatem territorialem habet, præstandum erit, *per jam dicta n.16.* Quod si autem de territorii Domino non constet, ei præstandum erit homagium, qui civilem, sive simplicem jurisdictionem habet, cum huic territorii jus competat, per tradita *supra l.1. c.12. n.129. seqq.*

Homagium, sive juramentum subjectionis præstare tenentur omnes, qui inveniuntur 29 esse subditi, *c.1. & ibi* Andr. Isern. Jacob. de Belvis. Bald. Alvarot. Præpos. Afflict. *qual. deb. jur. vasal. cap.1. §. vasalli nostri. & ibi* Bald. *de pac. Constant.* Jac. de S. Georg. *tract. de homag. n.32.* Crav. *cons.27. n.1.* Knich. *encyclop. c.3. n.62.* Vultej. *3. Marpurg. cons.35. n.29.* Matth. Steph. *de jurisd. l.2. part.1. c.7. n.209. seq.* Maul. *de homag. tit.1. n.4.* Joh. Bruning. *de homag. concl.290.* Etiam Principes, Comites, Barones & Nobiles, si sint subditi, sive Landsassii, Schrader *cons.23. n.149. & 150.* Thom. Maul. *de homag. tit.1. n.5.* Besold. *de jurisd. c.18. circa princ.* Maul. *d. tit.1. n.5.* Besold. *de jurisd. quæst. 13. in fin.* Bruning. *de homag. concl.297.* Nec alii præstare tenentur homagium, nisi subditi, Natta *cons.636. n.56.* Meischner *tom.2. l.1. decis.9. n.8. & 11.* Gylm. Symphor. *tom.1. part.1. tit.2. vot.1. n.117. fol.95.* Ruland. *de commiss. part.4. l.5. c.3. n.22.* Unde quod subjectio per se & sui natura exposcat fidelitatem & obedientiam, omni jure divino, naturali, Canonico & moribus, & consequenter etiam homagium subditorum, ait Knich. *encyclop. c.3. n.58. seq.* adeò ut si qui in-

30 veniantur subditi prætendentes se ad homagii præstationem non teneri, ipsis probatio incumbat, quod Domini regulam pro se habentes tamdiu tuti sint, donec subditi contrarium sufficienter probaverint, per tradita Bart. *in l. quoties ff. si quis caut. l.2 in princ. ff. si quis in jus vocat.* Cravet. *cons.27. n.1. & cons.268. n.8.* Pacian. *de probat. c.37. n.21.* Maul. *de homag. tit.1. n.8.* nisi subditi sint in quasi possessione libertatis, Aug. Bero. *cons.115. n.30. vol.1* Knich. *encyclop. c.3. num.162.* Ritter. *de homag. concl.230.*

Non solum autem Politici sive seculares, sed 31 etiam Clerici & personæ Ecclesiasticæ hujusmodi homagium præstare tenentur, si in territorio

ritorio habitant, *1. Petr. 2. v. 17. ibi:* Subditi estote omni humanæ ordinationi, *Matth. 14. v. 47. 2. Paralip. 23. v. 16. Jos. 1. v. 17. 2. Sam. 5. v. 3.* Ritter. *de homag. concl. 109.* Bruning. *de homag. concl. 306. & seq.* nisi loci consuetudo aliud observet, & Clerici vel conventione, vel præscriptione sint immunes, Maul. *de homag. tit. 1. n. 7.*

32 Subditus autem est, qui habitat in alicujus territorio, & ibi domicilium constitutum habet, de quo *infra cap. 29. n. 5.* domicilium verò
33 est locus, in quo quis habitat eo animo, ut ibi perpetuo consistat, nisi aliud avocet, *l. cives. C. de incolis. l. pupillus. 239. §. incola. ff. de V. S.* Paurmeister. *de jurisdict. l. 2. cap. 9. n. 36.* Vultej. *ad l. 2. n. 17. C. de jurisd.* Ritter. *de homag. concl. 94.* Et sic respectu personæ, sive habitationis, non etiam bonorum contemplatione homagium præstatur, ita ut si quis bona in alterius territorio possideat, ipse verò ibidem domicilium non
34 habeat, homagium præstare non teneatur, Bald. *consil. 327. n. 7. vol. 1.* Schneidewin. *de feud. part. 5. n. 68.* Motz. *de substant. feud. num. 11. in fin.* Thom. Michael. *de jurisd. concl. 57. lit. b.* Rosenthal. *de feud. cap. 6. concl. 85. n. 8.* Vultej. *de feud. l. 1. c. 6. n. 5.* Mager. *de advoc. cap. 9. n. 167. seq.* Bruning. *de homag. conclus. 304. seq.* quia sola bonorum possessio subditum non facit, *l. libertus. §. sola. ff. ad municipal.* & res, seu bona, tanquam accessorium, sequuntur naturam personarum, Vietor. *de exempt. concl. 49* ac ubi quis habet bona, ibidem neque originalis, neque incola sæpe est, *l. cum neque. 4. C. de incol.* Hartman. *lib. 2. tit. 52. obs. 5* Quod tamen non procedit, si consuetudine aliud sit inductum, Maul. *de homag. tit. 1. n. 16.* Ritter. *de homag. conclus. 101.*
35 Cum videamus multis etiam in locis forenses bonorum ratione homagium, sive assecurationis juramentum præstare, indeque inter triplex homagium distinguendum dicit Bruning. *de homag. concl. 305. Primum,* quod propriè subditum tangit, & ratione domicilii præstatur, ad quod forensis non obligatur. *Secundum,* quod Vasallaticum dicitur, quod Vasallus ob feudalem rem præstat, quod mixtum vocari solet, quia personam quodammodo afficit, quoad ministeria, quæ Domino debet, & licet reale magis sit, quàm personale, forenses tamen id non præstant. *Tertium* purè reale est, & ratione fundorum sive bonorum etiam allodialium fit, & hoc quia personam planè non tangit, subditum non facit, sed solius possessionis munus est, *l. fin. §. Præterea. 25. ff. de mun. & honor.* Et hoc etiam forenses quandoque præstare solent, & de hoc intelligendi sunt illi, qui ob bona etiam homagium præstandum esse existimant, quos allegat Maul. *ad n. 16.* Et licet forensis quoad unam hanc speciem juramento sese subjecerit, inde tamen minimè sequitur ipsum etiam quoad alias species se obligasse, Bruning. *d. concl. 305.* Paurmeister. *de jurisd. l. 2.*
36 *c. 9. n. 119.* cum contractus sint stricti juris, *l. quicquid adstringendæ. ff. de V. O. l. in vendendo. ff. de contrah. empt.* Menoch. *cons. 160. n. 26. vol. 2.* nec obligationes ex obligationibus faciendæ, *l. 4. §. ait Prætor. ff. de re judic.* ac odiosa omnis servitus & subjectio, & sic restringenda, Bald. *in l. non possunt. in 2. lect. ff. de legib.* Tiraquel. *de utroque retract. in præfat. n. 62.* Rol. à Valle *cons. 38. n. 9. vol. 3.* Paurmeister. *d. c. 9. n. 122.* Atque hoc modo absurdum non est, unum hominem duplicem personam, provincialem & Imperialem sustinere, Knich. *encyclop. c. 3. num. 54. & de vestit. pact. part. 2. c. 5. n. 138. & de Sax. non prov. jur. verb. Ducum. c. 6. n. 22.* Gylman. *tom. 4. part. 1. vot. 39. n. 186.* de quo vide *supra l. 1. c. 3. n. 17. seq.* Et hoc graviter perpensum in causa Ortenburg contra Bayern / apud Schwanem. *vot. 4. n. 30. 44. 45. 57. fol. 51. 55. & 61.* ubi dicit, Erb- und Landshuldigung / in specie nihil derogare Imperio. Unde & homines proprii ex consuetudine Germaniæ ihrem Leib-Herrn jurant obedientiam, & similiter Domino, in cujus territorio habitant; utrique tamen diverso respectu, illi Erbhuldigung / huic Landhuldigung / quia non sunt subditi illius Domini, cui operas præstant, sed ejus, in cujus territorio habitant, Mynsing. *cent. 1. obs. 12.* Gail. *de pignorat. c. 8. n. 5.* Rhoding. *pandect. Cameral. l. 1. c. 10. n. 29.* Quod notatu dignum scribit Zasius *in l. rogasti. 11. n. 5. ff. si cert. pet.* Idemque fieri solet, 37
quando Civitas vel territorium oppignoratur sub pacto de reluendo, quo casu subditi utrique Domino fidelitatem jurare tenentur, & vero naturali Domino, dem Erbherrn / & Domino pignoris, dem Pfands-Inhaber / Gœddæ. *in resp. jur. de restit. Baron. Vallendar. n. 354. seq.* & de Kitzinga patria sua testatur Wehner. *pract. obs. verb.* Erb- oder Landshuldigung. Sed quid si Status aliquis immediatus, veluti Comes, Baro, Nobilis in alterius Status, vel civitatis Imperialis territorio bona obtineat, & in iisdem simul habitet, an subditus sit, & homagium præstare teneatur, latius deduxi *in tract. de Ord. Equestr. jurib. l. 1. c. 11.*

Quod si quis habeat plura domicilia, ipse 38
autem in uno tantum habitet, in cæteris verò domesticos habeat, qui ipsius nomine possident, an in illis locis, in quibus non habitat ipse, nihilominus homagium præstare teneatur? Quod affirmant Menoch. *l. 2. arbitr. jud. cas. 86.* Gylman. *decis. 46. n. 35. seq. l. 1.* Cum ipse per alios suos possidere, & ibidem domicilium habere censeatur, *l. quod meo. ff. de adquir. & amitt. poss.* Quod si quis plura domicilia æquè principalia obtineat, & in omnibus omnia paria sint, quoad omnia pro præsente habetur, & singulis Dominis tenetur, *l. assumptio. §. viris prudentibus. & ibi* Bart. *ff. ad municipal.* Coler. *de process. exec. part. 2. c. 1. n. 31.* Afflict. *decis. 384. n. 5.* Wesemb. *cons. 1. num. 42.* Si autem unum sit principalius, & in eo magis versetur, quàm in cæteris, ibidemque cum majore parte bonorum habitet, & cum tota familia resideat, tunc ad illud in dubio respiciendum, & ibidem persona convenienda est, & in personalibus tenetur, Afflict. *d. decis. 384. n. 5.* Cavalcan. *decis. 21. n. 43. part. 3.* ad onera verò realia, pro rata, cæteris Dominis tenetur, Knichen. *encyclop. cap. 3. num. 36.*

Quæ tamen non procedunt in Statibus & 39
aliis Imperio immediatè subjectis, aliisque personis privilegiatis, in aliorum Dominorum territoriis majorem bonorum partem

obtinentibus, Gylman. *d. decis. 46. num. 155. seq.* & constat ex traditis *supra lib. 1. cap. 12. num. 102. & seqq.*

40 Quod si quoque subditi vel cives cum Domino vel magistratu litigent, nihilominus tamen lite durante homagium præstare tenentur, cum possessor, lite pendente, super privilegii assertione sua possessione non sit amovendus, Knichen. *encyclop. cap. 1. num. 63. seq.* & juramentum Domini eatenus intelligatur, quod nihil velit agere violenter, & contra jus, non autem de eo, quod fit jure permittente, ut sunt jure experiri adversus subditos, & concessis remediis possessionem suam tueri, Maul. *de homag. tit. 1. num. 15.* Quod si tamen Dominus malè uteretur substantia Dominii, & tales essent controversiæ, ut subditi salva & illæsa conscientia ipsi homagium præstare non possent, tunc ad exitum litis, homagii præstationem differendam esse, tradit Curt. Sen. *cons. 174. n. 38. part. 4.* Ritter. *de homag. concl. 111.*

41 Non præstant homagium fœminæ, Besold. *class. 1. disp. polit. 11. concl. 3.* Ritter. *de homag. concl. 107.* nam homagium præstitum à marito, à conjuge quoque præstitum intelligitur, Bruning. *de homag. concl. 327. vid. infr. c. 29. n. 131.*

42 Idem est quoad filiosfam. quia homagium à patre præstitum, à filio quoque præstitum intelligitur, quamdiu in illegitima ætate, & patria potestate constituitur, Bruning. *d. concl. 327.* Ritter. *concl. 107.* idque quoad efficaciam obligationis, Meischner. *tom. 2. lib. 1. decis. 6. n. 132.* licet secus sit, quoad vinculum perjurii, Cravet. *cons. 492. n. 5.* Knichen. *de jur. territ. c. 3. n. 256. & seq. & encyclop. c. 3. n. 140. seq.* Quod si verò à patre sese segregant, & ductis uxoribus singularem focum instituunt, vel aliàs in patrum demortuorum locum succedunt, vel ad legitimam ætatem pervenerunt, subjectionis juramentum præstare tenentur, Leipold. *de concur. jurisd. quæst. 10.* Cravet. *cons. 49. num. 9.* Raudens. *cons. 28. n. 19. lib. 2.* Surd. *decis. 148. n. 5.* Ritter. *de homag. concl. 105.* Ita Argentinæ filii civium originarii statim ac decimum octavum ætatis annum excesserunt, magistratui homagium sub gravi pœna in patres constituta, qui filios ad id non hortantur, solemniter jurare, & nomen in album civium referre tenentur, Bruning. *de homag. concl. 322. & 327.* Ritter. *conclus. 105.* Quod etiam per Statutum Wormatiense introductum refert Gylman. *tom. 5. symphor. relat. 10. fol. 35.* ubi das Burger-Recht personale est, & cum persona extinguitur, dessen ein extraneus per successionem rerum nicht kan theilhafftig werden / sondern nach der Statt Wormbs Regalien / Herkommen und Gewonheit / muß auch eines jeden Burgers Sohn / sie seyen vom Adel oder nicht / nach seines Vatters / oder Antecessoris Tod / sich mit einem Ehrsamen Rath / da er ledigen Stands wäre / das Jus tributarium zuförderst wiederum stellen / oder da er sich zu eigener Haußhaltung begeben wolte / umb das Burger-Recht von neuem ansuchen / und sich darzu der Gebühr nach / qualificiren / alsdann ist ein solcher der Burgerlichen Recht und Gerechtigkeit theilhafftig / auch der Rath ihn darbey zu handhaben / ihn und das seine zu schützen und zu schirmen schuldig. In aliis locis & civitatibus receptum est, ut juniores cives non nisi quando uxores ducentes, à patre sese separant, homagium præstare teneantur, quod etiam hic Eslingæ observatur.

Famuli quoque jurare non tenentur, nisi loci consuetudine aliud inductum sit, ubi etiam famulos, die Handwercks-Bursch / jurare teneri, refert Bruning. *de homag. conclus. 327. in fin.* prout obtinet in Ducatu Würtembergico. Fürstl. Würtemb. Lands-Ordnung. *tit. 5. pag. 8. seq.* 43

In præstando homagio forma antiquitus usurpata servanda est, nec ex ea quicquam immutare licet, Author. consil. Fridberg. *cap. 5. num. 151 seq.* Schrader. *cons. 21. n. 182. seq.* Ziegler. *§. Nobiles. concl. 1. n. 7.* ita, ut si à subditis ultra, vel præter consuetam formam juramentum fidelitatis & obedientiæ exigatur, subditi id præstare non teneantur, sed licitè recusare possint, *c. dilecti. X. de major. & obed. c. sanè. X. de excess. prælat. c. cum consuetudinis. X. de consuetud. l. cum satis. 22. §. caveant. C. de agric. & censit.* Jacobin. de S. Georg. *de homag. n. 32. vers. hic cadit.* Schrader. *de feud. part. 10. sect. 5. n. 98. & cons. 21. n. 182.* Ritter. *de homag. concl. 220.* Et juramentum fidelitatis præter, vel contra antiquam formam præstitum, præsumatur metu extortum, & neque ipsi juranti, neque ejus successoribus præjudicet, Jason. *in l. testamentum. n. 5. C. de testament.* Matth. de Afflict. *c. 1. qual. jur. deb. Vasal. n. 16. & ibi* Bald. *n. 1.* Schrader. *d. cons. 21. n. 138. & de feud. part. 10. sect. 5. n. 99.* Maul. *de homag. tit. 1. n. 19.* Quod si nulla certa formula appareat, subditos jurare debere ad eam formam, quæ habetur in *c. 1. qualit. Vasall. jur. deb. dom. fidel. 2. feud. 5.* scilicet, sibi curæ fore vitam, corpus, mentem & honorem Domini sui, & nihil addendum, vult Maul *d. tit. 1. n. 20.* Verum cum hoc tantum sit juramentum fidelitatis, quod Vasalli jurant, & subditus strictius obligatus sit Domino suo, quàm Vasallus; & præter fidelitatem etiam obedientiam & subjectionem debeat, ab eo etiam subjectionis juramentum requiritur, & sic subditi jurare tenentur fidelitatem, obedientiam & subjectionem, unterthänig / gehorsam / getreu / hold und gewärtig seyn. Item, was ein getreuer Landsaß und Unterthan seinem rechten Erb- und Landherrn zu thun schuldig ist / Besold. *thes. pract. verb.* Huldigung. *vers. hoc juramentum.* Gail. *de arrest. cap. 7. n. 10. seq.* Rosenthal. *de feud. c. 6. concl. 85. n. 7.* 44

Domini & magistratus, ut *supra n. 1.* innuimus, subditis quoque & civibus sese homagio obstringere solent & tenentur, & quidem Consul, der Obrigkeit / Rath und gemeiner Statt / dero löbliche Freyheiten / alt gut Herkommen / Gewonheit / Statuten / Ordnungen / Fried / Recht und Gerechtigkeit / und gemeiniglich alles anders / das einem getreuen Vorgeher und Burgermeister / nach altem / löblichem Herkommen / nach seinem möglichsten Fleiß zu verhandlen / außzurichten und zu handhaben / Author consil. Fridberg. *part. 1. punct. 6. n. 85.* Ita ut mutua sit obligatio inter magistratum, & cives, & qua fide tenetur subditus domino, eadem etiam dominus subditis & civibus, gloss. *in c. de forma. caus. 22. quæst. 5.* & ex dominorum fidelitate, 45

litate, subditorum quoque & civium fidelitas æstimanda, ne cum Domitio Oratore subditus
46 dicere possit: Cur ego te haberem ut Principem, cum tu me non habeas ut Senatorem, *c. sta subjectus. Dist. 95.* Et juxta Lucium Crassum dicentem: Non es Philippe Consul, quia nec ego tibi Senator sum, Valer. Maxim. *l. 6. c. 2.* Vietor *de exempt. conclus. 22. in fin.*

Plerumque autem Consules & Senatores
47 jurare solent in Leges statuto sibi præscriptas, quæ fundamentales dicuntur, quia Regnum seu Respublica illis, tanquam fulcro & fundamento sustinetur, iisdemque amotis collabitur, & per quas magistratus & subditi ac cives, ut caput & membra colligantur, & in unum corpus conjunguntur, Althus. *polit. cap. 19. n. 49.* Quarum capita plerumque summa esse solent, 1. Quod magistratus piè ac justè imperare velint, Steph. Jun. Brut. *de vindic. contra Tyran. quæst. 3.* qua conditione etiam Deus ipse Regnum Regibus Israëliticis deferebat, ut constat ex *2. Regum. 7. v. 14. Psal. 9. v. 29. seq. Psal. 132. v. 11. seq.* Piè, juxta primam tabulam Decalogi; justè juxta alteram, Althus. *polit. d. cap. 19. n. 31.* 2. Quod justitiam administrare & legitimè imperare velit, Matth. Stephan. *de jurisd. l. 2. part. 2. cap. 2. num. 284.* Bruning. *de homag. conclus. 395.* Quemadmodum enim subditi obligati sunt ad obediendum, ita magistratus ad legitimè imperandum & rectè administrandum, Pruckman. *de regal. cap. 3. n. 35. & seq.* 3. Quod Civium privilegia confirmare & conservare, eosque in pristino statu relinquere velit, gloss. *in l. moveor. C. si serv. export. ven.* Ritter. *de homag. concl. 113. & concl. 134.*

Solent etiam Principes ac alii Status non-
48 nulli Civitatibus aliquibus, in quibus jura quædam specialia obtinent, juramento se certo obstringere. Ita formula juramenti, sub qua Archi-Episcopus Coloniensis *Anno 1370.* Civitati Coloniensi juravit, *in lib. Stat. Civit. Colon.* notatur his verbis: Wir N. von Gottes Gnaden/ Ertz-Bischoff der heiligen Kirchen zu Cölln/ deß Heil. Römischen Reichs in Italien Ertz-Cantzler/ ꝛc. thun kund/ auf daß zwischen uns/ und unsern lieben Burgern und der Statt Cölln freundliche Verbündnuß/ gantze Heimlichkeit und rechtlich Frieden abermahls unverbrüchlich bleibe/ ohn Argelist/ so uhrkunden wir mit diesem jetzt gegenwärtigem Brieffe/ daß wir gelobt und gesichert haben/ geloben und sichern in guten Treuen alle Recht und Freyheiten/ die unsern lieben Burgern/ und der Statt von Cölln/ von Päbsten/ von Kaysern/ von Königen/ und von Ertz-Bischöffen von Cölln gegeben/ verlehendt/ bestättiget und confirmiret seyn/ auch ihre gute Gewohnte/ die sie von Alters hergebracht/ und sie nun haben in Geschrifften/ und ausser Geschrifften/ alt und neu/ hinnen und aussen Cölln/ fest/ steht/ und unverbrüchlich zu halten/ bestättigen und confirmiren. Quomodo Episcopus Spirensis, Wormatiensis, & Archi-Episcopus Moguntinus Civitatibus Spirensi, Wormatiensi & Moguntinensi antiqua privilegia confirmando per literas confirmatorias sese devinciant, & quæ solennitates adhiberi soleant, vide apud Lehman. *Chron. Spirens. l. 4. c. 23.*

Sic quoque Senatus & populus Colonien- 49
sis Archi-Episcopo jurare solet in hunc modum: Diesen Tag heut/ und diesen Tag all/ und von diesem Tag forth/ hulden wir freye Burger von Cölln/ unserm Herrn/ N. Bischoffen zu Cölln/ treu und hold zu seyn/ als lang er uns hält in Recht und Ehren/ bey unserer alten guten Gewohnde/ die wir und unser Vorfahren herbracht haben/ behalten uns/ unsern Weibern und Kindern unser Statt Cölln/ sonder Argelist/ ꝛc.
Statut. Colon. *fol. 9.* Et cives Spirenses suo E- 50
piscopo jurant, his verbis: Wir schwören/ daß wir unserm Herrn Bischoff N. getreu und hold seyn/ und ihme beholffen seyn/ und sein Recht sprechen/ wann er das an uns fordert/ oder seine gewisse Botten/ als frey Burger ihrem Herrn billich sollen/ ohn alle Gefehrde: Also bitten wir umb Gott helffen und alle Heiligen. Lehman. *Chron. Spirens. lib. 4. cap. 23. circa fin.*

Præstatur homagium à subditis & civibus 51
corporali & reali juramento interveniente, *§. 1. l. 2. feud. tit. 5. & c. 1. & ibi* Isern. Bald. Alvarot. Præpos. Matth. de Afflict. *Qualit. vasal. jur. deb.* Maul. *de homag. tit. 1. n. 21.* Ritter. *de homag. concl. 116.* Etiamsi Comites, Barones vel Nobiles sint, nec sufficit ipsos simplici verbo, vel stipulata manu promittere, Maul. & Ritter. *d. l. l.* Schrader. *consl. 3. n. 149. seq.* Bruning. *de homag. concl. 380.* nisi aliud consuetudine inductum sit, ut rustici, vel alii, per solam manus porrectionem à Dominis suis in jurisdictionem & potestatem recipiantur, Ziegler. *§. Nobiles. conclus. 1. n. 6.* Matth. Stephan. *de jurisd. l. 2. part. 1. c. 7. membr. 2. num. 186.*

Præstari quoque solet homagium vel col- 52
lectivè, vel separatim. Collectivè, seu conjunctim homagium præstatur, quando universus populus, in conventu publico & solemni, gesampt und offentlich/ Gylman. *Cameral. decis. 46. n. 97. lib. 1.* & in Civitatibus plerumque in Curia, vel alio loco publico, vel Status separatim juramentum præstant, veluti ordo equestris, die Ritterschafft und Landstände/ & Civitates municipales, die Land-Stätte/ etiam per Procuratores
& Syndicos, Natta *consl. 598. n. 13. tom. 3.* Separa- 53
tim, quando singuli homagium præstant, vel ut Originarii, matrimonium contrahentes, & larem & focum separatim instituentes, Tilem. de Benign. *synt. 2. decis. 1. vot. 1. n. 53.* Vel ut peregrini ad locum aliquem domicilium transferentes, & ibidem à magistratu in numerum civium adsciscì, & jure civitatis frui cupientes, Althus. *polit. c. 5. n. 16. & 23.* Quibus casibus intra annum & diem soli Dominum & magistratum adire, jus Civitatis, das Burger-Recht/ petere & homagium præstare tenentur, *l. privilegio. & ibi* Bart. *C. de incol.* Confer. *infra cap. n.* Licet priori casu, quando conjunctim præstandum homagium, subditi & cives novum Dominum adire & sese offerre non teneantur, sed exactionem expectare possint, Maul. *d. tit. 1. n. 22.* Bruning. *de homag. concl. 360.*

Præstatur porrò homagium, quoties Do- 54
mini persona mutatur, & novus successor regimen ingreditur, so bald ein neuer Herr und Obrigkeit seine Regierung antrittet/ Knichen. *de jur. territ.*

territ.cap.3.num.245. Gylman.*symph.tom.1.part.1.tit.2.vot.1.n.57.* Reinking. *de regim.secul.lib.1. class.5.cap.4.n.2.* Maul.*d.tit.1.n 22.* Besold.*verb.* Huldigung.*vers.homagiũ à subditis.* Bruning.*d.concl.360.*

55 In Civitatibus Imperialibus receptum est, ut singulis annis homagium renovetur; Sicut etiam olim cives Romani quotannis Kalend. Januar. in facta Augustorum jurasse, ex Dione refert Besold. *class.1.polit. disput.11.conclus.2.* Bruning.*d.l. concl.361.*

56 Finis homagii est, ut suspicio tollatur à subditis, & dominus ac magistratus assecuretur, ne subditi seditione, conspiratione, aliisvè improbis machinationibus publicam turbent quietem, neve Domini conditionem ulla ratione deteriorem reddant, Schenk Baro *in c.1.n 7. qualit jur.deb.Vasall.& ibi* Andr. Isern. Schrader. *cons.7.n.5.vol.1.* Ziegler. §.*Nobiles.concl.1 n.4.* Sed ut in omnibus & per omnia ei fideles sint, commodum pro nosse & posse quærant, incommodum verò pari studio avertant, *d.c.un. Qual.jur. deb. Vasall.* Cothm.*resp.4.n.224. vol.1* Ritter *de homag.conclus.136.*

57 Illud denique observandum venit, quod Imperator Romanus recens creatus Francofurto, vel alio loco coronationis discedens, ab omnibus Civitatibus Imperial. quas in itinere transit, juramentum homagiale à Senatu & civibus exigere & recipere soleat, quod ex antiquissimo tempore originem traxit, & quidem sub hac formula: Promitto ego patribus Domini mei Caroli Regis & filiorum ejus, quia fidelis sum, & ero diebus vitæ meæ, sine fraude, vel malo ingenio: Ich gelobe meinem Herrn und König Carolo / und seinen Söhnen / getrew zu seyn / und zu bleiben / so lang ich lebe / ohne Gefährde und Argelist / ex constitut. Carol. Magni *fol.263.* refert Lehman. *Chron. Spirens.lib.2.cap.18.* §. Der Ayd. *fol.80.* Atq; hoc continuo usu ante Carolum fuse observatum, testatur Lehman.*d.l.* §. Ferner beweiß. his verbis: Zum andern / daß die Stätte den Königen und Käysern gehuldet / dem Reich einverleibet gewesen / und ein jeder König und Käyser von Alters / wann Er die Regierung angetretten / die Stätte entweder selbst / oder durch Gesandte / in Pflicht und Ayd genommen / und sie ihnen damit zu Trewen und Gehorsam verbunden / ex Turonens. *lib.7.cap.7.* ubi ait: Priores de regno exegerunt sacramenta per civitates, ut fideles esse debeant Guntramo Regi & nepoti suo Lothario. Et quod Guntramus Rex Comites suos ad comprehendendas civitates direxit, ut exigentes sacramenta suis eas ditionibus subjugarent, ex Turonens.*d.lib.7. cap.12.* refert Lehman.*d.l.* Et Ludovicum Regem omnes subditos Orientales, Francos, Alemannos, Saxones & Thuringos sibi fidelitatis juramento confirmasse, *ex annal.Fuldens.* scribit Lehman.*d.cap 18.fol.89.* Idem de Rege Henrico apud Historicos legitur, quod ab omnibus Rheni civitatibus juramentum fidelitatis, nullâ exceptâ exegerit, Lehman. *Chron. Spirens. lib.5. cap.2.in fin.fol.386.* Imò inter proprietates Civitatum Imperialium expresse & hæc refertur; quod ex continua consuetudine Imperatoribus initio suscepti regiminis, coactæ fuerint jurare, eundemq; morem Francicos introduxisse; & per Caroli Magni constitutionem confirmatum fuisse, ex Wippone in vita Cæsar. Conradi Salici, refert Lehman. *Chron. Spirens. lib.4. cap.2. in fin.fol.272.*

Formula, sub qua Senatus populusque Coloniensis novo Regi Romanorum jurare fuit solitus, in statutis civitatis Coloniensis *fol.5.* hæc refertur: Diesen Tag heut / und diesen Tag all / und von diesem Tag fort / hulden wir freye Bürger von Cölln / unserm lieben Herrn N. Römischen König getrew und hold zu seyn / behaltnuße uns / unsern Weibern und unsern Kindern / unser Statt Cöln Recht und Burger Freyheit / sonder arge List / So uns Gott helffe / und seine Heiligen. Parent enim Civitates Imperiales Imperatori vi supremæ jurisdictionis, Arnold. Engelbrecht *de jurisdict. Imper. conclus.102.* quo pacto & aliâs subditæ fiunt, Petr. Frider. Mindan. *de mandat. & process. lib.2.cap.46.n 5. & 6.* & non tam in iis, quæ ad jurisdictionem feudalem pertinent, sed etiam aliis Majestatis juribus Imperatori & Imperio, etiam personæ nomine obligantur, Rosenthal. *de feud. cap.5. conclus.13.* Besold. *de apellat. cap.2. n.20.* ejusque intuitu Imperatori homagium præstant, Author consil. Fridberg.*part.1.punct.5.num.3. & 10.* Ex quo etiam hodie adhuc dum hujusmodi subjectionis juramentum præstare solent, una cum subditis, idque civitatum Imperialium libertatem non minuere, vel deteriorem facere, quàm aliorum Statuũ Imperii, dictum est *supra cap.1. num.69.* Ubi etiam *n.70.* dictum est, olim quoque alios Imperii Status majores una cum subditis Imperatori homagium præstitisse, atque etiamnum hodie vel per se, vel per Legatos suos id præstare, sicuti constat ex formulis juramentorum, quæ Imperatori in investituris territoriorum & provinciarum præstare solent, apparet, & videre licet ex formula hodie in aula Cæsarea solita, quàm Warem. ab Erenberg / nomine potentissimorum Hassiæ Landgraviorum Imperatori Rudolpho II. *anno 1593.* & *1597.* præstitit, & *in tract.suo de feud lib.2.c.1.n 161.* his notavit verbis: Wir nachbenante / N. N. als vollmächtige Gewalthabere / deß Durchleuchtigen / Hochgebornen / unsers gnädigen Fürsten und Herrn / geloben und schweren / in Krafft deß schrifftlichen Gewalts / den wir zur Cantzley übergeben / auff das Heilig Evangelium / das wir hie leiblich berühren / und in die Seele Hochgedachtes / etc. daß J. F. Gn. von der Lehen wegen / die Ihr F. Gn. jetzo verliehen und gereicht werden / nun hinfort von dieser Stund an / sich dem Allerdurchleuchtigsten / Großmächtigsten / und Unüberwindlichsten Fürsten und Herrn / Herrn Rudolph dem Andern / Römischen Käyser und König / und dem Reich / trew / holdt / gehorsam und gewärtig / auch nimmermehr wissentlich in dem Rath seyn soll noch will / da ichts wider E. K. M. Person / Ehr / Würde und Stand gehandelt und fürgenommen wurd / noch darein willigen / oder gehelen / in einigen Weg / Sondern Käys. Maj. und deß H. Reichs Ehr / Nutzen und Frommen betrachten und befördern / nach allem ihrem Vermögen / und ob Ihr F. Gn. irgend verstunden / daß etwas fürgenommen oder gehandelt wurde / wider E. K. M. Person / oder das H. Reich / demselben wollen J. F. G. getrewlich vor seyn / E. K. M. unverzüglich warnen / und sonsten alles das thun /

thun / was einem getrewen Fürsten gegen E. K. M. und dem H. Reich gebühret / von Recht und Gewohnheit wegen / ohne Argelist und Gefehrde / als J. F. Gn.
61 GOtt helff / und das H. Evangelium. Quo juramento & propter Imperii feuda, Principes ac alii Status Imperii, Imperatori & Imperio, ligiâ fide, contra quoscunque Imperii hostes, nullo excepto, obligantur, & præter feudi conditionem & legem, etiam personæ nomine Imperatori & Imperio obligati sunt, nec tam rerum, quàm personarum intuitu subditi Imperii existunt, Rosenthal. *de feud. cap. 5. conclus. 28. n. 7.* Nicol. *Betsius de pact. famil. illust. cap. 8. f. l. 448.* Sunt enim Imperii & Imperatoris Homologi, qui præter Vasallitium, etiam Homologiam, Gallis *Homage*, seu subjectionis juramentum exhibent, Knichen. *de pact. invest part. 2. cap. 5. n. 77. 126. seq.* ac simul Vasalli & subditi onera subeunt, Vietor *de exempt. conclus. 22.* Quod evincunt verba investiturarum & juramentorum, trew / gehorsam / gewertig / per tradita *supra lib. 1. cap. 12. n. 83.* Nam & præter servitia Vasallitica alia insuper onera, tam realia, quàm personalia salutem Imperatoris & Imperii subire tenentur. Et delinquendo in Imperatorem vel Imperium, non solum feloniam, sed etiam Crimen læsæ Majestatis, committunt, cujus pœna præter feudi privationem, pro qualitate delicti, etiam corporalem afflictionem & ultimum supplicium sentit, *l. quisquis 5. C. ad L. Jul. Majest.* quod nota vera est subditi, non verò Vasalli, *clem. pastoralis. vers. rursus. de sent. & re judic.* Decian. *tractat. crim. lib. 7. cap. 8. n. 7.* Sicuti enim Status Imperii nullum territorium possidentes, nullumq; feudum ab Imperio obtinentes, die Abgefundene Herrn / non minus crimen læsæ Majestatis committunt, quàm territoriorum Domini, Dn. Nicol. Myler. *dissert. inaugur. de Statib. Imper. conclus. 99.*

62 Hic quoque coronidis loco annectere placet quæstionem, si fortè Dominus territorii à subditis, vel etiam Imperatores à Statu aliquo, vel Civitate quadam Imperiali, ob totius Imperii molem, qua districti fuerunt, vel propter loci distantiam, homagium longissimo & plusquam immemoriali tempore, non exegerit, an nihilominus id postea exigere & recipere possit? Et pro negativa sequentes adduci poterunt rationes: I. quod facultas compellendi homines ad juramentum assecurationis concessum dicatur privilegium, privilegium autem præscriptione tollatur, si privilegiatus eo uti neglexerit, *l. 1. ff. de nundin.*

II. Juramentum assecurationis respectu magistratus est signum superioritatis, quoad subditos verò signum subjectionis, per tradita *su-*
63 *pra n. 16. seq.* Atqui immemorialis temporis decursu libertatem contra prætendentem superioritatem, etiam absque titulo, præscribi, tradit Balbus *de præscript part. 1. princip. part. 5. quæst. 12. vers. sed opportunè quæritur.* & cursu quadraginta annorum jus homagii amitti, & sic jus superioritatis, respondit *Bero cons. 115. n. 26. lib. 1.* Guid. Pap. *quæst. 319.*

64 III. Quia ea, quæ sunt meræ facultatis, à facto tamen duorum dependent, præscribuntur etiam cursu temporis, cujus nulla apud homines memoria extat, secundum Balb. *de præscript. part. 4 princ. 5. quæst. 1. col. 1. vers. nisi id factum. & col. 2. vers. stat ergò.*

IV. Quia subditi & Status quoque Imperii, 65
cursu temporis, in simili, immunitatem à collectis præscribere possunt, de quo Klock. *de contrib. cap. 16. sect. 2. n. 6. & seqq.*

V. Atque hæc sententia confirmari videtur 66
per R. A. zu Augspurg / *de anno 1548.* §. Wann auch ein außgezogener. *56.* & unica ferè hæc causa præscriptionis in causa fiscali exemptionis attenditur, Vietor. *de exempt. concl. 17.*

VI. Et tandem cursu temporis immemoria- 67
lis præscribi libertatem ab onere præstandi homagium sive assecurationis juramentum, nominatim tradunt Socin. *Sen. cons. 257. col. 4. n. 2. vers. præterea advertendum est.* Nevizan *cons. 11. n. 8.* Cephal. *cons. 176. n. 21. seq. lib. 2.* Cravet. *cons. 803. n. 2.* Ritter. *de homag. concl. 213.* Sicuti etiam 68
immemorialis temporis cursu præscribitur à Vasallo juramentum fidelitatis, Abbas. *cons. 82. n. 7. vers. ad secundum.* Felin. *in c. dilecti. col. 4. vers. dum dicit Abbas. de major. & obed.* Cravet. *cons. 111. n. 25. & cons. 803. n. 2.* Menoch. *cons. 748. n. 43. seq.* Nevizan. *cons. 11. n. 3.*

Pro contraria sententia, & quod tanti tem- 69
poris lapsu non attento Imperator, vel alius Dominus nihilominus homagiũ exigere possit, sequentes rationes adducit Brun. *de homag. concl 343. seq.* I. Quod homagium sive juramentum assecurationis exigere sit facultas & potestas solius supremæ Majestatis propria, *Besold. class. 1. polit. disp. 3. concl. 10.* & homagii exactionem facultatem appellant, Brun. *cons. 35. n 3. & cons. 99. n. 3.* Rol. à Valle. *cons. 52. n. 28 lib. 3.* Nevizan. *cons. 11. n. 13* Ea autem, quæ meræ sunt facultatis, non 70
præscribi vulgatum est, *l. viam publicam. ff. de via publ.* Bald. *in l. licet. n. 5. C. de jur. delib.*

II. Contra ea, quæ juris Divini sunt, nulla 71
currit præscriptio, per *c. ad audientiam. c. venerabilis. X. de præscript. c. fin. X. de transact.* Schurff. *cons. 13. n. 11. cent. 3.* Wesembec *in parat. ff. de usucap. n. 10.* Obedientia autem, quæ homagio juratur, præcipitur jure divino, *Roman. 13.* Et sic homagii seu obedientiæ negocium, sanctionis & religiosioris pacti sive fœderis appellationẽ inter magistratum & subditos sortitur, Cothman. *4. resp. 4. n. 215.* Indeq; talem obedientiam, quæ ab inferioribus debetur superioribus non præscribi, tradunt Coras. *in l. frater à fratre. n. 18. ff. de condict. indeb.* Balb. *de præscript. vers. secunda quæstio est, n. 2.*

III. Adversus Rempubl. & ea, quæ juris sunt 72
publici, non datur præscriptio, Abbas *in c. Venerabilem. Qui liber. sint legit.* Reinking. *de regimin. secul. class. 2. libr. 1 c. 9. num. 91.* Bodin. *de republ. lib. 1. cap. 10.* cum ea, quæ publici juris sunt, non possideantur, *l. 1. §. 8. l. 38. ff. de adquir. poss.* quæ autem non possidentur, vel quasi, non præscribuntur, *l. 8. l. sine possessione ff. usurpat.* Cothman. *4. resp. 1. n. 165.* Nec verisimile est, quod Princeps, qui præscriptionibus dedit robur, contra se, & Imperii Statum dederit, Don. Garf. Mastril. *de magistrat. lib. 3. cap. 2. num. 26.* & præscriptionem pro Imperii salute inventam,

Impe-

Imperii hostibus in pestem substernere, *arg. l. amissione. §. deficiunt. ff. de captiv. & postlim. rev.* Vietor. *de exempt. conclus. 7.* Reinking. *d. cap. 9. n. 93. & 94.* Superiores autem & obedientia sunt regni jus publicum, Confer *de potest. reg. part. 1. q. 4.*

73 IV. Qui homagium denegat, ab Imperio, & superioris obedientia se eximere conatur, & qui ab Imperio se eximit, deficere dicitur, R. A. zu Trier und Cöln, *de an. 1512.* § nämlich welche Stände. Qui autem ab Imperio deficit, Imperii hostis judicatur *l. 4. ff. ex quib. caus. major. l. 3. § fin. ff. ad L. Cornel. de sicar.* Bart. *ad l. hostes. n. 15. ff. de captiv. & postlim. rev.* Et contra Imperii hostem & rebellem æterna est autoritas, Vietor. *de exempt. conclus. 7. in fin.*

74 V. Malæ fidei possessor nullo unquam tempore præscribit, etiamsi aliquot annorum myriades possedisset, *c. vigil. & c. fin. X. de præscript. c. possessor. de R. I. in 6.* At verò subditi semper ex memoria ante præstitorum juramentorũ homagialium sciunt, vel scire debent, quæ paria sunt, homagii præstationem se superiori debere, cũ. & majorum vitia possessionum in successorib⁹ perdurent, eosque authoris sui culpa comitetur, *l. cum hæres ff. de divers. & temp. præscr. l. vitia. C. de adquir. poss. l. si ego. § partus. ff. de publican.*

75 VI. Imperator, vel alius superior in exigendo homagio vel fuit negligens, vel aliàs non habuit commodam occasionem, quia non erat opportunum, actui huic recipiendi homagiũ cohabitare, quo utroq; casu nõ currit præscriptio; Non enim hoc, quia, ut dictum, quæ meræ sunt facultatis, & depẽdent à voluntate nostra, ex non usu non tolluntur: Nec etiam illo, quia negligentia non operatur, ut negligens jus suũ perdat, nisi in casibus in jure expressis, inter quos hic noster non reperitur, Bart. *in l. solent. § non verò n. 7. vers. pro hoc facit ff. de offic. procons.* & non præscribi quovis tempore libertatẽ non obediendi, ex quo id solum contigit negligentia ipsius Domini, tenent Bald. & Præpos. *in c. 1. § licet in 2. notab. si de feud. fuer. controv.* Unde enim is, qui solvere tenetur, etiamsi sedulo non solverit, libertatem tamen usucepisse non concludet, Mynsing. *cons. 70. n. 4. decad. 8.* Vietor *de exempt. concl. 17 in fin.* Cæsaris enim, uti etiam cæterorum Principum proverbium est, si necessitas nõ exigit, patria tamen non remittit, *l. in filiis. C. de decur.* Forster. 2. *Marpurg. cons. 23. n. 4.* Wesembec. *cons. 74. n. 30. vol. 2.*

76 Et deniq; subditos non posse quovis temporis decursu & præscriptione liberari ab homagialis juramenti præstatione, sentiunt Albert. Brun. *cons. 35. n. 3. seq. & cons. 9. n. 3.* Natta. *cons. 318.* Rol. à Valle *cons. 53. n. 20. seq. vol. 2.* Knichen. *de jur. territ. cap. 3.*

77 Ex hac sententia concludit Johan. Bruning. *de homag. concl. 352.* se non videre, quomodo author Epistolæ, quam nomine Civitatis Imperialis Argentinensis ad Reverendissimum & Illustrissimum Collegium Electorale Mulhusii congregatum, concepit 22. *April. an. 1620.* ex jure & Historicis quod in illis nimis largè dicat, non teneri eam, ad ullius fidelitatis Romano Imperatori præstandum homagium, se possit extricare. Addens, si solius juramenti Corporalis mentionem fecisset, haberet fortè aliquid, licet parum, in quo aliquadantenus salvari posset, sed ipse conjungat hæc duo, Huldigung und Pflicht, tanquam diversa. Nam quod hactenus, pergens, divi Imperatores nostri Romani eos silentio quasi præterierint, id vel hac ratione non injustè arbitrabitur quis fuisse factum, quod ipsis haut opportunum fuerit, ob totius Imperii molem, qua sunt districti, & loci distantiam eò contendere, atque fidelitatis juramentum à Senatu ejusque civibus recipere: Quod vel nobis argumento est, cum discedens Francofurto recens creatus Imperator Rom. ab omnibus Civitatibus Imperialibus, quas in itinere necessario cogitur transire, homagiale juramentum in hunc usq; diem solitus sit exigere & recipere. Quo ipso tamen Imperatori & toti Imperio nullum creatur præjudicium. Cũ quoad juris privati nostri (multo magis publici) diminutionem, seu actionis aut libertatis nobis competentis ablationem & privationem patientes vel tacentes, neque præcisè, neque præsumptivè fateamur & consentiamus, Dd. *in l. cum proponas. C. de pact.* Aug. Beroj. *cons. 64. n. 13 vol. 1.* Pet. Peck *in c. qui tacet. de R. Jur. in 6.* Cothman. 4 *cons. 1. n. 149.* Denique tantum abest addit, ut Imperatores tacuerint, eósq; silentio sibi præjudicare voluerint, ut etiam expressè homagii præstationem ab Argentinensi Civitate acceperint, atque eo ipso satis abunde de jure Imperatoris Romani, atque totius Imperii cõservando palam & ipso facto testati fuerint. Atq; ad hoc adducit Lambert. Hortens. *in libell. Argentinæ impresso, lib. 6 pag 362.* dicentem: Pacis conditiones has fermè fuisse accepi, triginta aureorum millia, & duodecim machinas æneas majores, nulla præsidia urbi imposita: additum præterea conditionibus fuit, ut abjurato in universum fœdere Schmalkaldico in fidẽ Cæsaris jurarent, hostes suos è civitate expellerent. in eandem quoq; rem adducit Ludov. ab Avila *in libro ibid. Argentinæ impresso de bell. Germ. fol. 216. seq.* dicentem: Paucis ante diebus, quàm inde discederet, Senatus Argentin. ad eum Legatos misit, Nobilissimos Civitatis & Magistratus. Hos Cæsar, quibus visum est conditionib⁹, in fidem & clientelã accepit, quarum conditionum hæc ferè summa erat: ut Cæsaris sacramento rogarentur, fœdera ejurarent, quæcunq; in eum diem sanxissent, jurejurando Civitate obstricta, nullum imposterũ percussum iri, quod Austriaca domus ipsa, Princeps non jungeret. De civibus & clientibus, qui contra Cæsarem militassent, quæstionem haberent. Damnatos pœnam sequi oporteret, quam constituissent. Supplicio & edicto alios quoque in Cæsarem rebelles civitate ejicerent, &c. Et denique addit Bruning. si fortè concederetur, præscriptionem in supra formata quæstione præsenti de jure esse concessibilem, adhuc Compilatori Epistolæ foret probandum, quod demum post Caroli V. obitum ab ejus successore Maximiliano vel aliis insequentibus essent ad homagii præstationẽ requisiti, sed recusassent, tanquàm liberi & exempti, & postea transisset tempus immemoriale, quod aliâs, qui sunt in contraria sententia, requirunt. Vide *supr. c. 1. n. 69. & lib. 3. c. 51. n. 60.*

CAPUT X.

De Jure condendi statuta & jura municipalia.

Summaria.

1. Electoribus, Principibus, aliisque Imperii Statibus, licitum est leges & jura municipalia promulgare, & leges contrarias abrogare.
2. Ius condendi statuta ad jus superioritatis pertinet.
3. Legis statutariæ condendæ potestas omni populo jurisdictionem habenti concessa, velut Episcopo in Diœcesi, Duci in Ducatu, &c.
4. Nobilibus immediatis.
5. Et nominatim civitatibus Imperialibus.
6. Idem est quoad civitates municipales, & n. 7.
8. Etiam ad causarum decisiones si habeant omnimodam jurisdictionem, sine superioris confirmatione.
9. Modò legibus publicis non sint contrariæ, vel juri territoriali non derogent.
10. Lex inferioris legem superioris tollere nequit.
11. Statuta condere possunt collegia licita.
12. Idem est quoad quarterium civitatis.
13. Idem possunt Doctores & Magistri circa studia.
14. Vti & Vniversitas.
15. Iura municipalia unde dicantur.
16. Civitatibus Imperialibus jus condendi statuta jure territoriali competit.
17. Et dependet à jurisdictione.
18. Et à nonnullis ad merum imperium refertur.
19. Statutorum & legum in Rebuspublicis summa necessitas: & melius est ab optima lege quam manu regia administrari.
20. Præstare quoque jus municipale, quàm jus civile Romanum habere nonnulli asserunt.
21. Quomodo statuta condenda.
22. Dies & consul in novis statutis requiritur.
23. Debent Reipublicæ esse accommodata.
24. Debent esse perspicua & brevia.
25. Et imprimis æqua.
26. Pauca.
27. Possibilia & non de rebus turpibus.
28. Rationabilia.
29. Vtilia & necessaria.
30. Condi solent præter jus commmune, & de causis quæ jure communi non decisæ.
31. Etiam de iis quæ jure communi decisa, sed dubia sunt.
32. De jure naturali & Gentium aliquid addendo vel derogando.
33. Etiam contra jus commune.
34. Et contra statuta vetustiora.
35. Expedit Reipublicæ, ut leges ad statum Reipublicæ præsentem referantur.
36. Nulla Sanctio ad humanæ naturæ varietatem sufficit.
37. Ipse Deus ex his, quæ in veteri testamento sanciverat, in novo mutavit.
38. Temporis, status & Reipublicæ mutatione & varietate, jus quoque & leges variant.
39. Statuta condi possunt, quoad delicta & pœnas capitales.
40. Non valent statuta, quæ homicidis pecuniariam pœnam tantùm imponunt.
41. Qualia ex eo defensionem non merentur, quod offensæ parti satisfactum.
42. De causis matrimonialibus statuta condi possunt.
43. De frumento, auro, argento aliisque rebus non exportandis.
44. Statuta condi non possunt contra juris Divini dispositionem.
45. Contra jus naturale & gentium & contra bonos mores.
46. Nec contra publicas Imperii sanctiones & ordinum recessus.
47. Contra reservata Cæsarea.
48. Contra publicam utilitatem.
49. In præjudicium & contra Statuta superioris.
50. In odium personarum particularium.
51. Contra jus tertio quæsitum.
52. Contra Ecclesiam & Ecclesiasticam libertatem.
53. An validum sit statutum, quo prohibetur, ne bona in personas Ecclesiasticas alienentur.
54. Qualia statuta passim in Germania vigent.
55. Levitæ in terra sancta prædia non possederunt.
56. Conquesti de hoc sunt Ordines sæculares in Comitiis Noribergensibus.
57. Quid de statuto, ne immobilia in forenses alienentur.
58. Invalida sunt statuta appellationem prohibentia.
59. Nec non statuta in causis feudalibus.
60. Nec de illis causis, de quibus dispositum, ut nihil in contrarium statui possit.
61. Quale est ut res furtiva in commissum cadat.

62. *Et ut bona naufragium passorum rapere liceat.*
63. *Vt peregrinis ab intestato decedentibus proximiores heredes non succedant.*
64. *Statutum Friburgense, quo forensi bona hæreditatis delatæ possidere non licet, sed statim vendenda.*
65. *Quod liberi patrem rusticum habentes, hujus conditionem sequantur.*
66. *Injuriandi scholares consuetudo damnatur.*
67. *Invalida sunt statuta irrationabilia.*
68. *Statutis obligantur omnes statuentium subditi & ipsi quoque statuentes incolæ.*
69. *Non verò obligantur forenses & extranei.*
70. *Secus quoad bona immobilia in statuentium territorio sita.*
71. *Statuta habent vim legis & consuetudinis.*
72. *Quoad effectum paria sunt consuetudo & statutum.*
73. *Habent etiam vim pacti, eique æquiparantur.*
74. *Statuta in foro conscientiæ obligant.*
75. *Et judex secundum ea judicare tenetur.*
76. *Etiam Camera Imperialis.*
77. *Judex superior secundum statuta inferioris judicare tenetur.*
78. *Et statuta civitatis superioris non servantur in civitate inferiori, quæ propria statuta habet.*
79. *Statutum ante publicationem non habet vires.*
80. *Vti & si usu non sit receptum.*
81. *Statuta ex eo tempore quo condita & publicata, recepta & approbata esse intelliguntur.*
82. *Statutum novum ad lites præteritas & pendentes non extenditur.*
83. *Statuta post publicationem valida sunt, etiam absque superioris confirmatione.*
84. *Consultius superioris confirmatio adhibetur.*
85. *Idque ut disputatio de iisdem evitetur.*
86. *An ad statuti & legis essentiam scriptura requiratur?*
87. *Statuta licet extra territorium vim suam non extendant, testamentum tamen juxta loci statutum factum, valet etiam extra territorium.*
88. *Statuta sunt stricti juris, & non expressâ ratione, verba magis consideranda sunt.*
89. *Extra casum expressum non trahuntur.*
90. *Statuta juri communi derogantia, strictissimè intelligenda.*
91. *Omnis recessus à jure communi odiosus & strictè interpretandus.*
92. *Statutum ita interpretandum, ut jus commune non corrigatur.*
93. *Generalia statuta restringenda sunt ad id, quod est rationis.*
94. *Statuta non sunt judaicè intelligenda.*
95. *In Statutis verba propriè accipienda.*
96. *Accipi debent, ut aliquid operentur.*
97. *Statuti verba dubia ex jure communi interpretationem recipiunt.*
98. *Statuta & ordinationes provinciales, juris potius civilis quàm prætorii, & sic actiones inde descendentes perpetuæ sunt.*

Civitates Imperiales in Civitatibus, territoriis, & ditionibus suis habent jus condendi leges, statuta & jura municipalia, quibus Cives & subditi morem gerere, & obedire tenentur. Quamvis enim leges universales condere solius sit Imperatoris, juribusque majestatis adscribatur, uti dictum
1 est *supra cap. 4. n. 53.* Electoribus tamen, Principibus, & aliis Imperii ordinibus & Statibus liberum & licitum est, leges & jura provincialia & municipalia promulgare, leges contrarias abrogare, & jura communia tollere, per Policey-Ordn. *de anno 1577. tit.* von Juden. *20. §. fin. ibi:* Doch soll hiedurch den Churfürsten und Ständen / an ihren von Käyserlichen habenden Regalien / Privilegien / und zustehenden Gerechtigkeiten / Ordnung zu machen / nichts præjudicirt / oder benommen / sondern ihnen vorbehalten seyn / Ordin. Camer. *part. 1. tit. 13. & 57. & part. 2. tit. 1.* Coler. *de process. exec. part. 1. cap. 3. n. 6.* Zasius *in l. omnes populi. n. 24. ff. de justit. & jur.* Andr. Knichen. *de jur. territ. cap. 1. n. 179. & 367. seq.* Besold. *thes. pract. verb.* Gesatz. Theod. Reinking. *de regim. secul. lib. 1. class. 5. cap.*
2 *6. n. 7.* Klock. *1. consil. 20. n. 126. seq.* Schrader. *de feud. part. 10. sect. 8. n. 28.* Cum jus condendi statuta & leges provinciales & municipales, ad jus superioritatis pertineat, illudque probet, Knichen. *encyclop. cap. 5. n. 1.* Besold. *de jurisdict. quæst. 18. circa fin.* Gail. *de arrest. cap. 7. n. 14.* Bidembach. *nobil. quæst. 1. n. 4.* Meichsner. *tom. 2. lib. 1. decis. 8. n. 47. fol. 808.* Ziegler. §. *Landsassii. concl. 1. n. 135. seq.* Stam. *de servit. person. lib. 3. cap. 8. n. 2.* Et cum in suis territoriis & provinciis Specialibus Cæsarem repræsentent, quemadmodum Imperator ratione jurisdictionis universalis Imperii, universales leges, allgemeine Reichs Gesatz und Ordnungen / condit; ita alii inferiores Principes, Status & ordines, cum certa duntaxat & Specialia territoria possideant, adeoque jurisdictio eorum specialior sit, non universalem, sed specialem legem, vi superioritatis suæ territorialis, condunt, Besold. *d. verb.* Gesatz.

Ex quo etiam legis statutariæ condendæ potestas omni populo jurisdictionem habenti in 3
genere data est. *l. omnes populi. 9. & ibi.* Zas. *n. 6.* Jason. *in 1. lect. n. 5. & lect. 2. n. 19. ff. de justit. & jur.* Et quidem in specie Episcopo in sua dioecesi, *c. vestra. X. de locat. & conduct. c. 2. X. de major. & obed. c. cum dilectus. §. dictus verò procurator. X. de*

X. de conſuet. Duci in ſuo Ducatu, Marchioni
in ſuo Marchionatu, Comiti in ſuo Comitatu,
l. 2. C. de præſ. præt. Orient. Bart. *ad d. l. omnes popu-
li. 9. n. 8. ff. de juſt. & jur.* Rol. à Valle *conſ. 86. n. 11.
ſeq. vol. 1.* Schneidewin. *ad §. conſtat. I. de jur. na-
tur. gent. & civil.*

4 Nobilibus liberis & Imperio immediatè
ſubjectis, Sichard. *conſil. 2. n. 2.* Mynſ. *lib. 1. reſp. 10.
n. 39.* Nicol. Betſius *de pact. famil. illuſtr. cap. 2. in
princ. fol. 33.* Beſold. *de ord. Equeſtr. n. 11. in fin.* Rein-
king. *de regim. ſec. lib. 1. claſſ. 5. cap. 6. n. 7. & l. 2. claſſ. 2.
c. 10. n. 6.* Mager. *de advocat. c. 6. n. 108.* Stam. *de ſerv.
perſon. l. 3. cap. 8. num. 2. in fin.* Ming. *de ſuper. territ.
concluſ. 47.*

5 Et de Civitatibus Imperialibus, quod in
ſuis Civitatibus, territoriis & ditionibus leges
ſpeciales & ſtatuta ſive jura municipalia con-
dere poſſint, nominatim tradunt, per *l. Antio-
chienſium. 37. ff. de reb. author. jud. poſſid.* Mynſing.
reſponſ. 13. n. 10. decad. 2. Gail. *de pac. publ. lib. 1. cap.
6. n. 11. & de arreſt. cap. 9. n. 1.* Bruning. *de Var. uni-
verſ. ſpec. concl. 51.* Author conſil. Fridbergenſ.
punct. 1. cap. 2. n. 5. Beindorff. *de liber. Civitat. apud*
Arumæ, *tom. 3. diſcurſ. 13. n. 31.* Beſold. *de jur. uni-
verſit. cap. 8. n. 6. ſeq.* Johan. Adam Dapp. *diſſert. de
jurib. Civitat. German. part. 1. cap. 7. n. 3.* Quod et-
iam Civitatibus nonnullis Imperialibus no-
minatim ab Imperatoribus olim conceſſum
fuiſſe conſtat, prout Imperator Carolus IV.
anno 1375. Civitati Eslingenſi conceſſit, quod
pro lubitu & beneplacito ſuo leges & ſtatuta
concedere poſſit, *ibi*: mögen in der Statt zu Eß-
lingen ein Ordnung ſetzen und machen / one Widerrede
un Hinderniſſe aller männiglichs / nachdeme als ſie dün-
ckhet oder dünckhen würdet / daß es der Statt / den Bur-
gern und Gemein Nutze und Nothdurfft ſey / und mit
Namen von Gabe / von Handlon und Rathſchatz / und
mugen das tun / als offte ſie deß überkommen und zu
Rathe werden / daß es noth und gut ſey.

6 Idem eſt, quoad Civitates municipales,
Quamvis enim olim nulli Civitati aut genti,
quæ Romano ſuberat Imperio, contra formam
juris publici quicquam conſtituere licuit, cum
privatorum loco civitates omnes unâ Roma
excepta haberentur. Quod ſi verò juri publi-
co non adverſarentur, quamlibet legem de iis
rebus, de quibus inter privatos paciſci licet, ſi-
bi ferre, magis in vim pacti, quàm legis valitu-
ram, potuerunt, Petr. Heig. *part. 1. quæſt. 23. n. 26.
& 27.* niſi eo caſu, quando ab initio poſt par-
tam victoriam Imperator ex certa cauſa Sena-
tus victis gentibus ignovit, liberasque reliquit
leges iisque uti, ſuosque, patrio more, creare
magiſtratus permiſit, quod multis Aſiæ Civi-
tatibus Syllam, Pompejum M. Cæſarem &
Auguſtum, indulſiſſe, refert Heig. *d. l. num 24.*
Verum poſtquam poſt diviſum Imperium Ro-
manum Caroli M. auſpiciis nova Reipubl. fa-
cies apparuit, jurisdictio, quæ antea in nullius
patrimonio, aliis quoque communicari cœpit,
& ex ea poteſtas ſtatuendi fluxit, & Civitati-
bus quoque municipalibus, jus condendi ſta-
tuta tributum fuit, atque ita hodie Civitati-
bus municipalibus jus condendi ſtatuta & ju-
ra municipalia competere, conſtat ex *l. item
eorum. 6. in princ.* ibi: niſi lex municipii. *ff. quod
cujusque univerſit. nom. l. prohibere. 3. §. planè.
verſ. hoc ita. ff. quod vi aut clam. l. 3. l. fin. ff. de de-
cret. ab ordin. l. magiſtratus. 25. ff. ad municipal. l. 1.* 7
C. de emancipat. liber. Beſold. *de jur. univerſit.
cap. 8. num. 6. ſeq.* Nicol. Loſæ. *de jur. univerſit.
part. 3. cap. 15. per tot.* Ziegler. *§. Civitas concluſ. 1.
num. 23. & 28.* Vide Tuſch. *pract. concluſ. lit. S.* 8
concluſ. 430. per tot. ita quidem, ut ſi habeant o-
mnem jurisdictionem, etiam ad deciſiones
cauſarum, ſine confirmatione ſuperioris, per
c. 1. de conſtitut. in 6. c. venientes. 19. X. de jurejur.
Bart. *in l. omnes populi. num. 4. ff. de juſtit. & jur.
& ibi.* Bolognet. *num. 74. ſeq.* Suaretz. *commun.
opin. verb. ſtatuta. num. 178.* Coler. *de proceſſib.
execut. part. 1. cap. 3. num. 12. ſeq.* Petra *de poteſt.
Princ. cap. 8. num. 7.* Bocer. *de regal. cap. 2. num.
62. & 65.* Schneidewin. *ad §. jus autem Civile. n.
14. verſ. unde ſi ſtatuatur. I. de jur. natur. gent. &
civil.* Ziegler. *commun. concluſ. §. civitas. concluſ. 1.
num. 28. ſeq. ubi num. 30.* hodie, poſtquam anti-
qua jurisdictionis facies mutata, indubitatum
eſſe dicit, quod poteſtas faciendi ſtatuta cum
jurisdictione omnimoda connexa ſit, Molin.
ad conſuet. Pariſ. in princ. num. 38. Vaſqui. *illuſtr.
controv. cap. 34. num. 2.* Heig. *d. quæſt. 23. num. 32.*
Dauth. *de teſtament. tit. de hæred. inſtitut. num. 30.*
Bruning. *de var. univerſ. ſpec. concluſ. 51.* modò 9
legibus publicis non ſint contraria, vel juri u-
niverſali, aut territoriali non derogent, *l. de-
precatio. 9. ibi: quatenus ea nulli noſtrarum legum
adverſatur. ff. ad L. Rhod. de jact. l. fin. ibi:* niſi
hoc publicæ leges prohibuerint *ff. de colleg. &
corpor.* Ziegler. *d. §. civitas. concluſ. num. 32.* Vel
præjudicium & intereſſe ſuperioris, veluti jura
fiſcalia, pœnas maleficiorum, & ſimilia con-
cernant, Meiſchner. *tom 3. deciſ. 28. num. 11.* Man-
tic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 4. tit. 8. num. 9.*
Matth. Stephan. *de jurisd. lib. 2. part. 2. cap. 2.
num. 54.* Ziegler. *d. §. Civitas. num. 33.* Cum lex 10
inferioris legem ſuperioris tollere nequeat. *C.
cum inferior. X. de major. & obed Clem. 2. de Elect.*
Thoming. *conſil. 24. quæſt. 5. num. 15.* Si verò Ci-
vitates municipales & alii magiſtratus infe-
riores limitatam habeant jurisdictionem, in iis
tantum, in quibus habent jurisdictionem, ſta-
tuta condere poſſunt, Schneidewin. *d. §. jus
autem. num. 14. ſ. de jur. natur. gent. & civil.* & ſi
nullam habeant jurisdictionem, ut ſunt villæ
& caſtra, tunc ad cauſarum deciſiones ipſis
ſtatuere, ſine ſuperioris confirmatione, non li-
cet, arg. *l. fin. C. de teſtament.* Circa ea verò quæ
faciunt ad bonorum adminiſtrationem, ſtatu-
ta facere poſſunt, modò non ſint ambitioſa,
l. ambitioſa. 4 ff. de decret. ab ordin.

Ex quo etiam ſtatuta condere poſſunt col- 11
legia licita & approbata, puta mercatorum,
ſartorum, aliorumque opificum, de quibus *in-
fra l. 5. c. 2. n. 24.*

Idem eſt; quoad Quarterium, ſive certam 12
aliquam Civitatis partem, quia & hæc ſtatuta
condere poteſt, pertinentia ad modum ex-
pediendi ea, quæ parti illi, ſive quarterio Ci-
vitatis incumbunt, non verò, quoad Cauſa-
rum deciſiones, Schneidewin. *d. l. numer. 16.*

Hh Sicuti

13 Sicuti etiam Doctores & Magistri circa studia & mores discipulorum, non verò ad causarum decisiones, statuta condere possunt, Schneide-
14 win. d. l. n. 19. Et universitas statuta facere potest, in pertinentibus ad suam administrationem, etiamsi statuta illa in singularum personarum præjudicium, per consequentiam tendant, Modit. *quæst. 5.* In iis verò, quæ publicam concernunt utilitatem vel patriæ totius, absque superioris consensu, nihil disponere potest universitas, Dd. commun. *in d. l. omnes populi. ff. de just. & jur.* Nicol. Bersius *de pact. famil. illustr. cap. 1. & 2.* Rulant. *decis. jur. contr. quæst. 16.* Bruning. *de var. univers. spec. concl. 51.* Besold. *de jur. univers. cap. 8. num 6.* ubi addit, quod statuta hujusmodi quibusdam in locis indigitentur Willkür/ à delectu, seu judicio mentis, Chur/ & libera voluntate, Will/ post Eliam
15 Rober. *disput. ad Instit. 1. thes. 6. in notat.* & à municipiis dicuntur jura municipalia. *§. jus autem civile, 2. J. de jur. nat. gent. & civil. l. omnes populi. 9. ff. de just. & jur. & ibi.* Dd. & in loco statuti, etiam jus commune. Bart. *in d. l. omnes populi. ff. de just. & jur.* item, Statt-Recht/ Johan. Adam. Dapp. *dissert. de civit. Germ. part. 1. cap. 7. num. 3.*

16 Competit autem Civitatibus Imperialibus jus condendi statuta & jura municipalia, jure superioritatis territorialis, utpote cui statutorum provincialium, & politicarum ordinationum sanctio adscribitur, illudque probat, Knichen. *encyclop. cap. 5. num. 1.* Besold. *de jurisdict. quæst. 18. circa. fin. vers. actus quibus. & vers. legum executio.* Gail. *de arrest. cap. 7. num. 14.* Bidembach. *nobil. quæst. 1. n. 4.* Meischner. *tom. 2. l. 1. decis. 8. num. 47. fol. 808.* Ming. *de superior. territ. concl. 71.* Ziegler. §. *Landsassii. concl. 1. n. 135. seq.* Joh. Herman. Stam. *de servit. person. l. 3. c. 8. num. 2.* Et quod jus statuendi, sive statuta condendi à jurisdictione dependeat, tradunt,
17 Andr. Barb. *cons. 4. num. 5. & 6. vol. 1.* Cravet. *de antiquit. temp. part. 4.* §. *circa præmissa. num. 1.* Tiraquel. *de jur. primogen. quæst. 16. n. 2.* Vasqui. *1. controvers. cap. 4. num. 2.* Mascard. *de probat. conclus. 946. num. 23.* Car. Tapia *in l. fin. part. 1. c. 2. num. 51. ff. de constit. princ.* Nicol. Losæ. *de jur. univers. part. 3. cap. 15. n. 2.* Petr. Heig. *l. 1. quæst. 23. num. 31. seq.* Tiber. Decian. *cons. 19. num. 95. vol. 3.* Et statuere jurisdictionem & superioritatem præsupponere, scribit Marc. Ant. Peregrin. *cons. 1. n. 4. vol. 1.* ac potestatem statuendi & jurisdictionem esse connexa tradit. Ant. Puteus *consil. unic. post* Oddi *cons. n. 100.* Franc. Marc. *decis. 801. n. 1. part. 1.* Imò statuendi potestatem esse de maximo Imperio, docet Maranta *disput. 8. n. 27.* eandemque Regalibus accenset, post Barr. Caccialup. Dec. Menoch. *cons. 604. n. 2.* & de reservatis Principis esse, docet Pacian. *de probat. l. 2. c. 2. n. 28.* Et quod potestas faciendi statuta cum omnimoda jurisdictione sit connexa, indubitatum esse dicit, Heig. *part. 1. quæst. 23. n. 32.* Bruning. *de var. univers. spec. conclus. 51.* Ziegler. §. *civitas. concl. 1. n. 30.* Ex quo etiam ad merum Imperium jus statuendi & ordinandi, sive legum condendarum potestatem, referunt Bart. *in l. imperium. n. 8. ff. de jurisd.* Schnei-dewin. *de feud. part. 2. n. 65.* Jacob. de S. Georg. 18 *de feud. verb. cum mero. n. 7.* Coler. *de process. exec. part. 1. c. 3. n. 13.* Carol. Tapia *ad l. fin. part. 1. c. 2. n. 51. ff. de constitut. princ.* Rosenthal. *de feud. c. 5. concl. 9. n. 9.* Bidembach. *nobil. quæst. 7. n. 3. vers. ad merum quoque.* A quibus tamen non sine ratione dissentiunt Coras. *in d. l. Imperium. n. 19. & 32. ff. de jurisdict.* Longoval. *de jurisd. part. 3. c. 7. num. 27.* Matth. Stephan. *de jurisd. l. 1. cap. 7. n. 8.* Fachin. *9. controv. 94. in fin.* Obrecht. *de jurisd. c. 7. num. 33.* Helfr. Ulric. Hunnius *de jurisd. part. 1. c. 3. quæst. 2.* Bocer. *de jurisd. c. 5. n. 7. & c. 10. n. 12.* Klock. *consil. 28. n. 439.* Et quod potestas condendi statuta non pertineat ad Regalia, tradit Bocer. *de regal. c. 2. n. 64.* Ziegler. §. *civitas. concl. 1. n. 31.* nec jurisdictionis esse, censent Paurmeister. *de jurisd. l. 1. c. 8. n. 11.* Arnold. Engelbrecht. *de jurisd. Imp. concl. 119. lit. a.* Ubi tamen observandum est, quod licet statuta condere, neque jurisdictionis, neque meri vel mixti sit Imperii, in consideratione scilicet absoluta: distributivè tamen, prout de rebus meri & mixti Imperii, seu jurisdictionis simplicis constituuntur, rectè jurisdictionis, aut meri vel mixti Imperii dicitur. Jason. *in l. omnes populi. n. 24. ff. de just. & jur.* Et ita intelligendum Baldi dictum, quod statuta condere, potius sit de quadam juris permissione, quàm ut annexum sit jurisdictioni, scribit post Mynsing. *ad §. 1. num. 8. J. de jur. nat. gent.* Reinf. *de regim. secul. l. 2 class. 2. c. 10. n. . .*

Ex quibus tamen cum constet jus condendi statuta imprimis jus superioritatis, vel etiam jurisdictionem, merum mixtumque Imperium habentibus competere, hæc autem jura sine dubio Civitates Imperiales habeant, nullum superest dubium, quin hæ quoque jus condendi statuta & jura municipalia obtineant, idque praxis quotidiana satis superque demonstrat, ubi videmus, Civitates Imperiales ferè omnes & singulas, in territoriis, Civitatibus & districtibus suis, tam Ecclesiasticas, quàm alias politicas ordinationes speciales habere, iisdemque subditos obligari, & secundum easdem jus dici & justitiam administrari. Quod ipsum quoque nominatim testatur Nicol. Bersius *de pact. famil. illustr. c. 3. fol. 3.* ubi ita scribit: Ex generali itaque supra posito themate deduco, Principes, Comites, Barones, Civitates, & Status Imperii generaliter omnes, sicuti & Nobiles immediatè Imperio subjectos, pro modo & ratione jurisdictionis eis competentis, statuta condere, & consuetudines introducere posse, uti res ipsa satis demonstrat, & tot jam typis divulgatæ, atque omnium manibus passim tritæ constitutiones reipsa comprobant, uti sunt Lands/ Gerichts/ Statt-ordnungen/ Reformationen/ Statt-recht/ Lehen-recht/ Willkühr/ und Weichbild/ quocirca plures ad eam rem comprobandam argumentationes congerere, nihil aliud esset, quàm solem facibus illustrare, cum nullum sit fortius, aut validius argumentum, quàm rei ipsius evidentia. In his itaque qui vel à lege, vel ab ipso Imperatore, tanquam fonte & capite omnis jurisdictionis immediatè potestatem suam recognoscunt, res clara est, & manifesta, quod subditis

ditis suis statuta præscribere, & approbatis consuetudinibus eos adstringere possint, in tantum, ut etiam illorum statuta, valeant sine Principis confirmatione, &c.

19 Statutorum & legum in Rebuspublicis summa est necessitas, earumque cura magistratui summè est necessaria. Sunt enim leges sententiæ, quæ præcipiunt facienda & contraria & non facienda prohibent. Et leges sunt anima & spiritus Civitatis vitalis, Chassan. *catal. glor. mund. part. 10. consid. 20.* Sunt vitæ humanæ solatium, infirmorum auxilium, potentum frenum, Cassiodor. *lib. 3. varior.* ut enim corpora nostra sine mente, sic civitas sine lege, suis partibus, ut nervis & sanguine & membris uti non potest, Cicero *pro Cluent.* & ex eo Quintil. *l. 5. instit. grat. c. 11.* Indeque non immeritò muros & propugnacula otii ac tranquillitatis civilis, leges esse dixit Pomp. Lætus. Et sicut corpus vivens sublata anima interit, ita etiam Respublica, sublatis legibus. Ex quo etiam leges sunt & dicuntur firmum Reipubl. fundamentum, quo ejus status fulcitur & continetur. Et legem vinculum esse, quo Respubl. cohæret, & spiritum vitalem, quem trahit civitas, ita ut sine lege Respublica onus & præda futura sit, testatur Seneca *de clement. l. 1.* Et sunt leges oculus Reipubl. lucerna vitæ civilis, trutina justitiæ, custos libertatis, disciplinæ & pacis publicæ, infirmorum auxilium, potentum frenum, Clem. Timpler. *l. 4. polit. c. 4 quæst. 1.* Unde etiam lex dicitur vitiorum emendatrix, à Ciceron. *l. 1. de legib. sub finem.* fundamentum justæ libertatis, fons æquitatis, mens, animus, consilium & sententia civitatis, Petr. Gregor. Tholos. *de republ. l. 10. c. 5. n. 2.* Et quod Deus est in mundo, gubernator in navi, præcentor in choro, dux in exercitu, hoc lex dicitur in Civitate, Petr. Gregor. Tholos. *d. c. 5. n. 4.* Et quemadmodum aut architecti sine libella & linea nihil proficiunt, aut nautæ cursum navis tenere non possunt sine ferro, quod affricuit Siderites: ita nec imperantes sine hac norma, Schönborn. *3. polit. 1.*

Atque hinc etiam melius esse & præstare, ab optima lege, quàm manu Regia, ab optimo licet Principe & sine legibus, Respublicas administrari, communiter concludunt Politici, & Theologi, Besold. *de præm. pœn. & legib. c. 6. per tot.* Gerhard. *loc. Theol. tom. 6. tit. de magistrat. n. 215. seq.* Bellarmin. *de Laic. c. 10.* Ernest. Cothman. *ad tit. C. de legib. n. 179. seq.* Si enim judicis arbitrio controversiæ essent dirimendæ, si jus incertum, dubium vel ambiguum, si nutu imperantium instar Polypi alicujus transformaretur, & nunc hanc, nunc illam formam indueret, quænam judiciorum & politiæ erit vis? quænam authoritas? Cum enim historiarum loquantur monumenta, & quotidiana testetur experientia, judices variis affectibus, corruptelis & depravationibus esse obnoxios, & jam ambitione, jam gratia, vel odio, jam imprudentia, jam recti specie seduci & abduci, quis non videt forma & norma opus esse, ad quam, ut architectus in extructione domus, ad libellam & lineam; ita judex in judicando respiciat, Lipsius. *1. polit. c. 7.* Ubi verò lex dominatur, ibi nullum est odium, nullum præjudicium, nullum suffragium, nullus favor, nulla vindicta, nulla ira, nulla cupiditas & ambitio, sed certa justitiæ regula, æquitatis norma, judiciique directrix, quæ affectibus veluti compedes injicit. Hinc lex magistratus mutus, & magistratus lex loquens indigitatur; & sicut magistratus populo, ita magistratui lex præesse dicitur Cicero *lib. 3. de legib.*

Hinc quoque præstare jus municipale & statutarium habere, quàm jus Civile Romanum, nonnulli censent, & Romanas leges receptas esse, nullo nisi litium fructu, quæ ex eo nimium, quantum succreverunt, scribit Lipsius *monit. polit. l. 2. c. 10. fol. 142.* Europam, addens, vide; & mentior, nisi maxima ejus pars circa ista occupatur. Alii judicant, alii instruunt, alii agunt, & qui miserrimi sunt, eas habent, referente Besold. *de præm. pœn. & legib. c. 8. n. 2.* Jura quoque nostra Civilia taxat Guil. Budæ. *lib. 2. fol. 31.* dum de contemptu rerum fortuitarum ita scribit: Ita, quæ instituta majores nostri ingenio præstantes, quasi quasdam Civitatum compages posteris reliquerant, eorum institutorum traducibus sensim degenerantibus, eò res tandem decidit; ut ex jure & legibus, tum profanis, tum sacris & Pontificiis, uberem injuriarum legitimarum messem, avaritia sibi commenta sit, aut aucta: adeò, quicquid fœlicibus auspiciis cœptum est, id ut deterius vergat, natura ferè comparatum videmus, &c. Besold. *d. c. 8. n. 3.* Unde fœlicem deprædicat Frisiam Gröningensem Cornel. Kempius *lib. 2. de orig. Frisiæ c. 19. fol. 185.* quod jus habeat municipale tantum, & careat Civili nostro, eoque fieri censet, ut nullus ibi litigantium numerus sit, cum nempe illud nullis cavillationibus causidicorum, sub specie interpretationis pervertì possit, nec in usu habeant litigantium querulos libellos, sed ore omnia peragant præsentes; nec ideo lites, avaritia judicum & patronorum in longum protrahi posse. 20

Modum condendi statuta quod attinet, de jure nostro Civili id fieri debet congregato populo in loco publico vel curia, proponente, seu rogante Consule, seu Rectore civitatis, an talia statuta fieri velint, *§. lex est. 4. J. de jur. natur. gent. & civil.* Possunt tamen etiam per solos Decuriones fieri, exemplo Senatus Consultorum, *§. Senatus consultum est. 5. I. d. tit.* Quandoque etiam certis quibusdam de civitate universitas statutorum condendorum potestatem facere solet, veluti Romæ Decemviri leges XII. tabul. sanciverunt. Ad eundemque modum in multis Germaniæ civitatibus præter Senatores Tribuni, in aliis verò selectiores de civitate statuta condere solent, der Außschuß der Burgerschafft/ Henric. Bruning. *de var. univers. spec. conclus. 51.* 21

Nova autem statuta diem & Consulem requirere videntur, quod secus est, si statuta sint antiqua, Tiber. Decian. *tract. crim. l. 2. c. 34. n. 44. §. item requirunt diem.* Author actor. Lindaviens. *fol. 99 in med.* 22

23 Illud autem in statutorum & legum municipalium sanctione observari debet, quod 1. cuique Reipublicæ debeant esse accommodata, & statuta ad Rempublicam, non verò Respublica ad statuta accommodari debeat, Aristot. *3. polit. 7. in fin. & 4. c. 1. ad fin.* Zepper. *de legib. Mosaic. fol. 82.* Quia Respublica est ante leges, & eæ ad conservationem Reipubl. spectant, & sunt gubernationis instrumenta, Besold. *de præm. pœn. & legib. c. 7. n. 3.* Et sic ad rectam legum & statutorum sanctionem diversarum Rerumpublicarum cognitio, præsertim ejus, in qua leges feruntur, necessaria est.

24 Deinde leges & statuta eo concipi & promulgari debent sermonis genere, ut ab omnibus intelligantur, ambagibus omnibus circumcisis, indicantes liquidè, quid jubeant fieri, quid vetent, & sic clara esse debent, & perspicua, nec obscura & ambigua, & non talia, quæ Eridis pomum in Rempublicam projiciant, & quibus occasio detur, ut forenses cerberi, loculei furfures, pecuniam simplici plebeculæ, crumenimulgis fabricis eliquent, & litium strophas inextricabiles fingant, & refingant, Joh. Gerhard. *decad. 5. polit. quæst. 9.* Borell. *de magistrat. 2. c. 5.* Et sic statuta & leges debent esse simplices, breves & cuilibet notæ, Parthen. litigios. *cap. 7. n. 2.*

25 3. Imprimis autem statuta & leges æquæ esse debent, Bruning. *de var. univers. spec. concl. 53.* Quia æquitas legem efficacem, sanctam & inviolabilem præstat, Hœnon. *polit. disput. 5. concl. 61. lit. a.* Et sic impias, iniquas & injustas leges tollat magistratus, *Deuter. 7. v. 5. & cap. 12. vers. 1. seq.* exemplo Hiskiæ, Josiæ, & aliorum magistratuum piorum, *2. Regum. 23. v. 15. Esai. 10. v. 12. Daniel. 3. v. 10. Deut. 16.*

26 4. Paucæ & bonæ leges sunt ferendæ, corruptissima enim censetur Respublica, in qua plurimæ leges, Tacit. *lib. 4. annal.* Quemadmodum enim multorum signa sunt morborum medici multi, multaque pharmaca, ita ubi multæ sunt leges, multa injustitia est: Et legum multitudo litium est seminarium, in quas multo plus quævis Respublica, quàm in bellum impendit, Nicol. Vernulæ. *institut. polit. l. 3. tit. 2. quæst. 4.* ubi addit, quod legum multitudo mali Reipubl. status indicium sit, & exoptat, pro tot in Digestis legum Voluminibus, unum esse breve & perspicuum juris compendium. Et quod hodie fata aliquem animarent Julium, qui jus Civile ad certum modum redigeret, atque ex immensa diffusaque legum copia, optima quæque, & necessaria in paucissimos conferat libros, in votis habet Schönborn. *3. polit. cap. 3.* Quod Julio Cæsari propositum fuisse refert Sueton.

27 5. Debent esse possibilia, quia finis est legum & statutorum, ut ab iis, quibus feruntur, observentur, vitaque rectè & congruè instituatur, hunc autem finem consequi non possunt, nisi sint possibilia. Et statuta & leges exigunt obedientiam ab eo, cui feruntur, obedientia autem versatur circa ea, quæ in facultate obedientis posita sunt, ut docet Piccolomin. *grad. 3. philosoph. moral.* Hœnon, *polit. disput. 5. concl. 61. lit. C.* Atque ideò etiam de rebus turpibus & inhonestis, & quæ sunt contra bonos mores, statuta & leges fieri non possunt, per *l. conditiones. 14. ff. de condit. instit.* & impossibilium nulla sit obligatio, *l. impossibilium. 185. ff. de R. I.*

6. Et rationabilia, arg. *l. quod verò contra 14. l. in his. 15. l. quod non ratione. 39. ff. de legib.* cum valeant, ut lex, anima autem legis est ratio, quam etiam statuti clypeum vocat Mynsing. *consil. 1. n. 8.* Ubi tamen observandum, quod statuentium opinio pro ratione habeatur, si ipsi existiment, leges istas esse bonas, suisque moribus convenientes, Gail. *1. obs. 36. n. 15. & 2. obs. 33. n. 2.* Sufficit enim, quod statutum moribus utentium sit consentaneum, eorumque utilitatem concernat, licet alibi iniquum videatur, rarò enim leges feruntur, quæ in universum omnibus sint utiles, sed sæpe fit, ut statutum moribus utentium sit consentaneum, licet alibi iniquum foret, Gail. *d. observ. 33. n. 2.* Stam. *de servit. person l. 3. c. 8. n. 6.* 28

7. Nec non utilia & necessaria, & quidem toti corpori Reipubl. & singulis ejus membris, Althus. *polit. c. 24. fol. 319.* Hœnon. *d. concl. 61. lit. b.* 29

Condi possunt & solent statuta & jura municipalia plerumque I. præter jus commune, hoc est, de illis rebus & causis, quæ jure decisæ non sunt, *l. de quibus. 32. ff. de legib.* Schneidewin. *ad §. jus autem Civile. n. 20. I. de jur. natur. gent. & civil.* 30

II. De iis, quæ jure communi decisa sunt statuta conformia condi, & sic jura Cæsarea statutis provincialibus & Civitatum confirmari, ac in passibus dubiis declarari possunt, Schneidew. *d. l. n. 21.* Joh. Herman. Stam. *de servit. person. l. 3. c. 8. n. 2.* Quo casu etiam interpretatio statuti ita facienda, ut aliquid ultra jus commune operetur, per tradita Jason. *in l. properandum. 13. §. 6. n. 8. C. de judic.* Carpzov. *jurispr. forens. part. 3. constit. 1. definit. 1. n. 6.* 31

III. De jure naturali, vel gentium, in aliquo saltem addendo, vel derogando, non verò in totum tollendo, *§. sed & naturalia. 11. I. de jur. nat. gent. & civ.* arg. *l. jus civile. 6. ff. de just. & jur.* Schneidew. *d. l. n. 22.* 32

IV. Contra jus commune: Quamvis enim olim nec Præfectis Prætorio, & in universum nulli genti, quæ Romano suberat Imperio, contra formam juris communis statuere licuerit, *l. formam. C. de offic. præf. prætor.* Hodie tamen, postquam antiqua jurisdictionis facies mutata, & Statibus communicari cœpit, indubitatum est, quod potestas faciendi statuta, cum jurisdictione omnimoda sit connexa, & Statibus etiam contra jus commune statuendi facultas competat, arg. *l. 3. § Divus. 5. & ibi gloss.* & Dd. *ff. de sepulchr. viol. l. item eorum. 6. §. 1. ff. quod cujusque univers. nom.* Tusch. *lit. S. conclus. 439. n. 1. seq.* Gail. *1. observ. 36. n. 1. seq. & 2. observ. 124. n. 2. & de pac. publ. 1. c. 9. n. 11. & de arrest. c. 9. n. 1.* Honded. *cons. 13. num. 12. lib. 1.* Schrader. *de feud. 2. part. 9. sect. 10. n. 36.* Heig. *part. 1. quæst. 23. num. 32.* Dauth. *de testament. de hæred. institut. num. 300.* 33

Bruning

Bruning. *de var. univers. spec. conclus. 51.* Schneidewin. *d. n. 21.* Ziegler. §. *civitas. conclus. 1. n. 30.* Reinking. *de regim. secul. l. 1. class. 5. c. 6. n. 7. & l. 2. class. 2. cap. 10. num. 5.* Knichen. *de jur. territ. cap. 2. num. 363.* Stam. *de servit. pers. l. 3. cap. 8. num. 12. seq.* ubi distinguit inter leges Cæsareas cum clausula derogatoria, & simpliciter loquentes, de quo *infra num. 46.* Prout in Imperio passim fieri videmus statuta contra jus commune fieri de successionibus ab intestato, de testamentorum solemnitatibus, & contractuum formis, de jure retractus, unionis prolium, successione conjugum, fratrum, sororibus modica hæreditatis parte pro dote accepta, exclusis, &c. Cum ut *infra n. 81.* dicetur, statuta in locis illis, in quibus lata, legis vim obtineant, leges autem posteriores derogent prioribus, *l. nam posteriores. ff. de legib.* atque sic, ubi statutum & jus commune repugnant, judex non debet servare jus commune, sed statutum, Tuschus *d. concl. 439. n. 6.*

34 Unde quoque V. statuta condi possunt contra statuta vetustiora, Schrader. *ad §. jus autem. n. 13. I. de just. & jur.* Quamvis enim statuta & leges antiquæ non facilè sint mutandæ, prout dictum est *supra l. 1. cap. 15. num. 45. seq.* Cum tamen civili ratione & auctoritate nitantur, pro diversitate loci, temporis, ad subjectorum utilitatem mutari possunt. Non enim semper & ubique utile est, quod aliquando, & alicubi utile fuit, *l. unic. C. de caduc. tollend.* & juxta Comicum, hic dies aliam vitam, alios sibi mores postulat. Et quemadmodum Respublica populi ingenio accommodanda, ita & multò magis leges, quæ Reipubl. vinculum & nervi sunt. Et hujusmodi statutorum & legum mutabilitas inde maximè nascitur, quod constet res humanas maximè fluxas & fragiles esse, adeoq; tanquam Euripum quendam in perpetuo motu agitari, nec quicquam inter homines ita stabile & immutabile esse posse, quod nullam patiatur mutationem, ut inquit Imperator Justinianus in *Novel. 7. cap. 2. l. 2. §. sed quia. C. de veter. jur. enucle.* Confer.
35 *supra lib. 1. cap. 15 num. 1. seq.* Quia etiam expedit Reipublicæ, ut leges ad conditionem rerum humanarum & statum Reipubl. præsentem accommodentur, *c. non debent. X. de consanguin. & affin.* Atque hoc etiam ingeniorum & Nationum varietas deposcit: Cum enim ingenia hominum, propter religionis temperamentum non parum varient, easdem ipsis quoque ad omnia leges tribuere non est conveniens: Prout igitur hujus vel illius regionis morbi animos hominum occupant; ita legum præparanda erit medicina. Unde quoque rerum usum acerrimum juris censorem & exploratorem pronunciavit Lipsius. Quemadmodum igitur gubernatoribus, sive naucleris, sæpe mutanda est velitatio, utcunque in alto ventus est, ita & leges Rerumpublic. gubernatoribus, Plato *in dialog. de legib.* Covarruv. *in c. alma mater. relect. 2. num. 2. de sentent. excommun. in 6.* Et eos hominum tutissimè agere, qui præsentibus moribus legibusque, etiamsi deteriores sint, minimum variantes, Rempublicam administrant, sicuti apud Thucydidem *lib. 6. cap. 2.* exclamat Alcibiades. Nocet enim interdum priscus rigor, & nimia severitas, cui jam pares non sumus, Tacit. *lib. 1. histor.* Et sicut Medicis nonnunquam prior sua curandi ratio, quam animadvertunt, non satis fœliciter procedere, aliter instituenda est: ita etiam legum latoribus & Rerumpublicarum gubernatoribus. Quod enim medicamenta morbis, hoc jura exhibent negociis, ut nonnunquam à judicio discordet effectus, & quod conjectura credebat prodesse, experimento inveniatur inutile, ut ait Imperator Justinianus *in Novell. 111. in præfat.* Et potest legislatoris conjectura facilè aberrare, & spes ipsum fallere, nam sæpissimè ea, quæ subtili observatione cauta sunt, emergentium causarum turbavit varietas, inquit Imperator Justinianus *in Novell. 49. in princ.* Reichs-Abschied zu Augspurg/ *de anno 1555.* §. Wiewol nun auf vorigen. Unde quoque nulla juris 36
sanctio, quantumcunque perpenso judicio & consilio digesta, ad humanæ naturæ varietatem sufficit, ut habet *proœm. Clement. in princ. & cap. 8. in princ. de consanguin. & affinit.* Quod etiam ex ipsis Imperii Constitutionibus novissimis apparet. Ita enim in Reichs-Abschied. *de anno 1551.* §. Hierauff. constitutum est, ut clausula salutaris supplicationi adjecta hoc operetur, ut licet narrata per se idonea non sint, vi tamen salutaris clausulæ, processus decernatur: postquam verò usus & experientia edocuit, ex illa constitutione multa orta inconvenientia, ideo postea, ausser erheblichen und begründten Bewegnüssen sublata est, R. Absch. zu Speyr *de anno 1517.* §. Wiewol dann in der Visitation. Sic quoque licet in Ord. Camer. *part. 2. tit. 28.* §. Und dadurch. summa appellabilis ad 50. aureos determinata fuerit, Mynsinger. *3. observ. 89. & 4. observ. 4. & 5. observ. 83.* postea tamen justis de causis ad centum & 50 aureos extensa fuit, R. A. *de anno 1570.* §. Und als wir dann auch Gail. *1. obs. 123.* & novissimo Imperii Recessu *de anno 1654.* ad 400. Imperiales. *vid. infr. c. 33. n. 19.* Sicuti 37
etiam ipse Deus ex his, quæ in Veteri Testamento sanciverat, nonnulla in Novo mutavit, *c. non debet. X. de consanguin. & affin.* Nec his contrariatur, quod statutum & lex justa esse debeat, & fundamentum habeat in ratione naturali, *Distinct. 5. in princ.* hæc autem immutabilis, & sic quoque lex ipsa vel statutum immutabile erit. Siquidem lex & statutum ve- 38
tus, eo tempore, quo promulgatum fuit, justum visum, & fuerit, evenire tamen posse, ut temporis, status & Reipubl. ipsius mutatione, diversum justum fit, quo casu tantum abest, ut Leges & statuta mutare malum sit, ut potius malum sit, nisi mutentur, Augustin. *epist. 5. & de liber. arbitr. cap. 6. lib. 3.* & ideò justitia non est varia, & lex quæ in ea radicatur, sed potius ipsa tempora, & mores hominum, quibus lex præest, non pariter eunt, ex Augustin. *lib. 3. de confess. cap. 7.* Cothman. *ad tit. C. de legib. numer. 113.* & æqualis in utroque est æquitas, vel antiquare, quæ prava sunt,

vel promulgare, quæ justa sunt, ex Martian. *in Novell. sua titul. 5.* Rittershus. *in comment. ad Novell. Justiniani in proœm. c. 3. n. 12.*

39 VI. Statuta quoque condi possunt, quoad delicta & pœnas capitales, *per c. de causis. vers. illis etiam. & ibi* Dec. *X. de offic. de legat. l. hodie. ff. de pœn. l. 1. §. expilatores. ff. de effract.* eaque statuta ab iis, qui jura fiscalia habent, lata in pœnalibus, sive excedant, sive minuant pœnas juris communis, præcisè servanda esse, docent Bart. *in l. 1. ff. de bon. damnat.* Peregrin. *de jur. fisc. l. 5. tit. 1. num. 20.* Stam. *de servit. person. l. 3. c. 8. num. 24. seq.* Modò pœnæ istæ jure Divino non sint delictis impositæ, quas humanam ordinationem tollere non posse, constat ex traditis

40 *infra cap. 27. num. 19.* Atque inde etiam statuta & consuetudines, pecuniaria tantum pœna homicidia indistinctè punientes, tanquam iniquas & impias omninò rejiciendas esse, statuunt Molina *de justit. & jur. tom. 4. disputat. 22.* Covarruv. *libr. 2. variar. resol. cap. 9. num. 2.* Nemo enim homicidium pertimescit, quod nummis redimere se posse existimat, *c. pauper. caus. 11. quæst. 1.* Indeque talia statuta causam esse, cur difficile sit dicere, frequentiores illis in locis an sint hominum cædes, an nativitates, inquit Heigius *part. 2. quæst. 22. num. 57.* & tales consuetudines & statuta extitisse apud populos Septentrionales, Danos, Suecos, Polonos, Frisios, Holsatos, referunt Heig. *d. l. n. 43.* Bodin. *de republ. l. 6 cap. 6. fol. 767.* Covarruv. *d. cap. 9. num. 2.* Quod ipsi vocabant, einen todten Halß lösen/ Carpzov. *de Leg. Reg. German. cap. 9. sect. 11.*

41 *num. 23.* Nec talia statuta ex eo defensionem merentur, si offensæ parti satisfactum fuerit, per tradita Carpzov. *tract. crimin. part. 3. quæst. 148. n. 11. seq.* Ex quo etiam laudatissimus Poloniæ Rex Stephanus, barbarum & impium morem, quo Nobiles cædem perpetrantes, se impunitate gaudere, & facinus certa & exili pecuniæ summa occisi corpori imposita, redimere posse contendebant, prudenter & justè sustulit, ac homicidas dolosos, sine personarum respectu, plectere jussit, hac addita ratione: illam legem divinam esse, qua sanguis ejus, qui humanum sanguinem fudit, rursum fundi jubetur, longeque vetustiorem illa, quam allegabant, consuetudinaria, Valentin. Winther. *in parthen. litigios. l. 1. cap. 3. num. 11.* Et sic quoque Statutum non valere Studiosis homicidii pœnam capitalem remittens, tradit Carpzov. *part. 4. constitut. 9. definit. 5. & 6.*

42 VII. Possunt quoque statuta condi, de causis matrimonialibus, de successionibus, de testamentis ordinandis, & de testium numero diminuendo, Bruning. *de var. univers. spec. conclus. 57. lit. b.*

43 VIII. Sicuti etiam de frumento, auro & argento, aliisque rebus extra civitatem (& territorium non evehendis, vel exportandis, uti & de rebus, quæ venales in foro exponuntur, de quo vide *infra l. 5. c. 21. n. 22. & cap. 22. num. 31. & seq.*

44 Non verò Statuta condi possunt I. contra juris Divini dispositionem, *c. Ecclesia S. Maria. 10. X. de constitut. c. sunt quidam. 6. caus. 25. quæstion. 1.* Schneidewin. §. *jus autem. num. 23. l. de jur. natural. gent. & civ. & ibi* Schrader. *num. 10.*

45 II. Contra jus naturale & gentium, illud in totum tollendo, *supra n. 32.*

III. Contra bonos mores, & quæ ad delinquendum invitant, Schrader. *ad §. jus autem. n. 14. & 15. J. de jur. nat. gent. & civil.*

46 IV. Nec statuta valent contra publicas Imperii sanctiones, & Ordinum Recessus, die Reichs-Abschied/ *l. deprecatio. 9. ff. ad L. Rhod. de jact. l. fin. ff. de colleg. & corpor.* Schrader. *de feud. part. 10. sect. 20. n. 140.* Dn. Nicol. Myler. *dissertat. de Statib. Imper. concl. 44. n. 4.* Ziegler. §. *Civitas. concl. 1. num. 32.* Cum Imperatoris speciali sanctione posteriori, juri statutario derogari possit, si id fiat in Comitiis, Bes. *de pact. familiar. illustr. c. 2. fol. 34.* Unde quoque Camera Imperialis nuper Statibus injunxit, leges monetarias abrogare, daß Sie Müntz- oder Zahl-Ordnungen/ so Sie wegen deß leichten Gelds gemachet/ cassiren/ Besold. *thes. pract. verb.* Land- und Statt-Recht. Sed animadvertendum hic est, an leges Cæsareæ simpliciter, an verò cum clausula derogatoria latæ sint, ita, ut si Leges istæ simpliciter & absque clausula derogatoria super negotiis & actibus indifferentibus latæ, à quolibet Imperii Statu, si peccati nihil nutriatur, licitè tolli, & jura provincialia contraria rectè substitui possint, per allegata *supra num. 33.* Secus est, quoad leges Imperii cum clausula derogatoria & annullatoria latas, quæ contrario statuto tolli nequeunt, Stam. *de servit. pers. l. 3. c. 8. n. 14. seq. & 17.*

47 V. Contra reservata Cæsarea in signum supremæ eminentiæ, Schneidewin. *ad §. jus autem num. 21. & ibi* Schrader. *n. 16. l. de jur. natur. gent.*

48 VI. Contra publicam utilitatem, Christinæ. *ad statut. Mechlin. part. 4.* Schrad. *d. num. 16.* Klock. *1. cons. 10. num. 844.* Cacheran. *decis. 17. num. 9.*

49 VII. In præjudicium & contra jura & statuta superioris, Klock. *1. consil. 20. num. 145. seq.* Quia regulare est, quod inferior contra legem, vel statutum superioris, nullam legem vel statutum condere possit, *c. cum inferior. X. de major. & obed. l. 3. in princ. ff. de alien. mut. judic. caus. l. minor magistratus. ff. de minorib. l. ille à quo. §. intempestivum. ff. ad SCt. Trebell.* Tusch. *lit. T. concl. 19.* Afflict. *in constit. Regn. in prælud. l. 98. num. 5.* Klock. *d. n. 145. seq.* Ziegler. §. *civitas. conclus. 1. num. 33. seq.* Et quod inferior non possit constituere, per quod superioris factum lædatur, consuluit Hippol. Riminald. *cons. 3. n. 67. seq.* ac statuta inferiorum non ligare jurisdictionem superioris, tradit Bruning. *consil. 20.* & statuentes non posse derogare legi superioris, scribit Alciat. *consil. 39. n. 9. l. 5.*

50 VIII. In odium particularium personarum ejusdem Civitatis, Rol. à Valle *cons. 99. n. 12. seq. vol. 2.* Camil. Borell. *cons. 9. n. 6.* Klock. *1. cons. 48. n. 18.*

51 IX. Contra jus tertio quæsitum & radicatum, Schrader. *d. §. jus autem num. 17. I. de jur. natur.*

natur. gent. Klock. *1. conf. 29. num. 994. & consil. 48. n. 58.*

X. Contra Ecclesiam, Ecclesiasticam libertatem, personas Ecclesiasticas, & loca pia, *auth. statuimus. C. de Episc. & cleric. auth. Cassa. C.*
52 *de SS. Eccles.* de quo vide latè Tusch. *pract. concl. lit. S. conclus. 581. seq. & conclus. 589.* Maranta *disp. 8.* Gail. *2. observ. 32.* Unde, an validum sit statutum, quo prohibetur, alienari bona immobilia in personas Ecclesiasticas, non sine ratio-
53 ne dubitatur? Cum enim Clerici & personæ Ecclesiasticæ non tantùm quoad bona Ecclesiastica, sed etiam patrimonialia, à collectis immunes esse perhibeantur, per tradita latè Klock. *de contrib. cap. 12. n. 62. seq.* eoque ipso omnia ferè onera in seculares transferantur, prudentiores passim prædia & res immobiles in Ecclesiasticos, aut planè non, aut sine magistratus loci consensu, & cum jure retractus alienare prohibent, ne forte inexplebili adquirendi studio universitas, vel saltem maxima bonorum pars ad eos confluat, gravissimo civium detrimento, ad quos tributorum atque indictionum publicarum moles bello & pace recidit, & quibus exhaustis, Respublica collectarum subsidio caret, Bodin. *de republ. lib. 5. cap. 2.* Annæ. Robert. *2. rerum judic. 2.* Klock. *d. cap. 12. n. 89.* Reinking. *de regim. secular. lib. 3. class. 1. cap. 8. n. 7. seq.* Quamvis autem hujusmodi statuta, tanquam Clericorum libertati & favori contraria, improbent, per *c. 1. & c. fin. de immun. Eccles. in 6. c. qui in Ecclesiarum. 7. c. Ecclesia sancta. 10. X. de constitut.* Paris. *conf. 26. n. 6. vol. 1.* Jason. *in l. filiusfamil. 114. §. Divi. n. 82. ff. de legat. 1.* Schurff. *conf. 69. n. 26. cent. 1.* Petra *de potest. Princ. c. 4. part. de valid. Statut. 2. n. 3. seq.* ubi *n. 25.* aliquot limitationes addit. Valida tamen eadem esse pluribus demonstrant Signorol. de Homodæ. *conf. 21. n. 18. seq.* Muscul. *de success. convent. n. 119.* Arumæ. *de jur. publ. vol. 2. disc. 2.* Casp. Klock. *de contribut. cap. 12. n. 89. seq.* Bruning. *de var. uni-*
54 *vers. spec. conclus. 55.* Et talia statuta in Germania vigere, testatur Gail. *2. obs. 32. n. 5.* ac plerisque in civitatibus cautum esse, ut quæ prædia Ecclesiasticis dono data fuerint, ea vendere cogantur, refert Bodin. *de republ. lib. 5. cap. 2.* Et Statutū Juliacense, quod subjectos vetat bona sua immobilia Ecclesiasticis obligare, in Camera Imperiali 3. Octobris Anno 1560. approbatum esse refert Klock. *d. n. 89. vers. similiter.* ac Venetorum lex est, de non alienandis bonis in Ecclesiasticos sine licentia superioris, Arumæ. *d. disc. 2. per tot.* Reinking. *de regim. secul. lib. 3. class. 1. cap. 8. n. 7. seq.* Idemque velle Statuta seu Concordata civitatis Coloniensis, *art. 7. & 94.* testis est Besoldus *consil. 278. n. 34.* ubi etiam *num. 38.* refert. Carolum IV. Imperatorem singulari privilegio, Reipubl. Francofurtensi cavisse: Daß die Geistlichen / was ihnen von Weltlichen verschafft worden / in Jahrs-Frist an einen Burger zu verkauffen / schuldig seyn sollen. Tale quoque privilegium civitati nostræ Eßlingensi cōcessit Imperator, de quo *infra lib. 3. cap. 13. n. 61.*
55 Sicuti etiam Levitæ in terra sancta prædia non possederunt, *Numer. 18. v. 20. Deuteron. 10. vers. 9. & cap. 18. vers. 2.* & ipse Christus Apostolis suis auri & argenti possessionem ademit. *Matth. 10. v. 9.* Et Ecclesiarum reditus eleemosynæ vocantur, *c. quia sacerdotes. caus. 10. quæst. 2. c. quia juxta. caus. 16. quæstion. 1.* Hinc etiam Sacri Romani Imperii Principes & proceres laici in Comitiis Norimbergicis *anno 1522.* inter Gravamina sua adversus sedem Romanam & to- 56
tum ordinem Ecclesiasticum retulerunt quod Ecclesiastici res suas in laicos alienare prohibeant, è contra Laicorum bona ad Ecclesiasticos perveniant, eoque nomine luitionem petierunt, sicuti videre licet apud Goldast. *in statut. & rescript. Imper. fol. 36. seq. artic. 28.*

Idem quoque est, quoad Statutum, ne bona 57
imobilia in extraneos & forenses alienentur, cujus validitas in publica ratione consistit, ut scilicet hac ratione bona apud subditos sub jurisdictione statuentium & in libro censuali remaneant, & possidentes immobilia ad subeundum onera & collectas facilius cogi possint, sicuti nominatim comprobant, Dd. *per. l. unic. C. non licer. habit. metrop.* Surd. *conf. 276. n. 8. & 9.* Gail. *2. obs. 19. n. 2.* Tib. Decian. *conf. 33. n. 1. vol. 1.* Simon de Præt. *consil. 85. num. 37. vol. 1.* Honded. *conf. 13. n. 1. vol. 2.* Peregrin. *conf. 83. num. 31.* Klock. *1. consil. 28. n. 431. & consil. 50. n. 113.* Richter. *decis. 78. n. 83. seq.* Sunt quoque Civitates nonnullæ Imperiales, speciali Imperatorum privilegio munitæ, ne bona civitatis & civium in Clericos alienentur, veluti de Eslinga dicetur *infra lib. 3. cap. 13.*

XI. Invalida quoque sunt Statuta, quæ ap- 58
pellationem prohibent, cum de jure superioris disponere videantur, prout docent per Ordin. Camer. *part. 2. tit. 28. §.* Und dieweil. Mynsing. *1. obs. 14.* Gail. *1. observ. 135. n. 11.* Meichsner. *lib. 3. decis. 28.* Alex. Raudens. *Pisan. decis. 13. n. 147. in fin.* Rol. à Valle *conf. 29. n. 3. vol. 1.* Natta *conf. 636. n. 3.* Surd. *conf. 2. n. 29.* Cravet. *de antiq. temp. part. 1. §. viso. n. 30.* Petra *de jur. quæsit. per Princ. non toll. cap. 6. n. 88.* Knichen. *de Saxon. non prov. verb. jus. cap. 2. §. secundo. fol. 237.* Molinæ. *Paris. consuet. tit. 1. §. 1. gloss. 5. n. 52.* Klock. *1. conf. 14. n. 14. & conf. 50. n. 97.* Bruning. *de var. univers. spec. conclus. 56.* Nisi conditum sit statutum à superiorem non recognoscente, secundum Magon. *Lucens. decis. 15. n. 10. seq.* Klock. *d. conf. 50. n. 98.* Licet diversa sit ratio illorum Statutorum, quibus in Civitatibus nonnullis Imperialibus appellationes non admittuntur, nisi certa quædam solemnia præcesserint, veluti certæ pecuniæ depositio, & juramentum calumniæ de appellatione non calumniosa, Gail. *1. observ. 24.* Myns. *1. obs. 6.* Georg Gumpeltzhaim. *apud* Arumæ. *tom. 2. discurs. de civitat. 9. concl. 130.* Aliâs enim statutum, ne ad Cameram appelletur, in Camera non attenditur, sed appellationes nihilominus recipiuntur, teste Gail. *1. obs. 135. n. 12.* Myns. *1. observ. 14.* Roding. *de jur. Camer. lib. 1. tit. 23. n. 2.*

XII. Nec valent statuta in causis feudalibus, 59
si vel Dominus, vel subditi feudales iisdem graventur, Tusch. *pract. concl. lit. B. concl. 28. n. 3. seq. & lit. S. concl. 42. n. 26.*

XIII. Sicuti nec de illis causis & negotiis, de 60
quibus jure Civili ita dispositum est, ut in con-

contrarium nihil disponi vel statui possit, Shneidewin. *ad §. jus autem. n. 21. l. de jur. natur. gent. & civ.*

61 XIV. Cujusmodi statutum est, ut res furtivæ apud furem repertæ in commissum cadant, earumque proprietate Dominus privetur, eique non restituantur, nisi refuso pretio, quod improbatur, per R. A. zu Augsp. *de anno 1559. §.* Und nach dem. P. H. O. *art. 207. seq.* Ziegler. *§. civitas. limit. concl. 1. n. 14. seq.* Coler. *decis. 146. n. 4. & 5.* Knichen. *verb. Ducum. cap. 5. n. 149.* Christoph. Philip. Richter. *decis. 96. n. 40. & 164. seq.* Berlich. *part 5. concl 45. n. 30 seq.* Herman. Lather *de cens. lib. 2. cap. 10. n. 16. seq.* Bened. Carpzov *pract. crim. quæst. 80. n. 10. seq.* Et quod statuta & privilegia Judæis concessa, quod non teneantur ad rei furtivæ restitutionem, nisi pretio refuso, non valeant, docent Virgil. Pingitzer. *quæst. 49. n. 19.* Richter. *decis. 96. n. 104. seq.*

62 XV. Idem est, quoad statutum, ut bona naufragium passorum rapere liceat, cujusmodi consuetudinem in Gallia vigere refert Bodin. *de republ. l. 1. cap. ult.* Cum enim Legatus Cæsaris coram Henrico II. Francorum Rege *anno 1556.* questus esset, duas naves ad littus ejectas, & à Jordane Ursino captas esse, easque restitui postularet, Annas Mommorantius Equitum Magister respondit, ea, quæ ad littus essent ejecta, gentium omnium jure ad Principes, qui littoribus imperarent, pertinere. Eodemq; modo propter pravæ istius consuetudinis diuturnitatem & antiquitatem, ne Andreas quidem Doria quæstus est, de navibus in littus Celticum ejectis, & à Præfecto classis Galliæ direptis, Bodin. *d. l.* Eandemq; consuetudinem apud Anglos & Hispanos communem esse, refert Bruning. *de var univers. spec, concl. 53.* Verùm talia statuta & consuetudines, tanquã crudelitatis & impietatis plenissimas, improbarunt, & ex omni Germania ejecerunt. Imperatores Fridericus per *auth. navigia. C. de furt.* Carolus V. P. H. O. *art. 218.* Bruning. *d. concl 53.* vide Lather. *de cens cap. 11. seq. & per tot.* Et hoc nomine mandata sine clausula in Camera Imperiali decreta esse in causa Civitatis Hamburgensis contra Duces Holsatiæ, testatur Gail. *1. obs 18 n. 6.*

63 XVI. Ita etiam statutum & consuetudo, ut peregrinis (non hostibus) ab intestato decedentibus, proximiores hæredes non succedant, tanquam cum natura pugnans, *l. fin. C. quor. bonor.* abrogatur, *in auth. omnes peregrini. C. commun. de success.* Quæ tamen in Gallia observatur, ubi Rex albinagii, bona peregrinorum occupat, Dion. Gothofr. *ad auth. omnes.* Becht. *de securit. & salv cond. conclus. 15.* Rebuff. *in tract. de privileg. univ. privil. 127.* A quo non longè abesse videtur statutum Civitatis Friburgensis, quo forensi imobilia ex causa hæreditatis delata, possidere non licet, sed illicò vendere tenetur, quod iniquum esse, & in Civitatis illius decuriones alibi bona hæreditaria possidere volentes, retorqueri posse, censet Zas. *ad l. hoc edictum. n. 7. quib. quisq. jur.* Joh. Herm. Stam *de*

65 *serv. pers. l. 3. cap. 8. n. 6.* Sic quoque, quod liberi patrem rusticum & ignobilem, matrem verò nobilem habentes, patris, non matris conditionem & familiam sequi debeant, non ullo statuto, vel consuetudine aut privilegio in contrarium, sancitum est in *l. exemplo. 36. ff. de decurion. l. jus familiæ. 8. C. de religios. & sumpt. fin.* Sichard. *in l. ad partum 7. n. 2. C. de re judic.* Ita quoque 66

perversa consuetudo injuriandi Scholares damnatur, in *auth. habita. C. ne filius pro patr.* Alios casus, in quibus leges cum clausulis derogatoriis latæ sint, vide *in c. certum. x. de juram. calum. c. quamquam. de usur. in 6.*

XVII. Invalida quoque sunt statuta irrationabilia, per dicta *supra n. 28* & similia opificum monopolium sapientia, de quibus *infra lib. 5. cap. 2. n. 39. & seqq.* 67

Effectus statutorum est, I quod iisdem obligantur omnes statuentium subditi, arg. *l. omnes populi. 9. ff. de just. & jur.* adeò, ut etiam ipsi statuentes iisdem obligentur, Zasius *ad l. hoc edictum. n. 9. ff. quod quisque jur. in alt.* Oldendorp. *class. 1. act. 1.* Treutl. *vol. 1. disp 1. concl. 10. lit. c. & ibi* Hunnius *in resol.* Carpzov. *jurispr. part. 3. const. 12. defin. 17. n. 1.* & judices Civitatis, non cives, sed superioris locum tenentes, Carpzov. *jurisprud. forens. part. 3. constit 12. defin. 17. per tot.* Sicuti & incolæ, Gail. *2. observ. 35.* Non vero iisdem obligantur advenæ, sive forenses & extranei, *l. 1. ff. de tutor. & curat.* Roman. *cons. 92 n. 5.* Decian *cons. 44. n. 144. vol. 4.* Richter. *decis. 3 n. 5.* Carpzov. *jurispr. forens. part. 2. constit. 14. defin. 53. n. 3. seq.* sicuti etiam statuta forensibus non prosunt, ita iisdem nec obesse debent, Cravet. *cons. 957. n. 19.* Natta *cons. 46. n. 5.* Rol. à Valle *cons. 79. n. 35. vol. 1* Ant. Tessaur. *Pedem. decis. 106. n. 5.* Matth. Coler. *de process. exec. part. 1. cap 3. n. 185.* Carpzov. *consil. 48. n. 6. & 20. seq.* nisi ex contractu, vel delicto, *l. 1. §. fin. ff. de ventr. inspic. l. si servus 50. §. fin. ff. de legat. 1. l qua in provincia. C. ubi de crim.* vel si testamentum faciant, tum enim ratione solemnitatum statuto loci tenentur, *l. 2. C. testam. quemad. aper.* vel si in loco statuti litigent ratione processus, arg. *d. auth. qua in provincia. C. ubi de crim. l. 3. in fin. ff. de testib.* Reinking. *de regim. secul. lib. 2. class. 2 cap. 10. n. 13* Et aliàs quoque ratione solemnitatum & quoad perfectionem actus celebrati, tam inter vivos, quam in ultimis voluntatibus, inspiciendum statutum loci, in quo actus celebratus est, *l. si fundus. 6 ff. de evict. l. semper in stipulationibus. 34. ff. de R. I. l. 1. C. de emancip. liber. l. 2. C. de testam. quemad aper. l. si non. 9. & ibi* Sichard. *C. de testament.* Gail. *2. obs. 123. n. 2* Mascard. *de interpret statut. concl. 7. n. 27* Reinking. *d. cap. 10. n. 9. seq* Sicuti etiam in his, quæ litis respiciunt decisionem, condemnationem & executionem super naturam contractus, non loci, in quo agitur, sed statutum, in quo actus & contractus celebratus est & firmitatem accepit, attenditur, *l. si fundus ff. de evict.* Jason. *ad l. 1. C de summ. Trinit.* Reinking. *d. l. n 14.* 68 69

Statutum quoq; quoad bona immobilia, & quæ immobilium loco habentur, in territorio statuentium sita, res ipsas afficit, & ratione illorum ligat etiam non subditos & forenses, *l. rescripto in fin. ff. de muner. & honor. l. an in totum, C. de ædific. privat.* Tiraquel *de primogen. quæst. 46. seq.* Cothman. *respons. 21. n. 124. seq.* Carpzov *jurispr.* 70

rispr. forens. part. 3. const. 12. defin. 12. Reinking. d.
cap. 10. n. 18. sive statutum in rem, sive in perso-
nam loquatur, Alex. consil. 19. n. 7. & cons. 111. vol.
6. Klock. cons. 28. n. 434. seq. Carpzov. d. defin. 12.
n. 6. Quoad bona verò mobilia attenditur sta-
tutum loci, in quo persona habitat, ubicunque
bona sita sint, sive intra, sive extra territorium,
quia mobilia respiciunt personam, & perinde
habentur, ac si in loco, ubi persona habitat, si-
ta essent, Gail. observ. 124. n. 18. Reinking. d. cap. 10.
num. 19.
71 II. Effectus statutorum est, quod habent vim
legis, l. de quibus. & ibi Dd. ff. de legib. l. omnes po-
puli. 9. ff. de just. & jur. & consuetudinis, Tusch.
72 lit. S. conclus. 435. Quia quoad effectum paria sunt
consuetudo & statuta, c. Massana. 56. x. de elect.
Alex. cons. 190. n. 10. lib. 2. Cravet cons. 215. n. 3.
Wesembec. cons. 1. n. 56. nihilque differunt, nisi
tacitum & expressum, Petr. Salazar. de usu &
consuet. cap. 7. n. 29. Hartm. Pistor. 2. quaest. 41. n. 18.
seq. Habent etiam vim pacti, l. neque pignus. l. nec
73 ex Praetorio. ff. de R. I. Tusch. d. concl. 438. & pacto
aequiparantur, Bald. cons. 460. n. 2. lib. 1. Fulgos.
74 consil. 203. in princ. Tusch. d. l. Unde quoque sta-
tuta in foro conscientiae obligare & servanda
esse, dicit gloss. in c. quae in Ecclesiarum. x. de consti-
tut. Jason. in auth. Sacramenta puberum. C. si ad-
75 vers. vendit. Besold. in praecognit. polit. cap. 5. n. 9. Et
judex secundum eadem judicare tenetur, aliàs
litem suam facit, c. venientes. x. de jurejur. c. 3. x. de
eo, qui in possess. l. an in totum. C. de aedific. privat. l. 1.
l. praeses. C. de servit. & aqu. auth. jubemus. & ibi
gloss. n. 2. & Salicet. n. 1. C. de judic. Hier. Magon.
Lucens. decis. 6. n. 26. seq. Gail. 1. obs. 36. n. 12. &
76 ibi Graeven. Adeò, ut etiam Camera Imperia-
lis, quae summi Principis summum Consistori-
um est, secundum Leges & statuta provincia-
lia & municipalia pronunciare, ejusq; Asses-
sores jurare teneantur, quod secundum Impe-
rii Constitutiones, jus commune, & laudabiles
locorum consuetudines & statuta judicare ve-
lint. Ord. Camer. part. 1. tit. 57. ibi: Und nach red-
lichen erbarn und Ländischen Ordnungen / Statuten
und Gewohnheiten der Fürstenthumben / Herrschaff-
ten und Gericht / die vor sie bracht werden. Gail. d.
observ. 36. num. 14. seq. Knichen. de jur. ter-
rit. cap. 1. n. 180. Reinking. de regim. secul. lib. 1. class.
77 5. cap. 6. num. 8. Mynsing. resp. 9. num. 19. cent 1.
Graeven. 1. obs. 36. n. 15. Ita enim juris est & mo-
ris, ut judex superior, secundum statuta judicis
inferioris judicare obstrictus sit, Guid. Pap de
appellat quaest. 52. Rauchbar. part. 1. quaest. 1. n. 27.
Heig. part. 1. quaest. 1. num. 27. quaest. 4.
78 n. 40 & ita statuta superioris non esse servanda
in civitate inferiori, quae propria statuta ha-
bet, respondit Castrens. cons 39. n. 2. part. 2. Nevi-
zan. cons. 57. & 6. & 7. Bursat. cons. 189. & 37. & 41.
Klock 1. cons. 20. n 120. & ad statuta loci supe-
rioris & dominantis tum curritur, quando nō
extant statuta loci particularia, docent Nevi-
zan. d. cons. 58. Roman. cons. 218. n. 4. Cuman. cons.
144. in fin. Honded. consil. 13. n. 11. & n. 58. vol. 1.
Pacian. consil. 70. n. 25. seq. Decian. cons. 32. n 17.
lib. 2. & tract. crim. lib. 2. cap. 33. n. 9. Andr. Fa-
chin. cons. 100. n. 1. lib. 1. Cavalcan. decis. 30. num. 8.
part. 1. Alder. Mascard. de statut. interpret. concl. 2.
n. 186. Joseph. Ludov. commun. concl. 55. Klock.
d. cons. 20. n. 121 Unde quoque statuta in loco sta-
tuentium praevalent juri communi, Amat.
March. decis 85. n. 12. Franc. Pfeil. cons. 107. num.
4. Vultei. 4. Marpurg. cons. 43. n. 9. Et cujuslibet
loci statuta peculiaria jus commune & gene-
ralem provinciae consuetudinem tollere so-
lent, §. jus autem civile. 4. J. de jur. nat. gent. & civ.
l. an in totum. 3. C. de aedific. priv. l. 1. C. de emancip.
lib. Carpzov. jurisprud. forens. part. 2. constit. 14.
defin. 25. n. 5.

Haec autem procedunt, si statutum fuerit 79
publicatum, nam ante publicationem nullas
habet vires, l. jubemus. C. de defensor. civit. Bald.
cons. 382. lib. 2. gloss. & Dd. in c. 2. X. de constitut.
Tusch. lit. S. conclus. 4 3. Besold. cons. 278. n. 66.
& 67. Carpzov. lib. 1. respons. jur. Elect. 48. & decis.
3. n. 8. Sicuti etiam illud, quod nunquam usu 80
receptum, moribusque utentium non appro-
batum, non obligat, gloss. in c. 1. de tranq. & pac.
Alex. cons. 6. vol. 1 Carpan. ad statut. Mediolan.
in praelud. n. 502. ad statutorum enim validita-
tem requiritur, ut moribus & usu Civium re-
cipiantur Alex. d. cons. 6. n. 2. Paris. de Put. de
Syndic. verb. statutum. in princ. & pro regula tra-
ditur, statuta, quae moribus Civium non sunt
observata, nullas vires habere, nec quempiam
obligare, Rol. à Valle de lucr. dot. quaest. 99. Jason.
in l. si filius. 7. n. 22. ff. de liber. & posthum. Schrader.
de feud. part. 10. sect. 20. n. 151. In dubio autem sta- 81
tuta ex eo tempore, quo condita, promulgata
& publicata fuerunt, usu moribusque civium
recepta & approbata praesumuntur, ita ut de
ulla eorum observantia docere non sit neces-
se, sed is, qui contrarium asserit, probare id te-
neatur, Jacob. Schultes part. 2. pract. quaest. 69.
Carpzov. decis 3. n. 4. seqq. Auctor. actor. Lindavi-
ens. fol. 99. §. Darwider nun. ubi etiam addit,
quod statuta Civitatum Imperialium probent
non solum inter subditos, sed omnes alios,
Meichsner. decis. 6. n. 15. tom. 3.

Neque etiam statutum novum ad lites prae- 82
teritas, vel indecisas pendentes extenditur, l.
leges & constitutiones. 7. C. de legib. l. ab Anastasio.
23. § 3. C. mandat. l. jubemus. §. fin. C. de testament.
Novel. 73. cap. 9. Novel. 15. cap. 1. c. 2. X. de constitut.
Gail. 2. obs. 9. n. 3. nisi nominatim & expressè
de praeteritis quoque negociis vel delictis di-
sponat, d. l. leges. 7. C de legib. juncta. l. 21 in fin. & l.
seq. §. 1. C. de SS. Eccles. Besold. delibat. part. 1. de
lib. 14. fol. 103.

Ad effectum quoque III. statutorum perti- 83
net, quod post publicationem valeant, etiam
absque confirmatione superioris, per l. omnes
populi. 9. & ibi Bart. ff. de justit. & jur. §. jus autem
Civile. vers. nam quod quisque. l. de jur. nat. gent. &
civ. l. Antiochiensium. 37 ff. de privil. cred c. 1. de con-
stit. in 6. c. venientes. 19. X. de jurejur. Coler. de pro-
cess. exec. part. 1. cap. 3. n. 12. seq. Schrad. de feud. 2.
part. 9 sect. 10. n. 36. & 37 Petra de potest. princ. cap. 2.
n. 62. & 65. Ziegler. §. Civitas. concl. 1. n. 29. Vul-
tei. 4. Marp. cons. 54. n. 25. Heig. part. 1. quaest. 23.
n. 31. seq. Stam. de servit. person. lib. 3. cap. 8. n 2. Bo-
cer. de regal. cap. 2. n. 65. Bess. de pact. famil. illustr.
cap 3. fol. 33. in fin seq. Reinking. de regim. sec. lib. 2.
class. 2. cap. 10. n. 5. Sive jura ista super commo-
diore

diore administratione rerum istius loci facta, *l. per iniquum. fin. C. de jurisd.* sive etiam decisiones litium & causarum concernant, Bologner. *in d. l. omnes populi. 9. n. 74. seq. ff. de justit. & jur.* Coler. *d. cap. 3. n. 13.* Cum jus etiam consuetudinarium, & ex tacito populi consensu conflatum, superioris confirmatione non indigeat, per *l. de quibus. 32. ff. de legib.* Bart. *in d. l. omnes populi. n 9. ff. de justit. & jur.* & jus non scriptum inducatur non tantum sine consensu, sed etiam sine scientia superiorum, qui consuetudines cujusque loci ignorare intelliguntur, *c. 1. de constit. in 6.* & sic multo minus requiri debet cõsensus superioris in statuto, quod ex Civium consensu expresso constat, *l. expressa. 195. ff. de R I. d. l. de quib. 32. nam cum ipsa. ff. de legib.* maximè, quia legis statutariæ condendæ potestas de jure omni populo jurisdictionem habenti concessa est, frustra autem precibus impetratur, quod de jure communi concessum est, *l. unic. C. de thesaur.* Idque in specie quoad collegiorum licitorum statuta, quod confirmatione non indigeant, docet Schneidewin. *§. jus autem. n. 15. I. de jur. natur. gent.* & de civitatibus municipalibus Heig. *d. quæst. 23. n. 30. seq.*

84 Quæ licet de jure vera sint, consultius tamen esse Principis sive superioris adhibere confirmationem, docent Bart. *in l. omnes. 9. n. 4. seq. ff. de justit. & jur.* Coler. *de process. 1. cap. 3. n. 12. seq.* Heig *part. 1. quæst. 23. n. 33.* Ziegler. *§. Civitas. conclus. 1. n. 35.* Losæ. *de jur. univers. part. 3. cap. 15. n. 29.* Vultei. *4. Marpurg. consil. 54. n. 26. seq.* Atque ita etiam observari videmus, quod plerumq; Civitates, aliique magistratus inferiores, consuetudines & statuta Principi & superiori offerre, & si quid durius aut levius constitutum sit, illi corrigendum permittere, tumq; eorum confirmationem perpetuam petere soleant, Heig. *d. quæst. 23. n. 33.* Idque de collegiorum licitorum Statutis, daß die Innungen und Zünfften von den Ober-Herrn confirmiret werden / testatur Schneidewin. *§. jus autem. n. 15. I. de jur. nat. gent. & civil.* Wehner. *pract. observ. verb.* Zunfft-Richter. *decis. 3. n. 4. & decis. 80. n. 44.* Carpzov. *lib.*

85 *1. respons. 48. n. 11. seq.* Et hujusmodi confirmationes, maximè Cæsaris in statutis Ordinum Imperii ideo utiles, & non negligendæ censentur, cum statuta & consuetudines non statim ab omnibus judicibus pro lege recipiantur, sed sæpè acri judicio examinentur, an ratione nitantur, vel non, & sic Judicis arbitrio relinquatur, utrum tanquam rationabiles admittendæ, an verò ut irrationabiles reprobandæ sint, ut concludit, Panormit. *in c. cum tant. §. ultimo. gloss. sed hac theorica. X. de consuet.* Menoch. *arbitr. jud. lib. 2. cas. 82.* Si verò interveniat Cæsaris confirmatio, omnes ejusmodi disputationes & dubitationes præciduntur, teste Besio *de pact. famil. illustr. cap. 3. fol. 38. seq.* omnesq; defectus supplentur, habent hujusmodi confirmata statuta vim decreti, sententiæ & instillationis, *l. adoptionem. ff. de adoption. l. 3. C. de donat. inter vir. c. 2. & 3. X. de transact.* & quidem talem & tantam vim, ut neque per ipsum, neque per ipsius successores revocari possint, Vultei. *4. Marp. consil. 54. n. 26. seq. & ibi alleg.* Unde quoq; ad essentiam statuti obligatorii requiri superioris confirmationem & publicationem, tradit Carpzov. *lib. 1. resp. jur. Elect. 48. & decis. 3. n. 8.*

Sed anne ad statuti & legis essentiam scriptura requiratur, non caret dubio? Et licet hoc quoad leges requirat Niell. *disp. feudal. 1. concl. 2. in not. lit. a.* Ex eo, quod lex à legendo dicatur; Verum cum à notatione nominis ad rei essentiam non statim inferatur, cum & homo dicatur ab humo, nec tamen humus de forma & essentia hominis sit, & multi legem non à legendo, sed ligando deducant, quod liget vel obliget homines, & sic etiam lex non scripta liget, Reinking. *de regim. secul. lib. 2. class. 2. c. 5 n. 46. seq.* Ideo enim ad statutum de legis essentia & forma scripturam non esse necessariam verius videtur, & requiritur scriptura quidem in lege & statuto, non quoad simpliciter esse, sed quoad melius esse, ut eo melius in hominum notitiam deveniat, & salubrius adversus inobedientes allegari possit, R. A. zu Wormbs. *de anno 1521.* §. Es sollen auch unsere Statthalter. *ibi:* Unser Ordnung und declaration auffzusuchen / zu rubriciren / und drucken zu lassen / Versehung thun / damit man deß wissens / und sich ein jeder desto baß darnach zu richten hab: Auch Irrung und Versaumnuß / so bey männiglich auß Unwissenheit erwachsen / fürkommen werde. Ord. Cam. *part. 2. tit. 30.* Reinking. *d. cap. 5. n. 39. seq.* 86

Illud autem observandum est, quod licet statuta vim suam extra territorium & jurisdictionem Civitatis non extendant, per *l. fin. ff. de jurisd. c. ut animarum §. statuto. de constitut. in 6.* Alex. *cons. 128. vol. 1.* Anchor. *cons. 163.* Jason. *cons. 163.* Gail. *2. obs. 124. n. 9.* Tusch. *lit. S. concl. 542. seq.* Klock. *cons. 48 n. 4.* Carpzov. *jurisprud. forens. part. 2. const. 14. defin. 53. n. 7.* Testamentum tamen juxta statuta loci factum, valeat etiam extra territorium, & quoad bona ubicunque sita, etiam si ibidem factum valere non possit, *l. 9. & ibi* Sichard. *C. de testament.* Eman. Suarez. *recept. sentent. lit. T. n. 72.* Gail. *2. obs. 123. per tot.* Bernhard. Græven. *2. pract. concl. 123. consid. 1* Besold. *consil. 34. n. 7.* Koppen. *decis. 45. n. 3.* Covarruv. *de Sponsal. part. 2. cap. 7. n. 8.* Harpprecht. *ad §. sed cum paulatim. 3. n. 33. seq. I. de testam. ord.* Mynsi. *5. obs. 20.* Reinking. *lib. 2. class. 2. cap. 10. n. 9.* etiam ab extraneo sive forensi factum sit, Alex. *cons. 44. n. 10. vol. 5.* Gail. *2 obs 123. n. 3.* 87

De interpretatione statutorum attendendum, quod regulariter statuta ad unguem & ad literam, prout jacent, accipienda sint, ita ut generaliter scripta, generaliter quoque intelligenda sint, adeò ut non expressa statuti ratione, magis verba consideranda sint, quam ratio, *l. prospexit. 12. ff. qui & à quib. manum.* Alex. *cons. 196. n. 2. vol. 6.* Bald. *in l. maximum vitium. n. 15. C. de liber. prater.* Gail. *2. obs. 33. n. 1.* ita ut quod statutum non dicit, nec nos quoque dicere debeamus, *l. si verò negocium. §. de viro. ff. solut. matrim. l. 3 ff de offic. præf. l. si servum. §. prætor. ait. ff. de adquir. hæred.* Gail *d. l. n. 2.* Cum extra casum formaliter expressum nõ trahantur, Bald. *cons. 495. n. 4. lib. 1.* Dec. *cons. 451. n. 8.* Gœddæ. *1. Marpurg. cons. 25. n. 116.* eorumque proprium sit, ut strictè accipiantur, Rol. à Valle *cons. 61. n. 6. seq.* 88 89

seq. lib. 3. Parif. *conf. 16. n. 92. seq. vol. 2.* Sixtin. *2. Marp. conf. 9. n. 88.* Carpzov. *decis. 3. n. 11.* Quoniam ſtatuta ſterilia, tanquam mulæ, quæ non pariunt, ut poſt. Marc. Mant. *conf. 29. n. 11.* loquitur Bertazol. *consil. crim. 175. n. 13. lib. 1.* Berlich. *part. 2. decis. 203. n. 9.* Richter. *decis. 3. n. 6.* & tantum diſponunt, quantum loquuntur, non ultra. Bald. *in l. testamenta. in fin. C. de testam.* Rol. à Valle. *conf. 68. n. 19. lib. 4.* Jaſon. *conf. 205. col. 4. lib. 2.* Carpzov. *decis. 3. n. 11.* & prout litera jacet, Cacheran. *decis. 21. n. 12.* Teſſaur. *lib. 2. quæst. 84. n. 4.* Idque maximè ſi juri communi derogent; Quamvis enim ſtatuta generalia interpretationem recipiant à jure communi declarativam, *c. cum dilectus. §. quia nobis. & ibi* Panormit. *n. 2. X. de consuet. l. 2. C. de noxal. act.* Bart. *in l. omnes n. 56. ff. de just. & jur.* Tuſch. *lit. S. concl. 373. per tot.* Carpzov. *part. 3. constit. 20. defin. 10. n. 6.* Gail. *1. obs. 50. n. 8.* Hoc tamen non procedit in ſtatutis juri communi derogantibus, eo enim caſu ſimpliciter & ad literam intelligenda ſunt, Roman. *conf. 199. n. 6.* Alex. *conf. 20. n. 9. vol. 1.* Bald. *in l. maximum vitium. n. 15. C. de liber. præter.* ita ut ſtatuta

90 juri communi derogantia ſtrictiſſimè intelligenda ſint, *d. c. cum dilectus. §. quia nobis x. de consuet. c. quæ à jure. d. R. I. in 6. quod verò contra. ff. de legib.* Gail. *2. obs. 33. n. 9. & obs. 124. num. 7. seq.* Tuſch. *lit. S. conclus. 607. per tot.* Carpzov. *jurispr. forens. part. 3. constit. 20. defin. 11. n. 6. seq.* nec extra caſum, de quo loquuntur, ne quidem ex identitate rationis extendi poſſint, Bart. *in l. omnes populi. n. 60. ff. de justit. & jur.* Dec. *conf. 669. n. 6. seq.* Gail. *d. obs. 33. n. 10. & d. observ. 124. n. 8.*

91 Quia generaliter omnis receſſus à jure communi odioſus & ſtrictè interpretandus, Bald. *in l. non solum. col. ult. vers. sed in contrarium. C. de bon. quæ. lib.* Tiraquel. *de utroq. retract. in præfat. n. 52.*

92 Hinc quoque ſtatuti interpretatio ita facienda eſt ut quoad fieri poteſt, jus commune non corrigatur, vel lædatur, *d. c. cum dilectus. §. quia nobis. X. de consuet. l. 2. C. de noxal. act.* Alex. *conf. 106. n. 5. vol. 5.* Gail. *d. obs. 33. n. 4.* Tuſch. *lit. S. conclus. 496. n. 1.* & ne abſurditas, iniquitas aut læſio juris tertii inde ſequatur, ſed iſta evitetur, *d. c. cum dilectus X. de consuet.* Gail. *d. n. 4. seq.*

93 Et generalia ſtatuta reſtringenda ſunt ad id; quod eſt rationis, Jaſon *in l. non dubium. n. 37. C. de legib.* Cum omnia ſtatuta recipiant interpretationem per punctum rationis, Natta *tract. Statut. quæst. 4. n. 126. & 150.* Gail. *d. obs. 33. n. 5.* & ne à ſapiente reprehendi poſſint, *d. c. cum dilectus. de consuet. l. Salvius Aristo. ff. de legat. præst.* Cephal. *conf. 247. n. 46. vol. 2.* Nec judaicè intelligenda 94
ſunt ſtatuta, id eſt, captioſè & fraudulenter & cum injuria alterius, Gail. *d. obs. 33 n. 7.*

Porrò in ſtatutis verba propriè accipienda, 95
l. non aliter. ff. de legat. 3. Sichard. *ad l. 16. n. 3. C. de fide instrum.* niſi modus & uſus loquendi ſit in contrarium, qui proprietati præfertur, *l. librorum. 52. §. quod tamen 4. ff. de legat. 3.* arg. *l. 50. §. fin. ff. de legat. 1.* Et accipi debent Statuta cum 96
effectu, ut aliquid operentur, nec ſint eluſoria, aut ſuperflua, *c. si Papa. de privil. in 6.* Gozadin. *in l. si quis id. in fin. ff. de jurisdict.* niſi fieret in præjudicium tertii, quia tunc potius interpretatio facienda, ut verba ſint ſuperflua, quàm ut quis indebitè prematur, vel quod iniquitatem contineant, Bart. *in l. terminato. C. de fruct. & lit. expens.* Ferra. *in l. omnes populi. in 5. quæst. princ. ff. de just. & jur.* Gail. *d. obs. 33. n. 7.* Sicuti etiam ſtatuti 97
verba dubia ex jure communi interpretationem declaratoriam recipiunt, Jaſon. *in auth. præterea. n. 14. C. unde vir & uxor.* Hartm. Piſtor. *part. 1. quæst 31. n. 29.* Gail. *1. obs. 50. n. 8.* Carpzov. *jurispr. forens. part. 3. const. 20. defin. 10. n. 6.* Richter. *decis. 3. n. 9.* Caſus autem in jure ſtatutario omiſſus, ſub diſpoſitione juris communis relictus intelligitur, *l. commodissime ff. de liber. & posthum. l. si extraneus. ff. de condict. ob caus. l. quicquid adstringendæ. ff. de verb. oblig.* Bart. *in d. l. omnes populi. n. 6. ff. de justit. & jur.* Decian. *resp 32. n 37. vol. 2.* Natta, *conf. 463. n. 12.* Matth. de Afflict. *decis. 141. n. 1.* Honded. *conf. 6. n. 26. vol. 2.* Meichſner. Cameral. *decis. 20. n. 26. tom. 2.* Richter. *d. decis. 3. n. 12. & decis. 76. n. 40.*

Illud denique obſervandum eſt, quod con- 98
ſtitutiones provinciales, & ſtatuta Ducum, Marchionum, Comitum, Baronum, Nobilium, Civitatum, &c. juris potius Civilis, quàm Prætorii, atque ideo actiones inde deſcendentes non annales, ſed perpetuæ ſint, & triginta demum annis exſpirent, niſi brevius tempus ipſis præfixum, *c. jus civile. dist. 1. d. l. omnes populi. 9. ff. de justit. & jur. §. 1. I. de jur. nat. gent. & civ.* Bartol. Muſcul. *de success. Convent. membr. 1. class. 1. conclus. 1. n. 18. seq.* Harpprecht. *ad §. sed istæ. 3. n. 15. seq. I. de action.* Carpzov. *jurisprud. forens. part. 2 constit. 14. defin. 53. n. 1. & 2.*

De legum & ſtatutorum obſervatione, vide *supra lib. 1. cap. 14. n. 37. seqq.*

CAPUT XI.

De Diætis & Conventibus Civitatum Imperialium.

Summaria.

1. *De jure communi Conventicula & congregationes populi prohibitæ sunt.*
2. *Imperii Status & ordines, & ipsæ Civitates Imperiales, conventus instituere possunt.*
3. *Sicuti etiam Nobiles immediati.*
4. *Et civitates municipales.*
5. *Imperator illicitos Conventus abolere permittit.*
6. *Quando Civitates Imperiales Conventus agere cæperint?*
7. *Moguntia Civitates quasdam convocavit.*
8. *Francofordiæ & Spiræ convenerunt.*
9. *Conventus Civitatum quando & ubi instituendi & à quibus?*
10. Außſchreibende Stätt / *quænam hodie?*
11. *Universales Conventus qui?*

12. Cir-

12. Circulares qui?

13. Quinam deputatarum?

14. Civitates deputatæ ordinariæ, quænam sint.

15. Convocantium Civitatum Conventus quales, & quænam tales?

16. Harum officium.

17. Directorium in conventibus illa Civitas gerit, in qua instituuntur.

18. Civitates ad Comitia ab ipso Imperatore convocantur.

19. Conventus Circulares quomodo convocentur?

20. Conventus Circulares etiam Imperatore insalutato instituuntur.

21. Civitates Conscribentes in reliquas jurisdictionem vel prærogativam an habeant?

22. Civitates Imperiales omnes æquali jure censentur.

QUamvis de jure com-
muni Conventicula &
congregationes populi
1 & subditorum in totum
sint prohibitæ, nec sub
ullo prætextu institui
possint, *l. 1. ff. de colleg. illicit. l. 1. ff. quod cujusq; universit. nom. l. denunciamus 5. C. de his qui ad Eccles. l. conventicula. 15 C. de Episc. & cler. c. un. §. conventicula de pac. ten. inter subd. 2. feud. 53.* Arumæ. *ad Aur. Bull. discurs. 4. conclus. 2.* Bertram. *de comit. conclus. 11* Limn. *ad A. B. C. 15. §. 1. O. 1. p. 400. seq.* adeò ut licet aliâs Religionis causa convenire non sit prohibitum, *l. 1. §. 1 ff. de colleg. & corp.* Cum tamen ex iisdem gravissimæ sæpè in Rempubl. irrepere soleant pestes, *c. conjurationum. caus. 11. quæst. 1.* & Rebuspublicis plerumq; perniciosæ sint, sicuti Augustum docuit Mecœnas, Clapmar. *de arcan. rerumpubl. lib. 3. cap. 13.* talesque privatorum congregationes ob malam causam fieri præsumantur, Cravet. *cons. 4. n. 1.* Bossius *de crim. læs. majest. n. 24. & 25.* & plerumque seditionibus & rebellionibus ansam præbere, experientia doceat, sine magistratus præscitu & consensu permitti non solent, Schönborn. *lib. 1. polit. cap. 1.* Indeque Venetos ante aliquot annos Jesuitas, Theatinos, & alios novos ordines Religiosorum expulisse, ac ne in posterum instituantur, præcavisse, scribit Besold. *de jur. colleg. cap. 2. n. 8.* Et Henricus II. Galliarum Rex ordinavit, ne ulla congregatio, coitio vel cœtus, Gallis assemblée, sine authoritate & præsentia magistratus Regii, & ne in domibus privatis, sed publicis fiat, *constit. de Reg. tit. de Baillifs. art. 6. & 7.* Sicuti etiam in Ducatu Würtembergico constitutum, daß niemands/ er sey wer er wolle / kein Gemeind zusamen beruffe / es geschehe dann mit Wissen und Befelch der Furstlichen Amptleuth / Fürstl. Würtemb. Lands Ordnung. *tit.* daß kein Gemeind hinter oder ohne Wissen der Amptleuth. *fol. 17. & ibi* Lindenspur. *fol. 38. seq.*

2 Hæc tamen secus sese habent quoad ipsos Imperii Status & ordines, hos enim diætas & conventus, absque veniæ Impetratione, & sine scientia Imperatoris instituere & celebrare posse non habet dubium, sicuti videmus ipsos sæpissime Conventus etiam Circulares, & alios, Craißtäge und andere Zusammenkunfften / liberè instituere, confer *infra n. 20.* Atque ita etiam Civitates Imperiales Conventus & diætas publicas instituere posse, tradunt Rut. Ruland. de commiss. *part. 2. cap. 4. n. 42.* Just. Sinolt-Schutz. *colleg. de jur. publ. disput. 8. conclus. 23. lit. b.* Joh. Limnæ. *de jur. publ. tom. 3. lib. 7. cap. 1. n. 55. & tom. 4. lib. 7. cap. 1. n. 55.*

Exemplo Nobilium Imperio immediatè 3
subjectorum, quos etiam absque Imperatoris
scientia & consensu Conventus & publicos &
privatos instituere & posse & solere, præter ip-
sam experientiam, testantur, Buxtorff. *ad Aur.*
Bull. cap. 12. conclus. 95 lit. a. Josias Nolden. *de*
stat. nobil. cap. 17. n. 140. seq. Nec Civitatibus 4
quoque Municipalibus inhibitum esse bono fi-
ne, & honesta intentione, etiam absque scien-
tia & licentia magistratus superioris, congre-
gationes & conventus habere, docent Paris.
cons. 171. n. 11. lib. 4. Farinac. *prax. crim. tit. 4.*
quæst. 113. n. 157. Schrader. *de feud. part. 10. sect. 10.*
n. 28. ubi tamen, si adversus superiorem suum
aliquid moliantur, vel aliud quid monstri a-
lant, inhiberi ipsis potest, Mynsing. *6. obs. 2. n. 1.*
Bruning. *de var. univers. spec. concl. 45.* & talia
conventicula eorumque radices maturè, & pri-
us extirpare oportet, quàm malum ipsum exo-
riatur, ne paralysis sequatur, aut Imperii se-
pulchrum fodiatur, difficilius enim huic,
quàm initio illi succurritur, Arumæ. *ad Aur.*
Bull. discurs 4. concl. 2. Ex quo etiam Imperatores 5
in Capitulationibus suis juratò promittunt, se
ejusmodi congregationes & conventus illici-
tos abolituros, sicuti videre licet *in Capitul.* Im-
per. Ferdinandi II. & III. art. wir sollen und wol-
len auch. *5. & 6.* & Leopoldi. *art. 9. 10.*

Quando autem Civitates Imperiales comi- 6
tia sive Conventus primùm instituerint, non
satis apparet, & vetustioribus quoque tempo-
ribus, eosdem habuisse constat. Ita enim ma-
gnum Civitatum Conventum *Anno 1385.* Con-
stantiæ institutum fuisse, iisdemque quinqua-
ginta quinque Civitatum Imperialium ibidem
relatarum Legatos interfuisse, & fædus pro de-
fensione sua contraxisse, testatur Lehman.
Chron. Spirens. lib. 7. cap. 67 Sic quoque Mogun- 7
tia cum adhuc Imperio immediatè pareret, &
ab Archiepiscopo Moguntino subjugari vel-
let, Civitates Imperiales Coloniam, Argenti-
nam, Wormatiam, Spiram, Augustam, No-
rimbergam & Ulmam requisivit, ut Legatos
suos Moguntiam mittere & deliberare velint,
quomodo hisce conatibus obviari possit, & ne
in perniciem & incommodum Imperii, in po-
testatem & subjectionem Archi Episcopi adi-
gantur, cui etiam ipsas Civitates, morem ges-
sisse refert. Idem Lehman. *Chron Spirens. lib. 7.*
cap. 100. fol. 923. Et *anno 1471* Civitates Imperia- 8
les Francofurdiæ convenisse & gravamina sua,
super

super denario decimo de omnium bonorum reditibus contribuendo, per legatos suos ad Imperatorem detulisse, testatur Lehman. *d. l. 7. c. 112. fol. 969.* Et Civitatum Imperialium Conventum anno 1474. Spiræ instituti mentionem facit idem Lehman. *d. c. 7. c. 114. fol. 981.* Et cum Imperator Fridericus *anno 1486.* cum Electoribus & Principibus Imperii egisset, ut filium suum Maximilianum in Regem Romanum reciperent & post hanc electionem iisdem proposuisset, ut pro recuperanda Vienna ab Hungariæ Rege occupata, auxilium ferrent, ipsique hoc nomine triginta quatuor millia militum sustentare & ad hoc certam pecuniæ summam conferre promisissent, & Imperator Civitatibus Imperialibus per literas sub amissione libertatis & privilegiorum seriò mandasset, ut quælibet civitas summam sibi adsignatam solveret, hujusmodi autem promissio, ipsis Civitatibus insciis & non vocatis, facta, & per eandem nimium se gravatas esse sensissent, eodem anno Spiræ per legatos suos convenerunt, & quod summam istam sibi adsignatam solvere non possint, nec teneantur, responderunt, teste Lehman. *d. l. 7. cap. 16. fol. 98. seq.* Ex quo illorum error detegitur, qui prima Civitatum Comitia *anno 1471.* Francofurti habita fuisse affirmant, nisi de ordinariis civitatum Conventibus id intellectum velint. Ab anno autem *1508.* usque ad *annum 1522.* hujusmodi Civitatum conventus quievisse, propterea verisimile videtur, quod de intermedio nihil legerit, scribit Joh. Limnæ. *de jur. publ. tom. 4. lib. 7. cap. 1. n. 55.*

9 De termino sive tempore, quo hujusmodi Civitatum Imperialium comitia sive Conventus instituti & à quibus institui debuerint nihil certi constat, & in Conventu Eslingæ *anno 1522.* habito, constitutum reperitur, quod intra biennium, vel quoties necessitas id expostulat, & illis, quibus jus convocandi datum, visum fuerit, Civitatum Conventus indici possint, daß allwegen in einem oder zweyen Jahren/ oder so offt diejenigen/ so solche Stätt-Täge außzuschreiben Befehl haben werden/ für noth und gut ansehen würd/ ein Stätt-Tag gehalten werden solle. Et Dn. Georg. Waltherum, Civitatis Rotemburgensis Syndicum sibi adfirmasse scribit Limn. *d. tom. 4. l. 7. c. 1. n. 55* Olim citationes ad Civitatum Imperialium diætas, cum aliorum negociorum publicorum actibus in orbem transiisse, & ideò lentius expedita omnia fuisse, deinde utilitatis causa placuisse Civitatibus, ut eligerentur certæ aliquot ex illarum corpore, quibus imcumberet cæteras ad conventus vocare. Et non constare, quæ olim Civitates alias ad conventus convocaverint, docet der Stätt Abschied zu Nürnberg *6. Februar. anno 1523.* his verbis: Und dieweil man sich jetzo hin/ laut deß Abschieds zu Eßlingen/ nicht gründlich erklären hat mögen/ welches die sonderen Stätte gewesen/ so hievon die gemeine Stätt-Täge andern Stätten außgeschrieben haben/ darum so ist jetzo hie auf dißmahl/ dadurch dem alten Gebrauch/ noch sonst niemands nichts entzogen/ vor gut angesehen/ daß diesen nechst-künfftigen Stätt-Täge/ diese vier Stätt/ als Straßburg/ Nürnberg/ Ulm und Franckfurt/ allen andern Frey- und Reichs-Stätten/ nach laut einer Verzeichnüs/ außschreiben/ darauf dann alle Frey- und Reichs-Stätte/ mit Maß/ wie hernach stehet/ stattlich schicken/ und alle vor und nachgemeldte Articul berathschlagen/ und so viel sich deß in etlichen erle den kan/ und mag/ dieselben endlichen erörtern; Deßgleichen sich auf solchen nechstkünfftigen Stätt-Tag/ nechst fleißiger Erkundigung der alten gehaltenen Stätt-Täge/ endlich entschliessen sollen/ welche Stätt altem Gebrauch nach/ und wie für gut angesehen wird/ hinfüro die künfftige Stätt-Täge/ den andern Frey- und Reichs-Stätten außschreiben und ansetzen sollen/ in aller Maß/ wie das zu Nürnberg/ laut deß Abschieds zu Eßlingen geschehen seyn solt. Verisimile quoque est, olim hac in re variatum fuisse, & ubi necessitas postulavit, civitatem, cui periculum imminebat, vel vis intentabatur, ipsam vel aliam proximiorem istius, Cæteras in auxilium convocasse, sicuti Moguntiam alias Civitates, ob periculum sibi imminens, convocasse supra *n. 7.* ex Lehmanno dictum est. Et in Conventu Spirensi anno 1592. convenit, daß eine beschwerte Statt der nechstgesessenen es zuwissen machen/ welche alsdann die Stätt ins gemein beschreiben soll/ davon/ was zuthun/ zuberathschlagen. Et in recessu Eslingensi *de anno 1480.* cautum reperitur, daß damahlen eine Statt der andern es zuwissen machen/ und davon erst gehandelt werden solle/ welche Statt der andern außschreiben solle.

Hodie außschreibende Stätt sunt Straßburg/ Nürnberg/ Franckfurt und Ulm/ ad quas pertinet cæteras Imperii Civitates liberas ad conventus convocare, atque ita quod in Conventu Norimbergico *anno 1523.* temporarium esse pla- 10
cuit, postea perpetuum factum esse censeatur. Et quamvis singulis annis in die Bartholomæi Civitates Imperiales conventus instituere & ordinariè certo in loco omnes vel duodecim deputatos legatos, secundum negocii qualitatem, convenire, referat Rutg. Ruland. *de Commissar. part. 2. c. 4. n. 42.* Limnæ. *de jur. publ. tom. 3. l. 7. c. 1. n. 55.* Id tamen hactenus non fuit observatum.

Conventus Civitatum Imperialium sunt vel universales, vel circulares, vel duodecim deputatorum, vel convocantium, der außschreibenden Stätt. Universales conventus sunt 11
quando omnes & singulæ Civitates Imperiales omnium circulorum simul conveniunt, & de rebus & causis communibus & ad totum civitatum collegium spectantibus deliberant. Circulares sunt, ubi unius tantum alicujus 12
circuli civitates convocantur, & de rebus ad easdem specialiter pertinentibus consultant. Deputatarum der Außschuß conventus sunt, 13
quando illæ tantum civitates, quæ ex reliquis omnibus civitatibus ad hoc specialiter sunt deputatæ vel earum legati conveniunt, & de rebus communibus consultant. Quod tum maximè fieri solet, quando periculum est in mora, & reliquæ civitates omnes non tam citò conscribi & convocari possunt, vel etiam quando res non adeò est ardua, ut propterea omnes vocari necessarium sit.

Sunt autem Civitates Imperiales deputatæ 14
ordina-

ordinariæ duodecim & quidem ex Scamno Rhenano sex priores, Colonia, Aquisgranum, Argentoratum, Lubeca, Wormatia & Spira; Et ex Suevico scamno itidem sex, veluti Ratispona, Augusta, Norimberga, Ulma, Eslinga, & Reutlinga. Quod tamen hodie, post pacificationem Monasteriensem & Osnabrugensem aliquo modo, & ut Religionis habeatur parificatio, immutatum, uti videre licet ex schemate Recessus Imperii *de anno 1654.* relato *supra c. 2. n. 39. add. infr. l. 3. c. 13. n. 12.*

15 Convocantium, sive conscribentium civitatum, der Außschreibenden Stätt/ conventus sunt, ubi quatuor tantùm illarum primariarum Argentoratensis, Norimbergensis, Francofurtensis & Ulmensis civitatum legati conveniunt, & de rebus quibusdam vel ad totum Civitatum Imperialium Collegium, vel quasdam duntaxat civitates pertinentibus, vel de aliis vel generalibus vel specialibus conventibus instituendis, deliberant.

16 Officium civitatum conscribentium, der Außschreibenden Stätt/ in eo potissimum consistere videtur, quod reliquarum civitatum gravamina audiunt, ipsis quandoque in causis gravioribus consilia sua suppeditant, de iisdem vel aliis causis & negociis, conventus necessarios instituunt, & certo loco indicunt, alias civitates conscribunt, proponunt, vota colligunt, consulta & conclusa referunt, in chartam conjiciunt, publicè legunt, & à reliquarum civitatum legatis monita, vel corrigunt, vel addunt, vel alia, quæ necessaria sunt,

17 expediunt. Ubi tamen observandum, sicuti etiam supra *cap. 2. n. 136.* dictum, quod in comitiis, atque aliis etiam conventibus vel generalibus, vel circularibus, in collegio civitatum, illius Civitatis Imperialis deputati directorium gerant, in qua comitia & conventus isti instituuntur, vel si ea non sit sufficiens, vel alia de causa id recuset, alia eligitur. Quod si quoque conscribentes civitates, die außschreibende Stätt conveniant, ejus plerumque civitatis conscribentis Legatus Directorium subire solet, in cujus circulo conventus institutus. Quomodo autem in comitiis vota colligantur, vide *supra d. c. 2. n. 137.*

18 Ad Comitia ipse Imperator civitates Imperiales omnes & singulas, per literas singulares convocare solet, sicuti ex ipsis literis convocatoriis constat.

19 Conventus Circulares cujusque Circuli Duces & Principes, die Craiß-außschreibende Fürsten/ instituere & ad eosdem Status circulares convocare solent, ita quidem, ut hi ad cujusque scamni directorem & conscribentem, Statum an eines jeden Bancks außschreibenden Stand/ id prius per literas deferant, & ut id suis collegis, seinen Mit-Bancks-Verwandten/ denuncietur moneant, qui postea reliquos status, veluti conscribens Princeps, reliquos Principes, Prælatus reliquos Prælatos, Comes reliquos Comites & Barones & civitas conscribens, die außschreibende Stätt/ reliquas civitates conscribat & convocet, sicuti in Suevico Circulo fieri memini.

Atque hujusmodi conventus Circulares 20 etiam non salutato Imperatore, nec petita licentia, nec denunciatione facta, institui posse, ipsa experientia testatum facit. Quamvis enim in conventu Circuli Franconici Norimbergæ *anno 1610. mense Julio & Augusto* instituto Commissarii Cæsarei proposuerunt & reiterato nomine Cæsaris deputatis Circuli indicarunt, daß obwol Ihr. Kays. Majest. die Craiß-Convocationes nicht zu hindern begehrten/ seye es doch herkommen/ und müsse man ihrer Majest. solches zu dem End notificiren/ uf den Fall sie was bey den Craisen zu erinnern/ daß sie Commissarien verordnen/ und die Nothdurfft mit gutem Rath bedencken helffen mögen. Contradictum tamen huic à Statibus, & in memoriam rei recessui ejusdem conventus de *dato 4. Augusti* dicti anni inserta esse scribit Joh. Limnæ. *de jur. publ. tom. 4. l. 9. c. 1. n. 242. fol. 425.* hæc formalia: Fürs ander/ demnach etlicher vornehmer Ständ Gesandten/ so wol daß hievor wegen dieses Craiß-Tages prorogation, einkommene Kayserl. Schreiben/ als auch jetzige Kayserl. Proposition dahin ansehen wollen/ als solten die Kays. Majest. die conventiones Circulares dahin restringiren wollen/ daß solche ohne Vorwissen und Willen Ihrer Majestät/ nicht sollen angestellt/ auch ohne Beyordnung jedesmahls seiner Majestät sonderbahren Commissarien gehalten/ und wann schon moræ periculum mit unterlaufft/ dannoch under sechs Wochen nicht der termin benannt werden solle/ und dafür gehalten/ dieses möchte/ da es ungeandet gelassen/ nicht allein diesem Craiß/ sondern auch andern zu præjudicirlicher sequel gelangen/ So ist durch die mehrere beschlossen worden/ man solle durch den Außschuß die Herrn Commissarien dessen erinnern/ und dieselben ersuchen/ daß sie es bey der Röm. Käys. Majest. in ihrer relation allerunterthänigst dahin wollen ingedenck seyn/ damit dieser Löblicher Craiß dieser Neuwerung möchte geübriget/ auch bey den Reichs Verfassungen/ und bekanten Herkommen gelassen werden/ Welches dann nicht allein durch den Außschuß den Herrn Käyserlichen Commissarien vor- und angebracht/ sondern/ auff derselben Begehren/ ihnen auch Schrifftlich zugestellet worden. Acta tam Comitiorum, quàm aliorum Conventuum, in duo Archiva reconduntur, de quibus *cap. seq.* dicetur.

Sed anne civitates conscribentes, die Außschreibende Stätt/ in civitates reliquas, præsertim minores, prærogativam, jurisdictionem vel superioritatem aliquam habeant inde dubitandum videtur, quod scribit Reinking. *de regim. secul. & Eccles. lib. 1. class. 4. cap. 29. edit. poster. num. 35. & 36.* hodiernis moribus quasdam civitates principaliores, in alias viciniores minores, jus aliquod directionis, de earum consensu usurpare, hisque ab illis in consiliis & suffragiis valdè dependere, nec in publicis facilè ab iis recedere, aut in gravioribus quicquam sic earum authoritate decernere. Idque exemplo Ducum & Principum cujusque Circuli, der Craiß-Obristen und Außschreibenden Fürsten/ quibus licet in reliquos Status & ordines Circuli nulla competat jurisdictio, nullumq; Imperium, quoad negotia tamen cujusque Circuli communia & sibi permissa, præ aliis autho- 21

authoritatem & libertatem aliquam habent, veluti jus convocandi, proponendi, vota colligendi, conclusa executioni demandandi, & contra contumaces exequendi, atque ita delegatæ saltem jurisdictionis exercitationem, per R. A. zu Augspurg *de anno 1555.* §. Und ob wohl. *73.* Bertram. *de comit conclus. 15. ad fin.* Paurmeister. *de jurisdict. lib. 2. cap. 2. n. 135.* Dn. Nicol. Myler. *in addit. ad* Rumelin. *Aur. Bull. part. 2 dissertat. 3. concl. 28.* ubi Circulum non quidem superioritatem, sed jurisdictionem habere censet, per *d.* R. A. *de anno 1555.* §. Und damit *69.* und was also durch den / oder die Obristen / sampt ihren Zugeordneten / wie obstehet / mehrern theils beschlossen wird / getrewlich vollzogen werden. Et §. Und nach dem. *17. ibi*: Sich ihres Ampts und Befelchs gebrauchen. Verum esse, qui Reinkingio contradicant, & communicationes civitatum minorum cum majoribus, de omnibus negotiis alicujus momenti, ultro fieri fateantur, directionem autem indè colligi posse vel debere; negent & pernegent, & praxin quotidianam in contrarium ire, & hoc civitatibus minoribus dedecorosum, cæteris autem periculosum futurum, se Dn. Waltherum Syndicum Rotemburgensem monuisse, scribit Joh. Limnæ. *de jur. publ. tom. 4. lib. 7. cap. 1. n. 55. in fin.* Cum supra *lib. 1. cap. 2. n. 22. & seq.* dictum sit, nullam esse differentiam inter civitates Imperiales, ne quidem inter liberas & simpliciter ita dictas; sed omnes jure æquali censeri, & paris dignitatis & conditionis esse, & sic aliam in alteram nullam 22
superioritatem & Imperium habere, per *l. nam magistratus. ff. de arbitr. l. ille à quo. 13. §. tempestivum. 4. ff. ad SCt. Trebell. c. innotuit. X. de elect.* Reinkingium quoque Justus Justinus Justinopolitanus in suo mysterio iniquitatis *anno 1626.* impresso, *considerat. 28.* his verbis impugnat: Nullum minores, inquiens, urbes, principalioribus, aliud jus directionis, nullam potestatem permittunt, nisi in indicendis conventibus, in quibus, ex vetusta consuetudine, jus directionis, & suffragiorum colligendorum, illa urbs, in qua Conventus celebrantur, habet. Moris quidem est, ut principaliores ad cæteras deferant, quæ in commune, urbium societatem & corpus, ut ita dicam, concernunt; & ad illas etiam Principes solere perscribere, quæ cæteris quoque comunicata velint: Verum ex eo nihil libertati reliquarum detrahitur, una quæque eodem jure censetur quo aliæ, etiamsi majores, aut opulentiores sint: ita sæpissimè fit, ut ab his illæ dissentiant. Experti hoc sunt, quibus negotia cum civitatibus tractanda fuerunt, & testari possunt, qui in Comitiis Imperii. Civitatũ rationes & consuetudinẽ didicerunt.

CAPUT XII.

De Jure Archivi, Civitatibus Imperialibus competente.

Summaria.

1. Civitates Imperiales jus archivi habent.
2. Idq; vigore superioritatis territorialis.
3. Archivum quid?
4. Et quibus nominibus dicatur?
5. Cancellaria & Cancellarii quinam dicantur?
6. Civitates municipales non habent Cancellarias.
7. Archiva etiam dicuntur Registratura,
8. Archivum Civitatum commune quid?
9. Speciale cujusq; Civitatis archivum quam vim habeat?
10. Publicum & privatum archivum quid?
11. Duplex Imperatoris est archivum.
12. Quotnam olim Imperii Cancellarii fuerint?
13. Imperii archivum duplex est.
14. Cameræ Imperialis archivo praeest Elector Moguntinus.
15. Quænam requirantur, ut archivum fidem mereatur?
16. Documenta ex archivo publico desumpta plenam fidem habent.
17. Etiam extra territorium.
18. Etiamsi scriptura solemnitate careat.
19. Archivum scripturæ robur addit.
20. Exemplo, sive Copiis scripturæ quoq; creditur in archivo repertis.
21. Registris privatis in archivo publico repertis creditur.
22. Libri & Protocolla Civitatum Imperialium quomodo probent?
23. Idem est quoad alios libros Censuales, Contractuum, &c.
34. Archiva & scripturæ in iisdem probè custodienda.
25. Acta publica Civitatum ubi custodiantur?

Acta & scripta Civitatum
1 Imperialium in Comitiis & aliis earundem Conventibus emanata in duo archiva recondi, præcedenti cap. *n. 20.* innuimus, cujus occasione de jure Archivi nonnulla hic addenda esse censemus, imprimis verò quod Civitatibus quoq; Imperialibus jus Archivi competat, sicuti nominatim hoc docent, Rut. Rulant *de commissar. part. 2 lib. 5. cap 4. n. 21. seq.* Ziegler. *§. Landsass. concl. 1. n. 210.* Mager. *de advocat. cap. 6. n. 187.* Joh.

Limn.

Limn. *de jur. publ. tom. 3. lib. 7. cap. 1. n. 56.* Maul. *de jur. conducend. tit. 2. n. 20.* Matth. Stephan. *de jurisd. lib. 2. part. 2. cap. 1. n. 74.* Just. Sinolt. Schütz. *colleg. de jur. publ. disput. 8. conclus. 23. lit. l.* Joh. Adam. Dapp. *de civit. German. part. 1. cap. 7. n. 20.* Auctor *Actor. Lindaviens. fol. 99. in med.* Wehner. *verb. Registratur.* Idque ad instar reliquorum Imperii Statuum, Rulant. *d. cap. 4. n. 18. seq. & per tot.* Schrader. *vol. 1. consil. 5.* Nicol. Myler. *dissert.*
2 *de Statib. Imper.* Et vigore juris territorialis, cui hoc jus adscribunt, Cravet. *de antiq. temp. §. quartò limitatur. n. 11.* Rulant. *d. n. 18 seq.* Reinh. König. *synops. jur. publ. discurs. 10. concl. 19.* Auctor *Actor. Lindaviens. fol. 319. in princ.* nec non juris Imperii & Regalium, Rulant. *d. cap. 4. n. 2. 18. 42. vers. primò quia iis competunt. & n. 50. vers. hinc his nobiles.*
3 Est autem archivum locus, seu scrinium, in quo scripturæ, monumenta, acta & libri Principis aut Civitatis reponi solent, ut ibi sub custodia archiotæ reserventur, *l. ult. §. hi quoq;. 10. ff. de muner. & hon. Novel. 15. cap. 5.* Nicol. Jan. à Passerib *de script. privat. lib. 1. quæst. 2. n. 4.* Besold. *thes. pract. verb. Archiv.* Rulant. *d. part. 2. cap. 3. n. 5.* seu est documentorũ literariorum armarium, sive publicum receptaculum, sive Principis, sive Magistratus, sive Reipubl. alicujus sit, Author. *Actor. Lindaviens. fol. 319. post med.* Rutg. Rulant.
4 *de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 3. n. 5.* Et dicitur quoq; Tabularium, Grammatophylacium, Archia & Cancellaria, Besold. *d. verb. Archiv.* Rulant. *d. cap. 3. num. 1. & seq.* Et Germanos vocabulis Archivi & Cancellariæ indifferenter uti, testatur Rulant. *d. cap. 3. num. 3.* Auctor *actor. Lindaviens. fol. 319. in med.* Coler. *de process. execut. part. 3.*
5 *cap. 1. num. 77.* Schurff. *3. cons. 99. num. 14.* Unde quoque illi, qui archivo præsunt, dicuntur Cancellarii, vel Vice Cancellarii, Rulant. *d. n. 3.* à cancellando, quod Cancellarius rescripta Domini sui sigillo munienda, priusq; ea muniantur, corrigat & cancellet: Et Cancellaria dicitur locus, ad quem literæ sigillandæ transportantur, si sunt justæ, cæteræ cancellantur, Rulant. *d. cap. 3. n. 4.* Ex quo etiam Syndici & Advocati civitatum Imperialium Cancellarii dici solent, de quibus *vide infra lib. 1. cap. 4. n. 19.* Et archiva, sive ædes & loci, in quibus civitatum Imperialium documenta literaria adser-
6 vantur, dicuntur Cantzeleyen. In civitatibus verò municipalibus, utpotè quæ jus archivi non habent, Rulant. *d. lib. 5. cap. 4. num. 46.* vocantur Stattschreibereyen/ scrinia, gazophylacia, Cothman. *respons. 47. n. 45 & 231.* Author *actor. Lindav.*
7 *fol. 99. in med.* Archiva quoque dicuntur Registraturæ, Wehner. *verb. Registratur.* Et qui ipsis præsunt, dicuntur Registratores, Cantzeley Verwalter/ Land-Rath: oder Stattschreiber/ Secretarien/ Wehner. *d. l.* nec non Archiotæ, sive custodes Archivorum, *l. ult. §. si quoque. ff. de muner. & honor.*
8 Archivum civitatum Imperialium aliud est generale, aliud speciale. Generale, & omnibus civitatibus Imperialibus commune archivum est, in quo omnia acta inter civitates, dum conveniunt, conscripta deponuntur & conservantur. Quod dicitur archivum civitatum, ex eoque plurima scripta sæpè producta esse, notum est ex actis inter Status Imperii & Civitates, cum, an Statum Imperii civitates repræsentarent, in controversiam vocatum esset, refert Matth. Steph. *de jurisd. lib. 2. part. 2. cap. 1. num. 75.* Joh. Limnæ. *de jur. publ. tom. 3. lib. 7. cap. 1. n. 56.*

Speciale est, quod quæque civitas Imperii 9
per se solum habet. Atque hoc non minorem, quàm aliorum Imperii Statuum archivum vim obtinere, testantur Matth. Steph. *d. n. 75.* Joh. Limnæ. *d. n. 56.* Et sæpissimè scripta ex earum archivis producta maximam vim habuisse, infinitis exemplis demonstrari posse, scribit Rulant. *d. part. 2. lib. 5. cap. 4. n. 43.*

Alii quoque in genere duplex faciunt ar- 10
chivum, aliud publicum, aliud privatum; Publicum dicitur summorum Imperatorum, Pontificum, Regum, Principum, Rerumpublicarum, & aliorum Statuum, & qui Regalibus & Imperii jure fruuntur. Reliqua verò, veluti Civitatum municipalium, & eorum, qui regalia & jura territorialia non obtinent, privata sunt. Et publica dicuntur, in quibus publica Regni, Principatus ac Reipublicæ documenta, annales, historiæ rerum gestarum, libri legum, statutorum, privilegiorum & jurium, ac alia scripta, regesta, libri censuales, feudales, consuetudinum receptarum, libri tributorum, decimarum, redituum, indictionum publicarum, matriculæ, finium territorii, & simi ia reconduntur & custodiuntur, Althus. *polit. cap. 17. n. 9. seq.* Ex quibus quovis tempore informatio, instructio & probatio de rebus gestis memorabilib⁹, Reipubl. terminis, aliarumque rerum peti & sumi potest. Atque ita in Politia Judaica ex archivo regni desumpti videntur libri Historici, & sacræ scripturæ omnes, Althus. *d. l.*

In Imperio quoq; Romano, respectu Impe- 11
ratoris, duplex est archivum, unum Imperatoris, quod Imperator in aula habet proprium, & cui ipse solus propria authoritate Cancellarium præficit, & in quo acta ipsum tantum Imperatorem & domum suam concernentia, custodiuntur, Ruland. *d. cap. 4. n. 7.* Et archivum 12
Imperii, in quo acta Imperii publica & comunia reconduntur, & cui ab Imperio Cancellarius præficitur, deß H. Röm. Reichs Hof-Cantzler. Quales enim tres erant, unus per Germaniam, Elector Moguntinensis: alter per Galliam, Elector Trevirensis: tertius per Italiam, Elector Coloniensis. Verum deficientibus duobus regnis, Galliæ scilicet totius, ac parte Italiæ, diminuta est horum posteriorum Cancellariorũ potestas, & nihil ferè nisi nuda eorum nomina restant, & quæ ad archivum Imperii spectant, in solum Germaniæ Cancellarium Electorem Moguntinensem collata sunt, Ruland. *d. cap. 4. n. 9. seq.* ubi hoc Imperii archivum duplex facit, 13
unum continens acta publica Imperii, quæ in Comitiis, Deputationibus, Visitationibus & aliis Imperii conventibus peraguntur, sicuti & matriculam Imperii, quod in aula sua Elector Moguntinensis obtinet. Alterum Cameræ Im- 14
perialis, cui etiam Elector Moguntinus præest, & hoc officium per præfectum Cancellariæ Cameralis, Verwalter/ peragi curat.

In

In quo archivo non solum omnia acta judiciaria, sed etiam plurium Principum ac Statuum privilegia deponuntur & asservantur, Ruland. *d. l.*

15 Ad hoc autem, ut archivum dicatur publicum, & documenta & scripturæ ex eo desumptæ fidem mereantur, plura requiruntur, veluti 1. magistratus, officialis, archiota sive custos, qui loci istius, sive archivi, in quo custodiuntur, curam & custodiam habeat. 2. Quod hic officialis sive custos à superiore sit ad hoc deputatus & ordinatus. 3. Quod scripturæ istæ ponantur inter alias authenticas. 4. Quod archivo isti per consuetudinem vis ac potestas fidei & probationis data sit. 5. Quod officialis ille, quando ex loco illo scripturæ & documenta desumuntur, fidem faciat, eadem ex loco isto desumpta & extracta sint, de quibus requisitis videri poterunt Roland. à Valle *cons. 75. n. 2.* Scacc. *de judic. c. 11. n. 760.* Cacheran. *decis. 69.* Schrader. *1. consil. 5. n. 8. seq.* Ruland. *de commissar. part. 2. l. 5. cap. 8.* Camil Borell. *tom. 2. summ. decis. tit. 20. n. 2. seq.* Hieron. Schurff. *3. cons. 90. n. 9. seqq.* Klock. *de contribut. c. 19. n. 40. seq.* Nicol. Jan. à Passer. *de script. priv. l. 5. c. 1. n. 2. seq.*

16 Hujusmodi autem scripturæ & documenta ex archivo publico desumpta plenam fidem merentur & probant, *auth. ad hæc. vers. item & charta. C. de fide instrument. l. census. ff. eod. Novel. 10. c. 2. c. pervenit. 1. §. inveniemus. caus. 30. quæst. 1.* Coler. *de process. execut. part. 3. c. 1. n. 53. seq.* Köppen. *decis. 46. n. 11. seq.* Beust. *in l. admonendi. n. 835. seq. ff. de jurejur.* Berlich. *part. 1. concl. 26. n. 10.* Cui etiam convenit jus municipale Würtemb. *l. 1. tit. 34. fol. 130. §. Item Rödel.* & probant pro producente non solum contra subditos, sed etiam contra tertios, Carol. Molinæ. *in consuet. Paris. tit. 1. §. 5. n. 29.* Schrader. *1. cons. 5. n. 97.* Klock. *de contribut. c. 19. n. 49.* Sicuti etiam statuta Civitatum Imperialium probare non tantum inter subditos, sed inter omnes, decidit Referens apud Meischner. *tom. 3. decis. 6. n. 15.* Ruland. *de commiss. part. 2. l. 5. c. 6. n. 2. seq.* nec ullam aliam extrinsecam probationem, vel sigilli recognitionem requirunt, *d. auth. ad hæc. C. de fide instrument. d. c. pervenit. §. invenimus. caus. 30. quæst. 1. c. olim. & ibi Doct. de V. S.* Bursat. *cons. 106. n. 18.* Quia scriptura in archivo asservata notorium inducit, Wesembec. *cons. 181. n. 63* Monald. *cons. 5. n. 3. & 4.* Et ad archivum recurritur tanquam ad speculum, & fontem veritatis, Cravet. *de antiq. temp. part. 1. §. quarto limitatur. n. 63.* Imol. *cons. 37. dubitat. 2.*

17 Imò probant quoque hujusmodi scripturæ & documenta non tantum intra territorium, ut quidem volunt, Schurff. *3 consil. 90. n. 9. & 16.* Rol. à Vall. *cons. 75. n. 30. vol. 4.* Tib. Decian. *cons. 24. n. 49. vol. 1.* Valasc. *de jur. emphyt. quæst. 9. n. 29.* Klock. *V. 1. cons. 8. n. 134. seq.* præsertim si agatur de commodo eorum, quorum est archivum, Molin. *in consuetud. Paris. §. 8 gloss. 1. n. 30. in fin.* sed etiam extra territorium & ubique inter non subditos, per *d. auth. ad hæc. C. de fide instrum.* Schrader. *1. cons. 5. num. 97.* Klock. *d. cap. 19. num. 49. seq.* Rulant. *d. lib. 5. cap. 5. num. 10. seq.* Nicol. Jan. à Passer. *de script. privat. lib. 5. quæst. 1. num. 18.* ubi Doctores contrarium sentientes toto cœlo aberrare dicit, quia circa fidem scripturæ inspicitur locus, ubi confecta est, licet ubique postea producatur, Guid. Pap. *quæst. 262.* Klock. *d. cap. 19. num. 50.* & instrumenta & testes æquiparentur, testes autem etiam extra territorium probent, *l. testium fides. §. fin. ff. de testib. l. judices. C. de probat.* Idem quoque obtinere, si scriptura ex archivo desumpta solemnitate careat, vel diem & consulem non contineat, scribit Card. Zabarel. *in c. ad audientiam. de præscript.* Chassan. *cons. 15. n. 2.* Kirchov. *3. cons. 24. num. 45.* 18

Quia archivum robur addit scripturæ non authenticæ, gloss. *in auth. ad hæc. & auth. si contractus. C. de fid. instrument.* Covarruv. *de antiq. temp. part. 1. §. quarto limitatur. n. 63.* Roman. *cons. 318.* Corne. *cons. 171. num. 10. vers. & ideo videtur. vol. 1.* Alex. *cons. 245. in fin. vol. 6.* & in dubio scripturæ existentes in publico archivo de consuetudine habentur pro authenticis, nisi contrarium probetur, *arg. l. 2. §. iisdem temporibus. juncto §. praced. postea cum Appius. in fin. ff. de orig. jur.* Klock. *de contribut. c. 19. n. 46.* 19

Idem est, si copia, sive exemplum tantum alicujus scripturæ ex archivo producatur, eandem enim vim tribui debere, ac ipsi Originali, debita solemnitate confecto, tradunt *arg. c. ult. & ibi* Mynsing. *de fide instrum. l. cum quis. 37. §. codicillis. 5. ff. de legat. 3. l. in fraudem. 45. §. neque. 5. ff. de jur. fisc.* Molin. *ad consuet. Paris. §. 8. num. 26.* Cacher. *decis. 69. num. 7. & 8.* Schrader. *1. cons. 5. n. 25.* etiamsi originalis scriptura haberi nequeat, præsertim verò si copia, sive exemplum sit antiquum, *arg. Novel. 27. c. 2. l. chirographis. 57. ff. de administr. tut.* Menoch. *cons. 924. n. 29.* Mascard. *de probat. concl. 712. n. 81. seq.* Nicol. Jan. à Passer. *de script. priv. lib. 1. quæst. 16. num. 37.* Tiraquel. *de præscript. §. 1. gloss. 4. num. 37.* Molin. *cons. 5. num. 26. 33. seq.* Et exemplum in archivo repertum ex vi archivi probare, dicit Villalob. *comm. opin. lit. E. n. 144.* cum locus, ubi ponitur, archivum scilicet, sit authenticus, atque sic etiam scriptura inde desumpta authentica esse dicatur, post Bonifac. de Vital. *in clem. de jurejur. §. porrò. num. 23.* Rulant. *de commissar part. 2. libr. 5. cap. 8. num. 2.* Et archivum ideò institutum, ut fides gestorum indè probetur propter imperitiores, post Cardin. *cons. 73.* Felin. *in c. 1. de fid. instrum.* idque propter publicum testimonium præfectorum scriniorum sive archivorum, Abbas *in c. ad audientiam. num. 11. de præscript.* Bald. *in l. exemplo. C. de probat.* Auctor *præjud. sive decis. Cameral.* apud Gylman. *symph. tom. 3. verb. Documentum.* Rulant. *d. cap. 8. num. 2.* ubi etiam addit 20

registris privatis in archivo publico repertis, in Camera allegatis creditum, & secundum eadem pronunciatum esse, in causa Fiscalis contra Braunschweig & Ritterhausen: & in causa Herrn Wildt und Reingraffen contra Anthonius Heppenheimb von Saal / Vormunder. Et instrumenta licet privata sint, ex eo tamen quod in loco publico à partibus 21

tibus

tibus collocata sunt, publicam naturam assumere, tradunt, *arg. l. censius. ff. de probat. auth. ad hac. C. de fide instrum.* Molin. *in consuet. Paris. §. 5. num. 26.* Gabriel. *de probat. libr. 1 conclus. 5.* Beust. *in l. admonendi. num. 840. ff. de jurejur.* Cravet. *de antiq. temp. part. 1. limit. 4. n. 11.* Ruland. *cap 8. num 1.* Et privatas scripturas in loco publico repertas ad dominii & jurisdictionis probationem plurimum conferre, tenet Referens apud Meichsner. *tom. 2. libr. 2. decis. 4. num. 66.* Auctor *actor. Lindaviens. fol. 100 in princip.* ubi etiam *fol. 99. in fin.* scribit, omnia hæc fortius procedere, si antiquitas insuper accedat. Cothman. *respons. 47. num. 47.* Et si in instrumento antiquo mentio de aliquo incidenter saltem fiat, puta de confinibus, territorio, &c. illud plenè probet, Jason *in l. cum aliquis. C. de jur. deliber.* Referens apud Meichsner. *tom. 2. lib. 2. decis. 4. num. 69.*

Hinc quoque libros Senatus & Protocolla Civitatum Imperialium, in quibus ea, quæ Senatus agit, & corā eo aguntur, cōprehenduntur, non solum contra subditos, sed etiam adversus extraneos & non subditos probare &
22 fidem facere, tradunt *per l. omnibus. 10. & ibi* Dd. *C. de testib.* Chilian König *in process. cap. 91. §. 4.* Cothman. *respons. 47. num. 46.* Ruland. *d. part. 2. libr. 5. cap. 6. num. 8.* Auctor. *actor. Lindav. fol. 100. §. porro etiam.* præsertim verò in antiquis, ex ea ratione, quod in Senatu semper adsit & præsumatur adesse multitudo testium, Jason. *in l. omnium. num. 15. C. de testament.* Ruland. *d. num. 8.* ubi id notatum esse in causa Kettlesbach contra Viel Scherer / *mense Octobr. anno 1577.* refert, addens, in causa omnium civitatum talia acta civitatum in vim probationis producta esse, uti & in causa Nürnberg contra Brandenburg.

23 Idem de aliis magistratuum libris, veluti censualibus, contractuum, mulctarum, forestalibus, judicialibus, & similibus, Zinßbücher / Contractbücher / Straffbücher / Forstbücher / Saal und Stewrbücher / Gerichtsbücher / Erbbücher / Ampt-Cantzeley- und Receßbüchern / tradit Ruland. *d. part. 2. lib. 5. cap. 6. per tot.*

Cum igitur tanta sit archivorum, & in iisdem asservatarum scripturarum & documentorum authoritas, ideò eadem probè, tutò & exactè custodiri, Reipublicæ interest, Petr. Gregor. Tholos. *de republ. libr. 16. cap. 9.* Wehner. *pract. observ. verb. Registratur.* ubi enim illa desunt, illic magnam quoque rerum perturbationem tandem sequi necesse est, præsertim si de jure aut finibus regionis cum vicinis, cōtendatur, istaque igitur in quavis Regni metropoli, & in locis munitis vel sanctis custodiri, consultum esse, scribit Althus. *polit. cap. 7. num. 10. seq.* Juxta illud *1. Samuel. 10. vers. 25. ibi*: Cumq; elocutus esset Samuel jus regni, & descripsisset in quodam libro, collocavit eum coram Jehova, hoc est, in domo Dei, ante aram ipsius asservandū, cujus arcæ sedes erat Hierosolymis, quæ Regni metropolis. Sicuti etiam in politia Germanorum archivum est, & custoditur penes Electorem Moguntinum, qui acta Imperii Romani publica, quæ in Comitiis, Deputationibus, Visitationibus, & aliis Imperii Conventibus peraguntur, sicuti etiam matriculam Imperii in aula sua custodit, & apud eundem eorundem editio petitur, Althus. *d. cap. 17. n. 11, 4.* 24

Civitatum Imperialium acta publica & communia, quamvis olim diversis in locis, pro libitu & arbitrio fuerint custodita, hodie tamen ad hoc deputatæ sunt nomine Suevicarum civitatum, Ulma, & Rhenensium nomine, Spira, Lehman. *Spirens. Chron. lib. ult. cap. ult. & infra lib. 3. cap. 54. n. 31. & lib. 3. cap. 50. num. 20.* quæ acta illa non solum in archivo suo detinent & custodiunt, sed & exempla & copias eorundem aliis communicant, & illa civitas, ubi originale adservatur, ejusdem copias ad aliam civitatem simile archivum habentem transmittit, & sic ex uno archivo, sive cancellaria ad alias transfert, Matth. Steph *de jurisd. lib. 2 part. 2. cap. 1. n. 75.* Ruland. *de commiss. part. 2. lib. 5. cap. 4. n. 42. seq.* & ex iisdem, tanquam authenticis, necessitate postulante, instructio petitur, Michael Hainß / *de civitat. Imper. conclus. 21. in fin.* Ex quibus omnibus utilitas Archivorum colligitur, & videre licet apud Reinking. *polit. Biblic. lib. 2. axiom. 51.* 25

CAPUT XIII.

De Jure Sigillorum.

Summaria.

1. Civitates Imperiales habent jus Sigillorum.
2. Principes olim absq; ulla subscriptione sigillarunt.
3. Hodie inferioribus quoque hoc jus communicatum.
4. Rex Galliæ & Dux Modenæ cera alba sigillant.
5. Quod etiam tonsoribus concessum.
6. Cera rubra quinam signent?
7. Quare Imperatores & alii Magnates cera rubra usi.
8. Civitates quæ cera utantur?
9. Sigilla sunt publica & privata, & quæ talia?
10. Publicum sigillum, publicā fidem meretur.
11. Authenticum quid?
12. Civitatum & Universitatum sigilla publicam fidem merentur.
13. Officialium sigillum publicum instrumentum facit.
14. Sigillum confirmationis causa apponens sibi non præjudicat.
15. Solum sigillum absque subscriptione instrumentum facit publicum.
16. Ex subscriptione voluntas certior præsumitur.
17. Subscribens omnia contenta fateri & approbare censetur.

Quæ

QVæ de jure Archivi, ejusque authoritate, præcedenti capite diximus, e-
1 adem quoq; de jure Sigillorum obtinent. Nam & jus sigillorum Civitatibus Imperialibus competere, & quod illæ sigilla sua propria habeant, constat ex Reformatione Imperatoris Sigismundi *lib. 2. cap. 16. Rubric.* Die Weltliche Reformation deß Hochlöblichen Kaysers Sigismundi, apud Goldast. *part. 1. constitut. Imper. fol. 193. cap. 15.* von Insigeln / *ibi:* Man soll wissen / daß es wahr ist / daß in Geistlichem und Weltlichem Stat / alle Ding befestiget und bestättiget sind mit dem Insigel / und es bezeichnet auch alle Wahrheit. Wann was verbriefft und versiegelt / das soll wahr seyn / rc. *Et cap. 16. fol. 194.* Item / es soll in dem Weltlichen Stat ein jegliche Reichs-Statt zwey Insigel haben / das eine soll besonder das Reich angehören / und das heisset Sigillum secretum, darum / daß man das mit versigelt / das heimlich dem Reich zugehört zu thun / als ein Reichs-Statt der andern verschreiben wird / um deß Reichs Sachen. Das ander Insigel soll der Statt Zeichen haben / und damit soll man der Statt Sachen versigeln und deß Reichs Sachen. Et civitatibus Imperialibus jus sigillorum publicorum competere præter ipsius rei notorietatem, constat ex traditis Theodor. Höping. *de jur. sigillor. cap. 4. & 5. per tot.* & ex subsequentibus, ubi hoc jus in genere civitatibus & communitatibus, universitatibus, magistratibus, & Senatibus competere, demonstratur. Quamvis enim olim priscis temporibus jus sigillandi penes solos principes & magnates fuerit, & privati ac inferiores sigillis non fuerint usi, sed tantum-
2 modò subscripserint, & Principes, absque ulla subscriptione, solummodò sigillaverint, Vadian. *tract. de colleg. & monaster. German.* Ruland. *de Commissar. part. 2 lib. 5. cap. 30. n. 9 & 11.* Wehner. *pract. observ. verb.* Insigel. Joh. Limnæ. *de*
3 *jur. publ. lib. 1. cap. 11. n. 26. & 27.* successu tamen temporis jus hoc inferioribus quoq; communicatum fuit, ceræ tamen, qua sigillatur, colore summa remanente differentia, Joh. Jacob. Speidel. *in notabil. voc.* Wachs. Theod. Höping.
4 *de jur. sigill. cap. 5. n. 1. seq.* Ita enim Fridericum III. Imper. Modenæ Duci creato, cera alba sigillandi facultatem dedisse, ex Giovan. Battista Pigna *lib. 7. de histor. Princip. fol. 544* refert Speidel. *d. verb.* Wachs. ubi etiam ex Jan. Tillet. eandem potestatem Galliæ Regem Renato Siciliæ Regi, *28. Januar. anno 1468.* attribuisse refert, addens, Franciæ Reges hoc peculiare habere, ut cera alba privativè utantur, ex Pierre de Miraulmont. *de la chancellarie de France. pag.*
5 *26. seq.* Prout etiam Imperator Wenceslaus tonsoribus, den Badern / cera alba sigillandi potestatem concessit, referente Goldast. *tom. 2.*
6 Reichs-Satzungen. *fol. 82.* Et Imperatorem Maximilianum anno 1512. Hojero & omnibus Comitibus de Mannsfeldt potestatem dedisse, cera rubra sigillandi, cum antea viridi tantum usi fuerint, testatur Spangenberg. *Chron. Mansfeldens. cap. 348.* Limnæ. *d. cap. 11. n. 32.* Quæ tamen viridis coloris cera non adeò vilis habenda, cum nonnullas Galliarum Regis literas, ejus coloris cera roboratas, refert Estien. Pasquier. *aux richerch. de la France. lib. 2. cap. 5. vol. 9.* eademque Academia quoq; Oxoniensis utatur, Limn. *d. cap. 11. n. 34.* Et cera rubra eorū tantum esse solet, qui in dignitate positi, & speciali privilegio de hoc muniti, veluti Imperatores, Reges, Principes, aliique magistratus superiores, Comites, Barones, Nobiles, Doctores, & alii. Sicuti enim colorum differentia & præeminentia in insignibus attenditur, ita & in cera signorum, Bornit. *de instrum. libr. 1. cap. 20.* Besold. *thes. verb* Wachs. ubi *in princip.* ceræ viridis & nigræ usum tantum permissum esse ait.

Quare autem olim soli Imperatores, Reges, & alii Magnates cera rubra usi sunt, ratio hæc esse videtur, quia color rubeus figurat ignem, qui est elementum nobilius, & corpus post solem secundario luminosum, itaque propter ejus nobilitatem, Magnates hujus coloris ceram in sigillando sibi vindicabant; prout et-
iam vestes rubeas privatis portare non licuit, 7
Chassanæ. *in catal. glor. mund. part. 1. consid. 63.* è contra verò viridis color non est ita nobilis, quia non numeratur inter quatuor elementa, uti scribit Chassan. *d. part. 1. consid. 67.*

Civitates Imperiales pleræq; ferè viridi cera utuntur in sigillando. Usus tamen & licentia rubræ ceræ, mit rothem Wachs zu siglen / civitatibus quibusdam præmii & privilegii loco concessus reperitur, sicuti Constantia ab Imperatore Sigismundo, tempore Cōcilii inibi habiti, singulari diplomate dotata fuit, ut nigræ cruci, quam insigniorum loco habet, præfigeret purpureum segmentum, & ut cera rubra in sigillando ipsi uti liceat, teste Besold. *de legat. cap. 2. n. 10.* Stumpf. *Chron. Helvet. libr. 6. cap. 17.* Sicuti etiam civitati Budissinensi Rex Matthias anno 1469 rubræ ceræ usum concessit. Et ante ipsum Imperator Fridericus anno 1435. civitati Laybacensi in Carinthia, Megiser *in annal. Carinth. libr. 10. cap. 20.* Nec non Imperator Maximilianus II. anno 1570. civitati Stetinensi in Pomerania, post Frideborn. *lib. 2.* der Stetinischen Geschichten / *fol. 86.* Joh. Limnæ. *ad Capitulat. Imp. Ferdinandi III. num. 10. fol. 719.* Constant autem sigilla civitatum ex cujusque civitatis insignibus, de quibus capite sequenti dicetur.

Sigilla alia sunt publica, alia privata, Bald. 9
in c. si qua per calumniam. 22. num. 5. vers. ultimo quæro. C. de Episcop. & Cler. Molinæ. *in consuet. Paris. tit. 1. §. 5. n. 12.* Gœddæ. *1. Marpurg. consil. 28. num. 15.* Koppen. *decis. 46. num. 41.* Ruland. *de commissar. part. 2. libr. 5. cap. 30. n. 4.* Publicum est, quod publica authoritate, sive jure magistratus est constitutum, & fidem publicam facit, tam quoad potestatem, per § *constat I. de jur. natur. gent. & civil* quàm quoad probationes faciendas, Hugo Grotius *de jur. bell. & pac. lib. 1. cap. 3. n. 5.* Privatum verò, quod tali auctoritate, fide & potestate publica destituitur, privatæque solùm probationi respectu fidem facit, Höping. *de jur. sigill. cap. 4. n. 13. seq.* ubi *n. 18.* publi-

publicum sigillum dicit esse signum jurisdictionem ordinariam habentis, de consuetudine fidem publicè faciens, Petr. Rebuff. *ad consuetud. Regn. tract. de liter. obligat. art. 1. gloss. 7. n. 4.* Gylman. *tom. 4. symphor. part. 1. vot. 3. n. 83. &*
10 *decis. 51. n 43. lib. 2.* Omne enim publicum sigillum publicam fidem meretur, Boër. *singul. 1. n. 2.* Anton. Sola. *ad consuetud. Sabaud. decret. malitus. quinta. P. gloss. un. 5. part. n. 4. & 6.* Gœden *cons. 63. n. 13. & 14.* Rulant. *de commiss. part. 2. lib. 5. cap. 30. num. 4.* Gylman. *decis. 17. num. 8. lib. 2.* Et hujusmodi sigilla Principum & Communitatum apposita, instrumenta facere publica, tradunt, Bald. Salicet. & Dd. commun. *in l. signa. C. de Episcop. aud.* Innocent. *in c. 1. de fid. instrum.* Schurff. *cons. 7. n. 6. & cons. 17. n. 12. & 13. cent. 1.* Unde quoq; communiter authentica sigilla dicuntur, *c. 2. X. de fid. instrum.* Rebuff. *d. gloss. 7. n. 4.* Sichard. *ad l. bona fidei. 3. num. 26. C. de reb. cred.* Gœddæ. *1. Marpurg. cons. 28. num. 15. 35. & 36.* Gylman. *d. decis. 17. num. 25. libr.* cujus-
11 modi verbum, authenticum, nil aliud significat, quàm quod certam & indubitatam habet fidem, Alciat. *lib. 2. parerg. cap. 46.* Covarruv. *pract. quæst. 19. n. 1.* Parlador. *libr. 2. rer. quotid. cap. fin. part. 1 §. 11. n 12.* Unde autem constare possit sigillum esse publicum & authenticum, vide Hôping. *de jur. sigill. cap. 4. 25. seqq.* Et de numero sigillorum addit tria esse sigilla publica, Episcopi scilicet, civitatis & universitatis, Hôping. *d. l. n. 14.* uti etiam in subsequentibus latè tradit, quod Episcopi aliæque personæ Ecclesiasticæ publicis & authenticis sigillis utantur, eaque publicam fidem obtineant, uti sunt, Papa, Cardinales, Archiepiscopi Episcopi, Magni Abbates, Prælati, Capitula, Conventus, Vicarii, &c. & ex secularibus Cæsar, Reges, Principes, Duces, Marchiones, & reliqui magni Domini, Comites, Barones, eorumque curiæ & cancellariæ, de quibus latè Hôping. *d. cap. 4. n. 14. & multis seqq.*
12 Et de civitatibus & comunitatibus, quod eorum sigilla publica & authentica sint, & publicam fidem mereantur, plenèq; probent, testantur Bald *in l. si quodper calumniam. 2. n. 5. vers. ultimò quæro. C. de Episc. & cler.* Mantic. *de tacit. & ambig convent. tit. 10. n. 1.* Nicol. Everh. *tract. de fid. instrum. cap. 12. n. 4.* Rulant. *de commissar. 2. part. l. 5. cap. 3. n. 4.* Mager. *de advoc. cap 14. n. 86.* Vultei. *2. Marpurg. consil 30. n. 39.* Mascard. *de probat. conclus. 139. n. 44. & 48.* harumq; sigilla non tantum facere instrumenta publica, secundum Matth. Wesemb. *cons. 12. n. 3.* sed & instrumenta earum sigillis munita, secundũ consuetudinem magis pro publicis haberi, quàm Notariorum, docent Wesembec. *cons. 194. n. 3. & cons. 235. n. 8.* Virgil. Pingitz. *illustr. quæst. Saxon. 38. n. 9.* Idem est, quoad reliquos magistratus, quorum quoq; sigilla officii publica, instrumenta publica efficiunt, Matth. Wesembec. *consil. 42. n. 8. & 9. & consil. 238. n. 21.* Koppen. *decis. 46. n. 41. lib. 1.* Sicuti etiam senatus, cujus publico sigillo munita scriptura probatio dicitur probata & non probanda, facitq; rem evidentem, notoriam & omnib⁹ manifestam, *c. cum dilecti. ibi: ex tenore instrumenti evidenter apparet. X. de donat.* Hôping. *d. cap. 4. n. 69.* Quod tum demum procedere, quando expressum est, à quo consule sit signatum, idque omnino necessarium esse, tenent Gœden. *cons. 63. n. 15.* Gylman. *decis. 12. n. 20.* Ruland. *d. cap. 30. n. 4.* de quo tamen, an usu ubivis in Germania receptum sit, hæret Hôping. *d. n. 69.*

Officialium quoque sigillum appositum esse 13
sufficere, ut publicum sit instrumentum & probet, tenet Zasius *cons. 1. n. 2. lib. 1.* Hôping. *d. cap. 4. n. 78.* Ubi quoque observandum venit, quod magistratus sive administrator & officialis super alienatione rei per alium facta, sigillum suum in modum confirmationis apponens, sibi non præjudicet, per *l. 2. C. de reb. alien.* 14
l. Cajus. ff. de pignorat. act. Gabriel. *lib. 3. commun. conclus. tit. alienat. conclus. 2. n. 16.* Cum ultra intentionem sigillantis instrumentum contra sigillantem non probet, Dd. *in d. l. Cajus. ff. d. pignorat. act.* Ita enim, sicuti scribit Nicol. Everhard. *17. de fide instrum. cap. 12. n. 20.* quotidiè contingere videmus in Germaniæ Civitatibus, quod super rerum immobilium contractibus & venditionibus subinde rogentur, ut in testimonium sigillum civitatis publicum apponat, Hoc enim casu per hujusmodi sigillationem civitati, quoad collectas, onera publica, & alia Civitatis super rebus venditis competentia jura, nihil præjudicatur, quia ita sigillantes ideò sigillasse censentur, quia sciebant jus suum ubique salvum permanere & durare, per *l. sicut. §. non videtur. & ibi* Dd *ff. quib. mod. pign.* Hôping. *de jur. sigillor. cap. 11. n. 166 seq.*

An autem solum sigillum absque subscripti- 15
one instrumentum faciat publicum, & plenè probet, inter omnes non convenit? Et licet subscriptionem quoq; requirant Franc. Marc. *decis. 992. & ibi allegi.* Menoch. *arbitr. jud. cas. 142. cent. 2.* Communis tamen Dd opinio in contrarium extat & hodie publicum sive authenticum sigillum de jure Canonico, & totius orbis consuetudine publicè recepta, sine alio adminiculo ac subscriptione communiter, experientia quotidiana sic comprobante, plenam inducere probationem communis Dd schola tradit, per *c. post cessionem. X. de probat. c. 2. X. de fide instrument.* Nic. Everhard. *tract. de fide instrum. cap 12. n. 40* Jason. *in l pacta novissima. n. 16. C. de pact.* Car. Molinæ. *ad consuet. Paris. part. 1. tit. 1. §. 8. n. 15.* Menoch *2. præs. 57. n. 22.* Mascard. *de probat. conclus. 1032. n. 11. 34. & 44.* Coler. *de process. exec. part. 3. cap. 1. n. 88.* Nicol. Betsius *de pact famil. illustr. cap. 3. fol 47. in fin.* Rulant. *de commissar. part. 2. lib. 5. cap. 30. n. 3. & 4.* Mager. *de advocat. cap. 14. n. 49 seq. & n. 87. seq.* Guid Pap. *decis. 175. n. 1.* Berlich. *part. 1. concl 14. n. 83. seqq.* Vultej. *2. Marpurg. cons. 15. n. 84. & 4. cons. 23. n. 46.* Sixtin *2. Marp. cons. 11. n. 37.* Cothman. *cons. 45. n. 13. seq vol. 1.* latè Theod. Hôping. *de jur. sigillor. cap. 11. n. 81. & multis seqq.* ubi rationes addit, quod literæ sigillo publico confirmatæ probationem probatam & nõ probandam inducant, Joh. Faber. *in §. possunt 1. de testam.* Franc. Marc. *decis. delphin. quæst. 990. n. 16 part. 1.* Vultej. *d. cons. 15 n. 84.* nec requiratur alia probatio per testes & comparationem literarum, sed tota vis in pro-

probanda sigilli veritate posita sit, post Castrens. Cravet. *de antiquit. temp. part. 1. §. queritur. n. 44.* Fichard. *consf. 40. n. 2. tom. 2.* Et quod credatur literis à Principe, civitate & universitate sigillatis, ut instrumento publico, cui etiam æquiparatur, *c. 2. in princ. verb. sigillorum, de offic. ordin. in 6.* Schurff, *consf. 17. n. 13. cent. 1.* Wesembec. *consf. 35. n. 8. & consf. 113. n. 17. & consf. 136. n. 9.* Gylman *decis. 51. n. 40. seq. lib. 2.*

16 Securius tamen & consultius esse, si sigillationi accedat etiam subscriptio, tenet Mager. *d. cap. 14. n. 59.* Quia ex subscriptione voluntas certior sumitur eorum, qui simul & sigillarunt, & subscripserunt, *l. §. subscriptionem. C. de jur. delib. l. emptor. §. Lucius ff. de pact. l. Cajus. ff. de pignor. act.* & qui scripturæ alterius manu propria subscribit, omnia in ea contenta fateri, atque approbare, sibique præjudicare censeatur, *d. l. emptor. §. Lucius. ff. de pact. l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de V. O. l. sicut. §. non videtur. ff. quib. mod. pign. solv. l. si quis argentarius. §. 1. vers. subscribere. ff. de edend. auth. quod sine C. de testam.* & subscribens 17 perinde dicitur scripturam approbare & confirmare, ac si totam propria manu subscripsisset, *d. l. emptor. §. Lucius. ff. de pact.* Paris. *consf. 47. n. 6.* Cephal *consf. 272. n. 85. vol. 2.* Afflict. *decis. 104. n. 3.* & quod subscribens censeatur propriè & virtualiter scribere omnia contenta in superiore scriptura, & subscriptionem idem operari, quod scriptura propria, docent Natta, *consf. 287. n. 4.* Cacheran. *Pedement. decis. 36. n. 3.* Mager. *de advocat. cap. 14. n. 73. seq.* Quibus quoque modis superior conclusio non procedat, & unà cum sigilli appositione subscriptio sit necessaria, vide Hôping. *d. cap. 11. n. 107. seqq.* ad quem me brevitatis studio remitto.

CAPUT XIV.

De Insigniis Civitatum Imperialium.

Summaria.

1. *Civitates Imperiales sua habent insignia.*
2. *Origo insignium.*
3. *Insignium usus etiam in nova India.*
4. *Exercitus sua habent insignia.*
5. *Quænam ansa insignium?*
6. *Civitates unde insignia habeant?*
7. *Pleræque Civitates Imperiales aquilam in insignibus habent.*
8. *Civitates municipales Dominorum suorum insignia deferunt.*

1 Habent quoque Civitates Imperiales singulæ sua insignia peculiaria, prout, præter ipsam notorietatem, constat ex traditis Theodor. Hôping. *de jur. insign. cap. 6. n. 977. seq.* & pluribus dicetur *infra lib. 3. per tot.*

2 De origine insignium in genere variæ sunt Doctorum opiniones, sicuti videre licet apud Hôping. *d. l. c. 3. §. per tot.* Alii enim à Julio Cæsare, Aquilam in clypeo portante, insignia initium sumpsisse putant, de quo *Budæ. in l. 2. §. initium. ff. de orig. jur.* confer Hôping. *d. cap. 3. n. 15. seq.* Alii eorundem primordia à militia & ab armis suspensis repetunt, postquam enim olim reversi essent milites, quot quisque meritus esset coronas, & quales, quot armillas, cristas, torques, quales phaleras, hastas, pila super clypeum & galeam appositam suspenderet, & insignium & ornamentorum loco ad posteritatem transmitteret, indè arma gentilitia oriunda nostro idiotismo Wapas, sive Wappen dictas, evincere conatur Wolff. Lazius *comment. Reipubl. lib. 9. cap. 14.* Alciat. *parerg. lib. 5. cap. 13.* Knichen. *de Saxon. non prov. verb. ducum. 101. seq.* Confer Hôping. *d. cap. 3. n. 19. seq.* Alii ipsam naturam insignia nobis monstrasse censent, ut quæ certis hominum individuis signa peculiaria impresserit, de quo Camerar. *cent. 3. horar. succis. cap. 42. fol. 152.*

3 Verisimilius origo insignium à communi gentium jure & usu repeti videtur: Non enim facilè gens dabitur, cui insignium non cognita observantia usque adeò, ut in novis insulis insignium usus ab illarum inventoribus fuerit deprehensus, Joh. Limnæ. *de jur. publ. tom. 2. lib. 6. cap. 6. n. 9.* Hôping. *d. cap. 3. n. 24. seqq.* Et 4 constat neque exercitus sine Aquilis, Draconibus & vexillis, neque ferè Heroës apud Poëtas clypeorum imaginibus, neque signatorias gemmas sine cœlatura, neque plerasq; urbes absque symbolis & insignibus claras extitisse, sicuti scribit Marc. Welser. *lib. 4. rer. August. vindel. pag. 59. in fin. seq.* Felix Malleol. *de nobil. & rustic. dialog. cap. 29.* Besold. *thes. pract. verb.* Wappen. Nam & olim quoque Civitates sua signa, quibus originem, aut cultum testarentur, aut ab aliis dignoscerentur, habuerunt, 5 Petr. de Andlo *de Imper. Roman. lib. 2. cap. 14.* Unde, quemadmodum benè & fœliciter gesta, aliquando etiam infœliciter, & causæ aliæ dederunt ansam insignibus heroibus, militibus, ducibus, & aliis Principibus, cæterisque personis & familiis: Sic quoque & civitatibus & oppidis & populis, quæ constituunt corpora civilia, & unde Principatus constituuntur, scribit Petr. Gregor. Tholos. *de republ. lib. 6. cap. 17. n. 1.*

Et quamvis multæ Civitates & Respublicæ mundi à seipsis sua habeant insignia: sunt tamen quam plurimæ, quæ de Imperatorum, Regum & Principum concessione & dono sibi gratulantur. Et quidem primis temporibus 6 universitatum sive nationum Insignia nulli, nisi Principes Civitatum & Duces Exercituum in scutis gerebant, tabulis illis planis & lectissimis coloribus, id est, familiæ, ex qua Princeps vel Dux ortus erat, Insignibus jam antea distinctis adfixa, Cluver. *lib. 1. German. antiquit. cap. 44. fol. 292.*

Civi-

7 Civitates Imperiales quod attinet, has principio à Regibus Franco-Germanicis clypeo & insignibus donatas esse constat, idque colores ruber, & albus, qui Civitatibus præcipuis ad Rhenum, à Franca dominatione supersunt, satis arguunt; *Et* quamvis postea Cæsares privilegiis has augentes, arma & insignia ejusmodi mutarint, colores tamen hi illæsi & intacti manserunt, prout referunt, post Chron. Colon. Franc. Hotoman. *in epist. de orig. Fancor.* Lehman. *Chron. Spirens. lib. 4. cap. 11. fol. 303. seq.* Marc. Welser. *lib. 4. rer. August. Vindel. fol. 60.* Guil. Eisengrein. *in not. ad cap. 1. Ludolph. de Bebenb. in verb. Secus Rhenum. pag. 6* ubi observatum esse dicit, etiam colores Francis signis proprios fuisse, rufum & candidum, quiquidem ut in vexillis Franciæ Orientalis Præsuli Herbipolitano hodie gestatis, ita etiam insignibus præcipuarum ad Rhenum Civitatum, Coloniæ, Moguntiæ, Wormatiæ, Spiræ, Argentinæ, à dominatione Franca superesse, existimatur, referente Höping. *de jur. insign. cap. 6. n. 950. seq.* ubi *n. 952* addit, quod licet in hac colorum excellentia constantes manserint Civitates Imperiales, illud tamen, ad Orientales Francos Imperio translato, solemne illis esse convenerit, cùm honoris atq; ornamenti, tùm obedientiæ testandæ causa erga Imperatorem, ceu summum suum magistratum augustiori figura, bicipitem Aquilam suis insignibus adjungere, Aldrov. *lib. 1. Ornith. tit. usus Aquilar. in insign. pag. 96.* Petr. Greg. Tholos. *lib. 45. syntag. jur. univers. cap. 3. n. 9.* Atque ita etiam videmus hodie plerasq; ferè Civitates Imperiales in insignibus suis Aquilam, vel integram vel divisam deferre. Ex quo etiam civitatem aliquam esse Imperialem & Imperio Romano immediatè subjectam, probari, si Aquilam in insignibus suis deferat, diximus *supra lib. 1. cap. 12. n 37.* Et an ex hoc insigni Aquilæ integræ, vel divisæ, dignosci possit, Civitatem aliquam Imperii liberam, aliam verò Imperialem tantum, dictum est, *d. lib. 1. cap. 2. n. 30.*

Reliquas in universum, sine discrimine civitates & communiones quod attinet, vix est, 8
quod hodie ulla earum sit, quæ non habeat sua signa, sive insignia & sigilla propria, Petr. Gregor. Tholos. *de republ. lib. 6. cap. 17. n. 6. in fin.* Et de civitatibus municipalibus seu provincialibus observandum est, quod hæ dominorum & superiorum suorum insignia deferant, idque ut constet, ipsas Domino ac Principi suo subditas & obedientes velle, cum in signum superioritatis Principis supremi ponantur arma, de quo *supra lib. 1. cap. 12. n. 37.* Quæ tamen non in omnibus comparia & eadem semper sunt, idq; pennas pavonicas super Cassidem Brunsuicensem, collatam cum subjectarum Civitatum galea confirmare, scribit post Bart. *tract. de insign. & arm. n. 2.* Chassan. *catal. glor. mund part. 1. consid 38. conclus. 58.* Knichen. *encyclop. cap. 14. num. 15. & per tot.* Höping. *de jur. insign. d. cap. 6. n. 975.*

CAPUT XV.

De Jure Fisci Civitatibus competente.

Summaria.

1. Civitates Imperiales habent jus fisci.
2. Res fiscales propriæ Principis.
3. Iura fiscalia Regalibus annumerantur.
4. Et juri territoriali.
5. Nec non merum imperium habenti.
6. Civitates provinciales jus confiscandi num habeant? & n. 7.
8. Ius succedendi in bonis vacantibus ad quam jurisdictionem pertineat?
9. Ad jus fisci pertinent bona vacantia, eaque civitatibus quoque Imperialibus cedunt.
10. Sicut & bona deserta & inculta.
11. Bona hæc in fiscum transeunt cum suo onere, ut creditoribus satisfiat.
12. Proclamate inquirendum, an quis hæres existat.
13. Ad fiscum pertinent bona, quæ ut indignis auferuntur.
14. Indigni qui dicantur?
15. Incapaces qui?
16. Indigni creditoribus fiscus satisfacere tenetur.
17. Incestuosorum bona fisco cedunt.
18. Uti & bona spuriorum, &c.
19. Hæreditas peregrinorum.
20. Albinagium quid?
21. Nec non bona eorum, qui sibi violentas manus injecerunt.
22. Secus si tædio vitæ id factum.
23. Hæc pœna hodie sublata.
24. Bona eorum, qui crimen læsæ Majestatis commiserunt.
25. Etiamsi filii extent.
26. Filiabus tamen Falcidia relinquitur.
27. Majestatis vocabulum hic etiam rebuspubl. perfectis convenit.
28. Quid de Principibus, Ducibus, &c. superiorem recognoscentibus?
29. Secus quoad Electores.
30. Fisci juribus annumerantur bona damnatorum.
31. Quod hodie secus est, nisi in certis quibusdam delictis.
32. Culpa parentum in liberos non derivanda.

33. Sæ-

33. Sæpius bona, quàm delicta intenduntur in confiscationibus.

34. Principes & Status de novo bonorum confiscationes introducere non possunt.

35. Legitima in confiscationem non venit.

36. Bona Veneficarum non confiscantur.

37. Si reus bona in diversis territoriis obtineat, Dominus quilibet bona in suo territorio sita sibi vindicat.

38. Etiam in Casu hæreseos, & Crimine Majestatis.

29. Et hæc bona in fiscum transeunt cum omni onere & sua causa.

1 PORrò Civitatibus Imperialibus competunt Regalia, sive jura fisci, Gail. *2. observ. 130. n. 15.* Bruning. *de var. univers. spec. conclus. 23.* Peregrin. *de jur. fisc. lib. 1. cap. 2. n. 44.* Author deß gründl. Berichts der Statt Fridberg. *Regalien. &c. punct. 1. cap. 2. n. 15.* Casp. Klock. *de contribut. cap. 5. n. 62. & 1. consil. 22 per tot.* Joh. Adam. Dapp. *de Civitat. German. part. 1. cap. 7. n. 13.* Quamvis enim bonorum confiscationem de maximo mero Imperio, & de Principi reservatis esse velit post Bald. & Roman. Natta *consil. 549. n. 21.* & soli supremo Principi superiorem non recognoscenti competere fiscum & jus confiscationis, asserat Molinæ. *in consuet. Paris. §. 43. gloss. 1. n. 162.* ac Nobiles recognoscentes superiorem, non obstante, quod de mero & mixto Imperio investiti sint, non habere jura fiscalia, probet post Ruin. Anton. Sola *in constit. Sabaud. de in-*
2 *dulgent. remiss. gloss. 2. n. 1. fol. 405.* Indeque res fiscales, quasi propriæ & privatæ Principis esse existimentur, *l. 2. §. hoc interdictum. ff. ne quid loc. publ.* Petr. Barbos. *in l. 1 p. 7. n. 8. & 9. ff. solut. matrim.* Coras. *6. miscellan. cap. 19.* Cum tamen hodie Duces, Marchiones, Comites Barones, Nobiles Imperio immediatè subjecti, & Civitates Imperiales, & similes dominium temporale & perpetuum habentes, in territoriis suis loco Principum habeantur, & in iisdem ea facere possint, quæ Imperator in universo Imperio, ut dictum est *supra, cap. 1. n. 35. seq.* ideò etiam ipsis jus fisci sive jura fiscalia competunt,
3 Casp. Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 136. n. 13.* Idque vigore Regalium, quibus jura fisci adscribuntur, ita ut is, cui conceduntur Regalia, ipsi quoque jura fiscalia concessa intelliguntur & competant, Cravet. *consil. 128. n. 4. & cons. 209. n. 3.* Petra *de potest. Princip. cap. 6. n. 100. & cap. 22. n. 46.* Caspar. Klock. *tom. 1. consil. 22. n. 55. & de ærar. lib. 2. cap. 136. n. 17.* Bruning. *de var. univers. spec. conclus. 25. lit. b.* Mynsing. *cons. 67. n. 2.*
4 *& 3. obs. 91.* Ming. *de super. territ conclus. 69.* Sicut & jure territorii, utpotè cui jus fisci adscribunt, Petra *de potest. Princip. cap. 6. n. 106. & cap. 10. per tot.* Thom. Michael. *de jurisdict. conclus. 88. lit. b.* Peregrin. *de jur. fisc. lib. 1. tit. 2. n 44.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 1 cap. 7. membr. 1. n. 1. seqq.* Mingius. *de super. territ. conclus. 69.* Caspar. Klock. *d. consil. 22 n. 47. & de ærar. lib. 2. cap. 136.* ubi ait, quod Doctores hoc eo ipso præsupponant, quando disputant, an Episcopus fiscum habeat, & ob carentiam territorii & dominii temporalis, (quod tamen in Episcopis Germaniæ, uti Principibus, considerari nequit;) eidem fiscum adimunt, Oldrad. *consil. 17.* Bertrand. *cons. 59. n. 10. part. 1. vol. 2.* Peregrin. *de jur. fisc. lib. 1. cap. 2. n. 104. seq.* Guid. Pap. *decis. 76.* Indeque esse, ut sententiâ confiscationis lata, quilibet fiscus bona sui territorii capiat, Surd. *decis. 280. n. 9. & ibi alleg.* Vincent. Caroc. *de excuss. quæst. 14. quæst. 15. princip.* Petr. Caball. *cent. 3. resol. crim. cas. 206. n. 8. & 12.* Ant. Faber *in Cod. decis. forens. lib. 9. tit. 26. defin. 1. n. 2.* & confiscationem fieri per habentem jus terren- 5
di, merum Imperium & jurisdictionem, & nos hoc jure uti, ut bona damnatorum applicentur ei Domino, in cujus territorio bona sita sunt, licet ille Dominus sit inferior, tradunt *per c. cum secundum leges. de hæred. in 6.* Alber. *de statut. part. 3 quæst. 18. n. 5.* Peregrin. *de jur. fisc. lib. 1. cap. 2. num. 104. seq.* Costal. *in l. legatis. ff. ex quib. caus. major.* Klock. *d. cons. 22. n. 47.* Et quod jura fiscalia competant Domino merum & mixtum Imperium habenti, tradunt Craver. *cons. 209. n. 4.* Natta *cons. 659. n. 1. seq.* Farinac. *prax. crim. quæst. 25. n 103.* Carol. Tap. *in l. fin. part. 1. cap. 2. n. 48.* Klock. *consil. 23. n. 6.* Decian. *cons. 35. n. 64. vol. 2.* ubi post alios respondit, quod quilibet habens merum & mixtum Imperium, in necessariam consequentiam fiscum habere dicatur, post Guid. Pap. *decis. 76. n. 1.* & ordinariam confiscationem, in casibus à jure permissis cuilibet judici merum imperium ratione territorii habenti, concedi, affirmat Lancellot, *de offic. prætor. in caus. crim. de public. bonor. n. 1.* Sixtin. *de regal. lib. 2. cap. 12. n. 9.* cum mulctæ & bonorum confiscationes sint fructus jurisdictionis, Decian. *cons. 40. n. 3. vol. 4.* Et confiscationem mero quoque Imperio assignat Borell. *cons. 1. n. 67.* addens, quod omnis habens merum Imperium, pœnam confiscationis imponere & exigere possit, post Capyc. *decis. 130. n. 40.* Et generaliter confiscationem bonorum mero Imperio adscribi, dictum est *supra cap. 6. n. 84.* Cùm ergò Civitatibus Imperialibus tam Regalia, quàm jura territorialia, merumq; & mixtum Imperium indubitatò competant, ipsis quoque jura fisci competere, consequens est.

Ex quo etiam Civitates provinciales, cum 6
jura Regalia & territorialia ipsis denegentur, nec merum mixtumque imperium obtineant, jura fiscalia non obtinere, concludunt Matth. de Afflict. *in c. 1. n. 22. Quæ sint regal.* Thoming. *cons. 41 n. 34. lib. 1.* Peregrin. *de jur. fisc. lib. 1. tit. 2. n. 70. & 72* Ziegler. *§. Civitas. limit. concl. 1. n. 19. seq.* Casp. Klock *de contribut. cap. 19. n. 634. seq.* ubi ait, quod licet Civitates municipales privilegiis quibusdam interdum fruantur, jus tamen fisci & confiscationis, tam in bonis vacantibus, quàm in aliis commissis sibi arrogare nequeunt; nisi hoc habeant ex privilegio singulari vel consuetudine præscripta, Coler. *consil. 42. n. 46. seq.* Quodque in terminis Coler *d. cons. 42* & Georg. Everhard. *cons. 3. vol. 1.* tradunt, Civi-

Civitates habere jus confiscandi, vel mulctandi, si tributa defraudentur, hoc ipsi intelligant, de tali Civitate, quæ merum & mixtum imperium habeat, & vigore suæ jurisdictionis, non autem vi pacti vel conventionis singularis collectas exigit. Civitates autem municipales aliæque universitates Dominum territorialem pro suo Domino recognoscentes, licet etiam mero & mixto Imperio sint investitæ & amictæ, non tamen fiscum & jus confiscandi, sed tantũ Bursam aut arcam comunem habent, *l. 1. §. quib. autem. ff. quod cujusq. univers. nom.* Schurff. *cons. 93. n. 2. cent. 2.* Thoming. *cons. 41. n. 34.* Peregrin. *de jur. fisc. lib. 1. tit. 2. n. 70. & 72.* Ziegler. *§. Civitas. limit. 1. n. 21.* Losæ. *de jur. univers. part. 3. cap. 1.* Klock. *de ærar. lib. 1. cap. 2. n. 17.* utpote cum talis investitio cum mero & mixto Imperio ad jurisdictionalia in causis civilibus & criminalibus, non verò ad jus superioritatis, aut *Reservata* vel Regalia pertineat, Peregrin. *d. l. n. 82.* Dauth. *in hypothypos. sect. 5.* Ziegler. *d. l. n. 20.*

7 Sunt tamen, qui jus confiscandi Civitatibus quoque municipalibus, sive provincialibus, quæ merum & mixtum imperium obtinent, competere asserunt, & singulas Civitates fiscum singularem habere de consuetudine, tradunt Bald. *cons. 336. n. 4. vol. 5.* Ludov. Molina. *de jur. primog. Hispan. lib. 1. cap. 25. n. 21.* Garf. *de expens. cap. 21. n. 21* Ambros. Schurer. *de hæredit. ab intestat. tit. 17. de success. fisc. fol. 327.* Et ita Civitatem Lunæburgensem, quæ mediatè Imperio subest & superiorem recognoscit Ducem, jura fisci præscripsisse, testatur Crantz. *cons. 4. n. 24. vol. 4. var. JCtor. German. relatus* à Mynsing. *re-*

8 *sponſ. 3. decad. 3. n. 116.* Et licet hoc nonnulli ad confiscationes ratione pœnæ fieri solitas, restringendum esse censeant, quod hæ à mero Imperio dependeant, plerique tamen illud etiam ad jus succedendi in bonis vacantibus extendunt. Ita enim hodie in Gallia ad Dominos juridicos altos Justitiarios & Vasallos Regis ex ejus concessione vel permissione, bona vacantia aliquando pertinere, tradit Petr. Gregor. Tholosan. *de republ. lib. 9. cap. 1. n. 26.* Et bona morientium sine hærede mero Imperio concesso venire, tradunt Boër. *decis. 50. n. 14.* Carol. Tapia *in l. fin. part. 1. cap. 2. n. 49. ff. de constitut. Princip.* ac Barones succedere in bonis subditorum suorum sine hæredibus decedentium, respondit Bertrand. *cons. 59. n. 10. vol. 2. part. 1.* Atque hoc etiam in Saxonia usu receptum esse, ut omnes, qui jurisdictionem supremam in criminalibus, sive gladii potestatem habent, in bonis vacantibus succedere, testatur Daniel Moller. *part. 3. cap. 38. n. 9.* Auctor. *different. jur. Saxon. & civ. lib. 1. differ. 5.* Schneidewin. *ad tit. Inst. de hæred. quæ ab intest. tit. de success. fisc. n. 8. & 17.* Carpzov. *jurisprud. forens. part. 2. constit. 14. defin. 61.* Civitates quoque altam jurisdictionem habentes in bonis vacantibus succedere, tradit Guil. Benedict. *in c. Raynutius. verb. & uxorem. decis. 5. n. 291. & seq. X. de testament.* Cœpol. *consil. 17. n. 22.* Schurff. *cons. 83. n. 7. cent. 2.* Heig. *ad institut. lib. 3. tit. 10. de honor. possess. n. 58.* ubi ita scribit: Quamvis jure isto fisci occupandi bona vacantia Civitates sub Augustis non uterentur, tamen postea vel ex privilegio, vel certè præscriptione id sibi pepererunt, eoque communiter ferè hodie utuntur, maximè si & merum & mixtum Imperium habeant Atque hoc jus bona vacantia occupandi ad Civitates porrigendum esse statuit post Bart. *in l. de bon. vacant.* Sixtin. *de regal. lib. 2. cap. 9. n. 60.* Et consuetudine posse induci, ut Civitates, etiam superiorem recognoscentes habeant jus bona vacantia confiscandi, tradit Tusch. *pract. concl. lit. C. concl. 281. n. 6.*

Ad jura fisci pertinent. 1. bona vacantia, Erbloſe Güter/utpote, quæ à Doctoribus communiter Regalibus fisci adnumerantur, *c. unic. quæ sint. regal. l. 1. C. de bon vac.* Peregrin. *de jur. fisc. lib. 4. tit. 3 n. 1.* Rosenthal. *de feud. cap. 5. conclus. 52. n. 1.* Sixtin. *de regal. lib. 2. cap. 9. n. 1. seq.* Bocer. *de regal. cap. 3. n. 26.* Vultei. *de feud. lib. 1. cap. 5. n. 7.* Quamvis enim hæc bona olim ad Imperatores pertinuerint, nec Civitatibus competierint, *l. 1. l. 2. & 4. C. de bon. vacant. l. 3. §. municip. ff. de bonor. poss.* Cothman. *2. consil. 55. n. 82. seq.* Verùm cum hodie Romanæ Reipubl. formâ mutatâ, Regalia, imprimis verò minora, non penes solum Imperatorem resideant, sed Statibus & Civitatibus Imperialibus communicari cœperint, ideò etiam bona hæc vacantia iisdem competunt, idque de Civitatibus Imperialibus tanto minus dubium obtinet, cum his quoque jura Regalia, territorialia & jurisdictionalia competant, sicuti in præcedentibus probavimus, bona autem hæc Dominis territoriorum competere, tradit Mingius *de super. territ. conclus. 69.* Et hodie illos, qui jurisdictionem, cum mero & mixto Imperio habent, etiam jus bonorum vacantium usurpare, & in iisdem succedere, præter *supra n. 5.* allegatos, docent Sixtin. *de regal. lib. 2. cap. 9. num. 60.* Schurff. *cons. 83. n. 7. cent. 2.* Ziegler. *§. Civitas. conclus. 1. n. 48.* Boër. *decis. 50. n. 14* Knichen. *2. de vestit. pact. cap. 1. n. 145.* Besold. *consil. 233. n. 45.* Coler. *de process. exec. part. 2. cap. 1. n. 122.* Atque hoc jus civitatibus in genere competere, ex præcedentibus constat, & de civitatibus Imperialibus id asserunt, Bruning. *de var. universit. spec concl. 25. lit. b.* Georg. Gumpeltzhaim. *de civitat.* apud Arumæ. *tom. 2. discurs. 9. num. 231.* Johan. Adam. Dapp. *de civitat. German. part. 1. cap. 7. num 12.* 8

Idem est, quoad loca deserta & inculta, quæ si ab aliqua universitate non sint occupata, instar vacantium, ad Dominum territorii pertinere, tradunt Valasc. *de jur. emph. quæst. 8. n. 28.* Mascard. *de probat. concl. 1189. n. 34* Matth. Steph. *de jurisd. lib. 2. part. 1. cap. 7. n. 447.* Klock. *de contrib. cap. 1. n. 303.* Transeunt autem hæc bona in fiscum cum onere, ut creditoribus defuncti, pro viribus hæreditatis satisfacere teneatur, *l. 3. §. cum ex causa. 4. l. dicitur. 14. ff. de jur. fisc. l. in facto. 60. §. fin. ff. de condit. & demon. l. Imperator. 12. §. fin. de fideicom. lib. l. recusare. 6. §. si fisco. ff. ad SC. Treb.* Gail. *2. obs. 86. n. 4. & obs. 30. in princ.* Sixtin. *de regal. lib. 2. cap. 8. n. 42. seq.* Peregrin. *de jur. fisc. lib. 4. tit. 3. n. 25. seq.* 10 11

Antequam autem fiscus bona vacantia sibi applicet, discussio prius & inquisitio requiritur, proclamatione nimirum præcedente, & procla- 12

proclamate affixo, ut si qui hæredes se defuncti
esse putent, se sistant, per l. si vacantia. 5. C. de bon.
vacant. l. si eo tempore. 6. C. de remiss. pignor. Klock.
de ærar. l. 2. c. 136. n. 36. seq.
13 II. Ad fiscum quoque, sive fisci jura, sive
regalia pertinent bona ereptitia, seu quæ ut
indignis auferuntur, c. un. quæ sint. regal. & ibi
Borcholt. n. 73. Peregrin. de jur. fisc. l. 2. tit. 2. n. 1.
& per tot. Bruning. de var. univers. spec. concl. 25.
Chassan. in catal. glor. mund. part. 5. consid. 24. Ro-
senthal. de feud. concl. 55. num. 1. & ibi in not. lit. a.
Sixtin. de regal. l. 2. cap. 10. num. 1. seq. Matth. Ste-
phan. de jurisd. lib. 2. part. 1. cap. 7. membr. 1. n. 92. seq.
Bocer. de regal. cap. 3. num. 38. seq. Klock. de ærar.
14 lib. 2. cap. 138. num. 1. seq. Indigni autem sunt, qui
ex defuncti hæreditate aliquid & capere pos-
sunt, & capiunt, sed quod ceperunt, retinere
nequeunt; Hoc enim differunt indigni ab in-
capacibus, quod relicta indignis jure valeant,
proindeque ea ipsi adquirere possunt, & ad-
quirunt etiam sed ex causa ea ipsis rursus auf-
feruntur l. 2. & ibi Cujac. ff. de his, quæ ut indign.
15 Incapaces verò sunt, quibus relicta ab initio
inutilia sunt, & pro non scriptis habentur,
l. cum quidam. 12. ff. de his quæ ut indign. l. 3. ff de his,
quæ pro non script. Bocer. d. cap. 3. n. 40. seq. Cau-
sas, ex quibus, ut indigno aufertur hæredi-
tas, vide tot. tit. ff. de his, quæ ut indign. & ibi Dd.
Klock. de ærar. l. 2. c. 138. n. 7. & aliquot. seq. Sixtin.
d. c. 10. n. 13. & seqq.
16 Quando autem ut indigno aufertur hæ-
reditas, fiscus tanquam hæres, creditoribus &
legatariis satisfacere tenetur, l. cum fisco. ff. ad
SCt. Syllan. & ibi gloss. & Dd. commun. Matth.
Stephan. d. l. n. 142. Peregrin. d. l. 2. tit. 2. n. 18.
17 III. Bona eorum, qui incestum commise-
runt, d. c. unic. quæ sint regal. & ibi Borcholt.
l. si quis. 6. cum auth. incestas. C. de incest. nupt. No-
vel. 12. cap. 1. & 2. Bruning. d. concl. 25. Sixtin. de
regal. l. 2. c. 11. n. 1. seq. per tot. Rosenthal. de feud.
c. 5. concl. 58 n. 1. Vultej. de feud. l. 1. c. 5. n. 7. Bocer. de
regal. cap. 3 n. 53. Klock. de ærar. l. 2. c. 139. n. 5. & per
tot. modò non supersint liberi justi ad tertium
gradum, id est pronepotes, & parentes usque
ad secundum gradum, & fratres & sorores,
patruum & amitam, secundum l. si quis ince-
stum. 6. & auth. incestas. C. de incest. nupt. Matth.
Stephan. de jurisd. l. 2. part. 1. c. 7. membr. 1. n. 262.
Vultej. d. n. 7. Bocer. de regal. c. 3. n. 58. Sixtin. d. c.
11. n. 30. seq. Klock. d. c. 139. n. 6.
18 IV. Bona Spuriorum, aut ex damnato
coitu natorum, & sine liberis decedentium. l. 1.
C de bon. vacant. auth. ex complexu. C. de incest. nupt.
Mynsing. cons. 67. num. 2. & 3. obs 91. Ant. Faber.
5. Cod. 16. defin. 1. Boër. decis. 50. n. 14. Peregrin. de
jur. fisc. l. 4. tit. 3. per tot. Klock. consil. 29. num. 870.
Gumpeltzhaim. apud Arumæ. tom. 2. discurs. 9.
de Civitat. concl. 224. seq.
19 V. Idem est in hæreditate peregrinorum,
sive advenarum & alienigenarum, cum & his
Dominus territorii, seu loci, ubi moriuntur,
succedat, Besold. thes. pract. verb. Abschoß. vers.
20 vicinum hisce Klock. consil. 29. n. 871. Quod in Gal-
lia dicitur jus Albinagii, sive Albinatus, Re-
nat. Choppin. de doman. Franc. l. 1. tit. 2. Mager.
de advocat. c. 15. n. 136. seq. Besold. & Klock. d. l.
add. Limn. notit. Franc. l. 2. c. 7. lit. xx. p. 493. seq. &
in Not. ad Capitul. pag. (m) 204. n. 20. seq. vid supr.
c. 10. n. 63. f. 401.
VI. Fisco quoque inferuntur bona eo- 21
rum, qui conscientia criminis convicti, sibi
ipsis violentas manus intulerunt, & mortem
consciverunt, tot. tit. ff. & C. de bon. eor. qui ante
sentent. & ibi Dd. Peregrin. de jur. fisc. l. 5. tit. 1.
num. 9. Menoch. 2. arbit. jud. cas. 284. Clar. §. fin.
quæst. 68. num. 37. Quod tamen secus est, quoad 22
bona eorum, qui vel tædio vitæ, vel valetudi-
nis adversæ impatientia mortem sibi conscive-
runt, quorum bona confiscationi non subja-
cent, l. 3. in princ. ff. de bon. eor. qui ante sent. l. si quis
filio §. ejus qui deportatur. ff. de injust. rupt. irrit.
test. l. si quis aliquid. 38. §. fin. ff. de re milit Peinl.
Halß-Ger. Ordnung. art. 135. Annæ Robert. l. 1. rer.
judic. c. 12. Chassan. in consuet. Burg. rubr. 2. §. 1. n.
35. vers. sexagesimus primus casus Nicol. Everh.
jun. cons. 23. vol. 2. Vasqu. de success. resolut. §. 3. n. 31.
seq. Clar. d. §. ult. quæst. 68. vers. seipsum Et alias
quoque confiscationis illa pœna locum non
habet, nisi crimen, ob cujus conscientiam sibi
vim intulit, foret tale, pro quo conscribenda &
confiscanda essent bona, l. fin. ff. de bon. eor. qui
ante sentent. Peinl. Halß-Ger. Ordn. d. artic. 135.
ibi: Von Sachen wegen / so er / der überwunden / sein
Leib und Gut verwircket hätte. Imò hodie pœ- 23
nam publicationis bonorum mortem sibi con-
sciscentibus, sublatam esse per authent. bona da-
mnatorum. C. de bon. proscript. tradunt Decian.
prax. crim. l. 9. c. 4. n. 3. Peregrin. de jur. fisc. lib. 4.
tit. 4. n. 11. & l. 5. tit. 1. num. 9. Heig. lib. 2. quæst. jur.
36. n. 31. seq. Casp. Klock. consil. 24. n. 54. seq. & de æ-
rar. l. 2. c. 85. n. 110. & seq.
VII. Imprimis verò confiscationi subja- 24
cent bona eorum, qui Crimen læsæ Majestatis
commiserunt, l. quisquis. 5. C. ad L. Jul. Majestat. l.
quando. 10. & auth. bona damnatorum. C. de bon. pro-
script. Novel. 134. cap. ult. in fin. c. fœlicis. de pœn. in
6. Aur. Bull. tit. 1. §. 1. & tit. 24. Ordin. Camer. part.
2. tit. 9. §. So jemand. c. unic. quæ sint regal. & ibi
Borcholt. n. 88. Rosenthal. de feud. cap. 5. conclus.
69. num. 1. Vultej. de feud. l. 1. cap. 5. num. 9. Klock.
de ærar. lib 2. c. 137. n. 1. seq. per tot. Farinac. de de-
lict. & pœn. l. 1. tit. 3. quæst. 25. n. 11. Etiamsi descen-
dentes vel ascendentes extent, Novel. 134. §. fin.
d. l. quisquis. 5. C. ad L. Jul. Majest. Matth. Steph.
de jurisd. l. 2. part. 1. cap. 7. membr. 1. num. 263. Adeò 25
ut nihil in totum filiis, quibus vitam Impera-
toria lenitas specialiter concedit, (paterno e-
nim deberent perire supplicio, in quibus pa-
terni, hoc est, hæreditarii criminis exempla
metuuntur,) relinquat, ut sint tales, quibus
perpetua egestas sordentibus, sit & mors sola-
tium, & vita supplicium; vix filiabus parcat;
Falcidiam solam relinquat, ut habeant me-
diocrem potius alimoniam, quàm integrum
emolumentum ac nomen hæredis: tum quod 26
mitior circa eas debeat esse sententia, quas
pro infirmitate sexus minus ausuras, confidi-
tur, Gigas de Crim. læs. Majest. lib. 2. quæst. 4. n. 6.
Sixtin. de regal. lib. 2. cap. 10. per tot. Bornit. de
ærar. lib. 3. cap. 8. Klock. de ærar. d. cap. 137.
per tot. Bocer. de Crimin. Majestat. cap. 3. per
tot. Majestas autem hoc loco generaliter

considerari videtur, prout non soli Imperatori, sed cuivis Reipublicæ perfectæ, id est, non
27 tantum Monarchiæ, sed & Aristocratiæ & Democratiæ, & illis, qui tali Reipubl. præsunt, competat, secundum Vultej. *lib. 1. jurisprud. Rom. 12. n. 21. seq.* Arnisæ. *de jur. majest. 2. n. 1. & per tot.* Keckerman. *lib. 2. system. polit. c. 2. in princip. & c. 3.* Bocer. *de regal. c. 3. n. 78.* ubi populum Helvetium & Venetum pro exemplo adducit. Et cum in Principibus superiorem non recognoscentibus, eatenus, quatenus superiorem nullum habent, eadem militare censeatur ratio, dicendum videtur, adversus eosdem quoque crimen læsæ Majestatis committi, Klock. *de arar. l. 2. c. 137. n. 4.* Decian. *prax. crim. l. 7. c. 4. num. 6.* Mynsf. *respons. 44. num. 10. & 11.* Gigas *de crim. læs. Majestat. tit. qualiter. & à quib. crim. læs. Maj. committ. quæst. 28. in princ.* Sixtin. *de regal. l. 2. cap. 20. n. 14.* Peregrin. *de jur. fisc. l. 4. tit. 5. n. 24. seq.* Licet contrarium asserant Harpprecht. *ad §. publica autem. 3. n. 19. seqq. & ibi alleg. l. de publ. judic.*

28 Et licet idem quoque asserant, quoad alios Imperii Principes, Duces, Marchiones, Comites, Barones, Respublicas & Civitates superiorem recognoscentes, ita ut contra hos quoque Crimen læsæ Majestatis committatur, Menoch. *conf. 98. & 1072. n. 10.* Clar. §. *læsa Majestatis. quæst. 3.* Schrader. *de feud. part. 1. sect. 1. num. 35.* Nicol. Everh. *jun. 1. conf. 2. n. 7. & per tot.* Georg. Everh. *1. conf. 2. n. 36.* Arnisæ. *de jur. Majest. lib. 1. c. 1. n. 7.* Bocer. *de regal. c. 3. n. 107. & de crimin. Majestat. c. 2. num. 91. seq.* Klock. *de arar. lib. 2. cap. 137. num. 12. & seq.* Sed contrarium, quod in hosce Majestatis crimen non contrahatur, nec pœnam in illis locum habere, probant Sixtin. *de regal. lib. 2. cap. 20. num. 18. seq.* Bart. *ad constitut. Henrici VII. tit. qui sint rebell. verb. rebellando. n. 3.* Peregrin. *de jur. fisc. lib. 4. cap. 5. n. 24.* Wesemb. *in paratit. ff. ad L. Jul. Majest. n. 7.* Mynsing. *de cad. 5. respons. 44. num. 12.* Fachinæ. *9. controv. cap. 32. vers. hac sententia.* Harpprecht. *d. §. publica autem. 3. num. 20. seq. l. de publ. judic.* Et aliam pœnam leviorem in hisce delinquentib⁹ locum obtinere, tradunt Mynsing. *d. resp. 44. n. 12. & 13.* Wesemb. *d. n. 7. vers. porrò quia.* Sixtin. *d. c. 20. n. 21. seq.*

29 Contra Electores autem Imperii crimen hujusmodi læsæ Majestatis committi, non dubitatur, & decisum est in *Aur. Bull. tit. 24. arg. l. quisquis. 5. C. ad L. Jul. Majest.* Martin. Rumelin. *ad Aur. Bull. part. 3. dissert. 4. concl. 1. & ibi* Dn. D. Nicol. Myler. *in addit. & ibi allegat.* Harpprecht. *d. §. publica autem 3. num. 17. l. de publ. judic.* Sixtin. *de regal. l. 2. c. 20. n. 10. seq.* Carpzov. *prax. crim. part. 1. quæst. 41. n. 60.*

An autem bona fideicommissaria pro familiæ conservatione relicta, ex crimine læsæ Majestatis confiscari possint, latè deduxi *in tract. de fideicommiss. familiar. nobil. cap. 16. num. 271. seq.*

30 VIII. Fisci quoque juribus & Regalibus adnumerantur bona damnatorum & proscriptorum, *c. unic. quæ sint regal. 2. feud. 56.* Rosenthal. *de feud. c. 5. conclus. 59.* Bocer. *de regal. cap. 3. n. 59.* Sixtin. *de regal. l. 2. c. 12. n. 1. & per tot.* Et quidem olim, ante novas Imperat. Justiniani constitutiones, constitutum fuit, quod pro omni delicto, ex quo quis civitatem per deportationem, vel libertatem, aut vitam amittebat, bona ipsius fuerint publicata, *l. 1. & ibi* Bart. *ff. de bon. damnat. l. 3. l. in metallum. 4. C. de bon. proscriptor.* Peregrin. *de jur. fisc. l. 5. tit. 1. n. 1.*

Verum hodie jure novissimo Authenticarum delinquentium bona non confiscantur, 31
sed proximioribus ab intestato venientibus agnatis reservantur, *Authent. bona damnatorum. C. de bon. proscript. Novell. 134. cap. ult.* Decian. *in l. 2. n. 13. C. qui testam. fac. poss.* Capyc. *decis. 153. n. 4.* Guid. Pap. *quæst. 437. num. 3.* Farinac. *de delict. & pœn. l. 1. tit. 3. quæst. 25. n. 1.* Nisi in crimine læsæ majestatis, per *supra n. 24.* dicta; Et in crimine hæreseos, *l. Manichæos. 4. auth. Gazaros. C. de hæret. & Manich. c. vergentis. X. de hæretic. c. secundum eod. in 6.* Menoch. *arbit. jud. cas. 374. n. 3.* Clar. §. *hæresis. n. 10.* Peregrin. *de jur. fisc. l. 5. tit. 1. n. 18.* Farinac. *d. quæst. 25. n. 12.* Ad quos etiam referuntur Anabaptistæ, Klock. *tom. 1. conf. 23. & d. arar. l. 2. c. 86.* Vel nisi consuetudine, vel statuto bonorum confiscatio introducta sit, Bart. *in l. cunctos populos. quæst. ult. C. de SS. Eccles.* Bald. *in auth. bona damnatorum. vers. hinc quæro. C. de bon. proscript.* Farinac. *d. quæst. 25 n. 10. & 18.* Peregrin. *d. tit. 1 n. 20.* Et hodie confiscationes & publicationes bonorum non habere locum, nisi in casibus jure, vel statuto expressis, tradunt Peregrin. *de jur. fisc. l. 5. tit. 1. n. 21. seq. & n. 169.* Sixtin. *de regal. l. 2. c. 12 n. 96.* Besold. *part. 3. consi. 95. n. 38.* Et in Germania publicatio & confiscatio bonorum hodie per Constitutionem Imperat. Caroli V. adeò prohibita est, ut solum crimen læsæ Majestatis excipiatur, Peinl. Halß-Gerichts-Ordnung. *artic. 218.* Sixtin. *d. c. 12. n. 94.* Klock. *de arar. l. 2. cap. 140. n. 18.* Iniquum enim videtur, culpam parentum 32
in liberos derivari, *Deuter. 24. v. 16. Ezech. 18. v. 4. & 20. l. cum ratio. 7. ff. de bon. damnat.* Et sanè ejusmodi confiscationes ob bona sæpius, quàm 33
delicta intenduntur, Consimilia vid. apud Limnæ. *in Not. ad Capitul. Ferd. III. art. 28. verb.* keines wegs. *pag. 711. seq. adde infr. c. 16. n. 72.* id quod Q. Arbelius significavit, cum in proscriptionis tabula nomen suum legens exclamaret: eheu me miserum! prædium in Albano me meum persequitur, teste Plutarch. *in Sylla.* Et percussores eorum, qui beluina & inhumana crudelitate necandi erant, dicere solebant: Hunc ædium splendidarum causâ jugulari, illum horti, alium thermarum, Plutarch. *d. l.* multosque culpæ haud affines proscriptos esse, quod divites essent, testis est Salustius *in orat. Lepidi.* Videntur enim suem excoriare, utilicò spolio induantur, Annibal. Scot. *l. 4. comment. in Tacit.* Unde Bodinus *de republ. lib. 5. cap. 3. fol. 843. seq.* crudelissimæ Tyrannidis comitem extremam proscriptionem appellat, eo quod eandem proximè bonorum ac locupletiorum civium cædes & supplicia sequantur: & graviter invehitur adversus Dominos qui talia sibi vindicant bona & in suos usus convertunt, Jodoc. Damhoud. *in prax. crim. cap. 112. num. 52.* confer. Lather. *de censu lib. 2. cap. 9. num. 9. seqq.* Ex quo irrationabilem esse consuetudinem, qua omnium, ob quodcunque scelus morti damnatorum bona fisco attribuuntur, scribit

Arnisæ. *de jurib. Majest. l. 3. c. 16.* Klock. *de ærar. l. 2. cap. 140. n. 20.*

34 Hinc quoque Principes, aliosque Imperii Status de novo confiscationes bonorum statuere, vel introducere non posse, statuunt per *Novell. 17. c. 12.* Peinl. Halß-Gerichts-Ordnung. *art. 218.* Fachin. *7. controv. cap. 70.* Rosenthal. *de feud. cap. 5. concl. 62.* Adam Keller. *de success. ab intestat. tit. 28. n. 11.* Caspar. Klock. *de contribut. c. 18. n. 78. & seq.* Chassan. *in consuet. Burgund. rubr. 2. §. 1. n. 1.* Clarus §. *fin. quæst. 78. n. 5. vers. quæro.* Farinac.

35 *prax. crimin. quæst. 25. n. 19.* Ubi autem jus confiscandi legitimè introductum, ut omnia bona publicentur, & filii excludantur, ipsis nihilominus legitima debetur, nec ea in confiscationem venit, Rol. à Valle *cons. 97. n. 10. seq.* Peregr. *de jur. fisc. l. 5. tit. 1. n. 34.* Menoch. *recuper. possess. remed. 9. n. 178.* Clar. §. *fin. quæst. 78. n. 26.* Sixtin. *de regal. l. 2. c. 12. n. 20. seq.* Farinac. *de delict. & pœn. l. 1. tit. 3. quæst. 24. n. 34. seq.* Besold. *consil. 95. n. 132. seq.* Klock. *de ærar. l. 2. c. 140. n. 19.*

36 Ex his facilè concluditur, quod confiscari non possint bona sagarum, sive veneficarum, prout probant, Adam. Keller. *de success. ab intestat. fol. 275.* Fachinæ. *9. controv. 87.* Berlich. *part. 4. concl. 5. n. 27.* Petr. Binsfeld. *de confess. malefic. in prælud.* Latè Besold. *d. consil. 95. per tot.* Casp. Klock. *tom 1. cons. 24. n. 1. seqq. & per tot. & de ærar. l. 2. c. 95. n. 34. & seqq.*

37 Observandum hîc venit, quod si Reus, cujus bona publicantur, sive confiscantur, in diversis territoriis bona immobilia possideat, quod cujuslibet territorii Dominus bona in suo territorio sita confiscare, & suo fisco, si jus fisci, sive confiscandi habeat, applicare possit, sicuti præter *supra n. 4.* allegatos, tradunt Alexand. *cons. 31. num. 4. lib. 1.* Clar. §. *fin. quæst. 78.* Surd. *decis. 280. n. 8.* Ant. Faber. *9. Cod. 27. definit. 1.* Chassan. *in consuet. Burg. rubr. de confiscat. §. 1. verb. & appertinent.* Klock. *de ærar. l. 2. c. 136. n. 26.* Besold. *cons. 153. n. 83. seq.* Dn. D. Nicol. Myler. *in dissertat. inaugural. de Statib. Imper. concl. 74. n. 12.* ubi communiter ita distingui scribit, fiscum domicilii mobilia ac nomina ubique existentia vindicare, bona verò immobilia cujusque loci fiscum consequi. Et quod bona immobilia in diversis territoriis existentia, in casu legitimæ confiscationis, sint ejus Domini, sub cujus jurisdictione existunt, communis est opinio, Clar. §. *fin. quæst. 78. n. 27.* Rol. à Valle. *cons. 78. n. 14. l. 2.* Oldrad. *cons. 17. n. 17.* Tuschus *pract. concl. lit. C. concl. 720. per tot.* Idque etiam in casu hæreseos procedere, tradit Prosp. Farinac. *crimin. Rota. decis. 16. l. 1.* Paul. Christinæ. *vol. 2. decis. 37.* 38

Et quod in Crimine læsæ Majestatis bona confiscata pertineant ad eum, in cujus territorio existunt, modò is Regalia & jus confiscandi habeat, decidunt Afflict. *decis. 282.* Christinæ. *decis. 175.* Et consulunt Besold. *d. cons. 153. n. 80. seq.* Klock. *consil. 22. n. 47.*

Porrò bona per publicationem & confiscationem in fiscum transferunt, cum omni 39 sua causâ, & cum omnibus oneribus annexis, ita ut creditoribus defuncti pro viribus hæreditatis satisfacere teneatur. *l. si marito. in princ. ff. solut. matr. l. in facto. 60. §. 1. ff. de condit. & demonstr. l. Statius. 48. §. Cornelio. ff. de jur. fisc. l. cum fisco. ff. ad SCt. Sylan. l. recusare. 6. §. si fisco ff. ad SCt. Trebell.* Peregrin. *de jur. fisc. l. 4. tit. 3. num. 25. l. 5. tit. 1. n. 74.* Farinac. *d. quæst. 25. n. 169. seq.* ita, ut ad debita & alia onera hæreditaria, ad quæ ipse condemnatus tenebatur, & ipse fiscus teneatur, Ripa *in l. ex facto. §. ex facto. n. 5. ff. ad SCt. Trebel.* Covarruv. *var. resol. l. 1. c. 16. n. 8.* Farinac. *d. quæst. 25. n. 170.* Peregrin. *de jur. fisc. l. 4. tit. 3. n. 25. seq.* Sicuti de bonis vacantibus diximus *supra n. 11.* & de bonis, quæ ut indignis auferuntur, *num. 16.*

CAPUT XVI.

De Ærario Civitatum Imperialium.

Summaria.

1. *A jure fisci differt Ærarium.*
2. *Sicuti etiam ærarium publicum & Principis.*
3. *An expediat publicum habere ærarium?*
4. *Pingues subditi nervi dicuntur reipubl.*
5. *Principis est curare, ut suum quisque teneat.*
6. *Rex non multiplicet sibi aurum.*
7. *Reipubl. interest locupletes habere cives.*
8. *Quies gentium non sine armis, nec arma sine stipendiis.*
9. *Rerum agendarum nervus pecunia.*
10. *Bellum non nisi sumptibus geritur.*
11. *Nihil tàm benè munitum, quod pecunia expugnari nequeat.*
12. *Vtilitas ærarii.*
13. *Ærarium quid?*
14. *Sanctum ærarium quid?*
15. *Reges exteri sancto ærario inhiarunt.*
16. *Templum Hierosolymitanum ditissimum.*
17. *Modus colligendæ pecuniæ tempore Christi.*
18. *Tempore Apostolorum Hierosolymis fuit ærarium.*
19. *Largi fuerunt veteres ad sustentationem pauperum & Ecclesiæ ministrorum.*
20. *Hodie quomodo ærarium sacrum constituatur?*
22. *Sacrum ærarium hodie dicitur* der Heilig.
23. *Ærarium in quibus rebus consistat?*
24. *Pecuniæ significatio.*
25. *Reditus ærarii quotuplices?*
26. *Ad extraordinarias exactiones non facile deveniendum.*
27. *Agriculturæ utilitas.*
28. *Celeberrimæ apud Romanos familiæ ab agricolis ortæ & cognominatæ.*

29. *Vecti-*

29. Vectigal pro pastu, Waidgelt / Bodenzinß.
30. Regis Indiæ vectigal ex agricultura.
31. Agriculturæ inspectores constituendi.
32. Agrum malè colere censorium fuit.
33. Agricolarum privilegia.
34. Agricultura quænam contineat?
35. Pecuariæ utilitas.
36. Maximè in Hollandia.
37. Pastoritiæ laus.
38. Loca certa pascuis destinanda.
39. Ovium utilitas.
40. Inculta loca ad culturam redigenda.
41. Exemplo nupero Comitatus Sarvverdani.
42. Et Belgarum.
43. Agri inculti ut colantur ad tempus gratis concedendi, & postea certa mercede.
44. Solarium sive tributum pro solo quid?
45. Ædificia pro usibus negociatorum extruenda.
46. Mercaturæ utilitas.
47. Mercatura civitatibus & utilis & necessaria.
48. Nobilibus quando mercatura concessa?
49. Proventus metallici quales ex venis Schnebergensibus?
50. Schreckenberger / unde nomen habeant?
51. Fodinarum metallicarum utilitas.
52. Aurifodinæ ad Principem pertinent.
53. Electoribus concessæ.
54. Quatenus reliquis Statibus competant?
55. Competunt quoque Civitatibus Imperialibus.
56. Quatenus Regalibus adscribantur?
57. Metalla privatis in suis fundis fodere licet.
58. Metallifodinæ colendæ & investigandæ sunt.
59. In tributis & collectis Reipubl. nervus consistit.
60. Vectigalium utilitas & necessitas.
61. Actæonis à canibus dilacerati fabula quid notet?
62. Venationis utilitas quomodo instituenda?
63. Piscatio venationis species.
64. Pisces apud Romanos in magno pretio.
65. Piscationum utilitas in Lotharingia.
66. Piscaturæ halecum & asellorum utilitas quanta?
67. Piscinæ colendæ.
68. Aucupii utilitas.
69. Uti & apicularum & mellis.
70. Bombycum & bombycini panni utilitas.
71. Ex mulctis justè augetur ærarium.
72. Pro delictis non in delinquentium facultates, sed potius personas ultio facienda.
73. In dubio contra fiscum pronunciandum.
74. Melius Deo ratio redditur propter misericordiam, quàm crudelitatem.
75. Quænam justæ mulctæ pro ærario augendo?
76. Litigantium libido coercenda mulctis & judiciario vectigali.
77. Idem quoad appellantes.
78. Braxatoriorum utilitas.
79. In civitate Eimbeccensi magistratus solus sibi jus braxandi adscribit.
80. In Bohemia pro Regali habetur.
81. Elector Bavariæ sibi hoc jus attribuit, & quænam ipsi indè utilitas?
82. Et quænam in Saxonia & Anglia.
83. Balneorum publicorum utilitas.
84. Nundinarum utilitas, remissivè.
85. Ex spoliis hostium ærarium augetur.
86. Uti & ex devictorum lytris.
87. Sociorum contributio ærarium auget.
88. Sicuti etiam amicorum largitiones.
89. Legitimè augetur ærarium hæreditatibus & legatis amicorum.
90. Blanditiis ad legata relinquenda quis allici potest.
91. Statuto caveri potest, ut testatores Reipubl. aliquid relinquant.
92. Contractus ad dies vitæ de alimentis, Pfründtkauff / licitus.
93. Ex pecunia pro protectione ærarium augeri solet, Schutzgelt.
94. Augetur Reipubl. ærarium si otiosi ad operas adigantur.
95. Sine opificibus Respublica stare nequit.
96. Opificum laus.
97. Opificibus favendum, ipsique adjuvandi sunt.
98. Opificum utilitas in Belgio, Norimbergæ & Augustæ.
99. Cavendum ne numerus artificum ultra vires augeatur.
100. Non omnes usuræ prohibitæ.
101. Quincunces usuræ in Imperio permissæ.
102. Mons pietatis Reipubl. conducit.
103. Quænam ejusdem conditiones?
104. Ex Comœdiis aliquando respubl. lucrum quærit.
105. Comœdiæ quatenus licitæ?
106. Histriones in theatra publica non sunt admittendi.
107. Ex rerum pretio aucto ærarium augeri potest.
108. Si aurum & argentum à subditis inferatur & moneta indè cudatur.

109. Sub-

109. *Subditi exules & extorres citati non comparentes, bonis suis privari possunt.*
110. *In Anglia Nobilium & Illustrium pupillorum curator Rex est absq; rationum redditione.*
111. *Item in Scotia & Gallia.*
112. *Ex defectu auri & argenti, quatenus Cuprea & similes monetæ cudi & misceri possint?*
113. *Modus augendi ærarium non est olla fortunæ.*
114. *Nemo cum alterius detrimento locupletari debet.*
115. *Alchimia est ars sine arte.*
116. *Pondus & mensuram minuere non licet, sed eâ æqua & certa esse debet.*
117. *Ex pœna in falsificantes pondera & mensuras constituta, ærarium licitè augetur.*
118. *Judæi lucri causa malè in Rempubl. admittuntur.*
119. *Officiorum nundinationes, nonnulli necessitatis causa approbant.*
120. *Rectius tamen improbantur.*
121. *Et jure prohibita.*
122. *De lupanaribus, vide remissivè.*
123. *Pecuniæ publicæ conservatio difficilis.*
124. *Parsimonia magnum vectigal, & opes auget.*
125. *In largitionibus modus adhibendus.*
126. *Quorundam prodigalitas refertur.*
127. *Largitiones nonnullæ à successoribus revocatæ.*
128. *Principes aulam restrictam habere utile est.*
129. *Quinam in aulis non ferendi & inutiles?*
130. *Sumptus conviviorum nepotini vitandi.*
131. *Vitellii gula taxatur.*
132. *Uti & Antonii & Cleopatræ.*
133. *Prodigalitas in ædificando vitanda.*
134. *A pyrobolis* Feuerwerck/ *abstinendum.*
135. *Sicut etiam à supellectile superflua.*
136. *Impendia fructibus & reditibus non sint majora.*
137. *Principes & Respublicæ regionis suæ naturam tenere oportet.*
138. *Reipublicæ moderatores rationes ab officialibus diligenter exigere debent.*
139. *Quæstores unde dicti?*
140. *Horum origo & apud Romanos officium & dignitas.*
141. *Quomodo in Helvetia dicantur?*
142. *Magistratus curabit, ne quæstores subditos exsugant.*
143. *Cavendum à novis exactionibus.*
144. *Novarum exactionum auctores quomodo puniti.*

1 A Jure Fisci differt Ærarium, quia fiscum antiqui vocabant pecuniam Imperatoris seu Principis, ærarium verò pecuniam publicam & Imperii, & sic ærarium populi erat, fiscus Principis, per *l. 2. §. 2. ff. ne quid in loc. publ.* Rævard. *4. var. cap. 4.* Coras. *miscell. 6. cap. 9.* Besold. *de ærar. cap. 1. n. 3.* Gail. *2. obs. 20. n. 3.* Casp. Klock. *de ærar. lib. 1. c. 2.*
2 *n. 9. seq.* Sicuti etiam inter ærarium publicum & ærarium Principis differentia est, unter den Cammer- und einer Landschafft Gütern/ Besold. *d. n. 3.* Ærarium enim publicum est Reipublicæ proprium, Principis verò ærarium est privatum, & pertinet ad ipsum Principem, quatenus est persona privata & œconomus. Et publicum ærarium publicæ utilitatis, Principis verò privatæ utilitatis gratia constituitur: Et Princeps in ærarium suum plenariam habet potestatem, in publicum verò talem non habet, neque id alienare potest, Timpler. *lib. 4. polit. cap. 8. quæst. 1.*

3 Sed anne expediat Principibus ac Rebuspublicis publicum habere ærarium, an verò sufficiat, ipsos locupletes habere subditos & cives, inter politicos controvertitur? Et quidem Lycurgus prudentissimus Legislator apud Lacones, & Thomas Morus in Utopia sua ærarium omnino rejecerunt; Et Machiavell. *in disput. Livian. lib. 2. c. 10.* contra omnes negat, pecuniam belli nervum esse. Et in laudatissima Venetorum Republica capitale esse, de publico ærario augendo verba facere, idque prudenter ab illis institutum dicit Cominæus *de bell. Neapol. lib. 2.* Nec enim Principes 4
ac Respublicæ certiores videntur habere Quæstores ærarios, & qui ipsis pecuniam liberalius, quoties necesse erit, suppeditent, quam cives & subditos, Boter. *lib. 7. c. 2.* qui si pingues & divites, nervi dicuntur Reipubl. & Principis, *l. 2. C. de omni agr. desert.* Cravet. *cons. 6. n. 128.* Et thesaurus Principis non fiscus suus, sed subditi bene se habentes, *Novell. 8. in præfat. vers. cogitatio.* Unde cum Diocletianus missis Legatis increparet Constantinum Imperatorem, quod thesaurum non colligeret, ipse subditis convocatis, pecunia opus esse significavit, qui confestim ærarium compleverunt, Herman. Lather. *de censu lib. 1. c. 1.* Et hac de causa Macarensium Regem primo statim die, quo auspicatur Imperium, magnis adhibitis sacrificiis, jurejurando se adstringentem, nunquam se uno tempore supra mille auri pondo in thesauris habiturum, aut argenti, quantum ejus auri pretium æquet, introducit Thom. Morus *in Utop. lib. 1.* Principi enim incumbit curare, ut 5
suum quisque teneat, neque de bonis privatorum, sine causa urgentissima fiat diminutio, quod verum Principis esse officiũ, professus est

Carolus Magnus in suis scriptis, teste Münster. *Cosmograph. lib. 3. fol. 794.* Zoanet. *de Rom. Imper. num. 151.*

6 Atque hinc quoque jure Divino prohibetur, ne Rex sibi multiplicet aurum & argentum, *Deuter. 17. v. 17.* Et civitati Tyro exprobratur, quod coacervaverit sibi argentum tanquam pulverem, & aurum, ut lutum platearum, *Zach. 9. v. 3.* Unde & Imperator Julianus, nunquam pecuniæ cupidus fuisse fertur, eamque cautius apud privatos servari existimasse, prædicans Alexandrum Magnum, ubi thesauros haberet, interrogatum respondisse, apud amicos, Ammian. Marcell. *lib. 25.* Et Constantium amicis increpantibus, quod fiscum indiligentius curaret, respondisse: Bonus Princeps, qui magis à suis diligitur, quàm timetur, habet quicquid possident cives, refert Eutrop. *lib. 1. cap. 10. à princ.* Et melius esse, thesauros in subditorum, quàm Principum pecuniis & loculis sitos & reconditos esse, inde constare videtur, quod quæ ex publicis vectigalibus & tributis quæruntur pecuniæ, vel quæstorum negligentia dilabi, vel eorundem fuga, aut perfidia everti, vel bello aut naufragio, aut quocunque alio casu perire possunt, thesaurus verò, quem populus penes se habet, tot casibus obnoxius non est, Warem. ab Eh-
7 renberg. *de regn. subsid. c. 7 n. 36.* Ex quo etiam Reipubl. interest, locupletes habere cives & subditos, *Novel. 8. in præfat. ad med. l. un. §. hoc autem. 14. C. de caduc. tollend.*

Verùm publicum ærarium tam Principibus, quàm Rebuspublicis necessarium esse, ipsisque thesauros colligere licere, verius esse judicatur. Nec enim aliter tueri licet Rempublicam, nisi plenissimæ præstationes importentur in publicum, ex quibus & militares nutriantur copiæ, ut hostibus resistatur, nec non per urbes atque agros agantur excubiæ, & perfruuntur reliqui ordines attributis sibi salariis, reparantur muri & urbes, denique omnia alia inde proveniunt, quæ communem subditorum utilitatem concernunt, ut ait Im-
8 perator Justinian. *in Novell. 161. c. 2.* Nec quies gentium sine armis, nec arma sine stipendiis, nec stipendia sine tributis haberi queunt, Ta-
9 cit. *lib. 4.* Unde belli adjumentum & rerum omnium gerendarum nervum esse pecuniam, communis schola politicorum docet, Dio *in Vespas.* Bornit. *de ærar. in princip.* Lipsius *4. polit. 9. & lib. 5. cap. 6.* Tholosan. *de republ. lib. 11. cap. 2. num. 1.* Lather. *de cens. lib. 1. cap. 2. n. 6. seq.*

Vita hominum est pelagus, regina pecunia nauta,
Navigat infœlix, qui caret hujus ope.

Et

Quisquis habet nummos, secura navigat aura,
Fortunamque suo temperat arbitrio.

10 Bellum enim non magis armis, quàm sumptibus geritur, secundum Xenophont. *lib. 1.* & militibus stipendia decernenda sunt, *c. jus militare. Dist. 1. c. quid culpatur. vers. & Christus. caus. 23. quæst. 1.* nullusque miles gratis militat, ne quidem proprius extra regionem adverbialiter, sed in dativo casu, Warem. ab Ehrenberg. *de fœder. c. 2. n. 135.* ne dum sumptus quæritur, prædo grassetur, *c. militare. d. caus. 23. quæst. 1.* Quemadmodum enim sine nervis homo ambulare, sine pennis avis volare, & sine navibus mare trajicere non possumus, ita nec bellum sine pecunia progredi valet, Lips. *d. l.* & sicut ventriculus animalibus subministrat alimenta, sic pecunia exercitui, Warem. ab Ehrenb. *de fœder. 1. c. 2. n. 57.* Unde nihil tam benè muni- 11
tum, quod expugnari non possit pecunia, Cicero *2. in Verr.* Quamvis enim non auro sed ferro cædatur hostis, hoc ipsum tamen nisi pecuniæ suppetant, fieri nequit. Bellum enim non in armis maximè, sed in expensis & sumptibus, per quæ efficacia & utilia arma fiunt, situm est, Thucyd. *lib. 1.* Neque etiam à subditis & vicinis metuuntur Principes, qui nihil habent, quod impendere & expendere possit, sed instar nucis Ovidianæ expositi sunt injuriis, instar noctuarum quibuslibet ab aviculis excipiuntur. Unde Thomas de Aquino *de regim. Princip. l. 2. c. 7.* divitiæ, inquit, sunt Regi necessariæ, ac etiam thesaurus, quia sine illis Regi congruere Regnum non potest. Et quid à populo, necessitate ingruente, sperandum sit, excidium Constantinopolis testatum facit, Imperator enim cum à civibus pecunias militis conducendi causa propè supplex peteret, animas dejerabant, nihil sibi esse, quod dare possent, & tamen urbe anno Christi 1453. capta, passim ingens pecuniarum vis reperta, Klock. *de ærar. l. 1. c. 1. n. 46.* Ex quo etiam Reges Israël ad negocia Reipubl. belli & pacis thesauros sine reprehensione collegerunt, *3. Regum. 14. vers. 26.*

Ex quibus & similibus aliis utilem esse 12
causam ærarii & pecuniarum conservationem, etiam citra tempus necessitatis & bellorum, cum hac distinctione, ut in ærarium inferantur, & ibi conserventur, quæ colligi possunt ex Reipublicæ bonis & reditibus ordinariis, aliisque honestis mediis, citra exactionem contributionum extraordinariarum, quæ ex lachrymis colliguntur provincialium, & quæ urgente demum necessitatis & utilitatis publicæ causa exiguntur, sentit Caspar. Klock. *de ærar. l. 1. c. 1. n. 59. seq.* ubi ad contraria respondet.

Est autem Reipublicæ ærarium, quod con- 13
stat pecunia ad usus publicos, pacis & belli tempore destinatâ & reservatâ, Klock. *de ærar. l. 1. c. 2. n. 16.*

Ratione diversi usus & ordinis Ærarium 14
dividitur in Gazophylacium, seu Ærarium sanctum, Gottes- oder Kirchen-Kasten / Civile, Rent-Cammer / militare; privatum, seu Fiscum Principis, & sanctius ærarium, seu thesauros Reipub. & Principis, à Bornit. *de ærar. l. 10.* Besold. *de ærar. c. 1. n. 4.* Klock. *de ærar. l. 1. c. 2. n. 31.* Sanctum ærarium dicitur etiam thesaurus templi, *1. Reg. 7. v. 51. c. 14. v. 26. 2. Reg. 12. v. 8.* qui constituebatur olim ex majoribus decimis, aliisque reditibus, quos habebat Ecclesia, non ut servaret, sed ut erogaret, & in necessitatib^9 subveniret. Dicitur etiam ærarium templi, *2. Macchab. 3. v. 2. 6. 9.* Siclus sanctuarii sive sanctitatis, *Exod. 30. v. 13. Levit. 27. v. 25. Ezech. 45. v. 12.* Sub Regibus & Principibus post tempora

Moysis,

Moysis, in singulis Regnorum & Principatuum præfecturis constituta sunt æraria publica, in quibus reponebantur reditus ad usus pios divinitus destinati, *1. Reg. 15. 2. Reg. 12. v. 9. Paralip. 24. v. 6. 8. 10. & 11. Nehem. 10. v. 32. cap. 13. v. 5. Luc. 21. v. 1.*

15 Cum autem populus largiter ad usus pios conferret bona, ex hoc medio magna pecuniæ summa in templo colligeretur, cœperunt Reges exteri, Ægyptii, Assyrii, Chaldæi bonis istis inhiare, & sibi armata manu vindicare, *2. Paralip. 24. v. 8. cap. 28. v. 2. Habac. 2. v. 28. Zachar.*
16 *2. v. 8.* Templum quoque Hierosolymitanum splendidissimum & ditissimum fuisse, vel inde colligere licet, quod Salomoni filio, David reliquerit 27000. Milliones templi structuræ impendendos. Vid. Klock. *d. c. 2. n. 34.*

17 Modus colligendæ pecuniæ Christi tempore fuit, quod homines nonnulli devoti, & à Christo sanati, aliquid ad Christum, ejusque discipulos sustentandos contulerint, *Lucæ 8 v. 2. & 3.* Et primò fit mentio marsupii Christi, *Johan. 13. v. 29.* Cujus administratio Judæ quidem erat commissa, sed ille eo fuit abusus, & multum inde in privatum usum transtulit. Deinde mentio fit pecuniæ publicæ, quæ ab opulentis quibusdam hominibus conferebatur, *Luc. 8. v. 23.* Tertio commendatur commune ærarium, *Actor. 2. v. 44. & 45. cap. 4. v. 32. 1. Corinth. 16. v. 1. & 2. Corinth. 8. v. 1. 1. Timoth. 6. v. 18.* Cum enim Ecclesia variis exposita esset persecutionibus, opulenti Christiani bona sua in publicum usum conferebant, & ex iisdem ministerium &
18 alii pauperes sustentabantur. Tempore quoq; Apostolorum Hierosolymis commune fuit ærarium, *Actor. 2. v. 44. 45. cap. 4. v. 32. & 36. & cap. 5. v. 4.* In aliis quoq; Ecclesiis publica fuisse æraria, in quæ singuli liberrimè, quando congressus publici fuerunt instituti, pro facultatibus contulerunt, inde constat, quod Apostoli ad Eleemosynas pauperibus erogandas passim hortantur, *Roman. 12. v. 13. Galat. 6. v. 6. Ephes. 4. n. 28. Philippens. 4. v. 10.* & modum colligendarum & distribuendarum Eleemosinarum ostendit Apostolus, *1. Timoth. 3. v. 4. 6. 17. 18. 19. & cap. 5. v. 11.*

19 Subsequentibus temporibus tam largiter ad sustentationem pauperum & Ecclesiæ ministrorum, non tantum Reges & Principes, sed etiã tenuioris fortunæ homines contulerunt, ut Ecclesiæ Antistites & Episcopi, Pontificis permissu, Principatus & Regna obtinere cœperint, de quo Caspar. Klock. *de contribut. cap. 4. n. 147. & seq.* De qua rescribit Bernhardus: Religio peperit divitias, sed filia devoravit matrem. Et Hieronymus: Accrescentibus Ecclesiæ opibus, veræ illæ opes, pietas, fides & charitas, sunt diminutæ.

20 Nostra ætate ærarium sacrum potissimum constituitur ex collectione Eleemosinarum, quas pii sponte, vel stato tempore, vel extra ordinem conferunt, ut singulis diebus Dominicis vel vestis ostiatim, vel ad januam Ecclesiæ, vel in Ecclesia, von Hauß zu Hauß / in oder vor der Kirchen / in hospitiis publicis, daß in offenen Herbergen und Würthshäusern wegen das Allmosen Büchsen allezeit auffgesetzet werde / ut peregrini pauperibus quid conferant. Item in conviviis solemnibus Sponsalium, nuptiarum, baptizatorum, itemque in funeribus, auff Ehe-Verlöbnussen / Hochzeiten / Kindtauffen / Leuchbegängnussen / ꝛc. Solet etiam aliquando pro augendo ærario sacro aliquid exigi pro pulsu campanarum, Geleut oder Glockengelt / ex sedibus in templis, Stuhlgelt / nec non pro sepultura in cœmiteriis, vel templis publicis, de quibus vide *infra lib. 5. cap. 20. n. 53. & seq.* Moris quoque est in 21
Civitatibus nonnullis, & alibi, ut emptores & venditores rerum immobilium, quàm primum convenerint, aliquid nummorum ad pios usus, sive ad cistam sacram, seu publicam pendere teneantur, den Gottes-Pfenning einlegen / quâ pecunia non illata, contractus quasi nullus censeatur, Bornit. *de ærar. lib. 10. cap. 2.* Besold. *thes. pract. verb.* Armkast.

Hodiernis moribus ærarium est, quod dicitur der Heilig. Olim enim ferè in honorem Sancti, cui vel Ecclesia Parochialis dicata erat, vel quem oppidum, sive pagus sibi elegerat patronum, certi reditus destinati erant, ad onera pia sustinenda, zu Erbawung der Kirchen / oder deren Ornat, auch Erhaltung der Armen / Besold. *d. verb.* Armkast. *in fin.* 22

Generaliter ærarium consistit non tantum in pecunia numerata, sed etiam in iis, quæ pecuniæ nomine veniunt; & quæ pecunia æstimari possunt, quæ vel necessitatis tempore citò vendi, aut cum iis indigemus, nummis non semper comparari possunt, per *l. pecuniæ. verbum. 178. in princ. l. pecuniæ nomine. 222. ff. de V. S.* 23
Totum enim quicquid homines possident in terra, omnia, quorum Domini sunt, pecunia vocatur; Servus sit, vas, ager, arbor, pecus, quicquid horum est, pecunia dicitur, inquit Augustin. *de disciplin. Christian. cap. 1.* Et sic etiam ærarium consistit in reditibus tributis & fructibus, Steur / Schoß / Schatzung / Bodenzinß / Landgarben / & similibus, Besold. *de ærar. cap. 1. n. 5. & 6.* Klock. *de ærar. lib. 1. cap. 2. n. 18.* 24

Reditus ærarii sunt vel naturales, vel industriales, vel comparantur natura vel ope terræ, vel arte & opificiis & artificiis manuariis ex fundis publicis, veluti agris, prædiis, villis, pascuis, sylvis, nemoribus, hortis, vel ex fructibus animantium. Alii quoque sunt certi & immutabiles, qui nec crescunt, nec decrescunt; vel incerti, mutabiles & casuales, qui interdum majores, interdum minores, interdum nulli, de quibus disserit Petr. Gregor. Tholos. *de republ. lib. 3. cap. 2. n. 13. seq.* 25

Sunt quoque alii ordinarii, alii extraordinarii: Ordinarii, quos semper pendere oportet, & ferè sunt tributa è bonis immobilibus & mobilibus, quæ indictiones, intributiones, possessionum onera, munera rei cohærentia, functiones publicæ, necessitates statutæ, annuæ exactiones publicæ & fiscales pensitationes nominari solent. Quibus etiam accensentur Vectigalia, tàm nautica, quàm terrestria; Extraordinarii sunt, qui non semper, sed quando Reipubl. utilitas vel necessitas id expostulat, solvendi veniunt: Quales sunt jugatio, quæ de agris

agris pendi solet: Capitatio, quando singuli cives aliquid viritim, suo pro capite numerare tenentur: Hospitatio, si magistratuum nomine excipiendi, vel alendi sunt milites, vel alii peregrini, de quibus omnibus & singulis vide latè Caspar. Klock. *de contribut. c. 1. per tot. & cap. 17. n. 166. 167. & 205. seqq.* confer. Besold. *de arar. cap. 4.* Cujusmodi Extraordinarii reditus jam ferè sunt innumerabiles & immortales, & plerumque in onera ordinaria degenerare, & tacito populi consensu, & boni publici causa in
26 legis necessitatem migrare solent. Cum tamen ad novorum & extraordinariorum tributorū & onerum exactionem non sit deveniendum, nisi summa & inevitabilis necessitas urgeat, & reditus ordinarii deficiant: ante omnia enim Principes & Domini, Rerumq; publicarum moderatores proprium marsupium sive ærarium, reditusque ordinarios excutere debent, antequam ad extraordinarias exactiones perveniant, *l. neminem. in fin. C. de SS. Eccles.* Roland. à Valle *cons. 1. n. 67.* Wesembec. *cons. 45. n. 16.* Rosenthal. *de feud. cap. 5. concl. 74. per tot.* Köppen. *decis 32. n. 12.* Gail. *de arrest. cap. 10. n. 12.* Klock. *de contribut. cap. 7. n. 4. & 59. seqq.* Mynf. *5. obs. 21.* Besold. *de arar. cap. 4. n. 2.* Goeddæ. *4. Marpurg. cons. 16. n. 341. seq.* Bocer *de collect. cap. 1. n. 13. seq.* Nihil etiam Princeps & Respublica, tam magno studio, tamq; seriò affectare debet, quàm ne novo quisquam vectigali oneretur, *Novel. 43. cap. 1. §. 1.* Si non populi hirudo, lupus, rapax, homicida pauperum, & harpya indigitari, & tumultibus & seditionibus causam præbere velit, Althus. *polit. cap. 11. n. 25.* Besold. *d. cap. 4. n. 2.* confer Klock. *de contribut. capit. 18. n. 310. seqq.* Lather. *de cens. in præfat.* Damhoud. *in prax. crim. cap. 99. n. 10. seq.*

Modi, quibus ærarium constituitur & augetur, varii à scriptoribus adferri solent, ex quibus nos potiores, & quibus magis legitimè u-
27 tendum videtur, breviter referemus. Et inter hos primum referri potest agricultura, cum secundum Ciceronem *in offic.* omnium rerum, ex quibus aliquid exquiritur, agricultura nihil sit melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius, quæ aliarum artium parens, atq; nutritia dicitur, nullumq; justius reditus genus, quàm quod terra, cœlum, annus refert, Plinius *lib. 9. Epist. 87.* Quâ benè se habente, cætera valent, hâc verò neglectâ, terrâ, mariq; jacent omnia, Xenophon *in œconom.* unde & agricultura & agricolæ dicuntur fundamentum, quo tota Reipubl. machina innititur, secundum Amirat. *lib. 12. dissert. polit. in Taci. discurs. 3.* Et pauca ad quotidianum victum viro diligenter curam rei rusticæ habenti, & pascendo pecori incumbenti, deesse, sed ejus vel mediocrem diligentiam rem familiarem summopere augere, dixit Cato. Atq; inde agricolas non minimū esse curādos, cum illi alterum sint ex præcipuis Reipubl. membris, ex quo nobilissimum ejus corpus conflatur, scribit Scipio Amirat. *lib. 12. dissert. polit. 3.* Et Romani, teste Dionys. Halicarnass. *Roman. antiq. lib. 2.* duo sola studia ingenuis hominibus reliquerunt, agriculturam, & bellicam artem, quia videbant horum vitæ generum beneficio homines ventri imperare, & illicita Venere minus capi; Easque artes ad sustinendam ac servandam Rempublicam utilissimas esse, nempe agriculturam propter militū alimenta, & militiam propter agricolarum tutelam, Schönborn. *lib. 3. polit. cap. 46.* Klock. *de arar. lib. 1. n. 11.* Aurum per bella quærere, nefas, per maria periculosum est; per falsitates autem opprobrium; per agriculturam licitum est, inquit Cassiodor. *in Epist.* Sola agricultura alimenta nobis præbet, ædificium adjuvat, & vestimentum penè suppeditat, quinimo nulla ars, nullaq; hominum industria efficit hominem beatum, quam agricultura, Franc. Patrit. *de instit. Reipubl. 1. §. nos autem agriculturam.*

Hinc quoque Agricultura nec Regibus, nec 28
Principibus pudenda, & apud Romanos Consules ex agricolis fuerunt desumpti, & celeberrimæ apud Romanos familiæ ab agricolis ortæ & cognominatæ, ut testes sunt Hortensii ab hortorum studio; Pilumni à pilo conterendi frumenti instrumento; Stolones á pampinatione arborumq; cura, quod diligentius curarent, ne stolones, id est, inutiles frutices ad arborum caudices nascerentur; Fabii à fabis; Pisones à Pisis; Lentuli à lente & agro lenticulari; Lactucini à lactulis; Cicerones à ciceribus & leguminibus, quæ quisq; optimè sereret, sic cognominati. Bubulci vero, Bupecii, Equicii, Juvenci, Tauri, Suilli, Vituli, & Vitelli, Ovini & Opilii, Capriani & Caprilii, Porcii, Catones, Annii, à Buccolica & Brobatica, hoc est, à bobus, equis, juvencis, tauribus, suibus, vitulis, ovibus, capris, porcis, &c. nutriendis sic indigitati, Klock. *de arar. lib. 2. cap. 1. n. 6. & per tot.* ubi plura de agriculturæ laude refert, confer Lather. *de cens. lib. 3. cap. 6. per tot.*

Inter compendia autem, quæ ex agricultura 29
ad ærarium profluunt, refertur imprimis vectigal, quod ex agris publicis pro pastu accipitur, Weidtgeld / de quo Lipsius *lib. 2. de magnit. Roman. 1.* Vulv. Pacian. *de vero justoq; Princip. cap. 3.* uti & alia vectigalia & tributa agris imposita, quæ agraria & solaria dicuntur, Grund und Bodenzinß / Klock. *de arar. lib. 2. cap. 1. n. 64. seq. & de contrib. cap. 1. n. 107.* Et Vectigalia, quæ ex A- 30
gricultura Rex Indiæ percipit, quotannis centum quinquaginta tonnas auri conficere, ex Johan. de Laet. *in descript. Indiæ pag. 151.* refert Klock. *de arar. d. lib. 2. cap. 1. n. 66.*

Unde deligentem agriculturæ habendam 31
esse rationem, & Rerumpublicarum moderatores constituere debere inspectores, qui ad agricolas intendant, & ignavos puniant, monent politici, Klock *d. cap. 1. n. 47. & seq.* Lather. *de cens. lib. 3. cap. 6. n. 64. seq.* Alex. ab Alex. *genial. dier. lib. 3. cap. 11.* Et operæ pretium esse, ut certi inspectores constituantur, qui dispiciant, num prædia, agri, vineæ, horti, sylvæ, &c. probè & non segniter colantur: atq; arbores vel frugiferæ vel ad foci usum, ubique plantentur, quos Feld Steußler vocamus, scribit Besold. *de vita & mort. consid. cap 3. n. 6.* Quod etiam monet Nicol. Vernulæ. *institut. polit. lib. 2. tit. 11. quæst. 3.* inquiens, qui publica authoritate constituti, agros, hortos & vineas inspiciant, & ubi sedulos repere-

perérint cultores, parte aliqua tributi remissa, laudent; ubi negligentes, arguant, & gravent magis. Videant, an novi agri, seu novalia institui possint, vel vepribus aut sylvis excisis, vel paludibus exsiccatis. Curent denique ulla loca, alioquin fertilia, per ignaviam cultorum vel desuetudinem, horrida jaceant & inculta. Idemque Romanorum prudentissimum Numam Pompilium fecisse, refert Dionys. Halicar-
32 nass. *lib. 2. antiq.* & Plutarch. *in Numa* Et agrum male colere aut arare, Romæ censorium probrum fuisse, Author est Plinius *lib. 18. cap. 3.* Et Romanorum si quis agrum sordescere sinat ærarius fit, inquit Gell. *lib. 4. cap. 12.* Et agri ne deserantur à magistratu prospiciendum, ac proinde, ne rustica plebs per ullam occasionem in urbem vocetur, aut in ea retineatur, monet Livius *lib. 4.* Et hac de re extat singularis ordinatio Würtembergica in der Fürstl. Würtemb. Lands-Ordnung/ *tit.* von Feldstuglern. *47. fol. 96.*

33 Unde quoque agricolis plurima fuerunt concessa privilegia & immunitates, eosque à militum molestiis & concussionibus vindicarunt, Imperat. *in l. prata. 3. C. de pasc. publ l. 1. & tot. tit. C. de agric. & censit.* Et apud Indos bello inviolabiles sunt agricolæ, Arian. *rer. Indic. lib. 5.* confer Klock. *de ærar. d. cap 1. n. 54. seq.*

34 Agricultura non solum concernit agros & vineas, sed etiam sylvas, nemora, lucos, saltus, saliceta, fruteta, hortos, pascua, adeoq; omnia bona ruralia immobilia, cum fundi appellatione contineantur agri, prædia, villæ, pascua, vineæ, oliveta, horti publici, & omnes possessiones, quæ Reipubl. conservandæ causa ideò reservata, ut eorum fructus in ærarium colligantur, Renat. Choppin. *de doman. Franc lib. 3. tit. 22. n. 6.* Heig. *part. 1. quæst. 25. n. 23.* Meichsner. *tom. 3. decis. 33. n. 85.* de quibus vide Casp. Klock. *de ærar. lib. 2 cap. 2. seq.* Et de cura & utilitate sylvarum vide *supra cap. 7. n. 80. seq.*

35 II. Quæ de agricultura dicta sunt, eadem quoq; in Bucolica, sive cura pecuaria obtinent, Viehezucht und Melckereyen/ veluti ex qua summa quoq; Reipublicæ & ærario infertur utilitas, sicuti videre licet apud Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 4. per tot.* ubi *n 3.* in Frisia Orientali nuper vitulum 64. Joachimicis divenditum se vidisse scribit, ac in Frisia & Batavia ex bobus & tauris magnum lucrum añuum æruscare, & ex foro boario maximas Patrifamil. & ærario accrescere quæstus & utilitates, quæ Noribergæ ex macellis, auß den Schlachthäusern/ ultra & circiter 15000. thaleros Imperiales se protendant.

36 In nonnullis Hollandiæ locis ab una vacca undecim lactis mensuras, sive congios ferè tres emulgeri æstivis diebus; indeq; tantam butyri, caseique optimi copiam esse, ut ex eo, quod ad exteras Regiones effertur, decies centena aureorum millia annuacogi, ex Lud. Guicciard. refert Dn. Lansius *in orat. pro German. fol. 57.* Lather. *de cens. lib. 3. c. 12. n. 51.* ubi *n 52.* addit, quod vicini Eudorensis soli tanta sit fertilitas, ut una æstate vicies centena millia librarum casei ex præfectura illa navibus exportari certum sit, post Chytræ. Chron. Saxon. *part. 1. lib. 1. fol. 84.*

37 Ex quo etiam pastoritiam à primo Abele, omnes Patriarchæ & Principes populi Hebræi, præter cæteras artes, summo studio coluerunt, Est enim pastoralis ars omnium simplicissima, minimeq; operosa, vel artificiosa, sed utilissima, suppeditat enim victum & amictum, nec non materiam oblationum, & sacrificiorum Deo gratorum, ut latè disserit Benedict. Perer. *comment. in Genes. cap. 4. 2.* quodq; illustrissimus quisque apud Veteres pastor fuerit, testatur Varro *de re rustic. lib. 2.* Ex quo etiam Aristoteles in libris politicorum sæpius iterat; optimam Rempublicam esse, cujus cives ex re rustica, & ex pastione vivunt, eo, quod ii ex legibus se resque suas regant, cum habeant ex opere suo, quantum satis est ad vivendum, & tamen non licet eis esse otiosis, Besold. *de vit. & mort. consid. lib. 1. cap. 1. n. 5.*

Unde omnes Legumlatores & Politici non præter rationem, summo studio cavent, ut loca certa pascuis sint destinata, ut pastoritia promoveatur, & optimis legibus conservetur. Indeque in der Fürstl. Würtemberg. Lands-Ordnung/ *tit.* von Waidt und Schaff Ordnung/ *fol. 168. seq.* provisum est, daß die Waiden und Waidgäng/ zu Schaden und Nachtheil/ auch Abbruch deß gehürnten Viehes/ nicht überschlagen/ noch Vortheil/ oder Gefahr geübet werde. *Et fol. 178.* mandatur, ut loco equorum, quos alere majoris constat, boves ad vecturam educentur, damit auch das Fleisch desto fürderlicher/ und dannoch mit Nutz der armen Leuth erzogen werden möge. 38

Ovium utilitas secundum Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 4. n. 21.* consistit in tonsura, lana, lacte, fimo & stercoratione in agris, & in Selandiæ & Hollandiæ agris oves ter quaterq; singulos annos fœtare, & interdum tergeminos & quatergeminos parere, refert Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 4. n. 23.* ubi etiam de equorum pretiositate, & porcorum pinguium & glandiariorum utilitate disserit. De jure pascendi & pascuorum plura vide *supra cap. 7. n. 73. seq.* 39

III. Plurimum quoq; ad ærarii augmentum facit, si Principes & Rerumpublicarum moderatores diligenter attendant, ut nullam particulam terræ incultam relinquant, sed loca sterilia, deserta, montosa & sylvestria fœcunda & culta reddant Idque veterum Germanorum exemplo, qui nobis longè aliam & cultiorem Germaniam reliquerunt, quàm quæ à Cæsare & Tacito descripta, quod olim aspera cultu, nec urbes, nec panem habuerit, sed pultibus usa sit. Et de Rege Masanissa legitur, quod totam Numidiam ex inculta & deserta, omnium fructuum abundantissimam reddiderit. Valer. Maxim. *lib. 8. dictor. fact. memorab. cap. 13.* Boter. *lib. 8. cap. 2.* Cujus quoque egregium exemplum extat in Comitatu Sarwerdano, in quo ante paucos annos consilio Nobilissimi viri Joh. Philippi Streuffii à Lawenstein/ aliquot in locis terra & sylvis & vepribus obsita, ita exculta est, ut Comites Nassovii, indè multis aureorum millibus reditus suos amplificaverint, ut refert Obrecht. *in consil.* Welcher massen ein Standt deß Reichs/so mit grossen Schulden beladen/ sich derselben erledigen/und seine Gefäll verbessern möge. *tit. 4 n. 10.* 40 41

Inque

Inque hoc Principes & Reſpublicæ Belgarum, ſolertiam imitabuntur, qui etiam paludoſa, uliginoſa & lacuſtria loca inſigni induſtria ſiccant & excolunt. Unde tria miracula in Batavia referuntur, quod ex aquis terram conficiunt, aquas inhabitant, aquasque ſeminant; Daß die Leuthe unter dem Waſſer wohnen/ auß Waſſer Land machen/ und ins Waſſer ſäen/ Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 1. n. 39. ſeq.*

43 Hinc quoque ab initio ſteriles & deſertos agros inventos, ut eò citiùs in culturâ redigantur, gratis & ſine penſione, ad tempus concedendos eſſe, ſuadent Politici, Petr. Greg. Tholoſ. *de republ. lib. 1. cap. 2. n. 9. & paſſim.* Sicuti etiam olim agri dabantur colendi certa penſione, vel cum parte, ut ſteriles ad fœcunditatem reducerentur, interim verò cultores eos gratis poſſiderent, & poſtmodum certa mercede, qui propterea vectigales agri dicti, *tot. tit. ff. & C. ſi ager vectigal.* Romani ſiquidem agros, quos hoſtib⁹ adimebāt, ſi culti erant, civibus dividebant; ſi inculti, Italicis hominibus, vel plebi Romanæ locabant, ex conditione, ut qui araſſent, decimam frumenti, quintam aliarum fructuum Reipublicæ penſitarent: qui pecora majora vel minora alerent, certum ſtipendium ſolverent. Ita Pertinax Imperator, teſte Herodoto, quicquid in Italia, aut alibi gentium inculti ſoli, etiam ſub Regibus vacaret, id totum occubantibus & colentibus adjudicavit, decemq; annorum immunitatem, & perpetuam dominii libertatem agricolis conceſſit, confer *l. qui agros. 8. C. de omni agr. deſert.* Romulus quoq; agrum Romanum in tres æquales partes diviſit, quarum unam ſacris faciendis; ſecundam Reipublicæ oneribus ſubeundis, tertiam hoſtibus aſſignavit, Dionyſ. Halicarnaſſ. *lib. 7.* Plura de hac re vide apud Boter. *illuſtr. polit. 7. cap. 4.* Lather. *de cenſ. lib. 8. cap. 5.* Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 1. n. 31.* Beſold. *de ærar. cap. 3. §.*

44 IV. Licitè quoque augeri poteſt ærarium per compendium fiſcale, è ſolo, foro, ſtructuris & ædificiis publicis: tutius enim onera imponuntur illis rebus quæ Reipubl. & publici juris ſunt, quàm rebus privatorum. Qualis eſſe ſolet pecunia, quæ colligitur ex ſtationibus in foro, pergulis, aliisque locis mercatui opportunioribus, & ex ipſo ſolo, ſi quid enim in ſolo publico ædificatum eſſet à privato, id quod pro ea permiſſione & ædificatione dabatur, ſolarium dictum, nempè tributum pro ſolo Bodenzinß/ per *l. 2. §. ſi quis nomine. ff. ne quid in loc. publ.* Hondedæ. *conſ. 18. n. 57. & 58. vol. 2.* Jul. Cæſar. Bulenger. *de vectigal. popul. Rom. cap. 36.* Sicuti etiam in nundinis & mercatibus pro loco & ſede publica merces datur ſive pecunia forenſis, Marckt- oder Standgelt/ de quo *infra l. 5. c. 23 n. 4.*

45 Solent quoque interdum à magiſtratibus extrui ædificia pro uſibus & opportunitatibus negociorum & negociatorum privatorum inſervientia, veluti Kauff: Gewand; Leingewand; Schuchhäuſer/ Flaiſch und Brodtbäncke/ Brodtlauben/ Gar-Kuchen/ item tabernæ, buticæ vel banchi, Butiquen und Kramläden/ pro quibus vel certo tempore, vel annuatim certa penſio ſolvi, & ex aliis foris boariis, piſcariis, piſtoriis, macellariis, cupedinariis, pomariis, olitoriis, & ſimilibus certa compendia quæri ſolent, de quibus *infra lib. 5. cap. 26.*

V. Quantam Mercatura Rebuspublicis adferat commoditatem & utilitatem, non eſt, ut multis hoc deprædicemus, ſed per ſe manifeſtum eſt, Hæc enim compenſat defectus, quos terræ à natura diverſæ patiuntur, & importat, quod natura negarat: non enim omnis fert omnia tellus, juxta Vergil. *1. Georg.* 45

Hic ſegetes, illic veniunt fœlicius uvæ,
Arborei fœtus alibi, atque injuſſa vireſcunt
Gramina: nonne vides, croceos ut Tmolus odores?
India mittat ebur? molles ſua thura Sabæi.
At chalybes nudi ferrum, viroſaque Pontus
Caſtoria, Eliadum palmas Epetros equarum.

Ignotiſſimas Regiones & Reſpublicas ſociat fœderibus, amicitia, ſæpè etiam Religione: invehit igniculos fidei cum mercibus, Doctores quandoque ipſos, de quo confer Caſp. Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 25. n. 1. ſeq.* Unde præcipuum quoddam rei domeſticæ & Reipublicæ conſtituendæ inſtrumentum mercatura perhibetur, hæcque tum ingens eſt Civitatibus ſubſidium, cum multi & potentes in ea ſunt mercatores, per quos variarum rerum copiam ad omnes omninò eventus habet. Horum enim induſtria magna Reipublicæ emolumenta parit, dum exterarum ingenia nationum & opes noverunt, neceſſaria ad tutelam arma moderato pretio comparare valent, & agendi dexteritate ac humanitate pollent. Multorum illi Regum & Rerumpubl. dignitatem, cum opibus, tum induſtria adeò tuentur, ut ſine iis nec retineri Principum aulæ poſſint, nec bellum geri, aut carere commodis ingentibus neceſſum ſit Tot olim ſteterunt, tot hodie florentiſſimæ reſtant Reſpublicæ, quæ ſi negociationem ac mercaturam deſererent, collabi dignitatem illam ſuam continuò viderent. Imò Civitatum ac plurimarum quoque provinciarum quaſi vita & ſanguis eſt negociatio, ut nervus ille belli & pacis, pecunia haud unquam deſit. Et ſatius nonnullis in Regnis & Rebuspublicis videtur ad ærarium explendum negociationem fovere, & Reipubl. mercandi induſtria ſubvenire, quàm tributis ſubditos premere.

Ex quibus mercaturam non tantum Civitatibus utilem, ſed etiam honeſtam, nec ſolum honeſtam, verum etiam neceſſariam eſſe, ſcribit Bodin. *de R. publ. lib. 3. cap. 8. fol. 561.* & magnum momentum ad Reipublicæ, imò totius ditionis emolumentum & cōmodum promovendum & procurandum adferre, ſi mercatura ſedulò exerceatur, ejusque ſectatores & aſſeclæ, immunitatibus & privilegiis præ cæteris gaudeant, & ornentur, cum aliàs pecuniæ magnitudo faciat, ut eam poſſidens intra primores nominetur, ſcribit Herman. Lather. *de cenſu lib. 3. cap. 12. n. 53.* Neq; negociatores magis oneribus affici decet, ſed potius fovendi ſunt mercatores & opifices, qui ſuo labore & induſtria victum quæritant, & Civitates longè magis abundantes reddunt his rebus, quæ uſui eſſe poſſunt: neceſſarii ſi quidem ſunt, qui quæ nobis ſuperſunt, devehunt, & permutando & ven- 47

dendo

dendo advehunt, quæ necessaria sunt, *Patrit. Senes. 1. institut. Reip. §. fovendi sunt.* Et tantam esse mercaturæ vim, ut adempta mercandi facultate, provinciales continuò ad inopiam redigantur, scribit Hippol. à Collib. *tract. de Princip. cap. 30.*

48 Hinc quoque licet Nobilibus & aliis personis dignioribus mercatura sit interdicta, eadem tamen ipsis permissa censetur, si ærarii tenuitas & summa necessitas id efflagitet, vel consuetudine id receptum sit, *l. nobiliores. 3. C. de commerc. & mercat. & ibi* Gothofr. *in not. l. ne quis. C. de dignitat.* Myns. *6. obs. 54.* Strach. *de mercat. 3. n. 14. seq.* Schönborn. *3. polit. cap. 39. §. porro artium.* Lather. *de censu lib. 3. cap. 13 per tot.* Boter. *de polit. Illustr. lib. 8. cap. 14.* Hippol. de Collib. *de Princip. cap. 34.* Bodin. *de republ. lib. 6. cap. 2. fol. 1016. seq.* Et pro augendo ærario monopolia institui posse, & salis venditionem principes & magistratus alios sibi reservare posse, vide *infra lib. 5. cap. 22. n. 17. & seqq.* Plura de jure & cura commerciorum, vide *infra lib. 5. cap. 21. per tot.*

49 VI. Quantum proventus metallici ærario proficiant, docemur exemplo Electorum & Ducum Saxoniæ, qui intra annos septuaginta sex ex venis Schnebergensibus, ex decimis & signatione argenti 4118. auri tonnas collegisse referuntur, post Albin. in der Meißnischen Chronic. part. 4. Waremund ab Ehrenberg. *de subsid. regn. cap. 4. n. 25.* Georg. Fabric. *Orig. Saxon. lib. 7.* Lather. *de cens. lib. 3. cap. 9. n. 9.* Unde facilè colligere licet, quantam vim pecuniarum, ex omnibus venis centum annorum spacio habuerint. Et ab anno Christi 1496. quo proventus metallici in monte Schreckenbergo propè Annæbergam, bonis initiis orti progressus prosperos habuerunt, distributa est sors de partibus, & quatuor annorum spacio ad annum scilicet 1500. numeratæ sunt aureorum Rhenensium, centum viginti quatuor millia, octingenti & triginta octo. Qualis ubertas causam

50 dedit Georgio Saxoniæ Duci, ut de condenda urbe, in qua considerint metallici, consilium caperet. & delectus est locus, qui Schreckenbergum initio dictus fuit, á quo etiam moneta Schreckenberger nomen accepit, quæ ibi cusa fuit; sicuti Schnebergii à monte Schnebergo, ubi cusi sunt.

51 Hinc fodinas metallicas cor & vitam provinciæ esse, civitates peperisse, partas amplificasse & illustrasse, opibus auxisse, nobilitatem nobiliorem fecisse, Principes Celsissimos & Illustrissimos evexisse, iisque incrementa, gloriam, dignitatem & amplitudinem suam contulisse, respondit Ernest. Cothman. *vol. 4. consil. 1. n. 110.* ac metallum auri vel argenti fertile uno anno plus utilitatis præbere, quàm agrum fructuosissimum centum annis, scribit Georg. Agricola *de metall. vet. & nov. lib. 1.*

52 Quamvis autem lucrum, quod ex metallifodinis colligitur, vera sit Principum mercatura, quibus nemo præter Principem manum admovere valeat, secundum Scipion. Amirat. *lib. 3. dissert. polit in Tacit. discurs. 8.* Rauchbar. *lib. 1. quæst. jur. 22.* Et argentariæ, sive venæ metallicæ cujusvis generis fermè ad Regalia fisci referantur, *supra cap. 4. n. 122.* Et aurifodinæ ad Principem pro sustinendis Reipubl. oneribus, pertineant, Lucas de penna *in l. quicunq. desertum. in princ. C. de omni agr. desert.* Menoch. *consil. 302. n. 26. in fin.* Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 27. n. 3. seq.*

Auri & argenti tamen, & reliquorum metallorum fodinas Electoribus tam Ecclesiasticis, quàm sæcularibus concessit Imper. Carolus IV. in *Aurea Bulla cap. 9.* Ita ut hi à decimis liberi sint, Sixtin. *de regal. lib. 2. cap. 16. n. 80.* Et hodie 53 ipsa quotidiana experientia testatur, alios quoq; Principes, Comites, Barones & Civitates Imperiales ferè omnes hac prærogativa uti, ipsisq; vel ex peculiari Imperatoris concessione, vel immemoriali præscriptione, vel investitura regalia fodinarum metallicarum competere, sine onere decimæ, Sixtin. *de regal. lib. 2. cap. 16. n. 81.* Göden. *cons. 3. n. 9.* Heig. *lib. 1. quæst. 13. n. 30.* Simon. Pistor. *consil. 4. n. 7. seq.* Speidel. *verb.* Bergwerck. Arnisæ. *de jur. Majest. lib. 3. cap. 5. n 4.* Klock. *de ærar. lib. 2 cap. 27. n. 8.* Et Civitatibus 55 Imperialibus metalli fodinas competere, tradunt Joh Bruning. *de var. univers. spec. concl. 26.* Joh. Adam. Dapp. *dissert. de civitat. German part. 1. cap. 7. n. 11.* Et sunt metalli fodinæ de regali- 56 bus fisci, quoad tributum reditum & vectigal, quod privati, si in ipsorum prædiis sint inventæ, ex iisdem Imperatoris fisco præstare tenentur, *l inter publica. 17. §. fin. ff. de V. S. l. 2. & 3. C. de metallor. & de metal. l. si quis 11. C. de Vectigal.* Mynsing. *resp. 39. n. 11. seq.* Gœden. *cons. 2. & 3.* Rosenthal. *de feud. cap. 5. concl. 88. n. 7.* Bocer. *de regal. cap. 3. n. 166* Vultej. *de feud. lib. 1. cap. 5. num. 7.* Quoad proprietatem verò metalli fodinæ ad privatos pertinent, in quorum prædiis inveniuntur, *l. fructus. 7. §. si vir. 13. & § seq. ff. solut. matr. l. 3 in fin. l. 4. ff. de reb. eor. qua sub tut.* Rosenthal. *d. cap. 5 conclus. 89. n. 1. seq.* Bocer. *d. cap. 3. n. 164. seq.* Et de jure Civili & & feudali privatis quoque 57 permissum est, metalla in proprio fundo fodere, & indè fructum percipere, si modò decimæ indè pendantur, territorii Domino jus hoc habenti. *l. item. 9. §. 2. seq. l. in cujus 13. §. 11 seq. ff. de usufruct. juncta l. 3. in fin. l. 4. & 5. ff. de reb. eor. qui sub tut. d. l. fructus. 7. §. si vir. 13. seq. ff. solut. matrim. l. venditor. 13. §. 1. ff. commun. præd.* Rosenthal. *de feud. cap. 5. concl. 15.* Vultej. *de feud. lib 1. cap 5. n. 9.* Schurff. *1. cons 26. n. 8.* Sixtin. *de regal. lib. 2. cap. 16. n. 34.* Et sic privilegium Electorum, aliorumque Principum ac Statuum, quod metalli fodinas habere possint, in eo consistit, quod à decimæ hoc onere sint immunes, Gœden. *cons. 3. n. 9.* Wesembec. *cons. 45. n. 24.* Sixtin. *de regal. lib. 1. cap. 5. n. 8.* Et quod decimas percipere possint, ex fodinis in subditorum suorum fundis repertis, Speidel. *in notab. verb.* Bergwerck.

Cum igitur constet metalli fodinarũ maximam esse utilitatem, ideò nõ sunt negligendæ, sed tanquã Reipubl. bona & beneficia summè colendæ, & si jam olim venæ comparuerint, investigandæ ulterius, & de novis quoq; sedulo co- 58 gitandum, neque existimandum, ita Deum dispensasse, ut veteres omnia eruerint, Casp. Klock. *de ærar. lib. 2 cap. 27 n. 17.* ubi *cap 28. seqq.* plura de variis metallis adducit, quo me brevitatis studio remitto.

VII. Il-

59 VII. Illustre Reipublicæ administrationis munimentum, & ærarii augendi medium est, tributorum & collectarum exactio, utpotè in quibus Reipublicæ nervus consistit, *l. 1. §. in causa tributorum, 20. ff. de quæstion.* Hæc ornamenta pacis sunt, & belli subsidia, Cicero *pro L. Manl.* Et quemadmodum totum corpus ad extremam tabem venire necesse est, alimentis ventriculo denegatis; ita tributis non exhibitis, extrema regimini pernicies. Et sicut nervi corporis connexionem regunt, ita etiam tributum Rempublicam, Casp. Klock. *de ærar. lib. 2. c. 80. n. 19 seq.* Unde de tributis exsolvendis mandatum divinum extat *Matth. 22. v. 11. Romanor. 13. v. 7.* Tributi nomine veniunt collectæ, vectigalia, gabellæ, & accisiæ, de quibus plura vide *infra cap. 17. & sequentib.*

60 Et sic VIII. meritò inter modos ærarium augendi referuntur vectigalia, earum rerum, quæ aut evehuntur, aut invehuntur, utpotè in quibus Principum & Rerumpublicarum vires sunt positæ, Thucyd. *lib. 2. de bello Pelopones.* & sine quibus imperium nullo modo retineri potest, Cicero *in epist. ad Quint. fratr.* Unde se nescire, an solidius ærario nutrimentum quæri possit, quam si vectigalia certa & perpetua eidem destinentur, & vectigal antiquissimum & usitatissimum ærarii augendi genus esse, quod Neronem, cum è Republica tolli vellet, à patribus prohibitum esse, ne sublatis vectigalibus dissolutio Imperii sequeretur, refert ex Tacit. *lib. 3 annal.* Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 69. n. 1.* Quænam autem vectigalium nomine veniant, vide *infra cap. 18. n. 8.*

61 IX. Ex venatione quoque ærarium augeri solet & potest: Quamvis enim venatio jure gentium omnibus sit permissa, moribus tamen hodiernis eam sibi soli Principes & territoriorum Domini vindicant ut dictum est *supra cap. 7. n. 1. & seq.* Quamvis autem nonnulli dubitent, an Principes & territoriorum Domini ab exercitio Venationum aliquam utilitatem & commodum sentiant, cum experientia testetur, quod quotusquisque magistratuum, qui venationi deditus, duplo, imò triplo aut quadruplo plus in venatores, canes, retia, plagas, a iaque impendat, quàm inde lucri sentiat. Quod etiam innuit Poëta per Actæonis fabulam, quando à propriis canibus laceratus fuit, quod nimirum in eos omnibus opibus suis insumptis, tandem suo studio perierit, qua notantur illi, qui nimirum venationi incumbentes, bona sua ita effuderunt, ut in extremam paupertatem & miseriam inciderint, Hen Arnisæ *de jur. majest. minor. cap. 4. n. 7* Cum plerique venatores ita venatici studii amantes sint, ut canum latratus, raucum cornuum sonitum, venatorum confusos clamores lubentius ferè, quàm Musicum concentum audiant; & quorum nares quivis facilè odor offendit, ca-

62 nes male olere non putent. Quin tamen ex venatione, si non voluptatis, sed utilitatis & necessitatis causa moderatè instituatur, magna ærario commoda quærantur, non dubitatur, & honesta semper & liberalis exercitatio fuit habita, quæ & initio statim rerum egestati & rei familiari subvenisse traditur; Et Æneas ille apud Virgilium venatum egressus, septem cervos configit, cogente necessitate alendi se & socios: Et Romulus venatus dicitur, non voluptatis, sed victus causa Unde licet Regalia (inter quæ venatio à nonnullis censetur) & jurisdictiones non sint quæstuariæ, neque ad lucrum inventæ. *Novel. 8. §. cogitatio.* Bald. *cons. 410. n. 1. vol. 5.* ac proinde non desint, qui Principibus consulant, bestias & aves promiscuè deliciis & cupediis aulicis insumendas; Verùm Bornitius *de ærar. lib. 1. cap. 4.* & alii Politici prudentiores Principibus suadent, usum ferarum & avium ad jus gentium quodammodo revocandum esse, jure tamen regali illibato; ut quidem tantum suis mensis & aulis insumant, quantum satis; reliquum, quod supersit, æquabili pretio cæteris civibus venale exponant, vel in singula capita capta vectigal aliquod constituant, Nicol. Vernulæ *polit. instit. lib. 3. tit. 6. quæst. 2. n. 3.* Quo pacto majorem quoq; populi erga se affectionem & amorem excitabunt. Nec deesse exempla Principum, qui hoc modo populo gratificari, & carnes ferinas, ceu pernas Westphalicas, fumo indurari & vendi, atque ærarium suum aliquantillum, absque ullo opprobrio, ditare studeant, refert Klock. *de ærar. lib 2. cap. 5. n. 39.*

X. Idem est de piscatione, quæ venationis 63
species, & venationi non absimilis, sed cum ea in multis pari passu ambulat, *l. item si. 9. §. aucupiorum. ff. de usufruct.* Et per piscationem *in c. unic. quæ sint regal. 2. feud. 56.* intelligitur vectigal, quod ex piscationibus in mari & fluminibus fisco præstatur, *arg. l. inter publica. 17. §. 1. ff. de V. S.* Bocer. *de regal. cap. 3 n. 141. seq.*

Apud Romanos pisces olim in maximo fu- 64
erunt habiti pretio, adeò, ut peregrinos & Italicis litoribus ignotos pisces, navibus è remotissimis advectos provinciis in mare Italicum immiserint, & tanquam fruges in terra seminarint, arbitrantes non modicam in his Reipublicæ utilitatem versari, & ad Reipubl. locupletandæ artem pertinere, ut in tota ditione piscinæ, res pecuariæ, sepiariaque oportunis in locis instituantur, atque personis diligentibus & industriis inspectio & administratio eorundam committatur, certissimum erit, inde sine aliqua impensa sumptuum, maximam utilitatem proventuû anniversariorum capi posse, sicuti experientia hoc ipsum toties comprobavit, scribit Herm. Lather. *de cens. lib. 3. cap. 7. n. 73.* ubi ex Petr. Bert. *in descript Lotharing. pag.*
159. refert, ex piscatione Carpionum in Ducatu 65
Lotharingiæ tertio quoque anno Ducem sedecim Francorum millia percipere. M. Cato Uticensis cum hæres testamento Luculi, seu Lucilii esset relictus, pisces de piscina ejus quadraginta novem millibus vendidisse refertur, Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 5. n 82.* Et conqueritur idem Cato, alibi Romæ olim pluris vænire piscem, quàm bovem. *Unicus* piscis mulus venditus aliquando memoratur pluris, quàm hodie centum insignes equi, mulive, Macrob. *lib. 3. Saturn. cap. 16.*

Ex una piscatura halecum, quæ ex Arctoi 66
maris

maris latebris præcipitante jam vere, velut commutatis sedibus tanta multitudine, ut oppositis retibus, sisti nequeat ipsorum impetus, in æstiva contendunt palabundi, in Hollandia quotannis unum millionem, & quatuor centena ac septuaginta millia confici, fertur, Klock. *de contribut. c.1.n.342.* ubi addit, non minorem fieri quæstum ex asellorum & Salmonum captura, confer eorundem Klock. *de ærar. l.2.c.35. n.9.* ubi dicit, quod haleces proavorum seculo tantum ad Norwegiam sua quasi stativa habuerint, nostro tempore non sine divino consilio quotannis Insulam totam immensis exercitibus innatent: circa solstitium æstivum ex alto littora Scotiæ petunt, quo tempore, quia pinguiores sunt, statim dividuntur: Inde Anglica littora adeunt, & ab Augusto medio ad Novembrem optima & uberrima eorum est captura à Scharborrough, castro in Brigantibus, usque ad Tamisis ostium, postea aliqua vehementiori procella in Britannicum mare deferuntur, & in eo ad Christi usq; Natalitia se piscantibus offerunt. Hinc Hyberniam utrinque pernatantes in Septentrionalem Oceanum, circumnavigatâ Britanniâ, se transferunt, & ad Junium quasi subsistunt; & postquam ibi fœtificavêre, numerosissimo agmine regrediuntur. Est autem halecum piscatura haut procul Norwico, urbe clarissima, totius orbis copiosissima: Et in mari castro Scarborrough subjecto piscaturam Hollandi & Zelandi exercent quæstuosissimam, veniâ prius ex castro veteri instituto impetratâ; ubi plura de hac re refert. Ex quo etiam territoriorum Domini flumina, amnes, & rivos, pro certa annua mercede elocare solent, retento sibi jure grandiorum specierum, der Haupt-Fisch / & aliquot piscium ministeriis, Dienst-Fisch / in dies piscatorios reservatis, Klock. *d. c.5.n.94.*

67 Cum igitur non solùm mensas delicatis obsoniis opulentent piscinæ, sed & quæstus ærarii egregiè juvent, illarum studium non erit negligendum, præsertim, quod & piscinæ ipsæ neque operâ multâ, neque impensa coluntur, ut cæteri fundi, atque etiam minimè omnium tempestatibus obnoxiæ sunt; nec novum aliquibus locis, piscinarum reditus, penè agrorum, quamvis amplissimorum, pecuariæque census superare, ubi favet Neptunus piscatui, & viciniæ luxus pretium accendit, quâ Lucei Carpionesque ingenti copia vehuntur, Klock. *de ærar. l.2.c.5.n.83.seq.*

68 Ex Aucupio quoque non levem Reipubl. & ærario adferri utilitatem, indè constare videtur, quod Hostiensi Episcopo ex coturnicum aucupio millia nummûm aureorum amplius quatuor quotannis obvenire testatur *Zoanet. de venat. ferar. n.23.* & de multitudine coturnicum, quas ventus à Domino egregiens abripuit de mari, & dimisit in castra Israëlitarum, vide *Exod. 16. v.13. Numer. 11. v. 31. Psal. 78. v. 26.* Klock. *d.c.5.n.112.seq.*

69 XI. Quantum emolumenti & utilitatis ærario & Reipublicæ adferant apiculæ, ex fructu mellis & ceræ æstimari potest, & melli semper apud omnes gentes precium fuit, quod Varrone teste, dulcissimum est, & Dîs hominibusque acceptum: favus quippe altaribus infertur, & melle ordiri, finireque cœnam Romanis in more fuit. In Polonia & Lituania tanta est mellis abundantia, ut passim in rupibus, concavisque arboribus id inveniatur, quandoque etiam ab apum examinibus destitutum, atque inde apum curam ibidem frequentem esse in sylvis ad mulsi confectionem, & ut ad vicinos & exteros transferatur mel & cera, testatur Joh. Ludov. Gotofredi *in Archontologia Cosmica l.7.n.14.* & ex hoc Regem Poloniæ magnum vectigal percipere, refert Klock. *de ærar. l.2.c.7.n.3.* ubi plura de apum cura & utilitate refert *per tot.* & simul monet *n. 2.* politicos, ut cives, imprimis villici & rustici domi, & in sylvis apum curam Reipublic. maximè profuturam instituant, & in fures & violatores apum severè animadvertant.

XII. Quanta quoque ex bombycibus, sive vermiculis sericis, Seydenwürmen / & bombycini panni copia, quo nunc mundus ad luxum abutitur, utilitas & commodum redundet, norunt Itali, Hispani, & alii Peregrini, qui hactenus copiam horum vermiculorum solis faventia aluerunt, educarunt, & varias merces sericas magni pretii, Sammet / Seyden / Taffet / Damast / &c. ad nos pertulerunt, & Germaniam optimis nummis emunxerunt, geben uns die Seyden-Lumpen / und nehmen unser gutes Geld / Klock. *de ærar. l. 2. c. 6. n.1.* ubi *num. 2.* refert, quod planities Granatensis, ex solis mori arboris foliis, quibus bombyces vescuntur, præter multas serici libras triginta millia coronatorum, quotannis in vectigal Regium inferat, Ludov. Nonius *in Hispan. c. 22.* Boter. *in relat. part. 1. l. 2. in Hispan.* Unde etiam Galliæ Regem Henricum Quartum anno 1602. bombyces & artem sericam in nonnullas suæ ditionis provincias introduxisse, & ex hoc commercio dictu incredibile commodum in Galliæ illas oras importasse, refert post Joh. à Chokier. *l. 2. polit. aphorism. c.10.* Lather. *de cens. lib. 3. cap. 10. n. 6.* 70

XIII. Augetur quoque ærarium ex confiscatione & occupatione bonorum vacantium, ereptitiorum, incestum, & Crimen læsæ Majestatis committentium, spuriorum, peregrinorum, violentas manus sibi inferentium, proscriptorum & damnatorum, &c. de quibus vide *supra c. 15. per tot.*

XIV. Pœnarum & mulctarum compendia Regalium Fisci numero accenseri, & fisco, sive ærario inferri debere, dictum est *supra cap. 4. num. 118.* Atque ideò, si in mulctando debita severitas adhibeatur, nihilque impunitum relinquatur, non solum mores, sed & ærarium melioratur, Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 134. n. 1.* Et justum illud vectigal habendum, quod ex causa pœnæ legitimæ infertur, qua homines à vitiis deterrentur, & emendantur, Bornit. *de ærar. lib. 4. cap. 4.* Lather. *de cens. lib. 2. cap. 5. n. 12.* Mulctæ autem & pœnæ delictorum sunt imponendæ non ad commodum Reipublicæ, & ad vindictam, nec animo pecuniam cu- 71

mulandi,

mulandi, seu cupiditate nocendi, sed mores corrigendi, *c. prodest. caus. 23. quæst. 5. c. fraternitatis. caus. 22. quæst. 2. c. 2. de sent. excom. in 6.* Ant. Sola. *in constit. Sabaud. de accusat. gloss. 2. part. 2. n.*
72 *1. vid. supra c. 15. n. 33.* & pro delictis non in delinquentium facultates, sed in eorum personas ultio facienda est, *c. cognovimus. caus. 16. quæst. 6.* Farinac. *in prax. crim. quæst. 5. n. 2.* nec dominis locorum permissum est, mulctas contra solitum pro libidine augere, Antibol. *de munerib. part. 3. §. 4. n. 196. seq.* Bertazol. *consil. crimin. 418.*
73 *num. 1.* Unde etiam in dubio contra fiscum, de lucro certantem, pronunciandum, Cravet. *cons. 6. in fin. & cons. 280. n. 1. vers. ex quibus fundamentis. & in fin. consil. vers. & adverte.* ubi dicit, quod fiscus sit similis lieni; fisco enim intumescente, necesse est, ut reliqua Reipubl. sicut corporis humani membra marcescant, putrescant & contabescant. Ubi tamen experientia docet, quod multi judices & officiales in hoc modum excedant, affectui & avaritiæ deserviant, & in mulctis indicendis & exigendis lætentur, & impiè dicant: Es haben dieses Jahr über die Geltbrüche / oder Geltbussen und Straffen / Gott sey Lob und Danck / ein ehrliches ertragen / Ventur. de Valent. *in Parthen. litigios. cap. 14. n. 2. & 3.* quasi Deus in ipsorum asperitate, crudelitate
74 & nequitia lætetur, cui tamen melius ratio redditur propter misericordiam, quàm crudelitatem & asperitatem, *c. allegant. caus. 27. quæst. 7.* Cagnol. *ad l. semper. 56. n. 1. & 2. ff. de R. I.* Ex quo etiam Quæstori mulctarum compendium amplificanti & efferenti, Secretarium Hassiacum respondisse: Da verlaget sich mancher Bauer über / refert Besold. *de ærar. c. 2. §. 4. num. 1.* Neque enim videndum, quid liceat & expediat, sed quid pium, honestum, æquum & justum, cum per injustitiam pecunia ærario illata parùm prosit, imò potius obsit & evanescat, & sæpe ruinam & excidium toti Reipublicæ acceleret, nam ut habet vulgatum:

De malè quæsitis non gaudet tertius hæres.

75 Justæ autem imprimis sunt pœnæ & mulctæ, quibus ærarium legitimè augetur, quæ constituuntur 1. in blasphemos, Lather. *de cens. lib. 2. c. 4. num. 8. seq.* Besold. *de ærar. cap. 3. n. 4.* Casp. Klock. *de ærar. l. 2. cap. 126. per tot.* 2. In fœneratores & usurarios, Besold. *d. num. 4.* Klock. *de ærar. l. 2. cap. 19. per tot.* 3. In ebriosos, Besold. *d. num. 4.* & illos, qui his vinum ac cerevisiam vendunt, Warem. ab Erenberg. *de subsid. regn. c. 4. n. 43.* Adam. Contzen. *lib. 3. polit. cap. 14. n. 18.* Klock. *de ærar. l. 2. cap. 101. num. 25. seq. & per tot.* 4. In temerè litigantes, calumniantes & frivolè appellantes, Besold. *de ærar. c. 2. n. 4.* Klock.
76 *de ærar. l. 2. c. 123. num. 7 seq.* ut enim litigantium temeritas coërceatur, etiamnum hodie plurimis in locis & judiciis partes litigantes, initio litis certam quandam pecuniam deponere tenentur, qua is, qui causâ cadit, mulctatur, vulgò Gerichts-Zoll / Leg-Gelt / eumque morem politici nonnulli comprobant, Ventur. de Valent. *in parthen. litig. l. 1. cap. 2. num. 18.* Warem. ab Erenberg. *de subsid. regn. cap. 5. num. 53.* Sic Caroli IX. Galliarum Regis edicto Gallis judiciarium vectigal imperatum est, quo duos ad summum coronatos publicè deponere cogebatur is, qui alteri litem intenderet, eosdem ab eo, quem judicio superasset, recuperaturus aut suæ temeritatis justam pœnam daturus, Bodin. *de republ. lib. 6. cap. 2.* Et Athenienses in litis exordio decimam partem ejus, super quo litigabatur, deponebant, qua temerarius litigator mulctabatur, Engelhard. *de jur. vectigal. conclus. 4. num. 8.* In Hollandia quoque anno 1596. litigatoribus & fori causis impositæ sunt exactiones, unde florenorum quinquaginta millia quotannis provenisse refert Everhard. Reidan. *annal. 13. circa princ.* Confer. Casp. Klock. *de ærar. l. 2. c. 123. n. 8. seq.*

Quo etiam appellationum temeritas re- 77
frenetur, necessarium & utile erit, si appellans succumbat, ut non solum parti victrici in expensas condemnetur, sed & mulctam pecuniariam fisco sive ærario exsolvat, Author discurs. vom Justitien-werck / *fol. 202. & 209.* Lather. *de cens. lib. 2. cap. 7. num. 11.* Vent. de Valent. *Parthen. litig. lib. 2. cap. 14. num. 12.* Plura litium abbreviandarum remedia, vide apud Klock. *de ærar. l. 2. c. 123. num. 35. seq. ad fin. 5.* Idem est, si leges sumptuariæ, vestiariæ & similes ferantur, in transgressores mulctæ statuantur, & ærario inferantur, Klock. *de ærar. l. 2. c. 94. num. 1. & 19. & per tot.* de quibus vide *infra lib. 5. cap. 14. & 15.*

XV. Non minor quoque utilitas ærario 78
infertur ex domibus braxatoriis, Bier- und Brauhäusern / quarum usus, sicuti & cerevisiæ, maximè cernitur in Saxonia, Westphalia, Belgio, Anglia, Dania, Suecia, Polonia, Bohemia, Bavaria, & alibi, adeò, ut pro diversa bonitate, diversa nomina laudis & vituperii Cerevisia adsciscat. Ex quo etiam singulare ge- 79
nus commercii, & monopolium in multis civitatibus successit, & tantum civibus in urbibus per excellentiam solet indulgeri. Prout in Civitate Eimbeccensi magistratus sibi soli jus coquendi cerevisiam in civitate adscribit, eoque nomine Anno 1557. cum Monasterio Amelunxborn speciali pacto convenit, daß dem Closter auf sein Hoff binnen Eimbeck / gegen Abrichtung eines Fuder Rocken / und eines Fuder Habern / eingewilliget / jährlich vier mahl zu brauen / teste Klock. *de ærar. l. 2. c. 11. n. 2.* ubi *n. 3.* addit, quod hoc jure in pagis hodie Nobiles utantur, cum de eo investiti fuerint, intra miliare ab urbe positi.
Sicuti etiam in Bohemia jus coquendi cerevi- 80
siam pro Regali habetur, ut nemo eo uti possit, nisi privilegio, vel investitura, vel longissimi temporis præscriptione munitus sit. Et in Ordinationibus Provincialib⁹ Ernesti Electoris & Ducis Saxoniæ An. 1512. & Augusti Electoris Saxoniæ An. 1561. *rubr.* Brauen / Schencken / und andere Bürgerliche / *pag. 83.* dispositum, quod Prælati & Nobiles jus cerevisiam coquendi, nisi pro necessitate & sustentatione suæ familiæ, habere non debeant, Dan. Moller. *lib. 4. semestr. cap. 17. num. 1. vers. etsi enim.* Idem jus sibi soli reservat Elector & Dux Bavariæ, eoque

ærarium

82 ærarium suum summè locupletavit. Et Saxoniæ Electorem pro accisia de cerevisia, Tranck- und Bier-Steuer/ quotannis quindecim millia thalerorum percipere, refert Klock. *d. cap. 11. n. 3.* In Anglia quanta summa annuatim ex Cerevisiæ Gabella percipiatur, colligere licet ex Novellis Hamburgensibus, de *ate 13. Januarii Anno 1652.* ubi insertum, daß das Parlament in Engelland / die Unterthanen desto mehr zu gewinnen/ die Bier-Acciß von den gemeinen Burgern / so selbsten brauen/ aber nicht außschencken/ abgeschafft / so monatlich neunzig Pfund Sterling ertragen. Quæstus quoque est sartaginis & aheni, Pfannen-Gelt/ Brau-Gelt/ siccatoriæ domus ex confectione ptisanæ, Maltzmachen/ ex cujus compositione & confectione, esse, qui uno anno quadringentos, vel quingentos solidos æruscent, scribit Klock. *d. c. 11. n. 13.*

83 XVI. Solet quoque magistratus balnea publica, offene gemeine Badstuben/ certa pensione locare, indeque haud leve commodum percipere & ærario addicere, Casp. Klock. *de ærar. l. 2. c. 12. n. 1.* quæ summopere Lucianus in Hippia extollit, eorumque Romæ octingenta, sexaginta sex extitisse, scribit Publ. Victor, referente Guid. Pancirola *lib. 1. rer. memorabil. tit. de therm. & baln.* eademque laborum esse remedia dixit Suidas, juxta illud vulgatum:

Balnea, vina, Venus conservant corpora nostra,
Corrumpunt eadem balnea, vina, Venus.

Et hæc pro diversitate sexus distincta esse debent, eorumque magna veterum circumspectio fuit, Cicero *1. offic.* confer Klock. *de ærar. l. 2. cap. 12.*

XVII. Idem est, quoad diversoria & hospitia publica, tabernas & cauponas, respectu gabellarum, quas ipsa solvere tenentur, de quibus vide *infra l. 5. c. 26. passim.*

84 XVIII. Non exiguum quoque commodum ærario inferunt nundinæ, utpote quæ civitates impinguere dicuntur, gloss. *in l. unic. verb. locorum. C. de nundin.* ipsisque commodum & utilitatem adferunt, Bero. *consf. 76. lib. 3.* Idque respectu deß Marcktgelts/ Standgelts/ & quod inde merces invehantur & commercia augeantur, de quibus plura vide *infra l. 5. c. 3.*

XIX. Sicuti etiam encenia, Kirchweihungen/ de quibus vide *supra c. 5. n. 157. & seq.*

XX. Et reditus ex jure Stapulæ, geranii & anchoragii, de quo Casp. Klock. *de ærar. l. 2. cap. 16.* & *supra cap. 4. n. 65. & infra l. 5. c. 22. n. 37. & seq.*

XXI. Ex ponderatione mercium, & cura ponderum, de quo vide *supra l. 1. c. 12. n. 77. & seq. & infra l. 5. c. 23. n. 17.*

85 XXII. Augetur quoque ærarium ex spoliis hostium, cum bello capta jure gentium victoris fiant, Thucydid. *lib. 5.* Xenophon. *de reb. Græc. lib. 3.* Cæsar. *de bell. Gallic. l. 1.* Et Imperator Justinianus *in §. item ea. 15. l. de rer. divis.* ea, inquit, quæ ex hostibus capimus, jure gentium statim nostra fiunt, adeò ut etiam liberi homines in servitutem reducantur victorum, *l. 5. in fin. ff. de adquir. rer. domin. l. 1. in princ. ff. de adquir. poss.* Hugo Grot. *de jur. bell. lib. 3. cap. 6.* Atque ita ærarium Romanorum locupletissimum redditum fuit, cum publicæ pecuniæ captarum urbium inferrentur, teste Livio *lib. 9.* Ac olim Alexander Magnus non nisi centum septuaginta talentis bellum orsus, spoliis hostium & gaza Darii, se & milites omnes locupletavit: Sicuti etiam fecerunt Julius Cæsar, Scipio, Pompejus, Hannibal, Cyrus, Nabuchdonosor, Tamerlanes, Ismaël Sophus, & cæteri Duces, qui hostium opibus suos ditarunt, seque vel Asiæ vel Europæ, vel Orbis monarchas effecerunt, Klock. *de ærar. libr. 2. cap. 87. n. 2. seq.* De magnitudine prædæ, quam Helvetii victo Carolo Burgundiæ Duce nacti, & quomodo ea abusi sint, vide Klock. *d. cap. 87. num. 25. seq.*

XXIII. Sicuti etiam ex devictorum lytris, pensionibus & tributis, quæ victor victis imponit, prout soliti sunt Romani exteris imponere, sicuti ad Gallos, jure victoriæ tributum vobis addimus, inquit Dux Romanus, Appian. *lib. 2. civil.* Et hoc pacto Romanos ærarium suum mirificè locupletasse, ita ut dictum fuerit, cruentarum prædarum receptaculum, Plin. *in panegyr.* Et Joatham pugnans contra Regem Ammonitarum prævaluit, ita ut darent ei Ammonitæ anno illo centum talenta argenti, & decies mille coros tritici, & totidem coros hordei, *2. Paralip. 27. v. 5.* Et Rex Ægypti Joachazum amovit Hierosolymis, & condemnavit terram centum talentis argenti, & talento auri, *2. Paralip. 36. vers. 3.* Sic quoque Augustus Ægyptum tributariam fecit, & pecunia conflata partim ad milites venit, partim eâdem Imperium Romanum locupletatum est, Dio. *lib. 51.* Et Poloni olim Imperio solverunt boves centum & viginti, & auri pondo quinquaginta, Bonfin. *lib. 2.* Quod de Bohemis quoque refert Klock. *de contribut. c. 1. n. 169.* 86

XXIV. Solent quoque socii certam pecuniæ summam contribuendo, laboranti ærario subvenire, ita ut si bellum ab hostibus inferatur, militem, vel pecuniam ex pacto sociis imperare liceat. Ita enim Reges Galliæ annua mille aureorum ex fœdere dependere consueverunt Helvetiorum & Rhetorum civitatibus, eâ lege, ut Reges Galliæ exercitus imperare, & auxiliaribus eorum copiis, ad Regni sui tutelam, prætoriasque cohortes, ad corporis obsequium & custodiam inde conscribere possint, Bodin. *de republ. l. 2. c. 6.* Et domum Austriacam & Saxonicam reciproco pacto ad subsidia suggerenda, bello & hoste ingruente, obligari, testatur Bornit. *l. 3. c. 12.* 87

XXV. Ex amicorum quoque largitionibus & donationibus spontaneis ærarium vires adquirere quandoque solet, cujusmodi donationum à Principibus & Illustribus viris factarum exempla extant, *1. Reg. 10. vers. 10. 2. Reg. 12. 1. Chron. 23. 2. Chron. 9. vers. 14. 23. & 24. Marc. 12. Luc. 7. & 21.* cujusmodi collationem & largitionem in Regno Angliæ Eduardus IV excogitavit, & Benevolentiam vocavit: Egit enim cum amicis, ut spontè ad sumptus belli pecuniam erogarent, quod ipse ex ea re benevolentiam singulorum mensurus esset, ut scilicet 88

cet eum, qui plus daret, se plus diligere censeret: quo postea Henricus VII. usus, magnam pecuniæ vim collegit. Eodemque titulo Regnum Arelatense Conrado Salico datum, Germanico Imperio accessit, Peucer. *chron. lib. 4. in vit. Conradi Salici.* Et plurimum hodiè Turcarum opes indè excrescunt. Unde si Respublica per se & inopiam publici ærarii quidpiam efficere non possit, privatos persuadendos esse, ut inter se eos sumptus partitos ferant & faciant, monet Polyb. *histor. l. 1.* Confer. Klock. *de ærar. l. 2. c 90. per tot.*

89 XXVI. Ex hæreditatibus quoque & legatis ærarium locupletari & augeri potest, non solum si extraneus hæreditatem in Republica adeat, vel legatum percipiat, & inde aliquid exsolvat, vulgò den Abzug / de quo *infra cap. 20. per tot.* sed etiam si Reipublicæ vel Principi hæreditates & legata relinquuntur, quod fieri posse inde colligitur, quod id, quod Principi relictum, licet is antequam dies legati cedat, fatis concesserit, ejus successori debeatur, *l. quod Princip. 56. ff. de legat. 2.* Qua collatione nihil honestius, nihil laudabilius censeri posse inter vivos & apud posteros, quippe quæ patriæ fit amore, quam omnes amare tenentur, existimat Bornit. *de ærar. lib. 9. cap. 1. & 2.* Atque ita ex testamentis amicorum magnam olim pecuniam Romanorum Imperatores acceperunt, eorumque fiscus legatis & hæreditatibus testamento relictis redundabat. Et ex testamento Regis Alexandrini Regnum Ægypti, populi Romani factum esse refert Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 121. num. 2.* ubi etiam *num. 7.* monet Principes & Respublicas, ut animos divitum, puta procerum, Nobilium, patriciorum & aliorum, persuasione & exemplo moveant, flectant & alliciant, quibuscunque modis id fieri possit, ut sponte ad Reipubl. & bonum
90 publicum legata destinent. Neque enim blanditiarum usus interdictus, sed de jure permissum est, alium ad sibi aliquid relinquendum allicere, per *l. si duas. 6. §. de Philosophis. 7. ff. de excusat.* Joh. Petr. Surd. *cons. 373. n. 2.*

91 Sed anne lege vel statuto caveri possit, ut singuli testatores Ecclesiæ vel Reipubl. aliquid relinquant, quod affirmant Lather. *de cens. lib. 3. cap. 2. num. 37.* Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 121. n. 8.* Et tale statutum in Regia Hexapoli *Zitta* extare, *tit.* Von Testamenten. §. Wann aber sonst Testament gemacht werden / darinnen Gottes Ehr und gemeiner Nutz vergessen / die sollen keine Krafft noch Macht haben / sondern vornichtig/ krafftloß und unbündig gehalten werden / refert Lather. *d. cap. 2. num. 38.*

92 XXVII. In quibusdam quoque locis usurpari solet, ut certam pecuniæ summam à privato accipiat fiscus, eique vel alimenta, vel pensionem, (usuris vulgaribus majorem) ad dies vitæ concedat, eaque post mortem fisco cedat, Pfrundkauff/ Lather. *de cens. lib. 3. cap. 23. num. 125.* Besold. *de ærar. cap. 3. num. 9. & thes. pract. verb.* Pfrundt. Quod etiam hîc Eslingæ ab Hospitali fieri solet. Quem contractum, ob incertitudinem vitæ ementis & eventum dubium, justum & licitum esse, & Theologi & JCti concludunt, modo reductio fiat ad legitimam summam, & loci consuetudo observetur, etiamsi ex post facto reddi videatur excessivus, wann der Pfründer zu lang lebet / oder zu bald stirbet/ *l. si fundus. ff. de eviction.* Gail. *2. obs. 8. per tot.* Bernhard. Græven. *2. conclus. 7. consid. 1.* Heig. *lib. 1. quæst. 34.* Danæ. *lib. 2. Eth. Christ. cap. 15.* Petr. Frider. Mindan. *de mandat. lib. 2. cap. 72. num. 6. seq.* Vasqu. *illust. quæst. 3. cap. 68. n. 10. seq.* Caspar. Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 20. n. 11. & seqq.*

XXVIII. Augmentum quoque aliquando recipere solet ærarium ex honorario annuo, quod Advocatis clientelaribus pro defensione exhibenda penditur, vulgò Vogt-Recht/ Schutz- 93
und Verspruch-Geld/ Wehner. *pract. observ. verb.* Schirms-Verwandten/ quando scilicet Princeps vel Comes aliquis, fit protector sive Advocatus & Patronus alicujus Monasterii vel Civitatis, vel etiam civitas aliqua potentior alterius inferioris defensionem & protectionem suscipit, *l. metum. §. sed licet. ff. quod met. caus. l. si pater. 34. §. si quis aliquem. ff. de donat.* Mager. *de advocat. c. 14 num. 190. seq.* Klock. *de ærar. cap. 1. n. 273. seq. & de ærar. l. 2. c. 92.* cujusmodi pensionem annuam, sive salarium pro officio defensionis honestè & licitè accipi posse latè probat Mager. *d. c. 14. n. 132. seqq.* de quo jure plura vide *infra c. 24. per tot.*

XXIX. Opibus quoque Rempublicam ju- 94
vare possunt subditi, si ad operas, & opera publica adigantur, & validi mendicantes & otiosi ab otio ad negotia revocentur, ita ut ipsi aliis vendere, non omnia emere cogantur, Besold. *de ærar. cap. 4. num. 8.* ubi ait, quod qui à subditis multum exigere cupit, necesse habeat ipsis facere sustentationis opumque occasionem: Indeque in liberis Imperii Civitatibus, licet ferè onera sint graviora, quàm quæ Principes suis subditis imponunt, ea tamen æquiore animo ferant, non solum intuitu communis libertatis, sed & quia bonis legibus Mercaturæ, aliisque rebus ad vitam necessariis, majori ferè studio inibi prospectum esse soleat.

XXX. Imprimis autem Reipubl. & ærarii 95
commodum augent artifices & opifices, utpotè quibus Respublica carere nequit, & artifices esse partes civitatis, & sine illis stare eam non posse, dixerunt Aristot. *7. polit. 8.* Plato *de republ. lib. 2.* Petr. Greg. Tholos. *de republ. l. 4. cap. 9.* Et Ecclesiasticus laudibus extollit a- 96
gricolas, fabros, figulos & architectos, tanquàm Reipubl. necessarios, quod sine his non ædificetur civitas, & quod homines in urbib* ægrè illis carere possint, *Syracid. c. 38. v. 35.* Fulv. Pacian. *de vero justoque Principe cap. 3.* In Israelitica Republ. Deus ipse artifices honoravit, & singulari privilegio instruxit, ad ornandam suam arcam & tabernaculum, *Exod. 31.* Et David artifices sapientes & consiliarios vocat, eosque magni fecit Salomon, *3. Regum. 7. v. 14.* Et ipse Christus patrem nutritorem habuit Josephum, qui faber fuit *Matth. 13.* Nec minus Romæ artifices æstimati sunt: nam & ad magistratum admissi sunt, & jus civium, quod summum erat, patritiorum factione victa, occuparunt,

cuparunt. Maxima verò subsidia Reipubl. conferunt artifices, nam negociatores alliciunt, otium fugiunt, opes important, in bello utiles sunt. Quod si eorum industria honoretur, multò magis florebunt: Cum enim sint compendiosæ rerum agendarum rationes, quæ in artibus valent, minore cura & labore Rempublicam juvabunt. Neque etiam solùm vectigal quoddam ex quæstu opificum manuario exigi & haberi solet, quale à Severo institutum fuisse, testatur Herodian. *lib. 3.* Alex. ab Alex. *l. 4. genial. dier. c. 10.* Petr. Gregor. Tholos. *de republ. l. 3. c. 6. num. 4.* sed etiam tempore ingruentis necessitatis ab artificum collegiis, quæ arcam communem habent, ad exemplum Reipubl. mutuò pecuniæ peti possunt, Caspar. Klock. *de ærar. l. 2. c. 37. num. 27.* ubi *num. 28.* mo-
97 net, quod Principes & magistratus, qui ærarium dives & urbes populosas habere satagunt, in id sedulò incumbere debeant, ut opificiis & artificiis eas repleant. Facient autem hoc, si è peregrinis nationibus insignes & præclaros artifices accersant, accersitos commoda sede, aliisque necessariis promoveant, indultis animent, muneribus etiam alliciant, certisque prærogativis dotent, si ingenia solertia suspiciant, præclare inventa & excogitata magni æstiment, imitatione veterum Imperatorum *in l. 1. & 2. C. de excusat. artific.* Privilegia & immunitates illis conferant, & quandoque optimos ad excitandam ingenii dexteritatem, laudibus & præmiis prosequantur, Boter. *de illustr. republ. l. 8. cap. 3. in fin.* Lather. *de cens. l. 3. cap. 19. num. 109.* Quot hominum millia Venetiis, Florentiæ, Genuæ ex duobus tantum illis artificiis, lanæ & serici victum quæritent, & quæ commoda inde Rebuspublicis istis oriantur, per se constat, & refert Hippolit. à Collib. *de Princip. cap. 20.*

98 Nomen quoque ab artium elegantia & inventoribus magnum Belgio crevisse, omnibus cognitum est. Norimberga quoque opificibus ingeniosissimis, repertoribus & magistris subtilium operum abundat, quæ non parum civitatis incremento conducunt. Sic quoque Augustanorum aurifabri, bractearii, cælatores, annularii, textores, quorum omnium nulla in Europæ urbe est compar numerus, in Orientem & Occidentem usque solitam, nec intermorituram artium suarum laudem protulerunt. Et ferè ubilibet in Germania opificia fervent, de quibus confer Casp. Klock. *de ærar. l. 2. cap. 37. num. 33. seq. & per tot.* ubi *num. 41.* concludit, quod ex omnibus istis clarescat, quantum emolumenti mechanicæ artes & opificia, tam privatim, quàm publicè civitatib⁹, earumque ærariis conferant; & quàm honestæ opes Reipubl. necessariæ, absque detrimento civium & cum utilitate eorum inde congregari queant. Fortunæ in his Regnorum consistunt, neque alia res certius Principis & Reipubl. ærarium locupletat, neque majorem negociationum merciumque orbe toto invehendarum evehendarumque materiam præbet, neque quicquam ab extremis etiam terrarum, pecunias, merciumque genus omne, potentius evocat: ita ut quod genitum est usquam, id omne in uno regno natum videatur. Crescit Provincia crescentibus artibus, non ærario tantum & opibus, sed hominum multitudine, è quibus & robur additur regno, & regia vectigalia insigni passim incremento crescunt: E populi enim multitudine, publici ærarii magnitudo pendet, Carol. Scriban. *institut. polit. Christ. l. 1. c. 24.*

Cavendum tamen esse, ne artificum numerus ultra vires civitatis vel provinciæ augeatur, daß die Handwercker nicht übersetzet werden/ politici monent, Besold. *de ærar. c. 4. n. 8.* uti & ut opera & artificia sine dolo, fuco, & sine fraude, sed secundum artis cujusque leges exerceantur, de quo vide *infra l. 5. c. 2.* 99

XXXI. Quamvis ex usuris ærarium locupletari Reipublicæ amplitudini indignum sit, aliquando tamen usurarum medio & remedio ærario provideri potest: Non enim omnes omninò usuræ simpliciter, sed excessivæ tantùm & immoderatæ è Republica exterminandæ, annuæ verò ad tolerabilem modum revocandæ sunt, ita ut loci, temporis, personarum, charitatis proximo debitæ, & utilitatis publicæ accurata habeatur ratio, per *Novel. Leon. 83.* Ant. Quetta *cons. 54. n. 9.* Æmil. Ferret. *cons. 72. n. 2.* Cothman. *cons. 52. n. 34. seq.* Heig. *part. 2. quæst. 1. n. 131.* Ventur. de Valent. *Parth. litig. l. 2. c. 11. n. 23.* Klock. *de ærar. l. 2. c. 20. num. 1. seq.* 100
Sicuti etiam in Imperio Romano quincunces usuræ ex mutuo in singula centena permissæ sunt, *Deputat.* Abschied. *de anno 1600.* §. So viel nun. *144.* Coler. *de process. exec. part. 1. cap. 10. n. 75.* Vasqui. *l. 3. illust. quæst. c. 60. n. 22.* Ruland. *de commissar. part. 4. l. 6. c. 6. n. 13.* 101

Hinc ut ex causa mutuæ pecuniæ & usurarum Respublica lucrum aliquod sentiat, ad utilitatem Civium pauperum, vel inopia temporaria laborantium, Mons pietatis, sive Collybus, ein gemeinen Wechsel oder Banck instituendum esse Politici nonnulli statuunt. Nam ut Molin. *in tract. de usur.* benè dixit; omnium interest, usum aliquem æris alieni cuivis patere promiscuum, & commercium ejus esse pacabile tàm ad negociandum, quàm inopinatis casibus occurrendum: Si enim solis privatis liceret pecuniam, quam habent superfluam, fænori dare, non omnibus indè copia promiscuè pateret: Nec enim privati hominis opes omnibus possunt sufficere, sed nec voluntas cuilibet commodandi privato semper inest. Plurimum igitur refert, esse aliquos in urbibus, qui id agant ex proposito, ut inexhausto quasi puteo perennis scaturiginis redivivos cuivis nummos suppeditent. Atque ut mercatores esse oportet, qui merces semper habeant paratas, & expositas empturientibus, ita & fœneratores, quibus pecuniæ semper præstò sint, ex eorum mensa sumere volentibus in promptu positæ. Quo scopo in multis Christiani orbis locis jam à 160. & amplius annis, fuisse à piis viris ingentes pecuniæ summas ad mutuandum pauperibus deputatas, & has summas montes pietatis vocari, & cum hisce conditionibus constitui, scribit Leonhard. Lessius *de* 102

 justit.

103 *just. t. & jur. l. 2. c. 20. dubitat. 23. n. 29. & 30.* Primò, ut ex illis detur mutuum ad certam summam pauperibus loci, non exteris & divitibus. 2. Ut ad certum tempus, veluti ad annum, vel paulò amplius id eis permittatur. 3. Ut mutuarii dent pignus idoneum; quia alioquin talis mons facilè exhauriretur, multis postea non solventibus. 4. Singulis mensibus aliquid minutum solvant, pro sumptibus necessariis, ad montis conservationem, ut pro stipendio ministrorum, qui montem custodiunt, & administrant, semperque parati esse debent ad mutuandum, ad pignora recipienda & custodienda, pro conductione domus, pro libris rationum, cæterisque necessariis instrumentis. 5. Si tempore præscripto non solverint, vendatur pignus, & quod ex pretio, detracta sorte & menstruis, superfuerit, illis restituatur, atque hisce rationibus montes, qui dicuntur pietatis, ab usura excusari, censet Less. *d. l.* confer Caspar. Klock. *de ærar. l. 2. c. 20. num. 5. & per tot.* Nicol. Vernulæ. *institut. polit. lib. 3. tit. 6. quæst. 6.* Lather. *de cens. lib. 3. cap. 23.* ubi plura de aliis Montibus Pietatis illicitis referunt.

104 XXXII. Permittunt quoque Belgæ interdum Comædias, & alia ejusmodi Spectacula publicè fieri sed ita ut Quæstor Comœdiarum stans ab una parte pecuniam pro co[m]œdiis recipiat, alius aliquis nomine Reipubl. ab altera parte stet, qui ab iisdem Spectatoribus pecuniam pro pauperibus accipiat, & simul hac ratione curiosis hominibus indulgeatur, & publicæ rei inserviatur, Besold. *de ærar. cap. 4. num. 15.* Keckerman. *1. polit. c. 22. & disput. pract. 34. quæst. 14.*

105 Sed anne in Civitate & Republica aliqua benè constituta expediat & conveniens sit, Comœdias, & ludos scenicos instituere, dubitatur? Sunt enim qui eosdem planè & fine ulla distinctione improbant, propterea imprimis, quod plerumque consistant in vitiorum & scelerum viva repræsentatione, quæ si non liceat nisi cum detestatione nominare, *Ephes. 5. v. 3.* multò minus gestibus ad vivum repræsentare licebit. Et quædam ita exprimantur, ut in animo internè concipiantur, quædam etiam ita repræsententur, ut simul etiam exerceantur, ut sunt stultiloquia, dejerationes, impudici gestus & similia. Ad hæc viri & juvenes induant muliebria vestimenta, faciem, & gestus alienos simulent, quod non tantum indecorum, & inhonestum, virum & juvenem repræsentare impudicam meretricem & scortum turpe, & fœmineo vestitu indui, sed & verbo Dei adversum, *Deuter. 22. v. 5.* Et quod multi sumptus vanè & noxiè in actus hosce lascivos fiant, quibus pauperes menses aliquot sustentari possent, Amesius *de conscient. pag. 377.* Atque inde Laconici Comœdias & Tragædias, quæ cum alia flagitia, tum incestus & adulteria oculis subjiciunt, non audiebant, Plutarch. *in Lacon.* Et Bodin. *de Rpubl. lib. 6. cap. 1. pag 987.* histrionicas saltationes, Comœdias, Spectacula, fascinationes non esse admittendas censet, neque enim, inquiens, his pestis in Republica capitalior ulla esse potest, quæ ad corrumpendos Civium mores vim majorem habere videatur, propter imitationem vocis, vultus, gestus, orationis & turpissimarum actionum perniciem, quæ sensim illapsa civium mentibus, totas civitates evertit, certè quidem non tantùm molles & teneros puerorum animos labefactat, sed etiam castiorum quoque fœminarum pudicitiam pertentat, ut eorum non modò scurriles ineptias, sed etiam libidines imitari studeant, quorum avidissimè spectacula contuentur. Denique theatra definire possumus, turpitudinis vitiorumque omnium sentinam ac scholam: Quamobrem sapienter Philippus Augustus histriones hujus Imperii finibus sanctissimis edictis disturbavit. Seneca nihil, inquit, tàm moribus alienum quam in Spectaculo desidere. Et modis omnibus cavendum esse, ne Cives comœdiarum spectaculis insideant, monet Aristot. *polit. l. 7. c. 15.* omnia in theatris pietati ac honestati contraria fieri, scribit Augustin. *homil. 38. & 99.* Quod etiam sensisse videntur Tertull. *in lib. de spectac.* Cyprian. *lib. 2. epist. 2.*

Verùm comœdias & ludos scenicos non indistinctè improbandos, sed in Rebuspublicis certis cautelis & limitibus circumscriptos permittendos & utiles esse, rectius alii judicant, maximè. 1. si absit lascivia, obscœnitas & scurrilitas, tam à verbis, quàm à gestibus, 2. si sumptus non sint nimii, ne beneficentiam erga pauperes minuant. 3. Si omnia quæ aguntur, justum habeant finem; qualis est liberalis & decens oblectatio, commoda morum informatio, latinæ linguæ inter juventutem & literatos perceptio & exercitatio, & dicendi dexteritas & promptitudo. 4. Si morionum & rusticorum interscenia non sint scurrilia, sed faceta. 5. Et si gravis adsit actor & moderator, qui ludentes intra terminos consistere & honestatem observare jubeat. Hujusmodi ludi & Spectacula Romanis & Græcis, aliisque populis non defuerunt: Et Romani Apollinares, Sæculares, Circenses & ejusmodi ludos Deorum, quos religiosissimè colebant, majestati & honori consecraverunt. Et populus Romanus nihil æquè post annonæ utilitatem, ac Spectacula desideravit, quo respexit Juvenal. *satyr. 10.*

- - - qui dabat olim
Imperium, fasces, legiones, omnia, nunc se
Continet: atque duas tantum res anxius optat?
Panem & Circenses.

Imò videtur quasi ludorum desiderium populo annatum, juxta Tacitum *14. annal.* quando majores, inquit, quoque non abhorruisse à spectaculorum delectamentis, pro fortuna, quæ tum erat, adeo cupiens voluptatum populus, & si trahat eò Princeps lætus. Ex quo Athenienses cum hujusmodi ludis deditum suorum civium explorassent animum, ut populo magis placerent, magnarum classium sumptus, & exercituum stipendia effuderunt in theatra, ita, ut si secundum Plutarchum *de glor. Athenienf.* revocetur ad calculum, quanti quæque fabula ipsis steterit, plus impendisse planum

fuerit

fuerit eos in Bacchas, Phœnissas, Oedipas, Antigonam, Medeæ & Electræ calamitates, quàm pro imperio & libertate belligerantes cum barbaris erogarint. Et quid alii populi, Respublica Veneta, Roma, & in Gallia Cardinalis Richelius, Mazarinus, & alii in Comœdias & theatra impenderint, ex parte refert Johan. Hieron. im Hoff / *singul. polit. ration. stat. c. 13. per tot.* & theatra Romanorum & aliorum locorum attestantur. Ex quo, si amœnitatis causa fiunt ludi scenici, eos laudandos esse, scribit Blond. *lib. 3. de Rom. restaur.* Etenim inter omnes convenit, authores Comœdiarum voluisse & communium morum & casuum exempla proponere, quibus velut admoniti prudentius judicemus de rebus humanis, Philipp. Melancht. *in præfat. Ter.* Exemplo Romanorum, qui filios suos ad vitia, temulentiam præsertim, proclives, non nudis verbis & dictis correxerunt, sed viva ipsis spectacula objecerunt, servos nempe ebrios, ut videntes summam ipsorum mancipiorum turpitudinem, ab ejusmodi vitiis abhorrerent. Et sanè, si omnia exactè ad mentem revocemus, diffiteri non possumus, ludos scenicos singulares in commovendis hominum animis vires obtinere; viva enim magis hominum mentes afficiunt, quàm vel scripta, vel ficta, Nazianz. *ad Nemes.* Et adhucdum hodie Comœdiæ in eum finem instituuntur & exhibentur, ut vitia effugiantur, & virtutes attrahantur. Et ideò Comœdiæ à Poëtis fictæ, ut effictos mores nostros, expressamq; imaginem vitæ quotidianæ videremus, Cicero *pro Arch.* qui Comœdias vitæ imitationem, consuetudinis vinculum, & veritatis imaginem; Timocles totius humanæ conditionis exempla & documenta; Et Donatus privatæ, civilisque fortunæ sine periculo vitæ comprehensionem judicarent.

Vita hominis quædam est veluti Comœdia, & inde
Haut Spectacla carent utilitate sua.

Et hic finis comœdiarum in epitaphio Terentii ostenditur:

Descripsi mores hominum, juvenumq; senumq;,
Qualiter à servis decipiantur heri,
Quid meretrix, quid leno dolis confingat avarus,
Hæc quicunq; legit, sic puto, cautus erit.

Atque ita Dominos de Parlamento in festis ludos theatrales, tragœdias aut comœdias exerceri & recitari permittere, cum fiant ad honorem & decorum Civitatis, & ad publicam lætitiam, refert Cassan. *in catal. glor. mund. part. 11. consid. 12* Et comœdiarum usum quondam frequentissimum fuisse ex celeberrimis comœdiographis delapsæ ætatis cuivis patet, & tales adhuc exhibentur, & in multis scholis juventuti adhucdum explicantur comœdiæ Nicodemi Frischlini, quas sine scãdalo, & maximo juventutis commodo, legi ludiq; posse, affirmat M. Melchior Syl. Eck. *in Christian. religiosf. class. 4. quæst. 67.* Et quis quæso non cum Cicerone in Republica culpavit aliquando Catonis supercilium, qui cives ad tristem & reconditam volebat revocare vitam? sint interdum delectabilia mixta seriis in Civitate, otia negociis, ridicula gravioribus, ludicra utilibus: Continuæ enim occupationes & curæ vitales spiritus consumunt, & humidum radicale exsiccant, juxta Ovid. *Epist. 4.*

Quod caret alterna requie durabile non est,
Hæc reparet vires, fessaq; membra levat.

Est igitur animo danda aliqua laxatio, sicuti corpori sua quies:

- - Quondam citharæ tacentem
Suscitat Musam, neq; semper arcum
tendit Apollo.

Homines quamvis in rebus turbidis, tamen si modò homines sint, interdum animis relaxentur, Cicer. *2. Philip.* Et otii non minus, quàm negotii ratio extare debet, Cicero *pro Planc.* Utq; sunt vices somni & vigiliæ, noctis & diei, tempestatis & serenitatis, belli & pacis, ita labores levandi otio, & lusibus, Plutarch. *in moral.* & sic

Interpone tuis interdum gaudia curis.

Imprimis verò Comœdiæ, quæ à juventute Scholastica institui & agitari solent, & licitæ, & utiles sunt, utpotè quibus latina lingua exercetur, mores instruuntur, adolescentes exercentur, alacriores redduntur, ad eloquendum in publico, & coram viris gravioribus, cordatiores efficiuntur, dicendi dexteritate & promptitudine imbuuntur, historiis tam sacris, quam prophanis, ex quibus comœdiæ istæ desumi solent, informantur, memoria acuitur & diligentia excitatur. Idque exemplo Jesuitarum, qui in juventute instituenda artifices laudantur, & hujusmodi comœdias cum optima juventutis utilitate instituunt, quod etiam in aliis Evangelicorum scholis quamplurimis in Saxonia, Hassia, Westphalia, Suevia & alibi, nec non in Civitatib⁹ Imperialibus Ulmæ, Spiræ, Hallæ Suevorum & alibi fieri videmus, ubi juvenes in moribus & gestibus ita instituuntur, ut cum gravitate postea in Ecclesia, & in curia stare & officia sua tantò melius peragere valeant, è contra verò reliqui non ita instituti & exercitati in publicum prodeuntes, morib⁹ agrestes, gestibus inepti, & dicendi arte imperiti conspiciantur, in conspectu hominum obstupescant, & sæpissimè, quod in literis profecerunt, in moribus deficiant, & sic plus deficiant, quàm profecisse intelligantur, id quod experientia satis superq; testatum facit, ubi videmus tales homines in suggestu & cathedra sæpissimè nulla dicendi gravitate imbutos, conciones suas conceptas, absq; ulla commotione, sicuti statuas immotas, eodem sono & tono, & ut moniales psalterium suum recitare, & auditorib⁹ suis auscultandi stimulum non excitare. Nec audiendi sunt hic Momi nonnulli, qui comœdias instituendi arte non instructi, sibi soli Sapientes juventutem hoc ipso, & dum comœdias ediscunt, in stylo latinæ linguæ impediri, ipsisq; pediculos superbiæ, levitatis, procacitatis & lasciviæ in pellem injici somniant, & nõ discernunt inter usum & abusum; absit abusus, & salvus maneat usus, nihilque adeo bonum, quod abusu non fiat malum, per ea, quæ scripsi *in tract. de fideicom. famil. nobil. cap. 8. n. 235. & 236.*

Usus habet laudem, crimen abusus habet.

Nec monstrum est Vestes, sed mores scorti induere & non vestes, sed mores scorti inquinant,

Gregor. 3. *moral.8.* Cœl. Rhodigin. *lib.6. antiquit. cap. 17.* Ac ut in tabula, ita quoque in theatro, sine injuria & contumelia Regis imago proponitur, Casus *lib. 4. spec. 8.* Nec omnis personæ alienæ simulatio interdicta; Jacobus personam Esavi simulavit; David coram Achi Rege Palæstinorum se stultum simulavit, *1. Reg. 21.* Josephus alienam personam simulavit coram fratribus suis. Et sic distinguendum inter simulationem personarum licitam & illicitam, & usum larvarũ, sive Vestitus alieni, tempore necessitatis, hilaritatis, tentationis & bacchantium. Illicita simulatio personæ est, quæ suscipitur ex mera levitate, pravitate & petulantia animi, contra honorem Dei, Ecclesiæ & Reipublicæ ædificationem, cum proximi offensione, propter omnis generis nequitiam exercendam. Licita & approbata est, quæ fit ratione necessitatis & hilaritatis propter optimam rationem: Qualis fuit Jacobi, qui aliàs benedictionis paternæ particeps factus non fuisset: Item Josephi, qui simulatione sua, fratres suos ad majorem pœnitentiam adduxit. Talis etiam esto quæ tempore convenienti, recreationis & hilaritatis, puta in ludis scenicis, Comœdiis & Tragædiis conceditur. Illa verò simulatio, quæ est bacchantium, citra ullam necessitatem & hilaritatem, ex levitate animi cum offensione hominum, tempore bacchanaliorum assumpta, omnino est improbanda, culpanda & eliminanda, Christian. Liebenthal. *colleg. Ethic. exercit. 12. quæst. 9.*

106 Neque etiam nobis hic de histrionibus, horumq; ludis & spectaculis sermo est, nam & hos in theatra publica non esse admittendos censemus, utpote qui certissimam Christianis moribus perniciem afferunt, horumque theatra nihil aliud sunt, quam omnis improbitatis & impudicitiæ officina, Caspar Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 9. n. 4.* Et de his sermo esse videtur Amesio, Bodino, Senecæ, Aristoteli, Augustino, & aliis supra relatis, atque hi etiam ex Italia pulsi, Tacit. 4. *annal.* à Laconicis damnati, Plutarch. *in Lacon.* & si ob solum quæstum in scenam descendant, infames declarantur, *l. quod ait. 2. §. ait Prætor ff. de his. qui not. infam.*

107 XXXIII. Ex venalibus quoque in foro rebus quandoq; ærarium augeri & juvari solet, veluti si iisdem non solùm vectigal imponatur, sed etiam si pretium earum augeatur, & augmentum & pœnæ in illos, qui ultra statutum pretium vendunt, dictæ, ærario inferantur, quod fieri posse, tradit Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 112 per tot.* Nicol. Vernulæ *polit. instit. lib. 3. tit. 9. quæst. 4. n. 1.* Confer *infra lib. 5. cap. 21.* ubi quoque demonstratur, quàm maximum Reipubl. & ærario commodum ex annonæ cura adquiratur.

108 XXXIV. Necessitate urgente ærario & Reipublicæ hoc modo quandoque succurri solet, si curet magistratus omnes cives & subditos aurum & argentum suum in medium conferre, cuisque indè nummis, eum partis alicujus lucro, postea restituere, Nicol. Vernulæ. *institut. polit. lib. 3. tit. 6. quæst. 4. n. 8.* Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 113. n. 5.* Cum etiam ipsi Principes & Proceres Rerumpubl. tempore necessitatis suam supellectilem in publicum conferre soleant, sicuti exemplis probat Klock. *d. c. 113. per tot.*

XXXV. Consulitur quoque ærario, si subditi bello, vel alia fatali calamitate attriti, profugi, exules, & extorres, bello jam confecto, & pace restaurata, in provinciam & Civitatem revocentur, & ad colendos agros, vineas, hortos & rura sua adigantur, quod fieri posse eleganter probat, Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 48. per tot.* Qui si citati non compareant, fundis & bonis suis privari possunt, *arg. l. 1. C. de decurion. l. unic. C. si curia relict. rus habit. l. quicunq. 8. C. de omn. agr. desert.* Klock. *d. cap. 48. n. 6. seq.* 109

XXXVI. Est quoque in Regnis & Rebuspublicis nonnullis ærarium augendi modus tutela pupillorum, maximè Nobilium & illustrium: Ita enim in Anglia omnium pupillorum suorum illustri & equestri sanguine natorum tutor est ipse Rex, ita, ut pupillorum Nobilium reditus & vectigalia usque ad 21. ætatis annum in fiscum cogere possit, nec obnoxius sit rationibus, modò è familiæ dignitate pupillos alat, & bona sarta tecta conservet, sortemq; non imminuat, Meteran. *relat. Bell. Belg. lib. 3.* Thom. Smit. 2. *de republ. Anglor. 4. & lib. 3. cap. 5.* Nolden *de stat. nobil. cap. 14. n. 72 seq.* Qua ratione quotannis magna redituum accessione locupletiores fieri Reges, & in manibus habere, quos ex suis velint ad magnas divitias & honesta matrimonia promovere, scribit Besius *de pact. illustr. famil. cap. 7. fol. 243. in fin. seq.* Et ita in Scotia Regem Malcolmum seu Malcolinum statuisse pupillos in Regia tutela esse, eorumq; interim bona fisci fore refert Pet. Greg. Tholos. *de republ. lib. 3 cap. 3. n. 21.* ubi etiam addit, in Gallia moribus alicubi receptum esse, novam quandam & priscis Romanis incognitam tutelæ speciem, quam Garde vel Bail vocant, cujus ea vis, ut rerum pupillarium fructus tutor suos faciat, modò pupillos alat, eorumq; æs alienum solvat, & possessiones sartas tectas conservet, confer Casp. Klock. *tract. de contrib. cap. 1. n. 335. & seq. & de ærar. lib. 2. cap. 61. per tot.* add. Limn. *Notit. Franc. lib. 2. cap. 9. lit. H. pag. 634.* 110 111

XXXVII. Sunt, qui statuunt, Principem ac magistratum extremæ necessitatis casu, & si publica salus veniat in periculum, posse monetis metalla miscere, de pondere aliquid decerpere, vel ejusdem pretium augere, ea lege, ut mutatis in pristina temporibus dispendia subditorum resarciantur, Afflict. *in c. quanto. verb. monetam. de jurejur.* Nicol. Vernulæ. *instit. polit. lib. 3 tit. 6. quæst. 4. n. 5.* Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 84. n. 27.* modò in consensu populi fiat, Sixtin. *de regal. lib. 2 cap. 7. n. 75 seq.* Bornit. *de monet. lib. 1 cap. 14* ubi ait, urgentis necessitatis causa si quando nummi fiant ad tempus æstimabiles in defectum auri & argenti, ex ferro, plumbo, stanno, aurichalco, papyro, corio, &c. esse hos non propriè, sed fictè nummos, cessante causa necessitatis, cum veris permutandos. Et nisi restitutio fiat, geheñæ periculum & damnationis pœnam in eo, nisi fiat, principib⁹ constitutã esse, exclamat Afflict. *d. l.* Idq; Imp. Fridericũ II. fecisse, & auream 112

ream monetam reddidisse, cum coriaciam in angustiis expeditionis Italicæ antea cudi curasset, annales prædicant, Klock. *d. cap. 84. n. 33.* ubi *n. 34.* addit, extra hunc casum extremæ necessitatis, nec Divino, nec humano jure Principib⁹ permissum esse, lucrum vel commodum ex monetæ *R*egali percipere. Et ab omni ævo prudentissimi viri judicarunt, magnarum mutationum in Rebuspublicis præsagium esse, insolitam monetæ depravationem & mutationem, præsertim cum nummus sit mensura commutandarum rerum, & hanc ob causam inventus, ut locorum distantiæ, temporum dissimilitudini, rerum quantitati, hominum indigentiæ succurrat, Aristot. *1. polit. 6.* mutata autem vel turbata rerum mensura, omnia reliqua, mutari & turbari, necesse est, confer Klock. *d. ærar. 84. n. 19. seq. & per tot.* Et Reipublicæ expedire, ut ratio nummaria sibi constet, nec ulla temporum aut locorum varietate mutetur, idque maximè propter jura Commerciorum populis omnibus inter se communia, scribit Bodin *de republ. lib. 6. cap. 3. fol 1070. seq.*

113 Non verò sunt modi legitimi ærarium augendi, 1. Olla fortunæ, sive ludus urnæ, quam Lottariam vocant, Glückshafen. Quamvis enim extra ordinem Civitates ærario imminuto interdum ad inferandam pecuniam, fortunæ olla uti posse putet Bornit. *de ærar. lib. 2. cap. 4.* Et Belgæ quandoque eas instituant ad colligendos reditus pro pauperibus, & lucrum, quod inde capiunt, conferant ad nosodochia ædificanda, eorumq; reditus instituendos, sicuti ad ædificandum carcerem publicum, Vulgò das Zuchthauß / exemplo Belgarum Senatus Hamburgensis ollam fortunæ publicam instituit, ut in eo prodigi, otiosi & alii immorigeri includerentur, & coercerentur, teste Herm. Lather *de cens. lib. 3. c. 15. n. 35. seq.* Alii tamen hoc medium improbant, & sortilegii hoc genus illicitum esse demonstrant, Sigismund. Suevus *in tract. singul.* Besold. *de ærar. cap. 3. n. 10.* Lather. *d. n. 36. seq.* M. Melchior Sylvest. Eckhard. *in Christian. Religios class. 4. quæst. 76.* Et Poëta Anglus Owenus *lib. 1. epigram. inquiens*:

Huc quicunque venit, flet in Albo, ridet in Atro?
Lugenti potius convenit iste color.
Candida, cur damnum fert chartula, nigra, lucellum?
An quia divitias DIS dat? At hic niger est.

Modus enim hic falsi & fraudis suspicionem redolet, maximè si sortilegia illa à privatis instituantur, & circumforaneis qui hujusmodi ollas ideò instituunt, ut imposturis & fraudibus suis, quas committunt in mercibus, mit den Gewinnen / & falsis schedulis, alienas pecunias corradant & fraudulentis suis ludis non aliter, quàm Buttabatæ piscari solent, ubi vix decimus
114 aliquid lucratur, cæteris subdolè elusis & ære suo defraudatis, cum tamen jure naturæ æquũ sit, neminem cum alterius detrimento & injuria fieri locupletionem, *l. jure naturæ. 206. ff. de R. I.*

115 II. Nec modus ærarium augendi est Alchimia, quia hæc est ars sine arte, & pars sine parte, cujus initium mentiri, medium fallere, finis mendicare, ut ait Eberh. à Weihe, *in discurs. de orig. speculi.* Et venustè Poëta Anglus Owenus:

Goldmacherkunst ist niemand werth /
Er hab dann Hauß und Hof verzehrt.

Rem decoxit iners, Chymicus, dum decoquit aurum;
Et bona dilapidat omnia pro lapide.

Et Carol. Utenhov. *lib. 1. allus. ad Lullium Alchim.*

Dum lapidem Lulli quæris, quem quærere nulli
Profuit, haud Lullus, sed mihi Nullus eris:

Confer Besold. *de ærar. cap. 3. n. 11.* Casp. Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 117. per tot.* Lather. *de cens. lib. 3. cap. 11. per tot.*

III. Quamvis enim nonnulli politici usitatam & legitimam conquirendæ pecuniæ rationem censeant, imminuere librarum pondus & mensuras, & partem in Reipubl. lucrum convertere, modum tamen hunc alii non immeritò improbant, eundemque tanquam legibus & verbo Dei contrarium aversantur, Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 36. n. 1. seq.* Cum in pondere, numero & mensura Reipubl. fundamentum consistat, quibus ceu præcipuis columnis subductis, ipsum tectum & Reipubl. corpus conquassari & corruere necesse est: ac pondus & statera judicia Domini sunt, *Proverb. 16. v. 11.* Ac proinde ut ea justa, æqua & certa sint, magnæ semper curæ legislatoribus fuit in quavis Republica, & cum regali rei nummariæ connecti solet ratio ponderum, mensurarum, modiorum, ulnarum, ut iis scilicet certus modus præfigatur ad fœlicem usum commerciorum, & annonæ publicæ curam rectè administrandam, Carol. Tap. *in l. fin. part. 1. cap. 2. n. 50. ff. de constit. Princip.* Knichen. *de jur. territ. cap. 4. n. 287. seq.* Besold. *de jur. majest. cap. 8. n. 9.* Carpzov. *d. cap. 36. n. 1. seq. & per tot.* 116

Quin tamen ex pœna, quæ in illos constituitur, qui falsis ponderibus & mensuris utuntur, ærarium licitè augeatur, non habet dubium. 117
Et hoc pacto ingentem pecuniarum vim Ecclesiasticum quendam Principem initio sui regiminis ante paucos annos collegisse meminit Klock. *d. cap. 36. n. 14.* Uno enim eodemque die omnes, in omnibus oppidis, municipiis, pagis & villis, mensuras, stateras, ulnas & pondera ab incautis & nil tale metuentibus, decupis & propolis, pistoribus, laniis, mercatoribus, aliisque negociatoribus & subditis auferri, ac in unum locum comportari jussit, eosq; qui mensuras publicè probatas corrupissent, pro qualitate delicti, personarum & facultatum ita mulctavit, ut ilico sex thalerorum Imperialium millibus ærarium suum adauxerit. Plura de ponderibus & mensuris, vide *infra lib. 5. c. 23. n. 11. 17 & seq.*

IV. Sunt quoque, qui Judæos lucri & ærarii augendi causa in Civitates & territoria sua recipiunt, & ab ipsis annuatim magnum tributum exigunt; Verùm cum summo *R*eipubl. & Civium damno, propter execrabilia eorum fœnera & usuras, quibus Christianorum sanguinem exsugere eos plusquam notum est, & ideò in multis civitatibus non tolerantur, prout dicetur *infra cap. 30.* 118

V. Inter augendi quoque ærarii modos 119
non-

nonnulli referunt officiorum nundinationem & venditionem, quam extra ordinem & tempore necessitatis etiamnum Principibus & Rerumpubl. moderatoribus licitam esse, non pauci existimant, Bodin. *de republ. lib. 6. cap. 2.* Nicol. Betsius *de pact. illustr. famil. cap. ult. fol. 740.* Besold. *de arar. cap. 6. n. 4.* quia necessitas magnum imbecillitatis humanæ patrocinium, & omnem legem frangit, Seneca *de clement. lib. 9.* Et quicquid incommodi & detrimenti ex hujusmodi emptione emergit, id publica utilitate resarciri videtur, & sic salus populi suprema lex esto. Nam ut Levinus Consul Romanus apud Livium *lib. 26.* ait: Respublica incolumis & privatus res facilè præstat salvas. Et habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod contra singulos utilitate publica rependitur, ut inquit Tacitus. Et Plutarch. à justitia, inquit, in parvis rebus nonnunquam abeas, si salvam eam voles in magnis, Arn. Clapmar. *lib. 4. de arc. rerumpubl. cap. 1. & 4.* Atque ita summæ necessitatis colore officiorum venditionem in Gallia defendit Pier. Matthieu. *histor. de dern. troubl. lib 3. fol. 88.* Eandemq; sub Ludovico XII. Galliarum Rege magnum incrementum accepisse, & viginti annis Regem triginta novem milliones librarum accepisse, refert Boter. *lib. 2. histor. lib. 1.*

120 Verum hoc summo Reipublicæ & justitiæ malo, quandoquidem nemo veneratur id, quod venditur, nemo non vile esse putat, quod emit, Gregor. *epist. 373.* Et magistra rerum experientia docet, ibi Reipubl. ruinam esse, ubi officia sunt venalia, Jacob. Simanca *de republ. lib. 6. cap 15. in fin.* Nam plerumque usu venire solet, ut ubi venalia sunt officia, ibi juris quoq; administratio exponatur, siquidem perniciosi, ambitiosi & indigni promoventur, quod est cum dedecore & Reipubl. eversione conjunctum, Petr. Greg. Tholos. *de republ. lib. 2. cap. 6. n. 17. & lib. 4. cap. 5. n. 27.* Ingenio enim diffisi subsidium à pecunia mutuantur, ut habeant, unde vitam tolerent, & quod universum mercati sunt, id distractim & minutim vendunt, Boter. *lib. 7 de illust. stat. & polit. cap. 2.* & quod emerunt adversione, vendunt sigillatim, sicuti Ludovici XII. Galliarum Regis in hujusmodi mercatores fuit dicterium, teste Besold. *de arar. cap. 6. n. 4.* Etenim, qui pro officio habendo pecuniam erogant, malefaciendi, & perperam lucrandi animam ostendunt, Franc. Marc. *decis. 747.* Boër. *decis. 149. n. 3.* Cavalcan. *decis. 25. n. 10.* Et contra eos, qui officia emunt præsumptio est, omnia eos postea perversè acturos, Paris Put. *de Syndic. tit de offic. syndic. vers. dicitur. n. 2.* Mich. Picart. *obs. histor. pol. decad. 2. cap. 4.* Imò hac ratione ditiorum prædæ officia exponuntur, pauperes ab omni dignitate, contra Christianam pietatem, excluduntur, Besold. *d. n. 4.*

121 Hinc tunc recidisse Romanum Imperium, cum magistratus & officia venalia esse ceperunt, ait Nicetas Chonita *in Alex. lib. 2.* Atque ideo hæc officiorum nundinatio jure improbata est, *l. fin. C. ad L. Jul. repet. l. un. C. de pistor. Novel. 8. in princ. cap. 11. & Novel. 86. cap. 3.* Plura vide apud Klock. *de arar. cap. 6. n. 4.* confer. *supra cap. 8. n. 31.*

VI. Lupanaria quoque non esse modum legitimum augendi ærarium, constat ex traditis *infra lib. 5. cap. 18. n. 2,* ubi non immeritò improbantur. 122

Ærarii cura non solum consistit in benè conficiendi, sed conservandi, & in benè collocandi rationibus, quæ sæpè difficilior, quàm conficiendi. Imprimis verò publicarum pecuniarum custodia supra modum difficilis, quam neque Ramsaneti lapideæ turres, neque Sardanapali subterranei specus tueri potuerunt, neque templorum sepulchrorumve religio, neque profunda flumina occultare, Herodot. *lib. 2.* Ex quo Aleator Pyrrhus dictus, quod aleatoriæ fortunæ ludibrio pecuniam, quam jam anteparasset, momento amitteret, Plutarch. *in Pyrrho.* 123

Et quidem, I. redituum, ærariique conservandi præcipuus modus, in benè parcèque collocandi consistit ratione, & parsimonia, quippe quæ opes auget, *Proverb. 13. v. 17.* & summum vectigal est, unde vulgò dici solet; in sumptu faciendo quæstus consistit. Et juxta illud Horat. 124

Si rectè frueris, non est ut copia major
A Jove donare possit tibi, &c.

Et rectè Mecænas Augusto dicit; Divitiæ magnæ, non tàm multa accipiendo, quàm non multos sumptus faciendo, colliguntur, Dion. *lib. 52.* Ita quoque Ptolomæus Rex, unum ex septuaginta interpretibus, cum interrogasset, qua ratione dives permanere possit, tale responsum tulit: Si nihil præter Regni dignitatem ageret, & per luxum, sicque inania & inutilia, nullos impenderet sumptus, Arist. *in hist.* Et sic expeditissima census augendi & retinendi ratio est, detrahere sumptibus, & inhibere largitiones, Besold. *de arar. cap. 2. n. 1.*

II. Vitabit igitur Princeps & magistratus immodicas largitiones & donationes, quarum commodum ad paucos, damnum verò ad universos pertinet, & quib9 fons beneficientiæ exsiccatur, neq; enim liberalitatis fontes ita reserandæ sunt, ut pateant omnibus promiscuè. Quamvis enim liberalitate nihil naturæ sit accommodatius, teste Cicer. *1. offic.* & Principis sit non ditari, sed alios ditare, quasiq; flumen de cursu nunquam desistere bene merendi, attamen multi sunt, qui perdere sciunt, donare autem nesciunt. Ideoque, ut scribit Cicero *2. offic.* non ita claudenda est res familiaris, ut eam benignitas aperire non possit, nec ita reseranda, ut pateat omnibus: Modus adhibeatur, isq; referatur ad facultates. Videndum igitur est, inquit idem Cicero *1. offic.* ut ea liberalitate utamur, quæ prosit amicis, noceat nemini. Et Ambros. modus, inquit, liberalitatis tenendus est, ut quod benefacis, quotidie facere possis. In quo à plurimis multum exorbitari solet. Ita C. Caligula Tiberio succedens, immensam pecuniæ summam in ærario, ad sexagies nempe septies millies mille aureos, & quingenta præterea millia reperit, tantam tamen auri vim immanibus ac prodigiosis effusionibus, intra finem anni vertentis absumpsit, de quo Suetonius *in Calig. cap. 37. 38. 40. & 41.* Nero quoque avunculi 125

culi vestigiis insistens ac divitiarum fructum non alium putans, quàm profusionem, nec largiendi, nec absumendi modum tenuit; bis & vicies millium sestertium donationibus effudisse legitur, quatuordecim annis, quibus Imperio præfuit: Quæ summa, secundum Lipsii computationem facit quinquaginta quin-
127 que milliones: Cujusmodi tamen largitiones à Galba imperio occupato & publica necessitate postulante, revocatæ sunt, decima parte liberalitatis apud quemque relictâ. Sicut etiam Ferdinandus & Isabella omnia, quæ Henricus IV. ab anno 1464. ad annum 1474. elargitus fuerat, edicto revocarunt: Eademq; Isabella testamento suo declaravit, se quædam contra voluntatem donasse, quæ revocata velit, referente Casp. Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 45. n. 8.* ubi *n. 5.* addit, quod ærarium & onera plebis restaurari possint, si Principes, eorumve successores largitionum rationem ineant, & immensas donationes aut revocent, aut restringant; ubi plura exempla revocatarum hujusmodi largitionum adducit.

128 II. Conservatur quoq; ærarium, quando Principes Aulam restrictam habent, & in alimonia Aulica non sunt effusi, neminem in ea ferunt otiosum, neque multiplicant facilè numerum officiorum, sed operam dant, ut habeant paucos, idoneos & fideles, atq; adeò Aulam alunt non copiosam, & cuique indiscretè patentem, sed quam fieri potest, contractissimam. Unde Imper. Alexander Severus, cum orbem & provincias & Aulam suam purgaret hominibus non necessariis, dixit: Malum tutorem esse Imperatorem, qui ex visceribus provincialium, homines non necessarios, nec Rei publ. utiles aleret, Lamprid. *in ejus vita.* Idemq; tot tantum homines singulis officiis præposuisse dicitur, quod necessitas postulavit. Quid enim necessarii sunt tot aulici officiarii? tot inutiles titularii? Quorsum tantus numerus administratorum, quib⁹ adhærent, ut tineæ, subministri, & subministrorum alii subministri, & istis famuli & famulorum famuli, scribit Petr.
129 Greg. Tholos. *lib. 22. cap. 5.* Facessant ergo ex Aulis homines otiosi, adulatores, detrectatores, assentatores, Placentini, delatores, Thrasones, bilingues, versipelles, moriones, & similes, de quibus Casp. Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 105. per tot.*

130 IV. Idem erit, si Principes & magistratus à luxu conviviorum & vestium fastu abstineant: Incredibile enim dictu, quantum animi subditorum abalienentur, cum vident Principem & magistratum suum nepotinis conviviorū sumptibus, fisco sive ærario abutentem, & publicum posthabentem comodum præ luxu & abdomine suo; nec mirum, si quam conferunt pecuniam in subsidium belli ac Reipublicæ, in pompam, deliciasq; egestatem mox parituras, converti videant, præsertim cum sciant omnes commodatis à Deo facultatibus Principes uti, & quasi precarios possessores esse, Chockier. *lib. 5. aphoris. polit. cap. 14. in princ.* Unde eleganter Michael Piccart *lib. 1. epigram. 72.*

Ingentes miramur opes quandoq; Potentum,
Consimili subito, pauperiemque sequi?
Et pretia, & numerum potius miremur equorum,
Quiq; in aves sumptus sumitur, inq; canes;
Servorumq; greges, extructa palatia, Regum
Æmula, vel pretio nobiliora suo:
Tum toties iterata etiam convivia, latas
Immenso pretio, deq; alio orbe dapes:
Hæc animo subducentes mirabimur, omnes
Orbis opes tantis sumptibus esse pares.

Culpatur ob hoc meritò Imper. Vitellius, qui 131 adeò profundæ & inexplebilis gulæ fuit, ut prodigis epulis nonagies centena millia aureorum paucissimis mensibus interverterit: De quo Dion scribit, eum patinam unam adparasse, in qua decem millium aureorum impensa facta, scarorum jecinora, phasianorum & pavonum cerebella, linguas phœnicopterum, & murenarum lactes comiscuit: Eique cœnam à fratre datam, in qua duo millia lectissimorum piscium, septem avium adposita fercula, tradit Sueton. M. Antonius una cœna mille apros, & unius anni spacio centum talentorum millia ex Asiæ tributis exacta insumpsisse legitur, Plutarch. *in Anton.* & Sabel. *lib. 8. Ennead. 7.* Eidemq; 132 Cleopatra ultima Ægypti Regina cœnam parasse dicitur, in qua centies sestertium, id est, ducenta & quinquaginta millia aureorum uno ferculo secundæ mensæ consumpta sunt. Plura vide *in tract. de Ord. Equest. lib. 1. cap. 12.*

V. Exhauriri quoque solet ærarium per ma- 133 gnificorum & inutilium ædificiorum ac operum ædificationes, quæ Reipubl. bono non sunt, & quæ neque ad ejus munitionem, neq; ad Domini existimationem spectant. Ita Augustus Cæsar Romam multis ædificiis ornavit, nullum alium in finem, quàm
- - *nomen futuris prodere seclis.*
Buchanan. *in Psal 49.* Indeque gloriatus est dicto: Urbem lateritiam reperi, relinquam moriens marmoream. Ex quo etiam solam Capitolii laquearium & tectorum inaurationem supra duodecim millia talentorum, sive 7200000. Philippicūm absumsisse, refert Lipsius *in admirand. lib. 3. cap. 5.* Verùm cum verum sit illud vulgatum:

Ædificare domos & corpora pascere multa,
Ad paupertatem proximus est aditus.

Idemq; sumptuosa opera, quæ potius vanitatis aliquam habent ostentationem, quàm utilitatem, aut commoditatem Reipubl. afferunt, intermittenda esse, monent Politici, Chockier. *libr. 5. aphorism. polit. cap. 16. per tot.* Petr. Gregor. Tholos. *de republ. lib. 3 cap. 8. in fin.* Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 95. per tot.* Imprimis autem cavendum, ne cæmenta ædificiorum subditorum sanguine madescant, quod de Neronis aurea domo vulgò dictum refert Klock. *d. l. cap. 103. n. 6.* confer *infra lib. 5. cap. 26.*

VI. Cavebunt quoq; Principes & magistra- 134 tus à pyrobolis seu pyrotechniis, Fewrwerck / Fewr- und Wasserkugeln / Ragetlein / quas Galli fusas vocant, quibus sæpè uno quasi momento multa florenorū millia inutiliter profunduntur, & leves in auras mittuntur, Cominæ. *lib. 5. commentar.* Ventur. de Valent. *parthen. litig. cap. 13. n. 21.* Quibus Reipubl. sibi ipsi, suisq; subditis plurimum commodare, & ad omnis necessitatis

tatis casus instructi esse potuissent, Lather. *de cens. lib. 5. cap. 13. n. 18.*

Fürsten und Herrn Panckettiren /
Feurwerck / Fechten und Turniren /
Auffzüge und grosse Præsent /
Schmälern die Schatzkamer und Rent.

Quorsum etiam pertinet mos hodiernus in frequentando publicam lætitiam sclopporum tonitrua emittere, per compita lucernas incendere, & ut luxus se solemnibus insinuat, non deesse solent artifices, qui papyraceos tubos, sphæras fusilibus prægnantes stellis, ignes triumphales, rotatiles globosos, volubiles, totos scintillarum imbres, flammas fusiles, & ipsum Vulcanum sub legibus in aëre transferunt, per inane jaculantur, & his ipsis inanitatibus & vanitatibus inane & vacuum reddunt.

135 VII. Si à supellectili superflua abstineatur, utpotè quam onerosam & turbidam rerū colluviem appellat Franc. Petrarch. *dial. 36.* Et quanta in hac Romanorum Imperatorum, præsertim Neronis, Vitellii, Heliogabali, monstrosa prodigalitas & luxuria fuerit, historiarum monumenta abundè testatum faciunt. Et adhucdum hodie à multis multa in exornandas domos fiunt impendia, & ipse domus dominus negligitur, curatur ut domus visenda, & ridendus habitator, maleq; vestiuntur parietes, & domus intus, foris Christus nudus esurit, ejusque membra. Auro, inquit D. Hieron. *ad Gaudent.* parietes, auro, laquearia, auro fulgent capita columnarum, at nudus atq; esuriens ante fores Christus in paupertate moritur. Dumq; hanc insufficientiam pleni opibus in se alunt, omnia dant domibus, nihil domino, qui nos vult egentes alere, Lactant. *de vero cult. lib. 2. cap. 11.* Et sæpissimè accidere videmus, ut qui in istas res, quæ sunt vanæ, profanæ, ventosæ, nullumque habentes terminū, divitias suas profudêre, seq; istarum rerū levium lenociniis dedidere: brevi animā debuerint, atq; ex chrysalis extemplò facti sint crucisali, inquit Casp. Klock. *de ærar. lib. 2. c. 96. n. 7.* ubi *n. 13.* refert, quod Cajus, Fabricius, Lucius, Quintus, Æmilius Papus, Censores, Publicum Cornelium Ruffinum bis Consulem & Dictatura functū Senatu moverunt, quod eum comperissent, argenti facti, id est, vasorum argenteorū decem pondo habere.

136 VIII. Conservatur quoq; ærarium si impendia fructibus & reditib⁹ nō sint majora. Quemadmodum enim omnium administrationis domesticæ generum comune est, ut imprimis consideretur, ne impendia fructibus sint majora, Aristot. *lib. 2. œconom. à princ.* Ita quoque inquit Mariana *3. de instit. Reg. c. 7.* Principis curæ esse debent, ut supervacaneis sumptibus detractis, modus vectigalib⁹ fit. Et quod frugales homines præcipere solent, in procuranda re familiari, cogitare diligenter, ut expensæ publicæ, si non minores, certè regio censu non sint majores; unde cogatur versuram facere, auctoq; indies fœnore, effundere Imperii opes. Magna & prima cura esse debet, ut sumpt⁹ facultati & copiæ sint exæquati; congruant inter se vectigalium ratio, & erogandi necessitas, ne si modum excedant, Respublica majoribus malis implicetur. Si majores erunt sumptus vectigalibus, nova indies tributa imperandi necessitate aures provincialium obsurdescent, animiq; exacerbabuntur. Unde etiam Alphonsus Rex Neapolitanus *apot. lib. 3. n. 16.* scripsit, Regibus, qui pro reditu sumptus metiuntur, omnia cedere bona, amari à civibus, non metui, cives ipsos à suspicione novorum munerum levatos, agere alacres, suaq; bona ostentare, ac deniq; Principis vitam votis & suppliciis expetere. Unde semper ante oculos ejus, qui præest, versetur, non convenire supra vires reditū ordinariorum facere sumptus: Et ut privatum quemque, sic & Principem suo pede se metiri oportere, Petr. Greg. Tholos. *de republ. lib. 3. c. 8. ad fin.* Unde quoq; diminutio sumptuum una implendi ærarii ratio est, nec tantū qui partæ rei addunt aliquid, ditiores fiunt, sed etiam, qui sumptib⁹ aliquid detrahunt. Et commodissima hinc augendæ census ratio est, si Principes & magistratus contractis impendiis, sumptus supervacuos amputent, si ministeria otiosa rejiciant, si magis studeant rectè administrandæ ditioni & Republ. suæ, quàm propagandæ, si deniq; affectationem externæ reputationis (quæ magnitudinem internam destruit) pompam semper modulo provinciæ & Reipublicæ metiantur, Casp. Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 103. n. 1.*

Unde maximum in eo situm esse momentum, ut Princeps Regionis suæ ingenium, situm 137
& naturam teneat, & summorum Principum primò, deinde & procerum & Consiliariorum officium esse, non modò Regnorum & Principatuum, quibus summus rerum Arbiter ipsos præposuit, conditionem probè nosse, quidq; in illis validum, quid debile sit, ad unguem scire, subditorum ingenia & mores, vires denique & facultates accuratè pensitare, scribit Boter. *de orig. urb. lib. 2. cap. 8.* Atque ideò visitandas esse provinciæ & Reipubl. leges, mores, universitates, terras, personas, monet Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 60. n. 8.*

IX. Optimus hinc conservandi ærarii modus 138
est, si rationes ab ærarii & Reipublicæ moderatoribus & officialibus diligenter exigantur. Nihil enim æquè Principum facultates extenuat, quàm rationum reddendarum neglectus, Petr. Greg. Tholos. *de republ. lib. 3. c 8 n. 9.* Ideoq; Princeps & magistratus rationes diligenter inspiciat, relegat, cognoscat, dispungat, & conferat data & accepta, ut scilicet explorari possit, imputationes probè an improbè referantur, accepta rectè relata sint, aut non rectè, *l. cum servus. 82. ff. de condit. & demonstr.* Et in hunc finē plerique Principes & magistratus prudentes propria conscribere solent manu librum, rationem continentem, quantæ sint opes publicæ, quantæ privatorum, quantum civium sociorumq; in armis, quot classes, regna, provinciæ, tributa, vectigalia, necessitates & largitiones, ut ad omnem vim in promptu sint, de quibus vide plura apud Casp. Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 127. & 128. per tot.* Lather. *de cens. lib. 1. cap. 15. per tot. & infra lib. 5. cap. 9. per tot.*

Ærario qui præsunt dicuntur Quæstores, 139
sive Præfecti ærario, ex eo, quod inquirendæ, con-

conservandæ & expendendæ pecuniæ publicæ causa creantur, *l. 2. §. deinde. 22. ff. de orig. jur.* Aristot. *1. polit. 7.* Quorum origo apud Romanos antiquissima, & penè ante omnes magi-
140 stratus fuit, *l. un. in princ. ff. de offic. quæst.* Ibique vectigalia & tributa populi Romani in provinciis exigebant, stipendia militibus præbebant, & ea stipendia, quæ à Regibus & nationibus pendebantur, accipiebant, singulaque accepta atque expensa, rationibus inferebant: mulctas quoq; pecuniarias, tàm Romæ, quàm in provinciis, exigebant, & in publicas tabulas annotabant, bona publicata vendebant, & in publicum redigebant, omnium denique rerum, pecuniarumque notas, & illustres dabant rationes, illasque confectas & consolidatas per suos scribas in ærarium deponebant. Et in tanto honore olim Quæstura fuit, ut viri consulares, magnisque honoribus functi, illam gerere indecorum non æstimarent, Alex. ab Alexandr. *genial. dier. l. 2. c. 2.* confer Klock. *de ærar. l. 1. c. 3. num. 25. seq.* Hodie dicuntur thesaurarii, Schatzmeister/ Cammer-oder Rentmeister/ Besold. *de ærar. cap. 7. num. 1.* Et hæc ærarii sive pecuniæ publicæ in Helvetia primæ dignitatis, Consulibus & Tribunis commissa est, qui
141 plerisque in civitatibus dicuntur Seckelmeister/ & Basileæ vocantur Triumviri, Dreyer Herren/ qui sanctioris ærarii, in quo thesauri urbis reconditi sunt, curam gerunt: Præter quos & alii sunt Triumviri, qui vulgò arcæ Præfecti, Ladenherrn/ nominantur, qui minora Vectigalia & reditus annuos Reipubl. administrant: Quibus adfines sunt, quos vocant die Umbgelter/ qui vectigalia vini & frumenti administrant, & per certos homines colligunt, Klock. *de ærar. lib. 1. cap. 15. num. 8. & 9.* Sicuti etiam hic Eslingæ Quæstores, sive præfecti ærario vocantur die Umbgelter. Et hoc munere omnis omninò Respublica summè indigere videtur, ita ut felix sit Respublica, quæ habet virum prudentem & scientem ordinare reditus & expensas. Ex quo prudenter monet Jacobus Angliæ Rex in dono regio *lib. 2. pag. 74.* Quæstores eligere honestos, diligentes, facultatibus locupletes, potentia mediocres, ut cum ad calculum revocandi sunt, ab iis stricta ratio sine periculo exigi possit, Lather. *de cens. lib. 1. cap. 15. num. 14.* Vide Casp. Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 129. num. 1. seq. & per tot.*

Cum autem Quæstorum maximè inopum, famelicorum & exsuccorum avaritia sit maxima, & hi nihil ferè aliud agant, quam ut ditescant, imprimis si eorum salaria sint tenuia, juxta illud vulgatum:

Forster und Häger/
Amptleute und Jäger/
Rentmeister und Pfleger/
Schösser und Procurator,
Verwalter und Curator,
Haben nicht grossen Lohn/
Werden doch bald reich darvon/
Rath/ wie mag es zugahn/
Ihr Renck weiß nicht jederman.

142 Ideoque magistratui incumbit providere, ne subditos emungant, quod si faciant, vel in officio suo fideles non existant, vel fallant, ab officio removeantur, & severis pœnis coërceantur, Chockier. *lib. 2. thes. polit. aphorism. c. 10. n. 7.* confer Klock. *de ærar. l. 2. c. 131. per tot.* quo pacto superfluos sumptus vitabunt, & Rempubl. fideliter administrabunt, Lather. *de cens. l. 1. c. 15. num. 5.* Quorsum etiam conducet, si pauciores Quæstores, Exactores, & Officiarii constituantur, nam quo pauciores erunt, eò facilius eorum cupiditati occurritur, & si quid detrimenti necessariò ferendum, multò minus à paucis sustinetur, Klock. *de ærar. l. 2. c. 132. n. 1. & per tot.*

Caveant autem principes & magistratus 143
ab illis Harpacibus, Gryphis & Lavernionibus, qui novos & iniquos ærarii augendi modos sibi persuadent, eosque sine injuria, & sine damno subditorum & civium institui posse, & nullum ex subditis fore, qui non hilari vultu & summo cum gaudio impositum tributum præstet, cum tamen ejusmodi exactiones totius populi execrationes contra se provocent. Quales sunt novorum illorum Politicorum ex Italia, post aliquam ibi factam moram, redeuntium opiniones, qui quavis fraude à subditis pecuniam extorquere magistratui fas licitumque esse contendunt,

- - Opibusque rapaces
Injiciunt, vanis justi prætextibus, ungues.

Cujusmodi Politicorum novellorum abortus, vel saltem Embryo, velamen consiliis suis periculosis obtendit, per *Ragion di Stato*, ut Itali loquuntur, sive *Ratione Status*, multa admittenda & patranda, quæ jure & lege vigente aliàs defendi nequeunt: scilicet jus ipsum libidine Principum metientes, tyrannidem, violationem fidei, aliaque facinora, prætextu arcani politici, & *Rationis Status*, pallliantes venditant, Klock. *de contribut. c. 1. n 38.*, ubi addit, quod ex schola hac Atheniensium Ostracismus, & Spartanorum Petalismus profluxuerunt: Et quod schola hæc omni ætate omnium Monarcharum, imprimis verò Imperatorum Romanorum aulas infecit, corrupit, imò infatuavit, ac suffragia & calculos Gnatonum & Parasitorum aulicorum impetravit.

Quam exosæ autem, exitiosæ, & execra- 144
biles humano generi & ipsi Deo semper fuerint injustæ & pro libitu institutæ exactiones, historiarum monumenta & ipsa Dei judicia in ipsos exercita passim testantur. Quàm pessimè audiverit, & quantam invidiam Caligula ex gravitate tributorum sibi conciliaverit, satis testatum faciunt conjurationes in illum factæ, ex quibus impressione à conjuratis facta triginta vulneribus confectus ætate florenti interiit. Acheus Lydiæ Rex, cum nova tributa extorquere vellet, in populari factione suspensus est, pedibus sursum versum erectis, & capite in aquas Pactoli demisso, de quo Ovid.

Morte vel intereas capiti suspensus Achei,
Qui miser aurifera veste pependit aqua.

Partenius, quod apud Theodobertum Francorum Regem novorum tributorum auctor esset, lapidibus obrutus est. Et Uratislaviæ Consules recens à se creatos ob collectationem

nem indictam trucidasse, refert Crantz. *lib. 10. Vandal. cap. 28.* Plura hac de re vide apud Petr. Gregor. Tholosan. *de republ. l. 3. c. 9. n. 17.* Klock. *de contribut. c. 1. n. 310. seq. & n. 358. seq.* Lather. *de censu, in præfat. & l. 3. c. 22. n. 10.* ubi de Cardinali Armellino refert, cum ob novos collectarum & tributorum inventos modos omnibus fuisset exosus, & coram Pontifice & secretioribus quibusdam Consiliariis pecuniæ conficiendæ rationes habitæ, quidam ipsi parum æquus, hunc modum suaserit: Equidem, inquiens, Sanctissime pater, nullam ego meliorem, citra omnem subditorum querelam, imò cum ipsorum quoque gaudio, colligendæ pecuniæ rationem noverim, quàm ut Armellino pellis detrahatur, & per ditionem vestram, ut luporum pellibus fieri aliâs solet, circumferatur: Neque enim dubito, quin vestri subditi omnes pro ea saltem inspicienda, stipem ultrò sint collaturi, confer *infra c. 19. n. 56.*

CAPUT XVII.

De Jure Collectandi.

Summaria.

1. *Collectarum origo vetustissima.*
2. *Collectæ variis nominibus dicuntur.*
3. Bethe *quid, & unde dicta?*
4. *Collectandi jus Civitatibus Imperialibus competit.*
5. *Sicuti & reliquis Imperii Statibus.*
6. *Et nobilibus immediatis.*
7. *Et Civitatibus mixtis.*
8. *Quatenus civitatibus municipalibus competat?*
9. *Collectas nonnulli regalibus adscribunt.*
10. *Alii juri territoriali.*
11. *Collectarum solutio subjectionis tessera est.*
12. *Collectæ sunt fructus jurisdictionis.*
13. *Et per harum solutionem jurisdictio probatur.*
14. *Nisi ex speciali conventione jus hoc competat.*
15. *Collectæ non mero imperio, sed bassæ & civili jurisdictioni adscribuntur.*
16. *Collecta quid sit?*
17. *Collectæ quotuplices?*
18. *Provinciales collectæ quid?*
19. *Imperiales quid?*
20. *Olim collectæ ad Imperatores pertinuerunt.*
21. *Civitates Imperiales etiam solverunt Imperatori collectas.*
22. *A qua collecta plurimæ civitates sese liberarunt.*
23. *Reutlinga collectam Imperialem Principibus de* Zollern *solvit.*
24. *Eßlinga ab hac collecta se liberavit.*
25. *Ulma & Halla Sueviæ suam collectam Imperialem Civitatibus nonnullis solvunt.*
26. *Et quibus.*
27. *De hac Steura cum civitate Hallensi controversia.*
28. *Civitates Sueviæ plures redemerunt Landvogteias, Præturas, accisia & alia jura, Imperatoribus in Civitatibus & monasteriis competentia.*
29. *Ulricus Comes de* Helffenstein *quænam jura Buchaviæ impetraverit?*
30. *Civitates Imperiales ab antiquo Collectas Civibus imposuerunt.*
31. *Ordinaria Collecta civium unde orta?*
32. *Steura sive collecta ordinaria solvitur de omnibus civium bonis immobilibus.*
33. *Etiam mobilibus.*
34. *De nominibus & actionibus in rem.*
35. *De annuis reditibus.*
36. *De mercibus mercatorum.*
37. *Non vero solvitur de rebus sterilibus.*
38. *De pecunia.*
39. *De catenis, annulis aureis, gemmis & aliis ornamentis.*
40. *De supellectili domestica.*
41. *De pecunia debita,* von Nachfristen.
42. *Nec de bonis Ecclesiasticis & Clericorum.*
43. *Idem obtinet in Xenodochiis, &c.*
44. *Tempore necessitatis Clerici tenentur ad Collectas.*
45. *Sicuti etiam ad Collectas Turcicas.*
46. *Et ad refectionem pontium, viarum, &c.*
47. *Si consuetudo clericorum bona Collectis supponat.*
48. *Vel statuto ita cautum.*
49. *Ut Eßlingæ.*
50. *Si bona clericorum in æstimo adscripta.*
51. *Si clerici negocientur.*
52. *Si eorum bona ad laicos perveniant.*
53. *De bonis patrimonialibus.*
54. *Cives & subditi de omnibus bonis, etiam extra territorium sitis, Collectas solvere tenentur.*
55. *Forenses quatenus collectari possint?*
56. *Si publica utilitas & necessitas postulet, forenses quoque collectari possint.*
57. *Viduæ quoque pauperes annuam collectam solvere tenentur.*
58. *Juri reverentiali non potest renunciari.*
59. *Artifices & negociatores pro ipsis artificiis & negociationibus suis collectas solvere tenentur.*

60. Ordi-

60. Ordinaria Steura in Civitatibus Imperial. vel singulis, vel certis annis renovari solet.
61. In renovatione & professione bonorum cujusque civis conscientia jurejurando adstringi solet.
62. In collectis indicendis justa causa requiritur.
63. Princeps & Magistratus reditus ordinarios prius expendere debet, antequam ad extraordinariam collectam perveniat.
64. Nova collectæ procerum & civium consensu imponendæ.
65. Ubi majoris partis Consensus sufficit.
66. Collectæ debent esse moderatæ.
67. Causa exactionis cessante, ipsæ collectæ cessabunt.
68. Legitima causa est publica necessitas & utilitas.
69. Propter expeditionem Romanam olim collectæ indictæ.
70. Expeditio Romana & coronatio Pontificia hodie cessat.
71. Matricula Imperii & Einfacher Römermonath *quid?*
72. Quanam matricula prævaleat?
73. Legitima collectarum causa est, si Turca vel alius bellum moveat, & n. 74.
75. Recuperatio provinciarum.
76. Si Dominus captus ab hoste redimendus.
77. Æs Domini alienum.
78. Quid de elocatione filiarum.
79. Constructio vel refectio murorum, & Ecclesiarum, n. 80.
81. Quatenus collectæ imponendæ?
82. Per æquatores constituendi.
83. Quid de capitatione sentiendum?
84. Et de collecta per fumantes.
85. Collecta per æs & libram æquior.
86. Collecta pro fructuum quantitate imponenda.
87. Aucto territorio, collecta augenda.
88. Imperialis collecta quomodo hodie imponatur?
89. Imperii ordines olim collectas Imperiales ex suis reditibus solvere tenebantur.
90. Hodie à subditis exiguntur.
91. Qui tamen ultra modum non gravandi.
92. Quod non ubiq; servatur.
93. Eberhardi Ducis VVürttembergici laudabile dictum.
94. Collecta legitimè imposita, paratam habet executionem.
95. Quibus remediis subditi ad eam cogi possint. & n. 96. 97. 98. 99. 100.
101. Mandata ad pœnam dupli in Camera decernuntur.
102. Exigi quoque solent sub pœna privationis juris civici.
103. Pœna eorum, qui mala fide bona sua æstimant, vel non profitentur, quænam sit?
104. Quid Esslingæ, Lübeccæ & Reutlingæ obtineat?
105. Commissi pœna alicubi locum habet.
106. An hæc pœna jure communi fundata?
107. A vectigalibus ad collectas arguitur.
108. Tributum non solventes, rerum Dominio privantur. & n. 116.
109. Quid de jure Saxonico. & n. 117.
110. Pœna privationis regulariter locum non habet.
111. Sine lege loqui erubescimus.
112. Delinquentium bona hodie non confiscantur.
113. Pœna dupli & non major in collectarum Turcicarum solutione cessantium locum habet.
114. Extensio in odiosis non habet locum.
115. Ab obligatione ad solvendum, ad bonorum privationem argumentum invalidum.
118. An commissi pœna in collectarum materia Statuto induci possit? & n. 120.
119. Statuta contra juris dispositionem invalida.
121. Ubi majus periculum, ibi plenius consulendum.
122. L. un. C. fin. juss. Princip. explicatur.
123. Extra casus legis bona quandoque confiscari possunt.

1 INter alios ærarii legitimè augendi modos præcedenti *capit. n. 59.* diximus esse Collectas, contributiones & alias pensitationes, quarum originem & obligationem vetustissimam esse, ac simul cum Imperiorum cunabulis emersisse, ad hoc ut tàm pacis, quàm belli tempore, res & personæ Civium defendi, & in tuto esse possent, ex historiarum, tàm sacrarum, quàm prophanarum serie, latè deducit, Caspar. Klock. *vol. 1. cons. 31. n. 1. & seqq. & de contribut. c. 1. n. 15. seqq.* Herm. Lather. *de censu l. 1. c. 2. n. 9 seq. & constat ex 1. Samuel. 8. v. 9. 2. Samuel. 8. v. 2. & 3. Samuel. 4. v. 6. 2. Regum. 15. v. 19. Matth. 17. v. 25. & seq. & c. 22. v. 21.* Quæ in 2
jure nostro dicuntur indictiones, *tot. tit. C. de indict.* collationes, *l. si pendentes. 27. §. 3. ff. de usufruct. c. unic. Quæ sint regal. 2. feud. 56.* tributa, *l. fin. §. Divus. 7. ff. de censib. tot. tit. C. de annon. & tribut.* munera, *tot. tit. ff. & C. de munerib. & honor.* Contributiones, *l. sine hærede. 32. §. Lucius. 6. ff. de administ. tut.* Collectæ, Heig. *part. 1. quæst. 17. num. 29.* Germanicè Steuer / Schatzung / Hülff / Anlag / Beeth / Quod vocabulum Steuer / generale est, & comprehendit omne id, quod confertur,

Gylman. *symphor. tom. 2. part. 2. vot. 15. n. 38.* Imò quemcunq; censum & reditum denotat, Wehner. *pract. observ. verb.* Schatzung. *& verb.* Steuer. Knich. *de jur. territ. c. 3. n. 316.* Klock. *d. l. c. 17. n. 11.*
3 *157.* Et Bethe hodie nihil est aliud, quam tributum & collecta ordinaria, quam subditi & præsertim rustici Dominis suis conferre tenentur, Gylman. *d. vot. 15. n. 38 & tom. 1. part. 2. tit. 6. vot. 2. n. 7.* Gothofr. Anton. *disput. feud. 1. concl. 1. ad fin.* Geddæ. *in respons. Fridberg. punct. 1. n. 13. seq.* & inde dicitur, quod olim blandè & benignè per rogationes & suasiones exigebatur, Knich. *de Saxon. non provoc. jur. verb. Ducum. c. 5. num. 293.* quamvis in effectu magis sint præcepta, quàm rogationes, Wesemb. *consf. 45. n. 11.* juxta illud vulgatum:

Estque rogare Ducum species violenta jubendi.

Wir bitten euch/ ihr müsset es thun. Atque ita ex Bethen/ sive bitten/ factum est, gebiethen/ & ex Bethe/Gebott/ Gylman. *decis. 37. n. 27. lib. 1.* Ritter. *de homag. c. 7. n. 161.* Et vocabulum Bäd/ sive Bethe/ frequenter sumitur pro quota fructuum, vel annuo censu, qui in fructibus solvitur, non in vim collectæ, sed oneris realis, ut sunt Bethgarben/ Bethkorn/ Bethwein/ quos mergites, seu certos frumenti fasciculos esse, qui magistratibus precariò, in recognitionem Dominii dari fuerunt soliti, existimat Mart. Mager. *de advocat. cap. 7. n. 213.*

4 Competere autem jus collectandi Civitatibus Imperialibus, ipsa experientia & praxis quotidiana docet, & tradunt per *l. omnes. 12. C. de oper. publ. l. 1. §. quod si nemo. ff. quod cujusque universſ. nom.* Jason. *consf. 166. n. 2. & 8. vol. 4.* Bald. *consf. 161. n. 2. in fin. vol. 3.* Bruning. *de var. univers. spec. concl. 23.* Paurmeister. *de jurisd. l. 2. cap. ult. num. 51.* Matth. Steph. *de jurisd. l. 2. part. 1. c. 7. n. 14. seq. & l. 2. part. 2. c. 1. n. 63.* Casp. Klock. *de contribut. c. 5. n. 9. & 69 seq.* Bocer. *de collect. c. 4. n. 33. seq.* Author. *decis. sive præjud. Cameral. apud* Gylman. *Symphor. tom. 3. verb. Civitas Imperialis. in princ.* Joh. Adam. Dap. *dissert. de Civitat. German. part. 1. c. 7. num. 7.* Auth. *actor. Lindav. fol. 78. circa med.* Besold. *thes. pract. verb.* Steuer/ ubi ait: Cum constet, Civitates Imperiales, die Reichs-Stätt/ habere eandem potestatem & jurisdictionem, qualem Principes, vel alii Duces, in suis obtinent territoriis; sequitur exinde, tales quoque civitates subditis suis collectas imponere, & ab eis exigere posse, Paurmeister. *de jurisd. l. 2. cap. ult. n. 17. & seq.* Habent namque idem privilegium, meritò ergò ejus privilegii effectum. Sunt & ipsis territoria propria, quorum nomine Imperatorem immediatè recognoscunt: ergò & jura territorio annexa, quod est superioritatis sive territoriale jus, die Lands-Obrigkeit. Cui enim competit territorium, propriè sumptum, eidem quoque competit jus territorio cohærens: Et cui competit, quod plus est, competit etiam,
5 quod minus est. Et generaliter Imperii Statib⁹, qui cum Regalibus investiti sunt, de consuetudine Germaniæ, competere jus subditis suis ex justa causa collectas imponendi, communis Doctorum est traditio, Wintzler. *de collect. obs. 3.* Meischner. *tom. 2. l. 1. decis. 4.* Gylman. *symphor. tom. 1. l. 2. vot. 1. n. 119. fol. 96. in fin.* Wesemb. *consf. 198. n. 1.* Klock *de contrib. c. 4. n. 120. seq. & n. 332 seq.* Idque rerum judicatarum authoritate in Camera Imperiali sæpius fuisse confirmatum, scribit Buxtorff. apud Klock. *de contrib. consil. 2. art. 1. fol. 2.* Atque hoc exemplo Nobilium immediatè 6
Imperio subjectorum quibus jus collectandi competere, tradunt per *d. l. omnes. 12. C. de oper. publ. l. 1. §. quod si nemo. ff. quod cujusque universſ. nom.* Rosenth. *de feud. c. 5. concl. 74. n. 6. & ibi in not. lit. e.* Bocer. *de collect. c. 5. n. 7. seq.* Nolden. *de stat. nobil. c. 17. n. 115.* Joh. Wurmser. *de jur. publ. exerc. 6. quæst. 3.* Nec non exemplo Civitatum mixta- 7
rum, sive illarum, quæ certis pactis & conditionibus alicui subjectæ sunt, cum enim hæ in expressis tantum articulis teneantur, ad reliqua verò non expressa, jurisdictionem & libertatem retineant, ut *supra l. 1. c. 3. n. 35.* dictum est, consequens esse, easdem quoque collectas imponere posse, absque Principis concessione, tradit Klock. *de contribut. c. 5. n. 96. seq.*

Imò etiam Civitates provinciales sive mu- 8
nicipales, si Regalia, vel etiam jurisdictionem civilem & ordinariam saltem ex peculiari privilegio, consuetudine, præscriptione habeant, necessitate exigente, absque consensu superioris, suis civibus collectas imponere posse, cum Regalia & jurisdictio apud civitates & oppida esse possint, sine præjudicio universalis jurisdictionis, quam Princeps ibi habet, tradunt Rol. à Valle *consf. 1. n. 1. 12. vol. 2.* Cravet. *consf. 673. n. 15.* Pruckman. *de regal. c. 5 n. 8.* Klock. *d. c. 5. n. 100. & 101.* Quod si verò civitates municipales, nec simplicem jurisdictionem, neque Regalia obtineant, nihilominus easdem, uti & quamlibet aliam universitatem & villam Regalibus & jurisdictionibus destitutam, justa & legitima causa, nec non decreto, sive consensu totius universitatis accedente, sine licentia superioris, semetipsos ad voluntariam collationem obstringere, & ob onera universitatis sustinenda collectas, accisias, datias, gabellas, Schoß/ Steuer/ Umbgelt/ Marckgelt/ indicere & colligere posse, ipsa ratio suadet. Cum enim ejusmodi civitatibus & universitatibus rerum quarundam administratio, puta viarum, pontium, murorum, &c. reparatio commissa sit & incumbat, per consequentiam etiam ea ipsis permissa sunt, sine quibus antecedens, puta administratio, sive reparatio illa expediri nequit, ita ut etiam coërcitione aliqua ejusmodi collectam exigere possint, nec opus sit, omnes & singulos, vel etiam superiorem consentire, sed sufficiat illos in universitatis constitutionem consensisse, per *l. 1. §. fin. & ibi gloss. verb. proconsul. in fin. ff. quod cujusque universit.* Thesaur. *decis. 257. n. 1. seq.* Mantic. *de tacit. conv. l. 3. tit. 10. n. 65.* Köppen. *decis. 60. n. 17. & 18.* Tusch. *lit. O. concl. 123. n. 2. seq. & lit. V. concl. 33. n. 9.* Nicol. Losæ. *de jur. univers. c. 9. n. 1. seq.* Wesemb. *consf. 198. n. 19. vol. 1.* Rosenthal. *de feud. c. 5. concl. 75. n. 1. lit. c.* Heig. *1. quæst. 17. n. 45.* Ziegler. *§. Civitas. concl. 1. n. 42 seq.* Klock. *d. c. 5. n. 103. 106. & seq.* Maul. *de homag. tit. 9. n. 6.* Besold. *delibat. jur. ex l. 3. pandect. quæst. 25 fol. 314.* ubi addit, quod licet collectarum impositio ad Regalia spectet, ac proinde universitatib⁹ & municipiis Regalibus destitutis hoc jus non aliter competere videatur, nisi Principis vel superioris consensu vel speciali privilegio, hoc tamen

men intelligendum esse de generalibus collectis, quæ propter totius Imperii, vel integræ alicujus provinciæ necessitatem vel utilitatem publicam exiguntur, & Regalibus accensentur, secus verò esse quoad aliam collectarum speciem, quæ nimirum ad Regalia non spectant, sed ob particulares causas, & necessitatem earum rerum exiguntur, quarum administratio & cura universitati, vel à Principe, vel consensu eorum, qui sunt de universitate, est permissa, quarum exigendarum facultas, ad jus universitatis, eorumque potestatem, qui universitatem repræsentant, vel administrant, ex consequenti pertinere debet, arg. *l. 2. ff. de jurisd.* cum aliàs sine ea Universitas administrari non possit, exemplo Decurionum, quibus conceditur potestas à civibus exigendi collationem, ad muros vel novos faciendos, vel veteres renovandos, propterea, quia mœniorum cura ad eorum administrationem pertinebat, *l. omnes. 12. C. de oper. publ.*

9 Competit autem Civitatibus Imperialib⁹ jus collectandi hodie vigore Regalium superioritatis territorialis & jurisdictionis. Nam collectas hodie esse de regalibus, tradunt Bald. *in l. cum multa. n. 5. C. de bon. quæ liber.* Chassan. *in consuet. Burg. rubr. 1. §. 4. in princ. n. 10. vers. est istud jus.* Mynsſ. *resp. 1. n. 97. & 98. decad. 11.* Schneidew. *de feud. part. 2. n. 109. & part. 5. n. 119.* Wesemb. *consf. 27. n. 20. vers. aliis tamen magis, & n. 24. & consf. 45. n. 8. & 20.* Rulant. *de Commiss. part. 4. l. 2. c. 6. n. 1* Sixtin. *de regal. l. 2. c. 14. n. 17 seq.* Klock. *de contribut. c. 3. n. 137. & vol. 1. consf. 10. n. 683. seq. & n. 721.* Rosenthal. *de feud. c. 5. concl. 74.* Cothm. *consf. 94. n. 124. vol 3. & consf. 43. n. 253. seq. vol. 4.* Et collectarum, Gabellarum & contributionum, tam ordinariarum, quàm extraordinariarum exactionem, juri

10 territoriali adhærere, docent per *c. cum olim. c. omnis anima. X. de censib. c. magnum. caus. 11. quæst. 1. l. competit. C. de præscript. 30. vel 40. annor. l. si quis super. C. fin. regund. l. 1. C. de superior. l. nulli. 28. C. de Episc. & Cler l. rescripto. §. fin. ff. de muner. & honor.* Knich. *de jur. territ. c. 3. n. 323 seq. & in epops. n. 265.* Meischn. *tom. 1. l. 1. decisf. 48. n. 10. fol. 856. & tom. 2. l. 1. decisf. 6. n. 24. fol. 617. & tom. 3 decisf. 1. n. 13 seq.* Rulant *de Commiss. part. 4. l. 2. c. 6. n. 1. seq.* Wesemb. *consil. 62 n. 12.* Mager. *de advocat. cap. 10. n. 13. seq.* Ziegler. *§. Landsassii. concl. 1. n. 150. seq.* Matth. Steph. *de jurisd. l. 2. part. 1. c. 7. n. 453. seq.* Thom. Michael. *de jurisd. concl. 48. lit. c.* Sunt enim collectæ superioris & sublimioris dominii, & eminentiæ symbola, *d. l. nulli. 28. C. de Episcop. & Cler. d. c. 2. de censib.* Petra. *de fideicommiss. quæst. 12. n. 168.* Knich. *d. c. 3. n. 324.* Mingius *de superior. territ. concl. 75.* Gail. *1. obs. 21. n. 9.* Vultej. *3. Marpurg. consf. 35. n. 39.* Quæ à subditis præstantur in recognitionem subjectionis & universalis dominii, *d. c. magnum. caus. 11. quæst. 1.* Wesemb. *consf. 27. num. 20. & 27. seq.* Schurff *consf. 59. n. 26. cent. 1.* Mod. Pistor. *consf. 9. n. 19. vol. 2.* Imò in signum humanæ & divinæ subjectionis, *d. c. magnum.* Knich. *d. c. 3. n. 326.* Vultej. *d. consf. 35. n. 39* Et sic onerum & collectarum fundamen vocat superioritatem & jurisdictionem, Decian. *consf. 41. vol. 1.* Cothman *consf. 11. n. 43.* Thom. Mich. *de jurisd. concl. 48. lit. C.* Mager *de advocat. c. 10. n. 180.* Et quod collectæ civili & ordinariæ jurisdictioni adhæreant, docent Cravet. *consf. 662. n. 10.* Natta *consf. 636. num. 78.* Thom. Mich. *d. lit. C.* Klock. *de contrib. c. 3. n. 156.* Sicuti è contra, hujusmodi onerum impositione cessante, ipsa quoque subjectio & jurisdictio cessare intelligitur, per *l. fin. §. fin. ff. de legat. 3.* Matth. Steph. *de jurisd. l. 2. part. 1. c. 7. n. 450.* Mager. *d. c. 10. n. 188.* Quemadmodum enim jus im- 11
ponendi tributa & collectas arguit superioritatem & dominium, sic eorundem solutio & præstatio subjectionis tessera est, eamque probat, *c. 2. X. de censib.* Cravet. *consf. 195. n. 1.* Mascard. *de probat. conclus. 948. n. 1. seq.* Petra *de fideicomm. quæst. 12. n. 168. & 406.* Mynsing. *decad. 11. resp. 1. n. 97.* Mager. *d. c. 10. n. 187. & ibi alleg.* Et quidem collectas non imponi & exigi posse, nisi à Principe, & ab eo, qui jurisdictionem & jura superioritatis habet, statuunt Matth. Stephan. *d. c. 7. n. 459.* Vultej. *2. Marpurg consil. 30. n. 10. & 3. consf. 35. n. 143.* Mager. *d. c. 10. n. 183. seq.* Et non nisi subjectis ratione bonorum in recognitionem superioritatis imponuntur, Vultej. *d. consf. 35. num. 144.* Schurff. *consf. 59. n. 26. cent. 1.* Meischn. *tom. 3. decisf. 1. n. 14.* Mager. *d. c. 10. n. 157.* Indeque collectam ni- 12
hil aliud esse, quàm fructum jurisdictionis, definit Egid. Thomat. *de collect. c. 4. n. 19.* Mod. Pist. *part. 2. quæst. 91.* Meischner. *d. decisf. 1. n. 15.* Unde per solutionem collectarum & contributionum probatur subjectionis qualitas, per quam jus territorii fundatur, *c. recepimus. X. de privileg. c. tributum. caus. 11. quæst. 1. C. illud. caus. 10. quæst. 30. l. nulli. 28. §. quod si in vico. 4. C. de Episc. & Cler.* Gail. *de arrest. c. 7. n. 14.* Mager. *d. c. 10. n. 183.* Ziegl. *§. Landsassii. concl. 1. n. 157.* Iisdemque jurisdictionem probari docent Hier. de Monte *tract. fin. 13
regund. c. 52. n. 8.* Menoch. *retin. poss. remed. 3. n. 583.* Mascard. *d. concl. 948. n. 1.* nisi ex speciali quadam conventione, vel privilegio expresso vel tacito jus collectandi alicui competat, tùm enim ratione territorii, & ordinario superioritatis ju- 14
re deberi dici nequit, Decian. *consf. 41. vol. 1.* Matth. Steph. *d. l. 2. part. 1. c. 7. n. 461.* Ziegl. *d. l. n. 158.* & dicuntur munera conventa, nec sunt de regalibus, nec jure superioritatis, Klock. *d. cap. 3. n 207. & seq. & c. 5. n. 104.* Bocer. *de collect. c. 5. n. 6. seq.* Unde quoque villa, vel vicus, illi civitati subjectus esse dicitur, cui tributa persolvit, *arg. §. si quis igitur. auth. quib. mod. natur. effic.* Et civitates esse in possessione & proprietate villarum & castrorum, à quibus collectas accipiunt, docet *per d. §. si quis igitur. & l. in forma. 4. §. is verò. 2. C. de natur. lib.* Bald. *consf. 61. col. 3. part. 2.* Zas. *consf. 16. n. 3.* & solutionem censsus ordinariam superioritatis jurisdictionem arguere & probare, villam de ejus esse territorio, cui exhibetur, multis adstruit, Knich. *de jur. territ. c. 3. n. 310. seqq.* Ex quo gabella cauponaria, quæ potulentorum nomine, vulgò Umbgelt/ solvitur in recognitionem superioritatis, & subjectionis tessera reputatur, Knich. *d. c. 3. n. 321.* nisi moribus aliud introductum, & talis gabella ad bassam solùm jurisdictionem pertinere deprehendatur, per tradita Gylman. *rer. judicat. l. 1. decisf. 37. n. 26. & symphor. tom. 1. part. 1. tit. 2 fol. 99. in princ.* De qua gabella, vide *infra c. 19. per tot.*

Quamvis autem sint, qui collectas ad me- 15
rum Imperium referunt, Referens apud Gylman. *symphor. tom. 1. part. 1. tit. 2. vot. 1. n. 73. seq.*

fol.82. Meischner. tom.2.l.2.decis.4. n.131.seq. Wesembec. cons.27.n.20. & cons.45.num.2.seq. Bidembach. nobil. quæst.7.n.3. vers. de collectis. Rectius tamen illæ civili & ordinariæ, sive bassæ & inferiori jurisdictioni, der Vogteylichen Obrigkeit/ adnumerant, per l. munus.ff.de V.S.Cravet.cons. 662.n.10. Natta cons.636.n.78. Thom.Michael. de jurisdict. concl.48.lit.c. Schurff.cons.59. n.2. cent.1. Maul.de homag.tit.9.n.21. Petra de fideicomm.c.12. n.392. Et ubivis locorum consuetudine receptum esse, ut collectæ pendantur ei, qui Vogteiam, sive bassam & inferiorem jurisdictionem habet, non verò potienti mero imperio, tradunt Meischner. tom.1.part.1. decis.ult. Mager. de advocat.c.6.n.631. Et quod jus collectandi separatum sit à mero Imperio, docent Thomat. de collect.§.2. n.23. Wesembec. cons. 45. n.8. Gylman. decis.Cameral.51.n.6.& 12.lib.1. eorumque opinionem, qui collectas mero Imperio adscribunt dudum explosam esse, & in causa Teutschenmeister contra Donawerth.10.Martii anno 1563. rejectam & latè notatum esse, in causa Civitatis Spirensis contra Episcopum Spirensem, item Teutschenmeister contra Hailbronn/ testatur Rulant. de commiss.part.4.l.2.c.6.n.1.& 8. Klock.de contrib.c.3.n.174.seq. Bocer.de collect. c.1. n.24.& c.5.n.10. Joh. Wurmser. de jur.publ. exerc. 6.quæst.3.

16 Definiri solet collecta, quod sit onus extraordinarium, quod necessitate, vel utilitate publica postulante personis pro rebus imponitur, Klock. de contribut.c. 2. n.57. Et collectam extraordinarium esse munus, inde constat, quod incerta & irregularis sit ac secundum casus Reipubl. occurrentes, aliquando major, aliquando minor indicatur, l. rescripto. 6.& ibi gloss. in verb. incolis.ff.de munerib. l. in honoribus.8. §.vacantium.2.vers. qui muneris. & ibi Bart.n.5.ff. de vocat.mun.Wesemb.cons.27.n.24.vol.1. Gail.2. obs.52. Klock. d. c.2.n.98.

17 Hodierna Imperii formâ inspecta, collectæ aliæ sunt speciales, & hæ vel circulares, vel provinciales, aliæ Imperiales Circulares sunt, quas Imperii Circuli, in eorum utilitatem erogant, Craiß-Steur/ R.A. zu Augspurg de anno 1555. §. alsdann ferner. 78.seq.& de anno 1582. §. neben und über. 44. R.A. zu Regenspurg. de anno 1594. §. auff den Fall num. 47.seq. Klock.d. l.c.1.n.230. Bocer.de collect.c.3.n.1.& per tot.

18 Provinciales collectæ, Land-Steuer sunt, quas Imperii Status & ordines pro utilitate provinciæ, territorii, vel Civitatis, vigore Regalium & superioritatis, subditis & Civibus suis imponunt, Knichen. de jur. territ.c.3. n. 203. 220.& 346. Gylman.symph. tom.1.part.1.tit.6.vot. 7. Thom.Michael. de jurisd. concl. 112. Mynsi. decad. 7.resp.64. Bocer. de collect c.4.n.1.& 3.

19 Imperiales collectæ sunt, quæ propter utilitatem totius Imperii indicuntur, Reichs-Steur/ Reichs-Hülff/ deß heiligen Reichs Anlag/ Gail. 2.obs.53. Mod.Pistor. consil.4.n.1./1. Bocer. de collect. c. 2. n. 2. Vel quæ à Cæsare, ex placitis Imperii & Statuum voluntate ac consensu, necessitate & utilitate publica postulante, ad pacem & tranquillitatem in Germania conservandam, Statibus, sive Ordinibus, ea tamen conditione imponuntur, ut eas à subditis suis exigere possint, & porrò in certa loca ab Imperatore designata, in die Leg-Stätte/ mittant, Klock. d.c.2.n.136.

Priscis temporibus Statuum & Ordinum Imperii Collectæ, tributa & alia munera ad solum Imperatorem pertinebant, qui eadem ab Ordinibus eorumque subditis, necessitate urgente exigebat, 321. idque illis maximè temporibus, ubi Duces, Principes, Marchiones, Comites, Barones & alii Domini, non proprio sed Imperatoris & Imperii nomine, provincias, Ducatus, Principatus, Comitatus & Baronias administrabant, horumque officia temporalia erant, ita ut tempore Imperatoris Friderici Barbarossæ proventus Imperii annui fuerint Sexaginta tonnarum auri ex Germania & Italia, collectarum ex Civitatibus immediatis ex portoriis, vectigalibus, teloniis, quæ non erant Principum aut privatorum, sed Imperatoris & Imperii, Klock. de ærar.l.1.c.4.n.54. confer supra c.4.n.34. Et quidem morem antiquitus & à primis nostris Regibus introductum fuisse, ut Regibus & Imperatoribus, qui Germaniæ imperabant, quotannis munera quædam certa & ordinaria, ab immediatis Imperii ordinib⁹, maximis, medioxumis & infimis, quà sacris, quà profanis, in publicis & generalib⁹ Comitiis præsentarentur; quorum quædam tributa à devictis gentibus, alia precaria à liberis, veluti Civibus, pro cujusque regionis genio & ingenio, offerebantur, refert Lehman. Chron. Spirens.l.2.c.39.fol.147. Goldast. de Bohemia. lib.2. c. 11. ubi addit, quod hujus rei vestigia quædam remaneant, in annuis Civitatum Imperialium collectis, vulgo Stätt-Steuer/ dictis; quæ Imperatori nostro, hodieque pensitari, & quarum occasione, ipsæmet Civitates, annuas illas præstationes, quas à suis Civibus, pro fortunarum modo ac conditione, singulatim exigunt, & steuras vocant, introduxerunt. Et ipsa experientia testatum facit, nullam Civitatem Imperialem reperiri, quæ Imperatori Romano antiquis temporib⁹ certam annuam Collectam sive Steuram ordinariam non solverit, nec adhuc dum solvat, nisi ab eadem sese liberaverit, teste Authore actor.Lindaviens.fol. 78.in med. Quæ dicitur Reichs-Steur/ der Stände Reichs-Schilling. Joh.Limnæ. ad Capitul. Imperat.Caroli V.art.23.verb Reichs-Steuer der Stätte. pag.252.& de jur.publ.tom 4.l.7.c.1.n.80. ubi addit, hoc tributum annuum ordinarium, etiam tunc, quando alia indicta sunt, non cessare, & hisce temporibus, ubi die Römer-Monat in Teutsche Monat conversi sunt, non minus, quam in quieto statu pendi debere. Et ex his collectis, sive Steuris ordinariis olim maximum compendiū ad Imperatores rediit, sed postea pedetentim ita decrevit, ut hodie ad quindecim, vel viginti millia florenorum redactum esse dicatur Limnæ.d.l. Quod detrimentum indè originem traxit, quando Imperatores nonnullis Civitatibus censum hunc benignitate, precibus, vel pretio inducti, in totum remiserunt; nonnullis verò partem ejus indulserunt, & cæterarum portio-

portiones aliis utendas fruendas concesserunt. Ita enim Argentoratum liberum est ab hac Steura, ut dictum est *infra lib. 3. c. 51. n. 61.* Eandem immunitatem *anno 1417.* ab Imperatore Sigismundo, tunc Constantiæ concilii causâ degente, non parva auri summa sibi comparavit Civitas S. Galli, teste Stumpff. in der Schweitzer-Chronick *lib. 5. cap. 8.* Civibus Lindaviensibus ab Imper. Sigismundo *anno 1415.* hæc gratia facta, daß Sie und ihre Nachkommen / Burger zu Lindaw / seiner Majestät / und dero Nachkommen / an dem Reich zu jährlicher Reichs-Steur 200. Pfund Heller / und nicht mehr fürbaß geben / und zu geben pflichtig seyn sollen / da sie vorhin vierdthalbhundert Pfund Heller zu jährlicher Stewr gegeben / Author. *actor. Lindaviens. fol. 361. in med.* ubi addit, daß die Burger zu Ysni / als sie sich von den Herrn Erb-Truchsessen zu Waldburg / als Inhabern der Herrschafft Trauchburg / ledig gemacht / und an das Reich ergeben / von Käyser Carl dem Vierdten dergestalt zu einer Reichs-Statt auffgenommen und erhöhet worden / daß sie Kays. Maj. und dero Nachkommen am Reich jährlich 100. Pfund Heller / auff Sanct Martins Tag / richten / gelten und bezahlen sollen / laut dessen darüber Teutsch und Lateinisch verfertigten diplomatis, de anno 1365. Ab eodem Imperatore Sigismundo, ist Haupten von Pappenheim / und dessen Erben / seiner getrewen Dienst halber verschrieben worden / die Steur der Statt Schwäbischen Werdt / Weissenburg und Alen / sampt der halben Juden Steur zu Augspurg / anno 1429. Auctor. *actor. Lindav. d. fol. 631.* Wigulejus Hundt / in dem Beyrischen Stammbuch *part. 2. rubr.* Pappenheim / *fol. 166.* Ludovicus IV. anno 1329. Aurea Bulla Cremonæ data, donavit universitatem Civium Augustanorum, inter alia etiam hoc privilegio, ut pro debito Imperatori cum censu, cum tributo, non amplius, ut antea, quingentas, sed quadringentas nummi libras quotannis fisco dependeret, Cruf. *annal. Suevic. lib. 4. cap. 7.*

23 Imperator Maximilianus Eitelio Friderico de Zollern, ejusque hæredibus, Reutlingensium Steuram Imperialem in feudum ita concessit, daß jährlichen die Statt Reutlingen ihme dem von Zollern liefern soll 205. Pfund und 70. Reichsgulden / und da dieses Lehen gelöset werden will / solle man solches dem Graffen von Zollern ein halb Jahr zuvor abkünden / und vor die Ablösung geben 5000. Reichsgulden / teste Jacobo Frischlino, in Beschreibung der Gräfflichen Zollerischen Hochzeit / *de anno 1598. pag. 81.*

24 Steuræ sive collectæ Imperiales Civitatis Eßlingensis olim fuerunt 800. libræ Hallenses, ipsique Imperator Ludovicus *anno 1330.* privilegium concessit, hanc Steuram imposterum nunquam augeri debere. Et Imperator Sigismundus *anno 1413.* hanc Steuram Eßlingensem concessit Protonotario suo Johanni Kirchern / propter servitia fidelia sibi præstita, & damna perpessa, datis tamen & solutis 4000. florenis Ungaricis, & 2000. Ducatis Venetis, & concessâ simul potestate steuram hanc aliis oppignorandi, eademque oppignoratio cum consensu omnium ac singulorum Electorum confirmata fuit. Hic Johannes Kircher anno 1414. jus hoc suum Senatui Eßlingensi, prædictâ pecuniâ solutâ, vendidit, sicuti ex ipsius Imperator. literis confirmatoriis constat: Wir Sigmund von Gottes Gnaden Römischer König / zu allen Zeiten Mehrer deß Reichs / und zu Hungarn / Dalmatien / Croatien / rc. König / bekennen und thun kund offenbar / mit diesem Brieff / allen den / die ihn sehen / oder hören lesen / Als Wir dem Ersamen Johanni Kirchern / Unserm Protonotarien / Secretarien und lieben getrewen / Unser und deß Reichs Stewr / von den Burgern und der Statt zu Eßlinge jährlichen fallende / der mit Namen Achthundert Pfund Haller ist / für Sechstusendt Ungrischer Gulden und Venediger Ducaten verpfändet und versetzet haben / nach Inhalt Unser Königlichen Majestät Brieff darüber gegeben / und als derselbe Johannes für sich und sein Erben dieselben Sechs tusend Gulden und Ducaten / und die Pfandschafft und Rechte / die Sie uff der vorgenanten Steure / nach lute der vorgenanten Unser Brieve haben / den Ersamen Burgermeistern / Räthen und Burgern der vorgenannten Statt zu Eßlingen / recht und redlich fürbaß versetzet und verpfändet hat / nach Inhalt der Brieve darüber gegeben / daß Wir für Uns und Unsere Nachkommen / an dem Rich zu solcher Verpfändung und Versetzung / Unser gute Willen / Gunst und Verhengnus gegeben haben / und geben in Krafft diß Brieffs / und Römischer Königlicher Macht Vollkommenheit / und meynen / setzen und wollen / von Römischer Königlicher Gewalt / daß die vorgenanten von Eßlingen / und ihre Nachkommen / Burger daselbs / all die Rechte an den vorgenanten Sechs tusendt Ungarischer Gulden und Ducaten / und auch an der vorgenannten Pfandschafft / Versetzung / und den vorgenanten Brieffen darüber gemacht haben / sollen und mögen / die der vorgenant Johannes und sin Erben daran gehabt haben / und haben möchten / ohn alle gefehrde. Mit Urkund dieses Brieffs versiegelt mit Unser Königlichen Majestät Insigel / Geben zu Cremon im Lomparten / nach Christi Geburt Vierzehen hundert Jahr / und darnach in dem vierzehenden Jahre / deß nechsten Dienstags nach unserer Frauen Tag purificationis, Unserer Riche deß Ungrischen in dem Sieben und zwantzigsten / und deß Römischen in dem vierdten Jahren. Ad mandatum Domini Regis Michael de Priest.

Anno 1415. Imperator Sigismundus Conrado Domino in Weinsperg / Civitatis Hallensis steuram Imperialem, sexcentum nimirum libras, pro sexcentum florenis, & Ulmensis Civitatis steuram septingentas & quinquaginta libras Hallenses, pro decem millibus florenorum, cum consensu Electorum oppignoravit. 25
Verùm cum postea prædictus Conradus propter aliquos Synsheimiæ in mercatores Augustanos, Ulmenses, Constantienses, & alios eorũ associatos, commissum in malam gratiam Cæsaris incidisset, ipsum Imperator anno 1430. Norimbergam convocavit, & per Commissarios Cæsareos causam cognovit, & inter alia pro triginta mille florenis mulctavit, quam mulctam nonnullæ Civitates ipsius nomine Norimbergæ solverunt, ejusq; causa Conradus de Weinsperg Steuram hanc Ulmensem & Hallensem sibi oppignoratam Civitatibus istis cessit, quam etiam nunc à Civitate Ulmensi & Hallensi singulis 26

gulis annis circa festumMartini recipiunt, certis portionibus. Quamvis autem tàm Hallenses, quam Ulmenses, multis annis portiones suas in auro, & loco 600. librarum Hallenses singulis *annis 363.* florenos aureos & *42.* Crucigeros solverint, hi verò successu temporis portionē hanc in auro in posterum solvere recusarent, amicabilis de hoc facta fuit compositio, ex postfacto autem Ulma ab hac Steura usque ad paucos Crucigeros se liberavit.

29 Circa annum *1360.* Civitates Imperiales Sueviæ pleræque ferè ab Imper. Carolo IV. redemerunt Landvogteias, annuas Steuras, Præturas, accisias & alia Imperatoribus in Civitatibus & monasteriis jura competentia, & simul impetraverunt, quod hujusmodi jura redempta imposterum ulterius oppignorari non debeant.

Anno *1364.* hat Kåyser Carl der IV. Graff Ulrichen zu Helffenstein / den ältern / Landvogt in obern Schwaben / und seinen Erben / das Amman Ampt in der Statt Buchaw / und die gewöhnliche Steuren / die sie ihrer Majestät / von deß Reichs wegen / schuldig seynd zu geben / und das Amman Ampt in der Marck zu Altdorff / und auch die gewohnliche Steur / die sie jährlich geben / und die Vogtey über deß Gotteshauß Leuthe zu Weingarten / und die gewohnliche Steur / die sie jährlich geben / und die Freye auf der Heyde / und auch die gewohnliche Steur / die sie jährlich geben / und den See / der auff der Leutkircher Haide gelegen / und die Kellehöffe vor Lindaw / auch mit der Steure und Gelte / das sie jährlich geben / umb 3000. Pfund guter Heller / auf Wiederlösung versetzet / Auth. *act. Lindav. fol. 1.*

Ex quibus omnibus & aliis similibus facilè colligitur, quod Civitates Imperiales ipsæ olim, & semper hactenus collectas sive Steuras è Civibus & incolis suis, secundum ipsorum bona & opes, receperint, & exindè Imperato-
30 ribus & Regibus Romanis, certam tantum partem pro ordinariis Imperii oneribus solverint, reliquum verô in Civitatis commodum & utilitatem converterint. Et hujusmodi modum tributa exigendi in superiori Suevia adeò communem factum esse, ut ferè omnes communitates eodem fuerint usæ, seye in obern Schwaben so gemein worden / daß schier alle Gnossen der Landleuth / in den Wallgöwischen / Nebelgöwischen und anreinenden Herrschafften von dem Arleberg / dergleichen von Alters hergebracht / also daß die fürgesetzte einer jeden Gnoß / eine gewise Anlag auff Leuth und Güter machen / davon sie ihrer Obrigkeit / jährlich eine bestimmte Summ / für die Ordinari-Steur reichen / und das übrige zu der Universität oder Commun Dürfftigkeit verwenden und anlegen / testat. Auth. *act. Lind. fol. 78. circa med.*

31 Atque indè etiam modernam ordinariam Civitatum Imperialium Steuram, sive collectam annuam, quam magistratui Cives singulis annis exsolvere tenentur, die ordentliche Jahr-Steur / natam esse, verisimile est. Ex antiquissima enim observantia & longissima Consuetudine Civitates Imperiales habent jus exigendi certam collectam, de bonis & possessionibus civium suorum, in ordinarios & extraordinarios ac quotidianos Reipublicæ usus & negocia impendendum, quæ dicitur Stira, sive Steura, Steur / Schatzung / Schoß / Losung / Bede sive Bethe / & alibi, veluti Argentinæ, Stallgelt. Et hæc collecta sive Steura Civitatum Imperialium, ordinaria est, utpotè quæ certam quotannis semel, vel sæpius etiam recurrentem & regularem habet præstationem, certòque tempore in numerata pecunia, exigi & exsolvi solet.

Et hæc Steura sicuti & alia collecta solvitur. 32
1. de omnibus civium bonis immobilibus, *l. neq; stipendium. 13. ff. de impens. dotal. l. usufructu. 7. §. 2. l. si pendente. 27. §. si quid. 3. ff. de usufruct. l. sine. 32. §. Lucius. 6. ff. de administr. tut. l. fructus. 13. C. de act. empt. l. 2. l. 3. C. de annon. l. fin. C. sine cens. l. forma. 4. §. in servis. 5. ff. de censib. l. fin. de immun. nem. conced.* Myns. *decad. 15. resp. 1. n. 30.* Cothman. *cons. 11. n. 165. vol. 1.* Bocer. *de collect. cap. 10. n. 1 seq.* Klock. *de collect. cap. 17. n. 57. & seq.*

II. De bonis quoque mobilibus, ex quibus 33
fructus percipitur, R. A. zu Speyr. *de anno 1542.* §. und nemblich sollen. *51. & seq.* §. doch sollen. *35. seq.* §. dieweil aber. *68.* R. A. *de anno 1544.* §. und nemblich sollen. *27. seq.* & §. doch sollen. *43. d. l. forma. 4. §. in servis. 5. ff. de censib. l. fin. C. de immunitat.* Ægid. Thomat. *de collect. §. subjiciunt. n. 31.* Veluti de animalibus, equis, bobus, vaccis, ovibus, suibus, & similibus, Ægid. Thomat. *d. l. §. vendentes. n. 6. seq.* Klock. *de collect. cap. 11. n. 60.*

III. De nominibus & actionibus in rem, *l. de* 34
litibus. §. hac. de reditibus. & ibi Bart. *n. 41. l. de agricol.* Klock. *de contribut. cap. 11. n. 68. & cap. 17. n. 64.* quæ dicuntur esse de loco, de quo est persona creditoris, Klock. *d. cap. 11. n. 73. seq.*

IV. De censibus & reditibus annuis, von jähr- 35
lichen Gülten und Zinßgeltern / Klock *d. c. 11. n. 69. seq. & cap. 17. n. 65. & 67.* confer R. A. zu Speyr / *de anno 1542.* §. es sollen auch. *53. seq.* R. A. *de anno 1544.* §. und dieweil. *31.* & §. und damit. *36.*

V. De mercibus mercatorum. *l. filii. §. fin. ff.* 36
ad municipal. l. munerum. §. patrimoniorum. ff. de munerib. l. semper. §. negociatores. 3. §. negociatio. 8. ff. de jur. immun. l. negociantes. 7. C. de excusat. muner. Cothman. *1. cons. 11. n. 166.* Bocer. *de collect. c. 10. n. 3.* Klock. *d. cap. 11. n. 86. seq.*

Non verò solvuntur collectæ & Steuræ, 1. de 37
prædiis & aliis rebus sterilibus, *d. l. forma. §. illam æquitatem. ff. de censib.* Myns. *15. respons. 1. n. 30.*

II. Nec de pecunia otiosa, quæ sterilis repu- 38
tatur, *arg. l. si possessor. ff. de petit. hæred.* Bocer. *d. cap. 10. n. 67.* Quod tamen secus est hic Esslingæ, ubi etiam Ordinariæ Steuræ subjicitur pecunia numerata, das bare Gelt.

III. Et quamvis etiam Cato in censibus capi- 39
endis asperâ in omnes censurâ fuerit, ut refert Plinius *lib. 39.* & ornamenta, vestem muliebrem, & vehicula, quæ pluris, quàm quindecim æris millibus venissent, in censum referre censores jusserit, Carol. Tapia *in rubr. ff. de constit. Princip. c. 4. n. 44.* & sic etiam preciosæ supellectili collecta imponi possit, ut eo minus oneris ad plebem perveniat, Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 96. n. 14.* Nostris tamen moribus catenæ & annuli aurei, margaritæ, lapides pretiosi, aliæque cleinodiæ & ornamenta virilia & muliebria, ex quibus sola pompa, & gloria inanis re-

sultat,

ſultat, & nulla commoditas percipitur, collectis & Steuris non ſubjacent, R. A. zu Speyr. *de anno 1542.* §. doch ſollen in ſolchem. 55. *& de an. 1544.* §. doch ſollen in ſolchem Anſchlag. 43. Mynſing. *decad. 15. reſp. 1. n. 29.* Bocer. *de cap. 10. n. 68.* Maul. *de homag. tit. 9. n. 127.* Klock. *d. cap. 11. n. 22. & 63.*

40 Quod idem eſt IV. quoad magnatum & nobilium arma, ſupellectilem domeſticam Haußrath / vaſa argentea Silbergeſchirr / veſtes & alia, quæ ad uſum quotidianum ſpectant, R. A. *de anno 1542.* §. doch ſollen. 55. *& de anno 1544.* §. doch ſollen 43. *Bocer. d. cap. 10. n. 68.* Et alias res, quæ uſu conſumuntur, per *l. 2.* §. *item agitatum. ff. ad L. Rhod.* Klock. *d. cap. 11. n. 67.*

41 V. Si Civis aliò demigret, & jus detractionis, den Abzug / ſolverit, de pecunia ſibi adhuc debita, von Nachfriſten / collectas ſolvere non tenetur, Wehner. *pract. obſerv. verb.* Nachſteur. *verſ.* ob Nachfriſten. *fol. 519.*

42 VI. Nec ſolvitur Steura, ſive collecta, de bonis Eccleſiaſticis & clericorum, *l. placet 5. & ibi Dd. com. C. de SS. Eccleſ. auth. item nulla. & l. omnes. 33. §. privilegiis. 7. C. de Epiſc. & cler. c. non minus. c. adverſus. X. de immunit. Eccleſ. c. 1. eod. in 6.* Parlador. *rer. quotid. cap. 3. n. 2.* Petr. Greg. Tholoſ. *de republ. lib. 3. cap. 7. per tot.* Tuſch. *lit. O. concluſ. 138.* Gylman *ſymph. tom. 1. part. 1. tit. 7. vot. 4. n. 15. fol. 460.* Rulant. *de commiſſ. part. 4. lib. 2. cap. 6. n. 31.* Klock. *de contrib. cap. 12 n. 1. ſeq.* Maul. *de homag. tit. 9. n. 52. ſeq.* Carpzov. *juriſpr. conſiſtor. lib. 2. tit. 19. defin. 308. per tot.*

43 Quod etiam locum obtinet in hoſpitalibus, Xenodochiis, orphanotrophiis, noſocomiis, & ſimilibus locis piis, quibus pauperes, advenæ, ſenes, pupilli, ægroti, parentibus orbi, & id genus miſerabiles perſonæ recipiuntur, *d. l. omnes. 33. §. privilegiis. C. de Epiſ. & cler.* Klock. *d. c. 12. n. 58.* Adeò, ut clerici non tantum quoad bona Eccleſiaſtica, ſed etiam patrimonialia à collectarum & Steurarum oneribus immunes perhibeantur, per *c. de immunit. Eccleſ. in 6.* Natta *conſ. 280. n. 5.* Petr. Gregor. Tholoſ. *de republ. lib. 3. cap. 7. ſect. 8.* Klock. *d. cap. 12. n. 78.* Ex quo etiam in nonnullis civitatibus Imperialibus ſtatuta extant, ne bona in Clericos & Eccleſiaſticos alienentur, de quibus vide *ſupra cap. 10. n. 53.*

Hujusmodi tamen Clericorum & Eccleſiaſticorum bonorum immunitas non procedit, I. Si adventitia & inevitabilis neceſſitas publicas penſitationes expoſcat, veluti ſi belli formido evidens obveniat, ſi hoſtes agros depopulentur & devaſtent, ſi expeditio ſuſcipienda ſit contra Turcam, vel ſi quæ alia clades Rempublicam urgeat & infeſtet, quia tunc Clerici unà cum laicis collectarum oneri ſubjacent, *l. unic. C. ut nem. lic. in empt. ſpec. l. neminem. 11. C. de SS. Eccleſ. l. cum ad fœliciſſimam. 2. C. de quib. muner. vel præſt. nem. l. nullus. 21. C. de curſ. publ. & ibi* Bart. *c. 2. X. de jur. immunit.* Teſſaur. *deciſ. Pedem. 234. num. 10.* Maul. *d. tit. 9. n. 53. ſeq.* Klock *d. cap. 12. n. 212. ſeq.* Carpzov. *juriſpr. conſiſtor. lib. 2. tit. 19. definit. 309. n. 3. ſeq.* Et hanc ſententiam de Clericorum contributione tempore neceſſitatis ſolvenda, non ſolum uſum Cameræ, ſed etiam conſuetudinum totius Germaniæ paſſim receptam comprobare, teſtatur Mynſ. *4. obſerv. 7.* aliarumq; curiarum præjudiciis firmat Klock. *d. cap. 12. num. 216. ſeq.*

(44 — printed in the left margin beside "mido evidens obveniat, ſi hoſtes agros depo-")

Et quidem Turcicas contributiones, Türckenhülff / Clericos non minus, quàm alios, quantumvis maximè privilegiatos, ſolvere teneri, plurima Comitiorum decreta docent, R. A. *de anno 1500.* §. Item / iſt auch angeſehen 29. & paſſim. R. A. *de anno 1542.* §. Und wiewol in dem jüngſten. *16.* §. Und nemlich ſollen. *51.* & §. Es ſollen auch alle Churfürſten. *66.* R. A. *de anno 1544.* §. Und nemlich ſollen. 27. §. Und dieweil nun. *31.* & §. Und zu dieſem Chriſtlichen. *34.* & §. Es ſollen auch alle *38.* R. A. *de anno 1582.* §. Und demnach ſollen. *11.* R. A. *de anno 1594.* §. Demnach ſollen die Underthonen. *12.* R. A. *de anno 1598.* §. Dieweil dann nun. *12. ſeq.* R. A. *de anno 1603.* §. Nachdem es nun. *17.* & §. Demnach ſollen *19.* Klock. *d. cap. 12. num. 218. ſeq.* Et aliàs generaliter verum eſt, quod privilegium immunitatis, etiam verbis generalibus conceptum, non comprehendat collectas ob bellum, vel aliam neceſſitatem publicam, indictas, *l. in honoribus. §. qui muneris. ff. de vacat. mun. l. 1. C. eod.* Klock. *de contrib. cap. 16. ſect. 1. n. 130.* Bocer. *de collect. cap. 11 n. 50.* Sixtin. *de regal. lib. 2. cap. 14. n. 125. ſeq.* Heig. *1. quæſt. 18. n. 26.* Mynſing. *4. obſ. 70.* Schrad. *de feud. part. 10. ſect. 1. n. 130.* Beſold. *conſ. 79* Joh. Wurmſer. *de jur publ. exerc. 6. quæſt. 6.* Gail. *2. obſ. 52. n. 26.* Carpzov. *juriſprud conſiſtor. tit. 19. defin. 309. n. 5.* 45

46 II. Idem eſt, quoad refectionem viarum, pontium, aggerum, foſſarum, pomœriorum, pectoralium & murorum, uti & putei communis in vicinia exiſtentis, nam & pro hac, uti & pro lite termini, paſtusque & ſimilium, quæ in bonum commune, utile & neceſſarium cedunt, Clerici & Eccleſiaſticæ perſonæ ſubſidia de jure conferre tenentur, *l. ad inſtructionem. 7. C. de SS. Eccleſ. l. fin. C. à quib. mun. nem. lic. l. abſit. C. de privil. dom. Aug.* Cacheran *deciſ. 68. n. 4.* Schurff. *1. conſ. 42. n. 40. ſeq.* Annæ. Robert. *2 rer. jud. cap. 3.* Lather. *de cenſu lib. 1. cap. 4. n. 3.* Huſan. *de homin. propr. cap. 8. n. 127. ſeq.* Roſenthal. *de feud. cap. 5. concluſ. 81. n. 2.* Maul. *de homag. tit. 9. n. 54.* Klock. *d. cap. 12. n. 224. ſeq.*

III. Si conſuetudo bona quoque Eccleſiaſticorum collectis ſupponat, Petra *de poteſtat. Princip. cap. 4. part. de conſuetud. n. 1.* Natta. *conſ. 501.* Maul. *d. tit. 9. num. 56.* Klock. *d. cap. 12. num. 229. ſeq.* 47

IV. Vel ſi ſtatutum extet, ut omnia bona immobilia Statuentium jurisdictioni ſubjecta ſint tributaria, oneribusque & collectis, tam præſentibus, quam futuris obnoxia, nam & hoc caſu bona etiam Clericorum, quocunq; titulo ea ad ipſos perveniant, collectis ſubjacere, docent Petra *d. cap. 4. part. de validit. ſtat. 2. n. 1.* Cravet. *de antiquit. temp. part. 4. §. fin. n. 9.* Maul. *d. l. n. 55.* Klock. *d. l n. 245. ſeq.* 48

Ita Civitas Imperialis Eſslingenſis, ex privilegio Imperatoris Ludovici, de anno 1345. habet jus collectandi Clericos de bonis poſſeſſis & Steuræ ſubjectis, ubi hæc habentur verba; Was Gutes die Clöſter und Leyen-Pfaffen an ſich fürbaß gewinnen / in was Weg und Weiß / und die dem Kayſer und dem Reich vor / ehe es in ihrer Gewalt kommen / Steurbar ſeynd geweſen / dieſelben 49

Clöſter

Clöster und Pfaffen sollen bey derselben Steur bleiben/ und fürbaß keine Freyhung geniessen/ es geschehe dann mit Burgermeister/ Rath und der Burger willen. Et huic Civitati Eslingensi idem Imperator Ludovicus anno 1330. privilegium concessit, ne bona immobilia ullo modo in Clericos alienentur, de quo vide *infra lib. 3. cap. 13. n. 62.* Atque ita etiamnum hodie nonnulli Episcopi, Abbates & Monasteria, de ædificiis & aliis nonnullis bonis, in Eslingensium territorio sitis, von ihren in Eßlingischer Marckung und Gebieth gelegenen Clöster-Höfen und Gütern/ ordinarias Steuras singulis annis exsolvunt, & si quæ bona de novo adquirunt, de iisdem quoque annuam Steuram ordinariam exsolvere tenentur. Et cum regulariter bona illa, quæ ordinariæ Steuræ subjiciuntur, etiam aliis collectis & contributionibus subjecta sint, ideò etiam ab hisce monasteriis, eorumque bonis, in Eslingensium territorio sitis, belli hisce temporibus extraordinariæ contributiones & collectæ exactæ, & à plerisq; solutæ, earumq; nomine transactiones & amicabiles compositiones initæ sunt, atq; illi, qui collectas & contributiones hujusmodi exsolvere denegarunt, milites hospitio recipere, jussi fuerunt, seynd mit Quartier und Soldaten beleget worden.

50 V. Tenentur quoque Clerici & personæ Ecclesiasticæ ad collectas & contributiones, si bona eorum allibrata & adscripta sint in æstimo universitatis, Luc. de Penna *in l. fin. C. de exact. tribut.* Angel. *consi. 244.* confer Maul. *de homag. tit. 9. n. 61.*

51 VI. Idem est, si Clerici mercimoniam, aliosque contractus lucrativos exerceant, Tuschus *pract. concl. lit. O. conclus. 126. n. 16.* Petr. Frider. Mindan. *de process. lib. 2. cap. 45. num. 16.* Sixtin. *de regal. lib. 2. cap. 14. n. 113.* Klock. *de contrib. cap. 12. n. 253. seq.*

52 VII. Quod si quoque prædia Ecclesiastica ad Laicos perveniant, libertatem amittunt, Bart. *in l. locatio. 9. §. fin. ff. de publican. & vectigal.* Ægid. Thomat. *de muner. patrimon. § non obstant, quæ supra n. 21. fol. 181.* Bocer. *de collect. cap. 11. num. 25. seq.* Maul. *de homag. tit. 9. n. 100.*

53 VIII. De bonis quoque patrimonialibus Clericos & Ecclesiasticos tributa & collectas solvere teneri, tradunt Ludov. Molina. *tract. 2. de justit. disp. 31. concl. 6.* Coler. *de process. execut. part. 1. cap. 3 n. 206.* Tiraquel. *de retract. consanguin. §. 32. gloss. un. num. 80. & 81.* Joh. Gerhard. *in loc. de magistrat. polit. §. 440. pag. 1238.* Frideric. Balduin. *de casib. conscient. libr. 4. cap. 12. cas. 14.* Carpzov. *lib. 2. jurisprud. consistor. tit. 19. definit. 311. per tot.*

54 Steura sive collecta hæc Civitatum Imperialium solvitur ab omnibus & singulis civibus & subditis, adeò, ut subditi & cives in loco domicilii teneantur etiam bona sua alibi, extra collectantis & magistratus territorium sita, in æstimationem deducere, & de iisdem Steuras & collectas in loco domicilii solvere, nec sufficiat illa profiteri, quæ magistratus jurisdictione coërcentur, per *l. rescripto. 6. §. fin. l. munerum §. patrimoniorum, ff. de munerib. l. un. C. de mulier.* Ant. Gabriel. *com. concl. lib. 6. tit. de jur. immun. conclus. 2. num. 1. & 2.* Tiraquel. *de primogen. quæst. 46. n. 19.* Gail. *2. observ. 53. n. 10.* Mynsi. *5. observ 22. num. 2. & 3.* confer Besold. *4. consi. 152. per tot.* Bocer. *de collect. cap. 9. n. 5. & seq.* Klock. *vol. 1. consi. 28. n. 354. sq.* Et pro hac sententia in causa Teutschen-Meister contra Thonawerth/ in Camera Imperiali decisum esse, testatur Rosenthal. *de feud. cap. 5. conclusion. 80. lit. b. in fin.* Quod etiam hîc Eslingæ observatur.

Et quamvis aliàs à collectis immunes sint forenses, *l. rescripto. 6. §. fin. de muneri b. & honor. l. libertus. 17. §. sola. 13. & ibi.* Bart. *ff. ad municipal. l. cum nec. C. de incol.* Gail. *2. observ. 52. num. 13.* Mynsing. *5. observat. 22.* Sixtin. *de regal. lib. 2. cap. 4. num. 72.* Gylman. *symph. tom. 1. part. 2. tit. 6 num. 13. & 14.* Maul. *de homag. tit. 9. num. 41.* Klock. *de contribut. cap. 13. num. 1. seq.* Hoc tamen maximè procedit, in collecta capitis, sive personali, utpotè, quæ subditis tantum, non etiam forensibus imponitur, *l. 4. l. privilegio. C. de incol. l. libertus. 17. §. sola ratio. 5. & sola domus. 13. ff. ad municipal.* Bocer. *de collect cap. 7. num. 6. & cap. 9. num. 9.* Sicuti etiam in collecta mixta, quæ personæ pro rebus imponitur, à qua itidem forenses immunes esse, docet *d. l. rescripto. 6. § fin. vers. ult. ff. de muner. & honor.* Gail. *2. observ. 52. num. 13. & observ. 13. in fin.* Mindan. *de process. lib. 2. cap. 45. num. 8.* Bocer. *d. num. 9.* Secus verò se res habet in collecta, quæ prædiis tantum & possessionibus indicitur, ita ut ad hanc quoque forenses teneantur, in loco, ubi res sunt sitæ, *l. un. vers. ult. C. de mulier. l. forma. 4. §. is verò. 2. ff. de censib. l. rescripto. 6. §. fin l. munerum. 18. §. patrimoniorum. 21. & §. seq. ff. de muner. & honor.* Mindan. *d. cap. 45. num. 8.* Bocer. *d. cap. 9. num. 9. in fin.* ubi etiam *num. 10.* addit, domino territorii integrum non esse, collectam principaliter possessionibus tantum indicere, ut etiam forenses de suis in collectantis territorio sitis prædiis eam solvere teneantur, per *l. ne in potestate. 26. ff. de arbitr. l. 2. §. item si extra. vers. aut erit. ff. de judic.* Sicuti etiam forenses ad collectas tenentur, si publica utilitas eorum subsidia exposcat, ut si collectæ pro tuitione prædiorum, pascuorum, sylvarum, aliarumque rerum communium, ex quibus extranei prædia possidentes æquè utilitatem percipiunt, ac ipsi incolæ & Cives, Gylman *symph. tom. 1. part. 2. tit. 6. vot. 6. n. 57.* Sixtin. *de regal. 2. cap. 12. num. 74.* Rosenthal. *de feud. cap. 5. conclus. 81. lit. b.* Bocer. *de collect. d. cap. 9 num. 10. & 18. & de regal. cap. 3. num. 231. vers. nisi forenses.* Klock. *de contribut. cap. 13. num. 9. seq. per tot.* ubi plures limitationes refert. 55 56

Quamvis etiam Cives nonnulli, qui immobilia bona non possident, nihilominus tamen in recognitionem juris civici, & pro protectione, quotannis certam pecuniam solvere tenentur, à qua etiam viduæ pauperes, & nihil ferè in bonis habentes, immunes non existunt, earumque collecta dicitur, der Wittiben Steur. 57

Nec hujus Steuræ immunitas, in generali privilegio, etiam Ecclesiæ concesso, venit, quia juri reverentiali renunciare non potest, per *l. alia causa. 14. § eleganter. 1 ff. solut. matrim.* Zas. *ad l. maritus. 12. numer. 33. ff. solut.* 58

lut. matrim. Author *Actor. Lindaviens. fol. 632. post med.*

59 Artifices quoque, venatores, piscatores, & quilibet alii opifices & negociatores, pro ipsis artificiis & negociationibus suis, eatenus contributionum munus sustinere debent, quatenus artificiorum ascendit æstimatio, in tantum enim unusquisque ad collectam succurrere debet, quantum fert modus suæ possessionis, & virium suarum, & non ultra, *l. 1. C. à quib. muner. nem. lic. exc. l. 2. C. de annon. l. fin. C. de immunit. nem. conced. l. 1. C. de muner. patrim.* Et ita ratio pensitationis hujus ineunda est, ut eis necessaria pro corporis sustentatione reserventur, *arg. l. suo victu. l. pen. ff. de oper. libert.* Tuschus. *lit. C. conclusion. 449. num. 2.* Bodin. *de republ. lib. 2. cap. 2.* ubi ait: qui sua industria sibi opes & pecuniarum vim maximam coëgerunt, à tributis immunes esse non oportet, dùm adversus tenues id fiat modicè, vel etiam intra modum, ne bonis artibus & industriæ bellum indici videatur, Et maximè in Steuris & collectis imponendis attendendum esse, ad cujusque civis opificium, artificium & negociationem, & quomodo quisque se suosque honestè alere & sustentare, & quicquam præ aliis lucrari possit, ipsa ratio dictitat, & æquitas, cum videamus, quàm plurimos cives multis bonis, ædificiis & prædiis locupletatos, & in æstimo magni æstimatos, nihil tamen inde lucrari, ac vix se suosque honestè sustentare posse, cum tamen è contra alii nulla bona immobilia possidentes, & parum contribuentes, longè plura lucrentur. Imprimis autem cum misellis istis rusticis & aratoribus, qui alienos agros colunt, vel quorum bona ære alieno gravata, mitius agi, nec ad eos, aliosque opifices omne tributorum genus protrudi debet; sæpè enim nocet, si ad imbecilliora, sed tamen necessaria corporis membra omnes vitiosi defluant humores, post Althus. *polit. cap. 11. n. 3.* Klock. *de contrib. cap. 11. n. 98. & 99.*

60 Cum autem Civium bona, facultates & possessiones indies crescant & decrescant, in Civitatibus Imperialibus, sicuti & alibi, Steura & collecta ordinaria, vel singulis, vel certis quibusdam annis elapsis, renovari solet, ubi cives, juramento corporali præstito, omnia sua bona indicare, & scriptis comprehendere, & in censum referre tenentur, per *l. meminimus. 2. C. quand. & quib. quarta pars deb. ex bon. decur.* Quem morem in quibusdam Germaniæ Civitatibus receptum, ut scilicet in bonis, maximè

61 mobilibus (cum res immobiles nec latere facilè possint, *d. l. 2. C. quand. & quib. quart.*) censendis cujusque conscientia jurejurando obstringatur, probet Boter. *de illustr. stat. & polit. lib 7. cap. 7.* Klock. *de contribut. cap. 11. n. 60. & 61. & cap. 17. n. 76. seq.* Et hujusmodi collecta dicitur geschworne Steur.

62 In genere autè collectas extraordinarias quod attinet, ut legitimè indici & exigi possint, requiritur I. justa & rationabilis causa, sine qua cives & subditi extraordinariis collectis nullo modo gravari possunt, Parlador. *lib. 1. rer. quotid. cap. 3. num. 5.* Heig. *part. 1. quæst. 18. num. 6.* Sixtin. *de regal. lib. 2. cap. 14. num. 47.* Gœddæ. *4. Marpurg. cons. 16. n. 332. seq.* Bocer. *de collect. c. 1. num. 3. seq.* Klock. *de contribut. cap. 7. numer. 3. sequent.* Ita, ut Principes vel magistratus absq; justa causa collectâ imponens, mortaliter peccare dicatur, Cacheran. *cons. 31. num. 12. seq.* Nec charitativum subsidium sine justa & rationabili causa exigere possit, Franc. Marc. *decis. 471. num. 1. part. 1.* Sixtin. *d. num. 47.* Non enim concedendum est, Principum, aliorum q; Magistratuũ liberæ voluntati permissum esse, utrum, quomodo & quando subditos suos collectare velint. Omnes siquidem Doctores & Juris interpretes contrarium docent, & ad certas causas potestatem subditos collectandi revocant, idque non solum in Principibus, aliisq; magistratibus inferioribus, sed etiam in supremo Principe procedere, docent per *l. 3. l. fin. C. de stat. & imagin. l. un. C. de expens.* Roland. à Valle *cons. 1. num. 51.* Natta *cons. 185. num. 1.* Gœddæ. *4. Marpurg. consil. 16. num. 470.* Adeò, ut quamdiu justa causa, utilitas & necessitas publica non adparet, collectæ, ut servitutis speciem habentes, omninò odiosæ, & per impressionem, vi, metuque extortæ censeantur, Sixtin. *de regal. lib. 2. cap. 14. n. 56.* Cothman. *1. consil. 11. n. 46.* Bocer. *de collect. cap. 1. n. 10.* Menoch. *3. præsumpt. 126. n. 14.* Klock. *de contribut. cap. 7. n. 36. seq.*

II. Requiritur defectus ordinariorum redi- 63
tuum: ante omnia enim Princeps & magistratus proprium excutere debet marsupium, reditusque suos ordinarios expendere, quàm ad extraordinarias exactiones perveniat, *l. neminem. in fin. C. de SS. Eccles.* Wesembec. *consil 45. n. 16.* Rosenthal. *de feud. cap. 5. concl. 74. per tot. & conclus. 79 n. 1. & 2.* Schrader. *de feud. part. 5. num. 119.* Köppen. *decis. 32. n 2.* Gail. *de arrest. cap. 10. n. 12.* Mynf. *5. observ. 21* Bocer. *de collect. cap. 1. n. 13. seq.* Gœddæ. *4. Marpurg. cons. 16. n. 341. seq.* Klock. *d. cap. 7. n. 4. seq. & vol. 1. cons. 20 n. 168. & cons. 28. n. 168. sqq.*

III. Requiritur subditorum consensus; 64
Comunis enim Politicorum schola docet, novas contributiones omnium Reipubl. membrorum consensu & communi decreto, in conventu publico indicto, fieri debere, Knichen. *de jur. territ. c. 3. n. 22.* Schurff. *1. cons. 59.* Warem. ab Erenberg *de oner subdit. cap 7.* Gail. *de arrest. cap. 9. n. 19. in fin.* Maul. *de homag. tit. 9. n. 122.* Bocer. *de collect. cap. 4. n. 8.* Klock. *d. cap. 7. n. 20. seq.* Ita enim Imperator Romanus in Capitulatione sua jurare tenetur, ne absq; Statuum consensu, etiam necessitate urgente, nova tributa, sive collectas imponat, Capitular. Imp. Ferdinandi III. *art.* So offt auch. *14.* Quod etiam in Regnis Galliæ, Hũgariæ, Angliæ, Daniæ, Poloniæ frequentari constat, ne scilicet absq; ordinum consensu, & justa causa, nova tributa imponantur, Brut. *in vindic. contra Tyran. quæst. 3.* Hotom. *in Franco Gall. cap 15. n. 25.* Bodin. *de Republ. lib. 1. cap. 8. & lib. 2. cap. 2.* Idemq; in Austria per Archiduces etiamnum ita fieri, scribit Nicol. Bellus *dissert. polit. tom. 1. disc. 31. § omnes Archiducum.* Et Hispaniarum Reges summa humanitate & moderatione tributa imponere, Plebis tribunis & subditis in Comi-

Comitiis adprobantibus, testatur Parlador. *l. rer. quotid. cap. 2.* Warem. ab Erenberg. *d. cap. 7. n. 23.* Ex quo etiam in plerisque Germaniæ provinciis, non nisi ex ordinum provincialium consensu & pacto, ac re publicè & maturè priùs deliberata, ad ejusmodi onera perveniri posse, ipsa experientia docet.

65 Quamvis autem hoc casu omnium, quorum interest, consensum requirant, Nicol. Losæ. *de jur. universitat. part. 3. cap. 9. n. 13.* Ant. Faber. *in Cod. lib. 9. tit. 29. defin. 28.* Meichsner. *tom. 4. decis. 27. n. 20. & tom. 2. sect. 1. fol. 638. seq.* Multi tamen contendunt, verius esse, & sufficere, si major pars ordinum vel universitatis consentiat, ita ut hæc minorem, non obstante ejusdem dissensu & contradictione, obliget, & ad id, quod à majore parte, quoad collectas, constitutum & approbatum, compellere possit, per R. A. *de anno 1512.* §. Es sollen auch die Churfürsten/ 7. Regiments-Ordn. zu Wormbs/ *de anno 1521.* §. Würde sich auch begeben/ *12.* R. A. zu Speyr/ *de anno 1542.* §. Und diesem Obristen und Hauptmann. *25.* R. A. zu Augspurg *de anno 1555.* §. Und damit die Obristen/ *69. l. quod major. 19. ff. ad municipal. l. nulli. 3. ff. quod cujusq. universit. l. nominationum. 45. C. de decurion. C. 1. X. de his, quæ à major. part. capit.* Guid. Pap. *decis. 631. num. 8.* Schrader. *de feud. part. 10. cap. 11. num. 2. in fin.* Rosenthal. *de feud. cap. 5. conclus. 75. num. 1.* Tusch. *lit. O. concl. 258. n. 37.* Sixtin. *de regal. cap. 14. num. 28.* Bocer. *de collect. cap. 4. num. 8.* Latè Klock. *de contribut.*

66 *cap. 6. per tot.* ubi an & quatenus in Consilio Imperiali generali, Circulorum ac Provinciarum, aliisque universitatum Conventibus & consiliis majora vota valeant, & major pars minori præjudicare possit, plurimis docet. Add. *V. I. cons. 20. n. 193. usque 279. & cons. 28. n. 43. usq. 119.*

67 IV. Collectæ esse debent moderatæ & possibiles, earumque modus ex facultatibus civium & subditorum, & necessitate Reipubl. semper metiendus est, *l. omnes. 12. C. de oper. publ.* Clapmar. *de arcan. rerumpubl. 5. cap. 14.* Bornit. *de ærar. lib. 4. cap. 3.* Klock. *de contrib. cap. 17. n. 2. & cap. 18. n. 305.*

68 V. Indeque causa exactionis cessante, onera quoque removeri, & gravaminum præter æquum cumulatorum suscipi debet allevatio, *l. cura. §. deficientium. ff. de muner. & honor. l. ex facto. 43. ff. de vulgar. & pupillar.* Klock. *d. cap. 7. n. 104. seq.*

69 Legitima collectas indicendi causa in genere est publica necessitas & utilitas, Klock. *d. cap. 7. n. 7. seq. & tom. 1. cons. 20. n. 169. seq.*

70 Speciales verò causæ sunt, & olim fuit I. expeditio Romana ad consequendam Coronam Cæsaream, Römer-Zug zu Abholung der Käyserlichen Cron/ de qua R. A. *de anno 1521.* §. Und als wir. *& de anno 1522. in princ.* Quæ tanquam superflua post Carolum V. ab Augustissimis Imperatoribus Ferdinando I. Maximiliano II. Rudolpho II. Matth. I. Ferdinando II. & III. nunquam impetrata, & expeditio hæc omissa fuit, propterea quod nihil realitatis per Pontificis coronationem Imperatoriæ dignitati accedere, eosque sumptus adversus Imperii hostes utilius erogari posse putarint, Carpzov. *de Capitulat. sive de leg. reg. German. cap. 2. sect. 9. n. 31. seqq.* Klock. *de contrib. cap. 1. n. 179. seq.* Pro obtinenda enim & ornanda Pontificia Coronatione Status Imperii Imperatori in Italiam eunti, viginti millia Peditum, & quatuor millia Equitum, secundum taxam unicuique assignatam supeditabant R. A. *de anno 1521.* §. Auch haben uns Chur Fürsten. Cujus expeditionis quoque meminit Sächsisch Lehen-Recht/ *art. 8.* his verbis: Wann die Teutschen einen König kiesen/ und der denn gen Rom ziehet/ zu der Weyhung/ so sind pflichtig sechs Fürsten mit ihme zu ziehen/ die die ersten in deß Reichs Kuhre seyn/ der Bischoff von Maintz/ und der von Trier/ und der von Cölln/ und der Pfaltzgraff von dem Rhein/ der Hertzog von Sachsen/ und der Marggraff von Brandenburg/ durch das/ daß dem Pabst wissentlich werde deß Königs rechte Köhre/ auch soll damit ziehen ein jeglich Mann mit seinem Herrn/ der deß Reichs Lehen-Gut von ihme zu Lehen hat/ oder soll die Fahrt lösen mit dem zehenden Pfunde deß Zinses/ den er jährlichen von ihme hat/ Rudinger. *cent. 4. observ. 38.* Schneidewin. *de feud. part. 4. n. 114.* Limnæ. *de jur. publ. lib. 2. c. 4. n. 109.* Carpzov. *de Capitulat. cap. 8. sect. 6. n. 2. seq.* Klock. *de contribut. cap. 1. n. 171. seq.* Cujusmodi solemnis & præpotens Comitatus non modò ad decus Imperatoris, sed & Principum Imperii spectabat, ut maxima splendoris pompa ingressus fieret in urbem Romam, festumque inaugurationis celebraretur, Melch. Goldast. *in Bohem. lib. 2. cap. 15. in princ.*

Quamvis autem hodie expeditionis istius 71
Romanæ usus nullus existat, summa militum taxata à Statibus Imperii in casu necessitatis præstanda mansit. Non tamen semper equitum & peditum prædictus numerus; sed si Imperatori aut Statibus, utilius pecunia, quàm milite juvare visum fuerit, quisque eam pecuniam, quæ ad alendum numerum taxatum sufficit, præstare tenetur, & quidem pro uno pedite quatuor, & pro uno equite duodecim floreni singulis mensibus solvuntur, R. A. *de anno 1544.* §. Und wiewol gemeine Stände/ *5. seq.* qui dicuntur Einfache Römer Monat. Et hodie communiter ferè contributio secundum expeditionem Romanam, nach dem Römerzug/ in pecunia numerata præstari solet, juxta computationem cujusque Status & Circuli, omnium Imperii procerum consensu factam, quæ dicitur Imperii matricula, die Reichs-Matricul/ quam exhibent Joh. Limnæ. *de jur. publ. lib. 4. cap. 7.* Wehner. *pract. obs. verb. matricul.* Et cum 72
plures factæ sint matriculæ, hodie ea servatur, quæ anno 1521. communi Statuum Imperii consensu facta, R. A. zu Regenspurg/ *anno 1576.* §. Wann auch zu Franckfurt/ *99.* Vid. *supra lib. 1. cap. 12. n. 9. seq.*

II. Legitima collectandi causa hodie in Im 73
perio Romano est, si Turca Imperio bellum movere conetur, quæ vulgò dicitur Türcken-Hülff/ Türcken-Steur/ de qua in Constitutionibus Imperii passim.

III. Idem est, si alius quisquam contra Impe- 74
rium Romanum, vel ejusdem membra bellum moturus sit, qualis olim fuit collecta contra Gallum,

Gallum, Venetos, Anabaptistas, de qua Klock. *de contribut. c. 7. n. 15.*

75 IV. Recuperatio Provinciarum ab Imperio avulsarum, Klock. *d. c. 7. n. 226.*

76 V. Si Dominus in bello, pro patria certans ab hoste captus, redimendus venit, *arg. c. non satis. Dist. 68. c. 1. §. sed etiam. Quæ sit prima causa benef. amit.* Klock. *d. c. 7. n. 10. seq.* Bocer. *de collect. c. 6. n. 22.* Maul. *de homag. tit. 8. per tot.*

77 VI. Si Rex, Princeps, Comes, & id genus reliqui Dynastæ & Domini, ære alieno laborent, idque non sua culpa, sed fortè pro defensione Patriæ, pro utilitate publica, & dignitatis nomine, vel à seipso, vel ab antecessoribus fuerit contractum, & non habeat de suo, unde solvat, nam tunc ad ejus exsolutionem, subditis collectam imponere posse Dominos territoriales, docent Chassan. *in consuet. Burgund. rubr. 1. §. 4. verb. & sur les hommes. n. 33.* Menoch. *2. arbitr. jud. cas. 178. num. 1.* Petra *de potest. Princip. c. 4. num. 31.* Tusch. *lit. P. conclus. 128. num. 8.* Wesembec. *cons. 45. num. 4. & 39. & part. 7. consil. 320. num. 17. & 18.* Vultej. *3. Marpurg. cons. 53. num. 36.* & Gœddæ. *4. Marpurg. cons. 16. num. 289. seq. & num. 454.* Rosenthal. *de feud. cap. 5. conclus. 76.* Bocer. *de collect. cap. 6. num. 23.* Maul. *de homag. tit. 6. num. 3.* Klock. *de contribut. cap. 8. num. 50. 84. seq.*

78 VII. Quamvis neque jure civili, neque feudali constitutum sit, ut Dominorum filias subditi suis sumptibus elocent, Petra *de potest. Princip. c. 6. n. 78.* Betsius *de pact. famil. illustr. c. 6. fol. 195. seq.* Bartolom. Museul. *de success. convent. n. 227.* Ern. Cothman. *consil. 3. num. 300. seq. vol. 4.* Köppen. *decis. 32. per tot.* Rosenthal. *de feud. cap. 5. concl. 77. per tot.* Sixtin. *de regal. l. 2. c. 14. num. 51.* Besold. *de success. reg. lib. 1. diss. 11. n. 10.* Bocer. *de collect. c. 6. n. 42. seq.* Maul. *de homag. tit. 9. n. 28.* Klock. *de contrib. c. 8. n. 27 seq.* ita, ut ubi speciali privilegio, vel pacto, vel longissima consuetudine non fuerit receptum, hoc pro maritanda filia jus locum non habeat, Köppen. *decis. 32. num. 9.* Rosenthal. *d. concl. 77. n. 2. lit. b.* Klock. *d. c. 8. n. 29. seq.* Sunt tamen, qui subditos ad hoc teneri asserunt, Guid. Pap. *decis. 53. n. 2. seq.* Tiraquel. *de primogenit. quæst. 70. n. 2.* Matth. Stephan. *de jurisdict. l. 2. part. 1. c. 7. n. 462.* Köppen. *decis. 32.* Mindan. *de processib. l. 2 c. 45. n. 6.* Gœdd. *4. Marpurg. cons 16. n. 250.* Et universali Germaniæ consuetudine à subditis hoc casu subsidia & collectas conferri, testantur Mynsing. *5. observ. 21. num. 4.* Zas. *de feud. part. 7. n 50.* Mindan. *d. c. 44. num. 12.* Vultej. *3. Marpurg. cons. 35 n. 40.* Rosenthal. *d. conclus. 77. lit. a.* Draco *de orig. & jur. patric. c. 6. n. 7.* Warem. ab Erenberg. *de subsid. regn. c. 4. num. 13.* Ubi autem hoc jus receptum, tùm demùm illud admitti, si Dominus ex ordinariis suis proventibus, vel rerum suarum notabili diminutione filiæ dotem congruentem constituere commodè non possit, docent Menoch. *arbitr. judic. cas. 181. n. 4* Tiraquel. *de primogenit. quæstion. 69. n. 9.* Mindan. *d. c. 44. n. 12.* Vultej. *3. Marpurg. cons. 35. n. 142.* Bocer. *d. c. 6. n. 56.*

79 VIII. Justa quoque collectandi causa est, constructio & refectio murorum, itinerum, aggerum, pontium, horologiorum, aliorumque operum publicorum, *l. omnes. 12. C. de oper. publ. l. ad instructionem. 7. C. de S. S. Eccles. l. absit. 4. C. de priv. dom. August.* latè Klock. *de contrib. c. 9. per tot.* Adeò, ut etiam forenses, qui domos in urbe, vel prædia & agros in finibus civitatis possident, ad hujusmodi collectas teneantur, *d. l. ad instructionem. & ibi Dd. C. de SS. Eccles. l. un. in fin. C. de mulier. l. 4. §. is verò. 2. ff. de censib.* Sixtin. *de regal. lib. 2. cap. 14. num. 74.* Bocer. *de regal. cap. 3. n. 231.* Klock. *d. cap. 9. n. 63. & seq.* ita, ut nulla immunitas, nec ulla dignitatis prærogativa ab hac collecta excuset, *l. 1. & 2. C. de nov. non excus.* Klock. *d. cap. 9. n. 63.* Et hoc casu per æs & libram patrimonii collectam imponendam esse, tenet Klock. *d. l. n. 100.*

IX. Idem est, quoad refectionem Ecclesia- 80
rum, sive templorum, Klock. *de contr. cap. 10. per tot.*

Formam & modum indicendi & distri- 81
buendi collectas quod attinet, ita imponendæ sunt, ut æqualiter procedant, & in omnes decurrant, *l. actores. & ibi* Bart. & Bald. *C. de exact. & tribut.* ita ut locupletes plurimum, tenuiores verò minimum graventur, & qui plus habet, plus solvat, & qui minus, minus contribuat, *l. forma. ff. de censib.* Klock. *de contribut. c. 17. n. 91. seq. & n. 124. seq.* neque cives quoad realia onera minus gravandi, quàm rurales, Alex. Raudens. *de analog. l. 1. c. 40. n. 119.* Sicuti nec forenses præ civibus, qua in re hisce temporibus plurimum peccari videmus, ubi universitates & magistratus interdum majora onera forensibus suis imponunt, quam civibus & subditis, qui tamen plus protectionis & commodi sentiunt, Klock. *d. c. 17. n. 46. seq.*

Hodie, si ipsæ universitates & cives de di- 82
stributione collectarum inter sese convenire nequeant, à magistratu loci & Domino territorii Censores sive peræquatores constituuntur, qui æqualiter pro viribus patrimonii cujusque onera distribuunt, juxta *formam l. forma. 4. ff. de censib.* vide Klock. *d. c. 17. n. 9. seq.* ubi etiam *n. 30. seq.* docet, quomodo æstimum conficiendum, & quatenus id probet, *add. cons. 28. n. 189. usque 2 7. vol. 1.*

Solent quandoque collectæ indici per ca- 83
pita, ita ut singula capita, sive singuli homines, ein jedweder Kopff oder Haupt/ certam quandam pecuniæ summam pendant, unde etiam Capitatio dicitur, & quandoque non tantum libera hominum & civium, sed etiam famulorum, ancillarum & bestiarum singularum capita censentur, certa proportione, Bodin. *de republ. l. 6. cap. 7.* Petr. Gregor. Tholos. *de republ. lib. 3. c. 5.* Klock. *d. c. 17. num. 166.* Quæ etiam olim in collationibus ad Turcicam expeditionem usitata fuit, Maximiliani I. Ordnung deß Regiments zu Augspurg/ *de anno 1500. tit.* von Soldnern/ *23. & tit.* von der Steur der Geistlichen/ *32.* R. A. zu Augspurg/ *de anno 1581.* §. Und nemlich dieser. *2. & de anno 1542.* §. Und wiewoln wissentlich. *67.* Verum cum personalis hujusmodi collectio, sive census in capita æqualis, maximam inæqualitatem & civibus injuriam inferat, cum qui nihil, vel parum in bonis habet,

nihilo-

nihilominus æquale rerum gravamen, cum aliis ditioribus perferre teneatur, meritò in Rebuspublicis benè constitutis non attenditur, eamque tanquam iniquam exulare jubent, per *l.3.C.de annon.* Mod. Pistor. *conf.4.n.10.* Klock. *de contribut.c.17.n.79.*

84 Quandoque etiam per fumantes & focos, sive domos indicuntur, nach den Feuerstätten und Wohnungen / quæ non nisi summa & urgentissima necessitas id expostulet, imponi solet, Bart. *in l. si se non obtulit.4.§.actor.3.ff. de re judic.* Bocer. *de collect.c.8.n.2.*

85 Hodie in Germania, si Principes, aliique territoriorū Domini, subsidio & contributione subditorum opus habent, Conventus provinciales indicere, & in iisdem subditis necessitatis causam exponere, & ad subsidium conferendum sollicitare solent, qui si certam pecuniæ summam contribuendam promittunt, postmodum per æs & libram, id est, juxta vires patrimonii, dem Vermögen nach / collectam distribuunt, ita ut cives & subditi jurejurando adacti, fortunarum suarum æstimationem apud magistratum deferre & profiteri jubeantur, & æquali onerum partitione facta, cives, eorumque bona in censum referantur, quem morem laudat Machiavel. *de republ.lib.1.cap.55.* Bornit. *de ærar.lib.5.c.1.& 2.* Bocer. *de collect.cap.*
86 *8.n.4.* Klock. *d.c.17.n.76.seq.& n.90.seq.* ita tamen, ut collecta non imponatur secundum bonorum æstimationem, sed pro fructuum quantitate, *l.forma.4.§.1.ff.de censib. l.fructus. C.de act. empt. l.2. & ibi* Bart. *C.de præd.& reb. navic.* Sixtin. *de regal.l.2.c.14.num.1.6.* Bocer. *de collect.c.12.n.11.* Klock. *de contrib.c.11.n.100.seq.& c.17.n.57.seq.& 66.96.seq.* Et quidem ære alieno deducto, Sixtin. *d.c.14.n.154.seq.* Bocer. *d.l.n.12.* Klock. *d.c.17.n.145.seq.* Unde etiam si prædium aliquo modo fiat sterile, vel infructuosum, vel territorium ab hoste captum, vel alii casus fortuiti facultates diminuerint, collecta quoque vel remittenda, vel minuenda erit, *d.l.forma.4.§.1.ff.de censib.l.cura.4.§.1.ff.de muner.& honor.l.2.C.de alluvion.l.omnes.C.de censib.* Bocer. *de collect.c.12.n.5.* Et augmentum & diminutionem fructuum in collectarum materia attendi debere, latè probat Wesembec. *conf.103.n.15.vers.*
87 *secundo.& n.17.seq.* Ac imminutiones territoriorum jure levamen & diminutionem exactionum mereri, scribit, & in Camera Imperiali ita judicatum esse, testatur Mynf. *5.obs.34.n.1.& 2.* confer Klock. *d.c.17.n.137.seq.* Sicuti etiam ex contrario, si auctum sit territorium vel patrimonium, collecta quoque augenda venit, R.A. *de anno 1548.§.* Und nachdem sich etliche / *44.§.* Dieweil aber dabeneben / *78.&§.* Wann dann die Beschwerungen / *84.l.2.C.de alluvion.l.si divina.8.C.de exact.tribut.* Gail. *1.observ.21.num.14.* Bocer. *d.c.12.n.3.& 4.* Klock. *d.c.17.num.147.seq* Unde quoque in Imperio moderationis est actio, die Ringerungs-Handlung / de qua Klock. *de contrib.c.18.num.165.seq.& tom.1.conf.26.q.3.num.389.seq.*

88 Imperialem collectam Imperator hodie non imperare, sed impetrare solet; nam si necessitas urgeat, Comitia publica indicuntur, & ab Imperatore, vel ejus nomine Imperii Vice-Cancellario, accommodata ad rem istam Oratione, causa & necessitas impulsiva conventus agendi, petendique extraordinarii subsidii exponitur, & deinde, quantum Imperator ab Ordinibus expectet, declaratur, confer Klock. *de contribut.c.7.n.16.seq.* Bocer. *de collect.c.2.n.8.* Quandoque etiam Imperator, necessitate & periculo præsentissimo urgente, subitaneum petit subsidium, eoque nomine Conventus Circulares institui solent, ad quos Cæsar tunc Commissarios suos ablegat, & causas extraordinariæ ejusmodi convocationis Circulorum Ordinibus exponit, ut ipsi æstimare possint, an sat graves causæ proferantur, & ad extraordinarium hunc modum devenire necesse sit; quo ipso Status & Ordines Imperii gravari se, conquesti sunt in Comitiis Ratisponensibus, anno 1597. & 1603. Quem obicem præoccupando, Imperator Rudolphus II. cum anno 1605. denuo ad hunc modum confugeret, præsentissimum periculum repræsentans in rescripto ad Circulorum Præfectos, seu Capitaneos removit, Bertram. *de Comit. conclus.15.* Klock. *de contribut.c.2.n.143.seq.* Idque etiam nuper anno 1640. à moderno Imper. Ferdinando III. factum literæ ad Status Deputatos desuper emanatæ ostendunt. Quod si ipsi Ordines ex propositione Cæsarea necessarium ducant, ut Imperatori subsidio aliquo succurratur, certam summam certis mensibus vel annis & locis inferendam promittunt.

Et quamvis hujusmodi collectas ipsi Ordines & Status ex sua Camera & publicis proventibus, auß ihren Cammer-Gütern / præstare jubeantur, R.A. *de anno 1524.§.* Und nach dem der Churfürsten. *54.&§.* Und namlichen sollen alle / *51.l.fin.C.de privil.dom.Aug.* Petr. Frider. Mindan. *l.2.c.44.n.4.& 5.* Bocer. *de collect.c.2.n.10.* Klock. *de contrib.c.7.n.66.seq.* & in subsidium tantum ihrer Cammer-Güter / subditos suos collectare possint, ita ut à subditis mediatis collectæ Imperii non pendantur, nisi & Statibus & subditis eorum evidenti prius, & Statibus probata necessitate imponantur, sicuti factum im gemeinen Pfennig / vel singulari concessione publica hoc Statibus tribuatur, ut subditos subcollectent, sicuti factum R.A. *de anno 1530.§.* Und dieweil die eilende Hülff / *119.de anno 1544.§.* Und dieweil nun diese Hülff / *10.de anno 1548.§.* Wiewol nun Churfürsten / *95.in fin.&§.* Damit auch gemeiner Stand / *102.anno 1551.§.* Solche der Stände / *25.anno 1557.§.* Welches wir von gemeinen / *48.seq.anno 1566.§.* Dieweil nun diese bemeldte / *41.de anno 1582.§.* Und nachdem diese / *10.seq.anno 1594.§.* Nach dem nun / *10.* Sixtin. *d.c.14.n.179.seq.* Mindan. *d.cap.44.n.5.* Klock. *d.c.2.n.117.seq.* 89

Hodie tamen Principibus, & aliis Imperii Ordinibus indultum videtur, ut hoc collectarum onus in solidum à subditis exigere possint, Klock. *d.cap.7.num.66.seq.* ita tamen, ne plus extorqueatur ab ipsis, quam singulorum Statuum Rata & Quota est, daß Sie ihre Unterthanen höher und weiter nicht mit der Steuer belegen / dann so fern einer jeden Obrigkeit Anschlag und Anlag sich 90 91

sich erstrecken thut/ R. A. *de anno* 1548. §. Wiewol
nun Churfürsten/ *95.* & §. Damit auch gemeine Ständ/
102. de anno 1555. §. Dieweil nun diese Hülff/ *82. anno*
1557. §. So soll es/ *49. anno 1566.* §. Dieweil nun/ *41.*
anno 1576. §. Und nach dem/ *11. anno 1582.* Und nach
dem/ *10. anno 1594.* §. Nach dem nun/ *10. anno 1598.* §.
Dieweil dann/ *11.* Sixtin. *de regal. l. 2. c. 14. n. 32.* Bo-
cer. *de collect. c. 2. num. 12.* Klock. *de contrib. cap. 2.*
num. 119. seq. & c. 11. n. 47. & c. 17. num. 170. Unde
etiam Status subditis ratam, seu quantitatem
istam priùs expressè & specificè exprimere &
manifestare jubentur, ut tantò commodius
pro modo facultatum hasce subcollectas inter
se compartiri, & distribuere possint, R. A. *de*
an. 1555. §. Dieweil nun diese/ *82.* Klock. *d. c. 17. n.*
171. seq.

92 Verum hac in re plurimum peccari, & ab
Ordinibus superfluas collectas cum lachrymis
& sanguine subditorum exigi, ipsa experientia
testatur, & aliquoties subditorum querelis in-
justos hujusmodi appetitus refrænatos, & ad-
versus eos, qui ultra definitam quantitatem
subditos gravando, sub prætextu publici Im-
perialis decreti, privatum rerum suarum com-
pendium quæsiverunt, processus mandatorum
sine clausula decretos fuisse, & ita subditos D.
G. Baronis de K. ratione der Ubernahm/ coram
Cæsareis Commissariis anno 1606. ejusmodi
processus impetrasse: item incolas quatuor
pagorum in Hattgaw/ contra Comitem de H.
L. anno 1607. in Camera Imperiali manda-
tum sine clausula impetrasse, & Comiti injun-
ctum, das der Contribution halber beschehene Ge-
bott abzuthun/ noch gedachte impetranten über deß
Heil. Reichs Anschlag zu beschweren/ rc. testatur
93 Klock. *d. c. 17. num. 169. & 170.* Atque inde omni
laude dignissima meritò deprædicatur vox E-
berhardi Senioris Ducis Würtembergici, pau-
lò ante obitum ita pio Zelo exclamantis: HErr
Gott Schöpffer Himmels und der Erden/ Ich bitte
barmhertziglich/ du wollest mir zuerkennen geben/ wann
ich einmal meinen Unterthanen wider Recht gethan/
und überlästig bin gewesen/ daß solches ihnen von mei-
nen Haab und Gütern wiederum erleget werde/ oder
wann solches auch noch nicht genug ist/ so bitte ich/
barmhertziger Gott/ daß du meiner armen Seelen nicht
entgelten wollest lassen/ sondern mich hie zeitlich straffen/
referente Hortledero, von Ursachen deß Teutschen
Krieges/ *l. 3. c. 1. n. 57. fol. 621.*

94 Collecta legitimè imposita paratam ha-
bet executionem, latè Klock. *de contribut. c. 8. n. 1.*
95 *& per tot.* Et ad earum solutionem cives & sub-
diti cogi possunt I. per pignorum captionem,
l. fin. C. si. propt. publ. pens. l. edicto. C. si. advers. fisc.
l. 1 l. 2. C. de capt. & distr. pign. l. etiam furti. 8. C. de
furt. Bocer. *de collect. cap. 13. n. 5.* Klock. *d. c. 18. n. 49.*
96 *seq. II.* Compelli possunt per viam sequestra-
tionis fructuum, *l. siquis. C. de conven. fisc. debit.*
Klock. *d. c. 18. n. 52. & 53.* maximè contra foren-
ses, Gail. *2. obs. 52. n. 20. & 22.* Bocer. *d. c. 13. num. 3.*
97 Klock. *d. l. n. 114. & 115. III.* Ipsa prædia in æsti-
mum redacta auferri & vendi possunt, per
l. cum possessor. 5. § fin. ff. de censib. l. prædiis. 36. ff. de
jur. fisc. l. fin. C. sine cens. l. 1. & 2. C. si propt publ.
pensit. vend. Petra *de potest. Princ. cap. 4. num. 40.*
Bocer. *d. cap. 13. n. 6.* Klock. *d. cap. 18. num. 54. seq.*
IV. Mulcta pecuniaria ad solutionem compel- 98
li possunt, Bocer. *d. cap. 13. num. 4.* Klock. *d. l. n.*
73. seq. V. Inobedientes manu militari coërceri 99
possunt, qui modus licet jure probetur, *l. 1. C. de*
offic. præf. Aug. Novel. 134. §. item si provinciis.
eundem tamen non extra periculum esse, de-
monstrat Klock. *d. cap. 18. num. 90. seq. VI.* Com- 100
pelli quoque possunt per incarcerationem,
l. nemo carcerem. 2. C. de exact. tribut. Bocer. *d. c.*
13. n. 2. Klock. *d. l. n. 110. seq.*

Si Status Imperii partes suas viriles con- 101
tributionum Turcicarum ad diem præstitu-
tum moniti non solvant, mandata ad pœnam
dupli in Camera Imperiali decernuntur, sive
clerici sint, sive laici, R. A. *de anno 1576.* §. und
nach dem. *11. seq.* §. dieweil dann. *14. seq. de anno 1582.*
§. und nach dem. *10. seq.* §. dieweil dann *13. de anno*
1594. §. darwider auch. *13. & de anno 1590.* §. und da-
mit sich niemand. *14. seq.* Bocer. *d. cap. 13. n. 9.* Klock.
d. cap. 18. num. 129. seq. & cap. 19. num. 4. seq. Et si
ipsi Status contumaces fuerint & à subditis
collectas Imperii non exegerint, vel easdem
non solverint, Regalibus & privilegiis privan-
tur & proscribuntur, Bocer. *d. c. 13. n. 10.* Klock.
d. c. 8. n. 141. seq.

In Civitatibus Imperialibus collecta or- 102
dinaria, sive Steura à Civibus certo tempore
rigorosè exigi solet, etiam sub pœna privatio-
nis juris civici, bey Verlust deß Burger-Rechtens/
und Schaffung auß der Statt. Prout Eslingæ ali-
quando factum fuisse, sequens indicat decre-
tum: Ein Ehrsamer Burgermeister und Rath/ der
Statt Eßlingen/ lässet von wegen der Ungehorsamen/
auch Vergessung Treu und Ayd/ deßgleichen der ver-
kundten Artickel und Ordnung die Steuer belangend/
so uff Martini nechst verschienen 80. Jahrs uff der
Cantzel offentlich publiciret und verlesen worden/ gebie-
ten/ daß alle verlesene Personen alsobald mit Weib und
Kindern/ usser dieser Statt/ derselbigen Obrigkeit
Zweng und Bänn sollen abtretten/ auch darein nicht
kommen/ sie haben dann zuvor ermeldte Martini Steur
durch andere Personen/ wem sie das befehlen werden/
dem verordneten Steurmeistern erlegen und bezahlen
lassen/ deß will sich ein Ehrsamer Rath gäntzlich verse-
hen/ und geschicht daran ihr ernstlicher Befelch/ Will
und Meynung/ Actum den 26. Januarii An. 1581.

Pœna incensorum, seu eorum, qui se cen- 103
seri, bonaque æstimari nollent, vel mala fide
minoris, quàm valerent, æstimari paterentur,
olim ex lege à Servio Tullio lata, teste Livio,
erat vinculorum, mortisque, aut, secundum
Dionysium Halicarnassæum, ut publicatis bo-
nis, verberati venderentur. Hodie in locis &
Civitatibus nonnullis usu receptum est, quod
magistratui liceat bona minoris æstimata tan-
to pretio redimere, daß die Obrigkeit das Vermö-
gen/ umb so hoch es von einem geschätzet wird/ an sich
zulösen befugt ist/ Besold. *de ærar. cap. 8. §. 1. num. 2.*
fol. 226. ubi tamen sufficere putat, si quis
rem suam æstimet pretio communi, etiam
si eam propter suam affectionem, ita ven-
dere nolit, *l. pretia. 63 ff. ad L. Falcid.* Maul.
de homag. tit. 9. num. 137. Ubi observandum,
quod in locis & Civitatibus nonnullis, sicuti

& hic Eslingæ, omnia ædificia, prædia tam urbana, quàm rustica, omniaque bona immobilia ex antiquo, pro ratione loci, situs & qualitatis certam habeant æstimationem, haben ihren gewissen Anschlag/ wie hoch sie in der Steur liegen/ ubi licet subesse videatur aliqua iniquitas, cum pretia rerum indies ferè crescant & decrescant, ac unus Civis prædium suum melius colat, indeque uberiorem fructum percipiat, quàm alter vicinus, id tamen non esse attendendum, cum ipse prædii Dominus in culpa hic sit, & sibi imputare debeat, quod rem suam non melius & diligentius colat, ac propterea etiam hoc ipso ad meliorem & diligentiorem curam incitetur.

104 Solet quoque in locis & civitatibus quibusdam arbitraria esse pœna eorum, qui bona sua vel planè non profitentur, vel ea minoris æstimant, *vid. infr. c.20. n. 56.* prout Civitas Eslingensis ab Imper. Carolo IV. *anno 1373.* privilegio singulari munita est, quod Steuram solvere recusantes, vel bona sua non legitimè indicantes, corpore & bonis punire possint, ibi: Was in ihrer Statt/ Marckzehenden und Gerichte lieget/ und von Alter mit derselben Statt gesteuret hat/ daß es mit der egenandten Statt heben und legen sulle/ und were auch daß ihr Burger dheiner/ wer der wäre/ sich von ihn ziehen/ oder unredlichen steuren wolte/ oder sich in anderen Sachen in Widerwertigkeit setzte/ in welcher Weise das wäre/ von deß Geltes wegen/ das sie uns jetzund geben sullen/ er wer reich oder arme/ daß sich der Rathe oder der mehrertheile erkandte/ daß sie denselben wol bessern mügen an Leibe und Gute/ als sie dann dunckt/ daß er verschuldet habe. Et jure Lubeccensi. *lib. 2. tit. ult. §. 3.* sancitum reperitur: Der nicht recht bey dem Schoß gethan/ der soll in deß Raths Straff gefallen seyn/ darzu doppelt Schoß geben. Reutlingensium statuto ita cautum est: und were/ daß jemands Burger oder Burgerin/ Frau oder Mann/ das sein/ es were liegend oder fahrend/ inmassen wie obsteht/ nicht versteurte/ oder darlegte/ wo das einem Erbarn Rath/ bey dessen Lebzeiten fürkomme/ den oder die hat ein Erbarer Rath/ an Ehren und Gut zustraffen/ auch das Gut zu seinen Handen zu heischen und zu lösen/ mit der Summa wie solches bey der Aydsteuer angeben und versteuret worden ist: käme aber solch ohnrecht versteuren erst nach einses Tod für/ soll ein Rath diß Gut von den Erben lösen/ und selbige zumahl auch an Gut zustraffen fug haben/ &c. Cujusmodi statutum etiam in Camera Imperiali 13. Decemb. anno 1654. per sequentem sententiam comprobatum fuit: In Sachen Catharinæ Schenckin/ Klägerin eines/ wider Burgermeister und Rath der Statt Reutlingen/ beklagte andern Theils/ Mandati de restituendo, & non impediendo cum Clausula, ist allem Vorbringen nach/ zu recht erkant/ daß die der Klägerin aufferlegte Straff der 2427. Fl. auf 1200. Fl. zu moderiren/ auch ermeldte Beklagte ihro der Klägerin 1227. Fl. zu restituiren schuldig/ wegen übrigen Begehrens aber zu absolviren und erledigen seyn/ als wir bemeldte Straff hiermit moderiren/ und die Beklagte darzu respectivè condemniren/ verdammen und absolviren/ jedoch ihnen die Losung inhalt deß in actis angezogenen Statuti zu elegiren/ ohnbenommen/ sondern vorbehalten/ die Gerichtskosten an diesem Kayserl. Cammer-Gericht derentwegen aufgeloffen/ auß bewegenden Ursachen gegen einander compensirend/ und vergleichend. So dann ist obberührten Beklagten zu würcklicher Execution und Vollziehung dieser ergangenen Urtheil Zeit 4. M. pro T. & P. angesetzt/ mit dem Anhang/ wo sie solchem also nicht nachkommen werden/ daß jetzt alsdann und dann als jetzt in die gewohnliche Straff der Executorialien/ nemlich 10. Marck löthigs Goldes/ halb dem Kayserlichen Fisco, und zum andern halben Theil der Klägerin/ ohnnachläßig zubezahlen/ erkläret werden sollen/ auch der Real-Execution halber/ auf deroselben ferner Anruffen ergehen soll was recht ist. vid. Jacob. Blum. *in Chiliad. sentent. Cameral. n.32. fol.13.*

Solet quoque quibusdam in locis & Civitatibus Imperialibus, contra eum, qui bona 105 Steuris & tributis publicis obnoxia non profitetur, commissi actio exerceri, & bona dolosè non professa & in censum redacta, fisco applicari, Besold. *de ærar. cap.8. §.1.n.2.* Maul. *d. tit. 9. n.136.* Ubi, si quis profitetur quidem rem, sed in fraudem minoris æstimat, id tantùm, quod istam æstimationem excedat, non totam rem in commissum incidere scribit, post Villalob. *thes. recept sentent. lit. G. n.3.* Maul. *d. tit. 9. n. 137.* Besold. *d.n.2.*

Sed an de jure communi hæc pœna com- 106 missoria in collectis sancita reperiatur, ita, ut absque speciali statuto res collectis & steuris subjecta, non professa, confiscationi subjaceat, non immeritò dubitatur? Et pro affirmativa concludendum esse videtur, 1. quod juris sit certi & indubitati, quod res de quibus vectigal solvendum, in commissum incidant, earumque Dominium amittatur, & fisco adquiratur, si quis easdem loco debito non fuerit professus, per tradita *cap. seq. 18. n. 50.* Et quod fraudator gabellarum perdat bona, de quibus gabellas non solvit, constat ex *l. commissa. verb. statim. C. de commiss. & vectigal.* Besold. *part.3. consil. 91. n. 82. seq.* A vectigalibus autem & gabellis 107 ad collectas & alias indictiones extraordinarias firmum duci argumentum videtur, ex traditis Dd. *in l. licitatio. §. earum rerum. ff. de public.* Bald. *in l.1. & 2. C. nov. vectigal. instit.* Georg. Everhard. *cons.3. num.46. seq. vol.1.* Besold. *d. consil. 91. n.104.*

II. Idem quoque generaliter in tributis 108 locum obtinet, nam non solventes tributum, rerum suarum dominio privantur, *l. placet, & ibi* Dd. *C. de SS. Eccles. l. de iis. C. de Episc. l. fin. C. de exact. tribut.* Et quod propter non professionem rei tributariæ res ipso jure in commissum cadat, innuit *tot. tit. C. si propt. publ. pensitat.* Bart. & Salycet. *in l. fin. C. eod.* Et sicut pro tributis & collectis bona possunt vendi, ita etiam pro pœnis incursis, ex eo, quod tributa & collectæ non fuerunt solutæ, scribit Bald. *in l. fin. C. si advers. fisc.* Gœden. *cons. 10. n.9.* Atque inde etiam venditionem ob tributorum cessationem factam, non revocari, nec priorem Dominum pretium offerentem, neque creditorem pignus offerentem audiri, constat ex *l. 1. 2. & 3. C. si propt. publ. pensitat. l. 1. & 2. C. de cap. & distrah. pign. tribut. caus. l. cum possessor. 5. §. fin. ff. de censib.*

censib. l. prædiis. 36. ff. de jur. fisc. Wesembec. *consil. 103. num. 9. in fin.* Et à non solvente collectas rem allibratam, sive in æstimum redactam posse auferri & vendi, tradunt Rol. à Valle, *consil. 179. num. 3. & 4. vol. 4.* Petra *de potest. Princ. cap. 4. n. 40.*

Huc quoque III. facere videtur, R. A. de anno 1544. §. Doch sollen. ibi: Würde einer unter den Unterthanen habendes Vermögen nicht gebührlich anzeigen / daß er nach Grösse oder Kleine seines Verschweigens/und nach der Gestalt desselben/ unnachläßig zu bestraffen.

109 Atque hoc etiam IV. jure Saxonico ita constitutum esse, docet glossa in Weichbild. *art. 48.* ubi dicitur: Was er so benennt/ verschoßt/ das ist sein/hat er darüber ichtwas anders verhelet/ das beweißlich ist und befindlich/ das ist der Statt verfallen/ Coler. *consil. 42. num. 37.* Et hujusmodi Statutum Hallæ Suevorum & Winspurgi extare testatur Sichard. *in auth. qui semel. num. 26. C. quomod. & quand. jud.* Et hanc sententiam, quod contra eum, qui bona publicis collectis & exactionibus obnoxia, non profitetur, commissi actio exerceri, eaque de jure confiscari possint, concludunt Gœden. *consil. 70.* Coler. *cons. 42.* Georg. Everhard. *cons. 3. tom. 1.* Maul. *de homag. tit. 9. n. 136. seq.* Francisc. Pfeil. *cons. 191.* Besold. *part. 3. cons. 91. n. 75. seq.*

110 Verùm, quod confiscatio bonorum in censum non redactorum, vel non professorum, de jure communi non sit ordinata, verius videtur, quia 1. pœnæ privationis bonorum regulariter non est locus, nisi vel lege, vel statuto, ab iis, qui Regalia vel jus fisci habent, expressè imponatur, Tiber. Decian. *cons. 16. num. 42. & cons. 59. num. 7. vol. 5.* Cravet. *cons. 205. n. 35.* Menoch. *cons. 205. num. 107.* Schrader. *cons. 4. n. 167. & cons. 36. num. 25.* Magon Florent. *decis. 50. num. 34.* Caspar. Thesaur. *lib. 1. quæst. forens. 23. num. 6.* Surd. *de aliment. tit. 1. quæst. 51. num. 14. & quæst. 55. num. 5. tit. 8. privil. 64. num. 9.* Tusch. *lit. P. concl. 716. num. 1. 5. & 6.* Besold. *5. cons. 234. num. 9.* Caspar. Klock. *de contrib. cap. 19. num 567.* Pœna autem commissi ob non rectè solutas contributiones nullibi in jure indicitur, sed si quispiam, quo declinet fidem censuum, mentiatur callidæ paupertatis ingenium, mox de-
111 tectus competenti Principis indignationi tantùm subjacet, *l. quisquis. 2. C. de censib. & censit.* atque ita meritò sine lege loqui erubescimus, *Novel. 18. cap. si consideremus. 5.* & quod lege non cavetur, nec in practica habetur, juxta Bald. & per *l. si verò §. de viro. ff. solut. matrim. l. si servum. §. non dixit Prætor. ff. de adquir. hæred.* Besold. *consil. 234. n. 6. seq.*

112 II. Quia hodie, de jure novissimo delinquentium bona confiscationi non subjacent, sed proximioribus relinquuntur, nisi in solo crimine hæreseos & læsæ majestatis, per tradita *supra cap. 15. num. 31.* nisi statuto vel consuetudine aliter sit dispositum, Besold. *d. cons. 234. num. 9. in fin.* Quod adeò verum esse intelligitur, ut mandata quoque pœnalia sine clausula in Camera Imperiali decernantur adversus lege prohibitam, vel non permissam bonorum privationem, Sixtin. *de regal. lib. 2. cap. 14. n. 12. vid.* Klock. *lib. 1. cons. 31.*

III. Quia in solutione collectarum Turcicarum maximè favorabilium, & Christiano orbi utilium & necessariarum cessantes, ultra pœnam dupli, nihil ulterius pendere teneantur, R. A. *de anno 1544.* §. und damit solche Anlagen. *de anno 1566.* §. derowegen haben. *de anno 1576.* §. nach dem. seq. *de anno 1594.* §. darüber. *& de anno 1598.* §. dargegen aber. Gylman. Symphor. *tom. 1. part. 1. tit. 2. fol. 58. seq.* Sicuti etiam in Turcico imperio vectigalia defraudantibus, bona non auferuntur, sed vectigal duplicatur, Joh. Bapt. Montalban. *in comment. rer. Turc. tit. fratrem occidendi mos, pag. 43.* Et quamvis prædictæ constitutiones non loquantur de illis, qui bona sua planè non profitentur, sed de his, qui collectas suas solvere recusant, quin tamen idem obtineat, in eo, qui bona sua celat, & non profitetur, non adeò magnum videtur habere dubium, cum is, qui vim adhibet, majori pœna dignus sit, quàm qui in alterius præjudicium, clam aliquid committit, Besold. *5. cons. 234. num. 12.* Atque ita, quod bona in æstimum vel censum bona fide non redacta vel malitiosè non professa, non veniant de jure in confiscationem, nisi expressè Statuto id cautum reperiatur, tradunt Bart. *in l. bis consequenter. §. sed an. num. 1. & per tot. & ibi* Alex. *in addit. ff. famil. ercisc.* Klock. *de contribut. c. 19. n. 567. seqq.* Besold. *d. consil. 234. n. 5. seq.*

Neque hic negocium facessunt in contrarium allegata, quia quoad primum, licet 114 extensio, de uno casu ad alium, ob rationis identitatem licita sit, per *l. illud. ff. ad L. Aquil.* ejusmodi tamen extensio in odiosis & pœnalibus, ne quidem propter omnimodam similitudinem, vel etiam majoritatem rationis de jure permittitur *c. in pœnis. & c. odia. de R. I. in 6.* Menoch. *arbit. jud. cas. 286. n. 22.* Hondedæ. *cons. 95. num. 99. vol. 1.* Tusch. *lit. P. conclus. 216. num. 3. & lit. E. concl. 661.*

Ad secundum respondetur, quod licet pro 115 tributis & publicis pensitationibus bona hypothecæ nexu ipso jure sint devincta & vendi possint, *l. 1. & ibi* gloss. *C. si propt. publ. pensit.* indè tamen non sequatur, quod in casu solutionis non factæ in commissum cadant, cum ab obligatione ad solvendum, ad bonorum privationem, tanquam ad diversa, argumentum non procedat, Klock. *de contribut. cap. 19. num. 615. seq.*

Neque etiam, quod tertio loco ex Recessu 116 Imperii de anno 1544. adductum, quicquam pro contraria sententia facit, cum ibi de commissi, sive confiscationis pœna nihil habeatur, atque ideò secundum alios Recessus & juris constitutiones intelligendum venit, in quibus tamen, cum nihil de commissi pœna sancitum reperiatur, ideò de arbitraria magistratus pœna hoc intelligendum erit. Multo minus, quod 117 quartò ex jure Saxonico adducitur, huc quicquam facit, cum hoc extra Saxoniam, ad alias provincias non sit extendendum.

Sed anne Civitates Imperiales talia statu- 118

ta inducere possint, ut bona, quæ in censum dolosè non sunt relata & professa, fisco vel magistratui, tanquam commissa cedant, à nonnullis dubitatur, & statuta ejusmodi ambitiosa & eliminanda esse, putat Caspar. Klock. *dissert. de contribut. concl.65. & tract. eod. c.18. n.77 seq. & c. 19. n.562. seq.* Quia statuta condere supremæ jurisdictionis effectus esse dicitur, quem Civitatibus Imperialibus Imperium agnoscentibus adscribi non posse, novissimè respondendo ad *l. omnes. ff. de just. & jur. concludit.* Paurmeister. *de jurisd. l.1. c. 8. n. 12. vers. sed hisce.* Quotiescunque enim ob delictum pœna confiscationis non invenitur à lege expressè, generaliter vel specialiter imposita, non possunt gubernatores &
119 alii judices superiorem recognoscentes, & qui non sunt positi in suprema potestate ac magistratu, sine superioris jussu, contra juris dispositionem hujusmodi statuta condere, per *l. unic. & ibi* Angel. *C. ne sine juss. Princip.* Clar. *recept. sent. § fin. quæst. 78. n.5. vers. quæro.* Chassan. *in consuet. Burg. rubr. 2. § 1. n.1.* Farinac. *prax. crim. quæst. 25. n.9.* ubi generaliter dicit, quod gubernatores & Præsides provinciarum, contra jus commune statuere non possint, cum statuta condere contra juris dispositionem, supremæ sit jurisdictionis, Carol. de Grass. *de except. ad mater. Statut. except. n. 6. & 7.* & inferior contra superioris leges nihil statuere possit, *supra c.10. n 49. & n.87 88.* Confiscatio autem de jure communi, ut jam dictum, in certis tantum criminibus locum habeat, inter quæ hæc non facta bonorum professio non contineatur.

Verum contrarium, & quod ad instar Electorum, Principum, Comitum, Baronum, & aliorum Imperii Statuum, Civitates quoque Imperiales hujusmodi statuta, quibus bona in censum dolosè non relata, fisco addicuntur, condere posse, verius est, & tradit Henricus
120 Klock. *de vectigal. conclus. 87.* Quia satis apertè constat, quod ipsæ quoque in civitatibus & districtibus suis statuta condere possint, non tantum præter jus scriptum, seu in iis casibus & causis, quæ legibus non sunt decisæ, sed etiam contra juris civilis dispositionem, etiam quoad delicta & pœnas capitales, modò pœna jure divino non sit determinata, sicuti pluribus probavimus *supra c.10. n.1 & aliquot. sequent.* Quod hoc loco tantò magis procedit, quia Civitates quoque Imperiales jus confiscandi obtinent, sicuti *supra c.15.* demonstravimus, & sic materia, de qua agitur, non est extra ipsarum commercium, prout evenire solet, quando de reservatis Principis statuere intendunt, Bolognet. *ad l. omnes populi. num. 105. ff. de justit. & jur.* Henric. Klock. *d. concl.87.* Et quod hujusmodi statuta valida sint, si condantur ab illis, qui Regalia & jus fisci habent, constat ex dictis paulo ante *n. 110.* Cum ergo Civitates Imperiales non tantum jus fisci, sed etiam Regalia obtineant, *supra c. 4. n. 7. seq.* Consequens est, easdem quoque statuta hujusmodi liberè condere posse.

Neque etiam hæc statuta æquitate carent: cum enim collectæ & tributa hujusmodi pro Reipublicæ utilitate & conservatione instituantur, & Tacito teste, certum sit dissolutionem Imperii & Reipublicæ fore, si fructus, quibus Respublica sustinetur, diminuerentur; & justus sit metus, ne cessantibus subsidiis, necessaria deserantur, non erit iniquum, si territoriorum Domini & Rerumpublicarum moderatores, hujusmodi summè necessarias collectas & Steuras gravibus mediis & remediis, & sub bonorum quoque confiscatione indicere & exigere velint, cum præsertim communia & publica, majori consideratione indigeant, *Novel. 136. cap. insuper de hoc quoque. 5.* & ubi pericu- 121
lum majus intenditur, ibi plenius consulendum sit, *l.1 § sed si quis. 5. ff. de Carbon. edict. c. ubi periculum. 3. de Elect. & elect. pot. in 6.* atque insuper Reipubl. utilitas, Imperiique dignitas omnibus privatis commodis præponi debeat, *c. Imperialis. in princ. de prohib. feud. alien per Lothar.*

Nec pro contraria sententia quicquam 122
facit *d. l. un. C. sine juss. Princip.* & Doctores supra allegati, quia ut eleganter respondet Henric. Klock. *d. concl. 87.* hi intelligendi sunt, secundum allegatam istam *l. unic.* de inferioribus judicibus, qui proscriptione totius substantiæ aliquem percellere vetantur, & sic majores excipiuntur; Civitates autem Imperiales, & illæ, quæ jus fisci habent, minoribus judicibus conferri non possunt, sed majoribus, cum superiorem tantum Cæsarem, & jurisdictionem propriam, & quidem omnimodam, jus territoriale, regalia, & jus fisci, imò jura Principis habeant, sicuti ex traditis *supra c. 1. & aliquot sequentibus* satis apertè constat. Deinde *d. l. un.* Doctores intelligunt, si contra leges superioris bona alicujus confiscare velint; contra leges autem fieri dicitur, quod fit lege prohibente; nullibi autem lege, confiscatio bonorum, in casu, quo quis falsò bona sua professus fuit, prohibita invenitur. Imò indignatio Principis, de qua *in l. 2. C. de censib. & censit.* gravior esse potest ipsa bonorum confiscatione, & in auxilium prohibitionis superioris, inferiorem apponendo ei pœnam jure communi non expressam, statuere, & extra casus legis bona aliquando confiscare posse, tenent Cravet. *cons.* 123
314. n. 2. Alban. *in 3. part. statut. quæst. 18.* totum mundum ita servare asserens, Rol. à Valle *cons. 97. n.2. vol. 2.* Lancellot Conrad. *de offic. prætor. in crim tit. de publ. bon. n.1.* Coler. *cons. 42. num. 47.* Atque ideò cum hoc casu statuta condantur de iis, quæ jure decisa non reperiantur, eo validiora erunt, per tradita *supra c.10. num. 30.* Ad hæc licet Caspar Klockii dictis locis quæstio de Civitatibus Imperialibus & aliis Statibus Imperatorem superiorem recognoscentib. concepta sit, rationes tamen & authores ab ipso allegati, de Civitatib. municipalib. ac provincialibus, quæ alios Principes & Dominos ab Imperatore inferiores, pro superioribus agnoscunt, & quæ Regalib. & juribus fisci destitutæ sunt, loquuntur, prout etiam ipse hoc declarat, *d. cap.19. n. 564.* ubi apertè scribit, decisionem istam suam negativam de illis civitatibus accipiendam, quæ superiorem recognoscunt,

& Rega-

& Regalibus, omnimodaque jurisdictione destitutæ sunt: Nam si Regalia, Jus fisci, & merum mixtumq; imperium habeant, & vigore suæ jurisdictionis collectas imponant; iisdem quoq; quoad exactionem & executionem, potestatem, bona incensita, & in præstatione collectarum celata fisco applicandi, desuperque actionem commissoriam exercendi, liberè indulget, non ignarus civitates ejusmodi jura Principis obtinere, inque sua Provincia suo sensu abundare. Et si propterea Civitatibus Imperialibus hujusmodi statuta condendi, deneganda foret, quod Imperatorem & Imperium superius recognoscant, ex eadem quoque ratione Electoribus, Principibus, Comitibus, Baronibus, & aliis Imperii Statibus eadem potestas deneganda foret, cum & hi Imperatorem & Imperium superius recognoscant, hoc autem absurdum esse per se constat, & attigimus *supra cap. 4. n. 23.*

CAPUT XVIII.

De Jure Vectigalium.

Summaria.

1. *Civitates Imperiales habent jus exigendi vectigalia.*
2. *Vectigalia olim ad solum Imperatorem pertinebant.*
3. *Eadem & alia jura postea ab Imperatoribus vendita & alienata.*
4. *Carolus IV. telonia Electoribus & privatis quoque oppignoravit.*
5. *Transactio Ducum VVürtembergensium cum Eßlingensibus de vectigalibus inita.*
6. *Vectigal unde dictum?*
7. *Germanicè* Zoll.
8. *Vectigalis nomen quid denotet?*
9. *Quid sit?*
10. *Differt à collectis.*
11. *Ius vectigalium acquiritur Imperatoris concessione.*
12. *Regalibus majestatis annumeratur.*
13. *Cum consensu Electorum.*
14. *Pœna vectigalia absq; Imperatoris consensu instituentium, quænam sit?*
15. *Mandata pœnalia contra eosdem impetrari possunt.*
16. *Nova vectigalia petens, quænam in libello supplici narrare debeat?*
17. *An Civitates imperiales aliiq; Domini pro transitu pedagium exigere possint?*
18. *Viarum publicarum usus jure gentium liber est.*
19. *Et liberæ facultatis. & præscriptionem excludit.*
20. *Vectigalium novorum exactio ad Cæsareæ eminentiæ injuriam spectat.*
21. *Quatenus pedagium permissum?*
22. *Cæsar absque Electorum consensu vectigal pro pontivegio ac platearum usu concedere potest.*
23. *Acquiritur jus vectigalium consuetudine immemoriali.*
24. *Et præscriptione.*
25. *Solvitur vectigal de rebus quæ commercii causa importantur vel exportantur.*
26. *Exempta sunt res Ecclesiarum, Xenodochiorum, &c.*
27. *Laicus rem immunem emens, immunitatem non consequitur.*
28. *Immunes sunt res Clericorum.*
29. *Nisi negociandi causa deferantur.*
30. *Vel pro refectione pontium viarum, &c. imposita.*
31. *Pontivegium Eßlingense.*
32. *Immunes à vectigalibus sunt res fisci.*
33. *Res personarum Illustrium Imperio immediatè subjectarum.*
34. *Consiliarii Imperii, horumque res & ministri.*
35. *Assessores Cameræ.*
36. *Legati & Ambassiatores.*
37. *Res Nobilium immediatorum.*
38. *Res Studiosorum & Professorum.*
39. *Res quæ exercitus causa exportantur.*
40. *Res naviculariorum.*
41. *Res Domini, qui vectigal locavit.*
42. *Pecunia à vectigalibus immunis.*
43. *Res quæ proprii usus causa transportantur.*
44. *Consuetudo in contrarium invalida.*
45. *Res, quæ ruris exercendi causa advehuntur.*
46. *Res emptæ in nundinis.*
47. *Res vi ventorum in portum illatæ.*
48. *Defunctorum Corpora.*
49. *Quænam vectigalis nomine solvenda?*
50. *Pœna vectigal defraudantium quænam?*

1 Habent quoque Civitates Imperiales pleræque jus exigendi vectigalia, Natta *consil. 672. n. 2.* Bruning. *de var. univers. spec. conclus. 24.* Casp. Klock. *de contribut. cap. 5. n. 65.* Joh. Adam. Dapp. *dissert. de civit. German. part. 1 cap. 7. n. 6.* Olim quidem, sicuti collectæ & alia tributa in genere, ita etiam vectigalia in specie ad solum

 Impe-

Imperatorem & Regem Romanum pertine-
bant, ceu summum quoddam Regale, per con-
stitutionem Friderici I. Imper. *in c. unic. Quæ
sint regal. 2. feudor. tit. 56.* & Sächsisch Landrecht *lib.
cap. 12. n. 4. ibi:* Alle Zöll und Muntzen / die im Rö-
mischen Reich seynd / die seynd eines Römischen Kö-
nigs / und wer sie haben will / er sey Pfaff oder Lay /
der muß sie haben vom Römischen Reich / und dem
Römischen König / und wer das nicht thut / der fre-
velt am Römis. Reich / rc. *& ibid. n. 3. ibi:* Wir ver-
büthen allen / die in unserm Reich seynd / daß sie kei-
nen Zoll nemmen / ohn unser Verlaub. Et Weltliche
reformation Imper. Sigismundi *cap. 2. n. 3. ibi:*
Haben Weltliche Herrn Zöll innen / die sollen sie be-
kennen / daß sie ihnen Lehenweiß empfohlen seyn / sie mö-
gen mit Recht nicht sprechen / daß sie ihr seyn / Goldast.
tom. 1. constit. Imper. fol. 118. Ex quibus & aliis tri-
butis olim Imperium Romanum & Imperato-
res maximos proventus & reditus tales rece-
perunt, ut inde sese & Aulam Regiam susten-
tare potuerint, ita, ut teste Schneidew. *in com-
ment. ad tit. Inst. de success. ab intestat. sub rubr. de
successione fisci. 5.* Imperii Romani reditus sub
Imp. Friderico Barbarossa, ad huc fuerint se-
xaginta tonnæ auri ex Germania & Italia.
Colligebantur autem, addens, ex civitatibus,
quarum maxima pars sub Imperatore imme-
diatè erat, item ex portoriis, vectigalibus, te-
loniis, quæ non erant Principum aut Privato-
rum, sed Imperaroris aut Imperii. Unde & Re-
galia dicta, quasi reservata Regi, seu Impera-
tori Romano. *c. 1. quæ sint. regal. in usib. feud.* Ru-
3 dolphus verò Habspurgensis primus, cum
metu Pontificum negligeret Italiam, Civitati-
bus Italiæ libertates, immunitates, jura, & re-
ditus annuos vendere cœpit. Exemplum imi-
tati sunt, successores, idem non tantum in Ita-
lia nulla civitas libera Imperio reliqua sit: nec
Civitates tantum, sed & portoria, vectigalia,
telonia, argenti fodinas, & similia ab Imperio
4 alienarunt. Carolus Quartus, quod reliquum
fuit, auro vendidit, quo ignavo & degeneri fi-
lio Wenceslao mercatus est imperium; ita ut
hodie reditus ordinarii ex Imperio tanti vix
sint, quanti disponendis & alendis postis est.
Et hic Carolus IV. telonia, sive vectigalia &
alia Imperii jura Electoribus propterea oppi-
gnorasse dicitur, quod centum millia aureo-
rum singulis promissa, quo filium Wenceslа-
um sibi successorem designarent, solvere non
potuisset, Peucer. in vit Caroli IV. Dubrav.
histor. Bohem. lib. 22. Aventin. *annal. Bojor. lib. 6.*

Idem Imperator Carolus IV. *anno 1357.* pri-
vatis nonnullis telonia quædam ad Rhenum
oppignoravit, hat etlichen Burgern von Boppard /
und Conrad von Sternberg / etliche zwischen der
Statt Cöln / Franckfurth / Wetzlar / Fridberg und
Gelnhausen gelegene Zöll-Stätt umb und für 500.
Florentzer-Gulden: Dann *anno 1371.* Petro von
Wartenberg / einem Böhmischen Landherrn / den zu
Seltz mit Alters hergebrachten Reichs-Zoll verschrie-
ben / ex Wurffbain. Historisch. Bericht. *part. 6.
pag. 209.* Joh. Limnæ. *ad capitulat. Caroli V. art.
13. verb.* Gewachsen und verschrieben. *n. 7.* Quod
etiam in aliis nonnullis Civitatibus Imperiali
bus factum, iisque vectigalia ab Imperato-
ribus partim oppignorata, partim vendita fu-
isse constat.

Olim vectigalium nomine, inter Comites
& Duces Würtembergicos, & Civitatem Ess- 5
lingensem graves lites, atque etiam bella ex-
orta, quæ tamen postea amicabili compositio-
ne & maximè *anno 1454. & anno 1477.* scopita
sunt, cujus ultimæ sequens est tenor: Wir Ul-
rich Grave zu Würtemberg / und zu Mimpelgard / rc.
Bekennen und thun kund männiglichen mit diesem
Brieff / für uns / und all unsere Erben / als der Aller-
durchleuchtigst Fürst und Herr / Herr Friderich Rö-
mischer Kayser / rc. Unser allergnädigster Herr / uns
und alle unsere Erben / vor Jahren zu Gretz ain Zoll ge-
geben hat / zu der Müllin bey Candstatt / und uns
darnach denselben Zoll zu Augspurg erweitert / und ge-
gönt hat / an andern Orth / in unserm Lande und Ge-
bieth zu nemmen / alles nach Lauth der Kayserlichen
Brieve / darüber sagend / darab sich die Ersammen
Weysen / unser guth Freunde / Burgermaister und
Rath der Statt Eßlingen / für sich und die ihren ver-
meinen größlich beschwert seyn / oder werden / und sich
deßhalb durch ihr Pottschafften vor dem gemelten un-
serm Allergnädigsten Herrn / dem Römischen Kayser
erklagt / und etlich Kayserlich Mandat erlangt hetten /
daß wir uns mit ihnen gütlich vertragen / und über-
kommen hab n / für uns / und unser Erben / und Nach-
kommen / in den Puncten und Artickuln / wie nach-
folgt / zum Ersten / daß vom Most / so zu Herbstzeit
gen Eßlingen geführet würdet / dieser Zoll an keinem
Orth / in unsern Landen und Gebieten genommen /
noch gegeben werden soll / Item von Viehe / daß nit
von Viehtreibern an Hauffen getrieben / sonder sonst
gehn Eßlingen getrieben / oder geführt würdet / zu ver-
metzgen / auch von Fischen / von Fleisch /
Saltz / Schmaltz / Käß / und anderer Spei-
se / und Leibsnahrung / auch von Holtz / Kolen / Hew /
und Strow / wie das gen Eßlingen geführet oder ge-
bracht / daselbst verkaufft wird / und von allen Früch-
ten / Renten / Nutzen / und Gülten / so die von Eß-
lingen und die ihren / Geistlich und Weltlich / usser-
halb ihrer Statt / wachsen und fallen hand / oder deß-
gleich ihres Spitals-Leuth / und Hindersessen / wann
und wenn die gehn Eßlingen geführet werden / von
dem allem / soll deß gemelten Zolls zu der Mühlen /
mit seiner Erweiterung / nichts genommen / noch ge-
geben werden / sondern derselben Zoll allenthalben gantz
unbeschwert / und unangefordert bleiben / aber andere
Getraid / welcherlay das ist / das nit von ihren aig-
nen Früchten / Renten / Nutz und Fallen kommt /
so ihnen das zugeführet würdet / das soll von der
Fuhr verzollet werden / von einem Pferd drey
Pfenning / und nicht höher / doch mit dem Ge-
ding / ob sich in künfftigen Zeiten begebe / daß Korn
oder ander Getraid / so das in unser Statt zu
Marckte geführt / solches Zolls noch mehr geleich-
tert / oder gantz erlassen wurd / daß es dann gegen
den von Eßlingen / oder denen / so dahin gen
Marckt führen / auch also / und nicht höher gehal-
ten werden solle / Item alle Haab und Güter / so
zu oder von den von Eßlingen auff Wochen- und
Jahr-Marckt von Handwercks-Leuthen und an-
dern geführt / und gehandtieret wurdet / soll auff
keinen Märckten / noch Zollstätten diß Zolls halb /
weiter noch anders verzollt werden / dann von der
Fuhr / nemblich von einem Pferd ein Schilling

Heller /

Heller / Item das Guth / und alle Wahr / so vom Niederland, vom Oberland / oder andern Strassen / gen Eßlingen geführt / und in unserm Land verzollet wird / wann das zu Eßlingen abgestossen / oder sonst an Stucken / oder gantz von Eßlingen geführet wirdet / soll in unsern Landen und Gebieten / deß Zolls halben / nicht weiter / noch mehr verzollet werden / es werde dann uff den Marckten / von der Fuhr / nemblich von einem Pferdt / 1. Sch. Heller / wie vor stabt / Und wir gereden und versprechen hierauff / für uns / all unser Erben / und Nachkommen / die gemeldten Burgermaistern und Rath zu Eßlingen / ihr gemein Statt / ihr Nachkommen / und all die Ihren Geist: und Weltlich / bey diesen Abredungen / und Uberkommen / bleiben zu lassen / und darwider noch darvon nicht zu treiben / noch das durch jemand verschaffen / oder zu geschehen gestatten / und nit deß minder sollen und wollen wir sie und die Ihren / auch ihr Haab und Gut / in unsern Landen und Gebieten / befrieden / und beschirmen / wie andere / die von solcher oder anderer Haab gantzen und vollkommenen Zoll geben / Alles ungevarlich / doch der Käyserlichen Majestät Obrigkeit / in allem vorgeschrieben unvorgreiffen / Und deß zu offen und wahrem Uhrkundt / haben wir unser aigen Innsiegel thun hencken an diesen Brieff / und wir Burgermaister und Rathe zu Eßlingen obgenannt / bekennen insonder an dem Brieff / für uns / und all unser Nachkommen / daß wir dem genandten unserm gnädigen Herrn zugesagt und versprochen haben / zusagen und versprechen hiemit / und in Krafft diß Brieffs / sein Gnad / noch Ihren Erben / für uns / und von der Unsern wegen / an solchem obberührten Zoll nicht mehr noch ferner zu irren noch zu engen. Sondern gütlich dabey bleiben lassen / und darwider nicht zu seyn noch zu geschehen schaffen / in keinen Weg / getrewlich und ungevarlich / Und doch der Käyserlichen Majestat Oberkait / in allem vorgeschrieben / unvergreifflich / Deß zu Urkund haben wir unser Statt mehrer Innsiegel / auch offentlich hieran gehenckt. Geschehen zu Stuetgardt / uff Donnerstag nach dem heil. Ostertag / nach Christi Geburt / als man zählt vierzehenhundert / siebentzig und sieben Jahr.

6 Vectigal dicitur à vectura, sive vehendo, quasi vehendi & transferendi causa datum, *l. universi. 5. l. omnium. 6. C. de vectigal.* Sixtin. *de regal. libr. 2. cap. 6. num. 1.* Rosenthal. *de feud. cap. 5. conclus. 33 num. 4.* Præstari enim solet de his rebus, quæ invehuntur & evehuntur, propter viæ publicæ usum, quam, cùm magna cura & sumptu Principes aliique territoriorũ Domini planam ac tutam commeantibus præstare debeant, *l. congruit. 13. ff. de offic. præsid.* non mirum, nec iniquum est, aliquid in auctoramentum & compensationem eorum sumptuum à viatoribus tribui.

7 Latinis vectigalia, à Græco τέλη, dicuntur telonia, & Germanis Toll / sive Zoll / *c. si quis Romipetas. caus. 24. quæst. 3.* Petr. Frideric. Mindan. *de mandat. libr. 2. cap. 42. num. 15. seq.* Henric. Klock. *dissert. de vectigal. conclus. 7. lit. a.* ubi dicit telonium festivè à tollo derivari, unde Saxonicum Toll.

8 Vectigalis vocabulum aliquando latè, aliquando strictè acipitur. Latè sumptum denotat omnem censum & proventum, & quicquid emolumenti & compendii, ex quacunque re, ad publicum usum exigitur, & accipitur, Henric. Klock. *de jur. vectigal. conclus. 7 lit. b.* Besold. *de ærar. cap. 4. n. 13.* Et comprehendit collectas, tributa, gabellas, accisias, & alias impositiones, de quibus *cap. seq.* dicemus.

Strictè & propriè sic dictum vectigal est onus reale, quod ob vecturam mercium fisco penditur, Henric. Klock. *d. conclus. 7.* Vel est, quod à mercibus, *l. universi. 5. l. 6. l. à legatis. 8. seq. C. de vectigal. & commiss. l. si quis pro uxore. 21. in princ. ff. de donat. inter vir.* Vel iis, quæ sunt circa merces, nempe hominibus, *c. innovamus. X. de censib. c. super quibusdam. §. præterea. & ibi* gloss. *de V. S.* equis, curribus, *l. cum in plures. 60. §. pen. ff. locat.* navibus, &c. fisco, *l. omnium. 6. C. de vectigal. l. inter publica. 17. §. 1 ff. de V. S. c. unic. quæ sint regal.* Vel Reipublicæ penditur, *l. vectigalia. 10. C. de vectigal. & commerc. l. 1. & 2. nov. vectig. instit.* Engelh. *de vectig. conclus. 5.* 9

Ex quo etiam à collectis & aliis tributis differt; Collecta enim sive tributum solvitur pro rebus immobilibus, von ligenden Gründen / und Gütern / und derselben Nutzungen / von Hauß und Hoff / *l. venditor. 2. §. si quid 16. & ibi* gloss. *ff. de hæred. vel act. vendit.* Wesembec. *in parat. ff de publican. n. 3.* Besold. *colleg. polit. class. 1. disput. 3. concl 36.* vectigalia verò pro mobilibus, *d. l. universi. 5. C. de vectigal.* Wesembec. & Besold. *d. l.* Et vectigalia solvuntur pro rebus in civitatem invectis, & à negociantibus, ut plurimum propter usum viæ publicæ, tributa autem ratione soli possessotibus indicuntur, Lather. *de censu. lib. 1. cap. 3. num. 2.* confer Schönborn. *libr. 4. polit. cap. 24. & seq.* Ad hæc tributum sive collectæ sunt signum subjectionis, *supra cap. præced. 5. num. 11. & seq.* Quod secus est in vectigalibus, quæ etiam ab iis solvuntur, qui non sunt subditi, sed planè forenses & exteri, confer Casp. Klock. *de contribut. cap. 1. n. 61. & num. 258 seq.* 10

Habent autem & adquirunt Civitates Imperiales, sicut reliqui Status & Ordines Imperii, jus instituendi nova, vel etiam augendi vetera vectigalia, I. ex ipsius Imperatoris privilegio, & speciali concessione, *c. super quibusdam. §. præterea. X. de V. S. l. placet. 8 C. de excusat. mun. l. un. C. de superindict.* Wesembec. *cons. 27 num. 26. in fin. & cons. 45. num. 20.* Sixtin. *de regal. lib. 2. cap. 6. num. 14. seq.* Besold. *de ærar. cap. 4. num. 16.* Heinric. Klock. *de vectigal. conclus. 8. lit. a. & conclus 15. lit. a.* utpote quod Regalibus majestatis adnumeratur, *c. unic. quæ sint regal. l vectigalia. 10. ff. de publican. & vectigal. tot. tit. C. nov. vectigal. instit. non poss.* R. A. zu Regenspurg / *de anno 1576. §.* Weiters seynd wir auch. *118. & §. seq.* R. A. zu Augspurg / *de anno 1530. §.* Wiewohl auch der Abschiedt. Schrader. *de feud. part. 3. cap. 4. num. 38.* Mynsing. *5. observat. 29. numer. 1.* Matth. Stephan. *de jurisdict. libr. 2. part. 1. cap. 1. membr. 2. num. 93.* Sixtin. *de regal. libr. 2. cap. 6. num. 9. seq.* Bocer. *de regal. cap. 2. n. 183.* Mynsing. *4. observat. 24.* Wesembec. *cons. 12. num. 37.* Et quam-

11 12

quamvis olim in vectigalibus concedendis liberior Imperatorum fuerit potestas, hodie tamen illa ita restricta est, ut Imperator sine
13 consensu Electorum, vel nova vectigalia instituere, vel aliis concedere, vel antiqua augere non possit, *Capitulatio Imperat. Ferdinandi II. & III. artic.* Wir setzen und wollen auch insonderheit. *17. 20. & 23. Leopoldi. art. 21. 23. 24. & 25.* R. A. zu Regenspurg / *de anno 1576.* §. Weiters seynd wir. *118. seq.* Dn. Cluten. *syllog. rer. quotid. conclus. 22. lit. a.* Gerl Buxtorff. *ad Aur. Bull. concl. 91.* Heig. *part. 1. quæst. 8. n. 7.* Thom. Michael. *de jurisdict. conclus. 11.* Sixtin. *de regal. lib. 1. cap. 2. n. 43. & lib. 2. cap. 6. n. 22.* *Bocer. de regal. cap. 2. n. 184.* Carpzov. *de leg. Reg. German. cap. 8. n. 9. seq.*

14 *Et* adeò exosa & prohibita sunt vectigalia, si omninò nova instituta, vel vetera aucta & mutata sint, ut per vim & impressionem extorta esse præsumantur, Wesembec. *cons. 45. num. 45. vers. dicuntur autem nova.* Sixtin. *d. lib. 2 cap. 6. n. 32.* atque adeò tanquam illicita, non modò licitè defraudari possint, Warem. ab *E*renb. *de subsid. cap. 5. n. 23* Petr Frider. Mindan. *de mandat. c. 23. in princ.* Rosenthal. *de feud. cap. 5. concl. 44. lit. e.* *Bocer. de regal. cap. 2. n. 185.* Sed etiam ea instituentes pœna L. Juliæ ambitus plectantur, *l. un. § 3. ff. ad L. Jul. ambit.* *Et* exigentes L. Julia de vi publica teneantur, *l. fin. ff. ad L. Jul. de*
15 *vi publ.* *Et* mandata etiam pœnalia sine clausula, adversus eos, qui vel nova instituunt, vel jam instituta augent, in Camera Imperiali obtineri possint, Sixtin *d. cap. 6. num. 23.* Cluten. *d. conclus. 22. lit. a.* Ubi nondum venit, quod modus contra nova & illicita vectigalia supplicandi, in hisce potissimum constat, 1. quod ista res omni jure prohibita, nullaque ratione justificari queat. 2. Quod sit contra publicam utilitatem, dum omnium mercium & annonæ caritatem invehat. 3. Quod consequenter scandali & armorum metus inde oriri possit 4. Quod fiant contra reservata, & 5. in contemptum Cæsareæ Majestatis, &c. sicuti hæc memorantur in R. Abs. *de an. 1576.* §. Dadurch dann. *119.*

16 Quod si quis ab Imperatore novorum Vectigalium concessionem petere velit, is libello supplici omnes negocii circumstantias, etiam quæ in contrarium eum movere possent, inserere tenetur, Henric Klock. *de jur. vectigal. conclus. 16. lit. a.* Et sic debet narrare 1. causam pro telonio impetrando, 2. Vicinorum vectigalium mentionem facere, 3. Ipsum locum denominare, in quo telonium exigere velit, ne vicinia nimis oneretur, 4 Utile quoque erit, attestationem habere vicinorum Statuum, ut postea ad alicujus instantiam, telonium, tanquam sub & obreptitiè impetratum, irritum declaretur, Mynsing. *5. obs. 31.* Rosenthal. *de feud. cap. 43. n. 7.* Bocer. *de regal. cap. 2. n. 188.* Henr. Klock. *de vectigal. conclus. 16.*

17 Sed anne Civitates Imperiales & alii territoriorum Domini pro solo transitu per vias publicas pedagium, absque Imperatoris speciali concessione, exigere possint, non immeritò dubitatur? Et pro sententia negativa facere videtur, 1. quod hujusmodi pedagiorum exactio pugnare videatur, cum liberrimo jure gentium omnibus concesso viarum publicarum usu, *l. si locus. 14. § fin. ff. quemad. servit. amit.* 18 *l. flumin um. 24. in princ. ff. de damn. infect.* *Et* de jure Canonico pedagia pro solo transitu omninò prohibita sunt, *c. quanquam. 2. de censib. in 6.* *Et* jure Saxonico *lib. 2. art. 27.* sancitum: Ein jeglich Mann soll auch Zollfrey seyn / er fahre / reite oder gehe / wo er Schiffs oder Brucken nit bedarff. Ex quo etiam viæ publicæ dicuntur regiæ, Kayserl. freye Heer: und Reichs-Strassen und Bahn. Gail. *de pac. publ. lib. 2. cap. 1. n. 12.* Sixtin *de regal. lib. 2. cap. 2. n. 9.* Et Regalibus adnumerantur, *supra cap. 4. n. 113.*

II. Quod actus commeandi per vias publicas sit liberæ & publicæ facultatis, & præscriptionem excludat, *l. 2 ff. ne quid in loc. publ. l. viam publicam. 2. ff. de via publ.* 19

III. Quod territoriorum Domini legem exigendorum vectigalium ab Imperatore concessam excedere & ultra exigere non possint, *l. 5. C. de vectigal.* cum vectigalium novorum exactio veterumve auctio sine Cæsaris & *E*lectorum consensu flagellandæ annonæ, perturbandæq; quieti publicæ instituta, ad Cæsareæ eminentiæ & dignitatis Electoriæ injuriam spectet, R. A. *de anno 1576.* §. Weiter seynd wir. *119.* Lehman. *Chron. Spir. lib. 5. cap. 108. fol. 629.* 20

Pro affirmativa autem sententia facere videtur, 1. quod jus hoc territoriorũ Domini per longissimum tempus sibi adquisiverunt & usurparunt, & 2. quod vigore *R*egalium & omnimodæ jurisdictionis in territoriis suis viarum sint Domini, & extraneis interdicere possint, ne aliter, quàm ipsi velint, sua loca ingrediantur. Et cum *in d. c. quanquam. 4. de censib. n. 6* à pedagiis exsolvendis, eximantur Clerici, indè colligitur, reliquos laicos non esse exemptos, per tradita *E*verhard. *in loc. ad except. ad regul.* 21

Discrepantes hasce opiniones certo temperamento adhibito facilè conciliari posse, putat Casp. Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 77. n. 21.* Veluti, si 1. necessitas vel utilitas publica hoc efflagitet, ut pontes extruantur, vel novæ viæ & plateæ sternantur, & 2. magistratus, qui vias & pontes exstruere vel reficere cogitur, ex ordinariis proventibus illos sumptus ferre nequeat, nec non 3. justa & rationabilis causa subsit, hoc casu ejusmodi portoria & pedagia, Brucken-Zoll und Weg-Gelt / institui posse dubitandum non esse, Nicol Everh. *cons 3. n. 10.* Rol. à Valle *cons. 34. n. 26.* Cacheran. *consil. 31. n. 21 seq.* Atque ideò æquitas horum vectigalium dependet ab immensis impensis, quas in viarum & pontium refectiones & exstructiones collocari oportet, & sic iniquum non erit, ut pontium & viarum nomine, modicum Vectigal, Brucken- und Weg-Gelt pendatur: cum publicè & privatim intersit, pontes tam lapideos, quàm sublicios, & pensiles, imò & quosvis ponticulos in suo statu cõservari, Klock. *d. c. 77. n. 1. & 7* Ex quo etiam Argentinæ, pontem *R*henanum longissimum, nemo, etiamsi Studiosus, Clericus, vel persona Ecclesiastica sit, sine vectigali transit. Quod etiam ex jure Saxonico constat *lib. 2. d. art. 27.* in verbis: Wo er Schiffs und Brucken nicht bedarff. Cæsaris tamen consensum hic impetrare, & consultius & tutius erit.

Ex

22 Ex quibus facilimè concluditur, Imperatorem, etiam absque Electorum consensu, Civitati alicui Imperiali, vel alii Imperii Statui concedere posse jus, parvum aliquod vectigal pro pontivegio ac viarum sive platearum usu, exigendi, ein Brucken- und Pflaster-Gelt / si viæ sive plateæ ac pontes sine magnis sumptibus extrui & reparari nequeant. Cum enim territoriorum Domini hoc nomine jure magistratus & vi omnimodæ jurisdictionis sibi competentis tale quid exigere possint, quantò magis id Imperator concedere poterit, præsertim verò si id parvum, & iter facientibus ac transvehentibus non adeò molestum sit, veluti pro equo, bove, ac curru, unus vel alter nummus vel cruciger. Ac cujusmodi vectigal etiam Clerici & alias exempti obligabuntur, *infra n. 29. & seq.*

23 Adquiritur quoque II. jus vectigalium consuetudine, & quidem immemoriali, *l. munus proprio. 214. ff. de V. S. l. 1. §. 1. l. fin. §. pen ff. de muner. & honor. l. non tantum. §. fin. & ibi gloss. ff. de decurion. c. super quibusdam. 26. §. præterea. X. de V. S.* Wesembec. *cons. 27. n. 26.* Rosenthal. *de feud. cap. 5. conclus. 81. n. 1.*

24 III. Uti & præscriptione temporis immemorialis, etiam contra ipsum Imperatorem, *d. c. supra quibusdam. §. præterea. X. de V. S. c. innovamus. X de censib.* Tusch. *lit. C. conclus. 840. num. 5.* Mynsing. *5. observ. 29. num. 10.* Mascard. *de probat. concl. 833. n. 4. & 5.* Sixtin. *de regal. lib. 2. cap. 6. n. 56.* Henr. Klock. *de jur. vectigal. conclus. 22.* Rosenthal. *d. cap. 5. conclus. 45. n. 1. lit. a.* Si verò præscriptio fiat contra alium superiorem recognoscentem, decem annorum spacium, cum titulo, sufficit sine titulo, longissimo tempore opus est, Rosenthal. *d. conclus. 45. n. 4.* Sixtin. *d. cap. 6. n. 6.*

IV. Jus quoq; vectigalium adquiritur ex jure Regalium, quibus adscribitur, *supra n. 12.*

V. Adquiruntur quoq; vectigalia per adquisitionem juris territorialis, cum hæc juri & superioritati quoque territoriali vulgò adscribantur, *supra lib. 1. cap. 12 n. 67.*

25 Solvuntur vectigalia de omnibus rebus, quæ non sunt immunes & exemptæ, & quidem imprimis de iis rebus, quæ negociationis vel commercii causa importantur, vel exportantur, vel transvehuntur, *l. universi. 5. & l. seq. C. de vectigal. & commiss. l. si publicanus. 4. §. 1. ff. de publican. & vectigal. c. quanquam. de censib. in 6. Clem. præsenti eod.* Chassan. *in consuet. Burg. rubr. 1. §. 4. verb. indire & importer, n. 4.* Pe-
26 regrin. *de jur. fisc. lib. 6. tit. 5. n. 26.*

Immunes autem & exemptæ sunt res Ecclesiarum, *l. placet. 5 & auth. cassa. C. de SS. Eccles.* Quibus etiam propter piæ causæ favorem annumeratur res Nosocomiorum, Xenodochiorum, Leprosoriorum & Orphanotrophiorum, *arg. l. Orphanotrophos. 32. C. de Episc. & Cler. Novel. 69. cap. 4. §. 1.* Engelh. *de jure vectigal. concl. 15. lit. b.* nec non Hospitaliorum, Rulant. *de commiss.*
27 *part. 4. lib. 2. cap. 5. num 36.* Sixtin. *de regal. lib. . cap 6. 114.* Quod si tamen laicus non privilegiatus ab Ecclesia rem immunem emat, immunitatem non consequitur, *arg. l. locatio. 9. §. fiscus. 8. vers. mercatores. ff. de public. & vectigal.* Mod. Pistor. *cons. 48. n. 5. seq.* Köppen. *quæst. 50. n. 15. seq.* Bidembach. *nobil. quæst. 18. n. 8. & 9.* Etiamsi onus vectigalis & gabellæ annexum sit contractui, daß dem Contract oder Kauff die Freyheit angedinget worden / nihilominus enim emptor ad vectigalis solutionem tenetur, *d. l. locatio. 9. § fiscus. vers. mercatores. ff. de publican.* Engelhard. *d. conclus. 15. lit. b.*

Idem est II. quoad res Clericorum sive perso- 28
narum Ecclesiasticarum, *auth. item nulla communitas. C. de Episcop. & Cler. c. quamquam. de Censib. in 6. Clem. fin. eod. c. adversus. X. de immun. Eccles. c. 1. c. Clericis. eod. in 6. c. tributum. §. quamvis. caus. 23. quæst. 8.* Covarruv. *var. resol. cap. 20. in princ.* Engelhard. *d. conclus. 5. lit. c. & conclus. 20. lit. b.* Quod etiam jure Saxonico sancitum, Land-Recht / *lib. 2. art. 27.* & in Schwaben Land-Recht *cap. 214. num. 4. ibi:* Pfaffen und ihr Gesind sollen Zollfrey seyn / sie fahren / reiten oder gehen / wo sie Schiffs und Brucken nicht bedürffen. Et jure Saxonico Ecclesiarum ministros, Pastores & Diaconos, eorumque substitutos, à Gabella cerevisiæ liberos, & donatos esse, mit dem freyen Tischtrunck / tradit Carpzov. *jurisprud. consistor. lib. 1. tit. 9. defin. 139. seq.* Idemque esse, quoad Scholarum ministros, & æditos, Carpzov. *d. l. defin.*
141. & 142. Quæ tamen non procedunt, si res 29
Clericorum negociandi causa deferantur, *d. c. quamquam. de censib. in 6. c. fin. de vit. & honest. Cler.* Mod. Pistor. *cons. 48. n. 1.* Bertachin. *de gabell. part. 7. num. 10.* Engelhard. *d. conclus. 15.*
lit. C. Klock. *de vectigal. conclus. 28. lit. f.* 30
Card. Tusch. *lit. E. concl 557.* Vel gabella imposita fuerit, pro refectione viæ, pontium, vel pro bello, vel pro alia publica reparatione, veluti murorum, agrorum, fluminis, &c. *l. ad instructiones. 7. C. de SS. Eccles. l. ad portus. 7. C. de oper. publ. l. absit. C. de privileg. dom. Aug. l. hac providentissima. 3. C. de quib. muner. nem. exc.* Cacheran. *decis. 68. num. 3.* Vasqui. *de success. lib. 3. limit. 7. n. 118. part. 1.* Engelhard. *d. conclus. 15. lit. c.* Sicuti etiam hoc casu Clerici ad collectarum
solutionem tenentur, *supra cap. 17. n. 46.* 31

Hinc cum Civitas Eßlingensis ab Imperatoribus Ferdinando II. & III. pro reparatione viarum & pontium gravissima, & maximos sumptus exposcente, põtivegium quoddam leviusculum ein geringes Brucken und Pflaster-Geltlein / impetrasset, hocque etiam ab iis, qui bona nonnulla Ecclesiastica in Civitate possident, exigeretur, ipsi verò id exsolvere recusarent, & à vectoribus pignora caperentur, Monasterium Kaisersheimb & Salmansweil privilegia sua allegarunt, & nuper in Camera Imperiali mandatum aliquod impetrarunt, & cum Civitas Eßlingensis, exceptiones in contrarium produceret, actores verò narrata tantum mandati repeterent, & pro paritione injungenda arctius mandatum decerni implorarent, hoc tamen ipsis denegatum, & ulterior actio ad exceptiones oppositas injuncta, sed
hoc nomine hactenus nihil actum fuit. 32

III. Immunes à vectigalibus sunt res fisci, *l. locatio. 9. §. fiscus. 8. ff. de publican. & vectigal. l. universi. 5 C. de vectigal. & commiss.* Bertachin. *de gabell. part. 8. membr. 2. num. 12.* Sixtin. *de regal. libr. 2. cap. n. 6. 102.* Maul. *de homag. tit. 10 num. 25. seq.*

25. seq. & 37. Quo tamen privilegio non utuntur, qui à fisco emunt, vel de fisci rebus negociantur, d. l. locatio. 9. §. fiscus. 8. vers. mercatores. ff. de publican. Sixtin. d. l. num. 103. Petr. Frideric. Mindan. de process. lib. 2. cap. 42. n. 7.

33 IV. Res Illustrissimorum, Illustrium & Generosorum, Imperio immediatè subjectorum, Ordnung deß Regiments zu Augspurg / de anno 1500. tit. & ibi: Alle / so in deß Reichs Regiment gehören / sollen aller Tax / Zoll und Ungelts frey seyn / Wehner. pract. observ. verb. Zoll / Zollfrey /. Mindan. d. cap. 42. num. 6. Sixtin. d. cap. 6. num. 100. & 110. Si tamen negocientur, instar aliorum vectigalia præstare tenentur, l. ex præstatione. 7. C. de vectigal. Cum nec Imperator hoc casu immunis esse videatur, l. negociatores. C. de commerc. & mercat.

34 V. Idem est, quoad Consiliarios, & alios ad Imperii consilium pertinentes, so zum Reichs Hoff-Rath gehörig / eorumque ministros, eorumque res & bona, d. tit. Alle so in deß Reichs. 21. Rulant. de Commiss. part. 4. lib. 2. cap. 5. numer. 28. Mindan. d. cap. 42. n. 6.

35 VI. Sicuti etiam Assessores Cameræ Imperialis, & alii ad judicium illud pertinentes, eorumque res à vectigalibus immunes existunt, Ord. Camer. part. 1. tit. 49. in princ. Mindan. d. num. 6. Rulant. d. n. 28. Engelhard. de vectigal. conclus. 19. in fin. Sixtin. d. c. 6. n. 112. Heinric. Klock. de vectigal. conclus. 32. lit. a. Rumelin. ad Aur. Bull. dissert. 8. concl. 21. part. 1.

36 VII. Legati & Ambassiatores exterarum gentium, de rebus, quas portant de loco, unde revertuntur, nullum vectigal solvunt, modò legibus sint concessæ, de reliquis verò, quas de propriis locis, unde conveniunt, portant, non aliter excusantur, quàm quatenus usus sui gratia comparaverint, l. a legatis 8. & ibi Salicet. C. de vectigal. l. cotem. 11. de publican. Engelhard. d. concl. 15. lit. d. & conclus. 20. lit. a. Rulant de commiss. part. 4. lib. 2. cap. 5. n. 29. Henr. Klock. de vectigal. concl. 33. lit. a. Maul. de homag. tit. 10. num. 28. Secus est de hostium legatis, qui indistinctè tenentur, gloss. & Dd. in d. l. à legatis. Bertachin. de gabell. part. 7. n. 34.

37 VIII. Res Nobilium immediatè Imperio subjectorum prout in genere tradunt Guid. Pap. decis. 41. 384. & 387. Warem. ab Erenberg. de subsid. regn. cap. 4. n. 66. Besold. de ærar. cap. 4. num. 20. vers. 2. tota immunitas. Sixtin. de regal. lib. 2. cap. 6. n. 110. Becht. de securitat. concl. 224. Henr. Klock. de vectigal. conclus. 31. lit. a. & b. Bocer. de regal. cap. 2. n. 197. seq. Nolden. de stat. nobil. cap. 14. n. 37. seq. Joh. Wurmser. de jur. publ. exerc. 6. quæst. 14. Bidembach. nobil. quæst. 18. per tot. Maximil. Faust. in consil. pro ærar. class. 3. ord. 98. atque ita in Imperio observari, testatur Petr. Frider. Mindan de process. lib. 2. cap. 42. n. 20. Et quod Principes, Comites, Barones, & Nobiles S. Romani Imperii habeant immunitates, præscriptione, privilegio vel contractu quæsitas, ut liceat ipsis vina, frumenta, & ejus generis alia, victus & cultus causa usu suo, sine vectigali, per alterius territorium ducere, vel flumen trajicere, scribit Faust. d. consil. class. 5. ordin. 454. De quo vide plura in tractat. de Ord. Equestr. jurib. & privileg. lib. 3. cap. 6.

IX. Immunes quoque sunt res Studiosorum, sive ipsorum suppellex scholastica, auth. habita, & ibi Dd. C. ne fil. pro patr. Rulant. de commiss. part. 4. libr. 2. cap. 5. n. 32. Sixtin. de regal. lib. 2. cap. 6. num. 116. seq. Quod idem est, quoad liberalium artium, aliarumq; facultatum Professores, l. medicos. 6. C. de profess. & medic. Sixtin. d. num. 116. Heig. part. 1. quæst. 17. num. 22. Bertachin. d. part. 7. quæst. 39. Rebuff. de privil. Scholar. privileg. 147. num. 1. Rulant. d. l. num. 31. aliosque Doctores & Advocatos, qui advocando Reipubl. utiles se exhibent, Rulant. & Heig. d. ll. Engelhard. de vectigal. conclus. 20. lit. c. Klock d. conclus. 33. lit. b. Quod quoque privilegium Scholarium hospitibus, vina, frumentum, & id genus alia, ad usum eorum advehentibus competere, asserunt per l. si publicanus. 4. §. 1. ff. de publican. l. in lege Censoria. ff. de V. S. d. auth. habita. ibi: tam ipsi, quàm eorum nuncii. C. ne fil. pro patr. Bocer. class. 4. disput. 3. conclus. 31. lit. a. Verùm hodie nostrorum temporum injuria privilegium hoc Scholarium passim parùm attendi, & publicanos illud allegantibus respondere solere: Habita ubi vis, & solve, &c. conqueritur post Horat. Luc. de privileg. Scholar. privil. 55. Engelhard. de vectigal. conclus. 15. lit. f. 38

X. Res quæ exercitus causa exportantur, R. A. zu Augspurg / de anno 1530. § Ferners ist. 13c. d. l. locatio. 9. § res exercitui. 7. ff. de publican. Peregrin. de jur. fisc. lib. 6. tit. 5. num. 23. Engelhard. d. conclus. 15. in fin. Henr. Klock. de vectigal. concl. 31. lit. c. 39

XI. Res naviculariorum, l. semper. 5. §. negociatores. 3. ff. de jur. immun. l. 1. §. fin. C. de navic. l. omnium. 6. in fin. C. de vectigal. Sixtin. d. cap. 6. n. 105. Maul. de homag. tit. 10. n. 27. 40

XII. Res domini proprietatis, qui alteri vectigal sive gabellas locavit, Boër. decis. 211. n. 1. & 2. Henr. Klock. de vectigal. conclus. 34. lit. b. Maul. d. tit. 10. num. 26. Engelhard. d. conclus. 20. lit. e. Vel in feudum concessit, Klock d. conclus. 34. lit. a. Schrader de feud. part. 6. cap. 6. n. 124. 41

XIII. Immunis quoque perhibetur à vectigalibus esse pecunia, latè Henric. Klock. de vectigal. conclus. 60. Engelhard. de vectigal. conclus. 14. lit. b. ubi testimonio Cæsareæ Majestatis in literis ad C.D.K.X.Y. 35 Novembr. anno 1603. de Germaniæ consuetudine attestantis referunt his verbis: Daß man vom Gelt nirgend im gantzen Reich Teutscher Nation einigen Zoll zu bezahlen pflege. 42

XIV. De jure porrò tàm Civili, quàm Canonico, à vectigalibus immunes sunt res, quæ proprii usus causa transportantur, vel vehuntur, l. si publicanus 4. §. 1. l. interdum. 16. §. Divus. 9. ff. de publican. l. universi. 5. C. de vectigal. l. in lege Censoria. 203. ff. de V. S. l. 2. §. 1. ff. de usu & habit. l. quanquam de Censib. in 6. Clem. præsenti X. de censib. Bertachin. de gabell. 2. part. 8. numer. 1. Rulant. de commiss. part. 4. lib. 2. cap. 5. num. 75. Joseph. Ludov. conclus. 15. num. 50. Köppen. quæstion. 50. num. 30. Rosenthal. de feud. cap. 5. concl. 38. num. 4. in not. lit. b. Wehner. pract. observ. verb. Zoll. 43

Zoll. *vers. aliis tamen, quæ ad victum.* Sixtin. *de regal. l. 2. c. 6. n. 128. seq.* Maul. *de homag. tit. 10. num. 36.* Henr. Klock. *de vectigal. concl. 57.* Bidembach. *nobil. quæst. n. 2.* Peregrin. *de jur. fisc. l. 6. tit. 5. n. 23.* Carpzov. *de leg. Reg. German. sive de Capitular. c. 3. n. 2.* Idque in Camera Imperiali in causa quadam votando ita deductum esse, simulque additum, id tam de veteri consuetudine, quàm de jure ita se habere, licet ex propriis fundis istæ res non percipiantur, nec ducantur, testatur Gylman. *rer. judic. decis. 8. n. 4. & 5. l. 1.* Sixtin. *d. c. 6. n. 28.* Et quamvis hodie malè id passim servari, affirmet Gylman. *d. l.* & in tota ferè Germania jus hoc ab aula recessisse, & vix ad practicam deduci posse, asserat Köppen. *d. decis. 50. n. 34.* eandemque consuetudinem validam esse, scribit Henric. Klock. *de vectigal.*
44 *concl. 59. per tot.* Contrarium tamen & ejusmodi consuetudinem, tanquam irrationabilem, non valere, vel introduci non posse, asserunt Hostiens. *in c. super quibusdam. 26. §. præterea. de V. S.* Joseph. Ludov. *concl. 15. n. 58.* Sola *in proem. decret. gloss. 5. n. 13.* Vivius *commun. opin. 765. num. 15.* Franc. Marc. *decis. 41. n. 3. vol. 1.* Farinac. *fragment. crim. verb. bannimentum. num. 56.* Sixtin. *d. cap. 6. num. 129.*

45 XV. Immunes quoque à vectigalibus sunt res, quæ ruris exercendi causâ advehuntur, *l. universi. 5. C. de vectigal.* Quales sunt res omnes, quæ ad rem rusticam & ipsam agriculturam pertinent, veluti fructus ad seminandum, & alia quævis instrumenta, Rulant. *de commiss. part. 4. c. 5. n. 76.* Sixtin. *d. c. 6. num. 126. seq.* Henr. Klock. *de vectigal. concl. 61. lit. b.*

46 XVI. Res emptæ in nundinis, *l. un. C. de nundin. & ibi* Bart. & Salicet. Tholosan. *syntag. l. 3. cap. 9. num 4.* Engelhard. *de vectigal. conclus. 16. lit. c.* etiamsi non statim post nundinas avectæ sint, Sichard. *in l. un. num. 3. C. de nundin.* Engelh. *d. l.*

XVII. Res vi ventorum, vel piratarum incursione, vel alio fortunæ casu in portum illatæ, *l. Cæsar. 15. §. si propter. 8. ff. de publican. l. 1. & ibi* Bart. & Bald. *C. de naufrag.* Seb. Medic. *de fortuit. casib. part. 2. quæstion. 9. num. 10.* Peregrin. *de jur. fisc. libr. 6. tit. 5. num. 3.* Maul. *de homag. tit. 10. n. 37. in fin.* Klock. *d. concl. 61. lit. a.* 47

XVIII. Nec quicquam solvitur pro defuncti corpore alio transferendo, Engelhard. *de vectigal. concl. 17. per tot.* 48

Varia olim Vectigalis nomine pensitata sunt, Engelhard. *d. l. concl. 22. lit. a.* Et quidem jure Justinianeo pars octava rei, quæ transportatur, *l. ex præstatione. 7. & l. seq. C. de vectigal. l. Romanæ. 2. C. de eunuch. l. si cum Hermes. 7. C. locat.* Maul. *de homag. tit. 18. n. 48.* Sixtin. *d. cap. 6. num. 63. seq.* Hodie cujusque loci consuetudo, & ipsa Imperatoris concessio inspicienda & attendenda est, *l. locatio. 9. §. earum rerum. l. si publicanus. 4. §. fin. ff. de publican. l. pen. C nov. vectigal.* Sixtin. *d. cap 6. num. 77.* Et non ex ipsis mercibus, sed in pecunia numerata solvitur, *l. universi. 5. C. de vectigal.* Maul. *d. tit. 10. num. 49.* Henning. Gœden. *cons. 7. in fin. & cons. 8. n. 4. in princ.* Rumelin. *ad Aur. Bull. part. 1. dissert. 8. concl. 23.* Sixtin. *d. c. 6. n. 80. seq.* Klock. *de vectigal. concl. 68.* 49

Pœna vectigal defraudantium est Commissum, seu rerum transportatarum amissio & publicatio, *l. fraudati. l. commissa. 14. l. fin. §. quoties. 3. ff. de publican. l. 1. & 2. C. eod.* Gail. *2. observat. 51. num. 5.* Maul. *d. tit. 10. num. 50.* Sixtin. *d. cap. 6. num. 162. seq.* Et quidem ipso jure, Sixtin. *d. l. num. 170.* Henric. Klock. *de vectigal. conclus. 85. lit. d.* 50

CAPUT XIX.

De Jure Gabellarum.

Summaria.

1. Gabellarum jus idem cum vectigalibus & collectis.
2. Gabella unde dicta?
3. Quibus nominibus aliis dicatur?
4. Umbgelt *unde dicatur?*
5. Tributa unde vocentur?
6. Gabellæ quid?
7. An absque Imperatoris consensu imponi possint?
8. Civitates nova vectigalia & nova onera instituere non possint.
9. Leges generales constitui non possunt, quibus advenæ, Clerici, &c. obligantur.
10. Propter gabellas victualia carius emenda.
11. Quod directè fieri perhibetur, per indirectum fieri nequit.
12. Pro iis rebus, quæ ad victum & usum proprium necessariæ, vectigal imponi nequit.
13. Æquitas non patitur, ut inopes tantum præstent, quàm divites.
14. Gabellæ sunt odiosæ.
15. Jura Imperatoris non sunt violanda.
16. Civitates nonnullæ Imperatoris Consensum implorarunt.
17. Sicuti & Nobiles.
18 Extraneis & Clericis gabellæ imponi non possunt.
19. Subjecta civitas, sine consensu superioris, gabellam imponere nequit.
20. A collectis ad gabellas validum argumentum.
21. Cui collectæ competunt, competit etiam jus accisiæ, Umbgelt.
22. Quomodo collectæ à gabellis differant.
23. Gabellæ Regalibus adscribuntur.
24. Vi jurisdictionis institui possunt.

25. *Jurisdictio omnium onerum imponendorum radix.*
26. *Imponuntur quandoque gabellæ ex Conventione.*
27. *Nec non jure præscriptionis.*
28. *Et ex consuetudine.*
29. *In Capitulatione Ferdinandi IV. Civitatibus Imperialibus gabellæ permittuntur.*
30. *Impositio gabellarum fieri debet secundum consuetudinem Regionis, & cum consensu civium.*
31. *Jus gabellarum Nobilibus immediatis competit.*
32. *Gabellæ principaliter civibus imponuntur.*
33. *Ratione contractus quis forum sortitur, & consuetudinibus loci obligatur.*
34. *Statutum quod per accidens Clericis nocet, sustinetur.*
35. *Gabella est pretium paulò auctius.*
36. *Inspiciendum quod principaliter agitur.*
37. *Vectigal æquè à pauperibus ac divitibus solvitur.*
38. *Principalis intentio magis attendenda.*
39. *Gabellæ vel sunt ordinariæ, vel extraordinariæ.*
40. *Ad extraordinarias non facilè deveniendum.*
41. *Justæ gabellæ sunt, quæ imponuntur rebus ad corrumpendos civium mores, & ad delicias spectantibus.*
42. *Et quæ pro cohibendo luxu in vestibus pretiosis imponuntur.*
43. *Quæ ad scelera coërcenda imperantur.*
44. *Injustæ gabellæ sunt, quæ ex quæstu meretricum solvuntur.*
45. *Quæ mendicis imponuntur.*
46. *Et quæ pro naturæ vitiis exiguntur.*
47. *Tributum fœneratorum.*
48. *Vectigal urinarium.*
49. *Pro fumo, aere, &c.*
50. *Quæ pro mortuis exiguntur.*
51. *Vel ratione matrimonii, liberorum, dotis, &c.*
52. *Et tributis pupillorum.*
53. *Quod exigitur pro Stercore & cauda jumentorum.*
54. *Quod à privatis accipitur.*
55. *Decimæ rerum venalium.*
56. *Non ex omni causa lucrum adorandum.*
57. *Cautiones quædam in gabellis imponendis observandæ.*
58. *Solvuntur gabellæ imprimis pro vino & Cerevisia.*
59. *Quota gabellarum varia.*
60. *Gabellarum nomine mensura diminui solet.*
61. Bodenschatz *quid?*
62. *Quibusdam in locis certo tempore vinum inferre non licet.*
63. *De vinis medicatis gabella non solvitur.*
64. *Secus de vino adusto.*
65. *Imperium ejus, qui extra territorium legem dicit, impunè spernitur.*
66. *Fraudibus occurrendum.*
67. *Statuto cives prohiberi possunt, ne quid agant extra territorium.*
68. *Pœna hæc locum habet, si fraudandi causa hoc fiat.*
69. *Carni quoque gabellæ imponi solent.*
70. *Uti & frumento & farinæ.*
71. *Mercibus mercatorum.*
72. *Ex venditione rerum immobilium gabella quandoque solvitur.*
73. *Quam emptor præstare tenetur.*
74. *Quinam à gabella immunes, remissive.*

1 SUb generali vectigalium nomine veniunt quoque Gabellæ, & Gabellarum jus idem esse cum vectigalibus & collectis, docent Bursat. *cons. 161. n. 38.* Corne. *cons. 142. n. 5. vol. 1.* Alciat. *consil 84. n. 1. seq. l. 5.* Bidembach. *nobil. quæst. 18. n. 4.* Boss. *de vectigal. n. 2.* Sixtin. *de regal. l. 2. c. 6. n. 11.* ita, ut quæ de vectigalibus jura loquuntur, etiam in Gabellis & datiis locum habeant, Bald. *in l. un. C de superindict. & ibi* Salicet. & argumentum validum fit à vectigalibus ad Gabellas, Corne. *cons. 199. col. 2. in fin.* Ripa. *cons. 186. n. 2.* & idem esse dicit in Accisiis vini & frumenti, Everhard. *cons. 42.*

2 Dicitur autem Gabella, à Gabe Bertachin. *de gabell. in prælud. n. 3.* Petr. Frider. Mindan. *de process. l. 2. c. 42. n. 15.* nec non à dando, datia, &
3 Italis Daces, Mindan. *d. n. 15.* Dicitur etiam impositio, ab imponendo, impost, Aufflagen/ Licentia, Licenten, Fallia, Gothofr. Engelhard. *de vectigal. concl. 3. lit. a.* Wehner. *verb.* Ungelt. ubi dicit, quod vocetur etiam actesia, oder Ungelt/ hoc est impositio, quæ communiter item Accisia, Assisia sive Assasitia, Zissa/ Assise sive Accise, à Gallico Assise, quod consessum significat, quia telonii, sive vectigalium exactores in suis teloniis plerumque sedent, Petr. Frider. Mindan. *d. n. 15.* Wehner. *verb.* Accis. Aliter Besold. *thes. pract. verb.* Umbgelt/ *in fin.* ubi putat accis inde dici, weil es von dem erkaufften Gut geschnitten wird/ quasi accæsum, weil man dieser Beschwerd halber die Pfunde und Maaß ringert/ Klock. *de contribut. c. 1. n. 271.*

Vulgò dicitur Umbgelt/ sive Ungelt/ quod 4
utrumque scribi solet, Wehner. *pract. observ. verb.* Ungelt/ Umbgelt. *vers. solet etiam.* Quod indè dicitur, weilen es umbgelegt wird/ Klock. *d. c. 1. n. 310.* Besold. *d. verb.* Umbgelt. *in fin.* Dicitur etiam Ohmengelt/ Wehner. *d. verb.* Ungelt. Weilen es gemeiniglich auf einen Ohmen/ oder Aymer Weins geleget wird.

Gabellæ quoque dicuntur Tributa, à tri- 5
buendo, vel tribu sic dicta, quod olim tributim

populo fuerunt imperata, quæ rebus immobilibus imponi solent, *l. venditor. 2. §. siquid. 16. ff. de hered. vel act. vendit. & ibi* gloss. Wesemb. *in parat. ff. de publican. & vectigal. n. 3.*

6 Sunt autem Gabellæ sive Accisiæ propriè ea tributa, quæ in Civitatibus & pagis, pro certis rebus, vino, frumento, vel aliis mercibus distractis & venditis solvuntur, Petr. Frider. Mindan. *d. cap. 42. n. 16.* Besold. *d. arar. cap. 4. num. 16.*

7 Sed anne & quo jure Civitates Imperiales, & alii Status & Ordines Imperio immediatè subjecti hujusmodi Gabellas & accisias, absque Imperatoris consensu instituere possint, controverti solet? Quod ex sequentibus rationibus, negandum videtur. Quia 1. ex præcedentibus constat, Gabellas esse vectiga-
8 lium Speciem, & vectigalium nomine Gabellas quoque venire. At verò generalis est constitutio, qua Civitatibus nova vectigalia, novas collectas & gravamina, aliaque nova onera instituere prohibitum est, *l. 2. & 3. & ibi* Dd. *C. nova vectig. instit. non poss. l. licitatio. §. quod illicitè. C. de public. & vectigal.* Et absque Imperatoris & Electorum consensu nec nova vectigalia institui, nec vetera augeri posse, dictum est *cap. praced. 18. n. 13 & seq.*

Quia II. Gabellæ hæ non sunt tales exactiones, ut privatæ, vel particulares dici possint, sed cum generaliter rebus imponantur, non solum cives iisdem gravantur, sed etiam clerici, advenæ, peregrini & forenses, atque ideò, ut generales, & hasce quoque personas extraneas comprehendentes, de jure subsistere
9 non poterunt, cum generalium legum, quibus forenses quoque & exteri ligentur, ferendarum potestatem civitates non habeant, sicuti in his terminis concludit Referens apud Gylman. *tom. 1. tit. 2. vot. 1. n. 10'. vers. atque de his fol. 92. in princ.* atque inde extorsiones ejusmodi Gabellas vocet, Bald. *in l. vectigal. n. 2. ff. de publican. & vectigal.* quas Civitates jura Principis non habentes instituere non possint, Everh. *sen. consil. 42. in fin.* Capyc. *decis. 148. n. 9.* Et non valere statuta laicorum contra clericos, & contra eorum libertatem, dictum est *supra c. 10. n. 52. seq.* & nominatim quoad Gabellarum impositionem, Bald. *cons. 31. in princ. l. 1.* Tusch. *lit. S. concl. 561. n. 1. seq. & concl. 581. n. 56.* Unde ratio diversitatis potissima esse videtur, quare collectæ sine consensu superioris imponi possint, Gabellæ verò non item, quod collectæ, quæ personis injunguntur, facilè esse possint particulares, nec clericos, nec forenses gravantes, cum tantùm subditis imponantur propter res, & pro modo facultatum & omnium bonorum mobilium & immobilium; gabellæ autem, quæ rebus imponuntur, generales sint, & ad omnes spectent, cum vix ita institui possint, quin etiam Clerici, forenses, aliique privilegiati & exempti, si non principaliter, per obliquum saltem & indirectum, una cum civibus graventur, eo ipso scilicet, quod non minus,
10 quàm cives, omnia victualia carius emere cogantur, Casp. Klock. *de contribut. c. 5. n. 171.* ubi etiam *n. 173.* addit, hoc casu regulam illam locum non habere, principale scilic. propositum inspiciendum esse, etiamsi in consequentiam alicujus læsio inde resultet, vel tale quid quod juri communi sit contrarium, Dyn. *in c. cum quid una. de R. I. in 6.* Bart. *in l. ambitiosa. 24 ff. de decret. ab ordin.* sed contrariam regulam attendendam esse, qua dicitur, quod prohibetur fieri directè, prohibetur quoque fieri indirectè, sic-
uti in individuo tenet Abbas *cons. 20. in fin. vol. 1.* 11
Et quod alicui una via per legem prohibetur, ad id alia via sub velamento & prætextu verborum, contra legis mentem, admitti non debeat, Klock. *d. c. 5. n. 174.*

III. Quia Gabellæ & Accisiæ talibus præ- 12
sertim imponuntur rebus, quæ ad vitæ sustentationem sunt maximè necessariæ, veluti esculentis, potulentis & aliis victualibus, quibus tamen non modò Gabellam jura communia imponere vetant, sed etiam contra exigentes pœnam capitalem constituunt, *l. universi. & ibi.* Bald. Salycet. & Dd. *C. de vectigal.* Et iniquum semper judicatum fuit, ut pro iis rebus, quibus quis ad proprium & familiæ suæ usum carere non potest, vectigalis onus sustineatur, adeò ut ne quidem consuetudo in contrarium valeat, *cap. praced. 18. n. 43. & seq.* Et de rebus, quas quis defert sui & suæ familiæ usus & necessitatis causa, veluti de rebus aptis esui & potui, nullam solvendam esse Gabellam, etiam stante statuto, quod de qualibet re solvatur, tradunt Argentorens. *consil. 2. n. 52.* ita, ut ne quidem valeat consuetudo in contrarium, tanquam irrationabilis, Surd. *cons. 307. n. 2.* Borell. *de magistr. edict. l. 3. c. 14. n. 22.* Sixtin. *de regal. l. 2. c. 6. n. 128.* Klock. *cons. 10. n. 577.*

IV. Gabellarum hujusmodi institutio & 13
exactio tanto minus permittenda erit, quia iisdem æquè pauperes atque divites gravantur, & qui parum habent in bonis, & familiam amplam sustinent, tantundem Gabellæ nomine pro singulis rebus, ad vitam necessariis, persolvere tenentur, quantum illi, qui amplissimum patrimonium obtinent. Imò pauperes hoc modo plus gravari intelliguntur, quàm divites, cum illi res consumptibiles sibi emere cogantur, ditiores verò, quibus ex propriis bonis res illæ proveniunt, liberi evadant, vel si emptori totæ, vel pro parte quoque exsolvendæ sunt, pretium tamen majus constituunt, & ita pauperes soli onerantur. At verò æquitas non patitur, ut pauperes & inopes tantum præstent, quàm divites, *l. 1. C. de annon. & tribut. l. 1. & ibi* Bart. *C. de apoch. publ. l. per Bythiniam. 2. C. de immun. nem. conced. l. in fraudem. C. de annon. & tribut.* Ex quo etiam in Recessibus Imperii in nulla ferè re magis æqui & boni mentio fit, quàm in materia collectarum, Sixtin. *de regal. l. 2. c. 14. n. 153.*

Hincquoque V. Gabellarum & accisia- 14
rum institutio & exactio odiosa esse perhibetur, & restringenda, Bald. *consil. 237. ad fin. vol. 3. & cons. 229. vol. 5.* ubi dicit statuta gabellarum esse amara, & contra omnem æquitatem. Et Gabellas odiosas esse, in iisq; versari lucrum fisci, ideoq; contra eum interpretationem fieri, scribit per *l. non puto. 10. ff. de jur. fisc.* Abbas *consil. 69. per tot.* Et quod Gabellæ

actualis impositio sit odiosa & restringenda, sicuti è contra, immunitas ab ejusdem solutione, favorabilis & latè interpretanda, tenent Pacian. *cons.131.n.35.* Natta, *cons.274.n.8.* Cacheran. *decis.4.n.7.* Magon. Florent. *decis.36.num.5.* Vinc. Caroc, *decis.99.n.15.* Tusch. *pract. concl. lit. G. concl.3 per tot. & concl.21. per tot.* & contra Gabellas & vectigalia in dubio pronunciandum, asserunt Surd. *decis.96.n.7. & decis.305.n.44.* Gratian. *decis.17.n.17. seq.* Atque ideò in dubia hac quæstione judicandum esse videtur, easdem sine Imperatoris consensu imponi non posse, *arg. c. odia. de R. I. in 6.*

VI. Quia etiam ex Gabellarum hujusmodi impositione negociationes & commercia non parum impediuntur & difficiliora redduntur: Nam si incolæ ditionis quid vendant extraneis, propter hoc onus res erit carior, quàm aliis in locis, ex quo eveniet, ut extranei nihil ex hac ditione, sed aliis vicinis locis emant, nec facilè ad vendendum se eò conferant, sed malint alibi vendere, commercia autem hujusmodi reipublicæ maximè esse necessaria, constat ex traditis *infra l.5.c.23.*

VII. Quod si quoque Gabellarum & Accisiarum impositio generalis, absque speciali permissione Imperat. & superioris permitteretur, gravissimum præjudicium non modò superiori, sed & civibus ipsis indè futurum foret, cum civitates & communitates facilè sub quovis necessitatis & utilitatis prætextu longè majores exactiones, tam rebus, quàm personis generaliter irrogare, & sic non minus in clericos & forenses, quàm etiam cives suos exactionum procellas concitare, eosdemque, si
15 non directò, saltem per indirectum, pro lubitu gravare, & jura Principis exinanire, & ad nihilum redigere possent, Klock. *d.c.5.n.148.*

16 VIII. Hanc quoque opinionem Germaniæ consuetudo comprobare videtur; Videmus enim, quod etiam Civitates Imperiales, quæ propter urgentem necessitatem Gabellas introducere volunt, id cum consensu Imperatoris faciant, & ita factum esse à Civitate Norimberga, Augusta & aliis, refert Casp. Klock.
17 *dict.c.5.num.150.* Et Nobiles quoque nonnullos pro impetrando hoc Regali, ad Cæsaream Majestatem supplicasse, nec hoc impetrasse, nisi subditorum suorum consensu edocto, testatur Besold. *thes. pract. verb.* Umbgelt. Sicque Nobiles de Graneck *anno 1559.* ut ipsis Gabellas in pago Lackendorff/ erigere liceret, Cæsarem sollicitasse, refert, idem Besold. *de ordin. Equestr. n. 9.* Imò Principes quoq; Imperii novas Gabellas absque licentia Imperatoris imponere non posse, scribit Klock. *d.c.5.n.150. & n.177.* ubi addit, Civitatibus Imperialibus, aliisque jure Regalium & mixto meroque Imperio munitis, non licere sine licentia superioris tales impositiones facere; Idque non solum de impositione Gabellarum intelligi; Sed & si Gabellæ pro collectis habeantur, idem censeri debeat, ex quo requisita à jure præscripta, tàm in exactione, quàm in impositione, si nempè rebus imponantur, & exindè forenses graventur, non sunt servata, ideoque tales impositiones, tàm materiæ, quàm formæ ratione, sint nullæ & illicitæ, non propterea, quod per pactum non potuerint, sed quod absque consensu superioris imposuerint, atque in impositione modum à jure definitum non servarint. Ex quo etiam Marta *Pisan. decis.160.* scribit, Gabellarum impositionem ad Imperatorem duntaxat pertinere, & ad Reges ac Principes superiorem non recognoscentes, atque eos, qui ex immemoriali consuetudine & justa causa, facere consueverunt; feudatarium autem, cui merum ac mixtum imperium concessum est, atque omnimoda jurisdictio cum Regalibus, nunquam gabellas imponere posse, quoniam Regalium appellatione hæc facultas concessa non intel-
ligatur. Idem quoque tradit Thom. Maul. *de* 18
homag. tit. 9. n. 9. ubi ait, licet possit quælibet universitas, tempore necessitatis, puta pro ære alieno solvendo, vel pro aliis oneribus universitatis supportandis, indicere collectas civibus suis, id tamen fieri nequit in forenses & extraneos, qui illis subditi non sunt, Bartol. *cons.180.* Et allegat Ripam *resp.181.n.4.* dicentem, collectas exigi solum ab incolis, quos universitas potest collectare, absque consensu superioris. Et quod habetur apud Gylman. *symphor. tom.1. part 1. tit.2. de reconvent. n.70. fol.82. & n.100. fol.90.* universitatem posse imponere vectigalia & collectas pro sua necessitate vel utilitate, locum tantum habere, si statuta & collectæ fiant civibus, & ita inter subjectos tantùm, secus verò si impositio indifferenter concernat etiam extraneos, non subjectos, & clericos ibi habitantes, veluti quod omnes etiam forenses vehentes & euntes, ad vendendum, vel emendum bona in civitate aliquid solvere teneantur, tales enim collectas seu Gabellas, quæ generaliter etiam forenses respiciunt, computari inter Regalia, vel saltem ad merum Imperium,
secundum quosdam. Et subjectam Civitatem 19
novas Gabellas & Accisias absque consensu superioris imponere non posse, tradunt, Socin. *sen. cons.7.n.2.* ubi de Datia panis loquitur: Et de Gabella carnium, quod sine licentia Domini imponi non possit, Abbas. *cons.6.l.2.* Goeden. *cons.8.n.10.* Capyc. *decis.148.n.1.* latè Casp. Klock. *de contribut. c.5.n.121. seq.*

Hæc & similia licet speciosa sint, non tamen tanti ponderis esse mihi videntur, ut propterea Civitatibus Imperialibus & aliis Imperio immediatè subjectis ordinibus jus instituendi Gabellas & Accisias denegandum sit. Siquidem I. Civitatibus Imperialibus competere jus instituendi collectas, etiam absque Impe-
ratoris licentia, *supra c.17.n.1.* probatum est. At 20
verò à collectis ad Gabellas, & vice versa, à Gabellis ad collectas validè argumentum duci, probent Dd. *in l. licitatio. §. earum rerum. ff. de publican.* Bald. *in l.1. & 2. C. nov. vectigal.* Corne. *cons.199.n.18.vol.1.* Bertachin. *tract. de gabell. part. 9. & ult. n.10. & 12.* Besold. *consil.234.n.2.* Et plerique Doctores vocabulis hisce Collectæ, Gabellæ, Datiæ, &c. promiscuè & indifferenter utuntur, Wesemb. *cons.303. n. 62. vol. 2.* & vocabulum collectæ etiam de Gabellis & Datiis accipiendum esse, & sic de omni genere Impositionum, tenet Ripa *cons.186.n.6.* Atque inde illum, cui provinciales collectæ, aliaq; Regalia

compe-

competunt, etiam Umbgelt & Tafernengelt/ jure percipere, & facultatem erigendi abrogandiq; tabernas habere, tradunt Besold. *thes. pract. verb.* Umbgelt. ubi apertè scribit: Qui jus collectandi & alia Regalia habet, deme die Land- und Reichs-Steuren / sambt andern Regalien gehören/ derselbe zeucht billichen die Umbgelt oder Tafernengelt ein/ und hat die Macht Tafernen abzuschaffen / oder zu entuhrlauben / Wehner. *verb.* Ungelt. *vers. Alias,* wem die Land. Casp. Klock. *de ærar. lib. 2. c. 59. n. 20.* Quamvis enim Gabellæ in multis à collectis differant, cum hæ principaliter personis pro rebus, illæ rebus imprimis: hæ extraordinariè: illæ ordinariè: hæ civibus & subditis, illæ etiam forensibus imponantur, Klock. *de cont.*
22 *c. 5. n. 155. seq. & 170.* Et quod Umbgelt diversum sit à collectatione, discussum reperitur in causa Teutschenmeister contra Pfaltz/ & rursum consideratum in causa Teutschenmeister contra Brandenburg Mandati der Pfandung / Meischner. *tom. 1. l. 1. decis. 48. n. 7. fol. 855.* Rulant. *decis. jur. controv. quæst. 12.* Hoc tamen de modo impositionis accipiendum esse, putant Henric. Klock. *de vectigal. concl. 12. lit. c.* Casp. Klock. *de contribut. c. 1. n. 310.* Regulariter enim, quando onus reale incumbit, per æs & libram, Losæ. *de jur. univers. part. 3. c. 9. n. 16.* Si verò onus personale, in capita collecta distribuitur, Everhard. *cons. 45. num. 3.* Franc. Marc. *decis. 803. n. 4. part. 1.* Wesemb. *cons. 103. n. 13.* Et instar vectigalium exigere collectam valdè utile esse existimat, Trentacinqui. *var. resol. l. 1. tit. de jur. fisc. resol. 5. n. 5.* modò fraus forensi non fiat, Henr. Klock. *d. concl. 12. lit. c.*

II. Quia Civitates Imperiales habent jus superioritatis territorialis, Regalia, merum mixtumque Imperium & omnimodam jurisdictionem, prout *supra c. 4. 5. & 6.* satis apertè probatum est, & per consequens etiam jus instituendi Gabellas & Accisias obtinebunt. Quia constat ex traditis *supra l. 1. c. 12. n. 67. & seq.* quod jus exigendi vectigalia & Gabellas ad superioritatem territorialem pertineat, & is, qui hanc habet, etiam Gabellas instituere & exigere possit. Et non posse institui hujusmodi Gabellas, nisi ab eo, qui superioritatem territorialem legitimè usurpat, tradunt Argentoratens. *cons. 2. fol. 27. vol. 1.* Wehner. *verb.* Umbgelt. Knich. *de jur. territ. c. 3. n. 331.* Et Gabellarum exactionem ad superioritatem territorialem spe-
23 ctare, constat ex traditis *supra c. 17. n. 10. seq.* Atque ita quoq; jus Gabellarum & Accisiarum, das Umbgelt/ esse de Regalibus, & ei competere, qui Regalia ab Imperatore habet, tradunt Gylman. *symphor. tom. 1. part. 1. tit. 2. vot. 1. num. 100. vers. tales enim. & n. 101. fol. 90. seq.* Mynsing. *de cad. 1. resp. 1. n. 87. seq.* Nolden. *de Stat. nobil. cap. 17. n. 14.* Wehner. & Besold. *d. verb.* Umbgelt. Henr. Klock. *de vectigal. concl. 12. lit. a.* Modest. Pistor. *vol. 2. cons. 9. n. 18* Et quod Gabellæ inter Regalia referantur, id argumento esse, quod videlicet ex natura juris Gabellarum forenses ad solutionem adstringuntur, scribit Bertachin. *de Gabell. part. 7. n. 5. seq.* Capyc. *decis. 148.* Klock. *de*
24 *collect. c. 5. n. 167.* Et quod Gabellæ & Accisiæ ex vi jurisdictionis & authoritate magistratus institui possint, scribunt Petr. Frider. Mindan, *de process. lib. 2. c. 2. n. 16.* Henr. Klock. *de vectigal. concl. 12. lit. a.* Wehner. *verb.* Umbgelt. *& verb. Accise.* ubi dicit, ea tributa, quæ in Civitatibus, pro certis rebus, frumento, aut aliis mercibus inferuntur, privata magistratus authoritate, ex vi jurisdictionis, pro usu Reipublicæ institui posse, & Accisiam de Cerevisia, Bier-Steur/ in recognitionem superioritatis, solvi, & inter fructus jurisdictionis & subjectionis tesseram referri, Knich. *de jur. territ. c. 3. n. 332.* Quia ju- 25
risdictio omnium onerum imponendorum radix & fundamentum dicitur, Ægid. Thomat. *de collect. in princ. n. 7.* Tib. Decian. *cons. 41. n. 41. vol. 2.* Cothman. *resp. 11. num. 43.* omnisque collectarum potestas aliorumque munerum impositio, à jurisdictione dependet, per *l. munus. 214. ff. de V. S.* Gylman. *symph. tom. 1. part. 2. tit. 6. vot. 6. n. 59.* ejusque vigore Gabellæ exiguntur, Franc. Burlat. *cons. 161. n. 38. seq.* quia fructus sunt jurisdictionis, Gylman. *d. tit. 6. vot. 1. n. 2.* Tileman. *decis. Camer. syntag. 2. decis. 1. vot. 5. n. 2.* Klock. *de ærar. l. 2. c. 59. n. 21.* Et Gabellarum exactionem jurisdictionis & Imperii argumentum esse, dicit Schrader. *de feud. part. 10. sect. 5. num. 176.* Cothman. *vol. 3. cons. 47. n. 68.*

Ad hæc III. Civitates Imperiales habere jus & potestatem condendi statuta etiam contra juris communis dispositionem, dictum est *supra cap. 10. n. 33.* cur non ergò quoque pro commoditate, utilitate & necessitate Reipublicæ super Gabellis & Datiis absq; superioris consensu disponere poterunt, Coler. *consil. 42. n. 19. seq.* Cum easdem quoque pretia rebus venalibus constituere posse, dictum sit *infra lib. 5. cap. 21. num. 31.*

IV. Habere quoque solent Civitates tàm 26
Imperiales; quàm quandoque municipales, jus Gabellarum & Accisiarum imponendi, vi conventionis & pacti, cum civibus & subditis initi, per *l. 1. §. vicinitas. ff. ne quid in loc. publ. l. omnes. 12. C. de oper. publ. l. 2. C. de immunit. nem. conced.* Gylman. *symph. tom. 1. part. 1. vot. 1. n. 100.* Ruland. *decis. jur. controv. class. 2. quæst. 12.* Henric. Klock. *de vectigal. concl. 12. lit. b.* Atque ideò tales Gabellas & Accisias ex conventione, cum iis, quibus imponuntur, initâ, rectè imponi posse, tradunt Decian. *cons. 41. n. 3. & num. 89. seq. vol. 2.* Sixtin. *de regal. l. 2. c. 14. n. 28.* Matth. Stephan. *de jurisdict. l. 2. part. 2. c. 3. n. 40.* ubi quidem non omnes subditi & cives citandi veniunt, sed majoris partis consensus sufficit, Henric. Klock. *de vectigal. concl. 11. lit. e. & concl. 13. per tot.* Confer *supra c. 17. n. 64. & seq.*

Adquirunt quoque V. & obtinent Civita- 27
tes Imperiales jus exigendi & instituendi Gabellas jure præscriptionis & temporis immemorialis, Decian. *cons. 41. n. 110. vol. 2.* Wesembec. *cons. 45. n. 22. vers. quibus sane modis.* Et hoc jure indubitatum esse testatur Decian. *d. l. n. 3. §. de quarto.* & ad hoc tempore immemoriali opus esse, tradit Rosenthal. *de feud. cap. 5. conclus. 83. num. 6.*

Idem est VI. quoad consuetudinem, Six- 28
tin. *de regal. d. cap. 14. num. 32. vers. de præscriptione.* Rosenthal. *de feud. cap. 5. concl. 82. per tot.*

Wesembec. *cons. 27. n. 26. vers. nisi ex speciali consuetudine.* Maranta. *cons. 28. n. 3.* Idque *arg. l. munus proprie. 214. ff. de V. S. l. 1. §. 1. ibi ex consuetudine longa. l. ult. §. penult. ibi: & lege Civitatis. ff. de muner. & honor. c. super quibusdam. 26. §. praeterea. vers. vel ex antiqua consuetudine. X. de V. S.* Ex quo etiam, si civitas superiorem recognoscens jus hoc Gabellarum, vel privilegio, vel antiqua consuetudine, vel praescriptione adquisiverit, exactionem earum non reprobari, tradunt Rol. à Valle *cons. 42. n. 22. seq. lib. 3.* Joseph. Ludovic. *concl. 15. illat. 38. seq.* Argentorat. *consil. 2. n. 2.* Klock. *de contribut. c. 5. n. 181.*

29 Denique VII. hanc sententiam confirmat Capitulatio Regis Ferdinandi IV. *de 29. Maj, anno 1653.* Als auch vielfältig klagt wird/ *20.* ubi quidem ejusmodi gabellae & accisiae in genere improbantur & abolentur, sed Civitatibus easdem civibus suis imponere permittitur, ibi: Doch den unmittelbaren Reichs-Stätten auf ihre angehörige Burgerschafften/ wegen der consumptionen ichtwas Beruhigung / Schaden oder Nachtheil der Frembden zu schlagen ohnbenommen / auch ohne praejudiz dessen/so sie vor den Kriegs-Jahren in rechtmässiger Ubung und Herbringen gewesen. *add. Capitul. Leopoldi art. 22.* Atque ex his omnibus, & praesertim vi jurisdictionis & superioritatis territorialis permissum esse etiam Imperii Statibus, pro usu Reipubl. exigere vectigalia vini, cerevisiae, aliquid carnibus imponere, instituere tabernas publicas, das Ohmegelt/ Zapffengelt/ Taverngelt/einzuziehen/zu erhöhen/ etwas aufs Fleisch zuschlagen / Accis anzulegen / nominatim tradunt, praeter hactenus relatos, Knichen. Mindan. Wehner. Ruland. Dn. Nicol. Myler. *in dissert. inaugur. de Statib. Imper. conclus. 71.* Addition Uran. *cons. 21. n. 6. lit. L. vol. 2.* Gyland. *de-*
30 *cis. 37. n. 33. lib. 1.* modò hoc fiat, juxta consuetudinem cujusque Regionis, Gyland. *decis. 20. n. 27.* & cum consensu subditorum ac civium, ex justa & urgente causa, Maul. *de homag. tit. 9. n. 124. & seq.* Cum in vectigalibus & Gabellis novitates non facilè sint introducendae, *l. vectigalia. & ibi* Salicet. *C. nov. vectigal.* Bertachin. *de gabell. quaest. 3. & 4.* Argentoratens. *vol. 1. cons. 2. num. 24.*

31 Et hoc jus competere quoque Nobilibus Imperio immediatè subjectis in pagis suis, testatur Nolden. *de stat. nobil. c. 17. num. 113.* Besold. *verb.* Umbgelt *vers. datia.* Idque notatum in causa Erfurth contra Episcopum Moguntinum, refert Rulant. *decis. jur. controv. quaest. 12.* Quod etiam praxis Sueviae satis apertè testatur, ubi Nobiles in pagis suis hoc jus passim exercere videmus. De Civitatibus Imperialibus, quod hujusmodi Gabellas, etiam absque Imperatoris consensu, instituere possint, experientia testatur, ubi nullam fere conspicimus, quae Gabellas hujusmodi non instituat & exerceat.

Hanc Sententiam non enervant rationes in contrarium adductae. Primam enim quod attinet, ex praecedentibus constat, Gabellas hasce à vectigalibus, in specie ita dictis, differre, & rectius cum collectis earumque jure comparari, quia vectigalia aequè, & ut plurimum, principaliter forensibus & extraneis, ac ipsis civibus & subditis imponuntur, ac propterea etiam absque Imperatoris & Electorum consensu institui nova vectigalia non possunt, ex defectu jurisdictionis, in forenses non competentis, quod secus est, quoad Gabellas & Accisias, quae principaliter tantùm civibus & subditis injunguntur.

Ex quo etiam 2. ratio facilè diluitur, cum enim Gabellae & Accisiae clericis & forensibus principaliter non imponantur, sed civibus & subditis tantùm, & in consequentiam ex accidenti duntaxat clericos & forenses concernant, ideò id ipsum attendendum non erit. Sunt enim Gabellae hujusmodi onera consecutiva contractus, Dec. *cons. 457.* Mastril. *decis. 87. n. 14.* Caevall. *commun. opin. quaest. 733.* de quibus idem judicatur, quod de ipso contractu, *l. si quis haeres. 35. ff. de adquir. hared.* Et aliàs quoque expeditum sit, quemlibet ratione contractus forum sortiri, & consuetudinibus loci obligari, *l. fundus. 6. ff. de evict.* Bart. *in l. de quibus. n. 27. ff. de legib.* Capyc. *decis. 148. n. 7.* Gabriel. *commun. concl. lib. 6. tit. de consuet. concl. 2. num. 4.* 33
Consequens est, quod etiam ipsi forenses & extranei ad hujusmodi Gabellas teneantur, Henr. Klock. *de vectig. concl. 11. per tot.* Gylman. *symphor. tom. 1. tit. 2. vot. 1. n. 100. vers. ubi licet fol. 90. & seq.* Et quod hoc casu forenses gravantur, id fit ex accidenti, cum Gabella haec contractibus principaliter imponatur, & forenses voluntariè ibi contrahant, sufficit igitur, quod ejus principalis actus respectu subjecti sint, ut teneantur ad id, quod in consequentiam venit, Gylman. *d. l. vers. ubi licet statui. fol. 91. in princ.* Unde quoque statutum, quod per accidens etiam clericis nocet, si principaliter in eorum odium non sit latum, sustineri concludunt Ruin. *cons. 111. n. 15. lib. 5.* Natta *cons. 500. n. 6.* Albert. *de statut. part. 2. col. 2. quaest. 2.* 34

Quibus etiam accedit, quod illud, quod pro Gabella plus solvitur, nihil aliud esse videatur, quàm pars pretii, vel pretium paulò auctius, Castrens. *consil. 423. part. 2.* Gylman. *d. n. 100. vers. Qua communitas, fol. 91.* magistratus autem, etiam municipalis, rebus venalibus praetium constituere possit, *l. 1. §. cura carnis. ff. de offic. praef. urb.* 35

Quamvis igitur Civitates & universitates non possint indicere Gabellas, quae etiam principaliter exigantur à clericis, forensibus & extraneis, quod si tamen civib⁹ suis easdem ita imponant, ut pro vino, frumento, carne, piscibus & aliis, quae venduntur, certum quid à civibus & incolis pro usu universitatis solvatur, & ob id subditi carius vendant, licet per consequentiam ista impositio & ordinatio forenses & clericos, qui pluris emere coguntur, etiam gravet, ob id tamen ordinatio ista à forensibus & clericis non poterit impugnari, quia statutum, quod non sit principaliter in praejudicium alterius, impugnari nequit, 36
Riminald. *cons. 181. num. 33. lib. 3.* Thom. Maul. *de homag. tit. 9. num. 11.* ubi addit, quod semper inspiciendum sit, quod principaliter agitur, & nulla habeatur ratio, seu consideratio eorum, quae secundariò & in consequentiam fiant, *l. cum*

l. cum quid l. si quis causam. ff. si cert. petat. l. 1. in princ. ff. de auct. tut. Et ideò licet extraneis & Clericis vinum, cerevisia, frumentum, caro, & aliæ res carius sint emendæ, & pactiones in præjudicium tertii non valeant, *l. si unus. §. ante omnia. ff. de pact. l. sicut. §. Aristo ff. si servit. vindic.* Quia tamen universitas hic jure suo utitur, & cuilibet venditori permissum sit, tanti vendere, quanti emptorem invenire potest, *l. in causa. §. pen. ff. de minor.* Clericis & forensibus ratione sui interesse nulla competit actio, Ferrar. Montan. *vol. 1. Marp. cons. 1. n. 11. & 12.* Maul. *d. n. 11.*

Ad 3. respondetur, jura ibidem adducta de vectigalibus in specie ita dictis loqui, & hodiernis moribus per generalem consuetudinem non observari, quam contrariam consuetudinem non esse iniquam vel irrationabilem, sed validam tradit Henr. Klock. *de vectigal. conclus. 59. per tot.*

Quod 4. pauperes æquè, ac ipsi divites hanc Gabellam exsolvere tenentur, id non principaliter, sed ex accidenti per indirectum fit, & ideò non attendendum, ut jam dictum est, nec adeò iniquum dicendum erit, cum etiam in Veteri Testamento Deo Optimo Maximo iniquū visum non fuerit, ut tenuissimus quisq; ex fructibus agelli in proprium usum satis, decimam solveret, Molina. *de just. & jur. disput. de tribut. 669. n. 2.* Neque etiam iniquum judicant leges, mercatori pauperi, & diviti idem vectigal indicere, cum tamen hic lucri & quæstus; ille sustentandæ vitæ ergò negocietur: Quid igitur vetat rebus victui paratis vectigal imponere, Suaretz. *de legib. lib. 5. cap. 19. n. 7. in fin.* Henric. Klock. *d. conclus. 59.* Ad hæc servatur æqualitas, quantum servari potest, quia licet pauperes cogantur emere, plura tamen emunt divites & Nobiles una die, propter majorem familiam & lautiorem victum, quàm pauperes uno mense, Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 78. n. 19.* ubi plures vide responsiones.

Quamvis etiam, quoad 5: Gabellæ respectu civium & subditorum, præsertim verò clericorum & forensium, qui easdem solvere tenentur, videantur esse odiosæ & strictè interpretandæ, cum tamen non ideò imponantur, ut cives & forenses iisdem graventur, sed ut Reipublicæ inserviatur, ejusque onera supportentur, hocque intuitu magis favorabiles sint, magisque Reipublicæ utilitas & favor, quàm privatorum commodum sit attendendum, ideò propter prætensum hoc odium & incommodum non erunt exterminandæ, cum & aliàs etiam vectigalia in specie ita dicta aliaque tributa, quæ etiam subditorum & forensium respectu odiosa, permittenda non forent, quæ tamen de jure quoq; divino licita & approbata sunt, *Matthæ. 22. v. 18. & seq.* Cum igitur impositiones hujusmodi principaliter in favorem & utilitatem Reipublicæ fiant, & secundariò civium & forensium incōmodum & odium concernant, ideoque favorabiles quoque dici

38 possunt, *l. qui exceptionem. in princ. & ibi* Bart. *n. 2. ff. de condict. indebit.* si quidem principalis intentio magis attenditur Tusch *lit. S. concl. 659. n. 9.* Et à potiori fit denominatio, *l. quæritur. ff. de stat. hom.*

Ad 6. respondetur, commercia quidem omnibus modis promovenda, & non impedienda, sed interim Reipublicæ commodum & utilitatem non negligendam, sed omnibus aliis rebus & lucris privatis, tanquam supremam legem præferendam esse.

Quod 7. loco adductum fuit, de Civitatibus municipalibus intelligendum venit, de quibus Klock. allegato loco nominatim loquitur. Et cum in Civitatibus Imperialibus ipsi quoque Consules & Senatores ad Gabellas hujusmodi teneantur, & omnia maturo consilio, & plerumque cum civium consensu & approbatione fiant, immodicæ ejusmodi exactiones non facilè sunt præsumendæ.

Ad 8. respondetur, me quidem latere, an, qua de causa, & quatenus allegatæ Civitates & Nobiles Gabellarum institutionem ab Imperatore petierint & impetraverint, & licet id petierint, indè tamen necessariò quoque ab aliis fieri oportere, concludendum non esse, cum etiam id, quod de jure licet, peti, vel confirmari soleat. Ita enim res, quæ proprii usus causā vehuntur, licet de jure communi immunes & exemptæ sint à vectigalibus, nihilominus tamen hoc nomine Nobiles immediati Sueviæ privilegium ab Imperatore petierunt & obtinuerunt.

Authores in contrarium allegati, uti & ipse Klockius, nominatim loquuntur de civitatib⁹ provincialibus, sive municipalibus, quas, cum Regalibus, superioritate territoriali, & omnimoda jurisdictione destituantur, Gabellas hasce absq; superioris consensu, instituere non posse, facilè largior, nisi consuetudine, præscriptione vel speciali privilegio jus hoc obtineant. Et loquuntur præterea allegati Authores de eo casu, ubi Gabellæ principaliter quoq; in præjudicium forensium & extraneorum imponuntur, secus verò si accidenti id fiat, sicuti ex ipsis allegatis Cylmanno & Maulio constat. Quod autem Klockius de Principibus aliisque Statibus Imperii & Civitatibus imperialibus addit, fundamento caret, & per ipsam experientiam & praxin quotidianam refellitur, qua videmus omnes omnino ferè Principes & Imperii ordines, ipsasque civitates Imperiales indies ferè novas Gabellas & Accisias imponere, nec ullā Imperatoris specialem concessionem hoc nomine obtinere, sed vi Regalium, superioritatis territorialis, & omnimodæ jurisdictionis hoc agere.

Gabellæ & impositiones aliæ sunt ordinariæ, quæ certa lege indictæ & fundatæ sunt, Ordinar-Impost, welche ihren steten und gewissen Lauff haben; Aliæ extraordinariæ, quæ extra ordinem, necessitate urgente imponuntur & ad tempus tolerantur. Cum enim interdum causæ & necessitates publicæ incidant, quæ longè majores desiderant expensas, optimo consilio prudentum & bono publico Principes, Nobiles & Respublicæ sibi reservarunt extraordinarias impositiones, cujus rei exempla etiam in sacris passim sunt obvia, *1. Reg. 9. 2. Reg. 12. 2. Chronic. 24. Luc. 2. Matth. 7.* Cujusmodi tamen extraordinariæ impositiones in ordinarias sæpissimè dege- 39

degenerare solent, Parlador. *lib. 1. cap. 3. n. 19.* Wa-
40 rem. ab Erenb. *de subsid. cap. 8. n. 12.* Atque ideò consultius erit, si Respubl. quantum fieri potest, ordinariis fundetur & conservetur, Bornit. *de ærar. lib. 6. cap. 1.*

41 Deinde Gabellæ & Accisiæ aliæ sunt justæ & licitæ, aliæ injustæ & illicitæ. Justæ & licitæ sunt, qui ex justa proficiscuntur causa, vel justo modo ex æquo & bono, pro ratione causarum, personarum, aliarumq; circumstantiarum, imponuntur. Quales sunt I. quæ imponuntur illis rebus, quæ ad corrumpendos civium mores, quæ ad delicias, luxum & libidinem spectant, Besold. *de ærar. cap. 4. n. 15. fol. 104. seq.* Warem. ab Erenberg. *de subsid. cap. 5. num. 60.* Parthen. *litig. lib. 12. cap. 1. n. 15.* Henr. Klock. *de vectigal. conclus. 4. in fin.* Caspar. Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 66. n. 10. seq.* Carpzov. *de leg. Reg. German. cap. 8. sect. 3. n. 2. seq.* Bodin. *de Republ. lib. 6. cap. 2.* ubi ita eleganter scribit: Quod si quis est, qui scire de me velit, quodnam genus vectigalium immortali Deo gratissimum, Civitatibus pulcherrimum, Principibus honestissimum, plebi utilissimum videatur, illud est, quod iis rebus imponitur, quæ ad corrumpendos civium mores, quæ ad delicias, quæ ad luxum, quæ ad libidinem spectant. Quod non minus eleganter exprimit Mariana *de Reg. institut. libr. 3. cap. 7.* ubi ait: Et alia excogitari ratio potest ad sublevandam inopiam Provincialium. Merces, quibus ad vitam sustentandam populus opus habet, modico vectigali imposito vendantur; quod ex iis rebus detractum fuerit, ex curiosis mercibus suppleatur, sine quibus humana vita traducitur, & quæ potius ad emollienda corpora, debilitandosque animos magnam vim habent. Sic enim & inopibus consuletur, quorũ numerus est magnus & luxui hominum potentium modus erit. Quod si noluerint sanari, & eorum amentia fructum aliquem ad Rempubl. redire erit æquum.

42 Atq; ita præ aliis II justæ & licitæ sunt Gabellæ, quæ pro cohibendo luxu in vestibus pretiosis imponuntur, quales Hollandi anno 1596. introduxerunt, & quarum emolumenta quotannis ducenta florenorum millia æquarunt, in omnes, qui serica veste, vel argento, auroq; prætexta uterentur, super ea, quæ in talibus vendebant venditores, Everh. Reidan. *annal. l. 13. fol. 13. fol. 334.* Et in Belgio receptum esse, daß niemand gulden Stuck/ Posament/ Perlen/ und dergleichen trage/ wo er nicht Accis davon gegeben/ testatur Bornit. *de ærar. lib. 4. cap. 2.* Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 66. num. 15.* ubi *num. 5.* scribit, quod in cæteris rebus, quæ minus nocere possunt pauperibus, id est, non ex iis, quæ ad victum quotidianum & facilem pertinent, sed quæ serviunt voluptati, deliciis, splendori & magnificentiæ, ut sunt horti, porticus, xysti, pocula aurea & argentea, byssus, serica, holoserica, purpura, aromata, unguenta, pigmenta, odores, & delibutiones, Tabaca vel Nicotianus fumus, gemmæ, vestes splendidæ, pretiosissimi panni adquisitio, Nobilitatis & ejusmodi, quæ titulo lucrativo adquiruntur, auctio vectigalis licentius permissa est. Nam hîc incommodum sentient ii tantum, quorum fortunæ ferre possunt, ne ob hanc jacturam ad inopiam redigerentur, sed fortasse redderentur frugaliores, ut pecuniæ jactura morum bono sarciatur. Confer Carpzov. *d. sect. 3 n. 3. & seq. & n. 19.* ubi nullum ad compescendum in vestitu nimium luxum accommodatius remedium, quàm hoc vectigalium genus esse censet in iis imponendum, qui varia & inumerabilia vestium ornamenta ab exteris locis advehunt. Unde quoq; de Julio Cæsare, quod mercium peregrinarum portorium, tanquam minus odiosum, instituerit, scribit Sueton. *c. 43.* Et leges quoq; nostræ, aromata, & id genus alias merces, vix usui humano necessarias vectigales esse jubent, *l. fin. §. species 7 ff. de publican. & vect.*

Idem est III. quoad Gabellas, quæ ad scelera coërcenda imperantur, utpote quæ justissimæ, utilissimæ & sanctissimæ esse censentur, & ita optimo jure sanciuntur, in ebrios, & ebriosis vinum & cerevisiam vendentes, Waremund. ab Erenberg. *de subsid. cap. 4. num. 43.* de quibus *supra cap. 16. num. 75. & seq.* Nec non in eos, qui præter dignitatis & ordinis statum, sibi quicquam arrogaverint, ad superbiam & fastum demonstrandum, Besold. *de ærar. cap. 4. num. 15. in fin.* Uti & gabellæ & tributa, quæ imponuntur splendidis conviviis, nec non aleæ, chartis lusoriis, illicitisque ludis, scortationibus, lascivis choreis, de quibus Bornit. *de ærar. libr. 4. cap. 6.* Besold. *d. numer. 15.* 43

Injustæ & illicitæ Gabellæ & Accisiæ sunt, 44
quæ ex turpi & illicita causa, modoque injusto & iniquo exiguntur, quales sunt, quæ ex quæstu meretricum solvuntur, Huren-Zoll/ Huren-Tribut/ Milch-Zinß/ quale tributum fuit olim sub Imperatore Severo, Arnold. Clapmar. *de arcan. rerumpubl. libr. 4. cap. 19.* Tholosan. *de republ. lib. 3. cap. 6.* Et sub Caligula, Sueton. *in ejus vita, cap. 40.* ut scilicet quantum una quæque non concubitu lucraretur, solveret, Bulenger, *de vectigal. cap. 34.* Besold. *de ærar. cap. 4. num. 17.* Quod hodie in tota ferè Italia, præsertim Romæ, frequentari, ibique sanctissimum Patrem ex turpissimo quolibet scorto vectigal quotannis colligere, scribit post Bodin. *de republ. lib. 6. cap. 2.* Warem. ab Erenberg. *de subsid. cap. 4. num. 37.* Lather. *de censu libr. 1. c. 5. num. 11. seq.* quod annuatim ultra triginta millia coronatorum excurrere, scribit ex Dn. Gerhard. *in loc. de Eccles. fol. 1198.* & Meisner. *in Consultat. de fide Luther. capess. advers. Lessium, fol. 144.* Bened. Carpzov. *de leg. Reg. Germ. cap. 8. sect. 2. num. 6.* Klock. *de contribut. cap. 1. num. 142.* Cujusmodi quæstum ex lupanaribus non esse permittendum, tradit Caspar. Klock. *de ærar. libr. 2. cap. 146. num. 6. seq.* Johan. Kitzel. *in synops. matrim. cap. 9. theor. 2.* Schönborn. *lib. 3. polit. cap. 13.*

II. Quæ mendicis imponuntur, Bettler-Zinß/ 45
Bettler-Zoll/ quale instituisse scribitur Vespasianus, Xiliphon. *lib. 66. ex Dion.*

III. Quæ pro naturæ vitiis injunguntur, ita 46
enim Gilbertus Cognatus *lib. 1. narrat.* scribit, conduxisse quendam portoriũ ad amnem,

qua

qua pons transitum præbeat, hac conditione, ut illac iter facientes singuli de singulis vitiis persolverent nummum. Advenit quidam scabiosus, & maculosa facie, ab illo petitur portorium unius nummi, ut erat constitutum, qui cum recusasset pendere, accurrit petitor, & pignoris loco detrahit viatori pileum, atque ibi apparet in calvitie alterum vitium Alopeciæ, ergò duos jam inquit, nummos solves: mini mè inquit viator, cumque prosterneretur à validiore altero, tecta veste conspicitur etiam hernia, tres igitur, inquit portitor, jam nummos peto, quos ille, qui unicum initio recusabat, tum numerare coactus fuit, referente Gothofr. Engelhard. *de vectigal. concl. 6. lit. S.*

47 IV. Tributum Judæorum & fœneratorum, quod ob fœnerandi licentiam persolvunt, *Bornit. de ærar. lib. 8. cap. 1.* Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 146. num. 30.* confer *supra cap. 16. num. 100. & 118.*

48 V. Vectigal urinarium à Vespasiano excogitatum, Bulenger. *de vectigal. cap. 26* Besold. *de ærar. cap. 4. n. 17.* Cum enim Romæ magna multitudo hominum versaretur, nec in via mingere liceret, erant in angiportibus, qui matulas ad mingendum, ære accepto, præberent. His Vespasianus vectigal imposuit, super quo cum à filio Tito reprehenderetur, pecuniam ex prima pensione admovit ad nares, sciscitans num ab odore offenderetur, at illo negante, inquit, ex lotio est, Dion *in Vespasian* Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 147. num. 6.* Carpzov. *de capitul. cap. 8. sect. 2. num. 4.*

49 VI. Imò eo usque Regum & Imperatorum nonnullorum acerbitas processit, ut pro fumo, aëre, nive & umbra arborum quarundam tributum exegerint, de quibus vide Plin. *lib. 12. histor. natural. cap. 1.* Pancirol. *thes. var. resol. lib. 3. cap. 31.* Bulenger. *de vectigal. cap. 17.* Parlador. *lib. 1. cap. 3. §. 2. n. 14.* Clapmar. *de arcan. rerum-publ. lib. 5. cap. 14.* Heig. *part. 2. quæst. 4. num. 155.* Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 147. n. 7 seq.* cujus rationem tradit Warem. ab Erenberg. *de subsid. regn. cap. 4. num. 50.* quod Romani voluptatem & amœnitatem rerum libenter emerint, & in iis usumfructum constituerint, *arg. l. numisma-tum. 28. l. statua. 41. ff. de usufruct.* Bornit. *de ærar. lib. 8. cap. 2.*

50 VII. Gabellæ & tributa, quæ pro mortuis exiguntur, sicuti Hippias Atheniensis Sacerdoti Minervæ, quæ in arce consecrata erat, præcepit, de uno quoque mortuo afferri hordei sextarios duos, ac tantundem ab iis, qui sobo le essent aucti, Aristotel *œconom. 2.* Unde Bondica Britanna apud Xiphilinum conqueritur, apud Romanos mori non licere, sine tributo, Bulenger. *de vectigal. cap. 3.* confer Lather. *de cens. lib. 1. cap. 5. n. 7.* De sepultura mortuorum, vide *infra lib. 5. cap. 20.*

51 VIII Idem judicium est de exactionibus, quæ ratione matrimonii, dotis, vel liberorum procreatorum imponuntur qualis est illa Galliæ cujusdam Episcopi, qui aliquot millia aureorum colligebat quotannis ab illis, qui uxoribus ductis, biduo aut triduo, post benedictionem nuptialem, à nova costa abstinere nollent, juxta *can. non aliter. caus. 30. quæst. 5.* Bocer. *decis. 363.* Eodemq; modo Coloniæ Agrippinæ in odium Lutheranorum & Calvinianorum, edicto publico ante aliquot annos inductum esse, ut novelli conjuges nuptias celebrantes absq; benedictione, & ceremoniis Pontificiis, magistratui oppidano centum aureos Rhenanos persolverent, totidemque parentes, quibus filius filiave nascitur, neque Catholico ritu initiarentur sive baptizarentur, penderent, Klock. *d. cap. 146. n. 33.*

IX. Intolerabile quoque videtur esse tributum ex bonis pupillorum, quod in Anglia pro regali habetur, quo Rex reditus omnes ex pupillorum bonis percipit, Tholosan. *de republ. lib. 3. cap. 2. n. 6. & ult.* Besold. *de ærar. cap. 4. n. 17.* de quo *supra cap. 16. n. 110. & seq.* 52

X. Quale etiam fuit triste illud Chrysargyrum à Vespasiano institutum, Bulenger. *de vectigal. cap. 26. ad fin.* cujus pensio talis fuit, ut quisque mendicus, aut pauper, meretrix, sive jam emerita, omnis servus, itemq; libertus inferrent in ærariū, pro urina & stercore, jumentorum etiam ac canum, sive in agris, sive in oppidis habitarent; & homines quidem utriusq; sexus, numisma argenteum, equus, mulus, bos tantundem, asinus & canis folles sex, Besold. *de ærar. d. c. 4. n. 27.* Cui non absimile fuit vectigal illud Margarethæ, Daniæ & Norwegiæ Reginæ, quæ à Suecis, victo Alberto, in Regnum assumpta, Sueones & Gothos gravissimis exhausit tributis, ita ut certam pecuniæ summam pro qualibet cauda jumentorum exigeret, florenum pro foco quolibet, marcam unam Stocholmiensem à quolibet cōjugio, præter alia gravissima tributa, quæ singulis septimanis & mensibus extorquebantur, ex Johan. Magno. *lib. 21. cap. 19.* Besold. *d. cap 4. n. 17.* Tholos. *de republ. lib. 3. cap. 4. in fin.* Klock. *de ærar. d. cap. 146. n 32.* Carpzov. *de Capitul. cap. 6. sect. 2. n. 22.* 53

XI. Injustum quoque est illud Regis Hispaniarum vectigal, quod à Piratis, & ab iis accipit, quibus licentia per mare Hispanicum novumq; mundum prædandi conceditur. Quod etiam Reges Thunenses consueverunt, & hodie Rex Algirensis, qui piratis receptum ad se concedit hac conditione, ut mancipia & prædam secum partiantur, Warem. ab Erenb *de subsid. cap. 5. n. 10. & 11.* 54

XII. Decima rerum venalium, quam Dux Albanus Belgis imperavit, quo tributo nihil gravius esse posse, dicit. Bodin. *de republ. lib. 6. cap. 2.* Meteran. *lib. 4. histor. Belg. in pr.* cum una eademque res brevi intervallo decies ac pluries vendi possit, Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 147. n. 1.* 55

Verum ab his & similibus exactionibus dehortari videtur Christus *Matth. 23. v. 23.* his verbis: Væ vobis scribæ & Pharisæi hypocrytæ, qui decimatis mentam & anethum & cycinum & reliquistis, quæ graviora sunt legis, judicium, & misericordiam, & fidem. Caveant ergò Principes, aliiq; pii magistratus, ne lucrū ex omni causa adorentur, & dignitatem suam sordidorum Vectigalium & Gabellarum turpitudine fœdent, augustumque suum nomen 56

& mu-

& munus prostituant. Qua non solum injuriam inferunt privatis, verum etiam in jus Divinum & humanum impingentes, vindictam Dei & hominum sibi accelerant. Videmus enim multos Principes pecuniis acerbè conquirendis, plus invidiæ, quàm virium sibi addidisse & collegisse, Tacit. *histor. lib. 3.* & plebem pacem exuisse Principum magis avaritiâ, quàm obsequii impatientiâ, idem Tacit. *annal. 4.* Atq; hujusmodi lanam detonsam plerumq; malè cessisse Principibus, experientia testatur. Ita enim à Roboamo Rege Israëlitarum decem tribus ob tributorum gravitatem desciverunt, *2. Paralip. 10.* Et Gallis Carolo IV. imperante, Parisiani vectigalium onere nimium pressi, abolitionem eorundem seditiosè efflagitando, ædes publicanorum perfregerunt, cæsisq; regiis ministris libros rationum discerpserunt, Boër. *de seditios. §. 1. n. 10.* confer *supra cap. 16. n. 114.*

57 Et notandum hic venit, quod earum rerum, quibus subditi carere non possunt, evectiones levandæ, rerum verò, quibus exteri indigent, onerandæ potius sint. Unde etiam Turcarum Imperator ab exteris rerum exportandarum decimas, à subditis verò vigesimas exigit, Besold. *de ærar. c. 14. n. 14.* Atq; indè non immeritò Galliæ morem, quo minimum quiddam, vel penè nihil peregrinis, pro vectigali, subditis verò gravissimum imperatur, improbat Bodin. *de republ. lib. 6. c. 2.* Atque hinc in augendis & imponendis Gabellis cautiones aliquot adhibendas monet Casp. Klock. *de ærar. c. 2. lib. 64. seq.* Veluti 1. nec vectigalia & tributa nimis sint grandia, sed modica, pro rerũ angustia, Klock. *d. c. 64. n. 2. seq.* 2. Ut auctio ordinariorum redituum magis publica, quam privatorum bona afficiat, Klock. *d. l. c. 65* 3 Ne augeantur tributa earum rerum, quæ ad vitam commodius, honestiusque degendam asportantur, veluti frumenti, panis, cerevisiæ, lignorum, carbonum, agrorum, hortorum, equorum, vaccarum, oviũ & cæterorum, nec non rerum, quibus pauperes necessariò vitam sustinent & carere nequeunt, Klock. *d. l c. 66. n. 1. seq.* Lather. *de censib. lib. 2. c. 2. n. 4. seq.* & ne pauperes præ divitibus magis onerentur, Klock. *d. lib. 2. c. 55. per tot.* Lather. *d. c. 2. n. 6 seq.* 4. Ut auctio consuetorum redituum potius in extraneorum & forensium, quàm subditorum gravamen redundet, Klock *d. l. cap. 67.* 5. Ut augeantur portoria earum rerum, quæ evehuntur, & quibus exteri carere nequeunt, leventur verò & minuantur rerum invectarũ, quibus cives & subditi commodè carere non possunt, ut peregrini mercatores ad eas res majore copia advehendas alliciantur, Bodin. *de republ. libr. 6. cap. 2.* Klock. *d. c. 67. num. 2.* 6. Ut ab informi & rudi materia, quæ à peregrinis ad nos vehitur, portorium amoveatur vel minuatur, Klock. *d. l. cap. 68.*

58 Solvuntur Gabellæ imprimis 1. de vino & cerevisia vendita, quod vectigal vinarium dicitur, & cauponibus imperatur, Bodin. *de republ. lib. 6. c. 2.* Argentoratens. *tom. 1. cons. 10. n. 27.* ubi ita scribunt: Ebenmässig verhält es sich mit dem Umbgelt/ so auff den Wein/ so in Herbergen/ durch die Würth/ oder sonsten auff die Gassen verschencket/ geschlagen wird/ davon Bodinus schreibet/ daß König Chilpericus in Franckreich der erste gewesen / so den dritten Theil der Geistlichkeit Einkommens für ein Jahr/ und dann den achten Theil deß Weins / so ein jeder durchauß in seinen Gütern erzeuget / eingefordert / dannenhero der Weinzoll oder Ungelt noch auff die Stunde seinen Ursprung hat / das ist nun an einem Orth geringer und leidenlicher / als am andern / ja nachdem es die Nothturfft erheischet/&c. Cujus generis est octava vini Parisiis heminatim venditi, vicesima ejus, quod cupatim, culeatimque vænit; & eorum, quæ à solidariis mercatoribus venduntur, quos vocant grossarios, quæve à minutariis, seu propolis, qui sua non vendunt, sed à negociatoribus empta pluris quàm emerint, distrahunt, Petr Gregor. Tholos. *de republ. lib. 3. syntag. cap. 6. n. 1.*

Vari & diversimodè hoc vectigal, das Umbgelt/ sive Accis/ præstatur, 59 alibi enim decima, alibi undecima, duodecima & decima tertia pars sive mensura, quæ à cauponibus venditur, exigitur, wird die zehende/ eylffte/ zwölffte oder dreyzehende Maaß dessen/ so außgeschencket/ oder von den Würthen verspeiset/entrichtet. Alibi verò, veluti Ulmæ, Augustæ, Norimbergæ, &c. solvitur quoq; Accisia de vino & cerevisia, quæ in ædibus civium absumuntur, & quidem alicubi tertia pars, Besold *thes. pract. verb* Umbgelt. Speidel *in notabil. verb.* Umbgelt. Viennæ ex vino, quod minutim venditur, decimum denarium Principi cedere, refert Æn. Sylvius *in descript. Viennæ.*

Ne autem vini venditores & hospites nimium 60 graventur in vectigali vinario exsolvendo, mensura diminui solet, sicuti in Ducatus Würtembergici ordinatione provinciali provisum est, in Fürstl. Würtemberg. Lands-Ordnung/ *tit.* von der Eich/ *72. fol. 151.* ibi: Doch soll die Schenckmaß ringer seyn/ also daß eylff Schenckmaß gerad zehen Maß lauter Eich/ oder ein Imi der lautern Eich thun sollen / damit so er vom außgeschenckten Wein das Ungelt zu reichen schuldig ist / dasselbig erholen und erstatten mög/ und soll also auch ein Aymer halten/ ein hundert / sechtzig Eichmaß/ und ein hundert siebentzig sechs Schenckmaß.

Quorsum etiam pertinet id, quod vulgò 61 Bodenschatz dicitur, wann ein Wein vom frembden Orth hergeführt/ abgeladen und eingelegt wird / daß derselbe durch die geschworne Visirer und Schätzer angeschlagen / visirt und geschätzet wird / wie viel es Aymer seyen / und muß alsdann pro consuetudine loci, von jeglichem Fuder Weins ein Gulden/ ut Halæ Suevorum, vel aliud quippiam gegeben werwerden/ quæ pecunia Bodenschatz vocatur, ohne deren Abrichtung kein Wein impunè eingeleget werden mag/ Wehner. *verb.* Bodenschatz.

Nonnullis quoque in locis præsertim verò 62 illis, ubi vini copia habetur, post festum Martini usque ad vindemias, vinum alienum in civitates non admittitur, nisi cum consensu magistratus certoq; vectigali soluto. Cives quoq; vina sua in civitate per mensuras, vel etiam per amphoras extra civitatem vendentes Accisias persolvere tenentur, die Burger in Stätten und auff dem Land / musten von dem jenigen Wein / so sie außschencken / das gewohnliche Umbgelt / etwan

auch

auch die sechste Maß und das Geld darfür / und was sie auff den Wagen verkauffen / von einem jedwedern Aymer ein gewisses bezahlen / dahingegen die Schenckmaß desto kleiner.

63 Hoc autem Accisiæ onus vinis medicatis, Malvatico, welchen die Apothecker mehrentheils für die Krancken brauchen / non incumbere, scribit Besold. *d. verb.* Umbgelt. confer Argentoratens. 64 *cons. 10. n. 27.* Secus est, quoad vinum adustum, cui licitè gabella imponitur, de quo conquiritur Casp. Klock. *de ærar. lib. 2. c. 15. n. 3.* quod hoc olim vice medicamenti sumptum, hodie ingurgitatio apud Germanos frequens & optandum sit, ut abusus iste in Republica cohibeatur, quippe quod multa millia modiorum siliginis & tritici, quæ ad usum panis & cerevisiæ prodessent, insumuntur & prodiguntur, hoc potu, quo & multi inebriati repentina morte & somno sepulti interierunt. Sed malitia tanta est, ut nec periculum mortis, vel inferni, quem deterreat, & compendium publicum, quod magistratus inde capit, pro licentia vendendi concessa, nec non privatus quæstus omnem politiam confundit, Bornitan. *de rer. sufficient. lib. 2. cap. 17.*

Quæ de vino dicta, eadem quoque in cerevisia obtinent, & quibusdam in locis, ubi vini copia non habetur, solet magistratus concedere certa pensione jus vini vendendi, & exoticæ cerevisiæ, den Wein-Schenck und frembd Bier einzulegen / ex quibus monopoliis magistratus in civitatibus nonnullis non parum lucri colligit, Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 15. num. 1. seq.* de quo confer *supra cap. 16. n. 78. & seq.*

65 Sed hic quæritur, si Gabellæ de vino & cerevisia epotis debeantur, an statuto caveri possit, ut civibus in fraudem Gabellæ sive Accisiæ hujus, aliò, etiam extra statuentium territorium, potandi causâ secedentibus, pœna imponatur? Et non valere hujusmodi statutum, inde dicendum videtur, quod imperium ejus, qui extra territorium legem dicitur, impunè spernatur, *l. fin. ff. de jurisdict. c. fin. de constitut. in 6.* Et statutum pœnale non liget subditum extra territorium statuentis delinquentem, *c. 2. de constitut. in 6.* Etiamsi statuentes velint, quod subditus extra territorium delinquens teneatur, Abbas. *in c. à nobis. de sentent. excom.*

66 Verum contrarium asserendum videtur, quia fraudibus occurrendum, *l. in fundo 39. ff. de rei vind. l. 2. in princ. ff. solut. matr. l. si cui 9. ff. de servitut.* & æquum est, ut qui per hujusmodi Accisiarum solutionem, & aliis impositionibus & Gabellis, quæ capitatim pro necessitate Reipubl. imponi possent, liberi sunt, bona fide, & sine dolo solvant, Everh. *cons. 45 n. 3.* qui enim sentit commodum, onus subterfugere non de-67 bet, *l. secundum. 10 ff. de R. I.* Et aliâs juris est, quod per statutum cives prohiberi possint, ne quid agant, vel faciant extra territorium statuentium, *l. fin. ff. de decret. ab ordin. fac.* Everh. *d. l. n. 6.* ubi quod civitas prohibere possit civibus suis, ne vadant ad certa loca extra eorum districtũ dummodò hoc faciunt in proprium civitatis commodum, tradit post Bart. *in l. relegatorum. §. interdicere. ff. de interdict. & relegat.* Atq; ita subdito & civi extra territorium delinquenti in legem superioris, pœnam irrogari posse, per *d. l. fin. ff. de decret. ab ordin.* tenent Bald. *in l. de quibus. ff. de legib.* Bursat. *cons. 77. n. 5.* Quod hoc casu ideò magis asserendum videtur, quod cives delictum, egrediendo territorium, inchoent, tale autem alicubi inchoatum, alibi vero consummatum delictum judex utriusque territorii punire possit, *c. 1. de præsumpt. juncta. c. fin. de for. compet.* Everhard. *d. cons. 45. n. 15.*

Atq; ita non contrariantur leges in contrarium allegatæ, quia ille non de civibus, sed de extraneis intelligendæ sunt subditis, & ita tradunt Henric. Klock *de vectigal. concl. 14. &* Everhard. *d. consil. 41. per tot.* Hoc autem statutum non est eò extendendum, quod non liceat civibus, qui negociandi, & res suas agendi causâ, aliò concedunt, ibidem bibere nequeant, sed de iis, tantum intelligendum, qui statuti frau- 68 dandi causâ aliò abeunt, ita ut statuenti probandum incumbat, fraudandi causâ id factum fuisse, nam si aliter intelligatur, monopolii speciem tale statutum saperet, Klock. *d. conclus. 14. lit. c.*

II. Imponi solent Gabellæ Carni, vulgò 69 Fleischgelt / idque vel singulis carnium libris, vel ipsis animalibus injungitur, daß auff ein jedes Pfund Fleisch / oder ein jedes Stuck Vieh / Ochsen / Kuhe / Kälber / Hämmel / Schaf / Geiß oder Schwein / so abgemezget / oder auch verkauffet werden / ein gewisses geschlagen wird.

III. Sicuti etiam frumento & farinæ, Frucht- 70 und Mehl-Pfenning / quales in Bohemia & Misnia frequentes esse dicit Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 78. n. 4.*

IV. Idem est, quoad merces mercatorum & 71 institorum, Kramer und Kauffmans-Wahren / quas vendunt, cujus Gabellæ æquitas in eo consistit, ut cum mercatores commodum ex istis mercibus sentiant, & lucrum, utiq; etiam onus ferant, & pro sustinendis Reipublicæ oneribus aliquid conferant, Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 71. n. 1. seq.* Atque hoc vectigal ex variis rebus, etiam minutis exigitur, & in Batavia frequens est, Bornit. *de ærar. lib. 5. cap. 11.* Et Romani siliquaticum indigitabant, Bulenger. *de vectigal. cap. 41.* Eodemque Italiæ Respublicæ & Principes unico fere medio sese sustentant, Besold. *de ærar. cap. 4. n. 16.* ubi ex Itinerario Benjamini Tudelensis refert, olim Urbis Constantinopolitanæ vectigal, ex foris rerum venalium & portu, & pensionibus mercatorum, vicies mille aureos, in singulos dies refecisse.

V. In nonnullis quoque Civitatibus & Re- 72 buspubl. ex venditione rerum immobilium Gabella solvitur, Henric Klock. *de vectigal. conclus. 64. seq.* Quæ dicitur Gabella contractuum, & instrumentorum, & nova non est, cum & olim Romæ ducentesima pars rerum venalium penderetur, Dion. Cassiod. *lib 58.* Quam Tiberius ad centesimam restringi & ærario militari inferri jussit, Klock. *d. concl. 64.* Ita Spiræ Nemetum facta venditione rerum immobilium, tum quoque constitutione annuorum censuum, magistratus Civitatis ex singulis pretii florenis tres nummos, quorum unum vendi-

venditor, reliquos duos emptor dependit, tempore immemoriali exigere consuevit, cujus solvendi necessitas incumbit, cum contractus coram Senatu actis insinuatur, teste Klock *d. concl. 64. lit. a.* ubi simile vectigal fori, Marckt-Zoll / in illustrioribus Germaniæ urbibus deberi scribit. Et hanc gabellam regulariter emptor præstare tenetur, *l. debet. 27 ff. de edil. edict.* Capell. Tholos. *decis. 452. n. 1.* Maul. *de homag. tit. 10. n. 24.* Klock. *de vectigal. concl 67.* Engelhard. *de vectigal. conclus. 22 in fin.* eandemque etiam emptor extraneus in loco contractus solvere tenetur, Klock. *d. conclus. 64. lit. b.* Et talis Gabella etiam hodie est der Abzug / Nach-Steur / de qua *cap. seq. dicetur.*

73 Quinam autem ab his gabellis & accisiis immunes sint, videre licet ex dictis *cap. præced. n. 26. & seq.* 74

CAPUT XX.

De Jure Detractus, vom Abzug / Nachsteur.

Summaria.

1. *Olim non licuit injussu Principis ex una civitate in aliam migrare.*
2. *Hodie secus est.*
3. *Patria est, ubicunque animo bene est.*
4. *Statutum non valet, ne quis domicilium mutet.*
5. *Modo gabellam detractionis solvat,* den Abzug.
6. *Origo hujus gabellæ.*
7. *Vigesimam hæreditatis quis induxerit.*
8. *Gabella detractionis variis nominibus dicitur.*
9. *Decima unde dicatur?*
10. *Gabella hæc odiosa videtur.*
11. *Hæc gabella æquitati & juri non adversatur.*
12. *Est remuneratio quædam pro defensione, aliisque beneficiis à magistratu acceptis.*
13. *Passim hoc jus observatur.*
14. *Non tamen ubique observatur.*
15. *Veluti in Ducatu Würtembergico.*
16. *An discedens Norimbergâ, ubi gabella hæc in usu, Lademiam, ubi locum non habet, iterum Norimbergam se conferens, eandem solvere teneatur.*
17. *Quod quis juris in alium statuerit, eodem & ipse utatur.*
18. *Solvitur hæc gabella ordinario loci Domino, qui jus collectandi habet.*
19. *Nisi aliud usu receptum.*
20. *Si Nobilis plures liberos relinquat, cui gabella hæc debeatur.*
21. *Detractionis jus vel ex mutatione domicilii, vel ex hæreditate competit.*
22. *Quibusdam locis conventum, ut gabella hæc mutuò non exigatur.*
23. *Solvitur etiam de fidei commissis.*
24. *Et Legatis.*
25. *In legato annuo quomodo detrahatur?*
26. *In legato Ecclesiæ.*
27. *Quid si domum legatam extraneus hæres retineat.*
28. *Ipse legatarius gabellam detractionis solvit, non hæres.*
29. *An in mortis causa donatis locum habeat?*
30. *Quid in dote & vestiviis vestibus?*
31. *Dos confertur.*
32. *Debetur hæc gabella de annuis reditibus & nominibus debitorum magistratui, ubi defunctus domicilium habuit.*
33. *Nomina jura & actiones ex persona creditoris æstimantur.*
34. *Nobiles quoque hanc gabellam solvunt.*
35. *Ejusdem magistratus subditi in diversis curiis.*
36. *Quid de liberis, si parentibus succedant, & viceversa? & n. 37.*
38. *Quid de invitò migrantibus? & n. 39.*
40. *Clerici ab hac gabella immunes videntur.*
41. *Sicuti & ministri Ecclesiarum Evangelicarum.*
42. *Professores & Academiarum membra.*
43. *Et alii Doctores.*
44. *Nec non Studiosi.*
45. *Viduæ Professorum, Doctorum & Pastorum, maritorum privilegiis gaudent.*
46. *Cessat quoque in territorii Domino.*
47. *Quid si conjux conjugi succedat?*
48. *Solvitur hæc gabella non solùm de bonis immobilibus in territorio illius, ubi defunctus domicilium habuit.*
49. *Sed etiam mobilibus, magistratui domicilii.*
50. *Mobilia personam Domini sequuntur.*
51. *Quid si alibi mortuus sit, quam in domicilio?*
52. *Quid si quis nullum certum domicilium habeat?*
53. *Portio detractionis non ubique est eadem.*
54. *Debetur hæc portio deducto prius ære alieno.*
55. *Statim solvenda est, antequam res exportetur.*
56. *Æstimatio bonorum quomodo facienda?*

Exigi-

EXigunt quoque Civitates Imperiales à civibus suis aliò se conferentibus, & peregrinorum hæreditatibus, Gabellam detractionis, den
1 Abzug/ die Nachsteuer. Quamvis enim olim more Romanorum non licuerit injussu Principis ex una Civitate in aliam commeare, Panegyr. Flav. *ad Constant. Imper.* Et bona metroicorum colonorum, qui sine rescripto sedem mutabant, fisco vindicata fuerint,
2 *l. certa. 4. C. de jur. fisc.* Hodie tamen de consuetudine Germaniæ secus est, ubi solum vertere, & patriam patria, civitatem civitate mutare cuivis licet, etiam dissentiente & invito magistratu, R. A. zu Augspurg/ *de anno 1555.* §. Wo aber unsere. 24. Aur. Bulla *cap. 16. & ibi* Buxtorff. *concl. 69. lit. f.* Gail. *2. observ. 36. n. 7. & ibi* Græven. *consid. 2. n. 3.* Bruning. *de var. univers. spec. conclus. 39. lit. a.* Schönborn. *lib. 3. polit. cap. 34. in fin.* Henr. Klock. *de vectigal. conclus. 63. lit. b.* Besold. *thes. pract. verb.* Abschoß. *& de jur. civ. c. 2. n. 11. in fin. & cap. 3. n. 10.* Christ. Ming. *de super. territ. conclus. 83.* Ziegler. §. *civitas. limit. 1. n. 48.* Ernest. Cothm. *respons. 19. n. 4.* Daniel Otto *de jur. publ. cap. 19. fol. 664.* Rumelin. *ad Aur. Bull. part. 2. dissert. 5. concl. 5. & ibi* Dn. Nicol. Myler. *in addit.* Just. Sinolt. Schütz. *colleg. de jur. publ. vol. 2. disp. 4. concl. 16. lit. a.* Ne aliàs libero homini facultas commorandi ubi velit, adimatur, cum natura nos certo loco non affixerit, quasi adscriptitios, sed totum or-
3 bem inhabitandi concesserit, ita ut patria sit, ubicunque animo benè est, Johan. Harnisch. *in discurs. de subdit. vasal. client. concl. 52* Georg. Ritter *de homag. concl. 212.*
4 Adeò, ut statutum non valeat, quo quis prohibetur, ne domicilium mutet, per *l. nec non. 28. l. Titio. 71. §. 2 ff. de condit. & demonstrat.* Henr. Klock. *d. concl. 63.* Scheplitz. *ad consuet. Brandeb. part. 4. tit. 14. §. 2. n. 8.* Ritter. *d. l.* Dn. Myler. *d. concl. 5. lit. a.* Licet contrarium velint Menoch. *cons. 1176.* Rom. *cons. 59.* Bodin. *de republ. l. 1. c. 6* Græven. *2. concl. 36. consid. 2. num. 6.* Casp. Klock. *de contrib. c. 7. n. 242.* Rumelin. *d. concl. 5.* Modò idipsum non fiat malitiosè, *l. ordine. 15. §. pen. ff. ad municipal.* Besold *d. verb.* Abschoß. Ziegler. *d. limit. 1. 48.* ut si forte sciat, libellum contra esse oblatum, & ex abrupto migrare velit, Rosacorb. *pract. for. cap. 20. num. 20.*
5 Zasius *in l. quædam puella. n. 3. ff. de jurisdict.* Et pro migratione debita & ordinaria loci pecunia solvatur, die Nach-Steur/ Abzug/ *d.* R. A. *de anno 1555.* §. Wo aber unsere. *24.* Notorium enim est, in plerisque Germaniæ locis usu & consuetudine receptum esse, ut cives aliò domicilium suum transferentes, de omnibus bonis suis, juxta cujusque loci consuetudinem vel statuta, certam pecuniæ summam magistratui pensitare cogantur, Gail. *2. obs. 36. n. 9.* Knich. *de vestitur. pact. part. 2. c. 4. n. 288.* Arumæ. *ad Aur. Bull. discurs. 6. concl. 13.* Köppen. *decis. 5. n. 1.* Mager. *de advoc. c. 10. n. 197.*
6 Originem Gabella hæc à vicesima illa hæreditatum, cujus vestigia extant in *l. 2. §. ab hoc. ff. de orig. jur. & in l. fin. in princip. C. de edict. D. Hadr. toll.* duxisse videtur, Cothman. *respons. 19. n. 2.* Dauth. *de testament. n. 69.* Scheplitz. *ad consuet. Marcb. part. 3. tit. 8. §. 1. n. 3.* Maul. *de homag. tit. 10. n. 8.* Berlich. *part. 3. concl. 52. n. 2.* quæ lege Julia primùm ærarii augendi gratia, extraneis hæredibus divitibus irrogata, ut fisco præstaretur, Cujac. ad Jul. Paul. *recept. sentent. l. 4. tit. 6. in princ. & §. fin.* quam Cæsari Augusto tribuit
Menoch. *adipisc. poss. remed. 4. num. 2.* Qui cum 7
ob varia bellorum impendia, maximis pecuniis opus haberet, vicesimam hæreditatum & legatorum constituit, Menoch. *d. l.* Rauchbar. *part. 1. quæst. 15. n. 3.* Unde necessarium vectigal dictum, eo, quod onera Imperii id induxerint pro communi utilitate, juxta Plin. *in panegyr.*

Variè autem hæc Gabella dicitur, veluti 8
jus migrationis, quod à bonis è civitate aliò migrantis magistratui præstatur, Nach-Steur/ quasi ultimi tributi præstatio, Steur enim tributum dicitur, Gail. *2. obs. 52. num. 9. vers unde ordinaria. & obs. 36. num. 10.* Alibi dicitur Ab oder Nach-Schoß/ Cothman. *resp. 19 num. 13.* Absarth/ Köppen. *decis. 11. in rubr. & num. 2.* Necnon Abzug/ quod à morientium bonis detrahitur, R. A. *de anno 1594.* §. Und so viel Gail. *2. obs. 36. n. 10.* Rauchbar. *part. 1. quæst. 15. num. 2.* Quæ vocabula Nach-Steur & Abzug conjunguntur in R. A. *de anno 1594* §. Und so viel. indeque sequi videtur, eadem non esse, sed Nach-Steur de emigrantibus, Abzug de morientibus intelligendum esse.

Vocatur etiam decima, der zehende Pfennig/ 9
Besold. *thes. pract. verb.* Abschoß/ Abzug/ Nach-Steur. Cothman. *d. respons. 19. n. 56. in fin.* ideò, quod decima pars, tam ab hærede extero, quàm emigrante pendatur. Verbum enim generale est, & utrumque, Nach-Steur und Abzug/ comprehendit, vernacula æquè ac latina lingua, Spigel. *in lexic. jur. verb. decima.* ubi addit, sive decem, sive duodecim, sive viginti solvantur, omnia secundum communem usum loquendi decimas appellari.

Verùm cum vicesima illa hæreditatis de 10
jure sublata sit, *l. ult. vers. quia & vicesima. C. de edict. D. Hadr. toll.* Et emigrationis ac detractionis hæc jura sive tributa, rigida, exorbitantia & odiosa esse videantur, Köppen. *quæst. 11. n. 10.* Speidel. *in notabil. verb.* Abzug. Tusch. *lit. G. concl. 3. n. 1. seq.* Rauchbar. *part. 1. quæst. 17. num. 26. seq.* Berlich. *part. 3. concl. 52. n. 60.* non immeritò dubitatur, an ea in benè constituta Republica usurpanda? Et licet hujusmodi hæreditatum & legatorum detractiones de jure communi sustineri non posse, cum antiqua illa hæreditatum vicesima posterioribus Imperat. constitutionibus abrogata sit, *l. fin. C. de edict. D. Hadr. toll.* nec statuto vel consuetudine in civitates reduci debere, concludant, Bald. *in d. l. fin. n. 13. C. de edict. D. Hadr. toll. & ibid.* Paul. de Castr. *num. 4.* Jason. *num. 3.* Tusch. *lit. G. concl. 5. n. 5. seq.* Nihilominus tamen ejusmodi consuetu- 11
dines & statuta rectè introduci posse, eaque æquitati consentanea esse, docent Andr. Rauchbar. *part. 1. quæst. 15. num. 6. seq.* Joach. Scheplitz. *ad consuet. Marcb. Brandeb. part. 3. tit. 8. §. 1. n. 3. seq.* Besold. *d. verb.* Abschoß. *vers. sed vix.* Knichen. *de vestit. pact. part. 2. cap 4. num. 289.* Mager. *de advoc. c. 10. n. 197. seq* Köppen. *decis. 11. n. 3. seq.* Cothm. *d. resp. 19.* Gail. *d. observ. 36. n. 10.*

Thoming. *decis. 27. n. 37. seq.* Tilem. de Benign. *decis. Camer. syntagm. 4. decad. 3. vot. 2. n. 13* Berlich. *3. pract. res. concl. 52. n. 6.* Klock. *de contribut. cap. 1. n. 234. & de ærar. l. 2. c. 69. n. 4. seq. & c. 70. n. 1. seq. & 72. n. 1. seq.* Mindan. *de process. l. 1. c. 30. §. 1. & seq. & c. 40. §. 5.* Carpzov. *jurispr. forens. part. 3. constit. 38. defin. 19.* Arumæ. *ad Aur. Bull. c. 16. n. 13.* Eademque quoad subditos emigrantes in Constitutionibus Imperii satis aperte comprobantur, R. A. *de anno 1555.* §. Wo aber unsere. *24. ibi*: gegen zimblichen Abtrag der Leibeigenschafft und Nachsteur. R. A. *de anno 1594.* §. Und so viel die ungleiche. *82.* ubi arresta pro justis & licitis habentur, quibus magistratus res & hæreditates huic oneri obnoxias retinere soleat. Habetur enim veluti interesse quoddam fisci, eique ideò solvitur, ut ex eo reditu, itinera tuta reddere, vias publicas sartas tectasque conservare, & impensas necessarias sustinere possit, Card. Tusch. *lit. G. concl. 21. n. 14. seq.* Berlich. *d. concl. 52. n. 6.* Et sicuti æquum est, ut emphyteuta, vasallus vel decurio jure antidorali, pro beneficio accepto, Dominum aliquo honorario recognoscat, ita iniquum non videtur, ut subditus, cum per totam ferè vitam, privilegiis, subsidiis & protectione Domini gavisus, discedens & res suas, sive hæreditatem sibi delatam, extra territorium transportans, Domino aliquid relinquat, eumque remuneratione aliqua recognoscat, maximè cum dilaceratio bonorum, & imminutio & immutatio personarum Domino, ratione sui juris, damnosa existat, Koppen. *decis. 5. n. 3.* Arumæ. *ad Aur. Bull. disc. 6. concl. 13.* Mager. *d. c. 10. n. 198.* Indeque æquissimum censetur, ut cives aliò migrantes, de bonis, quæ in Republica illa, in qua vixerunt, adquisiverunt, pecuniæ partem Reipubl. pendant, Gail. *d. obs. 36 n. 9.* Klock. *de ærar. l. 2. c. 72. num. 5.* & in redhostimentum præteritæ defensionis, & in pensationem tributi imminuti aliquid solvant, Tiraquel. *de retract. lignag. in præfat. n. 14. & 16.* Pruckman. *consil. 48. num. 13.* Mindan. *de process. lib. 2. cap. 51. num. 2.* Klock. *d. lib. 2. cap. 70. num. 5.*

13 Introductum est hoc jus Norimbergæ, Augustæ, Spiræ, & in multis aliis Civitatibus Imperialibus, teste Gail. *d. obs. 36. n. 10.* Rumelin. *d. concl. 5.* Idemque Florentiæ obtinet, Tusch. *lit. G. concl. 5. n. 6.* Sicuti & hîc Eslingæ, ubi cives abeuntes, & exteri hæredes, de bonis suis & hæreditariis tàm mobilibus, quàm immobilibus, decimam partem solvunt. Et non tantùm à Principibus & Comitibus, sed etiam à Nobilibus & Civitatibus passim per Germaniam usurpari, testatur Wehner. *verb.* Nachsteur. *vers. quod tale statutum. fol. 518.* Idem jus in Marchia Brandenburgensi observari, testatur Pruckman. *cons. 48. n. 13. seq.* Scheplitz. *in consuet. March. part 3. tit. 8. §. 1. seq.* Et in omnibus ferè locis Germaniæ hoc jus receptum esse, refert Koppen. *d. decis. 5. n. 1.*

14 Non tamen ubique & in omnibus Civitatibus receptum est, sicuti de Kitzingen in Franconia testatur Wehner. *d. verb.* Nach-Steur.
15 *vers. sunt etiam. fol. 519.* Et in Ducatu Würtembergico subditi vigore transactionis Tubingensis de *anno 1514.* liberè quocunque velint, emigrare possunt, haben einen freyen Zug. Peregrini verò, quorum Domini & magistratus cum Ducatu hoc nomine specialia pacta non habent, de hæreditatibus ibidem sibi delatis, detractionem hujusmodi, die Nach-Steur / sive Abzug / præstare tenentur, Besold. *d. verb.* Abschoß. *vers. in VVürtembergico*, ubi etiam *vers. verum.* addit, à Nobilibus de novo, veteri consuetudine non suffragante, exigi hanc gabellam non posse.

Ubi quæritur, an hoc casu jus Retorsionis sive retortionis, locum habeat, veluti si ci- 16
vis quidam Norimbergensis, ubi receptum est, neminem emigrare posse, nisi soluta decima, in civitatem Lademiam, ubi hæc emigrationis Gabella non est in usu, concesserit, postea verò evenerit, ut civis Lademiensis iterum Norimbergam se contulerit, an Senatus Lademiensis, decimam à civis sui bonis, jure retorsionis exigere & detrahere possit? Quam quæstionem Berlich. *part. 3. quæst. 51.* in utramque partem disputat, & pro affirmativa concludit ex hac potissimùm ratione, quod quilibet idem jus in se statui patiatur, quod in alios statuit, dixit, vel dici effecit, *l. 1. ff. quod quisque jur. in alium stat. l. cum in eo. 44. ad fin. ff. de pact. l. cum hæreditas. 59. ff. de administrat. tut. l. altius ædes. 15. sub fin. ff. si servit. vind. l. frater à fratre. 38. in fin. princ. ff. de condict. indeb. l. vindicantem. 17. ff. de evict.* Quod etiam jure divino fundatum, *Matth. 7. v. 11. Luc. 6. v. 31. Tobiæ. 14. v. 16.* uti & jure Canonico, *c. justum. 2. dist. 9. c. cum omnes. 6. c. cum igitur. X. de constitut. c. pro illorum. 22. §. quia verò. X. de præbend.* Eandemque sententiam in terminis tuentur Consultat. constit. Saxon. *tom. 2. part. 2. quæst. 42.* Thoming. *decis. 26. n. 37.* Mod. Pistor. *cons. 11. n. 66. vol. 2.* Cothman *cons. 45. n. 98.* Carpzov. *jurispr. forens. part. 3. constit. 38. defin. 1.*

Verum huic sententiæ graviter adversari videntur, *d.* R. A. *de anno 1555.* §. wo aber unsere. *24. in verb.* Gegen zimlichen billichen Abtrag der Leibeigenschafft und Nachsteuer / wie es ein jedes Orth von alters anhero üblichen hergebracht und gehalten worden ist. & d. R. A. *de anno 1594.* §. und so viel. *82. ibi*: auch gewohnlicher hergebrachter Nach-Steur Abzug / etc. Veluti in quibus ea tantum tributa, eorumque nomine imposita arresta approbantur, quæ ab antiquo recepta & observata sunt, & sic de consuetudine antiqua & præscripta loquuntur, Roch. Curt. *in tract. de consuet. sect. 3. n. 1. & 4.* non verò de nova, & in odium alterius jam introducenda, cum unius inclusio sit alterius exclusio *l. cum Prætor. ff. de judic.* Wesembec. *cons. 94. n. 34.* Quod etiam expostulat juris præceptum alterum non lædere, *§. 3. l. de justit. & jur.* & quod nemo alterius odio prægravandus, *l. non debet. ff. de R. J.* Quid enim ad civem, quod magistratus tributum hoc 17
à demigrantibus recipiat, vel hactenus ab aliis aliò se conferentibus non receperit, & usu non introduxerit, vel privilegio hoc munitus sit, alter verò eodem careat. Atque ita etiam videmus, plura alia jura singularia in hoc vel illo loco & territorio servari, & secundum eadem judicari, quæ in alio loco usu & consuetudine

tudine non sunt recepta, & secundum quæ inibi non judicatur. Atque ita secundum cujusque loci statuta & jura municipalia judicandum est, & judicari solet & debet, licet alibi aliter statutum & receptum sit, & judicari soleat. Ex quo regula quoque allegata, quod quisque juris in alium statuerit, ut & ipse eodem utatur, meritò secundum cujusque loci statuta & jura municipalia restringenda & intelligenda venit, & si partes in uno eodemque loco versentur, & uno eodemque statuto obligentur. Et observandum hic venit, quod talis Civis Lademiensis in hoc casu novum vel iniquum jus non exigat, sed quod in ejusmodi civitate hactenus æquum & justum visum, & contra alios concives observatum fuit, quo casu dictum illud Prætoris & jura allegata locum non habere, constat ex traditis Joh. Gœddæ. 4 *Marpurg. cons. 37. n. 875. seq.* Atque hæc sententia contraria in Ducatu Würtembergico & Civitatibus Imperialibus adjacentibus ita observatur, ut licet Civitatum Imperialium, & aliorum Dominorum, apud quos jus detractionis usu receptum est, cives & subditi in Ducatum Würtembergicum, ubi hoc jus in emigrantibus non est in usu, demigrantes, hanc migrationis Gabellam den Abzug exsolvere teneantur, non tamen Dux Würtembergiæ à subditis suis, in civitates hasce Imperiales demigrantibus, eandem exigere solet, sed subditi Würtembergici liberè & sine ulla bonorum detractione aliò se conferre possunt, habe einen freyen Zug. Imò si retorsionis hujusmodi jus hoc casu institui vellet, hoc ipso modo & via omnia penè jura, privilegia, tributa & possessiones alterius interverti possent. Quid enim, si quæ civitas ab alia tantundem vectigalis retorsionis jure noviter capere tentaret, quàm altera susceperat, anne hoc liceret? & non licere quivis facilè responderet, quia illa legitimo tempore id obtinuit & præscripsit, quod in hac secus est.

18 Solvitur hujusmodi Gabella detractionis der Abzug sive die Nachsteur / ordinario loci sive territorii Domino, sive Magistratui, cui etiam alias jus collectandi competit. Quamvis enim nonnulli Gabellam hanc detractionis ad vectigalia referant, & sic Regalibus accensendam esse putent, cum tamen ea propriè vectigal non sit, nec ea, quæ de vectigalibus jure prodita sunt, ad jus detractionis accommodari possint, cum vectigalia ad Regalia spectent, & à solo Imperatore imponantur, detractionis verò hæc Gabella à quovis jurisdictione munito, indici & exerceri, ad instar collectarum, nec non statuto & consuetudine induci possit, Gail. 2 *obs. 36. n. 10.* Etiam à Civitatibus municipalibus, Thoming. *decis. 26. n. 36.* Atque ideo jurisdictioni magis, quàm superioritati territoriali accedere videatur Scheplitz. *part. 3 tit. 8. §. 1. n. 2. seq.* & fructus quodam modò sit jurisdictionis, Cothman. *respons. 19. n. 11.* Ideò magis est, ut ad collectas potius, quàm ad vectigalia propriè ita dicta referatur, & sic Gabella hæc detractionis tanquam collectæ accessoria regulariter ei competat, cui jus collectandi debetur, nisi aliud privilegio, pacto, vel 19
consuetudine loci receptum sit, Wehner. *verb.* Nachsteur. *vers. respondeo. fol. 520. in princ.* ubi etiam addit, quod in nonnullis locis magistratui municipali tantum competat, als den Räthen in Stätten: Alibi superiori Domino, sive præfecturis, den Aemptern? nonnunquam utrique, daß man dem Rath sein gewisses zur Nachsteur gibt / und der Oberherrschafft auch sonderlich Abzug-Gelt erlegen muß / prout usus docet & experientia. Et de consuetudine Civitatibus merum mixtumque Imperium habentibus, competere hoc jus experientia testatur; imò Civitates nonnullas, inferiori tantum jurisdictione gaudentes hoc jus longæva possessione sibi usurpare, licet de jure ejusdem incapaces esse videantur, tradit Scheplitz *d. tit. 8. §. 25. num. 23.* Speidel. *in notab. verb.* Abzug. Et collegia quoq; privilegiata, veluti Academias hoc sibi jus vindicare, tradit Cothm. *d. respons. 10.* Speidel. *d. l.*

Sed quid si Nobilis quidam, apud quem 20
hoc jus detractionis longa consuetudine introductum, pluribus relictis liberis moriatur, & in divisione hæreditatis bona allodialia filiabus, vel aliis hæredibus allodialibus obveniant, inter filios verò ita conveniat, ut unus feudum retineat, reliquis verò filiis pro portione sua pecunia exsolvatur, an hoc in casu jus detractionis locum habeat, ita ut filiæ de bonis allodialibus, ac reliqui filii de pecunia illa, quam ex feudo percipiunt, suo fratri, qui feudum retinuit, certam Gabellam solvere teneatur? Quod rectius negant Scheplitz. *d. §. 25. quæst. 1. n. 1. seq.* Berlich. *part. 3. concl. 52. n. 29.*

Ex præcedentibus constat, duplex esse genus detractionis, primum ex domicilii mutatione, cum subditus civitatem deserit, & domicilium in alterius Principis ac Domini territorium transfert, wann er das Burger-Recht auffkündiget / und sich an andere Orth begiebet / quo casu antiquus Dominus certam portionem migrantis patrimonio detrahit, Zasius. *in l. 2. ff. de orig. jur.* Rauchbar. *part. 1. quæst. 15.* Gail. 2. *obs. 36. n. 10.* Gylman. *symph. tom. 3. verb.* Frey-und Reichs-Stätt. Sichard. *consil. feud. 5. in princ.* Koppen. *decis. 5. & 11.* Klock. *de contrib. c. 1. n. 236.* Speidel. *verb.* Abzug. Secundum est, quod ex hæreditatibus, legatis, donationibus, quæ ad extraneos, sive testamento, sive ab intestato proveniunt, & extra territorium transportantur, territorii Dominus deducit, wann einer an frembden Orthen ichtwas erbet / und solche Erbschafft auß dem Land oder Statt führet / muß er davon den Abzug bezahlen / R. A. *de anno 1594.* §. und so viel. Koppen. *d decis. 5.* Scheplitz. *d. tit. 8. §. 2.* Rauchbar. *d. quæst. 15.* Wehner. *verb.* Nachsteur. Berlich. *d. concl. 52. n. 38. seq.* Klock. *d. c. 1. n. 237.* Quod ubique ferè 22
locorum ita observatur, etiam in Ducatu Würtembergico, de quo *supra n. 15.* nisi magistratus loci, hoc jus speciali pacto reciproco remiserint, da die Obrigkeit sich verglichen / einen freyen Zug gegen einander zu haben / Sicuti Dux Würtembergicus, cum quibusdam Civitatibus Imperialibus, als Wimpffen / Landaw / Nördlingen / sich deß freyen Zugs halben verglichen. Dn. Nicol. Myler. *in dissert. de statib. Imp. concl. 69. n 9.*

Et

23 Et sic Gabella hæc detractionis locum quoque habet in hæreditatib⁹, & quidem non tantum in hæreditatibus directis, sed etiam fideicommissis. Ubi notandum venit, si primus hæres, de eo semel hanc Gabellam detraxerit & solverit, quod eveniente casu fideicomissi, fideicommissarius aliam Gabellam solvere non teneatur, Jason. *in l. Gallus. 29. §. videndum. n. 10. ff. de lib. & posthum.* Tusch. *lit. G. concl. 16. n. 5.* Berlich. *d. concl. 52. n. 56. seq.* Quia pro uno contractu, legato, vel fidei commisso, non nisi una Gabella debetur, Tusch. *d. concl. 16. n. 1.* Berlich. *d. l. n. 57.* Scheplitz. *d. tit. 8. §. 17. n. 1. seq.* Et non solum locum habet hæc detractionis Gabella in hæreditate universa, sed etiam in qualibet ejus parte, Scheplitz. *d. tit. 8. §. 2. n. 2. seq.* Berlich. *d. l.*
24 *n. 38.* Idem est quoad legata, quia & ab his decima hæc detrahitur, Koppen. *decis. 6. n. 16.* Berlich. *d. concl. 52. n. 39. seq.* Etiam tunc, quando legatum ad vitam duntaxat, vel ad usumfructum, uxori vel alii personæ, vel alimentorum causa relictum sit, Berlich. *d. concl. 52. n. 40.* Et ab alimentorum quoque legatis decimam detrahi posse, secundum computationem ipsorum legatariorum vitæ affirmat juxta *l. hæreditatem. 68. ff. ad L. Falcid.* gloss. *in l. cum hi. 6. §. si integra. ff. de transact.* Berlich. *d. concl. 52. n. 40. & 41.* Quod tamen non procedit & à legato decima non deducitur, si sit recompensativum Tusch. *lit. G. concl. 5. n. 4.* Berlich. *d. l. n. 42.* Veluti si debitor creditori suo, in compensationem debiti legatum relinquat, modò debitum sit purum, Jason. *in l. si creditori. 20. n. 12. ff. de legat. 1.* Berlich. *d. l. n. 43. seq.*

25 In legato annuo decima non integrè, nec una vice, sed portio pro rata annuatim penditur, Tusch. *lit. G. concl. 5. n. 28.* Berlich. *d. l. n. 48.*

26 Idem est in legato Ecclesiæ, Dec. *cons. 496. n. 2.* Tusch. *lit. G. concl. 3. n. 20. seq. & lit. S. concl. 609. n. 1. seq.* & generaliter in quovis legato ad pias causas relicto, Tusch. *lit. G. concl. 5. n. 1. seq.* Tiraquel. *de privil. piæ caus. 26. num. 2. seq.* Berlich. *d. concl. 52. n. 50.*

27 De domo legata, vel si ea ad hæredem perveniat, isque eandem retineat, an Gabellam hanc solvere teneatur, dubitatur, & cum sub onere hæc remaneat, ipseque hæres fructus tantum ex ea percipiat, dicendum videtur, ex eâ decimam non esse solvendam, prout censent Scheplitz. *part. 3. tit. 8. §. 12. n. 2. §. 16.* Koppen. *decis. 5. n. 10.* Verùm aliter hic Eslingæ servatur, ubi hæres extraneus de rebus quoque immobilibus statim Gabellam hanc solvere tenetur, quæ postea per annum liberæ ab oneribus existunt, post annum verò Steuræ & aliis oneribus iterum subjacent.

28 Onus autem hoc detractionis in legato generaliter relicto, non ad hæredem, sed ipsum legatarium spectat, & sic de portione legata detrahitur, Socin. *cons. 247. n. 3. seq. lib. 2.* Rauchbar. *quæst. 16. n. 8. seq. part. 1.* Tusch. *lit. G. concl. 6. n. 9. seq.* Besold. *verb.* Abschoß. *vers. at utrum.* Berlich. *d. concl. 52. n. 2.* Carpzov. *jurisprud. for. part. 3. constit. 38. defin. 20.* Cum enim onus hoc personæ, non rei occasione imponatur, magis est, ut hæredem non tangat, Besold. *d. l.* Nisi aliud de mente testatoris constet, veluti si testator hæredem oneravit, legatum legatario tradere, vel eum de illo investire. Tunc enim cum legatario apprehendere legatum, inque suam potestatem recipere non liceat, antequam decimæ tributum fuerit solutum, dicendum videtur, ad hæredem hoc onus spectare, ne legatum inutile reddatur, Berlich. *d. concl. 52. n. 53.* Tusch. *lit. G. conclus. 6. n. 10.* Vel si testator addidit, ut legatarius legatum liberum & absque onere, frey und ohnbeschwert/ consequatur, Rauchbar. *d. quæst. 16. n. 1. seq. & n. 7. seq.* Berlich. *d. l. n. 55.*

Solvenda quoque venit hæc Gabella detractionis in mortis causa donatis, quia & hæc legatis & fidei commissis æquiparantur, *§. mortis causa. 1. l. de donat.* Licet contrarium sentiat Berlich. *d. concl. 52. n. 58. seq.* 29

De dote & festivis vestibus, si mulier ex ea civitate, ubi hoc jus viget, civi alterius Civitatis, sive loci nubat, & dotem secum exportet, an detractio hæc, der Abzug/ fieri debeat, inter Dd. non satis constat, Negant enim hoc ipsum, Scheplitz. *in consuet. March. part. 3. tit. 8. §. 18. n. 1. seq. & per tot.* Tusch. *lit. G. concl. 5. n. 19.* Berlich. *d. concl. 52. n. 63. seq.* Besold. *de arar. c. 3. n. 4. vers. 3. & d. verb.* Abschoß. *vers. an etiam.* Wehner. *verb.* Nachsteur (ubi id in Churpfaltz Lands-Ordn. *tit. 7.* cautum esse testatur) Rumelin. *ad Aur. Bull. part. 2. dissert. 5. concl. 8. & ibi* Dn. Myler. *in addit.* Et in Hispania ex rebus in dotem datis Gabellam non solvi, refert Gutierez. *de gabell. quæst. 72.* Affirmativam verò sententiam propugnat Koppen. *decis. 6. n. 1. seq. & n. 6.* Dn. Lindenspur *ad jus municipal. VVürtemberg. tit.* den Abzug betreffend. *n. 4. fol. 20.* Klock. *de arar. lib. 2. c. 70. n. 21.* Quia dos debeat conferri, *l. 1. §. sed castrense. ff. de collat. l. 1. & tot. tit. C. de collat. dot. l. si soror. l. ut liberis. C. de collat.* atque ideò sit res verè hæreditaria, cum collatio nihil aliud sit, quàm bonorum ante perceptorum in communem hæreditatem communicatio, gloss. *in rubr. ff. de collat.* Castr. *in l. ut liberis. n. 6. C. eod.* Et pro hac sententia suo tempore *12. Junii anno 1601.* in Camera Electorali Brandeburgica decisum esse testatur Arnold. Reyger. *in thes. verb.* Abschoß. 30 31

Exigitur quoque hæc detractionis Gabella de nominibus debitorum, & annuis reditibus; Et quidem si in loco, ubi domicilium defunctus habuit, existant, quin ejus loci magistratui debeatur, nullum habet dubium, Jac. Schultes *in addit. ad* Mod. Pist. *part. 2. quæst. 124. n. 123. seq.* Idemque est, si quidem in alio loco, sive penes debitorem forensem, seu extraneum sint constituta, in loco verò domicilii defuncti contractus inter creditorem & debitorem celebratus, vel etiam eò solutio destinata sit, Schultes. *d. l. n. 131. seq.* Scheplitz. *ad consuet. Brandeb. part. 3. tit 8. §. 23. n. 6.* Berlich. *d. concl. 52. num. 76.* Quod si verò nomina & pecunia credita in alio loco, penes debitorem extraneum existant, & non constet, ubinam contractus sit celebratus, vel quonam solutio destinata, magis controvertitur: Et quidem Gabellæ detractionem die Nachsteur/ ad magistratum debitoris pertinere, concludunt Alex. *cons. 16. n. 1. seq. lib. 1.* Jac. Schultes. *d. l. n. 125. seq.* 32

Verùm

33 Verùm eandem ad magistratum, ubi defunctus domicilium habuit, spectare, rectius mihi videntur asserere, Berlich. *d. concl. 52. n. 79. seq.* Henr. Klock. *de vectigal. concl. 3. lit. c.* Rauchbar. *part. 1. quæst. 17. per tot.* Quia nomina, jura & actiones loco non circumscribuntur, sed ex persona creditoris æstimantur, atque in eo loco esse censentur, ubi creditor domicilium habet, Coler. *de process. execut. part. 1. c. 3. n. 253.* Alex. *cons. 31. n. 7. l. 1.* Molinæ. *ad consuet. Paris. § 1. gloss. 4. verb. metre en sa main. n. 9.* dicunturque personæ creditoris cohærere, & de ejusdem persona esse, Alex. *cons. 16. num. 2. lib. 1.* Henning. Gœden. *consil. 37. n. 4. seq.* ita, ut quasi infixa sint ossibus creditoris, & ab illis separari nequeant, Alex. *d. cons. 31. n. 7.* Tusch. *lit. N. concl. 62. n. 4.* Mod. Pistor. *consil. 31. quæst. 5. n. 51. l.* 1. non minus, quàm anima separari potest à corpore, Coler. *d. cap. 3. n. 154.* idque propter effectum exactionis, *l. fin. vers. quid enim prodest. C. de long. temp. præscr. l. 3. ff. pro soc.* Klock. *de vectigal. d. concl. 63. lit. c. in fin.*

34 Solvere tenentur hanc Gabellam detractionis, den Abzug/oder Nachsteuer/ omnes omninò, non solum plebei, sed etiam Nobiles, Scheplitz. *d. part. 3. tit. 8. §. 25. quæst.* 1. *n. 8. seq.* Berlich. *d. concl. 52. n. 22.* Nolden. *de stat. nobil. cap. 17. n. 102.* nisi consuetudine aliud obtineat & exempti sint, Nolden. *d. l. n. 104.*

35 Adeò, ut etiam ejusdem Principis vel Magistratus subditi, in diversis curiis, Civitatibus & pagis habitantes, si in eo loco, ubi tale jus indictum est, hæreditates vel legata percipiant, hanc detractionis Gabellam, die Nachsteur oder Abzug/ persolvere teneantur, Scheplitz. *d. tit. 8. §. 3. n. 3. seq.* Berlich. *d. concl. 52. n. 20.* Quod licet durum & rigorosum videatur Rauchbar. *part. 1. quæst. 15. n. 5. in fin.* Dauth. *de testament. limit. 24. n. 69.* Cothman. *respons. 20. n. 58.* usus tamen ita plerumque observat, atque ita etiam hic Eslingæ in usu est, ut si qui ex Hospitalis pagis in civitate hæreditatem vel legatum aliquod recipiant, decimam indè hanc exsolvere teneantur.

36 Ad hujusmodi Gabellæ, sive detractionis, Abzug/ solutionem non teneri liberos, si parentibus succedant, sed eos sine ullo detractionis onere hæreditatem suam aliò liberè transportare posse, statuunt per *l. unic. & ibi* Bart. *C. de impon. lucr. descript. l. nihil. C. de usucap. pro hæred. l. in suis. ff. de lib. & posth.* Tiraquel. *in præf. l. si unquam, C. de revoc. don. n. 19.* Rauchbar. *d. quæst. 15. n. 10. seq.* Forster. *de success. ab intest. l. 2. c. 18. n. 20.* Köppen. *decis. 6. n. 4.* Berlich. *d. concl. 52. n. 23.* Cothman. *resp. 19. n. 57. seq.* Maul. *de homag. tit. 10. n. 39.* Idem quoque de parentibus, si liberorum hæreditates alibi, ubi hoc jus detractionis in usu est, ipsis deferantur, concludunt, Rauchbar. *d. quæst. 15. n. 22. seq.* Scheplitz. *d. tit. 8. §. 1. n. 4.* Berlich. *d. l. n. 24.* Cothman. *d. n. 47. seq.*

37 Verùm usus, tàm quoad liberos, quàm parentes, contrarium docet, teste Besold. *verb.* Abschoß. *vers. si verò.* Atque hanc detractionem etiam in parentum hæreditate locum habere, docent Bart. *in l. descriptionis. num. 1. C. de impon. lucrat. descript.* Alex. *in l. in suis. n. 5. seq. ff. de lib. & posthum.* Et ita in Marchia nominatim statuto cautum esse, ut etiam de parentum & liberorum hæreditatibus quindena detrahatur, testatur Scheplitz. *d. tit. 8. §. 1. n. 5. seq. & §. 3. n. 4. seq.* Berlich. *d. concl 52. n. 26.* Quod etiam hic Eslingæ observari memini.

Vulgò etiam statuitur, quod inviti & necessitate compulsi emigrantes, non teneantur solvere hanc Gabellam, die Nachsteur/ Bart. *in l. & ideo. n. 4. ff. de condict. furtiv.* Köppen. *decis. 11. n. 15. seq.* Berlich. *d. concl. 52. n. 13. seq.* Nolden. *de stat. nobil. c. 17. n. 103.* Rumelin. *de Aur. Bull. part. 2. diss. 5. concl. 6.* Schrad. *de feud. 2. part. 9. sect. 13. n. 163.* Gylman. *1. symphor. 1. tit. 3. vot. 1. n. 4.* Cran. *de pac. relig. part. 2. probl. 1.* Wilhelm. Anton. *de rescript. morat. sect. 6. concl. 1.* Et ita decisum esse in causa Hailbrunn contra die Statt Schwäbisch Gemünd/ refert Reichwein *in form. fol. 202. num. 3.* 38

Contrarium tamen tenent Molin. *in consuet. Paris. §. 2. n. 14.* Besold. *verb.* Abschoß. *vers. quod autem quidam.* Scheplitz. *d. tit. 8. §. 13. n. 5. & seq.* Quod probatur textu manifesto in R. A. zu Augspurg. *de anno 1555.* §. wo aber unsere. *24.* ubi Religionis causa alio demigrantes hanc Gabellam exsolvere jubentur, qui etiam inviti & nolentes migrare tenentur. Et quamvis alii distinguant, ut si magistratus, diversæ Religionis asseclas ex suis ditionibus invitos ejiciat, eos sua bona vendere, & aliò transferre cogat, hi Gabellam hanc solvere non teneantur, secus verò esse, si à Religione diffidentes, sponte, pietatis & conscientiæ, veræque Religionis amore flebili emigrationis beneficio utantur, Berlich. *d. l. n. 15. seq.* Distinctionem tamen hanc practica non observat, & experientia docet, etiam illos, qui Religionis causa inviti emigrare coguntur, hanc Gabellam, den Abzug/ sive Nachsteur exsolvere teneri, quod tamen minus æquum arbitror, cum Henric. Klock. *de vectigal. concl. 63. lit. d.* Köppen. *d. decis. 11. n. 15.* Imprimis verò Gabella hæc solvenda est, si necessitas illa ex facto migrantium oriatur, ut si debitor obæratus executionem patiatur judicis, & bona alienare cogatur, Köppen. *d. decis. 11. n. 16. seq.* Berlich. *d. l. n. 17.* Idemque est, si quis ob delictum civitate migrare, & se cum bonis suis alio conferre tenetur, Berlich. *d. l. n. 18.* Rumelin *d. differt 5. concl. 6.* 39

Immunes ab hac detractionis Gabella esse perhibentur, Clerici & personæ Ecclesiasticæ, Ern. Cothman. *lib. sing. consult. Acad. cons. 1. n. 143. & seq. & cons. 27. n. 40. seq. & num. 62. seq.* Scheplitz. *d. tit. 8. §. 7. n. 12. seq.* Berlich. *d. conclus. 52. n. 32.* 40

Quod etiam ad Pastores & Ecclesiarum ministros Evangelicos extenditur, ita ut hi, si in eo loco, ubi tale jus usurpatur, hæreditates, legata & similes res accipere, vel indè alio migrare velint, hujusmodi detractionem pati non teneantur, Scheplitz. *d. §. 7 n. 6. seq.* ubi ita Dominos Consistoriales Brandeburgenses *1. Febr. anno 1612.* pronunciasse testatur Berlich. *d. l. n. 30.* Rumelin. *ad Aur. Bull. part. 2. differt. 5. concl. 7.* Besold. *consil. 172. quæst. 2. n. 38. seq.* 41

Eadem immunitate gaudere Professores, & alia Academiarum membra, tradunt Cothman. *d. cons. 19. n. 4. seq.* Scheplitz. *d. §. 7. n. 8. seq.* 42

Rauchbar. *d. quæst. 15. n. 88.* Arumæ. *ad Aur. Bull. discurs. 9. conclus. 14.* Berlich. *d. l. n. 31.* Rumelin. *ad Aur. Bull. d. concl. 7. & ibi* Dn. Myler. *in addit. lit.*
43 *a.* Idem quoque ad alios Doctores omnes legitimè promotos, alibi, quàm in Academiis habitantes, ita ut de suis bonis, si discedere, & alio se conferre velint, vel alibi hæreditates & legata accipiant, nullam detractionem pati debeant, extendit *arg. l. Medicos. 6. C. de Professor. & Med. auth. habita C. ne fil. pro patr.* Berlich. *d. conclus. 52. n. 33.* Rumelin. *d. concl. 7.*

44 Eodem fundamento concluditur, si studioso testamento legatum, vel aliud quid studiis suis deserviens relinquatur, id circa ullam detractionem ei integrum præstandum esse, Arumæ. *ad A. B. discurs. 6. concl. 14.* Cujusmodi privilegium Philippum VI. Regem Galliarum Magistris & Scholaribus Academiæ Parisiensis dedisse, refert Rebuff. *de privil. stud. privil. 83.* Arumæ. *d. conclus. 14.* Speckhan. *cent. 2. class. 1. quæst. 14. n. 12.* Berlich. *d. l. n. 47.*

45 *Et* cum viduæ Professorum, Doctorum & Pastorum iisdem beneficiis & privilegiis gaudeant, quibus ipsarum mariti & parentes utebantur, tamdiu in suo statu & conditione permanent, ut post infinitos à se allegatos docet, Ernest. Cothman. *lib. sing. consult. Academ. cons. 15. n. 1. seq.* Inde concluditur, quod viduæ & liberi pastorum, Professorum & Doctorum, si alibi divenditis bonis domicilium ponere, vel hæreditates & legata capere velint, ab hoc detractionis onere sint immunes, Scheplitz. *d. §. 7. n. 6. seq.* Berlich. *d. l. n. 35.* Rumelin. *d. concl. 7. & ibi* D. Myler. *in addit. l. t. c.* Quod si tamen Professor, vel aliud Academiæ membrum, vel Pastor, moriatur, & hæredem extraneum relinquat, hic ab onere hoc detractionis non erit immunis, sed hanc Gabellam senatui Academico solvere tenetur, sicuti concludit Cothman. *d. consil. 19. n. 39. seq.* Berlich. *d. l. n. 36.*

46 Detractionis hoc jus in Principe quoque & territorii Domino cessare, si ei in loco aliquo sibi subdito hæreditas vel legatum relinquatur, asserit per *l. universi. 5. C. de vectigal. & commiss.* Berlich. *d. concl. 52. n. 27.* Tusch. *lit. G.*
47 *concl. 5. n. 9. & 13.* Uti & si conjux conjugi succedat vel portionem statutariam percipiat, & alio migrare velit, detractionem istam peti non posse, nisi aliud specialiter introductum, docent Scheplitz. *d. tit. 8. §. 20. n. 1. seq.* Berlich. *d. l. n. 28.*

48 Solvitur hujusmodi detractionis portio, de omnibus bonis, non solum immobilibus, & quæ immobilibus adnumerantur, Scheplitz. *d. tit. 8. §. 6. n. 3. seq.* Berlich *d. l. n. 64.* modò immobilia illa in territorio illius, ubi defunctus domicilium habuit, & hoc detractionis jus obtinet, sita sint, nam si extra territorium sita, huic detractionis oneri non sunt obnoxia, sive statuta in rem, sive in personam sint concepta, Scheplitz. *d. §. 6. n. 3.* Rauchbar. *d. quæst. 17. n. 10. seq.* Berlich. *d. concl. 52. n. 65.* Quia immobilia, & quæ eorum loco habentur, regulantur juxta consuetudinem ejus loci, in quo existunt, atq; ex ea ratione, ejusquoque jurisdictionis esse intellliguntur, Alex. *consil. 31. num. 5.* Bald. *in l. mercatores 4. n. 2. C. de commerc. & mercat.* Jacob. Schultes *in addit. ad* Modest. Pistor. *quæst. 85. n. 5. part. 2.* Berlich. *d. l. n. 66.* Confer Besold. *d. verb.* Abschoß/*vers. utrum.* ubi ait, ad id respiciendum esse, ob diese Güter zuvor in loco domicilii versteuret worden. Et Henric. Klock. *de jur. vectigal. conclus. 63. lit. c.* Sed etiam de mobilibus, si in eo 49
loco, ubi quis & domicilium habuit, & vita defunctus est, existant, Berlich. *d. concl. 52. n. 67.* Si verò aliquis in loco quodam domicilium habuerit, ibidemque decesserit, mobilia verò in alio loco existant, tunc Gabella hac detractionis non magistratui ejus loci, ubi mobilia inveniuntur, sed magistratui domicilii, ubi hæditas acquisita, debetur, adeò, ut si in loco domicilii jus detractionis non sit in usu, sed in loco, ubi mobilia sunt, usurpetur, detractioni non sit locus, Scheplitz. *d. §. 6. n. 2.* Rauchbar. *d. quæst. 17. per tot.* Berlich. *d. concl. 52. n. 68. seq.* Dn. Nicol. Myler. *in addit ad* Rumelin. *d. differt. 5. conclus. 8.* Quia mobilia semper personam sui 50
Domini sequi, ejusque quasi ossibus inhærere, & de eo loco esse dicuntur, ubi defunctus sive dominus eorum domicilium habuit, Bald. *in l. mercatores. 4. num. 2. C. de commerc. & mercat.* Rol. à Valle *cons. 80. n. 40. vers. & ratio est. lib. 4.* Jacob. Schultes *in addit. ad* Mod. Pistor. *quæst. 85. num. 5. vers. quoad mobilia. part. 2.* Coler. *de process. part. 1. cap. 3. n. 244.* Gail. *2. observ. 124 num. 18.* maximè si alibi repositæ sint ad tempus, non verò ut perpetuò ibi maneant, *l. ex facto. 35. §. rerum autem. 3. ff. de hæred. instit. l. hæres absens. 19. §. 2. ff. de judic. l. debitor. 32. ff. de pignor.* Henric. Klock. *de vectigal. d. concl. 63. lit. c.* Sin autem 51
quis in loco quodam domicilium quidem habuerit, sed alibi mortuus sit, tunc portio hæc detractionis non magistratui loci mortis, sed domicilii debetur, Scheplitz. *d. §. 6. n. 2. seq.* Berlich. *d. l num. 70.* Quia mobilia æstimantur ex persona illius, cujus sunt, & quando quis domicilium in loco quodam habet, persona quoque ejus loci legibus subjecta est, & consequenter etiam ejus bona mobilia, Scheplitz. *d. §. 6. n. 2. vers. æstimantur enim.* Schultes *in addit. ad* Mod. Pistor. *d. quæst. 85. n. 5. sub fin.* Quando 52
autem quis nullum certum domicilium habet, ut sunt Scribæ Nobilium, Doctorum, & aliorum ministri, & vagabundi, tunc si suppellectilem, & alia bona mobilia secum habent, ad illius loci magistratum, ubi moritur, Gabella hæc detractionis pertinet, Scheplitz. *d. tit. 8. §. 23. n. 2. seq.* Berlich. *d l. n. 71.* Si verò suppellectilem secum non habet, ad illum magistratum detractio pertinet, ut bona ista mobilia inveniuntur, Scheplitz. *d. tit. 8. §. 23. num. 1. in princip. seq.* Berlich. *d. l. num. 72.*

Portio hæc detractionis non ubique est eadem, aliquando enim est pars trigesima, vigesima, decima quinta, decima, octava, quinta, quarta vel tertia pars hæreditatis sive bonorum, Andr. Rauchbar. *d. lib. 1. quæst. 15. in princ.* Besold. *d. verb.* Abschoß. *in princ.* Sic in Marchia Brandeburgica est decima quinta pars hæreditatis, sive bonorum, Scheplitz. *d. tit. 8. §. 1.* 53

Köppen.

Köppen. *decis. 5.* Plerisque in locis est pars decima, veluti in Palatinatu & Electoratu Rheni, der zehende Pfenning / Chur Pfältzis. Lands-Ordnung / *tit. 7.* Uti & hic Eslingæ, & alibi passim, unde quoque der zehende Pfenning vulgo dicitur. Idem in Ducatu Würtembergico. Fürstl. Würtemb. Lands-Ordnung. *tit. 4. §.* wo aber dieselb. *5. fol. 8. ibi:* deß zehen Pfennings. *& d. junct. Novel. 13. tit. 2. §.* darauff sich. *2. fol. 341.*

54 Non autem debetur hæc portio, nisi deducto ære alieno, ne hæres, vel alius, ultra id, quod non capit, gravetur, Scheplitz. *d. l. §. 12. n. 2.* Berlich. *d. conclus. 52. n. 85.*
55 Exsolvi autem debet hæc detractio statim, etiam antequam hæreditas, legata, vel alia bona exportentur, Scheplitz. *d. §. 12. num. 1. seq.* Berlich. *d. conclus. 52. n. 54. & 86.* Adeò, ut etiam bona, de quibus ejusmodi detractio, Abzug / sive Nach-Steur / solvenda est, arrestari, & tamdiu detineri possint, donec portio illa solvatur, R. A. *de anno 1594. §.* Und so viel die ungleiche. *82.* Scheplitz. *d. tit. 8. §. 1. n. 3. seq.* Tusch. *lit. G. conclus. 22. num. 2. seq.* Berlich. *d. l. n. 87.*

Quid si in professione vel æstimatione bonorum suorum aliquis quædam reticuerit, vel 56
iniquum sive minoris æstimaverit, quàm æquum videtur, vel communis est valor, fisco sive magistratui loci jus est æstimationem offerre, & bona ejusmodi ad se pertrahere, daß alsdann die Obrigkeit solchen Anschlag erlegen / und denselben / so sich selbst und sein Vermögen dermassen geschätzet / also mögen außlösen / und die Güter zu Handen ziehen / Sichard. *consil. feud. 5. in princip. part. 4.* Wehner. *d. verb.* Nach-Steur. *vers. quod si in possessione.* de quo vide *supra cap. 17. n. 104.*

CAPUT XXI.

De Jure Monetarum.

Summaria.

1. *Multæ Civitates Imperiales jus monetam cudendi habent.*
2. *Quod jus est de Regalibus.*
3. *Et de reservatis Cæsareis.*
4. *Romani maximam curam monetæ habuerunt.*
5. *Carolus M. in Palatio monetam cudi voluit.*
6. *Quid in Anglia, Hungaria, Turcia observetur.*
7. *Olim Florentiæ monetæ officina fuit, unde floreni nomen habent.*
8. *Quid postea observatum in cudenda moneta?*
9. *Ius monetam cudendi concessum Regi Bohemiæ & Electoribus.*
10. *Postea aliis quoque Statibus concessum.*
11. *Quænam civitates jus monetandi habeant?*
12. *Vnde jus hoc ad civitates pervenerit?*
13. *Civitates nonnullæ municipales jus monetandi habent.*
14. *Hodie Imperator non nisi cum Consensu Electorum jus monetandi concedit.*
15. *Quid de imperii Vicariis?*
16. *Principes & alii Imperii Status non vigore Regalium, sed concessione Imperatoris, vel immemoriali præscriptione obtinent.*
17. *Ex qua materia olim moneta cusa?*
18. *De causa monetaria in Comitiis agitur, & in iis certa forma & materia præscripta.*
19. *Status monetarii singulis annis in monetas inquirere debent.*
20. *In singulis Imperii Circulis non plures, quàm tres vel quatuor officinæ monetariæ esse debent.*
21. *Ex monetæ mutatione multa incommoda oriuntur, & n. 25.*
22. *Moneta semper justi ponderis & probæ materiæ esse debet.*
23. *Ex moneta Regali lucrum non captandum.*
24. *Ius cudendi monetam alteri vendi vel locari non debet.*
25. *Cujus ratio redditur.*
26. *Imperator jus cudendi monetam privato concedere non potest.*
27. *Pœna eorum, qui reprobam monetam cudunt.*
28. *Et eorum, qui absque Imperatoris privilegio hoc jus exercent,*
29. *Adulteratores monetæ quomodo puniantur?*
30. *Quid de falsificatoribus monetæ peregrinæ.*
31. *Aurum & argentum è finibus Imperii non exportandum.*

1 MUltæ porrò Civitates Imperiales habent jus monetarum, sive jus cudendi monetas, die Müntzens-Gerechtigkeit / Bruning. *de var. universit. spec. conclus. 25. lit. A.* Ziegler. *§. Landsassii. conclus. 1. n. 211.* Joh. Adam. Dapp. *de civitat. German. lib. part. 1. cap. 7. n. 5.* Bocer. *de jur. monet. cap. 3. n. 21.* Idque vel speciali Imperatoris concessione, vel antiquissima consuetudine & præscriptione. Est enim jus cudendi monetam de Regalibus Majestatis, 2
l. un. quæ sint regal. l. 2. C. de fals. monet. l. 1. C. de vet. numismat. Paris de Put. *de syndic. verb. de excess. Baron. cap. 1. n. 10. & 13.* Sixtin. *de regal. lib. 1. cap. 2. n. 38. & lib. 2. cap. 7. n. 17.* Rosenthal. *de feud. cap. 5. concl. 3. n. 2. lit. b.* Matth. Steph. *de jurisd. lib. 2. part. 1. cap. 1. membr. 2. n. 169.* Zas. *de feud. part. 5. n. 14.*

Bocer. de regal. cap. 2. n. 222. seq. Besold. thes. pract. verb. Müntz: vers. inter regalia, & de jur. Majest. sect. 3. cap. 8. n. 6. fol. 201. Arn. Clapmar. lib.
3 1. de arcan. Rerump. cap. 16. Et est de Reservatis Principis sive Imperatoris, Bald. cons. 80. n. 26. & 27. Sixtin. d. cap. 7. n. 15. seq. ac primariò summorum est Principum, Bornitan. de num. in Repub. percut. lib. 1. cap. 3. Hocque nummorum jus & curam Imperatores Romani sibi reservarunt, d. l. 2. C. de falf. monet. l. 1. C. de vet. numism. potest. Idque tam in cudendo, quam mutando, omninove reprobando, sive æstimatione & valore constituendo, l. 1. in princ. ff. de contrah. empt. Bocer. de jur. monet. cap. 3. num. 5. Arumæ. ad Aur. Bull. discurs. 5. conclus. 9. Cum enim majestatis sit prospicere, ne quid Respublica detrimenti patiatur, neve pacata ejus gubernatio perturbetur, idq; vix alia re promtius accidere soleat, quàm ex moneta, Novel. Leon. Imper. 52. mutata enim rerum mensura, vel ea turbata, omnia reliqua mutari necesse est, Henning. Arnisæ. de jur. majest. cap 6. n. 2. utique cura monetæ tanquam rerum mensuræ, ad majestatem meritò spectabit, Ben. Carpzov. de leg. Reg. German. sive Capitul. cap. 8. sect. 7. n. 1. seq.

4 Unde quoque Romani unam tantum habuerunt officinam monetalem in templo Junonis, & nullius ferè rei tantam curam & solertiam habuerunt, quàm rei monetariæ probè ad posteritatem transferendæ, Freher. de re monet. lib. 1. cap. 1. Sixtin. de regal. lib. 2. cap. 7. n. 19. Eoque nomine olim Triumviros monetales, æris, argenti, auriflatores constituerunt, l.
5 .2 §. eodem tempore. ff. de orig. jur. Tanti hoc jus monetæ fecit Carolus Magnus, ut alibi, quàm in ipso palatio, cudi monetam noluerit, Bodin. de republ. lib. 6. cap. 3. Sixtin. de regal. lib. 2. cap. 7.
6 n. 18. Et Angliæ Rex cudendæ monetæ ita sibi proprium habet, ut eam alibi, quàm in Turri Londinensi insigniri non patiatur, Arnisæ. de jur. majestat. lib. 2. cap. 7. num. 4. Sicuti etiam Turcæ hoc jus nemini concedunt, teste Bonfin. Et de Hungarorum politia, nullus, inquit Otto Frisingensis, in tam spacioso ambitu, Rege excepto, monetam vel telonium habere audet, Casp. Klock. de ærar. lib. 2. cap. 84. n. 46. Carp-
7 zov. d. sect. 7. n. 3. Et tempore adhuc Imperatoris Sigismundi, monetæ officina Florentiæ fuit, & numismatibus floris character impressus, indeque floreni nomen traxerunt, ac contractus omnes in emptionibus & venditionibus superiori memoria directi fuerunt ad florenos. Sicuti etiam ipse Sigismundus, tum temporis Rex Romanorum, cum Cæsarea ipsius Majestas Imperii Camerarium in Germania haberet, uti & antecessores ipsius Imperatores & Reges Romani aurea sua & argentea numismata Francofurti & Nordlingæ potissimum propter nundinas cudi voluerunt, eoque salutem ferè publicam in Commerciorum vigore consisten-
8 tem attenderunt. Postquam verò Cæsarea ejus Majestas monetalem istam Cameræ officinam ad se recepit, Conrado Comiti Weinspergico, Cæsareæ Majestatis & Imperii illius temporis Camerario anno 1431. monetæ cudendæ libertatem Noribergæ concessit, quæ deinde ad Ludovicum Stolbergicum in Königstein, &c. translata fuit, sicuti ex Franconici Circuli Müntz Bedencken refert Klock. de ærar. lib. 2. cap. 34. n. 53.

Postea successu temporis potestas monetam 9
cudendi tam auream, quàm argenteam, non tantum Regi Bohemiæ, sed etiam reliquis Electoribus indulta & confirmata fuit, Aur. Bull. tit. 10. Quo fine si liberalitas subsequentium Imperatorum perstitisset, utique intuitu sollicitudinum & laborum, quos Electores pro quiete publica sustinent, iniquum id putari non posset, ut ait Arumæ. ad Aur. Bull. discurs. 5. con-
clus. 9. Sed eousque tandem illa est evagata, 10
ut etiam ad alios Status, etiam inferiores, aliosque privatos jus hoc monetandi translatum fuerit, R. A. zu Nürnberg. de anno 1524. §. dergleichen hat der Müntze halber. R. A. zu Augspurg. de an. 1551. §. So haben wir uns. vers. dergleichen. R. A. zu Speyr de anno 1570. § alsdann auch die Müntzgerechtigkeit. Bened. Carpzov. de leg. Reg. German. cap.
8. sect. 8. n. 6 seq. Et plurimis quoque Civitati- 11
bus Imperialibus hoc jus monetandi concessum esse, experientia testatum facit, Idque etiamnum hodie obtinent Argentoratum, Francofurtum, Norimberga, Ratisbona, Spira, & aliæ, de quibus infra lib. 3. passim.

Quod monetandi Regale inde ad Civitates 12
Imperiales devenisse putat Joh. Adam. Dapp. in dissert. inaug. de civitat. German. part. 1. cap. 7. n. 5. Joh. Michael Haintz dissert. de jur. civit. Imper. conclus 31. lit. a. quod in iis erat discrepantia inter cives; cum quidam Nobiles essent, qui sibi prærogativam, etiamsi reliqui cives his in omnibus penè sint exæquati, reservarunt; seque singulari nomine die Müntzer & Haußgenossen appellarunt, quibus inter cætera privilegium monetæ ab Imperatoribus concessum erat, à quibus & in feudum, rem eam monetariam curantes, recognoverunt, diese haben das Müntz-Recht besessen / Lehman Chron. Spirens. lib. 4. cap. 14. Bernh. Hertzog in Chron. Alsat. lib. 8. cap. 4. & lib. 10. cap. 7. Quorum ante hæc tempora plures vixerunt Argentorati, Francofurti, Weissenburgi, Wormatiæ, Spiræ; Cum verò tempore præcedenti hæc nomina exolevissent, id, quod antea horum tantum erat, omne accrevit civitatum communitati, Johan. Jacob. Draco de orig. patric. lib. 3. cap. 3. n. 18. Et civitatem Spirensem jam sub Dagoberto, qui anno 647. animam exhalavit, ex privilegio quodam Monasterio Sebusiensi concesso, hoc jure præditam fuisse, ex Trithemio, Nauclero, & Chronico Alsatiensi, probat Lehman. d. lib. 3. c. 12.

Imò Civitatibus quoque nonnullis munici- 13
palibus, sive provincialibus, jus hoc monetandi concessum est, quales sunt Hoxarium, Halberstadium, Hannovera, Osnabrugum, Minda, Monasterium, Hildesheimium, Gottinga, Northemium, Brunsuiga, Rostochium, Sunda, Stetinum, & aliæ, teste Arnisæo de jurib. Majestat. lib. 2. cap. 7. num. 6. fol. 434. Quod abominabile esse, civitatibus scilicet, quæ aliis Regalibus destituuntur, jus mone-

monetandi habere, dicit Zasius *de feud. part. 5. n. 15.*

14 Hodie Imperator non nisi cum consensu Electorum jus monetandi aliis concedere potest, quod primum Capitulationi Imperatoris Rudolphi II. *artic. 29.* insertum, & postea in reliquorum Imperatorum Capitulationibus repetitum, & quidem Imperatoris Matthiæ *artic. 34.* his verbis: Wir sollen und wollen auch hinfür / ohne Vorwissen der sechs Churfürsten / niemands / wessen Stands oder Wesens der sey / mit Müntz-Freyheit begaben oder begnadigen: Auch wo wir beständig befinden / daß der jenige Stand / dem solches Regal und Privilegien verliehen / dasselb / dem Müntz-Edict zugegen / mißbrauche / ihme dasselbige / Vermög der disposition, in denen hierüber verfaßten Constitutionen / nicht allein suspendiren / sondern die jenige / welche dasselb Regal nicht mit der Churfürsten Bewilligung erhalten / dessen gantz priviren / und ohne Vorwissen der sechs Churfürsten / darzu nicht restituiren / fürnemblich aber bey denen Stätten / so dem Reich immediatè nicht / sondern den Reichs-Ständen unterworffen / revociren / cassiren / und hinfuro ferner nicht ertheilen. Auch sonsten den geringen Ständen / mit dergleichen / oder andern hohen Privilegien / ohne mit Einwilligung der Churfürsten / viel weniger zu derselben Privilegien Verhinderung / oder Abbruch / nicht willfahren. Consentit Capitul. Imp. Leopoldi I. *articul. 35.* Quod licet Hanfmannus *disput. de re monetar. conclus. 6. lit. a.* ad minores tantum Status restringat, ita ut Imperator privilegium monetandi majoribus quidem Statibus ipse solus concedere possit, secus autem sit in moribus, quibus absque Electorum consensu id concedere nequeat, ipsum tamen verba ipsa Capitulationis satis apertè refellunt; *ibi*: ohne Vorwissen der sechs Churfürsten / niemands / was Stands / oder Wesens der sey / mit Müntz-Freyheit begaben / utpote quæ hoc volunt, Imperatorem nulli, cujuscunque Status aut conditionis ille sit, posse monetandi jus concedere, sine Electorum præscitu & consensu, & sic quoque nec majoribus Statibus, Johan. Limnæ. *ad dict. Capitulat. Imperat. Matthiæ. artic. 34. verb.* Niemands. *fol. 569.* ubi etiam *in verb.* dessen gantz priviren / distinguendum esse putat inter illos, qui citra consensum Electorum jus monetandi acceperunt, antiquo & illo fortassis tempore, ubi adhuc in potestate Imperatoris fuit, illud pro arbitrio suo concedere, & inter illos, qui illud acceperunt tunc, quando Imperatoris potestas ita limitata fuit, ut non aliter jus monetam cudendi conferret, nisi cum Electorum assensu, quod primum Capitulationi Rudolphi II. insertum supra diximus, ita ut hi jure hoc privari debeant, non verò illi.

15 Et licet Hanfmannus *dict. conclus. 6.* jus monetæ aliis concedendi facultatem Imperii quoque Vicariis adscribat tempore interregni, eundem tamen refellit Carpzov. *d. l. verb.* Niemands. *num. 6. seq. fol. 569. seq.*

16 Ex quibus facilè colligitur, Principes & alios Imperii Status & Ordines, jus hoc monetandi non vigore Regalium & jurium territorialium sibi competentium, sed tantùm ex speciali Imperatoris concessione, vel immemorialis temporis præscriptione obtinere, prout docent per R. A. zu Nürnberg *de anno 1524.* §. Dergleichen hat der Müntz. *26.* R. A. zu Augspurg *de anno 1551.* §. So haben wir uns auch. *46. ibi*: so von uns oder unsern Vorfahrn im Reich mit dem Regal der Müntz gefreyet seyn. R. A. zu Speyr *de anno 1570.* §. *132. & ibi*: Alsdann auch die Müntz-Gerechtigkeit kein mercantz / sondern unser Kayserlich Regal, so die Müntz-Stände auß unserm sondern Vertrawen / rc. Besold. *thes. pract. verb.* Müntz. *vers. inter Regalia.* Cluten. *syllog. rer. quot. conclus. 22. lit. K.* Matth. Stephan. *de jurisd. lib. 2. part. 1. cap. 1. memb. 2. n. 169.* Rumelin. *ad Aur. Bull. part. 1. dissert. 8. concl. 30. & ibi* Speidel. *in not. lit. a.* Bocerus *de jure monetar. cap. 3. n. 21. & seq.* ubi etiam hoc jus monetandi immemorialis temporis præscriptione adquiri posse tradit, *n. 22.* Sicuti etiam non omnes Imperii Status jus monetandi habent, *d.* Newe Müntz-Ordnung *de anno 1559.* §. Were es Sach / *219.*

Olim ex variis metallis & rebus moneta cusa fuit, non tantum ex auro & argento, sed etiam ex ferro, stanno, plumbo, cupro, corio, ligno, charta, creta, terra, lupinis, corticibus certæ arboris, imò ex sale, prout constat ex traditis Anton. Hanfman. *dissert. de re monetar. conclus. 12. & seq.* Philip. Matthæ. *2. Marpurg. consil. 27. n. 54. vol. 2.* Sixtin. *de regal. lib. 2. cap. 7. n. 5.* 17

Verùm cum totius Imperii intersit, probam cudi monetam, ideò de hoc omnibus ferè Imperii Comitiis consultatio instituta fuit, sicuti constat ex Recessibus Imperii, *de anno 1512. 1521. 1524. 1526. 1529. 1530. 1532. 1541. 1551. 1557. 1559. 1570. 1576. 1582. 1594. 1603.* ita ut causa monetaria communis ferè sit materia, de qua in Comitiis agitur, Arumæ. *de comitiis Imper. cap. 2. n. 50.* Ideò certæ monetæ forma & materia constitutionibus Imperii præscripta est, quæ dicitur pes sive liga, & consistit in bonitate intrinseca & extrinseca, in Korn und Schrot / Halt und Gewicht / gäng und geb / de quo vide Molinæ. *de usur. quæst. 92. n. 696.* Bocer. *de monet. cap. 12. n. 65.* Arnisæ. *de jurib. majestat. cap. 7. n. 6.* Ut nimirum sexaginta sex Ducati habeant auri 23. carat. 8. grana. Floreni aurei 72. Goldgulden / 18. carat. 6. grana, id est, 12. Loth / 6. Gran / R. Absch. *de anno 1559.* Newe Müntz-Ordnung / §. Ferner die Gulden Müntz / & *seqq.* Et octo Imperiales 14. lotones & 4. grana puri argentei in se contineant, Reichs-Abschied *de anno 1566.* §. Demnach haben wir uns. Minoris monetæ pes est, ut 155½ Halbbatzen / 8. lotones 240½ Kreutzer / sex lotones argenti puri contineant, Reichs-Abschied *de anno 1559.* in der Neuen Müntz-Ordnung. §. Zum sechsten. *seq.* Ita ut propter impensas monetarias licitum sit ex inveterata consuetudine, aliquid vilioris metalli monetis admiscere, modò pes monetarum præscriptus accuratè custodiatur, R. A. *de anno 1551.* §. So haben wir. Schurff. *cent. 2. consil. 60. num. 7.* Sixtin. *de regal. libr. 2. cap. 7. n. 85.* Quod in toto orbe receptum esse testatur Covarruv. *de veter. numism. collat. cap. 7. n. 5.* Coler. *de process. part. 1. cap. 10. n. 10.* 18

Hinc in monetæ bonitatem singulis annis provinciæ Circulus, bis per suos Deputatos & Wardinos publicè inquirere, eoq; nomine Statuum 19

tuum monetalium, der Münßstände/ publici conventus, Münß-Probations: und Valvations-Täg institui debent, R. A. zu Augsp. de an. 1551. §. Ferner haben wir 35. seq. Newe Münß-Ordnung de an.
20 1559. §. Und damit diese unsere. 198. seq. Et cum ex nimia multitudine officinarum monetalium, Hecken-Müntzen/ abusus & depravatio monetarum proveniat, Bodin. de republ. lib. 6. cap. 3. & confusio metallorum, quæ Reipubl. periculosissima est, eo magis metuenda sit, Imperii constitutionibus provisum est, ne in singulis Imperii Circulis, plures, quàm tres, vel quatuor communes & publicæ officinæ sint, in quibus moneta cudatur, nec iis, qui hoc Regale habent, ullas alias peculiares officinas habere liceat, exceptis illis, quos fodinas etiam metallicas habere constat, R. A. zu Speyr de anno 1570. §. Und dieweil man. 133. R. A. zu Regenspurg de an. 1576. §. Wiewol auch. 70. & ibid. de anno 1594. §. Wir ordenen/ wollen und gebieten. 103. vers. Es soll keinem Stand.

21 Cum autem monetæ pes, liga & materia certa in Imperii Constitutionibus præscripta, & ex monetæ mutatione varia Imperio incommoda proveniant, litesque inextricabiles oriantur, prout nuper annis 1620. & sequentibus experientia docuit, eaque omnem cum extraneis contrahendi facultatem & commoditatem adimat, indeq; opes & nervi Reipublicæ tandem deficiant, nec aliud, quàm ruina & decrementum Imperii ex eo sperandum, Ernest. Cothman 1. cons. 36. n. 8. Pruckman. consil. 12. n. 1. vol. 2. Lather. de cens. lib 3. c. 10 n. 43. Carpzov. de leg. Reg. Germ. c. 8 sect. 7. n. 14. seq. Juxta illud vulgatum:

Bey der Münge soll man lehren/
Wie sich die Welt thut verkehren.

22 Vent. de Valent in parthen. litig. lib 1. cap. 13. n. 18. Ideò multum Imperii interest, unius ejusdemq; semper justi ponderis & probæ materiæ fieri monetam, ejusq; valorem non mutari, Carpzov. d. sect. 7. n. 8. seq. & n. 14. seq. Adeò, ut nec ipsi Imperatori licitum sit, improbam monetam cudere, vel probæ monetæ valorem mutare, Carpzov. d. n 8. seq. Bodin. de republ. lib. 6. cap. 3. in princ. ubi varia incommoda ex monetæ corruptione ac mutatione resultantia ita describit: Rei nummariæ curatio, inquiens, non tantum utilis, sed etiam civitatibus tantoperè necessaria videtur, ut sine ea commodè consistere non possint, & quo major necessitas est, eo magis numorum depravationi prospiciendum: Cùm ea res incredibile afferat universis ac singulis detrimentum. At non modò corrumpi moneta, sed ne mutari quidem potest sine incommodo civitatis; quoniam mutatio pretii ac materiæ numismatum, census etiam ac bonorum cujusque dubitationem affert. Quo fit, ut nemo quantum in bonis habeat, constituere possit: incerta sunt pacta, conventa, quæ versantur in societatibus, tutelis, fiduciis, mandatis, rebus emptis, venditis conductis, locatis, quibus vitæ societas continetur: Incerti reditus, vectigalia, tributa; deniq; pœnæ ipsæ ac præmia, quæ à legibus & judicibus irrogantur, incerta sunt futura: postremò ærarii opes, ac multa, tum in publicis, tùm in privatis rebus rationibusque dubia ac suspensa fore, necesse est, &c. Et paulò post addens, quod Principi non liceat magis improba numismata cudere, quàm occidere, quàm grassari: nec à jure gentium, quo quidem auri & argenti pretium constitutum est, discedere, nisi Regis nomen ac splendorem amittere, & falsæ monetæ fabricator appellari malit. Hactenus Bodinus. Ex quo etiam Reges Aragonum, more à majoribus accepto, cum Imperii sacris initiantur, se antiquæ monetæ leges minimè violaturos jurare solitos, refert Bodin. d. cap. 3. Herm. Lather. de censu lib. 3. cap. 10. n. 43. seq.

An autem & quatenus in casu summæ necessitatis monetæ valorem mutare & exinde ærario succurrere liceat, vide supra cap. 16. n. 112.

Ex quibus facilè colligitur, quod Principes & Status monetales ex hoc monetæ Regali lucrum captare non debeant, Klock de ærar. lib. 2. cap. 84. n. 34. & 54. Carpzov. de leg. Reg. Germ. cap. 8. sect. 7. n. 23. Neque enim hoc jus Statibus monetalibus, den Münß-Ständen/ ad proprium & privatum ipsorum lucrum, sed Reipublicæ utilitatem & honorem concessum est, R. A. zu Speyr/ de anno 1570. §. Alsdann auch die Münß-Gerechtigkeit/ 132. ibi: Nicht zu ihrem selbst gesuchten Vortheil/ sondern wie wir selbst/ dem Heiligen Reich zu Ehren und Wolfarth/ brauchen sollen. 23

Hinc quoque novissimis Imperii constitutionibus sancitum est, ne quis Status jus monetam cudendi sibi concessum, alteri vendat, locet, cedat, neq; cum monetariis pacta illicita contrahat, sed ut unusquisq; suo sumptu pecuniam signet, secus qui fecerit, gratia Cæsarea & juræ monetæ excidat, conductores quoque decem auri marcis mulctentur, R. A. zu Augsp. de anno 1551. §. So haben wir uns auch. 46. Newe Münß-Ordnung zu Augspurg de anno 1559. §. Ferner als sich auch 215. & seqq. R. A. zu Speyr de anno 1570. §. Als dann auch die Münß-Gerechtigkeit. 132. seq. R. A zu Regenspurg de anno 1594. §. Wir ordnen/ wollen und gebiethen. 103. Denais. jur. Cameral. tit. 192. §. 23. seq. Besold. de ærar. cap 6. n. 2. Rumelin. ad Aur. Bull part. 1. dissert. 8. concl 30. & ibi D. Speidel. in addit. lit. 4. Carpzov. de leg Reg. German. cap. 8. sect. 8. n. 9. seq. Bocer. de jur. monet. c. 3. n. 30. Lather. de cens. lib. 3. cap. 10. n. 63. seq. Limnæ. ad A B. c. 10. §. 10. 9. Atque hujusmodi probationis ratio consistit in summa Reipubl. utilitate, quæ aliàs maximum ex hujusmodi locationibus & venditionibus damnum esset passura, ut innuit d. Newe Münß-Ordn. de anno 1570. §. Ferner auch als sich/ 215. ibi. Darauß nicht geringer Schade dem gemeinen Nuß ein Zeitlang entstanden/ daß die gemeine Münß hiedurch in Abfall kommen. Ejusmodi enim conductores & emptores, maximè si privati sint, quo melius mercedem solvere valeant, atque ipsi etiam citius ditescant, in adulteranda moneta nihil non fraudis excogitant & prætermittunt, quotidiè magis ac magis de pondere & puritate aliquid detrahunt, numismata non modò vulgaria, sed etiam Imperatoria, legum prohibitione non obstante, recudunt, & in deterius convertunt, atq; ita mundum vilissima corruptissimaq; moneta replent, & rem nummariam hominum societati utilissimam, in gravissimam & Reipublicæ intolerabilem frau-

fraudem convertunt, Reipubl. dignitatem, utilitatem, & majestatem nihil pensi habentes, succedat, floreat, an pereat, sed suo unico quæstuoso compendio student, ut de Collybistis, seu pecuniarum mercatoribus, Wechslern/conqueritur Damhouder.*pract.crim.c.65. n. 11.* Unde etiam Besold. *de ærar. cap. 6. n. 2. fol. 202.* turpius, inquit, esse videtur, quod alicubi jus nummi cudendi transfertur etiam ad privatos, titulo emptionis, daß man die Stempffel verkaufft/ & verior ait ex Hœnon.*polit. disp. 5. concl. 78.* est sententia illorum, qui privato jus monetæ cudendæ permittendum non esse tradunt, ac si permittatur, incommoda multa indè sequuntur, quod hodierna experientia satis docet, ut ait Besold. *d. l.* ubi de hoc veterem hanc refert querelam:

Quando boni nummi vadunt,
Statim eos igni tradunt;
Sicq; manet pagamentum
Scoria, & non argentum,
Sic confundunt mundum totum,
Illud undiq; est notum.

26 Ex quo etiam vulgò concluditur, quod ne quidem Imperator jus cudendi monetam privato concedere possit, *per l. fin. & ibi* gloss. Bart. Bald. & alii. *C. de falsa monet.* Joh. Aquila *de monet. potest. c. 1. vers. fallit. supra dicta regula.* Bocer. *de monet. c. 3. n. 30. & de regal. c. 2. n. 227.* Harpprecht. *ad §. item. Lex Cornelia. 7. n. 49. I. de public. judic.* Carpzov. *de leg. Reg. Germ. c. 8. sect. 8. n. 3.* confer Rumelin. *ad Aur. Bull. part. 1. dissert. 8. concl. 31.* Adeò, ut si quis privatus ex rescripto Imperatoris cudendæ monetæ potestatem sit nactus, rescriptū illud subreptitium præsumatur, per *d. l. fin. & ibi* gloss. Bart. & Salicet. *C. de fals. monet* Bocer. *d. c. 3. n. 31.* Et de jure quoq; communi nulli privato competit jus cudendi monetā etiam legitimæ materiæ & ponderis, secundum allegatos à Joh. Aquila *de potest. monet. c. 1. corol. 1.* Matth. Steph. *de jurisd. lib. 2. part. 1. c. 1. membr. 2. n. 177.* Unde Commodus Perennium familiarem suum pœna capitis affecit, quod nummos publicos sua imagine signasset, Herodot. *in Commod.* Eandemque ob causam Persarum Regem Ariandrum Ægypti Præfectum securi percuti jussisse refert Herodot.

27 Quod si quis Status hoc monetæ cudendæ Regali munitus, contra Imperii leges reprobam & in Constitutionibus Imperii inhibitam monetam cudat, quinquaginta auri libras pendere tenetur, Neue Münz-Ordnung *de anno 1559.* §. Hierauff setzen / ordenen. *31.* Et præter indignationem Cæsaream amissione juris monetæ cudendæ puniri solet, mit Verlust der Münz-Freyheit / R. A. zu Augspurg *de an. 1551.* §. So haben wir uns. *46.* Sixtin. *de regal. lib. 2. c. 7. n. 96.* Denais. *jur. Cameral tit. 191.* Bocer. *de jur. monet. c. 4. n. 16. seq.*

28 Qui verò absq; Imperatoris privilegio monetam cudunt, sive Imperatoris, sive alterius Status, vel Civitatis formam imprimant, Crimen læsæ Majestatis incurrunt, *l. 2. C. de falsa monet.* Hier. Gigas. *de crim. læsæ Majest. lib. 1. rubr. qualiter & in quib. quæst. 62.* Tiber. Decian. *pract. crim. lib. 7. cap. 27. n. 1.* Bocer. *de jur. monet. cap. 5. n. 1. & seq.* Et quidem, si probam & justam monetam cudant, licet nonnulli eosdem flammarum pœnis afficiendos existiment, Covarr. *de vet. numism. collat. c ult. n. 3. vers. is verò.* Menoch. *2. arbitr. judic. cas. 316. n. 15.* Alii verò arbitraria pœna coërcendos esse, teneant Hypolit. *de Marsil. in l. qui falsam. 19. n. 55. seq. ff. ad L. Cornel. de fals.* Alii tamen distinguendum hoc casu esse sentiunt inter eum, qui alicujus Status monetalis formam impressit suæ justi ponderis & speciei monetæ, & eum, qui propriam hujusmodi suæ monetæ formam impressit, ita ut illum ignis supplicio afficiendum judicent, per Peinl. Halßgerichts-Ordnung / *artic. 111. in verb.* Erstlich wan einer betrüglicher Weiß eines andern Zeichen darauff schlägt. *juncto vers.* Nemlich/ *ibi:* Welche falsche Münz machen / Zeichen/ rc. die sollen nach Gewohnheit mit dem Fewer vom Leben zum Tod gestraffet werden. Hunc verò, qui scilicet propriam formam, absq; tamen privilegio Cæsareo, bonæ speciei & justi ponderis monetæ impressit, arbitraria pœna coërcendum arbitrantur, & quidem corporis pœna, vel bonorū amissione, *d.* Peinl. H. Ordn. *vers.* Welcher aber. *ibi:* Aber ohne habende Freyheit münzete / der soll gefänglich eingeleget/ und nach Recht am Leib oder Gut/ nach Gestalt der Sachen/ gestraffet werden / Bocer. *de jur. monet. cap. 5. n. 4.*

Adulteratores monetæ gravissimis pœnis coërcentur. ita ut illi, qui monetam falsam sub forma & imagine Imperatoris cudunt, ignis supplicio afficiantur, Peinl. Halßger. Ordn. *d. art. 111.* Damhouder. *pract. crim. cap. 65.* Carpzov. *pract. crim. quæst. 42. per tot.* Et in Gallia cacabis oleo bulliente plenis injiciuntur, Petr. Gregor. Tholos. *lib. 31. syntagm. cap. 15. n. 3* 29

Sed anne flammarum quoque exustionibus afficiantur falsificatores peregrinæ monetæ, non Imperatoris vel Statuum Imperii, sed exteri alicujus Principis vel Reipubl. imaginibus & insignibus munitæ, dubitatur? Quod licet affirment Menoch. *2. arbit. jud. cas. 316. n. 43.* Bocer. *de jur. monet. cap. 5. n. 26.* Contrarium tamen, & non ignis, sed gladii pœna hunc afficiendum esse, censet Carpz. *in synops. jur. feudal. disput. 5. quæst. 5. n. 9. seq. & pract. crim. d. quæst. 42. n. 72. seqq.* 30

Imperii quoque Romano Germanici constitutionibus sub gravi confiscationis pœna sancitum est, ne aurum & argentum, vasa argentea, præterquam deaurata, Ducati probi, aurum Rhenanum signatum è finibus Imperii evehatur, vel etiam improba moneta introducatur, R. A. zu Augspurg. *de anno 1551.* §. im Fall. aber. *45. seq.* Newe Münzordn. *de anno 1559.* §. nachdem auch durch etliche *206.* Deputations-Abschied zu Franckforth *de anno 1571.* §. aber damit dem Hochsträfflich. *11. seq.* R. A. zu Regenspurg. *de anno 1594.* §. dieweil auch durch die Außfuhrer. *104. seq.* Denais. *de jur. Camer. tit. 192. n. 20. & 47.* Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 84. n. 67. seq.* Quod etiam aliorum Regnorum & Rerumpublicarum sanctionibus & legibus statutum esse refert Bodin. *de republ. lib. 6. cap. 3.* Ita, ut nulla gens sit, quæ æquo animo è regione sua aurum deportari sinat, teste Sylvio *epist. 383.* confer Carpzov. *de leg. Reg. German. cap. 8. sect. 9. per tot.* 31

CAPUT

CAPUT XXII.

De Jure Belli & Armorum.

Summaria.

1. Ius belli & armorum penes solum Imperatorem & de Regalibus est.
2. Bellum ab inferiore susceptum injustum.
3. Qui petitiones habet, jure agere & ab armis abstinere debet.
4. Imperator absque consensu Electorum & Statuum bellum indicere nequit.
5. Secus est in bello defensivo.
6. Ordines Imperii in propriam & aliorum salutem milites conscribere possunt.
7. Civitatum Imperialium bella cum aliis.
8. Imperator Henricus VII. pro præstito auxilio Eßlingæ dimidiam partem Vngelti ad decennium concessit.
9. Nec non tria millia librarum Hallensium.
10. De prælio Reutlingensi.
11. Prælium Ratisponensium cum Bavaris.
12. Pax etiam iniqua justissimo bello præferenda.
13. Bellum sine justa causa non gerendum.
14. Quisque suum bellum sacrum deprædicat, & nemo vult malus videri.
15. Iusta belli causa est quæ refertur ad Dei gloriam.
16. Vim vi repellere licet.
17. Fidei & religionis defensio licita.
18. Imperator protector Ecclesiæ.
19. Religio armis defendi potest.
20. Secus quoad Religionis propagationem.
21. Iusta belli causa est religionis & reipublicæ defensio.
22. Defensio libertatis.
23. Sociorum & vicinorum.
24. Confœderatorum.
25. Consanguineorum.
26. Qui sunt ejusdem religionis.
27. Aliorum oppressorum.
28. Subditorum alienorum.
29. Iustus metus, justum bellum facit.
30. Melius est prævenire, quàm præveniri.
31. Rebellio subditorum justa belli causa est.
32. Bellum rusticorum quale?
33. Recuperatio rerum ablatarum justa belli causa est.
34. Bonorum nobis justè debitorum occupatio.
35. Matrimoniorum denegatio.
36. Vbi & denegatio transitus innoxii.
37. Et commerciorum, remissivè.
38. Legatorum violatio.
39. Injuriarum vindicatio.
40. Injustitiæ denegatio.
41. Exemptio ab Imperio.
42. Iusta belli causa non est dominandi libido.
43. Nec legis naturæ violatio.
44. Nec propria gloria.
45. Nec ratio Status.
46. Exercitus ipso nomine exercitatos requirit.
47. Pacis tempore de bello cogitandum.
48. Lustratio juri territoriali adscribitur.
49. Status Imperii delectum agere possunt.
50. Ius sequelæ juri superioritatis adhæret.
51. Cives & subditi etiam inviti ad arma convocari possunt.
52. Tenentur etiam ad custodiam castri, civitatis & portarum.
53. Tenentur subditi Dominum etiam extra territorium sequi.
54. Sumptibus tamen domini vel totius provinciæ.
55. Vbi tamen consuetudo observanda.
56. Ius Armandiæ, sive armenta publica ad regalia pertinent.
57. Competit tamen hodie aliis Statibus Imperii.
58. An Imperii Statibus & civitatibus licitum sit, sine Imperatoris speciali concessione, civitates suas & alia loca munire.
59. Fortalitia extruere jus Regium est.
60. In limitibus Imperii castra extruere non licet.
61. Speculum Sueviæ allegatum, & n. 84.
62. In Hispania sine permissu Regis castrum ædificare non licet, & n. 85.
63. Quid in Anglia, Muscovia & Gallia?
64. Cui non licet quod minus est, nec majus licet, & n. 86.
65. Ius muniendi specialiter ab Imperatore concedi solet.
66. Qui etiam fortalitia extruere prohibet, & n. 88.
67. Incommoda fortalitiorum quænam?
68. Fortalitia ab Imperatoribus destrui mandantur.
69. Exemplo sunt Gotha & Grimmenstein.
70. Nec non Mülhemium.
71. Idem ab Angliæ Regibus factum.
72. Bononienses muros reparare fuerunt prohibiti.
73. Quid à Mediolanensibus, Placentinis, &c. factum.
74. Ius muniendi juribus territorialibus & Regalibus adscribitur.
75. Ius armorum etiam defensionem continet.

76. De-

76. Defensio omnibus ex æquo competit.
77. Domus sua cuique tutissimum receptaculum.
78. Novum opus facere licet absque æmulatione.
79. Omnibus permissum murali ambitu fundos suos vallare.
80. Specialis prohibitio regulam in contrarium esse arguit & n. 81.
82. Vasallus arces in loco sibi infeudato extruere potest.
83. Muros hodie absq; Imperatoris consensu reficere licet.
87. Juris quoque competentis confirmatio impetrari solet.
89. Boërii sententia refertur & improbatur.
90. Castra & fortalitia ædificare non licet, quæ faciunt ad æmulationem & periculum vicinorum.
91. Ad æmulationem quando ædificari dicatur?
92. Æmulatio probari debet.
93. Civitates nonnullæ privilegium habent, ut propè ipsarum territorium munitiones extruere non liceat.
94. Veluti Spira.
95. Norimberga.
96. Francofurtum.
97. Colonia.
98. Fridberga.
99. Archiepiscopus Trevirensis.
100. Fortalitia contra talia privilegia extructa dirimi possunt.
101. Fortalitia in alieno territorio fieri non possunt.
102. Illud quoque alienum solum est, cui aliquis ex suo solo terræ massam imposuit.
103. Thuringiæ Landgravii factum.
104. An expediat civitatibus ipsas esse munitas.
105. Munitiones cives efficiunt ignavos & muliebres.
106. Urbes incolentium virtute muniendæ?
107. Sapientia moderatorum continetur civitas.
108. Multi reges & populi nulla habent fortalitia.
109. Loca munita magnos sumptus requirunt.
110. Quod humanis viribus laboratum, iisdem destrui potest.
111. Munitiores urbes in magno consistunt periculo. & n. 112. & 114.
113. Arces juga subditorum.
115. Fortalitiorum utilitas.
116. Bruta animalia loca tuta & secura quærunt.
117. Civitates quædam natura munitæ.
118. Obsidentium incommoda.
119. Propugnaculorum beneficio civium sanguini parcitur.
120. In propugnaculis & cives & vicini sunt salvi.
121. Pii olim Reges in veteri testamento munitiones extruxerunt.
122. Sæpè major hostium, quàm civium numerus.
123. Clypeis & casside corpus tegimus.
124. Minus malum civitatum munitarum, quàm non munitarum.
125. Spartani virtuti suæ diffidentes, civitatem muris cinxerunt.
126. Munitionibus nimium non est confidendum, sed in Deo fiducia ponenda.
127. Non omnes regni vires in unam arcem collocandæ.
128. Munitiones in meditullio Regionis positæ utiliores esse censentur.
129. Citadellas in urbibus habere non est consultum.
130. In propugnaculis extruendis subditorum bona occupari possunt.
131. Si modo pretium refundatur.
132. Si suburbia destruantur, ne hostibus prosint, an pretium refundendum?
133. Pro obtinenda pace subditorum damna remitti possunt.

1 Quemadmodum reliqui Status Imperii, ita etiam Civitates Imperiales habent jus belli & armorum. Quamvis enim Principib⁹ aliisque procerib⁹ & Statibus Imperii belli indicendi & inferendi potestas non competat, sed hoc jus penes solum Imperatorem resideat, & inter Majestatis Regalia referatur, & à nemine fieri possit, nisi ab Imperatore, isque solus hanc potestatem aliis concedat, *l.3.ff.ad L.Jul. Majest. l. hostes.24. ff. de captiv. & postlim. l.3. C. ut armor. usus. l. neminem. 17. C. de re milit. c. quod culpatur. caus. 23. quæst. 1. Ord.Cam.part.2.tit.15.* R.A. zu Augspurg. de anno 1555. §. wo sich aber 37. Peregrin. *de jur. fisc. lib. 1. tit. 1. n. 15.* Sixtin. *de regal. lib. 1. cap. 2. num. 10. seq.* Matth. Stephan. *de jurisd. l. 2. part. 1. c. 1. membr. 2. n. 50. seq.* Dn. Cluten. *syllog. rer. quotid. concl. 21. lit. c.* Coler. *de jur. Imper. sect. 28.* Reinking. *de regim. sec. l. 1. class. 5. cap. 6. n. 11. & 103.* Carpzov. *de leg. Reg. German. c 4. sect. 1. n. 1.* Bocer. *de regal. c. 2. n. 141. & de bell. lib. 1. cap. 5. n. 2.* 2 Ita, ut si inferior injussu Imperatoris bellum paret, non bellum, sed latrocinium & prædatio dicatur, *d. l. hostes. 24. ff. de captiv. & postlim. l. hostes. 118. ff. de V. S.* Et in crimen læsæ Majestatis incidat, *d. l. 3. ff. ad L. Jul. Majest. l. unic. C. ut armor. usus.* Bart. *in d. l. hostes. ff. de captiv. & postlim.* Gail. *1. de pac. publ. c. 4. num. 9.*

num.9. Carpz. *de leg. Reg. German. c. 4. n. 5.* Atque
novissimo jure in alterius perniciem & inva-
sionem, sine permissu summi Principis arma u-
surpans, violati territorii & pacis publicæ reus
agitur, Ord. Camer. *d. tit. 15.* R. A. zu Augsp. *de*
anno 1555. §. wo sich aber. *37. seq.* R. A. zu Speyr. *de*
anno 1526. §. zum andern. *5.* Et in Camera Impe-
riali mandata avocatoria contra eundem sub
pœna Banni decerni & per nuncios Camera-
les insinuari solent, R. A. zu Speyr. *de anno 1529.*
§. und damit an solcher. R. A. zu Augsp. *de anno 1530.*
§. wo aber der. *Ord. Camer part. 2. tit. 9.* §. und ob sich.
seq. Gail. *1. de pac. publ. c. 4. n. 1 & seq.* Et quemad-
modum omne bellum à superiore susceptum,
justum, ita etiam ab inferiore injustum esse
præsumitur, R. A. *de anno 1555.* §. wo sich aber keine.
50. Gail. *d. c. 4. n. 4.* Menoch. *6. præs. 99. n. 4.* Klock.
3 *de contrib. c. 4. n. 312.* Siquidem hi, qui superiorem
recognoscunt, si quas petitiones se habere pu-
tent, jure experiri debent, habent enim, qui ju-
dicet ipsos, *l. æquissimum. ff. de usufruct.* R. A. zu
Speyr. *de anno 1526.* §. zum andern. *5. in fin.* R. A. zu
Regensp. *de anno 1541.* §. wo aber jemands. *27.* R. A. zu
Speyr. *de anno 1542.* §. und damit die Zeit. *132.* Ord.
Camer. *part. 2. tit. 31. seq.* R. A. zu Augsp. *de anno*
1555. §. dargegen sollen. *16.* Et de jure gentium cer-
tum est, ut ubi jure agi potest, ab armis absti-
neatur Bodin. *de republ. l. 3. c. 2. fol. 301.*

4 Imò hodie in Imperio Romano jus belli-
gerandi Majestaticum ita limitatum est, ut nè
Imperator quidem ipse solus, sed unà cum ipsis
Imperii ordinibus de bello suscipiendo statuat,
& in Capitulatione sua juratò promittat, quod
sine consensu & voluntate Statuum, pro rebus
Imperii, nec intra, nec extra fines Imperii bel-
lum suscipere, nec militem extraneum ullum
in Germaniam adducere velit, si non ipse, vel
Imperium bello petatur, prout videre licet in
Capitulat. Imperat. Ferdinandi II. *art. 9.* & Fer-
dinandi III. *art. 11. ibi*: Wir sollen und wollen uns
darzu in Zeit bemeldter unserer Regirung / fried- und
nachbarlich gegen den anstossenden und Christl. Gewäl-
ten halten / kein Gezänck / Fehde / noch Krieg / inn- oder
ausserhalb deß Reichs von desselbigen wegen / anfahen
oder vornemmen / noch einig frembd Kriegs-Volck ins
Reich führen / ohne Vorwissen / Rath und Bewilli-
gung der Reichs-Stänð / zum wenigsten der sechs Chur-
fürsten: Da auch von einem oder mehr Ständen deß
Reichs dergleichen fürgenommen / und ein frembd
Kriegs-Volck in das Reich geführet würde / dasselbige
mit Ernst abschaffen / wo wir aber von deß Reichs we-
gen / oder das Römische Reich angegriffen und bekrieget
würde / alsdann mögen wir uns dagegen aller Hülff
gebrauchen / Heig. *l. 1. quæst 12. n. 29.* Elias Schröder.
in delin. jur. bell. concl. 2. Ziegler. §. *Landsassii. con-*
clus. 1. n. 171. Carpz. *de leg. Reg. German. c. 4. num. 17.*
vid. supr. c. 4. n. 56. seq.

5 Atque hæc quidem in bello offensivo, sive
inferendo, facilè procedunt, secus verò se res
habet in bello defensivo, & si vis alicui immi-
neat, vel inferatur, Imperator absit, & pericu-
lum subitaneum subsit, moræ impatiens, tum
enim licitè arma sumi, absque Imperatoris
consensu, tradunt, Warem. ab Erenberg. *de fœ-*
der. 1. c. 2. n. 56. Sixtin. *de regal. l. 2. c. 1. num. 19. & 20.*
Petra. *de potest. Princ. c. 13. n. 26.* Petr. Greg. Tho-
los. *de republ. l. 11. c. 1.* Reink. *de regim. sec. l. 2. class. 3.*
cap. 1. n. 20. Matth. Stephan. *de jurisd. lib. 2. part.*
1. c. 2. memb. 2. n. 54. seq. Quia tunc suprema ne-
cessitas, legum cancellis non circumscribitur,
sed ipsa lex est. *c. remissionem. caus. 1. quæst. 1.* Et
melius hoc casu est, in tempore occurrere,
quàm post vulneratam causam remedium
quærere, ne contingat id, quod olim Romanis
exprobatum: dum Romæ consultatur, Sagun-
tum expugnatur. Et meritò hic obtinet sen-
tentia illa Herennii apud Livium *lib 9.* Semper
justum est bellum, quibus omninò necessari-
um, semper pia arma, quibus nulla, nisi in ar-
mis spes vitæ posita est. Indeque in bello de-
fensivo superioris authoritatem non esse ne-
cessariam, etiam privatis tradunt, *per l. 1. & 2.*
C. quando lic. unic. sine jud. c. si vero. 1. §. nec ille de
sent. excom. Bellarm. *de laic. c. 15. in princ.* Besold.
diss. de bell. c. 5. n. 3. Damhoud. *prax. crim. c. 82. n. 24.*
Et Germaniæ Principibus & Ordinibus ex an- 6
tiquissimo libertatis prætenso, concessum esse,
conscribere milites in propriam & aliorum sa-
lutem, constat ex R. A. zu Speyr. *de anno 1526.* §.
darauff. *9. & passim.* Warem. ab Erenberg. *de*
fœder. 1. c. 2. n. 56. Reinking. *de regim. sec. l. 2. class. 3.*
c. 1. n. 18. & lib. class. 5. c 6. n. 12. Ziegler §. *Landsassii.*
concl. 1. n. 169. Ming. *de super. territ. concl. 76.* modò
forma in constitutionibus Imperii præscripta
observetur, de qua deputat. Absch. *de anno 1564.* §.
demnach declariren und erklären wir. *18.* Idque Im-
peratori significent, R. A. zu Augsp. *de anno 1555.*
§. und sollen in oberzehlten. *64. ibi*: uns / ihres Vorha-
bens / und was sie darzu verursacht / in Schrifften un-
verzüglich und in Unterthänigkeit / der Sachen wissens
zu haben / verständigen und vergewissigen / und nicht
destoweniger mit der fürgenommenen Gegenwehr die-
ser Ordnung gemäß fürschreiten. Indeque si gens
peregrina animo hostili in Imperium impe-
tum faciat, summus verò Princeps eandem re-
primere cesset, tunc integrum esse reliquis Pro-
ceribus populum ad arma convocare, milites
conscribere & hostem finibus Imperii arcere &
dissipare, scribit Bocer. *de bello. l. 1. cap. 5. num. 7.*
Uti etiam si Imperator, sive magistratus supre-
mus moratoria & elusoria procrastinatione
circumducendo, & vana spe lactando injuri-
am passum defendere nolit, Philip. Horst apud
Arumæ. *tom. 4. disc. 39. de bello, placit. 2.* Sicuti Ma-
thathias ejusque filius Juda, reliquis partim
conniventibus, partim colludentibus, Antio-
cho Regnum Judæorum opprimente, popu-
lum ad arma convocarunt & hosti restiterunt,
1. Matchabæor. 2. & 3.

Ex quibus omnibus & singulis facilè con- 7
cluditur, quod Civitatibus quoque Imperiali-
bus jus armorum competat, idque constat ex
plurimis bellis à Civitatibus cum Nobilibus,
& aliis Principibus & Ordinibus, gestis; der
Stätt Kriege. Veluti Norimbergensis Civitatis
cum Marchione Brandeburgico, Donawerdæ
cum Duce Bavariæ, Comitem & Ducum Wür-
tembergicorum cum Ulma, Eslinga, Reutlin-
ga, & aliis, de quibus videre licet apud Be-
sold. *dissert. de Civit. Imper. n. 14. fol. 134. seq.* Nobi-
liss. Dn. Caspar. à Lerch. *in tract. de Ord. Equest.*
jurib. part. 2. n. 13. fol. 74. Chron. Würtembergi-
cum manuscript.

Ita

8 Ita cum inter Comitem Würtembergicum Eberhardum sub *anno 1311.* & Civitates Imperiales aliquot Sueviæ, bellum grave exortum,& hæ,& inter easdem etiam Eslinga Imperatori Henrico VII. auxilium & officia fidelia præstitissent, ipse Imperator Eslingæ *anno 1311.* dimidiam partem Ungelti Eslingensis ad decennium concessit, hoc verborum tenore: Henricus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, prudentibus viris, Sculteto & Consulibus & universis Civibus in Ezzelingen, fidelibus suis dilectis gratiam suam & omne bonum. Decet Majestatem Regiam fidelium & subjectorum nostrorum, & Imperii labores & expensas, quos constanter & fideliter pro honore nostro & Imperii Reipublicæ, ac bono statu terræ sustinuerunt, & adhuc sustinent, concinnè, sollerter intendere, ipsisque Regalibus subsidiis, ne propter oppressiones hujusmodi deficiant, subvenire. Considerantes igitur, quot & quales expensas & labores in guerra, quam unà cum aliis Civitatibus nostris & dicti Imperii geritis contra Nobilem virum Eberhardum Comitem de Würtenberg, inimicum nostrum & Imperii publicum, pacis & boni status partium vestrarum,& Reipublicæ perturbatorem, sustinuistis hactenus, & in antea forsitan sustinere contingat, Regalis excellentia dignum & congruum arbitratur, ut vos propter hoc prosequamur prærogativa favoris, & gratiæ specialis. Quare nos volentes, ut labores & expensas hujusmodi eo libentius & commodius tolerare possitis, dictamque guerram contra præfatum Comitem tam laudabiliter inchoatam ad finem perducere concupitum, gratiam facere specialem, medietatem Ungelti, quæ nobis & Imperio in Civitate Ezzelingen pertinere dinoscitur, & quæ obligata extitit Eberhardo Comiti de Würtenberg, & propter ejusdem de meritis ad nos esse dinoscitur, justè & legitimè devoluta, vobis auctoritate Regia concedimus & donamus recipiendam & colligendam per decem annos continuos, à data præsentium numerandos, dictamque partem Ungelti vestris & civitatis prædictæ usibus & utilitatibus applicandam. In cujus rei testimonium præsentes literas scribi, & Majestatis nostræ sigillo jussimus communiri. Datum in Castris ante Brixiam. VI. Kalend. Septembr. anno Domini millesimo trecentesimo undecimo, Regni vero nostri anno tertio.

9 Qui Imperator huic quoque Civitati hoc nomine anno sequenti 1312. tria millia librarum Hallensium dono concessit, uti patet ex sequentibus literis: Henricus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, Prudentibus viris, Magistro Civium, Sculteto, Consulibus & Civibus in Ezzelingen fidelibus suis dilectis, gratiam suam & omne bonum. Considerantes fidei vestræ constantiam ac labores & expensas, quos & quas in Guerra, quam nostro & Imperii nomine & ad utilitatem Reipublicæ habetis contra Eberhardum de Würtemberg, nostrum & dicti Imperii hostem & inimicum, ac totius pacis & patriæ turbatorem, sustinuistis hactenus, & continuè sustinetis, ut hujusmodi Guerram, & ipsius Eberhardi humiliationem iteratò innovare facilius valeatis, & vobis servitores ad hoc conquirere, & alia facere, quæ circa hoc incumbunt, de quibus per vestras patentes literas volumus rationabiliter informari. Ecce quod ad præsens vobis tria librarum Hallensium millia duximus largienda: quæ vobis hoc modo deputavimus persolvenda, videlicet, per prudentes viros cives Francofurdenses, Nongentas & tredecim, ac per Judæos ibidem ducentas; nec non per Cives in Fridberg & Wetslaria, Mille Nongentas libræ Hallenses, de Sturis nostris in festo beati Martini proximè præterito, nobis debitis per eosdem, fidelitatem vestram requirentes, & hortantes attentè, quatenus eandem pecuniam ad honorem nostrum & Imperii convertatis, taliter quod nedum similia, sed majora vobis exhibere favorabiliter nos delectet. Præsentium testimonio literarum nostri sigilli munimine signatarum, Dat. Pysis ij. Kalend. April. anno Domini Millesimo, trecentesimo duodecimo, Regni verò nostri anno Quarto.

De prælio propè Reutlingam peracto, 10
Munster. *in cosmograph. l.3.c.310.* ita scribit: *Anno 1372.* hetten die Graffen von Würtenberg einen grossen Krieg mit den Reichs-Stätten / die in ihrem Land liegen / und wurden auf beyden Seiten bey 1200. Dörffer verbrant / die Reben und Bäum abgehauen / die Wiesen oder Matten geackert / die Aecker mit Senff übersäet / und zuletzt / da die von Reutlingen hätten den Würtenbergern die Küh entführt / eilet der Graff mit den andern Herrn hernach biß zu der Statt / und da kamen die Burger auß der Statt mit ihren Soldnern durch ein ungewohnliche Porten / die sonst allezeit beschlossen war / und setzten in ihre Feind / griffen den Graffen und seinen Hauffen an / und erhub sich da ein grosse Schlacht / der Graffe von Würtenberg ward wundt / und kam kaum darvon: Es wurden auch auf seiner Seithen erschlagen drey Graffen / namblich Graffe Friderich von Zollern / Pfaltzgraffe Ulrich von Tübingen / Graffe Hanß von Schwartzenberg / Schweyger von Gundelfingen Freyherr / Ritter Gotfrid Schoderer Fendrich / Reinhard von Neitperg / Hanß von Seldeneck / Lang von Croltzheim / Bernhard von Sachsenheim / Friderich deß Sohn / Wende Franck / Wolff von Samheim Hoffmeister / Edel Burckhard Sturmfeder / 2. Bentzo / Keyb von Hohenstein / Hanß von Rudenberg / Hanß von Lustnaw / Seyfrid von Falckenberg / Conrad von Horsingen / Conrad Kayser / Walther von Hohenfelß / Schweyger von Gemmingen / Scharb von Bernhausen / Seyfrid / Heinrich Waler / Cuno Truchseß von Buchishauß / Albrecht von Kilder / Eberhard von Stofflen und Bonland / Eberhard von Sternfelß / Vogt im Zabergöw / Heintz von Lichteneck / Hanß von Sperberseck / Andres von Gryssingen / Ulrich von Lichteneck / Diebold von Neydlingen / Cuntz von Sambheim / Wolff von Pfaurhausen / Wolff von Jungingen / Walther Speth von Eystetten / Heinrich Mager / Seyfrid Franck von Erdbach / Herman von Ratbogen Franck / Hanß von Grunbach / Franck / Cuntz von Hedicken / Rueff von Liechtenstein / Wolff von Urnhofen / Völcklin von Krautheim / Hanß von Grumbach / Wilhelm Durrer von Kernß / Franck / Hanß von Winßheim Franck / Conrad von Limpach

 Franck /

Franck / Herman von Boenstein Franck / Seinsfeld Franck / Andres Zobel Franck / Ruprecht von Gabsydel Franck / Johann Esel von Lor. Ihnen blieben auch dahinden 13. Knecht. Aber die von Reutlingen verlohren nicht mehr dann 16. Mann / und zuhand ward der Kriege gericht. Es war danzumal kein mächtiger Graffe im Reich / es wurden auch an keinem Orth so gute Kriegsleut vom Adel gefunden / als bey ihm. Er gab dem gantzen Reich zuschaffen mit Kriegen / aber es fehlet ihm gar schädlichen vor Reutlingen. Es hieß der Graff dieser Zeit Eberhard / und wie etliche von ihm schreiben / ist er lebendig auß seiner Mutter Leib geschnitten worden / daß ein Anzeigen war seines künfftigen Lebens / er ward 80. Jahr alt. Hactenus Munsterus. Confer Lehman. *Chron. Spirens. lib. 7. cap. 65.* & quæ refert Besold. *dissert. de jur. civit. Imper. n. 14. fol. 138. seq.* ubi etiam alios plures Nobiles cæsos refert. Addit quoque Munster. *d. cap. 310.* Darnach anno Christi 1388. ist ein Schlacht geschehen bey der Statt Wyl / da dann die Herrschafft von Würtemberg und von Bayern auf einer Seiten / an die Schwäbischen und Rheinischen Stätt auf der andern Seiten / wider einander gezogen. Es ward im ersten Antritt erschlagen der junge Graff von Würtemberg / ein Graffe von Zollern / ein Graffe von Löwenstein / und einer von Werdenberg / mit sambt 60. Rittern und Edlen. Aber da sich der alte Graffe von Würtemberg wieder gestärcket hat / und die Stättischen noch einmal angriff / sieget er wider sie / und erschluge von ihnen bey 1000. Mann / und fieng mehr dann 600. die übrigen entrunnen.

11 Plura alia refert Besold. *dissert. de jur. civit. Imper. pag. 139. & seq.* ubi *pag. 143.* scribit: Anno 1388. an Sanct Martins-Tag / da kamen zweyhundert guter Ritter und Knecht / und hundert Schützen für Regenspurg / die rufften den Burgern herauß durch freyen Muth und Ainlitzingen / die von Regenspurg wapneten sich in ihrer Statt gar heimlich / und wurffen ein Thor auf / und ihr giengen ein Theil herauß zu den Bayern / und wurden mit ihnen fechten / die von Regenspurg wurffen ein ander Thor auf / und zugen hinder die Edelleut mit offnem Baner / und erschlugen der besten Ritter und Knecht dreyßig zu tod / so die Hertzogen von Bayern hätten / und fingen der besten Ritter und Knecht wol viertzig / und führeten die in ihr Statt / und die andern wurden flüchtig. Im selbigen Jahr zogen die von Nördlingen auß mit tausend Pferden und zwey tausend Mann zu Fuß / für ein Schloß / heist Sultzbach / was der von Mainburg / das gewonnen sie mit Stürmen / und fingen zwantzig erbare Mann / und vier und zwantzig Knecht / und zween Edelmann / die wurden erstochen / und brannten die Fest auß / und sechszehen Dörffer daherumb / und nahmen sechshundert Haupt Viehs / und bey sechshundert Schaf Korns / und führeten das alle gen Nördlingen ohn allen Schaden / Besold. *d. l.*

12 Verum cum multa sint belli mala, & pax etiam iniqua, bello etiam justissimo præferenda, Gail. *de pac. publ. lib. 1. cap. 4. num. 43.* Reinking. *polit. Biblic. lib. 2. axiom. 124. & 138.* Ideò meritò ad arma non properandum, sed omnia prius tentanda, & pacis conservandæ media undique quærenda sunt, Carpzov. *de leg. Reg.*
13 *Germ. c. 4. sect. 1. num. 6. seq.* Non enim pax quæritur, ut bellum exerceatur, sed bellum geritur, ut pax adquiratur, inquit Augustin. *ad Bonifac. c. noli existimare. caus. 23. quæst. 1* Nec ullum unquam bellum sine justa & legitima causa gerere licet, Besold. *de bell. c. 6. num. 5. fol. 81.* Bocer. *de bell. lib. 1. cap. 4. num. 1.* Nec quævis levis causa sufficit, sed urgens, & quæ damnis & periculis, quæ secum trahit, correspondeat, Besold. *d. num. 5. & num. 6.* Gravissima enim remedia non nisi gravissimis morbis applicari volunt Medici. Indeque Cæsaris Augusti augustum est præceptum; prælium aut bellum nunquam suscipiendum, nisi cum major emolumenti spes, quàm damni metus ostenditur. Nam minima commoda non minimo sectantes discrimine similes sunt aureo hamo piscantibus, cujus abrupti damnum nulla piscium captura pensari potest, Sueton. *in octav. cap. 25.* Nec antiquæ & obsoletæ causæ resuscitandæ sunt *Judicum cap. 11. vers. 26.* Besold. *d. cap. 5. num. 5. & 6.* Nec novæ fingendæ, 14
prout hodie plerumque fieri assolet, ubi quisque suum bellum sacrum deprædicat: hostes quisque suos impios dictitat: suam quisque causam sanctam nominat: in ore omnium pium sanctumque versatur: consilio, conatu, animo secus afficitur. Nec enim quisquam tam malus est, ut malus videri velit. Et qui de re nefaria deliberat, id solum quærit, quomodo quàm minimum peccare videatur, & sceleri suo colorem honestatis inducere queat, Quintilian. *l. 3 c. 8.*

Justa autem causa belli in genere est, quæ 15
refertur ad gloriam Dei, R. A. zu Regenspurg. *de anno 1532.* §. Damit solcher. *7.* Et ad Reipublicæ salutem & libertatem tuendam, R. A. zu Speyr *de anno 1542.* §. Und dieweil nun dieser. *57.* nec non ad defensionem vitæ, corporis & bonorum; Vim enim vi repellere omnes leges, 16
omniaque jura non solum permittunt, sed etiam jubent, *l. ut vim. 3. ff. de justit. & jur. l. scientiam. 45. §. si quis cum aliter. 4. ff. ad L. Aquil.* Unde culpa censetur alterius defensionem omittere, sui verò dolus, inquit Bald. *consil 3. l. 4.* Et propter defensionem natura Duce bellum suscipimus, quia propter naturæ violatum jus suscipimus, Alb. Gentil. *1. de bell. cap. 13.* Et omnium mortalium consensu justissima est belli causa, propulsare injurias, & tueri armis focos, liberos, patriam, Paul. Jovius.

Atque hinc præcipuæ justi belli causæ sunt 17
I. Fidei & Religionis defensio, Polan. *in syntag. theol. vol. 2. l. 10. cap. 67.* Warem. ab Erenberg. *de fœder. 2. num. 59.* Besold. *de bell. d. cap. 5. n. 6.* Damhoud. *pract. crim. cap. 82. num. 21.* Bocer. *de bell. cap. 4. num. 13. & 14.* Remig. Fesch. *de fœder. concl. 18. lit. e.* Reinking. *de regim. secul. lib. 2. class. 3. cap. 2. num. 6. seq.* Carpzov. *de leg. Reg. German. cap. 4. sect. 6. per tot.* Reinking. *polit. Biblic. lib. 2. axiom. 126.* Ex quo etiam Impera- 18
tor passim in Constitutionibus Imperii dicitur protector Ecclesiæ, obrister Vogt der Christlichen Kirchen / und deß Christlichen Glaubens / R. A. *de anno 1530.* §. Nachdem aber. *11.* R. A. *de anno 1529. tit.* wider die Widertäuffer. §. *1.* R. A. *de anno 1541.* §. aber Churfürsten. *19.* Et Religionem armis 19
defendi

defendi posse, constat ex R. A. *de anno 1532.* §. Und damit solcher. 7. *ibi*: Und zu Handhabung unsers Christlichen Namens und Glaubens. Ac laudantur Maccabæi, quod propter Religionem Antiocho in Judæos sævienti fortiter restiterunt, *1. Maccabæor. 1. vers. 57. seq. & cap 2. v. 25. seq. & c. 3. v. 1. seq.* Et sic pugnare licet pro aris & focis, pro lege & grege,

Ipse sibi stringit Pelicanus pectora rostro,
Et proprio pullos sanguine fidus alit.
Alphonsi Regis dictum hoc fuit, addidit illud;
Sic pro lege geram prælia proque grege.

Vor Gottes Ehr und Vatterland/
Nimmt man billich das Schwerdt zur Hand.

20 Secus autem est, quoad Religionis propagationem & obtrusionem, Alb. Gentil. *de bell. l. 1. cap. 9.* Klock. *de contribut. cap. 10. sect. 2. num. 2. seq.* Norderman. *de jur. Principat. concl. 32.* Reinking. *de regim. secul lib. 2. class. 3. cap. 2. num. 39. seq. & polit. bibl. lib. 2. axiom. 135.* Warem. ab Erenberg. *de fœder. cap. 1. num. 77.* Carpzov. *d. sect. 6. num. 13. seq.* Adeò, ut nec Ethnici & alii infideles ad Religionem Christianam amplectendam, vi & armis cogi possint, *l. Christianis. 6. C. de pagan. c. dispar. caus. 23 quæst. 8. c. Judæi. X. de Judæ. c. qui sincera. Dist. 45.* Besold. *de jur. bell. c. 5. n. 6.* Bocer. *de bell. lib. 1. cap. 4. n. 18.* Becht. *de secur. concl. 91.*

21 II. Justa belli causa est, defensio Regionis & Reipublicæ, ejusque tranquillitas, ut si peregrina gens quædam populo, vel Imperio Romano vim & injuriam inferat, & ad eandem propulsandam bellum suscipiatur, R. A. *de anno 1542.* §. Und dieweil nun dieser. 57. *c. justum. c. Dominus noster. vers. figens. caus. 23. quæst. 2.* Covarruv. *in c. peccatum. de R. I. in 6. 2. part. relect.* §. *9. n. 3.* Bocer. *d. cap. 4. n. 12.* Reinking. *d. lib. 2. class. 3. cap. 2. num. 12.* Fortitudo enim, inquit Ambros. *1. offic.* quæ vel in bello à barbaris tuetur patriam, vel domi defendit infirmos, vel à latronibus socios, plena justitia est, *c. fortitudo. caus. 23. quæst. 3.* Et sic justa belli causa est tuendorum finium in bello Jephtæ contra Ammonitas, *Judic. 11.*

22 III. Defensio libertatis, R. A. *de anno 1542.* §. Und dieweil nun dieser. 5. Felch. *de fœder. concl. 18. lit. f.*

23 IV. Defensio sociorum & vicinorum, per R. A. zu Nürnberg *de anno 1522. in fin. princ.* R. A. zu Speyr. *de anno 1526.* §. Darauff so haben wir. 9. *& de anno 1529.* §. Dergleichen soll. 14. *in fin.* Besold. *de bell. c. 5. n. 6.* Reink. *d. class. 3. c. 2. n. 17. & polit. biblic. l. 2. axiom. 127.*

24 V. Defensio Confœderatorum, & quibus fidem defensionis dedimus, Besold. *d. n. 6.* Author. *apolog. Colmar. c. 6. membr. 2. lit. a. & b.* Reinking. *d. l.*

25 VI. Defensio eorum, qui ejusdem nobiscum gentis, aut sanguinis, aut originis, Besold. *d. n. 6.* Reink. *d. axiom. 127.*

26 VII. Uti & eorum, qui ejusdem sunt Religionis, Besold. *d. l.* Reink. *d. l.* Sociamur enim magis Religionis unitate, quàm aut communione naturæ, aut fœderum pactione. Unitas enim Religionis ad conscientiam provocat, naturæ communio ad originem, fœderum pactio ad leges, conscientiæ autem integritati maximè studendum est, Osorius *l. 5. c. 2.*

VIII. Defensio aliorum oppressorum, nam & quibuscunque oppressis opem ferre licet, Besold. *d. n. 6. & 2. polit. cap. ult. n. 56.* Et eximere jubemur eum, cui fit injuria de manu injurii, *Syracid. 4. v. 9.* Natura enim inter omnes homines cognationem quandam constituit, *l. 3. ff. de justit. & jur.* Et homo in adjutorium mutuum dicitur generatus, Seneca *de ira l. 1. c. 7.* 27

IX. Idem est, quoad defensionem subditorum alienorum, contra Dominum suum, si ob ... Religionem vi aut ... vel alio modo iniquè premantur, Besold. *d. n. 6.* 28

X. Justè quoque defensio apprehenditur, si periculum immineat, & adhuc futurum sit, ita ut justus quoque metus justum bellum faciat, R. A. zu Augspurg *de anno 1530.* §. Damit aber darnach. 104. *seq.* R. A. zu Regenspurg *de anno 1532.* §. Und damit solcher. 7. Besold. *d. n. 6.* Reink. *d. lib. 3. class. 3. c. 2. n. 21. seq.* Veluti si metus sit, ne si opprimas, opprimaris; siquidem ratio Imperiorum hæc quoque est, ne noceri possit, teste Dion. Halicarn. *lib. 6.* cum melius sit in tempore occurrere, quam post vulneratam causam remedium quærere velle, & melius est prævenire, quàm præveniri, *l. 1. C. quand. lic. unic. l. fin. C. in quib. caus. restit. non est necess.* Unde Thebani junxerunt se armis Atheniensibus contra Philippum, metuentes, ne victis Atheniensibus velut vicinum belli incendium ad se transiret, Justin. *lib. 9. c. 3. v. 5.* Nam 29 30

Tum tua res agitur, paries cum proximus ardet.

XI. Justi quoque belli causa justa est contumacia & rebellio subditorum: Nam si subditi adversus Dominum suum insurgant, eique obedire nolint, Dominus licitè ipsis bellum infert, & manu armata ad obedientiam revocat, *Genes. 14. Romanor. 13. v. 4. c. quid culpatur. §. 1. caus. 23. quæst. 1.* R. A. zu Speyr. *de anno 1529.* §. Dergleichen soll der Articul. 14. R. A. zu Augsp. *de anno 1551.* §. Wiewol wir nun. 18. *seqq.* Bart. *in l. ex hoc jure. n. 3. ff. de justit. & jur.* Chassan. *in consuet. Burg. l. 1. des justices. §. 5. n. 87. & §. 7. num. 13.* Rosenthal. *de feud. c. 8. concl. 20. n. 12. in not. lit. S.* Bocer. *de bell. d. c. 4. n. 16.* Reink. *d. l. 2. class. 3. c. 2. n. 30. seq. & polit. Biblic. l. 2. axiom. 133.* Carpz. *de leg. Reg. German. c. 4. n. 11.* Gail. *de pac. publ. l. 1. c. 4. n. 40.* Aliisque contra suos subditos rebelles & inobedientes in auxilium venire possunt magistratus, R. A. zu Augsp. *de anno 1536.* §. Deßgleichen soll. R. A. zu Speyr *de anno 1526.* §. Darauff so haben wir uns. *& de anno 1529.* §. Dergleichen soll. Carpz. *d. l. n. 12.* Sicuti etiam contra Bannitos Imperii ad Cæsaris jussum, wann ihnen die Execution wider die Aechter anbefohlen / R. A. zu Regenspurg *de anno 1567.* §. So haben wir. 31

Tale superiori tempore fuit bellum rusticorum, der Bauren-Krieg/ ubi in Suevia rustici primò à Domino suo Comite Lupffio deficere cœperunt, propter onera, quibus se nimium gravari conquerebantur. Idem & alii deinceps vicini faciebant in suum magistratum, quæ 32

quæ res postea anno 1524. maximum & periculosissimum motum excitavit, qui magnam deinde Germaniæ partem invasit, Schleidan. *lib.4.fol. 63.* Sed cum Suevici ordines, proceres & Status fœdus ad defendendam pacem & tranquillitatem publicam contra hosce turbatores iniissent, collecto exercitu, duplici prælio seditiosos ejusmodi rusticanos debellarunt, & pœnis condignis subjecerunt. Unde etiam ad contumaciam seditiosorum & rebellium coërcitionem, novissimis Imperii constitutionibus Circulorum constituti sunt præsides, & uni vel pluribus, qui proximiores sunt, dem nechsten Craiß-Obristen / executio committitur, R. A. zu Augspurg *de anno 1555.* §. Und [illegible] zu Erhaltung. *71.* Ord. Camer. *part. 2. tit. 9.* §. Und ob sich. *2.*

33 XII. Recuperatio rerum nostrarum nobis ablatarum, & à peregrino populo per violentiam detentarum, R. A. zu Wormbs *de anno 1521.* §. Und als wir. *30.* R. A. zu Speyr. *de anno 1529.* §. Weiter haben. *26. c. dominus noster vers. si gens. caus. 23. quæst. 2.* Heig. *1. quæst. 12. n. 45.* Bocer. *de bell. c. 4. n. 10.* Reink. *d. c. 2. n. 28. & polit. Biblic. l. 2. axiom. 128.* Carpzov. *de leg. Reg. German. c. 4. sect. 3. n. 1.* Author *apolog. Colmar. c. 4. memb. 2. lit. l. & lit. T.* Tunc enim à nobis justa bella suscipiuntur, si rebus aut jure nostro spoliamur, inquit Plato *in Alcibiad. 1.*

34 Idem est XIII. quoad bonorum nobis justè debitorum occupationem, qualiter Gothi Hispaniæ partem, pignoris nomine, quasi arrham quandam debitorum sibi ab Imperio Romano stipendiorum occupasse, & in ea Regnum sibi Arragoniæ constituisse, quasi arrham Gothorum, ex Engelb. Abb. *admon. de ort. & fin. Imp. Rom. c. 10.* notat Remig. Fesch. *de fœder. concl. 18. lit. l.*

35 XIV. Matrimoniorum quoque denegatio ad justas belli causas refertur, quomodo filii Israel bellum inferunt habitatoribus Jabes Galaad, & virgines earum abducunt ad reficiendam stirpem Benjamin, & in solemnitate Silo exemplo Romuli fraude aliqua virgines rapiunt ob eandem causam, ut videre licet *Judic. 21. v. 19. seq.* Sicque Romulum vicinis denegantibus secum connubia rectè bellum intulisse testatur Augustin. *de C. Dei 2.*

36 XV. Si populus peregrinus per suam provinciam populo Romano, de damno caventi transitum innoxium deneget, per *Numer. 21. & Judicum 11. c. dominus. §. fin. caus. 23. quæst. 2.* Besold. *de bell. c. 5. n. 6. & de jur. rer. c. 2. n. ult.* Bocer. *de bell. c. 4. n. 15.* Hugo Grot. *de bell. l. 3. cap. 17. §. 2.* Reink. *polit. biblic. l. 2. axiom. 129.* Vel alimenta non concedat, *Num. 21. Deut. 2. v. 26. Amos 2. v. 9. Judic. 8. v. 4. seq. arg. l. necare. ff. agnosc. & alend. lib.* Reink. *d. l. 2. class. 3. c. 2. num. 35. & polit. Biblic. l. 2. axiom. 130.*

37 XVI. Commerciorum denegatio, *infra l. 5. c. 22. n. 55.*

38 XVII. Legatorum violatio, Besold. *d. n. 6.* Ita enim Hanon à Davide ob violatos ejus legatos bello miserè victus & deperditus est, *2. Samuel. 10.*

39 XVIII. Injuriarum vel delicti, quod Princeps, vel universitas commisit, vindicatio, *Numeri 31. in princ. 2. Samuel. 10. c. justum. c. Dominus noster. vers. si gens. caus. 23. quæst. 2.* Besold. *de bell. c. 5. n. 5.* Reink. *d. c. 2. n. 32. & polit. Bibl. l. 2. axiom. 134.* Bocer. *d. c. 4. n. 12.*

XIX. Justitiæ denegatio, veluti si quis Princeps, vel alius Dominus, vel etiam civitas Imperialis in orbe Romano judiciorum vigorem sæpius ante tentatum contumaciter spreverit, ut ita contra ipsum manu militari executionem fieri, & justitiam defendi necesse sit, *l. qui restituere. 68. ff. de rei vind. c. Dominus. vers. si gens. caus. 23. quæst. 2. c. unic. in fin. de milit. vasall. qui centum.* Bocer. *d. c. 4. num. 17.* Reinking. *polit. Bibl. l. 2. axiom. 132.* 40

XX. Exemptio ab Imperio [illegible] sa esse perhibetur, qui enim ab Imperio deficiunt, Imperii hostes efficiuntur, *l. postliminii. 19. §. transfugæ. 8. ff. de captiv. & postlim. l. item ei. 14. ff. ex quib. caus. major.* Bart. *in l. hostes. n. 15. ff. de captiv. & postlim.* Reink. *d. l. 2. class. 3. c. 2. num. 29.* Atque ita ad recuperanda bona ab Imperio alienata justum bellum suscipi, nulla obstante temporis præscriptione, probat latè Benedict. Carpzov. *de leg. Reg. German. c. 4. sect. 3. per tot.* Justum quoque esse bellum adversus Turcam susceptum, & quare hoc minus fœliciter hactenus fuerit gestum, latè tradit Carpz. *d. l. sect. 2. per tot.* 41

Non verò justa belli gerendi causa est dominandi libido, & Imperii amplificatio, *c. quicquid culpatur. c. militare. caus. 23. quæst. 1.* Bocer. *de bell. c. 4. n. 20.* Klock. *de contribut. c. 7. num. 79. seq.* Schönborn. *6. polit. c. 4.* Reinking. *d. l. 2. class. 3. c. 2. n. 36. & polit. biblic. lib. 2. axiom. 143.* Carpz. *d. c. 4. sect. 3. per tot.* Sicuti nec violatio legis naturæ, veluti quod infideles commedunt carnes humanas, & promiscuo concubitu utuntur, Covarruv. *in c. peccatum. d. R. I. in 6. secund. part. relect. §. 10. n. 4.* Bocer. *d. c. 4. n. 21.* Nec Religionis diversitas, *supra n. 20.* Nec propria gloria, nam magistratus & bellum & pacem non ad suam gloriam & commodum proprium, sed ad Reipubl. utilitatem dirigere debet, Hœnon. *polit. disput. 7. concl. 5. lit. e.* Nec ratio Status, ad imminuendam potentiam vicini crescentem, Hugo Grotius *de jur. bell. lib. 2. c. 3. n. 17.* Reink. *polit. Biblic. l. 2. axiom. 145.* 42 43 44 45

Juri bellico annexa est lustratio & exercitatio subditorum & civium in armis, Heerschau / Musterung / Auffsetzung der Wehr und Waffen. Cum exercitata paucitas ad victoriam promptior quàm rudis multitudo. Indeque exercitus ipso nomine exercitatos & præparatos requirit, Scipio Amirat. *lib. 20. disc. 2.* Et quælibet Respublica tempore pacis subditos & cives aptos & idoneos ad bellum seligit & exercet, qui incidente necessitate manu expediti, prompti & semper parati sint, ad vim quamvis illatam, armis propulsandam, vulgò Außwahl / Außschuß / Althus. *polit. cap. 34. fol. 559.* Lipsius *5. polit. 9.* Nam & pacis tempore de bello cogitandum necessario, Besold. *de jur. bell. cap. 1. per tot.* Nec belli tempus expectandum, sed in pace cives ad rem bellicam exercendi sunt, sicuti monet Plato *lib. 2. de legib.* 46 47

Et

Et ut ſcribit Seneca *Epiſt. 18.* in ipſa ſecuritate
ad difficilia ſe præparet, ut contra injurias for-
tunæ, inter beneficia firmetur. Miles in media
pace ſine hoſte decurrit, vallum jacit, & ſuper-
vacuo labore laſſatur, ut ſufficere neceſſariò
poſſit. Quam in ipſa re trepidare nolueris, ante
rem exerceas, confer Limnæ. *de jur. publ. lib. 6. c.
5. n. 129.* Et hæc luſtratio noſtro ævo juri ſupe-
rioritatis & Regalibus adſcribitur, R. A. *de an-
no 1564.* §. Ferner dieweil. *22.* Knichen. *de Sax. non
prov. verb. Ducum. cap. 4. circa fin. n. 5.1. de jur.
territ. cap. 3. num. 364. ſeq. & encyclop. cap. 11.* Pruck-
man. *conſ. 37. n. 34. & 40. lib. 1. & conſ. 10. n. 41. lib.
2.* Bidembach. *Nobil. quæſt. 7. n. 4. verſ. quam ſen-
tentiam. fol. 58.* Klock. *conſil. 20. n. 13. & de contri-
but. cap. 3. n. 268. & ibi* Gerlac. Buxtorff. *in conſil.
2. verſ.* geſtalt auch. *fol. 10. ſeq.* Sixtin. *de regal. lib.
2. cap. 1. n. 27.* Bocer. *de regal. cap. 2. n. 14.* Beſold.
theſ. pract. verb. Muſterung. *in fin.* Reinking. *de re-
gim. ſec. lib. 1. claſſ. 4. cap. 6. n. 15.* Nam pro admi-
niſtratione juſtitiæ & defenſione patriæ Domi-
ni territoriales ſubditos, Landſaſſios & cives
vocant ad bellum, excubias arcis, caſtri civita-
tis, ſequelam, luſtrationem, Reiß/ Folg/ Muſte-
rung/ qui ſi vocati compareant, ſuperioritatem
vocantis agnoſcunt, Knichen. *d. cap 3. n. 239.* Six-
tin. *de regal. lib. 2. cap. 1. n. 27.* Wehner. *pract. obſerv.*
Folge. Bidembach. *d. quæſt. 7.* Quamvis enim de
jure communi nemo præter Principem ſive Im-
peratorem delectum agere poſſit, *l. 3 ff. ad L. Jul.
Majeſt. l. neminem. 17. C. de re milit.* & abſque Im-
peratoris permiſſu delectum agens, crimen læ-
ſæ Majeſtatis incurrat, *d. l. 3. ad L. Jul. Majeſt.
lib. 2. cap. 5. n 10.* Petr. Gregor. Tholoſan. *ſyntag.
lib. 35. cap. 1. n. 3. & de Republ. lib. 9. cap. 1. n. 16.*

49 Cum tamen hodie Principes & alii Status &
proceres Imperii in territoriis & ditionibus ſu-
is tantum poſſint, quantum Imperator in toto
Imperio, Imperiumque & ejus jura ſciſſa ſint,
ipſi quoque delectum agere poſſunt, R. A. *de
anno 1530.* §. Wiewol auch der Abſchied. *93.* Warem.
ab Erenberg. *de fœderib. lib. 1. cap. 2. n. 56.* Gerl.
Buxtorff. *d. conſ. 2. fol. 11. ſeq.* Klock. *d. conſ. 20. n. 28.
ſeq.* Quod etiam probat executio pacis publicæ
demandata, R. A. *de anno 1495.* von Handhabung
deß Land-Friedens. *tit.* von Nacheilen zu friſcher That.
2. & de anno 1522. in Erklärung deß Landfrieden. *tit.*
So jemand wider Recht den Land-Frieden. *17. de anno
1548.* §. Ferners zu noch. *20. de anno 1530.* §. Demnach
ſoll ſich jeder. *ſeq. & de anno 1561.* §. Ferners dieweil.
Ord. Camer *part. 2. tit. 9.* Ex quibus colligi-
tur, quod conceſſo Imperii Statibus & Ordini-
bus conſequente, defenſione ſcilicet ſui territo-
rii, & perſecutione pacifragorum, conceden-
dum etiam ſit antecedens, jus nimirum dele-
ctus, ſine quo illud commodè expediri nequit,
arg. l. 2. ff. de jurisd. Klock. *d. conſil 20. n. 58.*

50 Idem eſt, quoad jus ſequelæ, Reiß und Folge/
veluti quod conſequens quoddam & quaſi ef-
fectus luſtrationis perhibetur, & in claſſem ju-
rium ſuperioritatis & regalium refertur, Kni-
chen. *de jur. territ. cap. 3. n. 357. ſeq. Encyclop. cap 9. &
de Saxon. non prov. verb. Ducum. cap. 5. n. 310.* Klock.
de contrib. c. 3. n. 273. & d. conſ. 20. n. 95. ſeq Rein-
king. *de regim. ſec. lib 1. claſſ. 5. c. 6. n. 20.* Wehner.
verb. Folge.

Et licet ſint, qui ſubditos & cives invitos ad 51
comitandum Dominos & magiſtratum ad bel-
lum cogi non poſſe velint, *arg. l. 1. & fin. C. ut ru-
ſtic. ad null. obſeq. & ibid.* Lucas Penna *col. 3. verſ.
igitur quæritur.* Georg. de Cabed. *deciſ. 44. n. 2. &
5. part. 2.* Petr. Greg. Tholoſ. *de republ. lib. 11. cap.
3. n. 13.* Eo quod hodie collectæ in locum ſeque-
læ ſucceſſiſſe videantur, Meichſn. *tom. 2. lib. 1. de-
ciſ. 6. n. 64. fol. 629.* Gylman. *ſymph. tom. 1. tit. 2. vot. 1.
n. 120. fol. 96.* Bidembach. *nobil. quæſt. 7. n. 4.* Contra-
rium tamen, ſubditos nimium & cives, tempo-
re neceſſitatis & belli ingruentis, à Domino &
magiſtratu ad arma convocatos comparere, e-
umq; & patriam defendere, & ad bellum pro-
cedentem ſequi teneri, omnia jura docent, *1.
Samuel. 8. v 9. cap 24. v 3. c 25. v. 8. cap. 26. v. 2. Ju-
dith. 18. v. 5. & 6. c. igitur. 7. cauſ. 23. quæſt. 8.* Et fa-
ciunt ea, quæ de luſtratione ſive delectu, ex con-
ſtitutionibus Imperii jam dicta ſunt, quibus et-
iam congruit R. A. *de anno 1530.* §. Dergleichen ſoll.
58. ſeq. & §. Deßgleichen ſoll der Articul. *71.* Idque
comunis Doctorum ſchola comprobat, Chaſ-
ſan. *in conſuet. Burg. rubr. 1. §. 4. in princ. n. 8.* Wintz-
ler. *de collect. deciſ. 1. n. 100.* Sixtin. *de regal. lib. 2.
cap. 1. n. 28.* Rulant. *de Commiſſ. part. 4. lib. 2. cap.
2. n. 4. & cap. 3. n. 9.* Meichſner. *tom. 2. lib. 2. deciſ.
4. n. 177.* Klock. *de contribut. cap. 3. n. 273. ſeq. & d.
conſ. 20. n. 91. & ſeq.* Maul. *de homag. tit. 5 num. 39.*
Hinc quoque tempore belli & imminentis pe- 52
riculi ſubditi & cives ad cuſtodiam caſtri & ci-
vitatis portarum tenentur, Guid. Pap. *deciſ.
631. n. 12. ſeq.* Ripa *de temp. noct. cap. 45. n. 14.* Tuſch.
lit. G. concl. 8. n. 2. Chaſſan. *ad conſuet. Burg. rubr.
1. §. 4. num. 17.* Petra *de poteſtat. Princ. cap. 6. part. 1.
num. 38 ſeq.* Gylman. *lib. 1. deciſ. 1. n. 227.* Klock. *de
contribution. cap. 3. num. 300. & d. conſil. 20. num.
112.*

Non tantum autem ſubditi & cives Domi- 53
num & magiſtratum ſuum ſequi tenentur in
territorio, ſed etiam extra illud, ſi dominii de-
fenſio, vel ablatorum recuperatio id exigat,
Menoch *conſ. 1003. n. 63.* Roſenthal. *de feud. cap. 8.
concl. 23.* Klock. *d. cap. 3. n. 308.* Quamvis non faci-
lè extra territorium & ad loca longè diſſita e-
vocari debeant ſubditi, per *l. operæ. 21. ff. de oper.
libert.* Klock. *d. cap. 3. n. 310. & d. conſ. 20. n. 79.* præ-
terquam contra hoſtes & pacis publicæ tur-
batores, quorum perſecutio etiam extra terri-
torium permittitur, R. A. *de anno 1559.* § Und wie-
wol. *21* Mynſing *2. obſerv. 28* Gail. *1. pac. publ. cap.
16. num. 26.* Nec ſubditi & Cives electi propriis 54
ſervire tenentur ſumptibus, Chaſſan. *d. rubr. 1.
§. 4 princ. n. 11.* Klock. *d. cap. 3. num. 311. & d. conſil.
20. n. 115.* ſed vel Dominus eosdem ob vectiga-
lia & alia tributa ſuppeditare, Peguer. *deciſ. 17.
num. 13.* Vel ſi eadem non ſufficiant à tota pro-
vincia & reliquis ſubditis contribui debent,
Chaſſan. *in conſuet. Burg verb. de, juſtices. rubr.
1. §. 4. veoſ. & ſur. num. 45.* Cabed. *d. deciſ 44.
num. 116.* Klock. *d. cap. 3 num. 312. & d. conſ. 20.
num. 116.* Maximè ſi extra territorium auxilia
præſtent, Peguer. *deciſ. 17. num. 13.* Surd. *de ali-
ment. lib. 1. tit. 56 num. 13.* Schrader. *de feud part.
6. n. 15.* Roſenthal *de feud. cap. 8. concluſ. 29.
num. 2.*

Sed de hoc, an & quatenus Principes & 55

alii

alii Imperii Ordines subditos suos ad sequendum in militiam cogere possint, consuetudo servanda est, Ferrar Montan. *de feud. lib. 6 cap. 3 fol. 157.* Bocer. *de jur. Dom. & Vasall. cap. 4. n. 115.* Klock. *de contribut. cap. 3. n. 312.* Sicut etiam ratio iniri potest, ut suis sumptibus subditi militare teneantur, ut in Turcia, Besold. *de bell. cap. 4. n. 1.* Sicuti etiam equos, vestes, arma & alia ad instructionem necessaria de suo comparare tenentur, müssen sich selbsten außmontiren/ *arg. l. suo victu. 18. l. quod nisi 20. ff. de oper. libert.* Rosenthal. *d. cap. 8. concl. 12. n. 1.* Vultei. *de feud. 1. cap 10. n. 34.* Maul. *de homag. tit. 5. n. 35.*

Pertinet quoq; huc jus hospitandi milites, die Einquartirung/ de quo vide Joh. Otton. Tabor. & Walther. *de metatis.* Klock. *consil. 21. n. 1. & seqq.*

56 Quamvis etiam jus armandiæ, sive habendi fabricas armorum bellicorum & armamenta publica Regalibus Majestatis adscribatur, Peregrin. *de jur. fisc. lib. 1. tit. 1. n. 14.* Bocer. *de regal. c. 2. n. 130.* Rosenthal. *de feud. cap. 5. concl. 19.* Sixtin. *de regal. lib. 2. cap. 1 n. 5.* Vultej. *de feud. lib. 1 cap. 5. n. 7. versic. armandiæ.* Hoc enim jus solum Imperatorem sibi reservasse constat, *tot. tit. C. de fabricens. Novel. de armis 85. c. 1. 2 & 3.* Rosenth. *d. concl. 19.*

57 Hoc tamen jus hodie Statibus & aliis Ordinibus Imperii concessum, & Civitates quoq; Imperial. sua habere armamentaria Zeughäuser/ ipsa experientia testatur, & constat ex R. A. zu Augspurg/ *de anno 1555.* §. Und demnach ein Kriegs-Volck. 81. Joh. Adam. Dapp. *de civitat. German. part. 1. cap. 7 n. 8* ubi dicit, quod hoc jus ideò penes Status esse credatur, ut salus publica eo tutiore sit loco; quæ nulla ratione promptius lædi ac turbari possit, quàm si cuiq; promiscuus sit armorum usus, Petr. Greg Tholos. *de republ. lib. 9. c. 9. n. 19.* Et jus fabricandi & parandi tormenta bellica ad Status Imperii pertinere, probant R. A. *de anno 1555.* §. Und demnach ein Kriegsvolck. R. A. zu Speyr *de an. 1570.* §. Sintemal auß hochbewegenden. *ibi.* Welcher massen ein jeder Craiß mit seinen erwehlten Obristen/ zu- und nachgeordneten/ auch andern Befelchsleuthen/ Geschütz/ Artilorey/ Munition/ und was darzu gehörig/ in guter gewisser Bereitschafft stehen/ Reinking. *de regim. sec. lib 1 class. 5 cap. 6. n. 15. & seq.*

58 Sed de hoc magis controvertitur, an Civitatibus Imperialibus & aliis Imperii Statibus & Ordinibus Imperio immediatè subjectis, licitum sit, sine Imperatoris speciali concessione, civitates suas & alia loca munire, sive citra Imperatoris privilegium & specialem gratiam novas munitiones extruere? Et hoc ipsis non licere ex sequentibus discendum videtur, I. Quod munire urbes & fortalitia extruere jus sit
59 Regium, nec cuiquam invitâ Majestate Imperatoriâ usurpandum, Arnisæ. *de jur. Majest. lib. 2. cap. 5. n. 8.*

II. Unde quoque de jure Romano municipibus muros nec facere, nec reficere sine Principis permissu integrum fuit, *infra lib. 5. cap. 26. n. 23.* Ex quo facilè concluditur, jus muniendi & olim prorsus interdictum fuisse, nisi Imperator specialiter id concessisset.

Ita quoque III. in fundis limitrophis & limitibus Imperii absque summi Principis licentia 60
castra extrui prohibentur, *l. quicunque. 2 C. de fund. limitroph.* ubi cum jure reluctante quis possideat, in dubio castrum in limine Regni, titulum possessionis castri ostendere cogitur, Tusch. *lit. C. concl. 121. n. 12.* Georg. de Cabed. *lib. 2. decis. 25. n. 3.*

Huc IV. conferre videtur Schwabenspiegel *cap. 234. ibi*: Man mag wol bawen dreyer Gaden 61
hoch/ ohne sein (deß Land-Richters) Erlaub/ mit Holtz/ oder mit Steinen/ ob der Erden/ ohne Zinnen/ und ohn Brustwehren/ und ohne arge/ und ohn alle Wehre. Man mag auch ein Hoff ohne sein Erlaub an ebener Erde umbfahen mit einer Maur/ die also hoch ist/ so ein Mann sitzet auff einem Roß/ daß er wol zu oberst daran gereichen mög mit der Hand/ ohn Zinnen und ohne Brustwehre/ und ohn aller Schlacht Vestung/ in derselben Weiß mag ein Mann seinen Hoff mit Holtz umbmachen. Et *cap. 235.* Man soll kein Burg bawen mit Vestung/ ohne deß Land-Richters Erlaub.

V. Ita etiam in Hispania nemini castrum ædificare licet, nisi cui id Princeps concessit, Go- 62
metz. *in l. Tauri. l. 46. n. 14* Alph. de Azevedo. *in constitut. Regn. Hispan. lib. 6. tit. 5. l. 8 n. 6.* Jac. Cancer. *var. resol. cap. 13. n. 16.* Imò ibidem nec reficere quidem extructum castrum licet, Gometz. *d. l. n. 15.* Et Anglorum & Moscovitarum, nec non Orientis & Africæ Reges nec rusticos domos, 63
ac Prætoria turribus, aut propugnaculis, ac ne vix quidem vallo fossavè muniri patiuntur, Bodin. *de republ. lib. 5. cap. 5. n. 559. & 567.* Ac hodie in Gallia usum ferre, ut à rege obtineri debeant literæ concessionis, civitatem muro cingere, & munimento firmare, refert Coquille *ad consuet. Nivern. cap. 1. de justit. art. 7.* Limnæ. *de jur. publ. tom. 4. lib. 4. cap. 8. n. 225.* Et in Galliæ quoque provinciis nonnullis non omnibus licet columbarium à solo extruere, einen Thurn auffbawen darinn Tauben auffzuhalten. Et in Neustria columbarium prænobilis tantum feudi, nec alterius symbolum est, Choppin. *de doman. Franc. lib. 3. tit. 22.*

VI. Quia Statibus Imperii non competit potestas concedendi jus civitatis, Statt-Recht zu 64
geben/ sed hoc soli Imperatori attribuitur, uti constat ex traditis *supra libr. 1. cap. 6. n. 6.* quod jus cum minus sit, quam fortalitii extruendi, nec hoc quoque ipsis Statibus competere dicendum videtur. Cui enim non licet id, quod minus est, multo minus illud licet, quod majus est, per *c. si ergo. 16. caus. 8 quæst. 1* Et ubi majus subest periculum, ibi major cautio oservanda *l. 1. §. 5. de Carbon. edict. c. ubi majus. 3. de elect. in 6.*

VII. Quia jus hoc muniendi, sive fortalitia extruendi, nominatim ab Imperatore impetrari & concedi solet, cujusmodi impetratione & concessione opus non esset, si suo id licuisset jure, *l un. C. de thesaur.* Ita enim Imperator Fridericus civitatib⁹ nonnullis Lombardiæ, Marchiæ & Romandiolæ concessit, ut munitiones extruere possent, *tit. de pace Constantiæ.* §. *Vasalli. vers. civitates murare, vel extra munitiones facere eis liceat. in usib. feud. in fin.* Et Imperator Fridericus II. Imolensibus potestatem dedit, mœnia à Bononiensibus diruta reficiendi & fossas purgan-

purgandi, Sigon. *lib. 17.* Imperator quoq; Ludovicus *anno 1332.* civitati Francofurtensi concessit, daß sie die Statt zu Franckfurt geweitern und gemehren mögen / als ihn denn nützlich ist / und mit Mauren und Vestungen weiter greiffen / uti habent verba privilegii apud Joh. Limnæ. *de jur. publ. lib. 7. cap. 16. n. 16.* Iidemque Imperator Fridericus *anno 1460.* concessit & mandavit, daß sie in und ausserhalb der Statt Franckfurt und Sachsenhausen / auch sonsten umb und bey der Statt / wo und wie weit es ihnen füglich und Nothturfft seyn beduncket / Landwehren / Wärten / Schlagen / Thurn / Gräben / Einfäng und andere Befestigung machen / bawen / aufrichten / einfahen / vollführen / etc. Limn. *d. c. 16. n. 18.* Imperat. quoq; Sigismundum Episcopis Spirens. potestatem concessisse, daß sie in deß Stiffts Landen und Gebietten allenthalben und an jeglichen Enden / wo sie dann getrawen / daß es dem Stifft noth / oder bequemlich sey / mit Gräben / steinern Mauren / Thurnen / und andern Burgerlichen wehrlichen und andern Baw verfahren / refert Author. *justit. extructionis Idumeæ. pag. 46.*

66 VIII. Quemadmodum Imperator munitionum & fortalitiorum extructionem concedit, ita etiam, ne extruantur, prohibere solet, exemplo Imper. Friderici I. qui Genuenses à munienda urbe cessare jussit, Sigon. *histor. Ital. lib. 12.* Quod innuit Gunther.

- - Ne claudere pergeret urbem
Jussus ab incepto populus desistere muro.

Marsus Syriæ Præses, cum Agrippa murum ingentis magnitudinis circa Hierosolymam ducere cœpisset, rem ad Imperatorem detulit, qui rerum novarum & turbæ suspicionem captans, illi novum opus denunciavit, & ab opere desistere mandavit, Joseph. *lib. 19. antiquit cap. 7.* Arnisæ. *de jur. Majest. lib. 2. cap. 5. n. 8.* Nec incognitum est, aliquoties mandata in Camera Imperiali emanata contra eos, qui civitates munitas, vel fortalitia extruxerunt.

67 IX. Atque hæc etiam non sine ratione, cum hujusmodi propugnacula & munitiones, cives & subditos plerumque faciant obstinatiores, materiam seditionis, latrociniorum & futuri scandali præbeant, Azevedo *in constit. Regn. Hispan. lib. 6. tit. 5. n. 4.* Sicuti superioris ævi exempla admodum funesta nimis frequenter comprobant, & plurimarum arcium rudera attestantur, à majoribus nostris ideò pessundatarum & dirutarum, quod essent latronum & prædonum latebræ, de quibus Bodin. *de republ. lib. 5. cap. 5. fol. 567. in fin.* Crusius. *annal. Suevic. lib. 12. part. 1. cap. 3. & lib. 6. cap. 12. part. 2. & alibi passim.* Cominæ. *lib. 10.* ubi ait, in Germania plures sunt arces, atque castella munita, quæ res licentius agendi multis occasionem præbet. De quibus quoque passim in constitutionibus Imperii, veluti Erklärung deß Landfriedens zu Augspurg / *de anno 1500. tit.* wider der Ganerben Schlösser. R. A. zu Regenspurg *de anno 1567.* §. Dieweil es aber. *45. ibi*: in dem vielbemeldten receptacul der Rebellen und Friedbrecher der Vestung.

68 X. Ex quibus quoque causis Imperatores moti fuerunt, mandatis publicis jubere, ut ejusmodi munitiones & fortalitia extructa destruantur & demoliantur, atque etiam destructa sunt, mandatis inserentes, quod legibus salubriter constitutum sit & sancitum, nec cum periculo, damno atq; interitu propinquarum Imperialium urbium, Regionum, provinciarum, ulla nova oppida, castra aut munitiones, unde motus aliquis existere, aut publicæ securitati impedimentum adferri possit, extruantur, sed si quid tale extructum fuerit, sine ulla mora dejiciatur &c. Idque etiam de muniti- 69
one Gothæ & Grimmenstein inter Status Imperii convenit in Comitiis Ratisponensibus *de anno 1567.* §. Wiewol wir nun. *60. ibi*: Wir auch auß mehrfaltigen / hochbeweglichen / rechtmässigen guten Ursachen verordnet / die eroberte Vestung Gotha und Grimmenstein auß dem Fundament zu schleiffen / zu zerstöhren und zu zerbrechen / in Meynung / wie wir uns gegen der Churfürsten Räthen / Fursten und Ständen / auch der Abwesenden Gesandten und Bottschafften / auß Käyserl. Macht und tragenden hohen Ampts wegen / außtrucklich erkläret / daß unser Will und Meynung sey / daß nun fürbaß hin kein Befestigung / weder zu Gotha noch Grimmenstein angefangen / gebawet oder auffgerichtet werden soll. Idem quoq; quoad castra Ganerbiorum in Imperii passim sancitum reperitur Constitutionibus. Erklärung deß Landfriedens zu Augspurg *de anno 1500. tit.* Wider der Ganerben Schloß. R. A. zu Regenspurg *de anno 1567.* §. Dieweil aber. *ibi*: in dem vielbemeldten receptacul der Rebellen und Friedbrecher der Vestung.

Ita etiam Imperatoris Sigismundi *anno 1417.* 70
in Consilio Constantiensi, de præsentium Electorum, Principum & Statuum Imperii consilio cum plena causæ cognitione, lata etiam atq; executioni demandata sententia decretum fuit, ut Mulhemii excitatæ munitiones & opera dejicerentur. Et superioribus annis Guilielmo Duci Juliacensi dicto loco idem fere molienti in Camera Imperiali à Coloniensibus lis mota, & posthabitis exceptionibus, de inhibendo & demoliendo decretum injunctum fuit, ita, ut qui Mulhemianam substructionem consilio, ope, opera juverunt, aut quocunque alio modo participes ejus sese fecerunt, aut post facturi essent, sub pœna centum marcarum auri puri, atque etiam demolitionis ipsorum sumptibus faciendæ, seriò mandatum, ut ab omni ædificatione abstinerent, atq; deinceps penitus supersederent, nisi Cæsaream indignationem, & constitutam in hoc pœnam, ipso facto incurrere vellent. Eventus quoque docuit, institutas munitiones & substructiones devastatas, & demolitionem, opere ipso plenè completam ac perfectā esse, referente Casp Klock. *de contrib. c. 9. n. 22.* Joh. Limn. *de jur. publ. lib. 7. cap. 10. n. 19. & 20.*

Stephanus Rex Angliæ, ut indulgentiorem se 71
subditis præberet, simulq; contra Henricum II. melius muniret, concesserat subditis in suo cuique territorio castella parandi, muniendique potestatem, mox tamen pœnituit ipsius liberalitatis, cum eos inde experiretur factos obstinatiores, facileq; consensit Henrico II. ut quæcunque per turbas ita excitata castella, raderentur, & ipse Henricus, quæ interitum effugerant, secundo Regni sui anno funditus demoliri præcepit, post Matth. Paris. Wilhel. Parv. *in histor. Henrici II* Arnisæ. *de jur. Majest. lib. 2. cap. 5. n. 8.*

Bono-

72 Bononienses quoque aliquando muros reparare fuerunt prohibiti, qui tamen vallis, fossis, arborumq; strue fortius, ac muro civitatem circumdederunt, quod esse fraudem legi facere, scribit Joh. Limnæ. *de jur. publ. lib. 4. cap. 8. n.*
73 *229.* Et Mediolanenses, Placentini & Brixiani, quorum muros solo æquarat Fridericus I. ope Alexandri Pontificis, conspiratione contra Imperatorem, muros, fossasque per vim restituerunt, Sigon. *histor. Ital. lib. 14.* Hinc quoque Hugo Pensacensis, quod non consulto Rege in Aquitania arcem, loco rebus bellis gerendis idoneo ædificasset, non modò in jus vocatus, sed etiam ad supplicium tractus fuit, Paul. Æmil. *in histor. Franc. fol. 373. seq.*

Hæc licet admodum speciosa appareant, contrarium tamen, & munitiones hujusmodi etiam absq; Imperatoris speciali permissione, à civitatibus & aliis Statibus Imperii fieri posse,
74 veritati magis congruum esse censeo. Quia I. jus muniendi & extruendarum arcium & munitionum juribus, territorialibus & Regalibus adscribitur, Coler. *de jur. Imper. sect. 26.* Clapmar. *de arcan. rerumpubl. lib. 1. cap. 21. verb. jura muniendi.* Sixtin. *de regal. lib. 2. cap. 1. n. 15.* Choppin. *de doman. lib. 3. tit. 29. n. 24. & de leg. Andi. lib. 1. cap. 47. n. 6.* Klock. *de contribut. cap. 9. num. 1. seq.* Kyllinger. *de ganerb. castr. disc. 4. n. 146.* Knichen. *de jur. territ. cap. 3. n. 238.* Dn. Nicol. Myler. *in dissert. inaugur. de Statib. Imper. conclus. 83. num. 3.* Cum igitur territorialia & Regalia Statibus Imperii & Civitatibus Imperialibus competant, ipsis quoque hoc jus muniendi competere consequens est.
75 Quia II. Civitatibus Imperialibus competit jus belli & armorum, & quæ ipsi connexa sunt, & adhærent, sicuti ex præcedentibus constat, armorum autem numero non tantum quæ ad offensionem, sed etiam quæ ad defensionem faciunt, contineri, constat *l. armorum. 41. ff. de V. S. l. qui commeatus. 14. §. 1. ff. de re milit.* Et sic quoque munitiones & fortalitia, utpotè quæ maximè ad defensionem conducunt, extruere ipsis licitum erit, Limnæ. *de jur. publ. lib. 4. c. 8. n. 239.*
76 Ex quo etiam III. loricæ munitionum nobis Brustwehren / Gallis defenses, sive defensiones dicuntur, quod ad defensionem faciant, defensio autem ex juris naturalis præscripto, omnibus ex æquo competit, *l. ut vim. 3. ff. de just. & jur. l. 4. in princ. l. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil.* in tantum, ut nec à summo Principe tolli, vel adimi possit, Petra *de potest. Princip. cap. 26. n. 4.* nec ipsi quidem Diabolo deneganda sit, *clem. Pastoralis. de sent. & re jud.*

Ad hæc IV. modernis temporibus, & antiquæ Reipubl. Romanæ formâ mutatâ, Civitatibus Imperialibus, ac aliis Imperii Statibus & Ordinibus Imperio Romano subjectis in Civitatibus & territoriis suis tanta & eadem potestas competit, quantam Imperator habet in toto Imperio, *supra cap. 1. n. 41. seq.* atque inde etiam meritò hoc muniendi & fortificandi urbes, jus sibi vindicare poterunt, idque sub generali Regalium concessione, Kyllinger. *de ganerb. castror. discurs. 4. n. 152. seq.*

V. Quemadmodum cuique Domus sua tutissimum debet esse receptaculum & refugium, 77
l. 18. ff. de in jus voc. ac ideò, ut tutior reddatur, muniri, & si aliud vel statutum in contrarium non extet, ad cœlum usque produci poterit, Dd. *ad l. altius. C. de servit. & aqu.* Ita etiam, & multò magis Civitas civibus suis tutissimum erit refugium & receptaculum, & ut cives in ea sint tutiores, muniri poterit.

Ex quo etiam VI. cuilibet, etiam privato, 78
sine Principis authoritate, permissum est novum opus facere, præterquam si ad æmulationem Civitatis pertineat, vel materiam seditionis præbeat, *l. 3. in princ. ff. de oper. publ.* vide *infra lib. 5. cap. 27. n. 13.* Quod autem in sui defensionem fit, nec æmulationis, nec seditionis causa fieri, certum est.

Porrò, VII. quemadmodum in omnibus 79
provinciis, cunctis permittitur murali ambitu fundos suos proprios, seu loca sui domicilii constituta vallare, *l. per provincias. 30. de ædific. priv.* Kyllinger. *de ganerb. castr. disc. 4. n. 105. seqq.* Daß sie mögen umb ihre Güter eine Maur führen / quo scilicet agrorum fructus à piratarum & hostium incursionibus sint securiores, secundum Limnæ. *de jur. publ. lib. 4. cap. 8. n. 234.* Vel ut hoc modo aquarum frequentior effluxus atque inundatio ab ipsis arceatur agris & frugibus, Kyllinger. *d. l. n. 123.* Ita etiam, imò multo magis, Civibus permissum erit, civitates suas munire, utpote in quibus non tantum ipsorum fructus & bona, sed ipsi quoque cives, horumque liberi, uxores, parentes & amici reperiuntur, quos omnes incolumes & contra prædonum, latronum & hostium incursiones & deprædationes tutos & inviolatos servari Reipublicæ interest, magisque expedit, quàm si fructus tantùm incolumes serventur.

Atque hæc sententia VIII. satis aperte probatur per d. R. A. zu Regenspurg *de anno 1567.* §. wie wol wir nun *6.* ubi specialiter constituitur, daß zu Gotha und Grimmenstein keine Vestung solte wiederumb gebauet werden. Cujusmodi speciali constitutione opus planè non fuisset, si in genere omnibus prohibitum esset, absque Imperatoris concessione fortalitia extruere, & generalis prohibitio, daß niemand befugt / ohne Gnade / Gunst und Erlaubnus Kays. Majest. einige Vestung auffzubawen / hic perquam sufficiens fuisset: Verùm cum specialis hic intervenerit prohibitio, satis apertè inde concluditur, jus generale in contrarium extare. *arg. l. cum Prætor. 12. ff. de judic.* Et si hoc à mera Imperatoris vo- 80
luntate dependeat, ad quid opus fuerit statuum Imperii consensu? quid opus fuisset voluntatem Imperatoriam suspendere? Quomodo potuissent legati prætendere, daß sie auß Mangel nothwendigen Befelchs sich gegen Kays. Majest. nicht vernemmen / noch einlassen könten / sondern achteten / daß auff künfftigen Tag zu Erfurt hiervon / und was der nicht wieder Erbawung der Vestungen halben zu ordnen / zu reden seyn möchte: Et hoc videlicet est, quod me movet, scribit Limnæ. *d. lib. 4. c. 8. n. 239.* ut credam status, ne ipsorum libertati extruendi munitiones, aliquid videretur detractum, non facilè in hanc prohibitionem consen-

consensuros, uti & nec demolitionem omnes approbasse, argumento sunt, quæ in R. A. zu Erfurth *de anno 1567.* §. Aber die von Kraysen.*6.* Indeque Imperatorem his ipsis in Comitiis prohibitionis tanquam otiosæ, nullam fecisse mentionem, sed quàm prius meditatus fuerat, melius de statuum jure edoctus, alto silentio involutam reliquisse, & denique proscripti prius, & tunc in custodia detenti Principis Johannis Friderici filios gratiosa concessione, zum Lande mit allen seinen pertinentien, wiederumb allerg· ädigst restituiret/ und damit belehnet/ nullà prohibitione de non restauranda & reædificanda munitione addita, R. A. zu Speyr *de anno 1570.* §. was dann seyn.*40.*

81 Quod si quoque IX. absque speciali Imperatoris Concessione & gratia, nemo ex Statibus & Civitatibus Imperialibus munitiones & fortalitia extruere possit, quid opus foret, certis quibusdam statibus & civitatibus speciali privilegio concedere, ne aliis statibus liceat intra certum spacium ab ipsorum civitatibus & territoriis, fortilitia extruere, de quibus paulò post dicetur.

Hoc ipsum denique X. in rerum argumentis ita observatur, hocque jure hodie Imperii Status & Civitates Imperiales utuntur, & plurimæ Civitates & Imperii ordines civitates suas absque Imperatoris speciali consensu & gratia muniverunt. Atq; ita Imperii Status & Ordines Imperio immediatè subjectos, etiam non requisito Imperatore, in suis territoriis & civitatibus munitiones & fortalitia extruere posse, modò defensionis gratia id fiat, statuunt Joh. Limnæ. *de jur. publ. lib. 4. cap. 8. n. 23. & seq.* Casp. Klock. *de contribut. cap. 9. n. 15.* Mascard. *de probat. concl. 621. n. 19.* Kyllinger. *de ganerb. castror.*
82 *disc. 4. n. 151. seqq.* Ex quo etiam vasallum posse arces in locis sibi infeudatis extruere, quia cui conceditur jurisdictio, etiam concedi debet locus, ubi tutò & comodè exerceri possit, scribit post *Bald.* *cons 345. vol.* Guerin. Pison. Soac. *in prælud. feud. cap. 24.* Feder. Scotus *tom. 2. resp. 7.*

His ea, quæ in contrarium allegata sunt, si rectè perpendantur, negocium non facessunt, nam primum quod attinet, quod jus muniendi sit Regium & Regalibus accenseatur, inde hoc tantum colligitur & concluditur, quod illud privatis & Civitatibus municipalibus, Regalibus destitutis, non competat, quod & ipse facilè largior; Cùm verò Civitatibus Imperialibus & aliis Imperii Statibus jura territorialia & Regalia de hodierno jure competant, ipsis quoque hoc muniendi jus competere, consequens esse, dictum est, *n. 74.*

83 Ex quo etiam secundi argumenti solutio prodit: Quamvis enim de jure Romano municipibus non licuerit muros reficere, id tamen hodie antiquissima ista Reipublicæ forma mutata, locum amplius non obtinet, sed murorum, aliorumq; propugnaculorum reparationes & id genus dispendia, publicam utilitatē respicientia, regulariter ab universitatibus seu communitatibus, mero præsertim, mixtoq; imperio dotatis, fieri posse etiam inconsulto Principe, communis Doctorum est traditio, Rol. à Valle *cons. 84. n. 9. seq.* Nic. Boër. *de custod. clav. n. 44. seq.* Honded. *2. cons. 100. n. 5.* Tusch. *lit. C. concl. 121. n. 4.* Adam Kell. *de offic. juridicopol. lib. 2. cap. 30.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 2. cap. 2. num. 126.* Herm. Lacher. *de censu lib. 1. cap. 12. n. 9.* Klock. *de contribut. cap. 9. n. 24.* ubi *n. 26.* addit, quod hodiernis temporibus per totum terrarum orbem custodiæ & mœniorum reparationes ab universitatibus, & non à Principibus fieri debeant, Fulv. Pacian. *cons. 101. num. 30.*

Quod tertio & quarto loco adductum de 84
privatis, & illis, qui Regalibus destituuntur, loquitur, utpote quibus non permittitur, munitiones facere, nam ut Simanca *lib. 8. de republ. cap. 14.* scriptum reliquit, bene cum Republ. agitur, & optimè subditorum incolumitati prospicitur, quando Regiis legibus edicitur, ne à privatis hominibus arces vel turres ædificentur. Privati quippe si fortalitium extruunt, aut sese à jugo superioris eximendi animum ostendunt, vel ejusdem Domini æmulatione quadam id faciunt, semperque superioribus suspecta est privatorum in ædificiis magnificentia, propter dominandi libidinem, naturâ quasi hominibus innatam. Nam naturâ inclinante servus vinctus id postulat, ut vincula dissolvantur; solutus, libertatem petit; liber factus, civitatem; adeptus, magistratum; hinc ad summos honorum gradus conscendere, quousque regnum consequatur; nec eo contentus, modo se Monarcham fore confidit, postremò humanæ conditionis oblitus, divinos cultus & honores ambit, ut ait Bodin. Ex quo etiam Valerius Consul apud Romanos, teste Livio *lib. 2.* ex eo solo affectati Regni in suspicionem venit, quia ædificabat in summa Velia ibi alto atque munito loco inexpugnabilem fore: Itaque delata confestim materia infra Veliam, domus in infimo clivo ædificata. Unde latum est ad populum, ne quis patritius in arce aut Capitolio habitaret.

Idem quoque ad quintum respondetur, 85
quod de privatis istæ Hispanorum, Anglorum, Moscovitarum, Gallorum consuetudines & constitutiones loquantur, nec ad Imperium nostrum Romano-Germanicum spectet, quid alibi juris vel moris obtineat, sed quid in hoc usu veniat & servetur. Et quod etiam veteri jure Francico altæ justitiæ Domino licuerit castra fortia, turres & propugnacula excitare, & vallo fossaq; circumdare, refert Choppin. *de legib. And. lib. 1. tit. 3. cap. 42. n. 15* Johan Limnæ. *de jur. publ. tom. 4. lib. 4. cap. 8. n. 225.* Et in Francia Baronem posse habere muris circumdatum oppidum, & posse mœnibus pagos nunc primum includere, haut petita venia â Rege, docet Choppin. *d. lib. 1. tit. 5. cap. 47. n. 6.* Ad sextum respōdetur à facultate dandi jus civitatis, ad potestatē extruendi fortalitia, tanquàm à diversis malè fieri illationem. Quia fortilitia tantùm fiunt ad majorem civium defensionem, jus civitatis autem jura civica & privilegia, jurisdictionalia & alia similia quib⁹ etiam defensio inest, cōcernit quod reipsâ majora sunt, quàm defen-
sio; Non autem procedit argumentū à minori, 86
quando

quando id, quod minus videtur, est in varietate majus eo respectu, quo jus plus illi existit ex causa, post gloss. *in clem. fin. verb. defensor. de reb. Eccles. non alien.* Nicol. Everhard. *in loc. à minori. 15. n. 4.* Sicuti etiam argumentum à majori ad minus non procedit in his, quæ privilegio vel præscriptione obtinemus, Joh. Limnæ. *de jur. publ. lib 4. cap. 8. n. 240.* Et multi possunt majora, qui non possunt minora, jure consuetudine vel privilegio repugnantibus, Everhard. *d. n. 4.*

87 Ad septimum respondetur, insolitum non esse, ab Imperatoribus etiam juris nobis competentis confirmationem impetrare. Ita enim de jure communi res, quæ non commercii & negociationis causa, sed tantùm in proprium usum transportantur, à vectigalibus immunes sunt, *supra cap. 18. n. 43* Et nihilominus tamen Ordo Equestris liber Sueviæ hoc nomine speciale privilegium impetravit ab Imperatoribus, & ita jus antea sibi de jure communi competens specialiter confirmari fecit, de quo plura vide tractat. meum *de Ord Equest. jurib. lib. 3. cap. 6.* Idque hac potissimum ratione, quod privilegium super eo, quod alias jure communi, longæva præscriptione, vel consimili legitimo modo competebat, concessum, in præjudicium etiam alterius prius privilegiati valeat, nec is conqueri de eo possit, etiamsi damnum inde aliquod sentiat, *arg. l. 3. §. pen. ff. de itin. actuque priv.* Menoch. *cons. 36. n. 27.* Tib. Decian. *cons. 74. n. 54. vol. 3.* Seraphin. *de privil. juram. priv. 69. n. 10.* Henric. Klock. *de jur. vectigal. conclus. 31. lit. c.* Exempla, quæ de Civitatibus Italiæ adducta sunt, quod attinet, sciendum est, illis ut rebellibus omnia ipso jure regalia & privilegia adempta esse, Imperatorem autem eas in plenitudinem gratiæ suæ recepisse, & illa, quæ amiserant restituisse, jura & privilegia, & sic quoque inter illa & hoc, quod munitiones extruere possint.

Quod de Francofurtensibus & Episcopis Spirensibus dictum, ipsi forsitan certis de causis hoc petierunt, præsertim verò ad hoc, ne ullus quispiam haberet, quod de æmulatione opponere posset. Et quidem quoad Francofurtenses, jussus potius & mandatum quoddam Imperatoris, quàm speciale privilegium est, sicuti patet ex ipsis literis Imperatoris Friderici *de anno 1460. ibi:* Darumb so heissen und empfehlen wir euch / von Röm. Kays. Macht / geben euch auch hiermit gantz vollen Gewalt / etc.

88 Quæ 8. 9 *&* 10. adducta sunt, hoc tantùm evincunt, Imperatorem in utilitatem Imperii, rebellium, prædonum ac latronum arces & munitiones diruere, eæque ne de novo extruantur, cavere & prohibere, aliàs ad aliorum æmulationem, pacisque publicæ exterminium cœptas vel perfectas, improbare, uti respondet Joh. Limnæ. *d. lib. 4. cap. 8. n. 243.* Et quid de fortalitiis zu Gotha und Grimmenstein sentiendum, vide paulò ante in decidendi ratione *8. n. 80.* & de Demolitione Mulhemii & Monhemii fortalitio, vide *infra n. 97.* De hujusmodi autem munitionibus nobis hic sermo non est, sed & ipsi easdem improbamus, & de illis tantùm munitionibus loquimur, quæ fiunt pro defensione, & non ad æmulationem alterius, nec contra privilegium tertio alicui concessum. Quamvis enim Principibus potestatem 89
extruendi fortalitia etiam ad æmulationem competere regulariter, asserat Kyllinger, *de Ganerb. Castror. disc. 4. n. 158.* subjiciens, quod mandata adversus eos, qui ad æmulationem alterius Status castrum ædificare conabantur, vel propter circumstantias, ob quas tolerari non debere videbantur, concurrentes, vel etiam salute publica super iisdem periclitante, decreta esse, allegans ad id Boer. *tract. de custod. clav. n. 45.* Dicentem, quod sicut Rex Franciæ in finibus sui regni castra possit facere ad æmulationem Regis Angliæ, & è converso; ita & Barones & milites habentes jurisdictionem omnimodà possint sua loca propria authoritate incastellare, & ædificia construere & ædificare. Et quod *l. novum opus. 3. ff. de oper. publ.* quæ ad æmulationem alterius civitatis aliquid fieri sine Principis authoritate vetat, loquatur secundum antiqua tempora, secundum quæ jurisdictio populi Romani & Imperatoris erat apud eundem, hodie verò territoria esse divisa, & jurisdictiones distinctas ita quod unus Dominus in alterum nihil possit, Boer. *decis. 320. n. 16.* Hanc tamen Kyllingeri opinionem rejicit Limnæ *d. cap 8. n. 137.* propterea, quod ea opinione admissa, Imperium, quod pacatum conservare omnium interest, facilè turbatum habebimus, quod ne eveniat, vel unica hæc causa sufficiens fuerit, ut Camera Imperialis suum interposuerit decretum, addens, quod Boerii authoritas & ratio apud se parum ponderis habeat, cum ne quidem Imperatori concessum esse arbitretur, ad æmulationem alterius tantum Principis summi ad confinia fortalitium extruere, quia jure inter alia, daß er wolle und solle in Zeit seiner Regierung fried und nachbarlich sich gegen den anstossenden und Christlichen Gewalten halten / cum verò ad æmulationem alterius, non aliud fit, quàm ad alterius invidiam, aliquid moliri, hoc, salvo juramento, Imperatori attribui non poterit. Et non video, cur *d. l. 3. ff. de oper. publ.* nostris Principibus non sit servanda, cum horum respectu major militet ratio, majusque scandali & aliorum malorum subsit periculum. Et nihil quidem alter Statuum in alterius Status territorio potest, Imperator tamen is est, qui in toto Imperio id potest, ut materiam litium & tumultuum præscindat.

Ad hæc generaliter in jure nostro prohibitum reperitur, absque consensu & licentia 90
Principis castra vel fortalitia ædificare, si præbeant publicæ seditionis vel scandali ansam, vel spectent ad æmulationem, vel perturbationem & periculum vicinorum, *d. l. novum opus. 3. l. si legatum. 5. in fin. l. de operibus. 6. ff. de oper. publ. l. nemo. C. eod. l. in nomine Domini. §. interea vero. C. de offic. præf. Prætor. Affric.* Chassan. *in consuet. Burg rubr 13. des Forestz, pasturages. § 9. & §. fin. in princ.* Georg. Everhard. *cons. 50. n. 45. lib. 1.* Gigas *de crim. læs Majest. lib. 1. quæst. 46.* Knichen. *in epops. Dauth. n. 485. seq.* Clapmar. *de*

arcan.

arcan. rerump. cap. 7. Mascard. *de probat. conclus. 621. n. 15. seq.* Tusch. *lit. E. concl. 232.* Gail. *2. obs. 69. n. 18. & de pac. publ. lib. 1. c. 1. n. 42.* ubi ait, eos contra constitutionem Imperii de pace publica profana peccare, qui ad æmulationem Imperii in finibus ejus ædificia & munitiones exstruunt. Gravia enim sunt vicinis propugnacula in finibus bey einer Gräntz oder Statt/ ad æmulationem extructa, ut potentiam & robur augeant exstruentibus, vicinis verò periculum ac metum inferant.

91 An autem in dubio ad æmulationem alicujus aliquid factum esse præsumatur, & quomodo æmulatio probetur, vide Mascard. de probat. *concl. 621. per tot.* Menoch *arbitr. jud. cas. 156. per tot.* Gail. *d. obs. 69. per tot.* ubi ad æmulationem ædificari scribit, si quis in finibus Imperii, aut cujuscunque provinciæ castrum aliquod munitissimum, vel fortalitium exstruat, ex quo multa incommoda & publica scandala Imperio, vel alteri provinciæ accidere possent, & materia seditionis præberetur. Hæc tamen Gailii regula nimium generalis esse censetur, & rectius ad æmulationem ædificare non dici illum, qui ædificat ad sui, & bonorum suorum tutelam & defensionem, sicuti nec Principem & Regem, qui castra & oppida munitissima, in confinibus Imperii, vel regionum suarum ædificant, tradunt Bald. *cons. 195. col. 1. lib. 2.* Menoch. *d. cas. 156. n. 10.* Mascard. *d. concl. 621. n. 19.*

92 Ex quo etiam æmulatio non præsumitur, nec sufficit vicinum æmulationem ex sua parte allegare, sed probare tenetur eam, qui eandem allegat, Gail. *d. obs. 69. n. 30. seq.* Mascard. *d. l. n. 1. seq.* Et magna quoque est inter æmulationem datam & acceptam differentia, sicut inter scandalum datum & acceptum, Limnæ. *tom. 4. l. 4. c. 8. n. 237.* Et ad æmulationem tunc quoque licere extruere castrum, quando vicinus pariter ædificat, scribit Boër. *decis. 320. n. 16.*

93 Non quoque licet extruere munitiones, castra & fortalitia, contra privilegium alterius Status vicini: Multæ enim Civitates Imperiales, aliique Imperii Status & ordines singulari privilegio ab Imperatore obtinuerunt, ut prope ipsorum territoria nemini liceat castra vel arces, aut fortalitia ædificare, Gail.
94 *d. obs. 69. n. 24.* Ita enim Spirensis Civitas ab Imperatore Carolo IV. *anno 1349.* privilegium obtinuit, quod ad civitatem intra tria milliaria fortalitium extruere non liceat, daß niemand inwendig drey Meilen umb die Statt zu Speyr/ keinen Burglichen Bau/ohn Laubung/Willen und Verhängnüs der Statt und der Burger bauen/ machen oder auffrichten soll/ ewiglich in keine Weise/ was auch Burgerlicher Bau/auch jetzt in denselben Ziehlen drey Meilen umb die Statt gemacht seynd/ wo die fürbaß gebrochen und abgethan werden/ den soll man ohn Erlaubnüs/ Willen und Verhängnüs der vorgenannten Statt/und der Burger zu Speyr nicht wiedermachen/ oder aufrichten/ ewiglich ohne alle Widerrede/ eines jeglichen/ und wer darwider thäte/ er seye wer er seye/ und immer einen Burgerlichen Bau unterstunde in den vorgemeldten dreyen Meilen/ umb die Statt Speyr zumachen/ oder aufszurichten/ denselben Bau sollen und mögen die Statt und die Burger zu Speyr/ und ihre Helffere/welche je darzu helffen wöllen/ abbrechen und abthun/ nach allem ihrem Willen/ und sollen daran gegen niemand frevelen/ etc. Quod etiam confirmavit Imperator Sigismundus *anno 1437.* Quæ privilegia refert Limnæ. *de jur. publ. l. 7. c. 46. n. 8. & 9. vid. infr. 3. 5023.*

Tale quoque privilegium habet Norim- 95
berga, de quo infra *lib. 3. cap. 37. num. 60.* Fran- 96
cofurtensi civitati Imperator Richardus *anno 1257.* promisit, quod intra muros civitatis ipsius Frankenfurt, nullam munitionem, vel castrum aliquod construere velit. Et Imperator Ludovicus *anno 1322.* eidem civitati Francofurtensi privilegium concessit, ne quis intra quinque milliaria castrum extruere debeat, daß niemand kein Burgerlich neuen Bau machen/ oder thun soll/ bey fünff Meilen um Francfurt/ umb und umb/ weder Burg noch Statt/ und auch kein neuen Zoll auffsetzen oder nehmen/ secundum privilegia relata à Limnæo *d. lib. 7. cap. 16. num. 15. &*
17. Coloniensis civitas ab antiquis temporib⁹, 97
ad majorem securitatem, non solùm à Romanis Imperatoribus & Regibus ejusmodi privilegiis donata, sed etiam cum Ducibus Metensibus, pro se & successoribus pactum perpetuum iniit, ne ullo unquam tempore, ullum castrum aut munitio, in utraque Rheni ripa intra Reindorp & Sudendorp fiat, aut fieri permittatur, qua de causa etiam supra *num. 70.* relatum Concilii Costantiensis & Cameræ Imperialis decretum, de Mulhemiensi & Monhemiensi fortalitio demoliendo promanavit, & anno 1612. ad instantiam Coloniensium ab Imperatore Matthia mandatum de tollendo novo vectigali, & demolienda nova munitione Mulhemii ad Rhenum, ad Marchionem Brandenburgensem Ernestum, & Wolffgangum Wilhelmum Comitem Palatinum Rheni, transmissum, quod extare apud Goldast. *tom. 1. constit. Imper. pag. 584.* refert Limnæ. *d. lib.*
7. cap. 10. num. 19. seq. Eodem privilegio mu- 98
nita est Fridberga, de quo *infra lib. 3. cap. 15. num. 34.*

Castra quoque, fortalitia, seu munitio- 99
nes à quoquam infra leucam unam à locis jurisdictionis, aut districtus Archiepiscopi, & Ecclesiæ Trevirensis, erigi præter voluntatem Archiepiscopi, severè inhibuit Imper. Ludovicus IV. teste Kyriand. *in annal. August. Trevir. part. 15. pag. 115.* Similiterque fortalitia & castra quævis, in fundo, vel districtu totius Ecclesiæ Trevirensis, vel infra leucam à locis jurisdictionis ejus, præter consensum Archiepiscopi erigere, nemini, ne ipsis quidem Augustis, licere, pœna 50. librarum auri puri; insuper Ecclesias, vel monasteria, seu Capellas diœcesis Trevirensis incastellare, absque voluntate ipsius primarii Sacerdotis fas haut esse, sub pœna banni sancivit Carolus IV. Imperator, Kyriand. *de part. 15. pag. 160.*

Quod siquis contra hujusmodi privilegia, 100
vel contra conventiones singulares, vel aliud, propter quod castrorum ædificationes, vel munitiones jure prohibitæ, ædificium, castrum vel fortalitium aliquod extruxerit, non est dubium, quin quilibet, etiam inferior Status, cui

per hoc damnum, contra jus suum infertur, vel inferri potest, vi & armata manu demoliri & pessundare possit, sicuti hoc tam recentibus, quàm antiquioribus præjudiciis & exemplis confirmatum esse, testatur Kyllinger. *de ganerb. castr. d. discurs. 4. n. 167.* & ipsis privilegiis jam relatis utplurimum insertum est.

101 Multo minus autem hujusmodi munitiones, & fortalitia in alieno solo sive territorio, sine territorii Domini consensu fieri poterunt, juxta constitutionem Imperatoris Rudolphi, quam refert Limnæ. *de jur. publ. tom. 4. lib. 4. cap. 8. n. 225.* ubi etiam *num. 238.* addit, quod & illud alienum solum fit, cui ex tuo ingentem massam terræ imposueris, *l. cum usum-*
102 *fruct. 24. §. fin. ff. quib. mod. usufruct. amit.* quod in fraudem legis fecisse fertur Ludovicus Thuringiæ Landgravius, cognomento Salius, in conditione arcis Wartburgi, prope Isenacum, *anno 1050.* de quo *Dresser. in Isagog. hi-*
103 *stor. part. 5. pag. 335.* ita scribit: Mons quidem in quo sita est arx, Domini de Franckenstein fuit; sed cum in eo venaretur Landgravius Ludovicus, placebat ei adeò, ut arcis ibi ædificandæ incenderetur cupiditate. Ut autem Dominium illius ad se transferre juris aliqua specie posset, nocturno tempore terram ex sua ditione finitima in eum portari jussit, ut in solo suo ædificare videretur. Hoc enim modo solum alienum facere suum conatus est. Dum ædificavit, accusatus est à vero soli Domino coram Imperio. Is verò respondit, se ædificare in solo suo, idque se confirmaturum esse jure. Jussus igitur est testibus duodecim idoneis, vel jurejurando rem probare. Invenit statim duodecim Equestris ordinis homines, qui cum eo conscenso monte, enses suos in terram, quæ illuc congesta fuerat figebant. Jurarunt igitur, se in Landgravii terra suos condidisse gladios. Sic obtinuit jus quæsitum Landgravius, & cœptam arcis ædificationem continuavit.

104 Sed anne expediat & utile sit civitatibus, ipsas muris & vallis cinctas & munitas esse, & fortalitia habere, inter politicos controvertitur? Et quidem hoc non expedire censet Ma-
105 chiavell. *lib. 2. disput. cap. 24.* Pro qua sententia sequentes potissimùm rationes adduci solent, 1. quod muri urbium cives reddant partim ignavos & otiosos, partim securos & confidentes, quod confirmatur exemplo Cleomenis Imperatoris fortissimi, de oppido arte & natura munitissimo, dicentis: O muliebres latebras! Et Lycurgi, qui Lacedæmoniis non tantum arces & propugnacula ademit, verum etiam mœnia & muros sustulit, ne in mœnibus & muris, sed in animi fortitudine præsidia salutis collocarent. Nec non Agesilai, qui cuidam muros oppidi validos ostendenti & roganti, an pulchri viderentur, respondit: pulchri per Jovem, sed in quibus mulieres habitant, non viri, Plutarch. *in Lacon.* Et Panthoides Legatus in Asiam missus, ostendentibus ipsi murum probe munitum; per Deos, inquit, O hospites, bellum conclave mulierum, Plutarch. *d. l.* Unde de Germaniæ munitionibus elegans est epigramma Sabini:

Quando ruinosis stabant circumdata muris
Oppida, nec præceps fossa nec agger erat.
Inclyta tum belli Germania laude vigebas,
Hoste tibi multos incutiente metus.
At fossis postquam nunc es munita profundis,
Aggeribusque urbes vallat arena tuas:
Nunc virtute cares, nunc supplex porrigis ultro
Omnibus imbelles hostibus ipsa manus.
Grandia nimirum timidos quod Cornua cervos,
Hoc tua te fossis mœnia cincta juvant.

Hinc 2. urbes non mœnibus & vallis, sed incolentium virtute & fortitudine muniendas esse politici nonnulli monent, & inter se pugnare, urbes valdè munitas & fortes cives habere, censet Bodin. *de republ. lib. 5. cap. 5.* Indeque maluit Lycurgus cives suos esse muros civitatis, quam saxa & lapides, urbemque hominibus potius, quàm lateribus cinctam esse exoptavit, & cum Sparta sine muris esset, causam addit, quod viris, non lateribus cincta sit, Plutarch. *in Lycurg.* Et Agesilaus Spartanos juvenes ostendens, inquit: Hæc sunt Spartæ mœnia, Plutarch. *in Agesil.* Sic non magnificis murorum structuris, nec numerosa civium multitudine, vel geri, vel contineri civitatem, sed sapientia & moderatione gubernatorum, inquit Isocrat. *in Areopag.* Et si incolæ bene sint morati, pulchrè munitum oppidum, dicebat Comicus. Unde Wilhelmus Dux Juliacensis ab Imperatore Maximiliano interrogatus, cur munitiones nullas in ditionibus suis exstruxerit? respondit; Ego fretus primùm pace, & amicitia meorum vicinorum, neminem lacesso; deinde fido fidei & virtuti meorum subditorum, referente Daniele Cramero *in orat. funebr. Frider. Ducis Stetin.* 106 107

108 Ex quo etiam 3. multi Reges & populi nullas arces, nullas urbes, ac ne oppida quidem vallo munita habent, ut sunt Tartari & Æthiopes, qui in tentoriis tantùm vitam agunt, & tamen maximis Imperiis ac bellicis laudibus clarissimi putantur. Sicque Negus maximus antea quidem Indorum, postea verò Æthiopum Imperator, cui, Jovio attestante, Reges quinquaginta obediunt, semper in tentoriis versatur, nec arcem ullam, in tam latè patentibus regnis habet, præter eam, quæ à majoribus suis in Auga monte excelsissimo extructa, in qua Principes severiore disciplina educantur, ne plebem seditiosis factionibus à Regis obsequio divellant. Nulli tamen toto terrarum orbe Reges, Æthiopum ac Tartarorum Regibus, vel hostium legionibus formidabiliores, vel imperandi majestate superiores, vel subditorum obedientia sacratiores esse memorantur, Christ. Liebenthal. *colleg. polit. exerc. 5. quæst. 1.* Et multæ sunt aliæ provinciæ, quæ à fortalitiis abhorrent, sicuti de Polonia & Anglia scribit Auctor *thesaur. polit. part. 1. fol. 134.*

109 Quod 4. arces & loca munita plus nocere suis auctoribus, quàm prodesse videantur, utpotè quod sumptu ingenti tam belli, quàm pacis tempore fovenda & sustinenda propugnacula & milites præsidiarii magnis sumptibus alendi, iisque ærarium & Cives exhauriri solеant,

ant, secundum Machiavel. *lib. 2. disput. de republ. Rom. cap. 24.*

110 Nec etiam 5. belli tempore multum prosunt, vel satis tuta existunt, eò quod facilè amittuntur, vel fraude eorum, qui illis præficiuntur, vel hostium vi, vel fame, & longa obsidione, Machiavel. *d. l.* Nullæ enim, tam munitæ esse possunt urbes, ut his potissimum temporibus, quibus tormentorum bellicorum vi & impetu, non urbes modò, sed & montes, fundamentis subruuntur, hostium vim ferre & sustinere valeant. Nihil humanis viribus est laboratum, quod non humanis æquè viribus destrui possit, inquit Lactant. *de divin. præm. lib. 7. c. 15.* Unde Horat.

Sæpius ventis agitatur ingens
Pinus, & celsæ graviore casu
Decidunt turres, feriuntque summa
Fulmina tecta.

111 Idque exemplum Urbis Hierosolymitanæ, uti & Sagunti testantur, murorum constructionibus confidentes, urbes tandem expugnatas periisse funditus, cum aliàs conditionibus usæ æquis fuissent, Bodin. *de republ. lib. 5. cap. 5.* Et Plutarchus *in vita Solonis* scribit, Epimenidem de portu Attico, quem munigiam vocabant, ita vaticinatum: Si scirent Athenienses, quantùm mali hæc ipsis munitio esset allatura, vel dentibus eam instar discerperent. Nec eventus fefellit; nam post Alexandri Magni mortem Antipater, Macedoniæ Rex, præsidium suum illi imposuit, indeque Athenas expugnavit, ut refert Casp. Klock. *de contrib. c. 9. n. 54.*

112 6. Quia hostes, si superiores facti, & propugnaculis potiti, difficulter semel admissi, ejiciuntur, miscentur populi, Religio, moresq; boni susque deque habentur, ipsisque hostib⁹ tutum receptaculum contra alios populos vicinos præbent, quod periculum Matthiam Ruerum Urbinatum Ducem commovit, ut cum se hostium copiis imparem, exploratum haberet, omnes suæ ditionis arces diruerit, ac Venetias se receperit, nec spes illum fefellit, nam postquam populatis agris & supellectile direpta, nullas integras arces invenerunt, regionem illam hostes deseruerunt, & sic Dux Urbinas salvus & incolumis domum rediit, cæteri verò Principes, in suis propugnaculis capti & cæsi sunt, ut refert Liebenthal. *colleg. Polit. exerc. 5. quæst. 1.*

113 7. Quia Principes & Magistratus propugnaculorum fiducia ad exercendam tyrannidem impelluntur, ingenerantur hoc modo, Principi adversus populos & subditos, & subditis erga Principes & Dominos suspiciones & diffidentiæ. Ex quo etiam arces appellatæ nidi tyrannidis, & juga subditorum; sicuti Grillerus Helvetiorum Præfectus Uranam arcem, quam ipse extrui jusserat, Zwing Vri/ id est, Uranorum jugum ac flagellum appellavit, unde tyrannidis illius præfecti & origo defectionis Helvetiorum à Domo Austriaca, Liebenthal. *d. quæst. 1.*

114 8. Propugnaculorum causa invitantur hostes ad obsidionem diuturnam, quæ infinita secum trahit incommoda & mala, interdictum est civibus commerciorum usu, omnia passim complentur populorum strage ipsi cives ad ferendam obsidionem fiunt obstinatiores, cum ignominiæ esse ducant, citius cum hoste pacisci, ut obsidione soluta pacem urbi reddat, quàm obstinationem, non rarò solere ipsos cives in mutuas animare clades, interea silere leges, omniaque humana & divina confundi, experientia testatur.

Alii verò contrarium, ac civitates esse munitas & fortalitia ac propugnacula habere, utile esse censent, Patric. *de republ. l. 8. tit. 4.* Antimachiavel. *de regni administr. l. 3. n. 33.* Bodin. *de republ. l. 5. c. 5.* Reusner. *lib. 2. stratag. 26.* Melch. Jun. *polit. quæst. 64 part. 2. membr. 2.* Schönb. *4. polit. c. 13.* Liebenthal. *d. quæst. 1.* Hœnon. *polit. disp. 10. n. 11.* 115

Quia à natura cuique animantium generi, & præsertim homini, inditum est, ut se suaque ab hostium invasionibus tueantur & defendant, hæc enim bestiis sua decrevit lustra, in quibus tutò vivant, Veget. *de re milit. l. 3.* Aves in securioribus locis suos nidos constituere facit, Tholosan. *de republ. l. 2. c. 1.* Imò quasdam urbes paludibus, montibus & fluminibus ipsa natura munit, Veget. *l. 4. c. 1.* Ita enim Hierosolymam non tantum arte, sed & natura munitam fuisse, testatur Joseph. *antiquit. lib. 6. c. 6.* Ex quo etiam muri sancti & inviolabiles semper sunt habiti, *infra l. 5. c. 26. & n. 43.* 116 117

Atque ideo etiam 2. urbes & civitates primùm extructæ, & postea muris confirmatæ sunt, ut contra hostium incursiones tutæ essent fortunæ, salva bona, salvi liberi, uxores, &c. *supra l. 1. c. 9. n. 5.*

3. Urbes sine propugnaculis & munitionibus, omnium latrociniis, libertasque civium hostili libidini semper patuit, è contra unum aliquod oppidum benè munitum, ac rebus omnibus necessariis instructum, ad tolerandam obsidionem, ad alendum militum præsidia, ad sustinendam vim hostilem, donec ei subveniatur, maximum sæpe momentum toti regno ad salutem attulit, ingentes nonnunquam exercitus repulit, illosque ipsos quandoque obsidentes, fame, peste, frigore, morbis omnibus obsedit, teste experientia, & 118
Reusner. *l. 2. stratag. c. 26.* Testaturque id Romanum Capitolium, quod cum aliàs sæpe, tum eo præsertim tempore, quo Brenno Duce, à Gallis capta Roma est, ne funditus everteretur res Romana, obstitit, Livius *lib. 5.* Tyrus Alexandri Magni obsidionem sex integros menses pertulit, ejusque furorem retardavit, donec interim Darius ingentem exercitum conscripserit, Curt. *lib. 4.* Et omnibus constat Viennam Austriæ *anno 1529.* Caroli V. tempore, universam Germaniam à Solimanni Turcici Imperatoris sævitia protexisse.

4. Non tantùm quoque ornatui & magnificentiæ inserviunt propugnacula, sed etiam hoc pacto civium sanguini parcitur, & quod aliàs objectu civium & subditorum humanorum corpore faciendum, hoc per lateres & calces efficitur, Antimachiavel. *theorem 33. lib. 3.* 119

120 5. Et sic salvi quoque sunt non tantum cives, sed etiam accolæ & subditi eò confugientes, qui alioqui civitatibus, muris & propugnaculis destituti, primo hostium impetu majori numero perirent, quod nuperrimis bellorum calamitatibus & hostium incursionibus experientia docuit. Indeque urbes amplas & spaciosas muniendas esse, ut subditis receptum præstent, censet Steph. Pasquier. *de recherches. l. 6. 7. cap. 15.* Exemplo Ezechiæ, *2. Paralipom. 32. v. 2.*

121 6. Atque hoc intelligentes olim pii Reges Judææ, munitiones extruxerunt, prout fecerunt Rehabeam, *2. Chronic. 11. v. 5.* Assa, *2. Chron. 14. vers. 6. seq.* Josaphat, *2. Chronic. 17. v. 2.* Jotham, *2. Chron. 27. v. 3. & 4.* Ezechias, *2. Chron. 32. v. 5.* Sicuti etiam Babylonis muri in ambitu suo 385. stadia habuerunt, Cæli. *lib. 8. cap. 12.* Et de Jericho, vide Plutarch. *in Camil. de Carthag.* Romani non modo urbes, sed & exercitus locis omnibus vallo ac fossis munire docuerunt, nec sine castris prælia gesserunt, Paul. Æmil. Imper. *ad milit. apud* Liv. *lib. 35.*

122 7. Verum quidem est, civitates non saxis lignisque, sed pro vallis ac mœnibus incolentium virtute muniri oportere; id tamen quoq; certo certius est, cum plures, vel numero, vel virtute, non munitam civitatem invadunt, vel repente pauciores irruunt, nec virtutem paucorum, nec plurium interceptam, sufficere ad repellendum impetum eorum, qui dum muris ingredi prohibiti, & ante portas subsistentes copiis auxiliaribus possunt repelli, vel etiam longa obsidione seipsos perdere & vincere, Besold. *de jur. bell. c. 4. n. 3.* ubi ait: posset quidem abstineri à murorum structura, si certi essemus, nunquam adventurum majorem hostium numerum, quàm sit civium, hostis sæpe subito & improvisus, maximaque expeditione impressionem facit, opus est profectò mœnib⁹ ad sustinendam improvisæ multitudinis vim, ex quibus pauci non modò debilitare, sed & frangere & atterere possunt, confer Piccart. *decad. 13. obs. cap. 2.*

8. Quorum urbes muris septæ, iisdem utroque modo uti possunt, possunt hostes virtute arcere, tanquam muros habeant nullos, & objectu murorum eosdem, si opus, repelle-
123 re, Antimachiavell. *lib. 3. theor. 33.* Et clypeis & asside corpora tegimus, cur non urbes muris, Bodin. *de republ. l. 5. c. 5.*

124 9. Nec subditorum rebelliones magistratus timere debet, vel hostium occupationes: Nam hæc perpensa cum populi strage, quæ accidere posset ex irruptione hostili, longè leviora sunt, nec magistratum deterrere debent. Ad evitandam rebellionem viris probis & fidis civitatum curam committat. Si verò ab illis, quibus hanc credidit rem, aliquando impediatur, cogitet, deteriora contingere potuisse civitatibus non munitis. Quod si aliquando etiam hostibus in refugium eæ cedant, meminerit & multò facilius hostibus Rempublicam expositam esse, si nullæ sint munitæ civitates, aut si tales paucissimæ, facilius hostes equitatu & peditatu percurrere posse nudatos mœnibus pagos, quàm machinas in muros admovere. Sic quoque Spartani, qui in univer- 125
sum tanquam ignavos despexerunt eos, qui muris civitates cinxerant, seipsos stultitia sua condemnarunt, irruptione quippe Cassandri, & cum Pyrrhus extorrem patria Spartanorum Regem Cleonymum reducere vellet, Sparta muris & mœnibus cincta est, & cœperunt Spartani ipsi virtuti suæ diffidere, Besold. *d. c. 4. num. 3.*

Non tamen nimium confidendum est mu- 126
nitionibus, sed iis utendum ex fiducia in Deum, ad conservandam publicam tranquillitatem, & defendendos subditos, non etiam exercendam tyrannidem & impietatem. Væ enim, inquit Dominus, qui congregat avaritiam malam domui suæ, ut ponat in excelso nidum, & liberari se putat de manu mali, Væ, qui ædificant civitatem in sanguinibus, ut vel subditos tyrannide premant, vel vicinos lacessant, *Habacuc. 2. v. 9. & 12.* Et si extuleris sicut Aquila nidum tuum inter sydera, illinc te detraham, *Abdiæ 1. v. 4.* Item, omnes munitiones tuæ sicut ficus cum grossis suis, si concussæ fuerint, cadent in os comedentis, *Nahum. 3. v. 12.* Solius autem Domini nomen turris est fortissima, *Proverb. 18. v. 10.*

Neque etiam omnes Regni vires in unam 127
atque alteram arcem collocandæ sunt, qua oppugnata vel expugnata, de totius Regni bono actum, Schönborn. *4. polit. 12.* Lather. *de cens. l. 1. c. 12. n. 10. seq.*

Quamvis etiam munitiones in finib⁹ potius, quàm in media ditione extrui magis expedire videatur, ut si qua externa vis hostium irrumpat, non intra ditionem, sed ex aliorum agris hostes eas oppugnare cogantur, Bocer. *de bell. cap. 15. n. 10.* In meditullio tamen regio- 128
nis ideò extrui consultum esse videtur, ut & opportunum, & ex æquo incolarum contra molitiones hostiles habeatur asylum, sicuti nec alibi tutior regiminis eligitur locus, quàm in medio Principatus, Schönborn. *4. polit. c. 12.* Petr. Gregor. Tholos. *de republ. l. 2. c. 1. n. 10.*

In urbibus autem primarias arces, quas 129
Citadellas vocant, munitissimas habere, vix consultum videtur, Amirat. *lib. 19. disc. in Tacit. cap. 4.* Tholos. *de republ. lib. 2. c. 5.* Melch. Jun. *polit. quæst. 64.* Besold. *de jur. bell. c. 4. n. 3.* Adam Contzen. *l. 8. polit. 23. §. 2.* Klock. *de contribut. c. 9. n. 37. seq.* Neque etiam prosunt arces extra regnum, Cominæ. *l. 6. c. 3.*

Porrò an liceat Principi & territoriorum 130
Dominis ac magistratibus, in extruendis propugnaculis vel dilatandis fossis, subditorum ac civium agros destruere & occupare, dubitatur? Et licitum hoc esse, tradunt *arg. l. item si. 15. §. 2. ff. de rei vindic.* Covarruv. *var. resol. 3. c. 6. n. 6.* Vasqui. *1. illustr. controv. c. 5. n. 6.* Gail. *2. observ. 56.* Dn. Nicol. Myler. *de Statib. Imper. conclus. 83. n. 4.* si modò pretium refundatur, *arg. l.* 131
venditor. 13. §. 1. ff. de commun. præd. l. 2. C. pro quib. caus. serv. pro præm. Rol. à Valle. *cons. 1. num. 121.* Zasius *cons. 10. n. 6.* Becht. *de secur. & salvo cond. concl. 47.* Dassel. *cons. 1. per tot.* Joh. Dauch. *de testament. ad explic. l. 3. §. ex imperfecto. n. 4. C. de testa.*

Reinf.

Reinking. *polit. Biblic. lib. 2. axiom. 111.* Sicuti etiam belli tempore suburbiis dirutis, ne ea hostibus adjumento sint, Principem destructionis da-
132 mnum refundere teneri, respondit Modest. Pistor. *consil. 16. vol. 1.* Köppen. *quæst. 61. n. 13.* cujus tamen contrarium & hoc casu damnum non esse refundendum, tradit Gail. *2. observ. 56. in fin.* Quod tum maximè procedit, si vi hostium aliquid dirutum fuerit, Græven. *2. conclus. 56. in coron.*

Pro obtinenda quoque pace civitatem li- 133
beram civium bona auferre & damna remittere posse, tradit Gail. *2. obs. 57.* Mager. *de advocat. c. 6. n. 190.*

CAPUT XXIII.

De Jure Fœderum.

Summaria.

1. *Jus belli & fœderum à pari procedunt.*
2. *Fœderum necessitas & utilitas.*
3. *Infelices qui vicinos non habent confœderatos.*
4. *Civitates Imperiales fœdera contrahere possunt.*
5. *Etiam cum Nobilitate immediata.*
6. *Quod jus civitatibus quibusdam nominatim concessum, & Imperator Carolus IV. cum civitate Eßlingensi fœdus quoddam contraxit.*
7. *Fœdera omni jure licita.*
8. *Status Imperii sine Imperatoris consensu fœdera contrahere possunt.*
9. *Exempla fœderum à civitatibus Imperialibus contractorum, & n. 62. & seqq.*
10. *Contra Everhardum Comitem VVürtembergicum.*
11. *Liga Catholicorum Anno 1387.*
12. *Fœdus Suevicum.*
13. *Liga Catholicorum & Unio Protestantium.*
14. *Ordini Equestri libero jus fœderis competit.*
15. *Sicuti & Rebuspubl. liberis, Helvetiis, &c.*
16. *Civitatum Hanseaticarum fœdus licitum.*
17. *Subditorum Colligationes illicitæ.*
18. *Secus quoad Status Imperii.*
19. *Fœdus ad defendendum licitum.*
20. *Uti & pro possessione recuperanda.*
21. *Civitates municipales fœdera non contrahunt, & n. 22. & 23.*
24. *Ordinatio Imperatoris Friderici usu non recepta.*
25. *Imperator quatenus de rebus Imperii fœdus contrahere possit?*
26. *Causa Capitulationis Cæsareæ de fœderibus quæ sit?*
27. *Etiam in aliis Regnis fœdera absque consensu Procerum non contrahuntur.*
28. *Civitates & alii Status Imperii etiam cum exteris fœdera contrahere possunt.*
29. *Quod exemplis comprobatur.*
30. *In omni fœdere Imperator excipiendus.*
31. *Confirmatio Imperatoris aliquando impetratur.*
32. *De fœdere Schmalkaldico.*
33. *De Unione Protestantium.*
34. *Fœdus defensivum an contra Imperatorem contrahi possit?*
35. *In fœdere contrahendo inspicienda potentia.*
36. *Fœdera cum potentioribus non semper tuta.*
37. *Inspicienda Religionis unitas.*
38. *Quid de hæreticis?*
39. *Inter Catholicos & Augustanæ Confessioni addictos.*
40. *An & quatenus cum Turca & aliis infidelibus fœdus contrahere liceat?*
41. *Inspicienda quoque vicinitas.*
42. *Nec non probitas.*
43. *Uti & ante acta.*
44. *Similitudo politiæ.*
45. *Uti & morum.*
46. *Animorum conjunctio.*
47. *Non facilè ineunda cum familia offensa.*
48. *Nec cum iis, qui in nos jus aliquod prætendunt.*
49. *Nec satis firma sunt fœdera inter plures, quæ plerumque sunt belua multorum capitum.*
50. *Consultius cum Rebuspublicis quàm magnatibus foedus pangere.*
51. *Cautè Respublicæ cum Principibus contrahere debent, ne libertatem amittant.*
52. *Ad causæ bonitatem respiciendum.*
53. *Fœdera sanctè sunt servanda.*
54. *Pœna foedifragorum quænam?*
55. *An Neutralitas suadenda?*
56. *Plurimi Politici eandem dissuadent.*
57. *Neutrales prædæ sunt victoribus.*

58. Neu-

58. Neutralibus quid contingere soleat?

59. Ejus partibus standum qui meliorem causam fovet.

60. Quando neutralitas suadenda?

61. Conducit quandoque belligerantibus esse neutrales.

1 Bellico juri annexum est jus fœderum, ita, ut à pari procedere dicantur, jus belli & fœderum, Reinking. *de regim. secul. lib. 1. class. 5. c. 6. n. 19. vel 22.*
2 Quorum in Republica summa necessitas, summa utilitas, Schönborn. *4. polit. 34.* ubi eleganter scribit: Si tutiore loco Rempubl. consistere volueris, si fortiorem civium manum, audacioremque animorum impetum desideraveris, nullum aliud remedium est, quàm fœderum sancta custodia. Juncti sumus omnes in hac mundana statione ad præstandum mutuum auxilium: nihil tam humanum est, quàm alterius infortunium suum ducere: Ad varias fortunæ vicissitudines levandas societate hominum opus est, ut æquiore animo fortuita toleremus. Unita virtus validior est, & hosti terribilior. Neutrales isti, & in seipsos nihil possunt statuere atrocius, & vicinos non alia ratione ad invadendum alliciunt. Sanè isti, qui societatem alterius palam induunt, ad alterum per occulta & fida magis inclinant, Tacitus *annal. 12.* Augent fœdera potentiam & gloriam magistratus, Cassiodor. *lib. 3. epist.* Et sunt quasi arietes, quibus pravæ actiones & consilia callida, conatusque nefarii improborum adversariorum destruuntur, evertuntur, & in nihilum rediguntur, Warem. ab Erenberg *de fœderib. l. 1. c. 1. n. 24.* Ejusque sunt potentiæ, ut de duobus unum faciant quasi corpus, ad mutuam contra hostes defensionem, Gigas *de crim. læs. Majest. quæst. 21. rubr. de rebell.* Rosenthal. *de feud. c. 10. concl. 20. n. 18. in not.* Reink. *de regim. secul. l. 2. class. 3. c. 3. n. 17.* Hocque solo remedio multæ tenues Respublicæ in societatem Romanorum sese conferentes, contra potentissimos hostes, tuti & inviolabiles extiterunt, eademque ratione Helvetii formidabiles facti sunt, ipsis Regibus terribiles, adeò, ut ne quidem hactenus extiterit, qui vel minimum eorum pagum aggrederetur, Remig. Fesch. *de fœderib. concl. 1.*
3 *lit. b.* Ex quo merito judicantur infœlices, qui vicinos non habent confœderatos, *Judic. 18. v. 7. 10. 27.* Althus. *polit. c. 25. n. 20.* Et ut miser est privatus sine amico, ita Respublica sine fœderato, Besold. *2. disput. polit. 6. concl. 1.*

4 Hoc autem jus pangendi fœdera Civitatibus quoque Imperialibus competere, easque vel inter sese, vel cum aliis, absque Imperatoris consensu fœdera contrahere posse, dubio carere videtur, & nominatim docent Mynsing. *6. observ. 2. n. 6.* Warem. ab Erenberg. *de fœder. l. 2. c. 1. n. 36.* Paurmeister. *de jurisd. l. 2. cap. ult. num. 51.* Bruning. *de var. univers. spec. conclus.* 17. Remig. Fesch. *de fœderib. concl. 8. lit. e.* Mager. *de advoc. c. 6. n. 187.* Klock. *de contribut. cap. 5. n. 64.* Johan. Limnæ. *de jur. publ. l. 7. c. 1. n. 57. seq.* Besold. *de jur. fœder. c. 3. n. 6.* Just. Sinolt. Schütz. *de jur. publ. disp. 8. concl. 23. lit. L.* Maul. *de jur. conduc. tit. 2. num. 25.* Carpz. *de leg. Reg. German. c. 6. sect. 10. n. 1.* Johan. Adam. Dapp. *de Civit. German. part. 1. cap. 7. n. 4.* Joh. Mich. Haintz. *de jur. civit. Imper. concl. 31. lit. a.*

Quorum sententia manifestè probatur ex Aur. Bull. *c. 5.* ubi à veritis colligationibus excipiuntur Ligæ & Confœderationes, quas Principes & Civitates, & alii, super generali pace provinciarum & terrarum inter sese formasse noscuntur, ibi: Jedoch die Gelübte und Verbündnüs/ so die Fürsten/ Stätte/ und andere/ wegen gemeines Land-Friedens aufgericht/ außgenommen/ dann wir solche unserer Erklärung eigentlich vorbehaltende/ in voller Krafft und Würckung bleiben lassen.

Ita quoque Imperator Sigismundus *anno 1422.* universæ Nobilitati liberæ Sueviæ concessit, ut liceat ipsi, non solum inter sese, sed etiam cum aliis, ac imprimis Civitatibus Imperialibus, pro Status sui liberi conservatione, fœdera contrahere, ibi: Daß Sie sich mit einander verbinden und vereinigen sollen und mögen / wie sie das am besten zu seyn beduncken wird / daß sie bey gleich und Recht bleiben / und daß sie auch unsere / und deß Reichs Stätte / in denselben Bund wol nemmen mögen / die sich zu ihnen wolten verbinden / de quo vide tractat. meum *de Ord. Equest. jurib. l. 3. cap. 14.* vid. tenor privilegii apud Dn. Kreidenman. *in Tract.* von deß Teutschen Adels Staat / Stand rc. in Appendice privilegiorum. *privil. 1. fol. 5.* 5

Sic quoque Imperator Ludovicus Bavarus *anno 1333.* Civitatibus Imperialibus, Gelnhausen / Franckfurt / Fridberg / Wetzlar / hoc privilegium concessit, quo sese Imperii nomine unire, & cum Baronibus ac Nobilibus fœdera contrahere possint, daß sie sich vons Reichs wegen verbinden und verstricken mögen / zu Herrn / Rittern / Knechten und Edelleuten uff dem Lande / Nobiliss. Casp. Lerch. *tract. de Ord. Equestr. jur. part. 2. n. 9. fol. 120.* Et Imperator Carolus IV. *anno 1349.* in hypotheca civitatis Imperialis Fridbergensis in Wetteravia singulari diplomate, præter alia, fœderum quoque jus ipsi integrum reservavit, cujusmodi diploma refert Kyllinger. *de ganerb. castror. discurs. 15. n. 42. &* Author *consil. in caus. Fridberg. part. 2. n. 20. fol. 10.* Eoque nomine idem Imperator Ludovicus *anno 1315.* Civitati Eslingensi sequens concessit privilegium: Ludovicus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, viro Nobili Ludovico Comiti de Oetingen, ac prudentibus viris, Sculteto, Consulibus, & universis civibus in Ezzelinga, fidelibus suis dilectis, gratiam suam & omne bonum, fidei puritatem, & sinceræ devotionis constantiam, quam in cunctis nostris agendis negotiis, vos semper promptis animis habuisse cognovimus, nostræ considerationis oculis præponentes dignum reputamus, ut nostra & Imperii negocia, quæ per vos providè ac utiliter tractari & procurari speramus, vobis recommittere confidentius debeamus, hinc est, quod plenam vobis & liberam tradimus potestatem tractandi & ordi-

& ordinandi, cum Comitibus, Baronibus, Civitatibus, ac aliis Nobilibus omnia, per quæ ipsos nostris & Imperii valeatis servitiis adaptare, gratum & ratum habituri, quicquid per vos in præmissis ordinatū fuerit & tractatum, & nos præsentibus obligantes ad faciendum & solvendum omnia, quæ per vos data fuerint nostro nomine vel promissa. Dantes vobis præsentes in testimonium super eo sigilli nostri munimine roboratas. Dat. Monaci III. Idus Augusti, Anno Domini millesimo trecentesimo quinto decimo, Regni verò nostri primo.

Imo ipse Imperator Carolus IV. cum Civitate Esslingensi fœdus quoddam *anno 1370.* contraxit, uti ex sequenti apparet diplomate: Wir Karl von Gottes Gnaden Römischer Kayser/ zu allen Zeiten Merer deß Reichs / und Kunig zu Beheim / bekennen und tun kunt offentlich mit diesem Brieff/ allen den/ die yn sehend/ oder hörendt lesen/ daß wir mit wolbedachtem Mute/ und mit rechter Wissen/ zu Eren / Nutze / und zu Wirdigkeit des heiligen Römischen Reichs/ Uns mit den Ersamen/ den Burgermeister / dem Rate/ den Burgern gemeiniglichen der Statt zu Eßeling/ unsern lieben Getrewen / ihren Erben und Nachkommen / verbunden haben und verbinden unser Lebtage/ in sulcher Schicht und Meinung/ als hernach geschrieben steet / also bescheidentlich / daß wir yn gelobt haben und geloben mit guten Trewen on Gevehrde/ daß wir yn unser Lebtag/ gnadiglich / williclich und gentzlichen beygestendig und beholffen seyn wollen und sullen/ wider allermenniglich / die sie in ihren Erben/ Besitzungen/ Rechten/ guten Gewonheiten/ Freiheiten/ Gütern und Nutzen hinderten/ schädigten/ oder mit Gewalt befrenckten/ in dheine Weise/ und dieselben Hülff sullen und wollen wir thun / als gnadicklichen / fleizziglichen / und mit solcher Macht/ als sein noth wirdet / mit Urkund diß Brieffs versiegelt mit unser Kayserlichen Mayt. Insigel. Der geben ist zu Nürnberg / nach Christus Geburt 1370. an Sanct Georgen Tage deß heiligen Märterers / unser Reiche in dem 24. und des Keyserthumbs in dem 16. Jahre. Consimile diploma vid. *infra libr. 3. cap. 17. n. 29.*

7 Quorsum etiam facit, quod jus contrahendi fœdera, & fœderum sanctiones fundamentum habeant, & licitæ sint omni jure, veluti 1. de jure civili, per *l. Conventionum 5. ff. de pact. l. non dubito. 7. in princ. ff. de captiv. & postlim. revers.* 2. Jure naturali, utpote, quo fundata est defensio, cujus gratia fœdera contrahuntur, *l. ut vim 3. ff. de just. & jur. l. scientiam. 45. §. qui cum aliter. 4. ff. ad L. Aquil.* Gail. *1. de pac. publ. cap. 16. n. 7. & 10.* Et juri naturali conveniens est contrahere amicitiam, Aristot. *Ethic. 4.* quæ arctissima esse debet inter fœderatos, ac natura homines uno quasi & communi fœdere conglutinati sunt, ut nefas sit, hominem homini insidiari, *d. l. 3. ff. de just. & jur.* 3. Jure gentium, prout probant varia fœderum exempla apud omnes ferè gentes initorum, de quibus confer War. ab Erenb. *de fœderib. 1. cap. 2. n. 33. seq.* 4. Jure Divino, quo fœdera in bonum finem inita nusquam improbantur, sed à sanctissimis quoque viris frequentata, & ab ipso Deo tanquam leges æstimata, *Genes. 14. v. 13. & cap. 21. v. 24. 26. & 27. & cap. 31. v. 44. Josua. 9. v. 15. 2. Samuel. 5. v. 3. 1. Regum. 5. v. 12. & cap. 15. v. 19. cap. 20. v. 34. cap. 22. v. 24. 2. Reg. 11. v. 4. Osea. 12. v. 2. & 3.* Carpzov. *de leg. Reg. German. cap. 6. n. 6. seq.* Unde etiam Status & membra Imperii inter se fœdera, quæ nō tendunt in Imperii præjudicium, licitè contrahere posse, communis Doctorum est conclusio, per Aur. Bull. *d. cap. 15.* Ac in rerum Germanicarum historia nihil ferè frequentius occurrere solet, quàm Principum ac Statuum Imperii inter se fœdera pacta, quorum exempla quàm plurima recenset Fesch. *de fœder. conclus. 7. lit. a.* Besold. *de fœderib. cap. 3. n. 8. seq.* Atque ita jure Divino, naturali, gentium & civili, fœderum pactiones regulariter esse licitas, eleganter probant Warem. ab Erenberg *de fœder. lib. 1. c. 2.* Besold. *d. l. cap. 1. n. 5.* Mynsing. *6. observat. 2.* Joh. Leuchter, Theol. Hass. *tract.* von Verbündnussen. Carpzov. *d. cap. 6. per tot.*

Et hoc quoque inter Status Imperii Roma- 8
ni obtinere, eosque sine Imperatoris consensu fœdera inter sese contrahere, si in pace publica, sui, rerumque suarum defensione & libertate conservanda, fundata sint, probant Gerl. Buxtorff. *ad Aur. Bull. conclus. 98. lit. h.* Arumæ. *ad Aur. Bull. discurs. 6. n. 4.* Mynsing. *d. observ. 2. num. 4. & 5.* Warem. ab Erenberg. *de fœder. lib. 2. cap. 2. n. 128.* Farinac. *prax. crim. tom. 4. quæst. 113. n. 37. & 157.* Schrader. *de feud. part 10. sect. 10. n. 26.* Fesch. *d. concl. 7. lit. a. & per tot.* Mager. *de advoc. cap. 6. n. 197.* Carpzov. *de leg. Reg. German. cap. 6. sect. 6. n. 1. seq.*

Atque hoc plurima attestantur exempla fœ- 9
derum à civitatibus Imperialibus contractorum, nec tamen improbatorum. Ita enim *anno 1422.* contra Alsatiæ Equites, in quinquennium fœdus inierunt Argentina, Basilæa, Friburgum, Colmaria, Selestadium, & aliæ quædam civitates, cujus articulos refert Hertzog in der Elsaß Chronick *lib. 2.* Ita quoque fœdus inierunt Episcopus Würtzburgensis, Bambergensis, civitas Norica, & reliqui Circuli Franconici Status, contra Albertum Marchionem Brandeburgensem, quod licet Marchio tanquam illicitam conspirationem graviter impugnaverit, *anno* tamen *1553.* in Camerâ Imperiali pro licito judicatum fuit, Mynsing. *6. obs. 2. n. 10.* Anno 1254. plurimæ civitates ob vectigalium auctiones, & ad impediendas rapinas sese junxerunt, de quo Lehman. *Chron. Spirens. lib. 5. cap. 92. per tot. Et Chron. Augustan.* quod ita habet: Interea Wilhelmo Rege Romanorum, cum Comitissa Flandriæ & Frisonibus bellica agente negocia, civitates Rheni, quasi destitutæ regia defensione, vinculo societatis fortissimo ad invicem conjunguntur, Capitaneum eligunt, telonia ejusdem fluminis, quæ à plurimis erant aggravata, removent, vicinos Principes & Comites suæ societati adhærere compellunt, undiq; in finibus suis pacem ordinantes optimam, & hactenus inauditam. Quo superveniens primus Ludovicus novus Palatinus Rheni fœdus laudabile societatis iniit, cum civitatibus supradictis. Ista autem pax Lombardorum Civitatum more inchoata propter malitiam resistentium non diu durat. Cœterum hoc non placuit (ut Abbas Stadiensis *in fine Chronic.* annotavit,) Principibus nec militibus, nec prædonibus, & maxi-

maximè his, qui habebant manus pendulas ad rapinam, dicentes; esse sordidum mercatores habere super homines honoratos dominium. Cui fœderi Ludovicus Palatinus nihilominus, ut modò dictum, ob insignem inde provenientem utilitatem se adjunxit, quem subsecuti post alii Principes, confœderationem ad novem años conservantes. Civitates in hoc fœdere sexaginta comprehensas fuisse, & inter has à Lehman. *d. cap. 92.* sequentes referuntur, Maintz/Cölln/Wormbs/Speyr/Straßburg/Basel/Zürch/Freyburg/Brysach/Colmar/Schlettstatt/Hagenaw/Weissenburg/Newstatt/Wimpffen/Heidelberg/Lauterburg/Oppenheim/Franckfurt/Fridberg/Wetzlar/Gelnhausen/Marpurg/Altsfeld/Fulda/Mülhausen/Aschaffenburg/Seligstatt/Bingen/Diepach/Bacherach/Wesel/Boppart/Andernach/Bonn/Neuß/Aach/Münster/Bremen/Gravenberg/Hirßfeld. Anno item 1297. Adolphus Nassovius cum duabus civitatibus Imperialibus Wormatia & Spira fœdus contraxit, de quo Lehman. *d. lib. 5. cap. 123.* Anno 1313. post obitum Henrici VII. ad purganda latrocinia Civitates ad Rhenum cũ Rudolpho Palatino & Ludovico Bavaro fœdus percusserunt. Anno 1325. Argentina, Spira, Wormatia, Moguntia, fœdus contraxerunt, & communibus sumptibus Equites & milites conduxerunt, qui viarum usum tectum redderent & servarent, propterea, quod negociationes, quibus civitates crescunt, propter itinera infesta, cessarent, Mutius *rer. German. lib. 24.* Quod deinde anno 1327. renovatum, de quo & similibus vide *infra n. 62. & seq.* Ita quoq; anno 1332. Moguntia, Argentina, Wormatia, Oppenhemium, pro pace profana ab Imperatore Ludovico restituta conservanda, confœderationis medium elegerunt, de quo Lehman. *Chron. Spirens. lib. 7. cap. 30.* Anno 1338. Moguntia, Argentina, Wormatia, Spira, de mutuo auxilio contra suos turbatores præstando novum fœderis pactum celebrarunt Lehman. *d. lib. 7. c. 31.* Anno 1335. cum Ruperto Electore Palatino Wormatia & Spira, ut vias à latrocinio salvas haberent, fœderis nexu se obligaverunt, Lehman. *d. l. cap. 49.* Quod etiam anno 1365. Argentinæ, Wormatiæ & Spiræ placuit, Lehman. *d. lib. 7. cap. 51.*

10 Notum quoq; est fœdus, quod anno 1374. à Sueviæ civitatibus initum, cum Comes Everhardus Würtembergicus ab Imperatore Carolo IV. viginti quatuor Civitatibus protector constitutus, iisdem graves collectarum molestias crearet, ut refert Naucler. Et quod Comites, multiq; ex Equestri ordine urbibus infensi essent; quibus non expediebat Civitates esse nimis potentes, vel opulentas, tantaq; libertate frui, Peucer. *lib. 5. Chron.* Quodque, cum ex nobilitate pro mutuis sumptis pecuniis, cum censuum solutionem differrent, obstagii jure, modisq; aliis à civitatibus premerentur, Lehman. *d. lib. 7. cap. 65.* Quod aliquoties, aliisque semper civitatibus adeuntibus renovatum, & turbido isto rerum statu, peculiare civitates ad Rhenum pactum pepigerunt, quod tamen cum superiori, temporis iniquitate id exigente, anno 1381. unitum, & cum triginta trium Civitatum sigillis majoribus munitum fuit, veluti Augspurg/Ulm/Costantz/Eßlingen/Reutlingen/Rotweil/Weil/Uberlingen/Memmingen/Bibrach/Ravenspurg/Lindaw/S. Gallen/Pfuuendorff/Kempten/Kauffbeuren/Leutkirch/Ysni/Wangen/Buchhorn/Gemundt/Halle/Haylbrun/Wimpffen/Winßperg/Nordlingen/Dunckelsp ühl/Rotenburg uff der Tauber/Giengen/Bopffingen/Aalen/Weil im Turgaw/Buchaw/ sicuti refert Lehman. *d. lib. 7. c. 66.*

Fœderi huic tum temporis se opposuit Electorum & Principum Ecclesiasticorum & secularium Liga anno 1387. ad biennium contracta, de quo Lehman. *d. lib. 7. cap. 61.* Quæ anno 1388. rupta, bello per literas, sub dato & sigillo Ulm/ Stephano & Friderico fratribus & Bavariæ Ducibus nomine Civitatum Sueviæ, Bavariæ & Franconiæ nunciato. Unde civitates Rhenanæ quamvis invitæ, impellente tamen & cogente confœderationis jure, quo obligabantur, mandato quoq; Cæsaris, arma sumpserunt, ut Rupertum Electorem ingressu in Bavariam arcerent, sed ab eo victæ pessimæ & miserabiliter sunt habitæ. Superioris verò tractus civitates, etsi Principibus Bavariæ, Sueviæ & Franconiæ æquiore fortunâ multum incomodabant, tandem tamen fœdus hoc, quod septuaginta erat civitatum, dissolutum est, Principibus & Civitatibus Egram evocatis, & pace anno sequenti per Germaniam ad Sexennium firmatâ, qua pace constitutum, ut confœderationes utrinq; tollerentur, læsi juribus experirentur, vel benignè transigerent, Lehman. *d. lib. 7. cap. 69.* 11

Idem hoc civitatum Imperialium confœderandi jus comprobat fœdus Suevicum, der Schwäbische Bund/ in quo plurimæ civitates Imperiales comprehensæ reperiuntur, quod ab Imperatore Ferdinando I. approbatum indicat R. A. zu Speyr *de an. 1529.* §. Und als im Abschied. *35.* 12

Nec non Liga Catholicorum, & Unio Protestantium anno 1610. Hallæ Suevorum inita, in qua confœderatæ plures erant civitates Imperiales, quas videre licet in catalogo der Unirten Churfürsten und Stände/ so *anno 1615.* auff dem Correspondentz-Tag zu Nürnberg erschienen. 13

Huc quoq; facit, quod Ordini Equestri libe- 14
ro jus fœderũ competat, sicuti tradunt Besold.
de fœder. c. 3. n. 8. Mager. *de advoc. c. 6. n. 107.* Kyl-
linger. *de ganerb. castr. disc. 15. n. 44. & 51. seq.* Fesch.
d. concl. 8. lit. C. Nolden. *de Stat. nobil. c. 17. n. 153.* Dn.
Nicol. Myler *de jur. Stat. Imper. concl. 18. n. 8.* Et
pluribus probavi *in tract. de Ord. Equest. jur. lib. 3.*
c. 14. Sicuti etiam aliis populis & Rebuspublicis 15
liberis, Besold. *d. c. 3. n. 4.* Fesch. *d. conclus. 8. lit. f.*
Myns. *6. observ. 2. n. 6.* Veluti Helvetiis, Rhœtis,
Venetis, Belgis, Genuensibus, Lucensibus, Ci-
vitatibus Hanseaticis, &c. Fesch. *d. concl. 8. lit. G.*
seq. & concl. 9. per tot. Et civitatum Hanseaticarũ 16
fœdus justum & licitum, & à Carolo IV. Friderico III. Ferdinando I. & Maximiliano II. approbatum esse, demonstrat Carpzov. *de leg. Reg. German. c. 6. sect. 10 per tot.* De mixtarum civitatum fœderibus vide *supra lib. 1. cap. 3. n. 71.*

His non adversatur, quod Civitates & alii 17
Imperii Status Imperatori sint subjecti, cumque superiorem recognoscant, regulariter autem

autem omnes subditorum colligationes & cōfœderationes, tanquam conspirationes & conjurationes illicitæ & prohibitæ sint, *l. 3. C. de sum. Trinit. l. 1. & 2. C. de sedit. l. denunciamus. C. de his, qui ad Eccles. l. fin. & tot. tit. ff. de colleg. illic. l. conventicula. 15. C. de Episc. & Cler. Constit. Frider. de pac. tenend. inter subd. §. conventicula. 2. feud. 13. & ibi Feudist.* Mynſ. *6. observ. 2.* Kylling. *d. disc. 15. n. 16. seq.* War ab Erenberg *de fœder. lib. 2. cap. 1. n. 43.* Mager. *de advoc. cap. 6. n. 425. seq.* Fesch. *d. fœder. concl. 10 lit. a.*

18 Siquidem in Statibus & membris Imperii liberis alia est ratio propter summa & singularia ipsorum jura & libertates, Erenberg. *de fœder. lib. 1. cap. 2. n. 233. seq. & lib 2. cap. 1. n. 35 seq.* Kyllinger. *d. disc. 15. n. 29.* Præsertim verò, si ejusmodi confœderationes fiant ad aliquod bonum, veluti si quis timeat, se oppressum iri à suo adversario, tum enim licitè ipsum cum aliquibus fœdus inire posse, ad se defendendum,

19 tradit Bald. *cons. 262. lib. 2. & in l. 1. in princ. n. 2. ff. quod quisq. jur.* Boss. *de crim. læs. Majest. n. 23.* Mynſ. *d. observ. 2. n. 4.* Reinking. *de regim. sec. lib. 2. class. 3. cap. 3. n. 22. & 23.* Klock. *de contrib. cap. 14. sect. 3. n. 52 seq.* propterea, quod defensio tàm rerum, quàm personarum licita sit, *l. ut vim. 3 ff. de just. & jur. l. 1. C. unde vi.* Klock *d. sect. 3. n. 55 seq.*

Unde Bartol. *in extravag. ad reprimen. verbi occultè.* ligas, ait, vel societates, quæ hodiè fiunt inter Civitates vel Barones, aut alios recognoscentes superiorem, si fiant ad ipsorum defensionem, jure subsistere. Et tum quoque licitas esse ligas & consociationes, si quis timet, se spoliatum iri de facto asserit, per *l. 3. §. cum. ff. de vi*

20 *& vi armat.* Mynſ. *d. obs. 2. n. 8.* Vel si dejectus sit, ut possessionem recuperet, quod etiam pacis publicæ constitutio admittit, Ord. Camer. *part. 2. tit. 9. §.* So jemand *ibi:* Oder wann er seine Freund und Helffer haben mag.

Unde nec 2. obstat, quod *in Aur. Bull. cap. 15. in princ.* detestantur & abrogari jubentur reprobatæ conspirationes & conventicula, seu colligationes illicitæ, in Civitatibus & extra, vel inter civitatem & civitatem, &c. Nam textus ille nominatim loquitur de conjurationib⁹ & conspirationibus subditorum, quas sine authoritate Dominorum suorum, vel iis non exceptis, privatim, & tanquam privati contrahunt, non verò de ipsis Imperii Statibus, ac Civitatibus imperialibus, veluti quorum confœderationes ibidem in subsequentibus nominatim excipiuntur & non improbantur, prout eleganter demonstrant *Kyllinger. d. disc. 15. n. 31.*

21 *seq.* Et de civitatibus municipalibus hoc verum est, quod sine consensu Dominorum suorum, fœdera contrahere nequeant, Carpzov. *de leg. Reg. Germ. cap. 6. sect. 6. n. 8. & sect. 10. n. 13.* Mager. *de advocat. cap. 6. n. 66. 70. & 195. seq.* Camman. *de regal. disput. 5. conclus. 84.* Nisi ad ipsorum defensionem contrahantur, Mynsing. *6. obs. 2. n 6.* Mager. *de advoc. cap. 6. n. 292.*

22 Et de hisce quoque fœderibus, sive illicitis conspirationibus 3. Loquuntur Capitulationes Imperatorum, veluti Ferdinandi II. *art. 5.* & Ferdinandi III. *artic. 9. ibi:* Wir sollen und wöllen auch alle unziemliche / hässige Bündnussen / Verstrickung und Zusammenthuung der Underthanen / deß Adels und gemeinen Volcks / auch die Empörung / und Auffruhr / etc. auffheben und abschaffen / etc. ubi in specie tantum subditorum, Nobilium scilicet mediatorum, sive Landsassiorum, & plebis fit mentio, qui contra Electores, ac alios Imperii Status ac Dominos suos insurgunt, & pro ipsorum illicita offensione conspirant: Qualis cōspiratio erat seditio rusticorum, & colligatio quorundam Nobilium, quorum Caput erat Guilhelmus Grumbachius, referente Thuan. *histor. lib. 39.* qui id moliebantur, ut Equestris ordo universus, excusso Principum Imperii jugo, in libertatem vindicaretur, solique Imperatori subjiceretur, Besold *de Ord. Equestr. n. 6.* Kyllinger. *d. disc. 15. n. 59. seq.*

Idem quoque 4. est, quoad constitutionem pacis publicæ, Kayserl. Landfried *de anno 1548. in princ. §. ibi:* daß keiner einige conspiration oder Bündnuß wider den andern auffrichte / etc. Loquitur enim de conspirationibus illicitis, quæ ad offensionem & læsionem Statuum aliorum, eorumve subditorum & rerum contrahuntur, non verò de confœderationibus pro necessaria rerum & personarum defensione & pace publica tuenda contractis, sicuti ex ipso textu apparet. 23

Nec 5. negotium facessit Reformatio Imperat. Friderici, *de anno 1441. art. 12.* ubi constitutum, daß im gantzen Römischen Reich nun fürbaßhin kein Bündnuß / Vereinigung / etc. sollen auffgerichtet werden / auch die Alten alle abgethan / etc. Quæ extat apud Goldast. in Reichssatzungen. *fol. 167.* Sicuti nec declaratio *Sigismundi de anno 1431. cap. 7.* von Verbundnussen / *ibi:* auch wöllen wir von der ehegenannten unser Königlichen Macht / daß hinfür niemand / wer der auch sey / einig Bündnuß oder Einigung machen oder eingehen soll / ohne deß Reichs Wissen / Gunst / Urlaub und Willen / etc. Siquidem hasce ordinationes nunquam esse receptas, sed contraria potius observantia, necessitate id postulante, abrogatas esse, arguit Ordin. Camer. *part. 2. tit. 9. §.* So jemand. *ad fin. ibi:* Oder wann er seine Freund und Helffer haben mag. Prout etiam aliæ sunt Imper. Friderici constitutiones, quæ usu nunquam sint receptæ, Carpzov. *de leg. Reg. German. cap. 6. sect. 6. n. 4. seq.* 24

Neque etiam 6. in contrarium facit, quod Imperator absolutam potestatem fœderum non habeat, sed in Capitulatione sua jurare teneatur, quod nulla fœdera, nullamve Ligam cum exteris Nationibus, vel etiam in ipso Imperio, in rebus Imperium concernentibus, tractare vel inire velit, nisi prius consultis & convocatis Electoribus, eorumque omnium vel majoris partis voluntate & consensu habito, prout habent verba Capitulationis moderni Imperatoris invictissimi Ferdinandi III. *artic. 7. ibi:* Wir sollen und wöllen darzu / vor uns selbst / als erwöhlter Römischer König / in deß Reichs Händlen auch keine Verbündnus / oder Einigung / mit frembden Nationen / noch sonst im Reich machen / wir haben dann zuvor die sechs Churfürsten / deßhalben angelegene Mahlstatt / zu zimlicher Zeit / erfordert und ihren Willen / sampt(lich) / oder deß Mehrentheils auß ihnen / und zwar auff einer Collegial-Zusammenkunfft / und nicht durch absonderliche Erklärungen (es were dann / 25

daß publica salus und utilitas eine mehrere Schleunigung erforderte) in solchem erlanget: wie dann der jenige modus, so auß gewissen erheblichen Ursachen/ bey tractation deß Pragerischen Friedens ist gehalten worden/ ins künfftig zu keinem præjuditz oder consequentz, angezogen/ noch außgedeutet werden solle/ inmassen solches ohne das in gemeltem Friedenschluß gnugsam versehen ist. Quod etiam sancitum in Handhabung deß Landfriedens zu Wormbs *de anno 1495. tit.* die Königliche Majestat soll kein Krieg. *5. ibi*: Auch sollen wir/ rc. Ohne Wissen und Willen jährlicher Versamblung / keine Bundnus oder Einigung mit frembden Nationen / oder Gewälten machen/ die dem Reich zu Schaden / Nachtheil oder zuwider seyn möchten/ rc. Quia hoc ideò fit, quod circa causam pariter & modum confœderationum prospectè sit procedendum, resque prudenter agenda, tantoque cautius, quanto magis periculum inde Reipubl. imminere videtur, Carpzov. *de L. Reg. German. cap. 6. sect. 1. n. 11.* Et quod hoc modo Imperator majori benevolentia & fidelitate Principes sibi devinciat; cum nullum firmius sit præsidium ipsorum benevolentia, Liv. *lib. 8.* Warem. ab Erenberg. *de fœder. lib. 1. cap. 2. n. 223.* Ac ut omnis suspicio de fœderibus contractis in ipsorum præjudicium evitetur. Schrader. *de feud. part. 10. sect. 7. n. 30.*

26 Huic autem sanctioni, & quod hic articulus Capitulationi Imper. Caroli V. insertus, causam dedisse videtur Maximilianus I. quod hic insciis & inconsultis Statibus & insuper habita prædicta Imperii constitutione *de anno 1495.* sub ipsius nomine edita, fœdus cum Pontifice Romano, & Regibus Franciæ & Aragoniæ, contra Venetos iniisset, & à Statibus Imperii *anno 1509.* in Comitiis Wormatiensibus auxilium peteret, quod illi recusabant, quod citra eorum præscitum, contra Imperii recepta jura & consuetudinem, ad fœdus & bellum accessisset. Ne ergò iterum & sæpius, ad eundem lapidem impingeretur, Electoribus placuit, hoc articulo Imperatorem admonere, ut recto tramite utatur, nec de rebus tam arduis, à quibus salus, vel damnum Reipubl. dependet, solus pro arbitrio disponat. Johan. Limnæ. *ad Capitulat. Imper. Caroli V. art. 7. vers.*

27 kein Bundnus oder Einigung machen. *n. 6. seq.* Quod etiam in aliis Regnis observatur, & fœdera absque ordinum consensu non contrahuntur, Bodin. *de republ. lib. 1. cap. 6.* Carpzov. *d. cap. 6. sect. 1. n. 6. seq.* Et de Electore Brandenburgico, nec non Pomeraniæ Ducibus, refert Limnæ. *d. l. n. 9. & 10.*

28 Sed anne Civitates Imperiales, aliiq; Principes & Status Imperii cum exteris Principibus ac Rebuspublicis, absque Imperatoris consensu, fœdus contrahere possint, dubitant Besold. *de fœderib. cap. 3. n. 8. in fin.* Kyllinger. *de Ganerb. discurs. 15. n. 39.* Idque supra dicta Imperatoris Maximiliani I. Handhabung deß Landfriedens *de anno 1495. tit.* die Königl. Majestat soll kein Krieg. *5.* probare videtur. Sed contrarium asserunt Warem. ab Erenberg. *de fœder. lib. 1. cap. 2. num. 238. & lib. 2. cap. 1. num. 37.* Carpzov. *de Leg. Reg. German. cap. 6. sect. 6. n. 13.* Johan. Limnæ. *de jur. publ. lib. 4. cap. 8. num. 27. seq.* Per Aur. Bull. *cap. 15.* ubi generaliter excipiuntur confœderationes & ligæ, quas Principes, & Civitates, ac alii super generali pace provinciarum atque Terrarum inter sese 29 formasse dicuntur. Sic etiam *anno 1440.* Equites Teutonici cum Borussiæ Civitatibus insigne fœdus pepigerunt, quod postea anno *1451.* ab Imperatore Friderico fuit confirmatum, Caspar Schütz in der Preussischen Chronic. *lib. 4. seq.* Anno *1570.* Lubeccenses sine ullius contradictione cum Friderico II. Daniæ Rege, contra Suecum fœdere sese conjunxerunt, *Besold. de fœder. cap. 3. n. 8.* Ac Principes Germaniæ cum Galliæ Regibus quadraginta septem fœdera contraxisse, scribit Bodin. *de republ. lib. 1. cap. 9.* Smalkaldici fœderis socii Galliæ & Angliæ Reges de auxilio sollicitarunt, Sleidan. *de Stat. Religion. cap. 17.* ac in fœdere Chambrotico Galliæ Rex primas partes tenebat, Arumæ. *ad Aur. Bull. discurs. 6. concl. 6. seq.* Fœdus quoque Civitatis Lubeccensis cum Belgis initum Rudolphum II. confirmasse refert Arumæ. *de jur. publ. part. 2. disc. 28. concl. 12.*

Neque huic adversatur Maximiliani constitutio, ea enim tantùm loquitur de ejusmodi ligis & confœderationibus, quæ in Imperii præjudicium & offensionem tendunt, die dem Reich zu Schaden/ Nachtheil/ und zuwider seyn/ non verò de iis, quæ in pace publica conservanda & promovenda fundatæ sunt, has enim si Imperator excipiatur, omni jure licitas esse, ex supra dictis constat, Carpzov. *d. cap. 6. sect. 6. n. 13.* 30
In omni enim fœdere Imperator excipiendus est, Carpzov. *d. l. n. 10. seq.* Kylling. *de ganerb. cast. discurs. 15. n. 67.* Schrader. *de feud. part. 10. sect. 10. num. 27.* Limnæ *de jur. publ. lib. 4. cap. 8. n. 25.* Et tacitè excipitur salus Imperii & Imperatoris, *c. venientes. de juram.* Mod. Pistor. *cons. 12. n. 6. vol. 2.* Reinking *de regim. secul. lib. 2. class. 3. cap. 3. n. 27.* Warem. ab Erenberg. *de fœder. 2. cap. 2. num. 231.* Mager. *de advoc. cap. 6. n. 198. & seq.*

Et quamvis in Statuum Imperii fœderibus 31 Imperatoris consensus & confirmatio necessariò non requiratur, solet tamen ejusdem confirmatio quandoque peti, qua in re cautè agitur & optimo consilio, cum per hanc actus non tantùm reddatur fortior, sed & omnis sinistra suspicio evitetur, Reusner. *1. cons. 3. n. 64.* Kyllinger. *d. disc. 15. n. 71.* Neque inde libertati eorum quicquam detrahitur, cum sæpè à Principe confirmari soleat contractus per se validus, Bart. *in l. si quis 16. & ibi* Angel. *C. de decur.* Alex. *in l. de pupillo. 5. §. qui opus. ff. de nov. oper. nunc.* Kyllinger. *d. disc. 15. num. 72.*

Contrahuntur fœdera vel de rebus prophanis, vel sacris, sive Religione.

Pro Religionis defensione licitam esse confœderationem nemo facilè negabit, cum & pacis publicæ defensio justa & licita judicetur, istius verò non minor, quàm hujus ratio habenda, Carpzov. *de leg. Reg. Germ. cap. 6. sect. 9. n. 1. seq.* Quo nomine in Romano nostro Imperio im- 32 primis præclara sunt fœdus Schmalkaldicum, & Unio Protestantium. Quorum primum Schmalkaldicum *anno 1530.* Schmalkaldiæ, unde

unde & ita dictum, inter Protestantes fuit initum, confirmatum primum in sexennium, & *anno 1536.* renovatum in decennium, ad defensionem Religionis, non ad offensionem, Sleidan. 7. *histor.* Rumelin. *ad Aur. Bull. part. 2. dissert. 4. concl. 37.* cujus capita recenset Chytræ. *in supplem. Krantz.* War. ab Erenberg *de fœder. lib. 2. cap. 2. fol. 317.* Limnæ. *de jur. publ. lib. 4. cap. 8. n. 31.* Quod fœdus licet à Catholicis & à nonnullis quoq; ex nostratibus fuit improbatum, veluti à Franck. Burckhard. *in sua autonom.* ubi id vocat einen Schmalkalderischen / Frantzösischen und Pestilentzischen Bund / Laur. Saurius æquiparat seditioni rusticorum, referente Frid. Hortleder. *in excerpt. ex Sleidan. concl. 16.* Anton. Quetta *cons. 6. n. 16.* Ludov. ab Avila, Natalis Comes, Bodin. & alii. Et licet Lutherus & Philip. Melanchton, id primum dissuaserint, postea tamen illud tanquam licitum approbasse, demonstrat Coler. *de jur. Imper. sect. 74. & 75.* Idemque licitum esse probant Coler. *d. l. sect. 73.* Hortleder. *in d. excerpt. decad. 4.* Fesch. *de fœder. conclus. 13. lit. b.* Daniel Otto *de jur publ. cap. 11. fol. 397.* Limnæ. *d. cap. 8. n. 32. seq.* Rumelin. *ad Aur. Bull. part. 2. diss. 4. concl. 37.* Carpzov. *d. L. Reg. German. cap. 6. sect. 8. per tot.*

33 Unio Protestantium multis ab hinc annis inter Principes Protestantes constitit, sed Halæ Suevorum *anno 1610.* arctius fuit confirmata, Joh. Zeschlin. *de tutel. Elect. legit. cap. 7. n. 159.* Cui occasionem & causam dedit negocium Juliacense, & executio Donawertensis, nec non Ligæ & militiæ Catholicorum, Fesch. *d. conclus. 13. lit. C.* Limnæ. *d. cap. 8. n. 34.* Carpzov. *de leg. Reg. German. lib. 6. sect. 9. n. 9. seq.* Hanc quoque tanquam illicitam impugnarunt plerique Catholici, Adam Contzen. *tract. de pac. German. c. 15.* Author. deß Calvinischen Models / passim. Christ. Ungersdorff in der Erinnerung von der Calvinisten Art / &c. *ferè per tot.* Eademque alia varia judicia, etiam apud Augustanæ confessionis nonnullos subibat, eamque Henricus Leuchter Hassiæ Theologus *in tract.* von Bündnüssen / sugillare censebatur, ab eaque ut plurimum alienus fuit Saxoniæ Elector, qui Juliacensem Ducatum ambibat, & Cæsareæ Majestatis favore investituram jam impetraverat, Besold. *de fœder. cap. 3. n. 9.* Eandem tamen, tanquam ad pacem, concordiam, & pro defensione Religionis initam, licitam pronunciant, Ventur. de Valent. *in parthen. Litigios. lib. 1. cap. 6. n. 33.* Fesch. *de fœder. d. concl. 13. lit. C.* Limnæ. *d. lib. 4. cap. 8. n. 34. seq.* Carpzov. *d. sect. 9. n. 9 seqq.* ubi quoq; *n. 3. seq.* licitum fuisse fœdus Belgicum *an. 1565.* contractum.

34 Verùm altioris indaginis est quæstio, an Principes & Status Imperii contra Imperatorem fœdus defensivum pangere possint? Quod affirmant, per *2. Chron. 21. v. 10. Judic. 4. vers. 5.* Coler. *de jur. Imper. sect. 72.* Hortleder. *de just. bell. Germ. disp. 4.* Daniel Otto *de jur. publ. cap. 11. n 395.* Warem. ab Erenberg *de fœder. lib. 1. cap. 2. n. 14. seq. & libr. 2. cap. 1. n. 60.* Fesch. *de fœder. concl. 18. lit. e.* Rumelin. *ad Aur. Bull. part. 2. diss. 4. concl. 38.*

35 In contrahendis fœderibus singulari prudentia opus est, & inter alia sequentia potissimum observanda erunt, veluti 1. Potentia, Althus. *polit. cap. 17. n. 35. & cap. 34. n. 26.* Besold. *de fœder. cap. 4. n. 12.* Fesch. *de fœder. concl. 12. lit. 4.* vide Reinking *polit. biblic. lib. 2. axiom. 202.* periculosa enim sunt fœdera cum nimis miseris & afflictis, vel valdè periclitantibus, & qui infirmioribus se jungunt, quærunt, qua cum gente cadant, Lucan. *lib. 8.* & in caducum parietem inclinant, quod cavendum monet, Lipsius. *4. polit. 9. n. 48.* cum ejus jactura, ipsos quoque inclinantes tactura sit, Tacit. *de morib. Germ.* Qui verò potentioribus, adamantinos pro incolumitate sua claves figere dicuntur, Schönborn. *4. polit. 36.* Itaque fœderis socii eligendi sunt, vel divitiis & opibus instructi, vel magnanimi, armisque potentes, aut consiliis fœlices, quæ potissima sunt potentiæ capita, Lipsius. *4. polit. 9. n. 29.* Confer. *cap. seq. 24. n. 53.* Non tamen semper fœdera cum potentioribus tuta 36 esse, experientia docet, & illud vulgatum: Mit grossen Herrn ist nicht gut Kirschen essen. Item, es ist nicht gut / solche Gäste laden / deren der Würth nicht mächtig ist / facilè enim ex socio servus fieri solet, Richter. *axiom. polit. 248. & 256.* Reinking. *d. axiom. 202.* Quod olim experti sunt illi, qui cum Romanis fœdera contraxerunt, de quibus alicubi Cicero inquit: Noster populus sociis defendendis, terrarum jam omnium potitus est. Magis autem periculosa sunt fœdera potentiorum vicinorum, quàm remotorum, Besold. *d. cap. 4. n. 13. in fin.*

II. Religio, vix enim firma erunt jura fœde- 37 rum & pacis inter eos, inter quos fidei bellum est, Ambros. *3. offic.* & quomodo fieri potest, ut homini sit amicus, qui Deo fuerit infidus, Chockier. *thes. polit. lib. 2. cap. 9.* Unde quoque Josaphat Rex Judæorum cum Achabo fœdus contrahens, per Propheram Micham acriter fuit reprehensus, *2. Reg. 22. v. 4. & 16.* Idemque severe punitus, quod cum Achasia Israelis Rege fœdus icisset, *2. Paralip. 20. v. 35. & ult.* Ac Propheta, ne cum Israëlitis, aliter Deum colentibus, sese conjungat, Amasiæ Regi dissuadet, *2. Paralipom. 25. v. 7.*

Unde quoque plerique Pontificii statuunt, 38 cum hæreticis fœdus & amicitias contrahere non licere, Franc. Burchard. *in auton.* Jacob. Simanc. *in cathol. institut. cap. 46. n. 52.* Casp. Schop. *consil. Reg. ad Hisp. Reg. sub. Maximil. II. fol. 68.* Adam Contzen *de ver. & fals. Germ. pac.* Molin. *de fid. haret. lib. 6. cap. 2.* Coler. *de jur. Imper. sect. concl. 76.* Gœhaus. *in peric. Academ. part. 3. quæst. 13.* Carpzov. *de leg. Reg. Germ. cap. 6. sect. 4.* Ac cum Pontificiis nonnulli tuta non contrahi fœdera ideò putant, quod negent fidem hæreticis servandam, & quod absolutionem à juramento sibi arrogent Pontifices, Arnisæ. *2. de jur. Majest. cap. 6. n. 8. seq* eademque propter insitam animorum disjunctionem raro esse fœlicia, tradit Richter. *axiom. polit. 277. & Eccles. axiom. 204.*

Verùm hodie propter saluberrimam pacis 39 Religiosæ constitutionem, inter Catholicos & Augustanæ confessioni addictos, fœdus licitè contrahi, putat Warem. ab Erenberg *de fœder. lib. 1.*

lib. 1. cap. 2. n. 87. seq. Fesch. *de fœder. concl. 11. lit. b.* Besold. *de fœder. cap. 4. n. 6. seq.* Seld. *in script. ad Ferdinandum. I.* relato à Rumelin. *ad Aur. Bull. part. 2. dissert. 4. concl. 36.* Et fœdus, sive pacificationem Religiosam inter Catholicos & Protestantes Status initam, validam esse, etiam ipsi Catholici fateri coguntur, Molin. *lib. de fid. hæret. serv. cap. 25. seq.* Tanner. *num. 3. disp. 1. quæst. 9. num. 1.*

40 Multo minus fœdus contrahere licet Christianis cum Turca ac aliis infidelibus, adversus Principem vel populum alium Christianum, ne quidem defensionis causa, per *Exod. 23. v. 33. cap. 34. v. 15. Num. 33. v. 55. Deut. 7. v. 2. Amos. 5. v. 4. & 5. 2. Reg. 16. v. 7. 2. Chron. 28. v. 16. & 19. 1. Corinth. 5. in fin.* Alber. Gentil. *de jur. bell. lib. 3. cap. 19.* Schönborn. *4. polit. 36.* Anton. Faber. *de relig. lib. 3. cap. 4.* Reinking. *de regim. secul. lib. 2. class. 3. cap. 3. n. 45. seq. & polit. biblic. lib. 2. axiom. 204.* Mager. *de advoc. cap. 7. n. 99. seq.* Bodin. *de republ. lib. 5. cap. 5. fol. 901.* Coler. *de jur. Imper. concl. 77.* Rumelin. *ad Aur. Bull. part. 2. disc. 4. concl. 35.* Licet contrarium asserant, si nullum subsit Religionis periculum, Carpzov. *de leg. Reg. German. cap. 6 sect. 3. per tot.* Farinac. *prax. crim. part. 5. quæst. 125. n. 9.* Bocer. *de bell. cap. 6. n. 16.* Hunnius *de pact. cap. 2. quæst. 4.* Quorum sententia tum demum procedere videtur, 1. si de non offendendo, finibus tuendis & pace colenda fœdera contrahantur, *arg. l. 21. C. de offic. præf. Afric. & Romanor. 12. v. 18.* Rumelin. *ad Aur. Bull. part. 2. disc. 4. concl. 35. & ibi* Myler. *in addit.* Besold. *de fœder. cap. 4. n. 3. & 5.* Reinking. *d. cap. 3. n. 64.* Mager. *de advocat. cap. 7. n. 143.* Schönborn. *4. polit. 36. vers. igitur inquis.* 2. Si de commerciis importandis & exportandis agatur, Mager. *d. n. 143.* Reinking. *d. n. 64.* Besold. *d. n. 3.* Warem. ab Erenberg. *de fœder. lib. 2. cap. 2. n. 36.* Hugo Grot. *de jur. bell. lib. 2. cap. 15. n. 9.* 3. Si contrahatur fœdus defensivum cum infidelibus, contra gentes æquè infideles, Besold. *d. cap. 4. n. 3.* Carpzov. *d. sect. 3.* Grot. *d. cap. 15. n. 9.* Qualia fœdera contraxerunt Abrahamus cum Amorreo, *Genes. 14. v. 13.* David cum Achis Palæstinorum Rege contra Saulum, *1. Samuel. 27. & 28.* Thais cum Rege Themathæ, *2. Regum. 8.* & cum Naba Rege Amoritarum, *2. Reg. 10.* Josua cum Gabaonitis, *Josuæ. 9.* Salomon cum Hyramo Tyricorum Rege, *3. Regum. 3. & 5.* Judas Maccabæus & Jonathas frater cum Romanis, *1. Maccabæ. 8. v. 59. seq.* Fesch. *d. concl. 11. lit. c.* Besold. *d. cap. 4. n. 2.* 4. In casu extremæ necessitatis, cumque summa hostium ingruit necessitas, nec evadendi alia se offert occasio, Besold. *d. cap. 4. n. 3.* Schönborn. *4. polit. 36. vers. quod tertio.* Bocer. *de bell. lib. 1. cap 6. n. 16.* 5. Si de infidelium fide, virtute & constantia in promissis certò constet, Bocer. *d. cap. 6. n. 16.* Mager. *d. c. 6. n. 16.*

41 III. In fœdere contrahendo inspicienda vicinitas, Besold. *d. cap. 4 n. 11.* Warem. ab Erenberg. *de fœder. lib. 1. cap. 4. n. 12. & cap. 2. n. 127.* Fesch. *d. concl. 12. lit. d.* confer Mager. *de advoc. cap. 7. n. 399. seq.* Juxta illud vulgatum; Es ist besser ein Nachbar an der Wand/als ein grosser Freund über Land.

IV. Probitas, Fesch. *d. l. 9. concl. 8. lit. b.* 4

V. Anteacta, qua nimirum fide & constantia se erga alios fœderatos suos gesserit, Althus. *polit. cap. 17. n. 31.* Non enim facilè fidendum est ei, qui fidem semel fefellit, Molina. *de fid. hæret. serv. lib. 1. cap. 19.* Et cum levibus & inconstantibus periculosa sunt fœdera, Polyb. *lib. 3.* Thucid. *lib. 1.* 4

VI. Similitudo politiæ, Thucid. *lib. 5.* Junius *2 polit. quæst. 79.* Fesch. *d. concl. 12 lit. e.* 44

VII. Sicuti & morum convenientia, Besold. *d. cap. 4. n. 15.* Fesch. *d. concl. 12. lit. g.* Unde Germanos cum Hispanis non facilè fœdus contrahere debere, monet War. ab Erenberg *lib. 1. cap. 2. n. 140.* confer Carpzov. *de leg. Reg. Germ. cap. 6. sect. 2. per tot.* Fesch. *de concl. 12. lit h.* 45

VIII. Animorum conjunctio, quæ si exulet, nulla aut amicitia firma, aut libertas tuta, Thucid. *lib. 3.* Jun. *polit. quæst. 74.* & sic cum invitis, Besold. *d. cap. 4. num. 10.* 46

IX. Ex quo fœdera non facilè sunt ineunda cum familia offensa, Besold. *d. cap. 4. num. 16.* Fesch. *lit. h.* 47

X. Nec cum iis tuta sunt fœdera, qui in nos jus aliquod prætendunt, Besold. *d. n. 18.* 48

XI. Nec satis firma sunt fœdera inter plures contracta, Besold. *d. l. n. 17.* Quia difficilè in unum convenire possunt, quod Turcicus quidam legatus olim sensit, dicens, Germaniæ vires immensas esse, sed sibi videri animos Germanorum similes esse beluæ multorum capitum, & plurium caudarum, quæ agitata sæpem transire conaretur, unde cum capita diversa, diversa etiam quærerent transeundi foramina, necessarium fore, ut simul & corpus, & caudæ immotæ manerent, & ne progrederentur ulterius, impedirentur, ex Joach. Camerar Herm. Lather. *de censib. lib. 3. cap. 8. n. 69.* 49

XII. Melius quoque & consultius esse cum Rebuspublicis & populis liberis, quàm cum Magnatibus ac Principibus fœdera contrahere, docet Besold. *d. cap. 4. n. 14.* Firmiores enim & constantiores esse perhibentur Respublicæ, quàm Magnates, idque ob motus tarditatem; magis enim lentè progrediuntur, & diutius deliberant, atque ita mora quædam interjiciunt, antequam fidem frangant, cum è contra Principes & alii Magnates absoluti omnia ferè suo arbitrio absque ordinum consensu peragant, Melch. Jun. *polit. quæst. 74. in med.* Et experientia testatur, Principes magis quandoque lucri causa fidem violasse, quàm Respublicæ, quæ sæpissimè ne magno quidem præmio proposito, à fide discedere adduci potuere, sicuti Athenienses Persico in bello magnis promissis & pollicitationibus tentati, à fœdere tamen communi Græcorum recedere noluerunt, Herod. *lib. 4.* Et Reges quidem natura neminem, vel hostem, vel amicum ducere, verùm ex suis semper utilitatibus, amicitias & inimicitias æstimare solent, inquit Polyb. *lib. 11.* 50

Cautè ergo liberæ Respublicæ aut Civitates cum Principibus aliisque Magnatibus fœdus contrahant, ne sub specie amicitiæ libertatem amittant. Indeque Veneti cum nullo Rege firmum obtinent fœdus, neque admodum opta- 51

optare videntur, proximoque bello, ab Hollandis magis, quàm ab ullo alio Principe fuerunt defensi. Nec Hollandi Principum fœderibus fidunt, Adam. Conzen. *lib. 8. polit. cap. 24. n. 5.* Quia plerumque civitatum libertati invident, de quo *supra. l. 1. c. 14. n. 33.*

52 XIII. Ad causæ quoque bonitatem respiciendum est, nam injusta vincula disrumpit justitia, *Esaia 31. v. 3.* Reinking. *polit. biblic. lib. 2. axiom. 203.*

53 Fœdera semel legitimè contracta, sanctè & inviolabiliter custodienda, quod & Alexandrum Regem monuit Aristoteles, prout laudat Bald. *in l. hujus edicti. n. 1. vers. unde Aristote-*
54 *les. & ibid.* Jason. *num. 1. ff. de pact.* Et gravissimæ pœnæ in fœdifragos sunt constitutæ, de quibus vide *Ezechiel. 17. v. 15. 16. 18. seq. Zachar. 5. vers. 3. seq.* Quales quoque sensit Uladislaus Hungariæ Rex, qui *anno 1444.* decennales inducias cum Amurathe Turcarum Tyranno & Imperatore pepigerat, solemni utrinque juramento confirmatas. Eas, ut data occasione, Uladislaus rumperet, Eugenius Papa, ejusque Legatus Cardinalis Julianus authores ipsi fuerunt, quasi nefas sit, concordiæ fœdera sancire cum Turcis Pontifice non consentiente. Re igitur tandem, ruptis fidei vinculis, ad arma delata, & ad Varnam Bulgariæ oppidum prælio instituto, rebusque ex parte Turcarum primo conflictu nutantibus, Amurathes fœderis initi memor, oculis ad cœlum elevatis, præalta voce exclamasse dicitur: O Jesu Christe, an hæc sunt fœdera, quæ Christiani tui, per nomen tuum jurantes mecum percusserunt, suoque perjurio te Deum suum abnegarunt! Quare si Deus es, ut ajunt ipsi, hanc & mihi & tuo sancto nomini illatam injuriam ulciscere. Quibus dictis, pugna restaurata, Turca victor evasit, & Julianus Cardinalis in fuga cum *30000.* militibus, ac Uladislaus in palude miserè periit, hujusque caput, perticæ affixum, ludibrii causa circumportatum fuit, Cromer. *lib. 21. Jov. in vit. Amurath.* Hanc cladem Uladislaus in lapide monumenti sui ita deplorat:

Romulidæ Cannas ego Varnam clade notavi,
Discite mortales non temerare fidem.
Me nisi Pontifices jussissent rumpere fœdus,
Non ferret Scyticum Pannonis ora jugum.

Et nullam tam gravem excogitari posse coërcitionem, qua non dignè isti fœderum ruptores afficiantur, scribit Schönborn. *4. polit. cap. 37.* Eodemque fine Tullium Hostilium ruptorem fœderis Metium Suffetium religatum inter duos currus pernicibus equis distraxisse, refert Flor. *l. 1. c. 3.* Et pejerantes consequi infamiam & divinam ultionem, docet Richter. *œconom. axiom. 101. & 135.*

55 Quod si vicini Duo Principes, vel alii Magnates bella inter sese gerant, indeque vicino alicui periculum aliquod immineat, an se alterutri conjungere, an verò Neutralitate id evitare consultius sit, ambigua est quæstio, deque ea aliquid certi definire, periculosum esse, dicit Warem. ab Erenberg. *de fœder. l. 1. c. 2. n. 207. & 216.* Et licet propter belli incertum & dubium eventum, utrumque, nimirum, esse vel Neutralem, vel alteri parti sese adsociare, periculosum sit, & neutralitatem non omninò vitandam esse, eamque multis proficuam fuisse, scribat Æneas Sylvius *epist. 65.* Confer Wilhelm Newmayr von der Neutralität und Assistenz. *cap. 3.*

Communis tamen JCtorum & Politico- 56
rum schola Neutralitatem dissuadet, & alteri parti se adsociare consultius esse statuit, Lipsius *4. polit. 9.* Tholos. *de republ. l. 23. c. 4. n. 5.* Bodin. *de Republ. l. 5. c. 6. fol. 919.* Warem. ab Erenb. *d. n. 207. & 216.* Fesch. *de foeder. concl. 12. lit. d.* Besold. *de foeder. c. 8. n. 1. seq.* Reinking. *de regim. secul. l. 2. class. 3. cap. 3. num. 29.* Mager. *de advocat. c. 7. n. 322. seq.* Joh. Camman. *de jur. Majest. disp. 5. concl. 91.* Chockier. *thes. polit. l. 2. c. 11.* Norderm. *de jur. Princip. conclus. ult.* confer Newmayr. *d. l. cap. 5.* Qui enim Neutralium partium duces se- 57
quuntur, victoribus certissima præda sunt, per tradita Lipsii *4. polit. 9.* Bodin. *d. cap. 6. fol. 919.* Quod etiam Messeniorum exemplum docet, qui Arcadibus & Lacædemoniis in tristissimam servitutem cum conjugibus & liberis è patria dejecti sunt, ex Polyb. *4. histor.* Besold. *d. c. 8. n. 1.* Ac cives medios ab utraque factione perditos, partim, quod non tulissent opem alterutris, partim invidia, quod hactenus incolumes fuissent, testatur Thucyd. *lib. 3.* Et sic Neutra- 58
libus plerumque contingit à vicinis belligerantibus, quod experiuntur mediam partem domus inhabitantes, qui ab inferioribus fumo necantur, à superioribus verò perminguntur, per *l. pen. ff. de injur.* Warem. ab Erenberg. *d. cap. 2. n. 214.* ac qui mediam viam monstrant, nullam monstrant, in quam tutò pedem figere liceat, Livius *lib. 32.* Et si quis vult neutraliter tali casu quiescere, & ab armis abstinere, eventum stultorum magistram expectans, cum consilio sæpe & consiliariis perit, Warem. ab Erenberg. *d. n. 212.* Media enim via neque amicos parat, neque inimicos tollit, Liv. *lib. 9.* Et cum ea belli natura sit, ut hostem communem judicet eum, qui suppetias sibi non fert, necesse prorsus esse videtur, ut aut diuturnitate belli, velut granum inter duos molares, ipse quoq; atteratur, aut certè ab alterutro victoriam obtinente, omni benevolentia exutus tandem opprimatur, sicuti exemplis demonstrat, Bodin. *de republ. l. 5. c. 6. fol. 919. seq.* Richter. *axiom. histor. 132.* Mager. *d. c. 7. num. 330. seq.* Newmayr. *de neutral. c. 4. per tot.*

Cuinam autem parti se quis adsociare de-
beat, ex circumstantiis & belligerantium qualitate metiendum erit. 59
In dubio autem, & si potentia pares erunt, tutius & consultius erit, ejus accedere partes, qui meliorem causam, & Deum socium & adjutorem habet, Adam Conzen *polit. 9. c. 46. §. 9.* David Höpingk. *de jur. protect. concl. 22. lit. c.* Mager. *d. c. 7. n. 322. 331.* Besold. *d. c. 8. n. 3.* Confer Newmayr. *de neutral. cap. 9. & 11.* Sin autem dispares, potentiori accedendum esse putat, Bodin. *d. c. 6. fol. 919.* Camman. *de jur. Majest. disput. 5. concl. 91.* Lipsius *d. cap. 9.* Newmayr. *d. cap. 11.*

60 Non tamen omnis omninò Neutralitas damnanda; nam si quis ita potens sit, ut metuere non habeat necesse, se victoris fore prædam, is tutò Neutralis erit, Thucyd. *lib. 1.* Besold. *d. cap. 8. n.3.* Althus. *polit. cap. 4. ad fin.* Mager. *d. cap. 6. n. 332.*

61 Conducit quoque ipsis belligerantibus vicinos esse Neutrales, ad quos victus confugiat, ac ut non desint pacis mediatores, Besold. *d. n.3.* Newmayr. *d. l. c. 8. vers.* Es ist aber diß. *seq.* Nam si omnes omnium hostes sint, aut sociali fœdere juncti, quis arbiter dissidiorum futurus erit? Bodin. *d. cap. 6. fol. 919.* Principis quoque & alterius cujusvis prudentis erit, rationem Status sui, aliasque circumstantias exactè & accuratè perpendere, num expediat Neutralitatem potius permittere, quàm belli motibus se implicare, quo Rempublicam suam conservare queat, confer Newmayr. *d. l. c. 7.*

Bunds-Brieff.

Wie sich die Stätt Maintz/ Wormbs/ Speyr/ Straßburg/ Basel/ Freyburg/ Costantz/ Lindaw/ und Uberlingen/ mit sambt dem Graffen von Kyburg/ auch dem zu Berna/ und der Statt St. Gallen/ zusammen in Bündnus eingelassen/ beschehen am Auffahrts-Tag/ Anno 1327.

Mulhusium & Northusium Duces Electores Saxoniæ protectores vetustissimos habere, eamque protectionem certo quandoq; annorum spatio renovari, testatur Warem. ab Erenberg. *de fœder. lib. 1. cap. ult. n. 15.* 26

Reutlinga Ducem Würtembergicum protectorem habet non hæreditarium, sed ex pacto temporaneum & voluntarium, de quo *infra lib. 3. cap. 44. 18. & 27.* 27

Rotwilæ & Mulhusii ac aliarum quarundam civitatum, tutelam & protectionem, ante hæc tempora, susceperunt Helvetii, uti refert Remig. Fesch. *de fœder. concl. 23. lit. d.* 28

Schwinfurtum sub Comite Palatinorum Rheni protectione existere, scribit Munster. *Cosmograph. lib. 3. in descript. Schwvinfurt.* 29

Spira Comites Palatinos Rheni Electores jamdudum protectores habuit, cujus protectionis literas Ludovici Electoris Palatini, *de anno 1443.* refert Lehman *Chron. Spirens. lib. 7. cap. 69.* & Mager. *de advocat cap. 5. n. 519.* 30

Wetzlaria protectores habet Hassiæ Landgravios Darmstatinos, *infra lib. 3. cap. 59. n. 2.* 31

Wormatia quoque eosdem Electores Palatinos longo tempore protectores habuit, cujus protectionis intuitu, in dissidio inter Cives & Judæos, anno 1615. exorto, ejusdem tutelam suscepit, Mager. *d. cap. 5. n. 518.* 32

Ad hæc Everhardus Würtembergiæ Comes, dictus Greiner/ Viginti quatuor Civitatum Imperialium Sueviæ, veluti 1. Eßlingen/ 2. Weil. 3. Reutlingen. 4. Gemund/ 5. Heilbrun/ 6. Schwäbisch Hall/ 7. Ulm/ 8. Biberach/ 9. Memmingen/ 10. Kauffbäuren/ 11. Kempten/ 12. Wangen/ 13. Leuth-Kirch/ 14. Ravenspurg/ 15. Lindaw/ 16. Buchorn/ 17. Dünckelspiehl/ 18. Bopffingen/ 19. Nördlingen/ 20. Thonawerth/ 21. Constantz/ 22. Uberlingen/ 23. Pfullendorff/ 24. Rothweil/ ab Imperatore Carolo IV. protector constitutus fuit, verùm cum hic gratia Cæsaris abuteretur, & ab hisce civitatibus quotidianas operas, census & tributa exigeret, idq; civitates ipsi denegarent, eumque Cæsar ab ejusmodi exactionibus abstinere juberet, isque non pareret, protectio hæc ipsi adempta, & Ruperto Comiti Palatino Rheni concessa fuit. Ex quo illud promanasse videtur, quod refert Mager. *d. cap 5. n. 529.* & alii, quod Dux Würtembergicus Imperialium Civitatum Eßlingen & Reutlingen Advocatus & protector à Carolo IV. constitutus. Quia hæc protectio non diu duravit, sed ipsi adempta fuit, & postea prædictæ civitates, Comites, & postea Duces VVürtembergicos sponte protectores susceperunt, prout ab *Eslinga an. 1557.* & subsequentibus factum fuisse, literæ pactitiæ, die Schirmbrieff attestantur. 33

Ex quo colligitur, quod licet Imperatori Ordinaria & generalis totius Imperii ac omnium Statuum, nec non Civitatum Imperialium protectio incumbat, Mager. *de advoc. cap. 3. n. 70. seq.* Castald. *de Imperat. quæst. 12.* Zoanet. *de Rom. Imper. n. 149. & 251.* Thom. Michael. *de jurisd. concl. 9.* Indeque totius Christianitatis protector dicatur, der gantzen Christenheit Schutz- und Schirmherr/ R. A. zu Augspurg *de anno 1518.* 34
§. Erstlich. Cum tamen Imperatores in omnibus 35
locis

locis ipsi præsentes esse, & omnes defendere non possent, ideoque olim Ecclesiis, monasteriis & Civitatibus Imperialibus certos Advocatos, defensores & protectores constituerunt, qui easdem Imperatoris nomine protexerunt, ex quo etiam inter alia Vicedomini dicti fuerunt, Mager. *de advoc. cap. 2. n. 177. seq. & per. tot.* Sed progressu temporis, & postquam civitates, uti & Ecclesiæ & Abbates propriam & perpetuam civitatum & monasteriorum gubernationem & administrationem acceperunt, constitutio hujusmodi Protectorum & Advocatorum cessare cœpit, & Civitates Imperiales, nec non Abbates, proprios sibi protectores elegerunt & sumpserunt, Warem. ab Erenberg. *de fœder. lib. 1. cap. 4. n. 14.* prout etiam tum temporis Prætores Civitatum Imperialium, die Reichs-Vögte/ ab Imperatoribus constitui desierunt, de quibus *infra lib. 5. cap. 3. per tot.*

36 Non tantum autem Civitates Imperiales aliis sese in protectionem commiserunt, sed etiam alios in suam tutelam & protectionem receperunt, quod ipsis licere, tradit David Höping. *de jur. protect. concl. 28. lit. b.* propterea, quod hæ in suis territoriis ea polleant potestate, quâ Imperator in Imperio, & alii Status in suis ditionibus. Et civitates minores apud priscos Francos majorum & potentiorum civitatum patrocinio sese subdidisse ex Historicorum relatione constat, Franc. Hotoman. *in Franco Gall. c. 1.* Lehman. *Chron. Spirens. lib. 1. cap. 9.* David Höpingk. *de jur. protect. concl. 28. ad fin.* Mager.

37 *de advocat. cap. 5. n. 532.* Cujus rei exemplum præbet oppidum Imperiale Buchorn/ ad lacum Acronianum situm, quod propter exiguas vires Civitatis Uberlingensis protectioni se submisisse, testatur Mager. *d. cap. 5. n. 536.* Et Respublicas quoque protectrices constitui posse non videtur habere dubium, imò magis expedire, & consultius esse, cum Rebuspublicis, quam cum Principibus Protectionis conventionem inire, docet Besold. *de fœder. cap. 4. n. 14.* Höpingk. *de jur. protect. conclus. 21.* Mager. *de advocat. cap. 7. n. 281.* confer *cap. praced. 23. num. 50.* Sic quoque monasterium Anhusium in parte Suevica Rhiæsa situm, sub civitatum Dinckelsbuhlæ, Nordlingæ & Gamundæ olim fuisse tutela; flagrante verò inter Principes Germaniæ & urbes Imperiales *anno 1445.* civili bello à Marchionibus Brandeburgicis in potestatem suam redactam esse, scribit Crus. annal. *Suev. lib. 4. part. 2. cap. 9. pag. 128.* Höping. *de jur. protect. concl. 28. in fin.* Et monasterium Denkendorfense olim sub protectione Civitatis Eßlingensis fuisse, dicetur *infra lib. 3. cap. 13. n. 25.*

38 His ita deductis, non adversantur ea, quæ ab Höppingio in contrarium adducta sunt. Nam quod 1. de Hildesia allegatum, malè hæc civitas inter Civitates Imperiales refertur, cum sit provincialis, *infra lib. 4. c. 1. n. 82.* Provinciales autem civitates sese regulariter absque Dominorum suorum consensu in protectionem concedere non posse, paulò post dicetur.

39 Nec 2. argumentum Hoppingio patrocinatur, quia adductæ Imperii Constitutiones nominatim loquuntur & restringuntur ad causam, ne scilicet illa receptio in protectionem intuitu Religionis fiat, & subditi contra magistratus Religionis vel ex alia illicita & injusta causa, deß Glaubens oder anderer Ursach halber / wider ihre Obrigkeit / in protectionem recipiantur, atque ita de subditis & civitatibus municipalibus loquuntur, id quod ostendunt verba, ohne ihrer Obrigkeit Wissen und Willen/ utpote quæ non de Civitatibus Imperialibus, vel aliis Statibus immediatis, qui præter Cæsarem & Imperium nullum superiorem recognoscunt, sed de subditis, sive mediatis, qui præter summum Principem, alium intermedium magistratum habent, cuj⁹ voluntatem in constituendo protectore explorare, eique parere tenentur, intelligenda sunt, sicut etiam ipse Höping de municipalibus civitatibus loqui videtur, cum *in conclus. 28. lit. b.* nominatim asserat, Civitates Imperiales se aliis in protectionem concedere posse. Neque etiam verba illa R. A. *de anno 1555. §. 23.* Es soll auch kein Stand den andern/ rc. in Schutz nemmen. ita crudè, ut sonant, & prima fronte præ se ferunt, accipienda sunt, aliàs enim omnes protectionis conventiones inter Status prohibitæ forent, quas tamen licitas esse pluribus probat Mager. *de advoc. cap. 1. n. 62. & multis seqq.* Id quod etiam subsequentia verba, *d. §.* Es soll auch kein Stand. *23.* satis apertè demonstrant, *ibi*: Und soll hiemit den jenigen / so hiebevor von Alters Schutz und Schirmherrn anzunemmen gehabt/ hiedurch nichts benommen / und dieselbige nicht gemeynt seyn. In quibus protectiones apertè approbantur, & in juris communis dispositione relinquuntur, *arg. l. commodissimis. ff. de liber. & posthum.* Mager. *d. cap. 1. n. 106. seqq.* confer *infra n. 42.*

De civitatibus municipalibus & subditis, major est controversia, an ipsi, Domino Magistratu suo ordinario in consulto, protectorem aliquem sibi adsciscere, aliique Status eas in protectionem recipere possint. Et licet nonnulli asserant, subditas, qui liberam rerum suarum administrationem habent, alii sese in protectionem dare & ab iisdem recipi posse, per R. A. *de anno 1555. §.* Es soll auch. *l. metum 9. §. licet. 6. ff. de eo quod met. caus. l. desertorem. §. fin. ff. de re milit. l. 1. C. de excus. muner. l. ut vim. 3. ff. de just. & jur. c. recepimus. X. de privileg.* Hier. Schurff. *3. cons. 23. n. 1. seq.* Kylling. *de Ganerb. castr. disc. 14. n. 14.* Fesch. *de fœder. concl. 23. lit. f.* Sixtin. *3. Marpurg. cons. 8. n. 104. seq. & cons. 19. n. 145.* Warem. ab Erenberg. *de fœder. lib. 2. cap. 1. n. 42. seq.* Gail. *2. obs. 54. n. 3. & 4.* Contrarium tamen defendunt Thom. Michael. *de jurisd. concl. 138.* Meichsner. *tom. 2. lib. 2. decis. 3. n. 6.* Petr. Frider. Mind. *lib. 2. cap. 14. n. 2.* Buxtorff. *ad Aur. Bull. concl. 99. lit. f.* Ziegler. *§. Landsassii. concl. 1. n. 85.* Matth. Stephan. *de jurisd. lib. 2. part. 2. cap. 2. n. 128.* Maul. *de homag. cap. 11 n. 6.* Dn. Cluten. *in syllog. rer. quotid. concl. 37. lit. f.* Hoping. *de jur. protect. concl. 29. lit. C. in fin.* Reinking. *de regim. sec. lib. 1. class. 5. cap. 4. n. 58. seq.* Besold. *thes. pract. verb.* Schutz- und Schirm-verwante. Rumelin. *ad Aur. Bull. part. 2. disp. 5. concl. 9. & ibi* Dn. Myler. *in add.* Joh. Wurmser. *de jur. publ. exerc. 8. quæst. 11.* Latè Mager. 40

de ad-

de advocat. cap. 6. n. 296. & multis ſeqq. ubi etiam ad contraria reſpondet. Civitas Noribergenſis in Reformatione Anno 1564. editat. 23. l. 16. prohibet colonos alienam protectionẽ ſine præſcitu dominorum ſuſcipere, vid. Mager. *de advocat. armat. c. 6. n. 337.* Quorum ſententia ex conſtitutionibus jam antea, *n. 2.* relatis, ſatis apertè probatur. Cum ex ejusmodi protectionibus inobedientiæ cauſæ oriantur, & obſequio & reverentiæ ſuperioribus ex lege divina debitæ, non parum inde detrahi ſoleat, Weſemb. *conſ. 48. n. 7. & 8.* Petr. Frid. Mind. *d. cap. 14. n. 4. ſeq.* Quod eleganter explicat Wehner. *in metamorph. rerumpubl. cap 18.* ubi ait: Wann die Unterthanen frembde Hülff und Schirm ſuchen/ ohne Urſach/ und wider der Obrigkeit Willen und Erkandnus/ gereichet ſolches zu Schmölerung und Verachtung der Obrigkeit. Es werden auch die Gemüther von einander abgewendet/ der gebürlichen reverentz und Ehrerbietung/ ſo der Obrigkeit in allweg gebühret/ zuwider/ und iſt der Obrigkeit beſchwerlich und ſchmählich/ daß in Beſchutzung ihrer Underthanen/ ein anderer ſoll vorgezogen werden/ bevorab ſo ein Erbliche Schirmsgerechtigkeit getroffen/ ꝛc. *& ibid.* Den Underthanen aber iſt ſolches ein Anfang zu aller nachtheiligen Ungelegenheit/ in deme ihr angenommene Schutzherrn/ unter dem Schein der defenſion und Titul der Schürmsgerechtigkeit viel und manigfaltige Urſach ſuchen/ und Gelegenheit nemmen/ wider dero ordentliche Oberherrn/ und wo die Underthanen/ auß billich und rechtmäſſigen Urſachen ſolten geſtrafft werden/ ſie ſie verthätigen wöllen/ und anderer Sachen ſich underfangen/ und alſo aneinander hetzen/ biß ſie von ihrer Obrigkeit/ entweder all zu ihnen fielen/ oder wurden ſonſt täglich etwas zu ſich ziehen/ dadurch nicht allein die Schirmsgenoſſen endlich in ihr Dienſtbarkeit gezogen/ und in Ungelegenheit geriethen/ ſondern auch der gemeine Fried gebrochen/ und ſchädliche Empörungen entſtehen möchten. Atque hæc maximè procedunt, ſi protectio adverſus Dominum & Magiſtratum inſtituatur, nam non licere alterius ſubditos contra ipſorum ſuperiorem & magiſtratum ordinarium defendere, apud omnes in confeſſo eſt, & conſtat ex Imperii conſtitutionibus *ſupra n. 2.* relatis.

42 Non tamen hæc locum obtinent 1. ſi ſubditi in univerſalis & ſupremi protectoris, veluti Imperatoris clientelam & protectionem ſeſe committant, cum hoc nullius jurisdictionis præjudicet, Ziegler. *§. Landſaſſii. concl. 1. n. 93. ſeq.* Reinking. *de regim. ſec. lib. 1. claſſ. 5. cap. 4 n 50. ſeq.* Mager *d. cap. 6. n. 369.* 2. Quando ſubditi ob juſtam & neceſſariam cauſam alterius patrocinium implorare coguntur, veluti ſi Dominus & Magiſtratus ordinarius ipſas deſerat & defendere nolit, Mindan. *d. cap. 14. n. 12.* Hopingk. *de jur. protect. concl. 33. lit. b.* Ziegler. *de concl. 1. n. 98.* Reinking. *d. c. 4. n. 53.* Mager. *d. cap. 6. n. 341. ſeq.* Rumelin. *d. concl. 9. & ibi* Myler. *in addit.* Buxtorff. *ad A. B. concluſ. 99. lit. f.* 3. Si magiſtratus eos vel omnino non, vel non commodè, per abſentiam, ſive impotentiam defendere poſſit, Mindan. *d. n. 12.* Weſemb. *conſ. 48. n. 24 part. 1.* Ziegler. *d. n. 98. ſeq.* Reinking. *d. n. 53. ſeq.* Vietor *de exempt. concl. 20.* Maul. *de homag. cap. 11. n. 8.* Mager. *d. cap. 6. n. 344.* Rumelin. *d. concl. 9. & ibi* Dn. Myler. *in addit.* Quod 4. idem eſt, ſi ſubditi juſtè metuant, Dominum ordinarium nolle, vel non poſſe eas defendere, Mager. *ibid. n. 347.* 5. Si ſubditi plus, quàm par eſt, & contra jura legitimè quæſita, iniquè à Domino ſuo graventur, vel miſerè nimis tractentur, Mindan. *d. n. 12* Ziegler. *d. §. Landſaſſii. concl. 1. n. 107.* Hopingk. *d. concl. 33. lit. f.* Mager. *d. cap. 6. n. 349. & ſeq.* Rumelin. *d. part. 2. concl. 11. & ibi* Myler. *in addit.* 6. Si præſcriptione, vel privilegio jus illud aſſumendi protectorem quæſiverint, vel ex longæva conſuetudine per uſum introduxerint, R. A. *de anno 1544.* §. Doch ſoll kein Stand 83. *ibi*: Doch ſoll hiemit den jenigen/ ſo hiebevor von Alters Schutz- und Schirmherrn anzunehmen gehabt/ hierdurch nichts benommen/ und dieſelbe nicht gemeynt ſeyn. Kayſerl. Landfried *de an. 1548.* §. Als weiland. *1. in fin. ibi*: anders dann/ wie es jeder Zeit herkommen. R. A. *de anno 1555.* §. Es ſoll auch. 23. Maul. *d. tit. 11. n. 9.* Ziegler. *§. Landſaſſii concl. 1. n. 108.* Vietor. *d. concl. 20* Feſch. *concl. 23. lit f.* Mager. *d. cap. 6. num. 364. ſeq.* Rumelin. *d. l.* Quibus tamen caſibus ſubditi domini ſui inimicos protectores adſumere non debent, latè Mager. *de advocat. cap. 7. n. 23. ſeq.*

In forma & modo conſtituendæ protectionis ſumma induſtria & cura adhibenda eſt, 43
cum fœdus hoc omnium ſit periculoſiſſimum, ſive enim ſubeatur, ſive ſuſcipiatur patrocinium, ad minimum converſio, ſi non totalis everſio alterutrius à tergo eſt, Bodin. *de republ. lib. 5. cap. 4.* Gail. *2. obſ. 54. n. 6.* Cum primus 44
poſt protectionem gradus ſit invaſio, Petr. Gregor. Tholoſ. *de republ. lib. 11. cap. 11. n. 6.* Subjectionis & jurisdictionis initium, Petr. Frider. Mindan. *de proceſſ. lib. 2. cap. 14. n. 5.* Et ſæpe videmus ex defenſione fieri offenſionem, & ut patroni in Dominos, clientes in ſubditos, vel etiam ſervos evadant, *Bodin. d. cap. 6.* Quod etiam pluribus demonſtrat Mager. *de advocat. cap. 1. n. 144. ſeq.* ubi ait: Quis enim in hoc turbulento rerum ſtatu, adeò infans eſt, qui neſciat, ſæpius clientes occaſione alienæ ſuſceptæ protectionis, libertatem amiſiſſe, ex liberis clientes, ex clientibus ſervos effectos fuiſſe, & non ipſis duntaxat, ſed multoties etiam ordinario magiſtratui, omnem ſuperioritatem, per ejusmodi extraneos & potentiores protectores à ſubditis aſſumptos, paulatim debilitatam tandemque penitus ereptam fuiſſe, atque ita ſæpe numero jus defenſionis in potentiores tranſlatum coactæ ſubjectionis occaſionem extitiſſe, & amiſſæ jurisdictionis cauſam fuiſſe. Unde Romæ Tribunus plebis ad furcam damnatus fuit, quod interrogaſſet, quis dictam tutelam & protectionem teneret, ex Pier. Matthieu *tom. 1. du hiſtor. du temps de la paix. l. 1. narr. 2. p. 44.* Johan. Limnæ. *de jur. publ. lib. 1. tom. 1 c. 3. n. 6.* Et Tholoſan. *d. cap. 11. n. 9.* ſcribit: Tyrannorum morem eſſe nutrire factiones & diſcordiæ ſemina inter populum & Principem ſpargere, vel inter Nobiles & plebem diſſenſiones & inimicitias conciliare, atque ea occaſione confugientium ad ſe ſubditorum protectionem ſuſcipere, ut ea mediante gradum ſibi faciant, ad Principatum, & tuendo infir-

infirmiores, dominatum in eos adquirant, quomodo Pisistratus Atheniensem Rempublicam evertisse, & tyrannidem exercuisse dicitur, cum inopum causam adversus divites tuendam suscepisse se finxerat, Plutarch. *in Solone.* Unde Hippol. à Collib. *de Princip. cap. 34.* adseverat, accipere in clientelam modum esse propagandi imperium, quo Principes nonnulli uti consueverint. Et Zach. Vietor. *de exempt. concl. 20. in princ.* scribit, quod nostri ævi calamitas suggerat, multoties evenire, ut quos opis causa evocavimus, postea metuamus. Sæpe enim accidit, ut adscitus protector, magis hoste noceat, id quo olim columbæ exitioso suo exemplo expertæ sunt, juxta Æsopæum illum apologum, quo Sigon. *lib. 18. regn. Ital.*

Accipit rem milvi pulsurum bella columba
Accipiunt regem, rex magis hoste nocet.
Incipiunt de rege queri, quia sanius esset,
Milvi bella pati, quam sine Marte mori.

Unde, cum rogante aviculas cuculo, cur se fugerent, quia accipitrem te fore subveremur, responderunt Plutarch. *lib. 6. apoph.* Ut ita ex protectoribus sæpe fiant oppressores, & propter abusum sibi commissæ potestatis, verius Stürmherrn / quàm Schirmherrn / & pro Schutzherrn / rectius Sturtzherrn / sive Schutzherrn / dici possint, Adam. Keller. *de offic. jurid. polit. cap. 11. vers. advocatia. lib. 2.* Confer Mager. *de advoc. cap. 2. n. 189.*

45 Atque hoc ipsum plurima tam antiquiora, quàm recentiora exempla satis superque demonstrant, quæ videre licet apud Mager. *d. l. c. 1. n. 188. seqq.* Imprimis autem omnibus præclarissimarum urbium nota sunt fata, Cameraci, Tulli & Veroduni, quæ cum in clientelam Regis Galliæ se olim dedissent, postea sub plausibili Advocatiæ titulo, ab Imperio avulsæ sunt. Choppin. *de doman. Franc. tit. 8. n. 8.* Simili ratione Constantiam, Trajectum ad Mosam, Viennam Austriæ, & Metensem Civitatem Imperio ademptas fuisse, & ex eo, quod aliorum protectioni incautè se submiserint, eandem libertatem amisisse, referunt Warem. ab Erenberg. *de foeder. c. 4. n. 13. in fin.* Wehner. *in metamorph. rerumpubl. cap. 18.* Schönborn. *5. polit. c. 7. in fin.* Eodemque modo Hispanos Neapolim & Siciliam subegisse, refert Fesch. *de foeder. concl. 23 lit. a.* Et Augustum olim aliquot urbes Romanis confœderatas, patrocinii prætextu sibi subjecisse, testatur Sueton. *in August. cap. 47.* Sub eodem protectionis prætextu & plausibili titulo Johannem Hungariæ Regem ac Isabellam conjugem ipsius, regnum in servitutem conjecisse refert Mager. *d. cap. 1. n. 195.* Sic quoque Borussia ab Alberto Marchione Brandeburgensi, Teutonici Ordinis Magistro, in Poloniæ Regis tuitionem dedita, nuper sub defensionis titulo, in Regum Poloniæ potestatem devenit, Wehner. *in metamorph. rerumpubl. d. c. 18.*

46 Unde & Civitatibus, & aliis Statibus libertatem amantibus, author ego essem, inquit Petr. Frider. Mindan. *de process. lib. 2. cap. 15. num. 5. seq.* ne sine magna & gravi necessitate idque cautè adhuc & prudenter, tutelæ ac protectioni potentioris sese subjicerent. Et tutius potiusque existiment, exiguum aliquando detrimentum, vel incommodum pati, gustu licet insuaviore, quàm servitutem annuo emere salario, & mercede, sub plausibili protectionis titulo. Tutissimum cujusque Status & Magistratus patrocinium est, rectè agere, jus & justitiam administrare, & cum vicinis, cujuscunque illi conditionis sint, amicitiam colere, & si quæ contra jus, privilegia, & immunitatem attendentur, placidè & quàm cito sedare & componere, æquissimis de jure & æquitate permissis & constitutis mediis utendo.

Quod si verò protectionis conventionem inire è re sua judicaverint, vel inevitabilis necessitas id efflagitaverit, protectionis formulam cautè concipiant, Warem. ab Erenberg. *de foeder. l. 1. c. 4. n. 13.* Tholosan. *d. c. 11. n. 6.* Et 47 quidem 1. curent, ut protectionis conventio, pacta & capita in scripturam redigantur; quæ dicuntur tabulæ Clientelares, Schutz- und Schirm-Brieff / Mager. *de advocat. cap. 2. num. 201. & cap. 14. num. 2.* Quamvis enim protectio etiam absque scriptura constitui possit, nec ad substantiam ejus instrumentum vel scriptura requiratur, Mager. *d. cap. 14. sect. 12. num. 25.* Quia tamen scriptura continet memoriam, per quam omni tempore contractus probatur, Bald. *in l. 1. num. 18. C. de jur. hast. fisc.* Ideo usu & observantia prisca & moderna suffragante, ob fraudem & perfidiam humanam tutius est, protectionis capita literis consignari, Mager. *d. cap. 14. n. 7.*

Summa autem & diligentissima provisio 48 esse debet, ut protectionis capita cautè, attentè & prudenter componantur & consignentur, imprimis, ut conditiones sint certæ & perspicuæ, nec callidas interpretationes admittant; Vix enim frequentior & speciosior reperitur perfidiæ prætextus, quam verborum ambiguitas, cujus rei exempla plurima refert Zwingerus *in theatro vol. 7. lib. 5.* Et sæpius non in verbis tantùm, sed etiam literis & syllabis, fraus contexi solet, sicuti Philippo Hassiæ Landgravio contigit, de quo Sleidanus *lib. 19.* Hortleder. *Procesf.* deß Teutschen Kriegs / *tom. 2. l. 3. c. 78. & l. 5. c. 9.*

Imprimis autem liber populus vel civitas 49 quibusdam pactis & conditionibus patrocinio alicujus sese submittere volens cavebit, & in protectionis constitutione singulariter determinabit, protectoribus ultra illa pacta expressè conventa, nihil juris in clientes esse debere, Gail. *2. observ. 54. n. 10.* Mager. *de advocat. c. 9. n. 358. seq.* & quod omnia jura ipsis salva, illæsa & integra manere debeant, Bodin. *de republ. l. 5. c. 6.*

2. In assumendo protectore inspiciendæ 50 & ponderandæ sunt dotes tam fortunæ, quàm animi affectiones, Richter. *axiom. polit. 157.* Hoenon. *polit. disput. 23. concl. 4.* veluti animorum conjunctio, & morum æqualitas, Mager. *d. l. cap. 7. num. 341. seq.* Confer *cap. praeced. 21. numer. 46.*

51 3. Rei militaris scientia, Mager. *d. cap. 7. num. 347.*

52 4. Fides & constantia, & qualiter protector se erga alios, Clientelæ suæ commissos, gesserit, Mager. *d. cap. 7. n. 348.* Vide *cap. præced. 21. num. 43.*

53 5. Potentia & vires protectoris, præstat enim potentiores, quàm infirmiores eligere patronos, per tradita Mager. *d. c. 7. n. 353. seq.* ubi tamen *num. 362.* monet, cavendum esse nimiam protectoris potentiam, ut plurimum enim, quæ cum nimis potente initur societas, facilè in Leoninam mutatur perfidiam, Erasmus *in Chiliad.* Et societates cum potentioribus sæpiusculè in servitutem demigrant, ita, ut minores pro esca majoribus natos esse, vulgò feratur, Scaliger *exerc. 189. dist. 5.*

54 6. Vicinitas, magis enim præstat cum vicinis, quàm locorum intervallo distantibus clientelare fœdus contrahere, Mager. *d. c. 7. n. 395. seq.*

55 7. Nec facilè cum potentioribus protectiones gratuitæ ineundæ, Mager. *d. l. c. 9. n. 340. seq.* sed ut certa annua pecunia solvatur, Mager. *de advoc. c. 4. n. 57. seqq.*

56 8. Nec protectionis fœdus ad tempus longum aut indefinitum contrahatur, Tholos. *de republ. l. 11. c. 11. n. 6.* Warem. ab Erenb. *de fœder. l. 1. c. 1. n. 50.* Mager. *d. c. 9. num. 331. seq. & 342. seq.* Cum ex temporis diuturnitate abusus oriri soleat, Bodin. *de Republ. l. 4. c. 4.* Atque ita consultius erit, tempus illud ultra decem vel viginti annos non extendere, sed tempore isto elapso, advocatiæ pactum renovare, Mager. *d. c. 9. n. 331. seq.*

57 9. Neque enim ad contrahentium beneplacitum contrahatur protectio, auf beederseits Wohlgefallen/ Mager. *d. c. 9. n. 348. seq. & cap. 16. n. 317. seq.* Quia alias protector eo tempore, quo clientes ejus opera & auxilio potissimum indigerent, juri protectionis renunciare, & clientes indefensos relinquere posset, Mager. *d. c. 9. num. 350.*

58 10. Ne protectores oppida, vel arces clientelares præsidio militari teneant, Bodin. *de republ. l. 5. c. 6.* Mager. *d. cap. 9. n. 352. seq.* Tali enim modo Vienna, Constantia, Trajectum & Cameracum, quæ Archiducum Austriæ, recepto præsidio, patrocinia advocaverunt, libertatem amiserunt, Bodin. *d. cap. 6.* Unde Scoti, cum in Anglorum protectionem se dedissent anno 1559. providè caverunt, ut & obsides ipsis darentur, quos renovare sexto quoque mense, nec arcem ullam Anglis in Scotia habere liceret, Reinhard. König *dissert. de fœderib. conclus. 25.* Feschius *de fœderib. conclus. 23. lit. a.*

59 Hinc quoque 11. si belli tempore protectores guardias militares in Civitatibus clientelaribus securitatis gratia collocaverint, omninò clientibus providendum est, ut statim, bello finito, milites conducti honestè dimittantur, nec diuturnam in istis locis stationem habere permittatur, ne sublato belli motu, subditos molestandi, & eosdem ad res novas sollicitandi occasionem quærant, Tholosan. *d. l. 11. c. 11.* Mager. *d. c. 9. n. 351.*

12. In tempore quoque, & non periculo jam exorto, protectores constituendi erunt, Mager. *d. c. 9. n. 369. seq.* Hopingk. *de jur. protect. conclus. 22. lit. c.* Non enim facilè in necessitate, & periculo jam instante, auxilia inveniuntur, quæ in pace quæsita non fuerunt; & pessimè rerum adversarum socii quæruntur, quibus cum rebus adhuc salvis, spem integram non communicavimus, adeoque turpe censetur auxilium ab iis petere, à quibus antea rebus in arduis consilium non est petitum, Livius *l. 5. c. 17.* 60

Finis clientelaris fœderis, sive protectionis est clientum defensio, ut nimirum clientes infirmiores ab aliorum violentiis tuti existant & defendantur, Mager. *de advocat. c. 10. n. 18. seq.* Et protectorum officio adeò annexa est defensio tam personarum, quàm rerum ad clientes pertinentium, ut eam protectores præstare teneantur, etiamsi in suscipiendo jure hoc tutelari, de ea in specie nihil dictum sit, Mager. *de advocat. c. 11. n. 101. seq.* 61

Tum demum autem protector opem ferre tenetur, si requisitus fuerit, *l. cum patronus. l. quoties. in fin. ff. de oper. libert. l. interdum. ff. de Verb. oblig.* Petr. Frider. Mindan. *de proc. lib. 2. c. 14. n. 32.* Matil. *de homag. tit. 11. n. 15.* Mager. *d. c. 11. n. 100. seq. & cap. 11. n. 163. seq.* Nisi aliud convenerit, ita ut si sciverit, vel scire facilè potuerit, ac debuerit clientem protectione indigere, tum enim etiam non requisitus defendere tenetur, Mager. *d. c. 12. n. 187.* 62

Effectus ex ipsis tabulis & articulis clientelaribus colligi potest, & clientes imprimis patronis suis debent reverentiam & observantiam, *arg. l. liberto. 9. ff. de obseq. libert.* Indeque clientes dicuntur, quasi colentes Dominum, sive protectorem, & protectores ipsis plerumque scribere solent, Unsern lieben Getreuen/ Fesch. *de fœder. concl. 23. lit. e.* Bocer. *de jurisdict. cap. 8. num. 97.* Cujusmodi tamen compellatio jurisdictionem non arguit, Mager. *d. cap. 10. num. 478.* Klock. *1. consil. 37. num. 108.* Non enim protectionis jus patrono, sive protectori, ullam in clientes tribuit jurisdictionem, Schutz und Schirm gibt keine Obrigkeit / sicuti de jure verissima, & creberrimo tam veterum, quàm recentiorum Interpretum calculo approbata & recepta est sententia, *c. recepimus. 8. c. ex parte. X. de privileg. & excess.* Hieronym. Schurff. *3. cons. 23. n. 1. & seq.* Menoch. *arbitr. jud. cas. 100. num. 19. & cas. 584. n. 4.* Wesembec. *cons. 48. n. 30.* Meischn. *tom. 2. libr. 2. decis. 4. num. 176.* Vietor *de exempt. conclus. 20.* Dn. Cluten. *syllog. conclus. 27. lit. f.* Mascard. *de probat. conclus. 713. n. 3.* Honded. *1. cons. 13. num. 57.* Mindan. *d. c. 14. n. 13.* Besold. *thes. pract. verb.* Schutz- und Schirms-Verwandte. Mart. Rumelin. *ad Aur. Bull. dissertat. 5. conclus. 9.* Reinking. *de regimin. secular. lib. 1. class. 5. cap. 3. numer. 28.* Ziegler. §. *Landsassii. conclus. 1. num. 81. & seq.* Fesch. *de fœder. conclus. 23. lit. e.* Thom. Michael. *de jurisdict. conclus. 55. lit. b.* 63 64

Wehner.

Wehner. *pract. observ. verb.* Schirms-Gerechtigkeit. Höpingk. *de jur protect. concl. 49.* Klock. *1. cons. 37. n. 27. seq.* Latè Mager. *de advocat. c. 10. n. 406. & seqq.* ubi plurimis hoc rationibus confirmat, & ad contraria respondet. Imo ne micam quidem jurisdictionis tribuere, ait Thom. Maul. *de ho-*
65 *mag. tit. 11. n. 10.* Et quemadmodum jurisdictionem non tribuit, ita nec à jurisdictione ordinaria quempiam eximit, Mindan. *d. c. 14. num. 9.* Thom. Michael. *d. conclus. 55. lit. e. f. g.* Sixtin. *3. Marpurg. cons. 8. n. 49. & 107.* Mascard. *de probat. cons. 714. n. 3.* Gail. *d. 2. observ. 54. n. 3. & 4.* Vietor *d. concl. 20.* Fesch. *d. concl. 23. lit. f.* Warem. ab Erenberg. *de fœder. c. 4. n. 13.* Ita, ut nec Imperatoris specialis data protectio ordinariæ jurisdictioni quicquam deroget, Gail. *d. 2. observ. 54. n. 7.* Sixtin. *de regal. l. 2. c. 14. n. 106.* Mager. *d. c. 18. n. 492.*
66 Rumelin. *d. concl. 9.* Nec priscam & propriam clientum libertatem quicquam imminuit, Arnisæ. *de jur. Majest. l. 1. c. 4. n. 8.* Warem. ab Erenb. *d. n. 13.* Vietor. *d. concl. 20.* Dn. Cluten. *d. concl. 27. lit. f.* ubi Civitati in alterius protectionem se committenti, in libertate sua, ne gry quidem
67 detrahi scribit. Unde nec clientes subditi protectoris dicuntur, Schutz-Unterthanen, sed Schutz- und Schirm-Verwandte, R. A. zu Regenspurg *de anno 1576.* §. Setzen, ordnen und wöllen. *38. seqq.* Ord. Camer. *part. 2. tit. 4. §. fin.* Gail. *d. obs. 54. num. 1.* Reinf. *d. l. 1. class. 5. c. 4. n. 29.* Besold. *d. verb.* Schutz- und Schirm-Verwandte. Mager. *d. c. 10. n. 438.* Imò si jus protectionis peculiaribus pactis impetretur, id potius evidens signum esse jurisdictionis & superioritatis non competentis, scribit ex Natta *cons. 636. n. 1.* & Sixtin. *d. cons. 8. n. 45.* Vietor. *d. concl. 20.* Reinf. *d. c. 4. n. 30.* Besold. *de jur. fœd. c. 5. n. 12.* Mager. *d. c. 10. n. 840. seq.* Ex quo etiam cives à magistratu gravati, protectoris auxilium implorare non possunt, per tradita Klock. *1. consil. 37. n. 1. 3. seq.* Non enim protector 68
cives & subditos contra proprium Dominum & magistratum defendere potest, Mager. *de advoc. c. 13. n. 284.* confer *supra n. 2.*

Cum ergo protector in clientes nullam 69
habeat jurisdictionem, consequens inde est, quod ipsis quoque modum in Religione præscribere nequeat, *supra c. 3. n. 176.* Nec collectas 70
imponere potest, Mindan. *d. l. 2. c. 14. n. 8.* War. ab Erenberg. *de fœd. l. 1. c. 4. n. 13.* Besold. *de fœder. c. 5. n. 12.* Maul. *de homag. tit. 11. n. 10. & 13.* Sixtin. *de regal. l. 2. c. 14. n. 103.* Ziegler. *d. § Landsassii. concl. 1. n. 159.* Wehner. *verb.* Schirms-Verwandte. Mager. *d. c. 10. n. 175. seq.* Nec mulctas vel pœnas ab iis exigere, Mager. *d. l. n. 176.* Nec iisdem arma 71
imponere, vel ad ea convocare, vel iisdem interdicere, aut silentium imponere, vel delectum agere, nec castra metari valet, Mager. *d. cap. 10. num. 611.* Nec arces clientelares munire 72
protectoribus licet, Mager. *d. l. n. 605.* Nec jus conducendi per territorium clientum protectoribus competit, Mager. *d. c. 10. n. 610.* Höping. *de jur. protect. concl. 53. lit. b.* Nec in Civitatibus & locis clientelaribus jus intradæ protectores habent, Mager. *d. c. 10. n. 592.* Sicuti nec jus aperturæ, Mager. *d. l. n. 594. seq.* Nec jus detractionis illis conceditur, die Nachsteur, Mager. *d. c. 10. n. 207. seq.* Neque etiam clientes protectoribus, præsertim monasteriorum, albergariam, fodrum, sive hospitaturam, Außspan, Atzung, gratis exhibere tenentur, *c. praterea. 23. X. de jur. patron. c. in quibusdam. X. de pœn.* Mager. *d. c. 10. n. 281. seq.* Nisi hoc hospitaturæ jus, die Atzung, ex longæva observantia & immemoriali præscriptione, vel alio legitimo titulo, vel pacto convento adquisiverint, Besold. *thes. pract. verb.* Außspan. *in fin.*

CAPUT XXV.

De Jure Legationum.

Summaria.

1. *Civitates Imperiales habent jus mittendi Legatos.*
2. *Etiam ad exteros.*
3. *Hoc jus dependet à jure territoriali.*
4. *Quod Status Imperii obtinent.*
5. *Et Nobiles immediati.*
6. *Legati unde & quomodo dicti?*
7. *Jus Legationis dependet à jure Majestatis.*
8. *Inter* Gesandte *&* Abgesandte *quænam differentia?*
9. *Commissarii qui dicantur?*
10. *An Imperii Statuum Legati Romanorum Legatis comparandi?*
11. *An ad Cæsarem missi Legatorum nomine veniant?*
12. *Legati dona tam interna quàm externa inspicienda, & quænam hæc?*
13. *Invitus quis ad hoc munus cogi potest.*
14. *Legati inviolabiles & sancti habentur.*
15. *Etiam pacis & belli nuncii.*
16. *Et hostium Legati inviolabiles.*
17. *Horumque bona sarta tecta erunt.*
18. *Eorumque comites & ministri.*
19. *Habent jus domum revocandi.*
20. *Non possunt capi pro repressaliis.*
21. *Honorantur instar principalium.*
22. *Exhibere tenentur mandatum sive literas credentiales.*
23. *Mandatum non sit rei turpis.*
24. *Fines mandati sunt custodiendi.*
25. *Ire debent per vias solitas.*
26. *Et legationem non deserant.*
27. *An legatis munera capere liceat?*
28. *Legatorum privilegiis non gaudet, qui*

 nomen

nomen tantum prætendit, nec missus ad eum, ad quem se missum affirmat.

29. Nec qui speculandi causa missi.

30. Nec ejus Legati, qui antea Legationis jura violavit.

31. Fidem frangenti fides non servanda.

32. Quid sentiendum de illis Legatis quibus interdictum ne venirent.

33. Legati in ipsa Legatione delinquentes, securitatem non habent.

34. Pœna eorum, qui Legatos violarunt.

35. Si Legati Statuum arrestentur vel injuria afficiantur, an mandata sine clausula impetrari possint.

CUm Civitatibus Imperialibus competat jus belli & armorum, ac fœderum, hæc autem jura & negocia absque Legationib⁹ commodè expediri nequeant, Wurmser. *de jur. publ. exerc. 4. quæst. 6.* ipsis quoque Legationis, sive mittendi Legatos jus competere, consequens est, *arg. l. 2. ff. de jurisd. l. fin. ff. de offic. ejus cui mand. jurisd.* Quia finis concessus nomen suum dimittit, si non simul quoque media ad illum deducentia concedantur, Besold. *de le-*
1 *gat. cap 3. n. 4.* Atque inde civitates Imperiales habere jus mittendi Legatos, etiam in propriis cujusque civitatis, & communibus earundem causis, communis Doctorum est conclusio, Dn. affinis Cluten. *in syllog. rer. quotid. conclus. 27. lit. b.* Besold. *de legat. d. cap. 3. num. 3.* Bortius *de legation. concl. 8. lit. b.* Casp. Klock. *de contribut. cap. 5. n. 56.* Kirchner. *de legat. l. 1. c. 3. n. 53.* Daniel Otto *de jur. public. c. 14. fol. mihi 529.* Warem. ab Erenb. *de fœder. 2. c. 1. n. 37.* Maul. *de jur. conduc. tit. 2. n. 23.* Just. Sinolt. Schütz. *de jur. publ. disputat. 8. concl. 23. lit. m.* Joh. Adam. Dapp. *de jur. civit. German. part. 1. c. 6. n. 14.* Joh. Wurm-
2 ser. *de jur. publ. exercitat. 4. quæst. 5.* Earumque Legati una cum reliquorum Electorum & Principum Legatis ad exteros Reges, Principes & Nationes, in causis Imperii mittuntur, Cluten. *d. lit. b.* Ziegler. § *Landsassii. conclus. 1. n. 213* Arumæ. *ad Aur. Bull. discurs. 1. concl. 8.* Besold. *d. n. 3.* Schütz. *d. lit. m.* Wurmser. *d. quæst. 5.* cujus rei exempla plura adduxi *supra c. 2. n. 51.*
3 Idque propterea quoque, quod hoc jus dependeat à superioritate territoriali, & jure territorii competat, Ziegler. *d. § Landsassii. conclus. 1. n. 191. seq.* Christoph. Ming. *de super. territ. concl. 76. in fin.* Reinhard. König. *in synops. jur.*
4 *publ. discurs. 10. conclus. 13.* Idque Principes & alii Status Imperii in genere obtineant, Ziegler. *d. n. 191. seq.* Ming. *d. conclus. 176.* Besold. *de legat.*
5 *c. 3. n. 2.* Wurmser. *d. exerc. 4 quæst. 4.* Et Nobiles immediatè Imperio subjecti, Besold. *de legat. c. 3. n. 3.* Nolden. *de Stat. nobil. c. 17. n. 145. seq.* Georg. Schubhardt apud Arumæ. *tom. 1. disc. 29. de legat. concl. 5 lit. a.* Wurmser. *d. exerc. 4 quæst. 7.* Sicuti & Civitates Hanseaticæ, *supra l. 1. c. 4. n. 32.* Cum igitur Civitatibus Imperialibus competant jura Principum ac reliquorum Imperii Statuum, nec non Regalia & territorialia, hoc quoque Legationis jus ipsis competere necesse est, cum ipsis hoc nullibi denegetur.
6 Legati à legendo, quod publicè lecti mitterentur, dicti, Varro. Dicuntur Oratores, *l. lex Julia. ff. ad L. Jul. de vi publ.* Nuncii, Cicero *1. Tuscul.* & Ambassadores, Schönborn. *3. polit. c. 27. in princ.* Besold. *thes. pract. verb. Ambassador.* Germanicè, Gesandte / Abgesandte / Pottschafften. Ubi notandum est, quod Principes & Respublicæ, neminem, præter Deum & ensem, superiorem recognoscentes, & Majestate coruscantes, primariò Legatos mittant, reliqui Imperatorem superiorem recognoscentes & Imperii Status & Ordines immediati, secundariò, Schubhard. *d. concl. 5.* Wurmser. *d. exerc. 4. quæst.*
4. Quia jus Legationis dependet à jure Majestatis, & primariò apud illos est, qui summæ rerum præsunt, Besold. *1. polit. c. 4. n. 29. & de Le-* 7
gat. c. 3. n. 1. Bornit. *de jur. Majest. c. 28.* Unde etiam illi, qui ad Imperatorem, vel Comitia, sive ea Imperialia, sive Circularia, sive Provincialia, auf die Reichs-Craiß- oder Land-Täge / à Statibus aliisque Imperii proceribus immediatis mittuntur, propriè non Legati, sed Nuncii, Deputati, Selecti, sive Ablegati, Abgesandte / Pottschafften / dicuntur, qui tamen aliis Legatis æquiparantur, ut videre licet passim in Recessibus & aliis Constitutionibus Imperii, ubi plerumque appellantur, der Abwesenden Ständ Räthe und Pottschafften. Licet in Recessu Augustano *de anno 1555.* §. Damit aber derselbig. *4.* & §. In solcher vorgezogener. *13.* hæc duo, Pottschafften und Gesandten / conjungantur. Nam subtilis quædam inter hasce appellationes, Gesandte und Abgesandte / statuitur differentia, ita, ut appellatio eines Gesandten / angustior sit, quàm eines Abgesandten / & hi mittantur à subditis, illi verò à non subditis, Nolden. *de stat. nobil. c. 17. n. 147.* Besold. *thes. pract. verb.* Gesandte und Bottschafften. Hering. *de fidejuss. c. 7. n. 567.* Atque ita in Comitiis Imperialibus ita observari, quod à Meratoribus Imperii, von den Reichs-Furirern / in hospitiorum designationibus exterorum Regum, ut Hispaniarum Legato in foribus inscriptus fuerit titulus: Königl. Würde auß Hispanien Gesandte / aliis verò Principibus, Chur-fürstliche / Fürstliche Abgesandte / testatur Kirchner.
de legat. l. 1. c. 1. n. 20. Besold. *de legat. c. 2. n. 4.* Et legandi verbum publica; ablegandi verò privata negocia respicit, Christoph. Warsewic. *de legat.* Illi quoque, quos superiores ad subditos mittunt, non rectè Legati, Gesandten / sed Commissarii appellantur, nam mittuntur legati ad parem, Deputati ad superiorem, Commissarii ad inferiorem, seu subditum, Besold. *d. c. 2. n. 5.* Civitatum Imperialium Legati ab ipsis Imperatoribus passim vocantur, Mächtige und Erbare Bottschafften / prout ex ipsarum privilegiis *infra lib. 3.* passim allegatis, & aliis rescriptis Cæsareis apparet. 9
Verum de hisce Legatis, vel, ut loquitur Anton. Hering. *de fidejussor. c. 7. n. 558.* de selectis illis viris, qui hodie à Principibus, aut Civitatibus 10

vitatibus Imperialibus, vel ad Aulam Imperatoriam, vel ad Comitia indicta, vel denique ad Deputatos Imperii Conventus mittuntur & ablegantur, an cum Veterum Romanorum Legatis sint comparandi, non immeritò dubitatur? Ad quam quæstionem Hering. *d. c. 7. n. 559. & seq.* ita respondet: Et sanè, quantum Deputatos ad Comitia, vel alios Imperii Conventus attinet, die auf Reichs- und Deputations-Täge geschicket werden, etsi non tam ut Legati, (propriè loquendo, juxta tradita Herm. Kirchner. *tract. de legat. c. 3. n. 28. & c. 1. n. 20. & 21.*) quàm ut ipsimet Principes & Civitates Imperiales comparent, eorumque locum & subsellia occupant, sententiamque suam rogati, eam non aliter, ac si Princeps ipse coram adesset, depromunt & aperiunt, & sic eandem exercitionem jurisdictionis ordinariæ habent, quàm is, qui ipsos misit, si comparuisset, habet in Collegio, im Chur-Fürsten und Stätte Rath/ ad Romanorum tamen Legatos proximè accedunt, atque ideò sunt digni, qui ex prærogativa amplissimæ Nationis Germanicæ, privilegiis quoque Legatorum Romanorum, cæteris paribus utantur. Quod maximè procedere arbitratur idem Hering. *n. 161. & seq.* in Cæsareis Legatis, quos vulgò Käyserl. Commissarien appellamus, quia nomen etiam Legati Commissarium continet, Ruland. *de Commiss. part. 1. l. 1. c. 5. n. 3. & l. 2. c. 25. n. 10.* ne si diversum statuamus Cæsareos Legatos, sive Commissarios deteriore loco collocemus, quàm Legatos Principum, aut urbium Imperialium, quod certè non esset purpuram dijudicare, sed Panidis suffragium ferre.

11 De missis porro à Germaniæ Electoribus, Principibus & Statibus reliquis ad aulam Cæsaream, major suboritur disputatio, addit Hering. *n. 565. seq.* cum inferior ad superiorem non facilè dicatur Legatos destinare & mittere, &c. Cæterum quicquid sit, consuetudine recepta tamen & hi vocantur Legati, sive Bottschafften und Gesandten/ & proinde quidquam discriminis hic statuere non est permissum.

12 Cum Legati munus periculosum & difficile sit, & nihil turpius ambiatur, nihil inconsideratius committatur, nihil periculosius & invidiosius suscipiatur, nihil difficilius peragatur, quàm Legatio, ideò in Legato eligendo singulari prudentia opus est, & inspicienda Legati dona, tam interna, quàm externa. Et longè præferenda sunt dona interna, qualia sunt, ingenii præstantia & dexteritas, judicii acrimonia, prudentia, memoriæ vis & excellentia, fidelitas, doctrina, historiarum cognitio, juris tam publici, quàm privati scientia, experientia, politica prudentia, eloquentia, linguarum peritia, fortitudo, temperantia, de quibus virtutibus ac ornamentis Legati prolixè agit Alber. Gentil. *de Legat. lib. 3. cap. 5. seqq.* Schönborn. *3. polit. 27.* Reinhard. König. *in acie polit. disput. 13. concl. 35. seq.* Externa dona sunt authoritas, ætatis maturitas, & corporis pulchritudo; cum

Gratior ex pulchro veniens è corpore virtus,

de quibus vide König. *d. disp. 13. concl. 47. & seq.* Et quæ dixi *supra c. 8. n. 36. & seqq.* Et cum hoc 13 Legati munus sit jus & munus publicum, ad id suscipiendum etiam invitus quis cogi potest, *l. 4. §. 5. ff. de legat.* quia publica à privato declinari non possint, *l. si magistratum. 18. C. de decurion. l. tutori. 20. ff. de negoc. gest.* Excusationes tamen justæ audiendæ, & parcendum illis, qui oneri se impares ostendunt, Octav. Magius *de legat. l. 1. c. 2.* Canonher. *l. 2. discurs. in Tacit.*

Cum autem Legatorum usus summè sit 14 necessarius, ipsique Legati variis periculis sint expositi, ideò ipsis varia sunt privilegia indulta, & quidem 1. omni jure sancti & inviolabiles habentur, & ab omni injuria defensi & muniti esse debent, *l. sanctum. 8. ff. de rer. divis. l. fin. & ibi* Dd. *ff. de legat.* eosque nemo impunè offendere, contumeliis vel damno afficere potest, *2. Regum. 10. l. 2. § 3. ff. de judic.* Becht. *de securit. & salv. cond. concl. 174.* Idque sive ad amicos, sive ad exteros mittantur, Pacian. *l. 1. de probat. c. 33. n. 58.* Ruland. *de Commiss. part. 1. l. 8. c. 8. n. 6.* Alb. Gentil. *de legat. l. 2. c. 14.* & sive pacis, sive belli 15 sint nuncii, Liv. *lib. 1.* Dion. *lib. 2.* Becht. *d. concl. 174.* Ita, ut etiam hostium Legati sancti & inviolabiles existant, *l. fin. ff. de legat.* Schönborn. *3. polit. 27. vers. quid vero.*

Nec tantùm personæ Legatorum incolu- 17 mes esse debent, sed etiam ipsorum bona sarta, tecta erunt, Becht. *de securit. concl. 179.* Nec pro rebus suis, quas usus causa secum deferunt, ullum vectigal sive portorium solvere tenentur, *supra c. 18. n. 36.* Imò etiam ipsorum Comites 18 & ministri non sunt violandi, sed ipsis injuriam inferentes, lege Julia de vi publica coërcentur, *l. lege Julia. 7. ff. ad L. Jul. de vi publ.* Becht. *de securit. concl. 176.* Schönborn. *3. polit. cap. 31. vers. quæritur.* 2. Quod in Legatione versantes in jus vocari nequeant, *l. 2. ff. de in jus voc.* sed jus domum revocandi habent, *l. 2. § 3. ff. de judic.* Schrad. *de feud. part. 10. sect. 1. n. 16. & sect. 5. n. 193.* Becht. *d. l. concl. 178.* nisi in ipsa legatione contrahant, Becht. *d. l. concl. 181.* 3. Legati non pos- 20 sunt capi pro repressaliis, Bart. *in l. si quis legatum. in princ. ff. de legat.* Coler. *de process. exec. part. 2. c. 3. n. 186. seq.* 4. Honorantur instar principa- 21 lium, & jure quodam repræsentationis eorum loca & subsellia occupant, Hering. *de fidejussor. c. 7. n. 559.* Josias Nolden. *de stat. nobil. c. 9. n. 339. seq.* & pro Principum suorum sessione tanquam pro aris & focis pugnare debent, Ruland. *de Commiss. lib. 7. cap. 2. n. 11. part. 1.* Nolden. *d. cap. 9. num. 343.*

Ut autem hæc & similia privilegia Lega- 22 tis & ipsorum Comitibus competant, requiritur, 1. ut notum sit eos Legatos esse, & sic exhibere tenentur Principalis sui mandatum scriptum, sive literas credentiales, *l. 5. C. de jur. fisc. l. 1. C. de mandat. Princip. l. legato. 5. § 1. ff. de legation.* Becht. *de securit. concl. 180.* Schönborn. *3. cap. 29. in princ.* Ex quo etiam olim Legati in signum securitatis sagmina gestare fuerunt soliti, *l. 8. § 1. ff. de rer. divis.* 2. Ut non sint instructi mandato 23 rei turpis aut flagitiosæ, utpote quod ipso jure nullum est, *§. illud quoque. 7. l. de mandat. l. si remunerandi. 6. §. rei turpis. 3. l. si mandavero. 22. §. qui adem. 6. ff. eod.* Becht. *de secur. concl. 183.* 3. Ut fines 24 man-

mandati sui diligenter custodiant, & non excedant, *l.5. in princ. ff. mandat. §. 8. l. eod.* Becht. *d.l.concl.182.* Ubi tamen observanda differentia inter Legatum habentem mandatum liberum, vel adstrictum, ita ut ab hujus tenore recedere non liceat, sed Legatus strictè & syncerè id observare teneatur, nec excusetur, etiam si res aliter gesta, benè cedat. Is autem qui mandatum cum libera habet, liberius quoque agere potest, & quod sibi melius videtur. Sicuti etiam liberior agendi facultas Legatis concessa intelligitur, si mandato, sive instructioni generalis inserta fuerit clausula: Reliqua tuæ prudentiæ & discretioni committimus, Gail. *1. de*
25 *pac.publ.c.4.n.30.* 4. Ut Legati eant per vias so-
26 litas, Becht. *de secur.concl.185.* 5. Ut legationem non deserant, *l. 1. l. 2. §. 1. ff. de legat. l. 2. C. eod.* Becht. *d.l.concl.186.*

27 An autem Legatis munera capere liceat, ab iis, ad quos mittuntur, dubitatur, cum munera Divorum non sint spernenda, juxta Erasm. *in Adag.* & illud Homer.

Splendida Cœlituum non sint spernenda Deorum
Munera, nemo lubens non ista amplexa tenebit.

E contra verò apud Venetos capitale sit in Legatione munera contrectasse, Hermolaus Barb. *de republ Venet.* Bodin. *de republ. l. 3. cap.* 1. Sicuti etiam apud Athenienses Xenophon *l. 7. rer.Græc.* Verum distinguendum hîc erit, an ea mente munera data sint, ut corrumperentur Legati, an verò testandæ benevolentiæ & honoris causa, ita, ut si corruptionis causa data, recusanda, si benevolentiæ & honoris, capienda, cum etiam Romani munera dare legatis fuerint soliti, teste Livio.

28 Non verò competunt hæc Legatorum privilegia illis, qui missi Legati non sunt, legationis tamen nomen obtendunt, Schönborn. *l.3.polit. c. 27. vers. hoc loco.* ubi etiam addit, eum, qui Legatus quidem est, non tamen ad eum, ad quem se missum affirmat, legationis jure frui æquius esse, & Alexandrum pepercisse Legatis Atheniensium, qui ad Tyrios in eum ani-
29 mandos venerant, refert Curt. *lib.4.* Sicuti nec illis, qui speculandi causa missi sunt, Schönb. *d. c. 27. vers. quid de legatis.* Licet non desint exempla eorum, qui ejusmodi exploratores humaniter tractarunt, Dion. Halicarnass. *libr. 6.*
30 Neque etiam illius Legati tuti & inviolabiles existunt, qui antea legationis jura violavit,
31 Schönborn. *d. c. 27. vers. quid verò.* Nam fidem frangenti, fides non servanda, *l. cum proponas. C. de pact. l. qui pendentem. l. Julianus. §. offerri. ff. de act. empt. c. dilectus. X. de Simon.* Et frustra quis postulat ab eo servare fidem, cui fidem à se præstitam servare recusat, *c. frustra. de R. l. in 6.* Et jura violanti si jus non præstatur, ei non violari, sed jus reddi creditum est, Alber. Gentil. *de bell. l. 2. c. 6.* Et ita Bellisarius Dux exercitus Imper. Justiniani, Gothorum Legatos detinuit, donec Rex Gothorum Justiniani Legatos dimitteret, Procop. *de bell. Goth. l. 2.*

32 Sed quid sentiendum de iis Legatis, quibus interdictum est, ne venirent, quod sæpius factum esse, historiæ memorant. Ita enim Franciscus Galliæ Rex, ne quid à feciali Caroli V. audire cogeretur, quod suo nomini & majestati labem ullam inureret, ut adventare audiit, crucem pro palatio figi mandavit, ac feciali denunciari, certum illi cruci exitium impendere, si mandata exposuisset. Et hoc casu distinguendum erit, an prohibitio fiat ex justa, an verò ex injusta causa, ita ut si justa sit prohibitionis causa, salvum Legatorum jus non permaneat, secus verò si causa injusta sit. Schönborn. *3. polit. 27. v. quid de iis.*

Quod si quoque Legati in ipsa Legatione delinquant, veluti homicidium, adulterium, vel simile quid committant, ipsos non esse securos, sed in loco delicti puniri posse, tradunt per *l. non alias. 24. §. 1. ff. de judic. l. hos accusare. 12. in princ. ff. de accusat.* Becht. *de securitat. conclus. 183. seq.* Kirchner. *de legat. l. 2. c. 1. n. 141.* Besold. *colleg. polit. class. 1. disput. 11. concl. 30.* Confer Wurmser. *de jur. publ. exerc. 4. quæst. 9.* ubi distinctionem inter delicta refert. Cujus rei exempla passim in historiis sunt obvia; Sic Phileam Tarentinum Legatum Romæ, cum obsides Tarentinos corruptis custodibus liberasset, & cum illis profugisset, cum illis retractum, & in comitium deductum, populo approbante, virgis cæsum, & de saxo dejectum, narrat Livius *l. 15.* Et alios legatos ob admissa in vincula conjectos, & Comites sub hasta venditos, commemorat idem Livius *libr. 13.* Adulterii quoque condemnatum, ductumque ad extremam Capitis pœnam in Lusitania Legatum quendam, scribit Warsewic. *in orat. funeb. Stephani Regis Polon.* Et Francisci. I. Gallorum Regis Legatus homicidii pœnam luit, & Mediolani capite plexus fuit, Kirchn. *de legat. l. 2. c. 1. n 115.* 33

Pœna eorum, qui Legatos injustè offendunt & violant, varia est, & de jure Civili Romano illi, qui Legatos hostium offendissent, hostibus dedebantur, *l. fin. ff. de legation.* Livius. *lib. 38.* ut eos vel servorum numero haberent, vel pro animi sui libidine punirent, Laudens. *de legat. Princ.* Becht. *de secur. concl. 175.* Legatis verò Principum, eorumque Comitibus injuriam inferentes, Lege Julia de vi publica coërcentur, *l. 7. ff. ad L. Jul. de vi publ.* Becht. *d. l. concl. 176.* ubi addit, quod is, qui summi Principis Legatos violat, in crimen læsæ Majestatis incurrat. 34

Quod si Legati Principum inferiorum arrestentur, vel injuria afficiantur, anne, tanquam in facto omni jure prohibito, mandatum sine clausula, auff die vier Fäll impetrari possit, dubitatur, & Cameralibus id displicuisse, & causæ quadam cognitione opus esse, & ideò tale mandatum in causa Bubenhofen/ qui fuit Legatus Marchionis Badensis, ad Comitissam à Limpurg/ & in Gülich arrestatus, contra Limpurg & Gülch/ mense Majo *anno 1591.* denegasse, refert Becht. *d. l. concl. 177.* addens, quod si Princeps arrestati supplicasset super constitutione Arrestorum, processus fuissent decreti, Gylman. *symphor. tom. 3. verb. Legatus.* 35

CAP.

CAPUT XXIV.

De Jure Conducendi.

Summaria.

1. Civitates Imperiales habent jus conducendi.
2. Quanam Civitates Electores conducant?
3. Habent etiam hoc jus Nobiles immediati.
4. Competit hoc jus jure territoriali, cujus est indicina.
5. Pacto vel consuetudine quis in alieno territorio jus conducendi obtinere potest.
6. Dux Würtembergiæ jus conducendi in territorio Eßlingensi habet.
7. Ex quo jus territorii induci nequit.
8. Provincia malis hominibus purganda.
9. Ex quo jus indagandi in grassatores ortum?
10. In quonam jus consistat?
11. Salvus conductus mercatoribus adnundinas proficiscentibus præstandus.
12. Nec peregrinis denegandus.
13. Nec Iudæis.
14. Secus est quoad hostes.
15. Et pacis publicæ violatores.
16. Et latrones.
17. Salvus conductus præstatur vel literis vel militibus.
18. Pedagium hoc nomine solvi solet, Gelaidgelt.
19. Nec Iudæi regulariter pedagium solvere tenentur.
20. Iuri conducendi, quatenus facinorosorum punitio insit.
21. Ius puniendi facinorosos regulariter ad territorii Dominum spectat.
22. Viam publicam pertinere ad eos, qui fundos vicinos habent, demonstratur.
23. Distinctio Bidembachii & Maulii refertur.
24. Usus & observantia in jure conducendi & delictis puniendis spectanda.
25. Frangens securitatem quomodo puniatur?

HAbent porrò Civitates Imperiales in territoriis suis
1 jus conducendi euntes & redeuntes, die Geleitliche Obrigkeit/ das Gelait auff freyer Kayserl. Heer: und Landstrassen/ Joh. Bruning. *de var. univers. spec. concl. 22.* Author deß gründtlichen Berichts der Reichs Statt Fridberg/ *regal. punct. 1. cap. 4. n. 203.* Thom. Maul. *de jur. conducend. tit. 2. n. 11.* Caspar. Klock. *1. consil. 29. n. 379.* Georg. Gumpeltzhaim. *de civitatib.* apud Arumæ. *tom. 2. disc. 9. concl. 215.* Idque satis apertè pro-
2 batur ex aur. Bull. *tit. 1. §. si quis autem seq. & in vers. German. §.* Setzen darauff. & §. wiewol wir aber erkant. ubi in genere universi Principes, Comites, Barones, Nobiles, Civitates & Communitates cuilibet Electori, ejusve Nuntiis salvum conductum præstare, & singulariter conducere jubentur Regem Bohemiæ Civitates Nürnberg/ Rotenburg & Winßheim: Archiepiscopum Coloniensem, civitates Weßflar/ Gelnhausen & Fridburg: Archiepiscopum Trevirensem, civitas Moguntia: Ducem & Electorem Saxoniæ, & Brandeburgenses civitates Erfurt/ Mülhausen/
3 Nürnberg/ Rottenburg & Winßheim. Ex quo etiam colligitur, Nobiles immediatè Imperio subjectos hoc conducendi jus obtinere, Maul. *de jur. conduc. tit. 2. num. 27.* Becht. *de securitat. & salv. conduct. cap. 12. in princ.*
4 Habent Civitates Imperiales hoc jure superioritatis territorialis, sicuti etiam reliqui Principes & alii Imperii Status, per R. A. zu Augsp. *de anno 1548. §.* Ferner zu noch mehrer. *20.* Wesembec. *cons. 33. n. 3.* Thom. Michael. *de jurisd. conc. 50. lit. a.* Ziegler. §. *Landsassii, concl. 1. n. 160. seq.* Matth. Stephan *de jurisd. lib. 2. part. 1. cap. 7. n. 397. seq.* Besold. *de jurisd. quæst. 18. vers. & item salvi conductus.* Wehner. *pract. obs. verb.* Glaid. *in princ.* Reinking. *de regim. secul. lib. 1. class. 5. cap. 6. n. 28.* Reinhard. König. *in synops. jur. publ. disc. 10. conl. 21.* Caspar. Klock. *consil. 50. n. 135. & in consil. tract. de contrib. annex. 3. vers.* Daß nun deß Glaitens. *fol. 47.* Idque juris territorialis indicinam esse, tradit Knichen. *in epops. n. 280. & in encyclop. cap. 12. n. 1. & de Saxon. non provoc. verb. Ducum, cap. 5. n. 104. seq.* Unde neminem in alieno territorio hoc jus exercere posse, nisi doceat, sibi hoc ex privilegio, vel alio modo competere, consuluit Georg. Everhard. *1. cons. 28. n. 7.* Thom. Michael. *de jurisdict. conclus. 50. lit. c.* Maul. *de jur. conduc. tit. 2 n. 37.* & in alieno territorio jus conducendi competens, servitus quasi realis, Maul. *d. tit. 2. n. 39. seq.* Et adquiri potest, præscriptione, per *l. 2. C. de servitut. & aqu.* Maul. *d. tit. 2. n. 38. seq.* uti & 5
pacto & conventione, Maul. *d. tit 2. n. 2.*

Ita enim Dux Würtembergiæ in territorio 6
Civitatis Eßlingensis jus conducendi habet ex transactione *de anno 1557.* ubi ita transactum est: Erstlich von wegen deß Vergleitens/ durch die Statt Eßlingen und ihr Marckung/ da sollen unsere und unser Erben Glaitsleuthe/ und alle andere Befelchhaber/ die Kauffleuthe/ zu Zeiten der Franckfurter Messen/ auch sonst menniglich/ so jeder Weil im Jahr/ unser Gleith/ unsers Fürstenthums/ hinauff oder herab begehren/ allenthalb vergleiten/ und darzu durch die Statt/ wie von Alter hero/ mit oder ohne Gleitbüchsen ziehen mögen/ doch solches in der Statt Ringmaur nit Gleitsweiß/ sondern allein in Gestalt eines Durchzugs beschehen/ und den Kauffleuthen/ deßgleichen denen/ so alda vergleitet werden/ frey stehen/ daselbst in der Statt abzustehen/ oder nit/ doch daß sie sich wiederumben zu gewohnlicher Stund/ zu dem Glait verfügen/ und wie gebräuchig reiten.

Ex quo tamen jure specialiter alicui competente, jus superioritatis territorialis inferri minimè potest, sicuti patet ex decreto Imperat.

Ferdinandi II. Ratisponæ *17. Martij anno 1623.*
Nobilitati Rhenanæ adversus Electoratum Pa-
latinum concesso; & postea ultimo Augusti
anno 1630. ab eodem Imperatore contra alios
Status extenso, ubi dum ordo Equestris con-
tra Electorem Palatinum conquereretur, quod
ipse ex jure conducendi per Nobilium territo-
ria, superioritatem territorialem, eine Lands-
fürstliche Obrigkeit / und consequenter Angriff /
Straffen / und andere Jurisdiction, inferre velit,
Imperator decrevit: Wie dann auch Ihr Kays.
Majest. bey dem siebenden die angemaste turbation
under dem prætext deß Glaids Regal abzuschaffen
gemeint. Idque Exemplis probat Casp. Klock.
3. consil. 29 n. 351. & seq. ubi ita scribit: Seyte-
mahl bede Zolls und auff Kayserlichen freyen Land-
strassen Glaitens Gerechtigkeit Chur- und Fürsten /
vermög kundbarer usurpation, ausserhalb ihrer Ter-
ritoriorum und Fürstenthumben / durch eines andern
ohngemittelten Stands dition und frembder Herr-
schafft viel mehr hergebracht haben / und doch an solchen
Orthen keine hohe und andere Obrigkeit haben / wie
dessen unzehlich Exempel ohnschwer angezogen werden
köndten / und auß deme gnugsamb zu verspüren ist / daß
die Churfürstl. Pfaltz das Glait durch die Graffschafft
Katzenelenbogen / von der Bergstrassen auß biß gen
Franckfurth / Item, in Marggraffschafft Baden biß
gen Pfortzheimb / und wiederumb ihre Fürstl. Gna-
den der Marggraff durchs Pfältzische territorium biß
zu Brettheimb / führet / Item der Hertzog zu Wür-
temberg / das Glait durch deß H. Reichs Statt Ge-
mund / der Herr Probst zu Ellwangen die Glaitens-
gerechtigkeit von der Statt Ellwangen auß / durch das
Fuggerische Dorff Hutlingen / von Uhralten Zeiten
gebraucht / die Erbmarschalcke von Pappenheim vom
Creutz bey Weissenburg an biß zum Hochgericht bey
Monheim zu glaiten haben / die Statt Schwäbisch
Hall durch das Ellwangisch Ampt Tannenburg sich
deß Glaitens gebrauchen. Und was dergleichen mehr
Exempla ohnschwer beyzubringen / und doch in den-
selben ausser dieser allein / einige andere hohe Ober-
und Herrlichkeit nicht gestehet. Et ex certa quadam
Regalium, vel juris territorialis specie alicui
competente, malè ad universa Regalia & supe-
rioritatis territorialis jura concludi pluribus
probatum est *supra lib. 1. cap. 3. n. 44. & cap. 12. n.
124. & seqq.*

Ipse territorii Dominus universalis hoc con-
ducendi jus in omnibus territori sui locis & vi-
is, tam privatis, quam publicis exercet, cum in
Imperii constitutionibus sancitum reperiatur,
ut magistratus omnium locorum itinera sub
se, suo sumptu secura præstent, vim & latroci-
nia prohibeant, grassatores persequantur, R.
A. zu Augspurg *de anno 1548.* § Ferner zu noch mehrer.
20. & R. A. zu Augspurg *de anno 1555.* §. Nach dem
aber ein jeder. *87. & de anno 1566.* §. Nachdem aber.
8 Cum non tantùm Imperio, sed & territorii Do-
mino intersit, ut provincia malis hominibus
purgetur, *l. congruit. 33. ff. de offic. præsid. l. 2. §. 4.
ff. ad L. Jul. pecul. l. in nomine. C. de offic. præt. Afric.*
Gail. *2. obs. 64. n. 2.* Sixtin. *de regal. lib. 2. cap. 2.*
9 *n. 32.* Eodemque jus indagandi in grassatores
pertinent, das Straiffen / Maul. *de jur conduc.
tit. 10.* Becht. *de secur concl. 42.* ubi unus Status
alterum adjuvare & auxilium præstare tene-
tur, R. A. zu Augspurg *de anno 1548. d. §.* Ferners.
20. & R. A. *de anno 1595.* §. Wofern aber. *23.* Et
huncin finem multis in locis aluntur & ha-
bentur milites stipendiarii, vulgò Einspennin-
ger / Außreitter / ad hoc deputati, ut viarum cu-
ram habeant, die das Glait bereiten / Joh Koppen.
decis. 37. n. 2. Wehner. *verb.* Glait. & in Gallia
dicuntur Rothröcklein / Rotheruhr / Keller. *de of-
fic. jurisd. polit. cap. 12. fol. 424.* Wehner. *d. l.*

Hoc jus generatim consistit in immunitate 10
à personali offensione & injuria, rerumque
damnis, & pace publica, & ita 1. in tuto libe-
roque omnibus commerciorum usu, R. A. zu
Augspurg. *de anno 1555.* §. Setzen demnach. *§. 2. l. de
jur. nat. gent. & civ. l. 5. ff. de justit. & jur. l. 1. ff. de
contr. empt.* Becht. *de securit. concl. 54.* 2. uti & vi-
arum publicarum, *l. fluminum. 24. ff. de damn.
infect. l. 2. §. viam publicam. 21. in fin. ff. ne quid in
loc. publ.* Quia publicè utile est, sine metu & pe-
riculo per itinera commeari, & semper ea loca,
per quæ vulgò iter fit, securitatem obtine-
re, *l. 1. §. 1 & 2. ff. de his, qui dejec.* Becht. *d. l. concl.
55. 3.* In libero tutoque usu fluminum publico-
rum, & riparum *§. 2. & 4. I. de rer. divis. l. 4. §. 1.
& l. 5. in princ. ff. eod. l. fluminum. 24. in princ. ff. de
damn. infect. tot. tit. ff. fluminib.* Sixtin. *de regal cap.
5. n. 26.* Mynsing. *cons. 19. n. 3.* 4. Nec non maris,
*§. 1. & 5. I. de rer. divis. l. 2 §. 1. l. 4. ff. eod. l. 9. ff. ad L.
Rhod. de jact. Novel: 134. cap. 13.* & litorum maris
& portus, *§. 1 J. de rer. divis l. 2. §. 1. l. 3. 4. 5. §. 1. &
l. 6. in princ. ff. eod.*

Imprimis verò salvus hujusmodi conductus 11
mercatoribus ad nundinas proficiscentibus
præstari solet, & nemini eundem petenti dene-
gari debet, d. R. A. zu Augspurg. *de anno 1548.* §.
Ferner zu noch mehrer. *20. ibi*: Daß einem jeden / an
Orthen es herkommen / ohne Weigerung / auff sein
ansuchen / ein frey / sicher gnugsam Glait gegeben / und
also meniglich zu Befürderung deß gemeinen Nutzens /
allenthalben frey / sicher ziehen / handlen und wandlen
möge. Ita, ut nec peregrinis denegan-
dus sit, cum viarum regiarum itinera &
navigationes fluminum publicorum ac mari-
um, sint juris gentium, Rosenthal. *de feud. cap.
5. concl. 25. n. 3. lit. c.* sicuti etiam commercia, *in-
fra lib. 5. cap. 22. n. 53.* & ad juvandum mercato- 12
res peregrinos propensi esse debeamus, Alex.
cons. 130. ante fin. lib. 7. Peck. *de jur. sistend. cap. 5.
n. 2.* Et peregrini habent liberum tutumque
jus commeatus, hospitii & bonorum, *Auth.
omnes peregrini. C. commun. de success.* Sicuti nec
infidelibus, ex sola infidelitatis causa, denega-
ri debet, Maul. *de jur. conduc. tit. 4. n. 7.* Neque 13
etiam Judæis salvus hic conductus denegan-
dus, Maul. *d. l. n. 9.*

Secus verò est, quoad hostes, utpote qui se- 14
curitatem commeatus non habent, *l. 1. & 2.
C. quæ res export. l. 2. C. de commerc.* Rosenthal.
d. feud. cap. 5. concl. 21. n. 2. Maul. *d. tit. 4. n. 5.* Et
qui per sententiam pacis publicæ violatores 15
condemnati sunt, quia è protectione Imperii
eximuntur, & in hostilitatem reponuntur,
communes omnium hostes declarantur, *l. amis-
sione. 5. §. 1. de capit. minut.* Myns. *cons. 21. n. 58.* &
ideò securitatem viæ publicæ amittunt, Gail. *2.
de pac. publ. cap. 1. n. 13.* neque ipsi, neque eorum
bona

bona à nemine impunè recipiuntur, Ord. Cam. *part. 2. tit. 10. & 12.* Erklär. deß Landfriedens. *de anno 1522.* §. Ob aber. R. A. zu Augspurg. *de anno 1548.* §. Es soll auch. ac liberè ab omnibus offendi possunt, Ord. Camer. *part. 2. tit. 9. §. 1.* So jemand.
16 Idemque est quoad latrones, prædones & piratas, Maul. *d. tit. 4. n. 14.* Gail. *de PP. lib. 2. c. 1. n. 13.*

17 Præstatur hujusmodi conductus vel literis, quas vocant Glaits-Zettel / Glaits-Brieff / Bollecten / Schrifftlich Glait / vel adjunctis militibus vel equitibus, qui transeuntes conducant, Persönlich oder Lebendig Glait / Maul. *de jur. conduc. tit.*
18 *5. per tot.* Quo nomine plerumque guidagium præstari solet, Glaitgelt / ex usu & consuetudine cujusque loci; Nam regulariter mercatores & peregrinantes ad ejus solutionem non tenentur, nisi Dominus juris conducendi id ex privilegio, vel præscriptione obtineat, *arg.* R. A. zu Augspurg. *de anno 1548.* §. Ferner zu noch mehrer. *20. ibi:* an Orthen es herkommen. Maul. *d. tit. 3. n. 16. seq.* Quia ad officium Principis & territorii Domini pertinet, etiam absquè tessera publicæ securitatis, sive salvo conductu, provinciam suam malis hominibus purgare, & milites Stationarios habere ad tuendam popularium defensionem & quietem, & ideò regalia obtinent, ut iis regaliter utantur, sive regia manu vias publicas securas & purgatas latronibus, suis sumptibus teneant, supra *cap. 5. n. 144. seq.* eoque nomine vectigalia recipiunt, per tradita Nobilis. Dom. Georg. Christophori von Gölnitz / *gymnasm. de regal. vectigal. jur. quæst. 75. pag. 209.*
19 Adeò, ut nec Judæi, guidagium solvere regulariter teneantur, nisi Dominus id privilegio, vel præscriptione obtineat, Maul. *d. tit. 3. n. 20.* Quia & hi in commerciis legum beneficiis communibus utuntur, *l. nemo. C. de judæ.* R. A. zu Augspurg. *de anno 1551* §. Doch sollen den Juden die auffrichtige Handtierungen und Commercien in den offenen freyen Messen und Jahrmärckten hiemit unbenommen seyn. In tantùm autem territoriorum Domini & qui jus conducendi habent, ad viarum securitatem obligati sunt, ut deprædato damnum à prædonibus & latronibus, illatum resarcire teneantur, *sup. d. c. 5. n. 146.*

20 Conducendi huic juri non tantum securitas & defensio inest, sed etiam facinorosorum punitio, utpote sine qua illud consistere nequit, *l. congruit. 13. ff. de offic. præsid. l. 1. §. quies. ff. de offic. præf. urb.* Sixtin. *de regal. lib. 2. cap. 2. n. 39.* Tilem. de Benign. *syntag. 3. decis. 4. vot. 3. n. 77. seq.* Reinking. *de regim. sec. lib. 1. class. 5. cap. 6. n. 28.* Mingius. *de super. territ. concl. 67.* Wehner *pract. obs. verb.* Glait. Et quidem si Dominus una cum jure conducendi merum, mixtumq; Imperium, sive omnimodam jurisdictionem obtineat, nullum est dubium, quin ad ipsum, etiam ipsa cognitio & punitio facinorosorum spectet, *l. 3. d. l. congruit. 13 ff. de offic. præf. d. l. 1. §. quies & ff. de offic. præf. urb.* Maul. *de jur. conduc. tit. 10 n. 6.*

21 Sed cum sæpè contingat, ut Princeps aliquis in territorio alicujus Civitatis Imperialis, vel Nobilis liberi jus conducendi habeat, civitas autem vel Nobilis omnimodam jurisdictionem, & jūs superioritatis, dubium exoritur, quis delictum in via ista publica punire possit? Et quidem ad Principem, qui jus conducendi habet, der zu glaiten hat / hoc ipsum spectare, eumque de delicto commisso cognoscere posse tradit Joach. à Beust *in l. admonendi fol. 483. ff. de jurejur.* Borcholt *de regal. n. 25.* Schneidewin. *de feud. part. 2. n. 102. seq. & in §. fin. n. 7. & 8. l. de jur. natur. gent. & civ.*

Verum contrarium, delicti nimirum hujusmodi coërcitationem ad Civitatem vel Nobilem illum, qui circum circa jurisdictionem habet, pertinere, docent, Guid. Pap. *decis. 577. n. 1.* Alciat. *cons. 1. n. 14. lib. 7.* Cœpol. *de servit. rust. præd. cap. 3. de servit. via. quæst. 18. n. 32.* Jac. Aurelian. *in sua prax. rubr. de jurisd. 12. n. 68.* Rosenthal. *de feud. c. 5. concl. 21. n. 1.* Idque his potissimum rationibus 1. quia refectio viarum publicarum 22
ad eos spectat, qui vicinos fundos habent, *l. honor. 14. §. viarum. 2. ff. de muner. & honor. l. 1. in princ. ff. de via publ. & si quid in ea.* 2. Quia si via publica destruatur, per fundum vicinum fit via; & sic periculum viæ ad fundum vicinū pertinet, *l. si locus. 14. §. fin ff. quemad. serv. amitt.* Cur non ergò etiam commodum, puta jurisdictionis, ad ipsum spectabit, *arg. l. secundum naturam. 10. ff. de R. I.* 3. Quia certum est, quod viæ publicæ in prima sua publicatione fuerunt de solo fundorum, at verò totum falsum non est vel immutatum, quod primordio veritatis adjuvatur, *l. cum filius. 76. §. hæres meus. 3. ff. de legat. 2.* 4. Quia habentibus fundos juxta viā publicam, datur utile judicium finium regundorum, adversus illos, qui fundos ex alia parte viæ publicæ habent, *l. sed & loci. 4. §. fin. ff. fin. regund.* 5. Quia via publica in medio existens inter fundum & flumen non impedit, qui illud, quod per alluvionem flumen viæ adjicit, fundo adquiratur, perinde ac si via publica non esset in medio, *l. Attius fundum. 38. ff. de adquir. rer. dom.* 6. Quia via publica non impedit, quin proprietas riparum & arborum in ripis natarum sit ejus, cujus est fundus, qui est juxta viam publicam ex parte altera, *§. riparum. 4. l. de rer. divis.* Cum ergò ex prædictis constet, quod via publica censeri debeat de fundo vicino, *d. l. Attius. 38. in fin.* Consequens inde est, quod & jurisdictio viæ publicæ ad eum pertineat, qui circumquaque jurisdictionem in fundis habet, Jacob. Aurelian. *d. tit. 12. n. 76.* Et hanc sententiam in 23
puncto juris veriorem esse, dicit Joh. Bidembach. *nobil. quæst. 12. n. 2.* ubi tamen *n. 3.* addit, metuendum esse, Duces & Principes, die zu glaiten haben / illam vix admissuros esse, cum jus, quod habent viæ, Regale sit, quod jus Principes contra inferiores magno equestri apparatu & armis plerumq; propugnare soleant, existimantes, jus viæ tanquam dignius & potentius, etiam cognitionem delicti, tanquam minus ad se trahere, atque ideò has duas opiniones ita conciliari posse putat, ut delictorum, quæ ferè quotidie in via publica committuntur, cognitio & animadversio Domino competat, qui merum & mixtum Imperium circumquaque habet, eorum verò delictorum, quæ tempore conductus, sive in ipso actu con-

conducendi, in dem glaiten/ committuntur, cognitio & executio ipsi juris conducendi Domino competat, idque Civitates vel Nobiles eò minus ægrè ferre debere, quod jus istud cōducendi, das glaiten/ brevissimo, adeoque sæpius duarum vel trium horarum spacio exerceri & absolvi videamus. Aliter distinguit Thom. Maul. *de jur. conduc. tit. 10. n. 6.* ubi duos casus distinguendos autumat, & primum esse dicit, si Dominus juris conducendi habeat jus hoc constitutum in territorio alterius Imperio immediatè subjecti, ex concessione vel præscriptione, hoc casu, si appareat, quomodo hactenus observatum, idem etiam imposterum observandum esse, eo quod concessio per subsecutam observantiam declaretur, Schrader. *consil. n. 360. seq.* Idemque esse, si ex concessione ipsa appareat. Si verò non adsit observantia, nec ex formula concessionis appareat, in dubio putat cognitionem & coërcitionem ad Dominum territorii spectare, & non ad Dominum juris conducendi, eo quod pacta & præscriptiones sint stricti juris, & præscriptio non possit plus, quàm ei à causa sua, scilicet possessione, infunditur, gloss. *in c. odia. de R. I. in 6.* Et concessum non intelligatur id, in quo concedens difficilem se reddere soleat, Bald. *in c. 1. §. naturaliter. Si de feud. defunct. conten.* Cravet. *consil. 172. n. 4. lib. 1.* Laur. Sylvan. *consil. 56. n. 24.* Non adversante, quod uno concesso, ea omnia concessa intelligantur, sine quibus concessio utilis esset, atque ideò, si concessa non intelligatur cognitio & punitio facinorosorum, securitas & defensio viarum publicarum consistere nequeat, nam securitatem & defensionem nihilominus consistere posse, paret ex R. A. *de anno 1559.* §. So nun in solcher Nacheyl. *26.* ubi in alieno territorio jus persequendi, das Nacheylen/ permittitur, ita tamen ut captus relinquatur in loco, ubi capitur, ut ibi in ipsum animadvertatur. Alterum casum dicit, si contentio sit inter Dominum universalis territorii, & inter suum subditum, qui particulare aliquod territorium, in eoque merum & mixtum Imperium sine aliis Regalibus habet, & hoc casu jurisdictionem in via publica juri conducendi cohærere, & soli Domino cæterorum Regalium competere.

Illud autem certum est, usum & observantiam hic ante omnia esse spectandam, Bidembach. *d. quæst. 12. n. 5.* & plerumque hoc casu occupantis meliorem esse conditionem, tradit Cœpol. *de servit. rust. præd. cap. 3. de servit. viæ. quæst. 18. n. 32.* Bidembach. *d. l. n. 6.* 24

Securitatem frangens extraordinariè, arbitrio Judicis, juxta personæ & delicti commissi qualitatem punitur, Mynsing. *decad. 6. resp. 52. n. 11.* Et frangi securitas dicitur, non modò facto, Myns. *d. l. n 6.* Sed etiam verbis, ita ut verum non intelligatur illud vulgatum: Wort brechen kein Glait/ sicuti docet VVehner. *pract. obs. verb.* Worth brechen kein Glait. 25

CAPUT XXVII.

De Jure aggratiandi, sive minuendi Pœnas.

Summaria.

1. *Competit quoque Civitatibus Imperialibus jus minuendi pœnas capitales.*
2. *Ius hoc regulariter juribus majestatis adscribitur.*
3. *In Hispania inferiores Rege hoc jus non habent.*
4. *Idem de Principibus, Comitibus & Baronibus nonnulli adserunt.*
5. *Secus hac sunt in Germania.*
6. *Ius aggratiandi juri territoriali adscribitur.*
7. *Ius hoc etiam olim in politia Iudaica obtinuit.*
8. *Quid si virgo vestalis ad supplicium ducto obviam veniat?*
9. *Quid si Cardinalis huic pileum imponat?*
10. *Canonici Ecclesiæ Rothomagensis quodnam privilegium in facinorosos prætendant.*
11. *Idem adscribunt nonnulli Comitibus & Baronibus.*
12. *Laxior peccandi licentia non indulgenda?*
13. *Delicta post impunitatem commissa, magistratui imputantur.*
14. *Delicta non facilè indulgenda?*
15. *Regulariter offensa partis remissio aggratiationem præcedere debet.*
16. *Delicti venia in præjudicium offensi trahi non debet.*
17. *In quibus delictis aggratiatio locum habeat?*
18. *Ex quibus Causis pœna mitigari possit?*
19. *Non possunt remitti pœnæ jure divino constituta.*
20. *Inferior non potest derogare legi superioris.*
21. *Sceleratis non est parcendum, &c.*
22. *Homicidiis voluntariis & dolosis pœna non indulgenda.*
23. *Nec Parricidis, infanticidis, fratricidis & similibus.*
24. *Nec blasphemis.*
25. *Idololatris.*
26. *Magis & veneficis.*
27. *Sodomitis, incestuosis, virginum raptoribus.*
28. *Nec adulteris.*

29. Re-

29. Remitti non poſſunt delicta contra jus naturæ perpetrata.
39. Pœnæ jure gentium receptæ, ſine urgentiſſima cauſa remitti non debent.
31. Ius divinum gratiam non reſpuit.
32. In pœnis Lege divina conſtitutis, mitigandis, etiam Theologorum judicium audiendum.
33. Qui non habet in ære luat in corpore.
34. Iudices inferiores pœnas capitales in pecuniarias convertere non poſſunt.
35. Nec pœnas mitigare valent.
36. Iudex non ſit clementior vel ſeverior lege.
37. Nec inferiores judices pœnam fuſtigationis in pecuniariam convertere poſſunt.
38. In Pœnis arbitrariis alterutra eligi poteſt.
30. Mortis pœna remiſſa non ſtatim in pecuniariam convertenda.

1 COmpetit quoque Civi-
tatibus Imperialibus jus Ag-
gratiandi, ſive poteſtas indul-
gendi delicta, & remittendi
pœnas capitales, ſicuti nomi-
natim tradunt, Carpzov. *in
pract. crim. part. 3. quæſt. 150. n. 19.* Hunnius *in col-
leg. crim. diſput. 15. concl. 21.* Juſtin. Oldekop. *ſyllog.
pract. crim. tit. 5. caut. 22. n. 5.* Johan. Adam.
Dapp. *de civitat. Germ. part. 1. cap. 7. n. 20.* Joan.
Steinwich. *de jurib. civitat. concluſ. 13.* Andr.
Schwartz. *de jur. aggratiand. concluſ. 3. in fin.*
2 Quamvis enim aggratiatio, ſive poteſtas con-
cedendi veniam delictorum, ſoli Principi ſeu
Imperatori competere videatur & juribus Ma-
jeſtatis adſcribatur, *l. relegati. 4. & ibi* Bart. *ff.
de pœn.* Cacheran. *deciſ. Pedemont. 101. n. 1. ſeq.*
Choppin. *de Legib. And. lib. 1. cap. 48. n. 15.* Sixtin.
de regal. lib. 1. cap. 2. n. 16. Peregrin. *de jur. fiſc. lib.
4. cap. 8. n. 15. ſeq.* Knichen. *de Saxon. non prov.
verb. Ducum. cap. 5 n. 523.* Beſold. *theſ. pract. verb.*
Begnadigung. *& de jur. majeſt. ſect. 3 cap. 4. n. 1.
& conſil. 238. n. 33* Farinac. *prax. crim. lib. 1. tit 1.
cap. 6. n. 2. ſeq.* Carpzov. *de Leg. Reg. Germ. cap.
9. ſect. 11. n. 23. & ſect. 12. n. 3.* Dn. Cluten. *ſyllog.
rer. quot. concl. 8. lit. g.* Heig. *part. 2 quæſt. 22. n. 6.*
Tuſch. *lit. P. concl 695. n. 1.* Atque ideò hanc po-
teſtatem Carolus V. Senatui Mediolanenſi, cui
poteſtatem Regiæ aliâs non abſimilem conceſ-
ſerat, nunquam impertiri voluit, ſed peculia-
riter excepit, ſupremæque majeſtati reſerva-
vit, Bodin. *de republ. lib. 1. cap. 8. & 10.* Dn. Clu-
ten. *ſyll. rer. quotid. concl. 8 lit. g.* Knichen. *de Sax.
3 non prov. verb. Ducum. cap. 5. n. 524.* Et in Regnis
Hiſpaniarum & in Neapolitano inferiores à
Rege hanc poteſtatem non habere, ſcribit A-
zeved. *lib. 8. tit. des les perdonnes.* Don. Garſ. Ma-
ſtril. *in indult. gener. Philip. III. Reg. Hiſpan. cap. 2.
n. 4. & 7.* Farinac. *pract. crim. quæſt. 6. n. 2.* Rein-
4 king. *de regim. ſec. lib. 1. claſſ. 5. cap. 6. n. 29.* Hinc
quoque Principes, Comites, Barones & Simi-
les ſuperiorem non recognoſcentes, non poſſe
pœnas corporales remittere, docent, Jacob. de
S. Georg. *de feud. verb. cum mero mixtoq; n. 8.*
Peregrin. *de jur. fiſc. lib. 4. cap. 8. n. 19. ſeq.* Fari-
nac. *prax. crim. lib. 1. tit. 1. quæſt. 6. n. 2. ſeq. & tit.
3. quæſt. 17. n. 67.* Ziegler. *§. civitas. limit. 1. n. 4.*
Johan. Erneſt. Zorn. apud Arumæ. *tom. 2. diſc. 7.
concl. 5. n. 7.* Et apud Venetos nulli magiſtratui,
ne Duci quidem, jus eſſe reſtituere damnatos,
ſed toti Senatui majori, hoc relictum eſſe, re-
fert Hunnius *in colleg. crim. diſput. 10. concluſ 20.*
Clapmar. *de jur. Imper. lib. 1. cap. 17.* Etiamſi a-
licui Vaſallo merum Imperium, vel generaliter
Regalia conceſſa fuerint, Farinac. *d. quæſt. 6. n.
4. & 5.* Bruning. *de var. univ. ſpec. concl. 28.*
Verum quicquid ſit in aliis Regnis, in Ger- 5
maniæ Principibus, Comitibus, Baronibus,
Nobilibus & Civitatibus liberis, hodie dubi-
um nullum, ſed conſuetudine receptum eſt,
quod hi in territoriis ſuis delictorum veniam
concedere, & pœnas etiam capitales remittere
poſſint, R. A. zu Speyr/ *de an. 1526.* §. Und wiewol.
6. & §. Es ſoll ſich auch. *8.* Rol. à Valle. *conſ. 4. num. 4.
lib. 3* Teſſaur. *deciſ. 21.* Knichen. *de Sax. non prov.
verb. Ducum. cap. 5. n. 527.* Ming. *de ſuper. terr. concl.
74.* Ziegler. *§. Landſaſſii. concl. 1 n. 127.* Reinking *de
regim. ſec. lib. 1. claſſ. 5 c. 6 n. 27.* Schônborn. *5 polit.
c. 24.* Joh. Limnæ. *de jur. publ. tom. 2. lib. 4. cap. 8. n.
268. ſeq.* Bened. Carpzov. *pract. crim. part. 3. quæſt.
150. n. 8. ſeq. & de Leg. Reg. Germ. cap 9. ſect 11 n 24.*
Klock. *1. conſ. 37. n. 63 ſeq.* Idq; vigore Regalium,
ut jam dictum, & juris territorialis, cui hoc ag-
gratiandi jus adnumeratur, *l. relegati. 4. in fin. l.
moris eſt. 9. §. ſed enim. 11. l. Divi fratres. 27. l ad be-
ſtias. 3. ff. de pœn. l. 1. § fin. ff. de quæſt.* Ziegler. *§. civi-
tas. limit. 1 n. 3.* Thom. Michael. *de juriſd. concluſ.
47. lit. b.* Ming. *d. concluſ. 74.*
Nec nova eſt hujusmodi aggratiatio, ſiqui- 7
dem & olim apud Judæos conſuetudo erat, quâ
ad eorum inſtantiam Præſes Romanus in feſto
Paſchatis facinoroſorum aliquem, quem ipſi
elegiſſent, liberum & impunem dimittere tene-
batur, *Matth. 27. v. 15. Marci 15 v. 6. Lucæ. 23. v. 17.
Joh. 18. in fin.* Et Romæ olim, qui ad ſupplicium 8
mortis ducebantur, hujus pœnæ erant immu-
munes, ſi iisdem Veſtalis virgo obviam iret,
modo juraret, ſe non data opera, ſed fortè for-
tuna occurriſſe, Plutarch. *in Numa.* Singulare 9
quoq; privilegium ſive potius corruptela Car-
dinalium eſſe dicitur, ut ſi obviam fiant illi, qui
ad ſupplicium ducitur, in poſitione pilei imu-
nem à pœna faciant, *Bald. in l. addictos. C. de ap-
pellat.* Lud. Carat. *pract. crim. tit. de homicid. verſ.
circa itaq; n. 7. & 8.* Dn. Cluten. *ſyll. rer. quot. concl.
8 lit. g.* Peckius *in c. privilegium. 7. n. 5. de R. I. in 6.*
Author *actor. Lindav fol. 70. in princ.* Limnæ. *de
jur. publ. lib. 4. c. 8. n. 273.* Rothomagenſis Eccleſiæ 10
Canonici adhuc hoc privilegium obſervant, ut
pridie diei, quem in hanc rem feſtum colunt,
ex facinoroſis hominibus, qui tunc captivi de-
tinentur, ſceleratiſſimum ſibi dedi poſtulent,
quem ut audiverunt confitentem, & ad vitam
emendandam admonuerunt, publicis ceremo-
niis, tum in templo, tum in foro contiguo,
magnificè adornato ab omni ſupplicio immu-
nem pronunciant, Limnæ. *d. l. n. 75. & in Not.
Franc. lib. 2. c. 7. ggg. & lib. 3. c. 6. ff. & lib. 6. c. 31. m.*

11 Quod privilegium etiam in Germania Comitibus ac Baronibus competere, ut & hi facinorosos supplicio destinatos sibi obvios ex Carnificis unguibus eripere, salvosque abire jubere possint, referunt Zasius *ad §. pœnales. 12. n.32. l. de action.* Joh. Sichard. *ad l. quicunque. 4. n. 43. C. de serv. fugit.* Limnæ. *d. c. 8. n. 274.* ubi consimile privilegium Episcopo Genevensi datum fuisse refert, ut quemcunq; juberet, etiam post latam sententiam, is ab ipso loco supplicii retraheretur & liber esset. Cujusmodi tamen privilegiorum generalitas meritò improbatur: Neque etiam facilè & sine justa causa Principes aliique territoriorum Domini, ad pœnarum capitalium remissiones procedere debent, ne laxior peccandi licentia inducatur,
12 *l. si operis. 14. C. de poen.* Nimia siquidem lenitas peccandi occasionem præbet, imò libidinem effrenatæ juventutis accendit, *c. ut Clericorum. X. de vit. & honest. cler.* Qui enim uni indulget, ad prolapsionis contagium provocat universos, & impunitas delicti incensivum est delinquendi, *c. est injusta. 33. caus. 23. quæst. 4.* Nec facilè secundum desperat effugium, qui laqueum prioris criminis evasit, Symmach. *lib. 10. epist. 44.* Et malitiosi homines veteris delicti impunitatem, non emendationi, quàm consuetudini deputare, ac dimissi gaudia lætitiamque contaminare solent, *l. nemo. 3. in princip. &*
13 *fin. C. de episc. aud.* Atque inde delicta post impunitatem commissa, ab ipso magistratu veniam dante, commissa videntur, qui si primo perpetrato delicto, præsertim capitali, legitimo justitiæ mucrone, communis securitatis violatorem jugulasset, iteratò non deliquisset, sicuti aliquando magni nominis Principi, qui homicidæ semel atque iterum indulserat, relatum testatur Reink. *de regim. secul. lib. 2. class. 1. c. 8. n. 58. sive 69.* Quod etiam Galliæ Regi contigisse, scribit Bachov. *in not. ad Treutler. vol. 2. disp. 30. thes. 3. lit. g. fol. 1104. in fin.* Harpprecht. *ad §. poena manifesti. 5. n. 55. l. de oblig. quæ ex del.* Unde sine causa restituens peccat in Rempublicam, quæ eget severis exemplis, ad cohibenda facinora, nec ulla re citius corrumpitur, quam pœnarum elusione, quibus solis publica nititur disciplina, ut ait Mevius *ad jus Lubeccens. lib. 4. tit. 15.*

14 Summa igitur Principis & Magistratus prudentia, maximaque cura opus erit, ut falsas nonnullorum & commentas juris aggratiandi causas, à justis & legitimis segreget, & sic cognita prius delicti gravitate, probè ponderata causarum & personarum qualitate, illud demum eligat & concludat, quod neque Reipublicæ damnum, propriæ conscientiæ maculam, ac privatis injuriam inferat; aut quod maximè verendum, ne divina justitia, ob humanæ justitiæ perversam administrationem, ad justam iram, totiusque terræ eversionem provocetur, confer *Novell. 77* Et ne Principes & magistratus nostri terminos potestatis suæ excedant, summæ Reipublicæ detrimento, nec ansam indistinctè præbeant subditis, illis suasor fuerim, ut in remissione capitalium præsertim pœnarum, magna utantur circumspectione, eamque nec ad quælibet delicta, nec ad quaslibet extendant personas, scribit Limnæ. *de jur. publ. l. 4. c. 8. n. 277.* Idemque monet Heig. *2. quæst. 22. n. 27.* & Carpz. *de leg. Reg. c. 9. sect. 11. n. 7.* ubi ait: hanc gratiam nec semper, nec cuivis facit Imperator, bene prospiciat, ne scilicet ex gratia fiat injuria, & benefaciendo labefactetur justitia.

Laudabiliter quoque Principem & magistratum facere, qui nec criminales causas, 15 antequam cum parte læsa facta sit reconciliatio, remittunt, scribit Heigius *part. 2. quæst. 24. n. 18.* ubi id in Ducatu Mediolanensi observari refert. Et regulariter offensæ partis remissionem præcedere debere, docet Carpz. *de leg. Reg. c. 9. sect. 11. n. 6.* Ex quo etiam Imperator actore seu offenso invito, bannitum absolvere non potest, Königl. Landfried zu Wormbs *de anno 1495. tit.* Welche umb Landfriedbruchs willen in die Acht kommen. Gail. *2. de pac. publ. c. 18. n. 16.* Mynsing. *5. obs. 11.* Petr. Frider. Mindan. *1. de process. c. 27.* Limnæ. *de jur. publ. l. 4. c. 8. n. 284. seq.* Farinac. *prax. crim. quæst. 6. n. 18. seq.* Et quamvis Princeps generaliter & indefinitè delicti veniam 16 concedat, illam tamen ad præjudicium tertii sive offensi nunquam trahi, scribunt, *arg. l. 2. §. meritò. 10. & §. si quis. 16. ff. ne quid in loc. publ.* Heig. *d. quæst. 24. n. 20.* Carpz. *pract. crim. part. 3. quæst. 48. n. 21.*

Posse tamen nonnunquam Principem & 17 magistratum in hujusmodi remissionibus, offensi quoque juri expressis verbis præjudicare, arguunt *l. 3. C. de primipil. l. 9. l. 14. C. de oper. publ. auth. res quæ. C. commun. de legat.* cum ob publicam utilitatem non raro à juris communis regulis recedi soleat, *l. ita vulneratus. 51. §. æstimatio. ff. ad L. Aquil.* Farinac. *prax. crim. part. 4. l. 1. cons. 46.*

Aggratiationis hoc jus potissimum locum habet in pœnis, jure civili determinatis, ita ut si delictum puniendum jure tantum civili sit prohibitum, pœna illius in totum remitti, si verò ex alio quoque jure descendat, eadem mitigari possit, Carpz. *pract. crim. quæst. 74. n. 93.* Limnæ. *de jur. publ. l. 4. c. 8. n. 284.* ubi ait, si quæ alia supersint delicta, quæ non natura, non lege divina, sed humana atque civili tantum, pœnam merentur, & præcipuè talia sunt, quæ contra solum Principis jus & personam ejus commissa sunt, in quibus remissio Principi meritò conceditur, *l. 2. C. si quis Imper. maled. c. inter querelas. caus. 24 qu. 4.* Besold. *1. polit. 3. § 4. num. 4.* Hunnius *colleg. crim. disput 5 concl. 24.* Bruning. *de var. univers. concl. 28.* Reinking. *l. 2. class. 1. c. 8. n. 82.* Unde Theodosius junior ab amicis interrogatus, cur neminem eorum, qui ipsum læsissent, capitis supplicio afficeret, respondisse fertur: Utinam mihi liceret & mortuos ad vitam revocare. Ad privatas quidem injurias oportet Principem esse facilem ad ignoscendum, sed aliis, quæ lædunt Rempublicam, debere esse severiorem, Theodor. *in colleg. crim. disp. 10. conclus. 7. lit. b.* Indeque cum furti pœna capitalis jure Civili imposita sit, quin ea mitigari & in pecuniariam converti possit, non dubitatur.

18 Causæ, ex quibus pœnæ venia vel mitigatio fieri quandoque potest, sunt Nobilitas, artis insignis & excellentis peritia, reorum multitudo, meritorum probatio, adversarii provocatio, delicti diuturnitas, dormientis delirium, ignorantia, ebrietas, ira, furor, ætas, probitas vitæ anteactæ, casus, officium, disciplina, pœnitentia, intercessio, &c. de quibus vide Tiraquel. *tract. de pœn. tempor. per tot.* Farinac. *prax. crim. part. 3. tit. de pœn. tempor.* Gail. *2. obs. 110. per tot.* Clar. *pract. crim. §. fin. quæst. 60.*

19 Non verò remitti possunt, ne quidem à summo Principe, pœnæ jure Divino constitutæ capitales, Lambert. Danæ. *l. 6. polit. Christ. c. 3. tit. de judic. crim. n. 11. & l. 2. Ethic. Christ. c. 13. fol. 197.* Norderm. *de jur. Principat. concl. 47. lit. a.* Brun. *de var. univers. spec. conclus. 28.* Reinking. *de regim. sec. l. 2. class. 1. c. 8. num. 61.* Ziegler. *§. civitas. limit. 1. num. 7.* Harpprecht. *ad §. 5. num. 54. seq. I. de oblig. quæ ex del.* Besold. *de jur. Majest. sect. 3. c. 4. n. 3. & 2. polit. c. 2. n. 19. vers. 4.* Heig. *part. 2. quæst. 24. n. 29. seq.* Stamm. *de servit. person. lib. 3. c. 8. num. 26.* Carpz. *pract. crim. quæst. 150. n. 30.* Quia divinarum legum non Domini, sed ministri sunt Reges, Principes, & alii magistratus, *Rom. 13. v. 4.*

20 Inferior autem non potest derogare legi superioris, vel eandem abrogare, *c. cum inferior. x. de major. & obed. c. literas. x. de restit. spol. c. super. eo. x. de usur. c. quanto. x. de translat. Episc. l. ille. 13. §. tempestivum. 4. ff. ad SC. Trebell. l. nam magistratus. 4. ff. de recept. arbit.* Farinac. *prax. crim. l. 1. tit. 1. quæst. 6. num. 17.* Carpzov. *pract. crim. quæst. 150. num. 33.* Quoniam cum essetis ministri regni ejus, non rectè judicastis, neque legem conservastis, nec consilium Dei estis secuti, horribiliter superveniet vobis, & repentè: quoniam judicium in proceres exercebitur severissimum, inquit Salomon *Sapient. 6. v. 5.* Et maledictus omnis, qui non permanserit in omnibus, quæ scripta sunt in libro legis hujus, *Deuter. 27. in fin. Galat. 3. v. 10.*

21 Et ipsis Regibus & magistratibus injunctum est, ut non parcant sceleratis, neque occultent reum, sed auferant malum è medio, *Deuter. 13. v. 8. & 17. v. 12. & cap. 19. v. 19.* Et scriptum est, non declinabitis, neque ad dextram, neque ad sinistram, *Deuter. 4. v. 2. & cap. 5. v. 32.* Ab altari divellatur homicida, ne sanguinem ab ejus manu exigat Jehova, *Genes. 9. v. 6. Exod. 21. v. 14.* Dei est judicium, *Ps. 82.* Et abominabilis coram eo, qui impium absolvit, *Proverb. 17. v. 15.* Imò Deus gravissimas pœnas & calamitates interminatur non tantùm ipsis Rerumpublicarum gubernatoribus, qui crimina impunita relinquunt, sed etiam genti universæ, inter quam facinorosi ejusmodi impunè feruntur, *Levit. 20. v. 4. 5. & 25. 1. Regum. 15. v. 9. 11. 21. seq. 2. Regum. 21. & 3. Regum. 20. vers. 42.* Et ejusmodi criminum impunitatem non raro maximarum in Republica mutationum causam extitisse, constat ex traditis *supra l. 1. c. 15. num. 16.*

22 Non ergo impunitas & pœnæ capitalis remissio fieri potest, 1. homicidis voluntariis & dolosis, *Genes. 9. v. 5. & 6. Exod. 21. v. 12. seq. Levit. 24. v. 17. Numer. 35. v. 31. & 33. Deuter. 12. v. 8. & 9. & c. 19. v. 19. seq. Matth. 26. v. 52. Apocalyps. 13. v. 10.* Gail. *2. observ. 110. n. 19.* Farinac. *d. quæst. 6. n. 15. seq.* Norderman. *de jur. Princip. concl. 47.* Besold. *2. polit. c. 2. §. 3. & 4.* Heig. *2. quæst. 24. n. 30. seq.* Covarruv. *2. var. resol. c. 9. n. 2.* Joh. Limnæ. *de jur. publ. l. 4. c. 8. n. 282.* Carpz. *d. quæst. 150. n. 31. seq. & jurisprud. Civ. part. 4. constitut. 9. defin 7. & de L. Reg. c. 9. sect. 11. n. 22.* Andr. Schwartz. *disp. inaugur. de jur. aggrat. concl. 10. lit. c.* Idemque esse 2. in Parricidio, Infanticidio, Fratricidio, Matricidio, 23
Uxoricidio, Latrocinio, Assasinio, tradit Schwartz. *d. l.* Multis enim legibus reus est, inquit Plato, qui parentem occidit, & si possibile esset, sæpius aliquem mori, justissimum foret, parricidam sæpius occidi, quia publicæ vindictæ convenit, hoc tam grande scelus, publicè & atrocissimè vindicari, *l. 1. ff. de obseq. parent. præst.* Nec remitti potest pœna 3. blasphemis in Deum, *Levit. 24. v. 14. 15. 16. Exod. 22. v. 18.* 24
Reformat. guter Policey zu Augspurg *de anno 1530. tit.* von Gotteslästerung. & Königl. Satzung von Gotteslästern. *de anno 1495.* Gerhard. *tom. 6. de magistrat. n. 308. quæst. 2.* Val. Winther. *in parth. litig. libr 2. cap. 12.* Hunnius *colleg. crim. disp. 15. thes. 23.* Schwartz *d. concl. 10. lit. c.* Carpz. *pract. crim. quæst. 45. per tot.* Nec 4. Idololatris, *Exod. 22. v. 20. & c. 32. v. 27. Levit. 10. v. 1. Deuteron. 13. per tot. & c.* 25
17. v. 2. 5. Magis & Veneficis, *Exod. 22. v. 18. Levit. 20. v. 27. Deuter. 18. v. 11. 1. Regum. 28. v. 7.* 26
6. Sodomitis, incestuosis, virginum raptoribus, *Exod. 22. v. 19. Deuter. 20. v. 11. seq.* Schönborn. *1. polit. cap. 14. vers. Neque sicariis.* 7. Nec adulteris, 27
Levitic. 18. vers. 20. & c. 20. vers. 10. Deuter. 22. vers. 28
22. seq. Ezechiel. 18. Johan. 8. vers. 4. seq. Carpzov. *pract. crim. quæst. 150. n. 29. & 30.* Arnisæ. *de jur. Majest. l. 2. c. 3. fol. 264.* Winther. *parth. litig. d. c. 12. n. 31.* Hunnius *d. thes. 23.* Heig *d. quæst. 24. num. 30.* Limnæ. *d. c. 8. num. 283.* Andr. Schwartz. *d. lit. c.* Unde Rex Bassanus Sicamber nec proprio pepercit filio suo in adulterio deprehenso, ita, ut ei lachrymæ procerum vitam salvare non potuerint, Norderman. *de jur. principat. concl. 48.* 8. Idem est, quoad delicta, quæ contra jus naturæ perpetrata sunt; quamvis enim in his 29
quantitas pœnæ & qualitas non sit constituta, ipsa tamen, natura dictante, pœnam merentur, nec impunita manere debent, Limnæ. *d. c. 8. n. 278.* Schwartz. *de jur. aggratiand. concl. 7. lit. a.* 9. Pœnæ quoque, quæ mutuo & uniformi gentium jure & consensu receptæ & definitæ, non 30
facilè, nec absque urgentissima ratione & causa, remitti debent, Limnæ. *d. c. 8. n. 279.* Anth. Matth. *de crimin. ad l. 48. ff. tit. 19. num. 2.* Andr. Schwartz. *de jur. aggratiand. conclus. 11. lit. b.* 10. Nec quoque in pœnis delictorum contra securitatem publicam, vel in ipsius Reipubl. vel privati alicujus detrimentum commissorum Principis absolutioni locus est, nisi Reipubl. proceres, vel damno affecti consentiant, ut jamdictum *supra n. 15.*

Sed anne in hisce delictis omnis pœnæ remissio vel mitigatio præclusa sit Principibus & magistratibus, non immeritò dubitatur? Quid enim si lex ejusdem generis vel efficaciæ, vel etiam majoris concurreret, & remissionem vel mitigationem suaderet? Nonne Judas Machabæus, quando die Sabbathi ab hoste Antiocho

tiocho infestabatur, utramque legem divinam, Sabbathum esse sanctificandum, & populum Ecclesiamque defendendam, simul observare non valens, magno suo populique damno posteriorem esse servandam didicit, *1. Machab. 2. v. 34. & 41.*
31 Et quid si salus publica, tanquam suprema lex, dispensationem, seu mitigationem pœnarum efflagitaret? Anne omnem æquitatem & gratiam respuit jus divinum? Joh. Althus. *dicæolog. l. 1. c. 16. num. 6. seq.* Nonne melius erit, unus ut servetur, ne unitas periclitetur? Cum facilimè in eo summi Numinis speretur venia, per quod multorum salus & incolumitas procuratur. *l. provinciarum. 10. C. de feriis.*

32 Verum in hisce casibus, quibus de pœnis jure divino constitutis, vel remittendis vel mitigandis agitur, cum Principum imprimis conscientiam concernant, ad judicium Theologorum recurrendum esse, vulgò traditur, quod etiam Scabini Lipsienses consuluerunt, prout videre licet apud Carpzov. *prax. crim. quæst. 150. n. 43.* Eodemque collimat Campanella *de Monarch. Hispan. lib. 9.* ubi tribunal Gratiæ instituendum esse putat, idque constare debere ex ipso Rege, ejus Conjuge, & primogenito ac præcipuo Religionis Antistite, Forstner. *hypom. polit. 37. in fin.* Hisce quoque casibus consultum esse videtur, si pœnæ quandoque differantur. Quemadmodum enim Medici, interdum quiete, quam agendo & movendo plus proficiunt, & in morbis nihil magis periculosum habetur, quàm immatura medicina uti; ita satius quoque erit, delictorum pœnas nonnunquam differre, quàm intempestivis remediis delicta accendere. Ubi enim largiri flagitiosum, & negare periculosum, differre remedium est, docet Forstner. *in not. ad Tacit. lib. 1. annal. vers. cum arbitrium Senatus.*

33 Porrò, qui pœnam Capitalem remittere potest, eum quoque eandem in aliam pecuniariam convertere posse, non videtur habere dubium. Sicuti etiam pœna pecuniaria in corporalem converti potest, juxta vulgatum illud: Qui non habet in ære, luat in corpore, *l. fin. ff. de in jus voc. l. si quis. 35. ff. de injur. l. 1. §. fin. ff. de pœn. l. si quis. 7. §. 3. ff. de jurisd. l. qui ædes. 9. ff. de incend. ruin. l. fin. in fin. C. de sepulchr. viol. l. fin. in fin. C. de mod. mulct. l. quicunque. 4. C. de serv. fugitiv.* Reformat. zu Franckfurt *de anno 1542. tit.* von der Silbern Müntz. 9. §. Und wer der. *1. ibi*: Welche auch die wären / die solche Pön in Gold oder Geld nicht zubezahlen hätten / die sollen ihre Missethat an ihren Leiben erarnen / und sollen nach Reichs Recht gerichtet werden. Covarruv. *2. var. resolut. 1. vers. 8.* Menoch. *arbit. jud. cas. 447. num. 1.* Farinac. *prax. crim. quæst. 26. num. 1. & quæst. 105. num. 52. seq.* Harpprecht. *ad §. in summa. 10. numer. 27. I. de injur.* Besold. *verb.* Blutban. Nam reddat debitum pœnis, quod non potest compensare pecuniis, Cassiodor. *lib. 9. var.* Et qui redhibitione substantiæ satisfacere non potest, satisfaciat ultione corporis, Ambros. *serm. 78.*

34 Secus tamen hæc sunt, quoad judices inferiores, jurisdictionem criminalem non suo proprio, sed alieno nomine exercentes, hi enim absque consensu Principis & Domini sui superioris pœnam corporalem in pecuniariam convertere, vel aliam mitiorem, eo inconsulto, infligere non possunt, Heig. *part. 2. quæst. 22. num. 23.* Wehner. *pract. observ. verb.* Zent. *fol. 705.* Farinac. *pract. crim. quæst. 17. num. 67.* Carpzov. *pract. crim. quæst. 150. num. 49. seq. & de Leg. Reg. cap. 9. sect. 11. num. 25. seq.* Tiraquel. *de pœn. temper. in præfat. num. 2. seq.* Ziegler. §. *Civitas. limit. 1. num. 4.* Ita, ut nec hi pœnam mortis 35
severiorem, veluti rotæ, ignis, suspendii, in aliam mitiorem gladii, convertere possint, Menoch. *arbitr. jud. lib. 1. quæst. 96. num. 21.* Farin. *d. quæst. 6. num. 2.* Heig. *2. quæst. 22.* Carpzov. *d. quæst. 150. num. 59. seq.* Quia hoc non esset secundum leges judicare & crimina punire, sed contra leges agere, de illis dispensare, illisque derogare, quod ipsis permissum non est, cum facti quidem quæstio in arbitrio sit judicantis, pœnæ verò persecutio, non ejus voluntate mandetur, sed legis authoritati reservetur, *l. 1. §. quorum alterutrum. 4. ff. ad SCt. Turpil. l. ordine. 15. princ. ff. ad Municipal.* Et ne judex sit 36
clementior lege, aut ipsis legibus severior, præcipit Imper. Justinian. *in Novel. 82. cap. 10.* Et judex pœnam legitimam minuendo vel remittendo, criminis sese conscium, ostendit *l. 2. C. de commerc. & mercim. c. negligere. caus. 2. quæst. 7. l. 3. C. ne sanct. baptism. iter. l. 1. §. fin. l. Christianos. 6. C. de pagan. l. fin. C. ad L. Jul. de vi publ.*

Unde Carolus I. Rex Siciliæ, suspendi judicem jussit, qui reum suspendio dignum, ad manus amputationem condemnaverat, Heig. *2. quæst. 22. n. 18.* Chassan. *in consuet. Burg. tit. des justices. §. 5. verb. al' arbitrage du Juge. num. 4.* Peregrin. *de jur. fisc. l. 4. c. 8. n. 23. seq.* Quamvis enim inferiores quoque magistratus jus condendi statuta obtineant, non tamen contra leges publicas, & de iis, quæ publicam totius patriæ salutem concernunt, disponere possunt, *supra c. 10. num. 46. seq.* Neque jurisdictionalia cum juribus territorialibus & Regalibus, quibus hoc aggratiandi jus adscribitur, confundenda sunt, Carpzov. *pract. crimin. quæst. 150. num. 51.*

Ex quo etiam inferiori magistratui, me- 37
rum quoque & mixtum imperium habenti, non licere fustigationis pœnam in pecuniariam convertere tradit Heigius *d. quæst. 22. n. 23.* Ziegler. §. *civitas. limit. 1. n. 5.* Quod de eo casu intelligendum puto, ubi relegationis pœna à superiore nominatim est imposita, secus verò, si arbitraria sit pœna, tum enim eam ab inferiore quoque judice remitti & in mitiorem converti posse, tradit Carpz. *d. quæst. 150. num. 75.* cum in arbitrariis pœnis judex alterutrum eli- 38
gere possit, quàm pro ratione circumstantiarum crimini æqualem existimaverit, *l. Pomponius. 15. in fin. ff. de neg. gest. l. jusjurandum. 34. §. non semper. ff. de jurejur. l. item apud Labeonem. 15. §. quod ait Prætor. in fin. ff. de injur. l. moris est. 9. §. ista. l. perspiciendum. 11. l. hodie. 13. l. aut facta. 16. ff. de pœn.* Idemque in pœnis civilibus, veluti relegationis, carceris; & mulctis pecuniariis obtinere, asserit

asserit Carpzov. *d. quæst. 150. n. 85.* Posse quoque judices inferiores, criminalem jurisdictionem habentes, pœnam ordinariâ & legibus definita mitiorem, per viam justitiæ, imponere, docent Carpz. *pract. crim. quæst. 142. n. 20. seqq.* Heig. *d. quæst. 22. n. 34. seq.*

39 Judici ac magistratui probè quoque perspiciendum esse, ne in casibus illis, quibus ob justam causam ordinariâ mitior pœna imponitur, capitalem in pecuniariam statim convertant: Dantur enim & aliæ pœnæ, quibus reus, capitali pœna remissa, extra ordinem mitius puniri potest. Exemplo enim perniciosum est, remissa pœna capitis, non nisi pecuniarias pœnas infligi, cum hoc judicibus in alienis grassandi facultatibus, occasionem præbeat, Ant. Matthæ. *de criminib. ad libr. 48. ff. tit. 18. cap. 4. n. 12.* ubi rectè reprehendit judices, qui ut plurimum pœnam mortis convertunt in pecuniariam, non ut ætati aut culpæ veniam dent, sed ut crumenas loco capitis evacuent. De quo etiam conqueritur Valent. Winther. *in parthen. litig. l. 1. c. 14. n. 2.* Hoc malitiosò, inquiens, seculo criminalistæ non absimiles chirurgis, qui ut multis rusticorum vulneribus, ita hi plurimis subditorum delictis gaudere solent, facilem nacti spoliis alienis penu suum locupletandi occasionem, unde in mulctis indicendis lætantur, & impiè dicunt: Es haben dieses Jahr über/die Bruche oder Geltbussen / GOtt sey Lob und Danck/ein ehrliches getragen/ &c.

An autem gratia de vita facta, ad bona quoque extendatur, vide Farinac. *pract. crim. quæst. 6. n. 28. seq.*

CAPUT XXVIII.

De Jure Asylorum & Palatiis Statuum.

Summaria.

1. *Asylorum origo vetustissima, & in Sacris literis fundata.*
2. *Asyla sunt vel locorum sacrorum vel prophanorum.*
3. *Ad Ecclesias confugientes immunes sunt, & inde avelli nequeunt.*
4. *Homicidium Zachariæ inter templum & altare exprobratur Judæis à Christo.*
5. *Asyla olim apud Judæos.*
6. *Apud Ethnicos fuerunt Thebis.*
7. *Asylum Romuli.*
8. *Et in Ægypto.*
9. *In statuis Cæsarum & apud ipsum Principem.*
10. *Regum domus.*
11. *Palatia Principum securitate gaudent,* Burgfrieden.
12. *Injuriæ propulsatio limitem non habet.*
13. *An provocans aliquem in loco securitatis, vel si gladium stringat, in pœnam incidat?*
14. *In odiosis molliendæ sunt pœnæ.*
15. *Esslingæ ædes Adelbergenses jure Asyli gaudent.*
16. *Jure Asyli gaudet oppidum Neopyrgum,* Neuenburg.
17. *Oppidum Alsatiæ,* Oberberckheim.
18. *Augusta Vindelicorum apud S. Vlricum.*
19. *Brisacum Brisgoiæ.*
20. *Monasterium* Salmanswenler.
21. *Ordinis Teutonici ædes in Germania.*
22. *Civitas Reutlingensis.*
23. *An Principes & Status Imperii in suis territoriis asyla constituere possint?*
24. *Delinquens in Principis territorio, ejus tantum territorium violare dicitur.*
25. *Finis asylorum est, ut à carceris molestia confugientes liberi sint.*
26. *Tiberius asyla abrogavit.*
27. *Et Galliæ Rex in civilibus & criminalibus.*
28. *Securitas asylorum competit homicidis imprudentibus & casu aliquo fortuitò occidentibus.*
29. *Debitoribus ex infortunio obæratis.*
30. *Olim triplici generi hominum perfugium in asylis fuit.*
31. *Si lictores homicidam insequantur, hic autem asylum attingat, an inde extrahi possit?*
32. *Competit jus asyli etiam ex carcere aufugienti.*
33. *Non competit securitas ex proposito delinquentibus.*
34. *Tiberius & Augustus Cæsares asyla abrogaverunt.*
35. *Pontificum Constitutiones indistinctè asyla concedentes in desuetudinem abierunt.*
36. *Asylorum jure non gaudent homicidæ dolosi.*
37. *Virginum raptores.*
38. *Adulteri.*
39. *Fures.*
40. *Templorum violatores, latrones, &c.*
41. *Qui in ipso asylo delinquunt.*
42. *Nec banniti.*
43. *Nec Judæi delinquentes.*
44. *Nec condemnati ad mortem si aufugiant.*
45. *An magistratus seculares has personas ad Ecclesias confugientes propria authoritate inde avellere possint?*
46. *Confugientes ad asylum, ut tuti sint, Magistratui facti speciem ejusque circumstantias exponere tenentur.*

 Juri

Juri Aggratiandi simile est jus Asylorum, in quibus vel Divino Numine, vel Principum Majestate, homines ab externa vi defenduntur & immunes sunt, Hippol. à Collib. *de*
1 *increment. urb. c. 18.* Quorum origo vetustissima, & tam jure Divino, quàm
2 humano introducta, & licita esse perhibentur, & sunt vel locorum sacrorum sive Ecclesiasticorum, Becht. *de securitat. & salv. conduct. cap. 6. in princ.* vel locorum prophanorum, Mager. *de advocat. cap. 15. n. 68. seq. & n. 80. seq.* Et quidem Asyla sacrorum locorum quod attinet, dicuntur ea Gottesfried/ und Kirchen-Freyheit. Demetrius Judæorum genti complura privilegia concedens inter cætera adjecit, ut quicunque confugerint in templo, quod est Hierosolymis, & in omnibus finibus ejus, obnoxii Regi in omni negocio dimittantur, & universa, quæ sunt ejus in Regno suo libera habeant,
3 *1. Machabæor. 10. v. 43.* Ex quo etiamnum hodie confugientes ad Ecclesias propter loci religionem inde avelli inviti nequeunt, *l. 2. l. in præsenti. 5. l. fin. §. fin. C. de his, qui ad Eccles. confug. c. inter alia. c. pen. & ult. X. de immunit. Eccles. c. miror. 7. c. frater. 10. c. nullus Clericorum 19. si quis contumax. 20. c. metuentes. 32. caus. 17. quæst. 4.* Quod etiam de jure Canonico in enormibus delictis procedit, *c. diffinivit 35. caus. 17. quæst. 4. d. c. inter alia. & ibi* Abbas *de immun. Eccles.* Covarruv. *var. resol. lib. 2. c. 20. n. 1. in fin. & n. 6.* ubi hanc immunitatem etiam ad hospitalia extendit, *num. 4.* & ad confugientes per quadraginta passus circum circa Ecclesiam, *c. sicut antiquitus. 6. caus. 17. quæst. 4.* & per passus triginta circa alias Ecclesias non matrices *c. diffinit. 35. c. quisquis. 21. caus. 17. quæst. 4.* Ita etiam Jojada sacerdos Athaliam in templo Domini occidi prohibuit, *4. Re-*
4 *gum. cap. 11. v. 15.* Et Christus exprobravit Judæis homicidium Zachariæ filii Barachiæ, quem occiderunt inter templum & altare, cujus vindictam in illis futuram prædixit *Matth. 23. v. 35.* Gothi quoque ea pietate fuerunt, ut nullos omninò violarent, qui securitatem à templis Deo dicatis invocarent, Olaus Magnus *lib. 23. histor. Goth. c. 21. & 22.*

5 Prophanorum locorum Asyla olim quoque apud Judæos fuerunt; jussit enim ipse Deus separari urbes refugii, tam filiis Israel, quàm advenis & peregrinis, ut confugeret ad eos, qui nolens sanguinem fudisset, in quibus cum fuisset profugus, cognati occisi eum non possent occidere, donec staret in conspectu multitudinis, & causa ejus judicaretur, *Num. 35. v. 10. seq. Deuter. 19. v. 2. Josuæ c. 20. v. 2.*

6 Ex Ethnicis primus Cadmus cum Thebas conderet, inter Græcos asylum aperuisse fertur, ad quod fugientes sine discrimine servi, ab omni pœna tuti erant, post quod in Rhetæo littore Ajacis fuit Asylum, Dion. Halicar-
7 nass. *lib. 2. in Sigæo Achillis.* Quorum exemplo Romulus suum Asylum aperuit ad lucum opacum & vallem inter Capitolium & arcem, de quo Ovid. *Fastor. lib. 3.*

Romulus ut Saxo lucum circumdedit alto,
Quilibet huc, inquit, confuge tutus eris.

Et Virgil. *8. Æneid.*

Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer asylum
Rettulit.

Aliud quoque fuit asylum in Ægypto, ad Canopicum Nili Ostium, Herculi consecratum, de quo Herod. *lib. 2.* Et in ipsa Ægypto Osiris asylum, & in Siria Apollinis, Strab. *lib. 17. & ult. Geograph.* 8

In statuis quoque Cæsarum jus quandoque asyli fuit, *l. quid si fugitivus. 17. ff. ad Labeonem ff. de adil. edict. l. 1. C. de his, qui ad stat. conf. libr. 2. ff. de his. qui sunt sui vel alien.* Multo verò magis apud ipsum Principem jus asyli erat, gloss. *in l. capital. §. ad statuas. ff. de pœn.* Mager. *de advoc. c. 15. n. 84. seq.* 9

Pro asylis quoque antiquis fuerunt Regum domus, & ad eos refugia, ut refert Mager. *d. cap. 15 n. 87. seq.* 10

Ex quo etiam adhuc hodie palatia Principum & Statuum Imperii securitate gaudent, ubi enim Princeps est, ibi quoque securitas, *l. 1. C. de his qui per met jud. non appell. l. fin. ff. quod met. caus.* Chassan. *in catal. glor. mund. part. 5. consid. 2 5. n. 25.* Hering. *de jur. burg. c. 1 n. 727.* Etiamsi palatiis hisce nihil pro signo securitatis adscriptum sit, *arg. d. l. 1. C. de his, qui per met. jud. l. ult. ff. quod met. c. aut facta. dist. 1. de pœnit.* Solent tamen Principes Imperii in palatiis, aliisque locis publicis, an den Schlössern/ Residentzen/ affigere signum & inscriptionem pacis publicæ, Burg-Frieden/ quo loca ista sanctificentur, & ab omni scelere & injuria immunia sint, Harp. *ad §. sancta. 10. n. 22. I. de rer. divis.* ubi si quis temere aliquid admiserit & quempiam læserit, tanquam violator pacis, acrioribus pœnis & plerumque manus amputatione puniri solet, *l. sacra. 9. §. propria 3. ff. de rer. divis. l. prætor dixit. 7. §. fin. l. 8. ff. de injur.* propterea quod ipse pacem violaverit, daß er den Burgfrieden gebrochen/ & in contemptum Principis deliquerit, Harpprecht. *d. §. 10. n. 22.* Kyllinger. *de ganerb. castr. discurs. 3 n. 55.* Hering. *de jur. burg. c. 1. n. 723.* Ubi tamen requiritur, ut dolosè quis deliquerit, & injustè aliquem aggressus fuerit, cum injuriæ propulsatio terminum vel limitem non agnoscat, *l. scientiam. 45. §. qui cum. 4. ff. ad L. Aquil.* Hering. *de jur. burg. c 1. n. 730.* Dn. Nicol. Myler. *dissert. de Statib. Imper. concl. 58. n. 3.* Quod si quoque quis in loco securitatis insultatus, inculpatæ tutelæ moderamen excesserit, de excessu tantum puniri potest, *l. adulterium. 38. §. Imperator. ff. ad L. Jul. de adult.* Schneidewin. *ad §. 1. n. 18. I. de jur. natur. gent.* 11 12

An autem provocans aliquem in loco securitatis, da der Burg-Frieden ist/ aut gladium stringens, vel in confinibus palatii, vel in atrio ac cortile aliquem offendens, in pœnam violatæ pacis incidat? Negativam communiorem esse, tenet Dn. Nicol. Myler. *de Statib. Imper concl. 58. n. 7.* cum in odiosis verba constitutionis propriè sint accipienda, *l. 1. §. is, qui navem. ff. de exerc. act. l. cum quidam. 19. ff. de lib. & posthum.* & interpretatione molliendæ potius sint pœnæ, 13 14

quàm

quàm exasperandæ, *l. interpretatione. 42. ff. de pœn.* Olim quoque in castris apud signa, tanquam apud asyla, quis se tueri & à captivitate liberare poterat, Tacit. *lib. 1.* Mager. *de advoc. cap. 15. n. 86.*

Das Kloster zum Heil. Grab in Speyr/ ist Anno 1228. von Kayser Friderico II. dahin befreyet: Daß/ welcher in das Kloster oder dessen Zwäng und Bänn kommet/ der jemands entleibt oder beschädigt / der habe Freyheit: doch seynd darvon offentliche Räuber und Mörder außgeschlossen. Niemand soll ins Klosters Bezirck einigen Menschen mit Gewalt fangen / umbbringen/ oder mit Gewalt mit ihme verfahren/ sie sollen keiner Jurisdiction, Herrschafft oder Obrigkeit Geistlichen Gewalts unterworffen seyn / sondern allein dem Patriarchen zu Jerusalem/ Ertz-Bischoff und Bischoff sollen sie handhaben/ und ihnen kein Leid begegnen lassen/ die Bischoff zu Speyr sollen sie weder an Leib noch Gut beschweren/ sondern schützen und schirmen/ niemand soll im Bistum Speyr ihre Güter verhafften / bekümmern oder auch mit Recht anhalten/ sondern sein Klag wider das Convent vorm Bischoff zu Speyr außtragen: Haben mögen Todschläger/ Ehebrecher / Hurer/ Rauber/ Meinaydige/ Weiber die ihre Kinder ertruckt/ die in Kirchen Blut vergossen/ von aller Bestraffung ledig sprechen/ und in der Kirchen Gemeinschafft annehmen/ wann sie Buß thun / und fromm werden wollen. Leheman. Chronic. Spirens. *l. 5. c. 73. fol. 570. col. 2.*

15 Inter Germaniæ Asyla memoratur imprimis libera domus Monasterii Adelbergensis in Civitate Imperiali Eslingensi, vulgo der Freyhoff dicta, cujusmodi privilegium Imperatores Fridericus *anno 1484.* Maximilianus *anno 1513.* Carolus V. *anno 1552.* & Ferdinandus *anno 1559.* confirmarunt, & extat *in documentis rediviv. monaster. VVürtemberg. fol. 105. seq.* Ejusque inter alia tenor hic est: Daß nun hinfüro eine jede Person/ die umb Missethat und Verhandlungen an Ehren / Leib und Leben mit Recht gestraffet werden möcht/ und in den berührten Hoff/ so ferr der mit Mauren und sonst begriffen/ und umbfangen ist / und dem ein Abbt/ Convent und ihr Anwalden daselbs/ zu der Willen und Gefallen solche Personen ein / und der Freyheit geniessen lassen / stehen soll / solches zugibt und vergunnet/ weichet/ darinn frey seyn soll. Also daß sie / und niemands / in was Würden / Stats/ oder Wesen die seyn / darinne nicht bekummert / beleidiget/ beschwert/ noch darauß genommen/ oder Hand an sie gelegt / noch sie auch darinnen keines wegs beleidiget werden / die obberührten Personen/ so auch also darein fliehen/ sollen in dem Gemach/ ihnen darzu geordnet und gemachet / bleiben/ und ihr Wohnung darinnen haben/ oder wohin sie von einem Prælaten zu Adelberg / oder von seinem Anwald zu bleiben/ in obgedachtem Freyhoffe / bescheiden werden / ze haben / so lang als einem Prælaten zu Adelberg geliebt/ und nicht länger/ auf ihren eignen Costen/ ohne des gemeldten Gottshauß zu Adelberg Schaden. Dann ein Prælat und Convent zu Adelberg/ noch ihre Anwaldt/ nicht schuldig noch verbunden seyn/ ihnen einigerley Handreichung zu erzeigen/ oder ze thund / sie thuen es dann auß freyem guten Willen. Und so ein Prælat je zu Zeit zu Adelberg ihnen solch Freyheit abkundte/ als er dann zu thun Macht hat/ so sollen alsdann sie weichents halb seyn/ und in den nächsten zweyen oder dreyen Tagen ungevarlich nach solchem abkunden/ ohne alle Widerred abziehen/ &c.

16 In oppido Würtembergico Neopyrgo, Neuwenburg/ tuto versari licet ei, qui animi impetu cædem commisit, per sex hebdomadas &
tres dies, Mager. *de advoc. c. 15. n. 95.* In Alsatiæ 17
oppido Austriaco Oberberckeim / ei, qui homicidium animi impetu perpetravit, ad dies vitæ, sive centum annos, & unum diem, tuta est mansio: Sicuti etiam in monasterio Creutzlingensi extra mœnia Constantiensia, Mager.
d. c. 15. n. 96. & 97. Augustæ Vindelicorum apud 18
S. Udalricum ad triduum libertas manendi, & tertio quoquo die ulterior manendi facultas ab Abbate petenda est, Crus. *annal. Suev. part. 3.*
l. 2. c. 17. & l. 8. c. 19. in princ. Imperator Henricus 19
VI. Brisacum Brisgoiæ oppidum pauperibus Asylum ædificasse dicitur, Frisingens. *l. 7. cap. ult.*
Imperator Carolus V. *anno 1541.* singulare Asy- 20
li privilegium concessit Monasterio Salmansweiler, ita ut in eo, & omnibus ejusdem pagis, villis & judiciis, Bannitis tutò esse liceat, cujus privilegii verba refert Matth. Klock. *in antecateg.* Salmansweil. contra Heiligenberg. *fol. 165. ibi*: Wir haben ihme auch die andern Gnad und Freyheit gethan / daß sie mögen in ihrem Gottshauß/ und in allen desselben Gerichten / Dörffern/ Weiler/ und Höffen/ offen verschrieben Echter/ gleichwol wider Verbott / Hoff-Land- und andern Gerichten / ohn alle Straff/ ihr und den ihren enthalten / doch dem Kläger
zu seinem Rechten/ rc. Ordinem quoque Teuto- 21
nicum der Teutsche Orden ab Imperatore Carolo IV. *anno 1378.* privilegium obtinuisse, daß alle deß Ordens-Häuser in allen Teutschen Landen / und darzu alle/ die mit ihr Leib und Guth da einfliehen / frey und sicher seyn/ also daß niemand ihr Leib noch Guth darauß frevenlich/ noch mit Gewalt nicht nehmen soll / in keine
Weise/ refert Klock. *1. cons. 10. n. 338.* Singulari 22
quoque asyli privilegio munita est civitas Reutlingensis, quod relatum est *infra lib. 3. cap. 44. num. 24.* Adde hisce Asylis Brichstenstatt oder Brichsendorff / in Burggraviatu Norinbergico quod & jure Asyli gaudere, notat, Dn. Limnæ. *de jur. publ. tom. 4. l. 5. c. 7. in not. ad num. 25. fol. 775.* Item / ein Baurenhoff in dem Dorff Castel in Franckenland/ den Marggraffen von Brandenburg und den Graffen von Castel gehörig / daselbst hat ein jeder Todschläger 3. Tage Freyhung / nach deren Endung mag er 3. Schritt auß dem Hofe thun/ und wieder hinder sich gehen / alsdann hat er abermals 3. Tage Freyhung und also fortan. Limn. *d. c. 7. n. 33. fol. 815.* Jure Asylorum gaudent alle Teutsche Ordens-Häuser/ ex privilegio Imp. Ruperti de Anno 1403. referente Limn. *d. J. P. tom. 4. l. 6. c. 2. fol. 28. in pr.* In dem Stättlein Wildbad / haben diejenige / so einen ohngefährlichen Todschlag begangen/ vermög Kayser Caroli V. Freyheits-Brieff / allda Jahr und Tag Freyhung. Martin. Zeiler. in der kleinen Schwäbischen Chronick sub Anno 1530. *fol. 95.* In dem Stättlein Leipheim an der Tonau/ Ulmischer Herrschafft/ ist ein Freyhoff/ darinnen der Pfarrherr und Forstmeister wohnen / in welchem ein Freyhung vor die Todschläger/ die ohnversehens einen Todschlag begangen/ auf ihr Lebenlang: Aber die Ulmische Unterthanen haben allda keine Freyhung/ auch die Schulden halber außtretten/ nicht. Martin. Zeiler. *topogr. Suev. verb. Leipheim pag. (m) 314* In dem Dorff Grossen-Aspach/ so halb Würtemberg. halb Sturmfederisch/ drey viertelstund von Backnang/ liegt ein Freyhoff/ denen von Hallweyl gehörig/ der Bet-

telhoff genannt/der hat die Freyheit für ohngefähre Todschläger 24. Stund.

23 Asylorum jus sine omni dubio Imperator concedit. Sed anne Principes & alii Status Imperii Asyla in suis territoriis constituere, & locum aliquem ita privilegiare possint, ut homicidæ illic refugientes à pœna liberentur, non immeritò dubitatur? Et distinguit Dn. Nicol. Myler. *dissert. de Statib. Imper. concl. 57.* ita, ut quoad non subditos, id non liceat, cum hoc solummodò Imperatoris reservatum; secus verò sit, quoad subditos in Principis ac Status territorio delinquentes, *arg. l. 1. C. de his, qui ad Stat. Princ. confug. l. quid sit. 17. §. apud. 12. ff. de adil.*
24 *edict.* Quia delinquens in Principis territorio, territorii tantum Domini jurisdictionem violare dicitur, *l. convenit. ff. de offic. præs. l. capitalium. 28. §. famosos. 15. ff. de pœn. l. si cui. 7. §. pen. ff. de accusat.* & sic etiam injuriam illam remittere potest, in quem illa commissa est, *l. non solum. 11. §. 1. ff. de injur.* Atque ita etiam Illustrissimum Ducem Würtembergiæ Fridericum novæ urbi Freudenstatt/ hujusmodi immunitatem concessisse, & Fridericum IV. Electorem Palatinum novæ civitati Manheim/ refert Georg. Ritterhus. *de asyl. c. 5. n. 5.*

25 Constituta sunt hujusmodi Asyla & Ecclesiarum refugia, non ut delinquentes omninò immunes existant, & omnes ad eadem confugientes ab omni pœna liberi existant, sed à carceris tantùm molestia & pœna liberentur, & ex locis istis privilegiatis causam suam commodius defendere possint, Rittershus. *de asyl. c. 7. n. 2.* Layman. *4. Theol. moral. tract. 9. c. 3. n. 1.* & temporariam securitatem habeant, nec id absolutè, & non nocentibus, sed læsis, unde etjam à Principe revocari potest, quemadmo-
26 dum Tyberius olim immunitatem asylorum, ne qua esset peccandi licentia, semel in toto orbe abrogavit, uti refert Molinæ. *in apost.* ad Alex. *consf. 145. n. 3. lit. a. vol. 7.* Joan. Bart. Bajard. *in apost. ad* Jul. Clar. *§. fin. quæst. 30. n. 32. & 33.* ubi testatur Sixtum V. hujusmodi franchisias & asyla Cardinalium sustulisse, Hort. Cavalcan.
27 *de brach. Reg. p 2. n. 32.* Et Galliæ Regem Franciscum I. generali constitutione *anno 1535.* immunitatem sustulisse in civilibus, ne hac occasione creditores debitorum frustrationem paterentur, atque etiam in criminalibus, ut reus comprehendi, & judicium exerceri possit, salva redintegratione, causa cognita, si venia dignus inveniatur, nec de atroci crimine convictus, tradit Molinæ *d. l.* ubi etiam Canonistas reprehendit, quod immunitatem hujusmodi ultra Ethnicos, ad perpetuam personæ immunitatem extendant, Klock. *consil. 10. n. 314. seq.* Limnæ. *in notit. regni Franciæ. l. 1. c. 8. lit. K. pag. 182.*

28 Patrocinantur igitur hujusmodi asyla & locorum refugia delinquentibus imprudenter & sine dolo malo vel non ex proposito, & sic innocentibus, ut hi serventur & ab injuriis defendantur, Klock. 1. *consil. 10. n. 324.* Et Asylorum hæc securitas competit, 1. homicidis imprudentibus, & qui non ex proposito & dolo malo, sed casu aliquo fortuito, vel ad sui defensionem vel iracundia moti, homicidium commiserunt, so etwan auß Hitz deß Zorns übereilet/ seu in aliud quoddam infortunium inciderunt, *Exod. 21. v. 12. seq. Deuter. 4. v. 41. & seq. 19. v. 4. & 5. Novel. 17. c. 7.* Gumpeltzhaim. *de civitat.* apud Arumæ. *tom. 2. disc. 9. concl. 246.* Dn. Nicol. Myler. *de Statib. Imper. concl. 57. n. 5.* Idque nominatim privilegio Reutlingensi insertum est, ibi: So auß Hitz deß Zorns/oder zu Auffenthalt und Rettung ihres Lebens/ ausserhalb der Statt Reutlingen und den Zehenden und Ettern daselbst Todschlag thun oder vollbringen.

2. Debitoribus ex infortunio quodam obæratis, qui metuunt, ne à creditoribus in car- 29
cerem conjiciantur *l. præsenti. 6. in princ. ibi: exigi, quæ ab ipsis debeantur. & §. 3. ibi: monitus fuerit in publico privatovè contractu actione civili. C. de his, qui ad Eccles. confug.* Harpprecht. *ad §. 1. n. 30. l. de his, qui sui vel alien. jur.* Et olim triplici homi- 30
num generi perfugium in asylis fuit, servis, obæratis & maleficis, Lipsius *in not. ad l. 3.* Tacit. *annal.* Schönborn. *1. polit. c. 14. vers. neque sicariis.* Et cum delicti etiam gravis reus, ad Ecclesiam confugiens, in ea tutus sit, ut inde extrahi nequeat, *c. inter alia. 6. X. de immunit. Eccles. confug.* cur non etiam hac immunitate gaudebit, qui civiliter tantum deliquit, Harppr. *d. §. 1. n. 32.* Quod tamen non procedit, si asyli privilegium de homicidio & aliis delictis casualibus loquatur, nominatim, tum enim hoc ad debitores extendi non poterit, cum hujusmodi immunitates sint odiosæ & stricti juris, & sic ad casus alios & diversos extendi nequeunt, *arg. c. Odia. de R. I. in 6.*

3. Quod si quoque homicidium committens se in Ecclesiam, vel asylum per fugam recipere satagat, apparitores autem eum insequantur, ille verò pedum celeritate lictores vincat & asylum attingat, priusque ab ipsis prehensus fuerit, an hoc casu lictoribus integrum sit asylum ingredi, & homicidam extrahere? Et licet hoc affirment Alex. *consf. 24. n. 26. lib. 2.* Cyn. *in auth. si quis ei. C. ad L. Jul. de adult.* Hippol. de Marsil. *in l. unic. n. 110. & seq. C. de rapt. virg.* Rectius tamen contrarium asserere mihi videntur, per *d. l. præsenti. 6. C. de his qui ad Eccles. d. c. inter alia 6 X. de immun. Eccles.* Covarruv. *2. var. resol. c. 20. n. 12.* Gigas *de crim. læs. Maj. libr. 1. rubr. qualiter & à quib. crim quæst. 10. n. 3.* Clar. *§. fin. quæst. 30. n. 19.* Farinac. *tract. de carcer. quæst. 28. n. 41.* Harppr. *d. §. 1. n. 58. l. de his, qui sui vel al.* 31

4. Idem quoque esse, si ob delictum aliquod in carcerem conjectus, rupto carcere aufugiat, & in asylum se recipiat, ita ut ibidem tutus sit, & in carcerem redigi nequeat, Boër. *decis. 1. o. n. 8. & 9.* Covarruv. *2. var. resol. c. 20. n. 10.* Clar. *§. fin. quæst. 30. n. 19.* Decian. *pract crim l. 6. c. 28. n. 28.* Farinac. *de carcer. quæst. 28. n. 42.* Harppr. *d. §. 1. n. 84.* 32

Non verò asylorum & Ecclesiarum hæc privilegia competunt illis, qui ex proposito delinquunt, non enim legis beneficio uti meretur, qui contra authorem legis committit, *c. fin. X. de immunit. Eccles.* Et lex divina vult, ut rapiatur ab altari & digno supplicio subjiciatur scelerosus, *Exod. 21. v. 14. 1. Reg. 2. v. 19. & 34.* Non enim ex domo Dei & orationis facienda est spelunca latronum, *Lucæ. 19. vers. 26.* Unde 34 33
Tyberius, cum templa Græcorum pessimis homi-

hominibus complerentur, eodem subsidio obœrati adversus creditores, suspectique capitalium criminum receptarentur, asyla Græcorum lustravit & repurgavit, Tacit. 3. annal. Et Augustus Cæsar asyla à veteribus constituta itidem abrogavit, ne proposita immunitatis spes causam facinoribus daret, Sueton. & Dion. in August.

35 Nec proficiunt Pontificum constitutiones, quibus indifferenter omnibus, paucis exceptis, immunitatem concesserunt & maleficis Ecclesias aperuerunt, c. inter alia. 6. & fin. X. de immun. Eccles. c. verum. c. definivit. caus. 17. quæst. 4. Cum enim hujusmodi constitutiones neque jure naturali neque divino nitantur, sed eidem contrarientur, ideò easdem non esse observandas, & in desuetudinem abiisse, non obscurè adserit, Clar. prax. crim. §. fin. quæst. 30. vers. scias tamen. Boss. in pract. tit. de captura. n. 31. Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 29. n. 6. Cujusmodi consuetudinem validam esse, in terminis asyli, docet Alciat. de præsumpt. 33. num. 4. eandemque optima ratione fundatam esse, ne domus Dei fiat spelunca latronum, scribit Damhouder. in prax. crim. cap. 10. n. 21. seq. Et quod in Gallia & Germania confugiens ad Ecclesiam non gaudeat immunitate, testatur Papiens. in form. inquisit. vers. ex his. cum Reipubl. intersit, delicta non manere impunita.

36 Hinc Ecclesiarum & asylorum immunitate non gaudent 1. homicidæ dolosi, & qui animo deliberato & ex præposito aliquem occidunt, Exod. 21. v. 12. seq. Deuteron. 19. v. 11. 12. & 13. Novel. 17. cap. 7. c. 1. X. de homicid. Clar. §. fin. quæst. 30. n. 12. Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 28. n. 15. Farinac. pract. crim. tit. de carcer. quæst. 28. n. 23 seq. Joseph. Ludov. decis. 16. n. 33. seq. lib. 1. Heig. part. 2. quæst. 24. n. 51. seq. Mager. de advoc. cap. 8. n. 35. Harpprecht. d. §. 1. n. 16. seqq. ubi ad contraria respondet.
37 2. Virginum raptores, Novel. 17. c. 7. Harpprecht. d. §. 1 n. 45. seq. l. de his, qui sui vel alien. Farinac. d. quæst. 28. n. 17. seq. Covarruv. 2. var. res. cap 2. n. 8. nisi virgine consentiente raptus sit factus, c. lex illa. 2. in fin. & c. de raptoribus. 3. caus. 36. quæst. 1. ut explicat Harpprecht. d. l. n. 46. Decian tract. crim.
38 lib. 6 cap. 28. n. 20. 3. Adulteri, Novel. 17. cap. 7. Rittershus. de jur. asyl. cap. 6. num. 11. Harpprecht. d. §. 1. n. 48. l. de his, qui sui vel alien.
39 4. Fures, Harpprecht. d. l. n. 26 seq. 5. Templo-
40 rum violatores, latrones, viarum grassatores, nocturni agrorum depulatores, proditores, Covarruv. 2. var. resol. 20. n. 7. seq. Damhouder. prax. crim. cap. 106. n. 19. Farinac. d. quæst. 28. n. 16. 23. & 50. Joseph. Ludov. decis. luc. 16. n.
41 33. seq. Klock. cons. 10. n. 361. 6. Qui in ipso asylo delinquunt, & sagitta, jaculo vel sclopeto emisso alium extra asyli locum occidunt, Covarruv. d. cap. 20. n. 15. Decian. d. cap. 28. num. 6. Farinac. d. quæst. 28. n. 61. Harpprecht. d. §. 1. n. 38. seq. Quod idem est, si in Ecclesia vel asylo existens alicui mandaverit, ut aliquem extra asylum occideret, isque occiderit, Harp-
42 precht. d. l. n. 43. & seq. 7. Nec Banniti tutum in asylis receptaculum habent, Farinac. d. quæst. 28. n. 47. Mager. de advocat. cap. 8. n. 82 seq. Harpprecht. d. §. 1. n. 62. seq. l. de his, qui sui vel alien. jur. 8. Sicuti nec Judæi delinquentes, & 43 ad Ecclesiam confugientes, l. 1. & ibi gloss. & Salicet. C. de his, qui ad Eccles. Farinac. d. quæst. 28. num. 68. Harpprecht. d. l. n. 67. & 68. seq. Mager. de advocat. cap. 8. n. 238. ubi hoc etiam procedere asserit, si ad seculare asylum confugiant, ibidemque baptizentur & fidem Christianam assumant, post Decian. tract. crimin. lib. 5. cap. 15 n. 2. Rittershus. de jur. asyl. cap. 6. n. 3. seq. Mager. de advocat. cap. 8. n. 220. seq. 9. Conde- 44 mnatus ad mortem, qui dum à Carnifice ad supplicium ducitur, vinculis sese eximit, & in Ecclesiam vel asylum sese recipit; quamvis enim hunc liberum existere concludant, Decian. d. cap. 28. n. 29. Boër. decis. 110. n. 9. Farinac. d. quæst. 28. n. 44. in fin. Harpprecht. d. §. 1. n. 57. seq. l. de his, qui sui vel alien. Contrarium tamen, tanquam verius defendunt, Covarruv. d. cap. 20. n 6. Rittershus. de jur. asyl. cap. 2. n. 3.

Sed anne hisce casibus judici & magistratui 45 seculari licitum sit, personas hasce, propria authoritate ab Ecclesiis & asylis distrahere, inter Dd. non convenit? Et quod Episcopus vel Prælatus delinquentem tradere, vel is primùm à seculari Judice, antequam maleficus extrahatur, requiri debeat, tradunt Guid Pap. decis. 121. num. 1. in fin. & n. 4. Steph. Aufrer. ad capel. Tholosan. decis. 423. n. 6. ita ut concedere licentiam judicibus extrahendi de Ecclesiis enormium delictorum perpetratores de reservatis Papæ esse, scribat Gigas de crim. læs. majest. in princ. quæst. 80. n. 4. E contra verò, & quod in omni casu, in quo reus Ecclesiæ immunitate non gaudet, judex & magistratus laicus, delinquentem ab Ecclesia extrahere possit, etiam sine licentia Episcopi, alii tradunt, idque ita servari, tradit Boër. decis. 100. num. 2. & in curia Delphinatus practicari, scribit Guid. Pap. d. decis. 121. & moribus & praxi Christiani orbis hoc ita receptum testatur, Covarruv. 2. var. resol. cap. 20. n. 18. & esse communem opinionem, refert Clar. § fin. quæst. 30. num. 20. Idque propterea, quod Prælati & Judices Ecclesiastici se valdè difficiles reddant, & interea, dum requiritur & expectatur licentia, sæpe clerici faciant delinquentes aufugere, Farinac. d. quæst. 78. n. 75.

Ut autem ad asyla confugientes tuti sint, & 46 constet, an tale delictum commiserint, quod veniam, & non mortis supplicium mereatur, magistratui facti speciem & circumstantias exponere tenentur, prout servatur Reutlingæ, ubi confugiens ad certos articulos examinatur, & si delictum deprehendatur, privilegio consimile, wann ihn die Freyheit leiden mag / in tutelam recipiatur, de quibus infra lib. 3. cap. 44. n. 28.

CAPUT XXIX.

De Jure concedendi Jus Civilitatis, sive recipiendi Cives, Burgerrecht.

Summaria.

1. Civitates Imperiales habent jus concedendi jus civilitatis.
2. Quod differt à jure Civitatis.
3. Ius civilitatis à quovis magistratu etiam municipali concedi potest.
4. Quid sit?
5. Civis quis propriè sit & dicatur?
6. Civis & subditus differunt.
7. Civium nomine veniunt etiam illi, qui sunt in diœcesi & Comitatu, & suburbani.
8. Burger unde dicantur?
9. Burgenses qui sint?
10. Cives à rusticis quomodo discernantur?
11. Nomine Burger alicubi Patritii veniunt.
12. Ædes patriciorum publicæ vocantur Burgerstuben.
13. In multis Civitatibus cives dividuntur in Nobiles sive Patricios, & plebejos.
14. Alibi tres civium ordines sunt, Patricii, mercatores & opifices.
15. Villani quoque Cives Burger dicuntur.
16. Cives quotuplices.
17. Originarius civis quis sit?
18. Ius civilitatis à parentibus ad liberos transit.
19. Nisi consuetudine aliud obtineat.
20. Originarius civis dicitur necessarius & naturalis.
21. Civitate Romana nemo fruebatur nisi utroque parente civis natus.
22. Iure civili, patre cive natus civis est.
23. Nisi privilegio aliquo materna origo censeatur.
24. Alicubi civis efficitur in loco, ubi uxorem duxit.
25. Assumptus & peregrinus civis quis sit?
26. Hic aliis civibus similis, iisdemque privilegiis utitur.
27. An consultum sit, exteros in civitatem recipere?
28. Peregrini facilè in proditores abeunt.
29. Peregrini peregrinos mores in civitatem inducunt.
30. Multi peregrinos in cives non receperunt.
31. Alii eosdem receperunt.
32. Peregrini Respublicas nonnullas florentissimas fecerunt.
33. Certis conditionibus recipiendi sunt.
34. Verus & plenus Civis quis sit?
35. Partialis civis quis?
36. Nobiles Cives qui dicantur?
37. Nobiles hodiè in Civitatibus Imperialibus non facilè recipiuntur.
38. Quod etiam in Ducatu VVürtembergico usuvenit.
39. Secus est Argentinæ, ubi Nobiles Cives esse oportet.
40. Quare Nobiles è Civitatibus in agros & villas emigraverint?
41. Norimbergæ olim tribuni plebis patricios ejecerunt.
42. Idem Brunsvvigæ factum.
43. Nec non Geunæ.
44. Dissidium Hallense inter patricios & plebejos.
45. Tigurina urbe quare Nobiles nonnulli exiverint?
46. Et quare Florentini & Mediolanenses Nobiles alias sedes quæsiverint?
47. Patritii quinam sint & dicantur?
48. Romanorum Patritii quinam fuerint?
49. Hodie quinam Patritii dicantur?
50. Patritii unde vocentur die Geschlechter?
51. Vocantur etiam Junckhern.
52. Nec non Domi-Nobiles, Stätt-Junckheru.
53. Land-Junckhern quinam?
54. In Rebuspublicis nonnullis alii dicuntur Adeliche/ alii Erbare Geschlechter.
55. Adeliche Geschlechter unde dicantur?
56. Rathsfähige Geschlechter quinam dicantur?
57. Dicuntur quandoque Erbare Geschlechter.
58. Saltz-Junckhern quinam sint & dicantur?
59. Sunt Patritii, quibus Nobilitas ab Imperatoribus collata & confirmata.
60. Quales Norimbergæ & alibi reperiuntur.
61. An & quatenus Patritii Nobilium privilegiis gaudeant.
62. Alius patritiis quàm Nobilibus in Imperii constitutionibus vestitus præscribitur.
63. Antiquis temporibus Nobiles illi tantùm dicebantur, qui in civitatibus habitabant.
64. Imperator defectus patritiorum supplet.

65. Pa-

65. Patritii proximum post Nobiles gradum sustinent.
66. Olim ad Collegia Ecclesiastica superiora admissi.
67. Poppo ex Hallerorum familia Ordinis Equitum Hierosolymitanorum supremus Magister fuit.
68. Ad ludos Equestres olim admissi.
69. Patritiorum dignitas unde vilescere cœperit?
70. Hodie ad torneamenta non admittuntur.
71. Patritii duplicem, patritiatus & nobilitatis dignitatem habentes, cur patritiatus der Geschlechter *nomen retineant?*
72. Friburgeri, sive cives liberi, Freyburger / *quinam & quotuplices fuerint?*
73. Ratzenburger *qui dicti?*
74. Pfalburger *quinam dicantur?*
75. Pfalburgerorum receptio quare in Aurea Bulla & aliis constitutionibus inhibita?
76. Hodie Pfalburger / Pactburger *qui dicantur?*
77. Dicuntur Schutz- und Schirmbsverwante.
78. Incolæ & advenæ quinam dicantur?
79. Incolæ Statutis Civitatum obligantur.
80. Incolæ & cives quomodo differant?
81. Magnum incolarum numerum in civitatem recipere periculosum.
82. Ab incolis differunt inquilini.
83. Confœderati cives quinam?
84. Honorarii cives apud Helvetios & alios?
85. Cives Romani quinam olim fuerint?
86. Roma communis patria.
87. Civium Romanorum commoda varia erant,
88. Quænam commoda hodie habeant à Pontifice vel Imperatore Romano, cives Romani creati?
89. Gradus Civium Romanorum quinam fuerint olim?
90. Coloniarum jus quale olim apud Romanos.
91. Municipes quale jus obtinuerint?
92. Vectigales cives quales?
93. Socii Romanorum quinam?
94. Cives alii sunt superiores, alii inferiores.
95. In Rebuspublicis varii sunt civium & dignitatum gradus.
96. Sicuti etiam in Imperio Romano Statuum varii sunt ordines, & quinam eminentioris conditionis?
97. Quinam inferioris conditionis cives?
98. Nautæ, mendici, aliiq; vagabundi sunt sine domicilio & sine lege.
99. Conveniuntur ubi reperiuntur.
100. Liberi expositiții ubinam cives sint?
101. Habitatio & domicilium civem & subditum faciunt.
102. Domicilium quid sit?
103. Per solam ædium possessionem non adquiritur domicilium.
104. Advenæ ultra annum in civitatibus tolerari non solent.
105. Studiosi in Academiis versantes domicilium ibi habere non censentur.
106. Sicuti nec hospites.
107. Idem est quoad Consiliarios, Syndicos, Advocatos, aliosque officiales.
108. Officiales licet non sint cives, privilegiis tamen civium gaudent.
109. Ratione officii in eo loco conveniri possunt.
110. Quid obtineat in Ecclesiæ ministris & Professoribus?
111. Certo tempore in locis nonnullis jus civilitatis adquiritur.
112. In civium numerum non sunt recipiendi Judæi.
113. Nec homines proprii.
114. Mannrecht *quid sit?*
115. Civitates Imperiales & Nobiles immediati non tenentur aliorum Statuum homines proprios in civium numerum recipere.
116. Ad Electoris Palatini privilegium Imperatoris Ferdinandi Secundi rescriptum refertur.
117. Uxor sequitur forum mariti, ejusq; legibus ligatur.
118. Vidua vel civis filia peregrino nubens jus civilitatis alicubi amittit.
119. In civitatibus quibusdam jus est, ut si homines proprii per certum tempus in illis vixerint, liberi fiant.
120. Spurii in civium numerum non recipiendi.
121. Spuriorum mores & odium.
122. Nonnulli spurios in civitatem recipiendos esse censent.
123. Spurius matris conditionem sequitur.
124. Legitimatis per subsequens matrimonium, testimonium legitimæ nativitatis conceditur.
125. Qui in numerum civium recipi vult, quænam præstare teneatur?
126. In civium numerum extranei non recipiuntur, nisi certam pecuniam, Burgergelt / *solverint.*
127. Quod æquitate non caret.
128. Et apud alios populos usitatum.
129. Quod secus est in originariis civibus.
130. Assumpti cives juramentum fidelitatis præstare tenentur.
131. Quod tamen fœminæ non præstant.

132. Li-

132. Liberi ante receptionem parentum nati, an pecuniam solitam, das Burgergelt *solvere teneantur, loci consuetudo observanda.*
133. Imperator Civitati alicujus Imperiali, vel territorii Dominus Civitati municipali invita, aliquem pro cive obtrudere non potest.
134. Privilegium non attendendum eorum qui prætendunt, se in quibuslibet Civitatibus Imperialibus liberè habitare posse, nec talia privilegia facilimè concedenda.
135. An unus duarum vel plurium civitatum Civis esse possit?
136. Duobus in locis quis domicilium habere potest.
137. Municeps duarum quis civitatum.
138. Et unus aliquis duorum vasallus esse potest.
139. Subditus diverso respectu considerari potest, & n. 157.
140. Patritius quis potest esse duarum civitatum.
141. Per adoptionem jus originis non mutatur, & n. 158.
142. Domiciliũ originis immutabile censetur.
143. Civis civitati totus obligatur.
144. In omni fidelitate nova excipitur antiquior Dominus.
145. Nemo contra seipsum militare cogitur.
146. Vasallus ligius duobus Dominis fidelitatem jurare nequit.
147. Iuri patriæ se quis surripere non valet.
148. Nemo duos Ordines Equestres suscipere potest.
149. Apud Romanos nemo duarum civitatum civis esse poterat.
150. In alienam civitatem transiens, prioris jus amittit.
151. Nemo duorum corporum membrum esse potest.
152. Civis in eo loco, ubi civis est, habitare debet.
153. Recepta est sententia, neminem duobus in locis civem esse posse.
154. Distinguitur inter civitates quæ uni, & quæ diversis Dominis subsunt.
155. Confœderati quatenus sint Cives?
156. Diversa est ratio vasallorum & civium.
159. Forum originis amittitur, quando domicilium relinquitur & novum constituitur.
160. Civis quis esse præsumitur ejus civitatis, in qua reperitur.
161. Amittitur jus civilitatis renunciatione.
162. Homines glebæ adscripti pars fundi censentur.
163. Lassen *qui dicantur.*
164. Renuncians juri civico rationem reddere tenetur de actis tempore sui domicilii.
165. Amittitur jus Civilitatis relegatione.
166. Status nonnulli propter delictum ex Imperii albo deleti.
167. Si civis civitatem deserat, jus civicum amittit.

1 PORRÒ Civitates Imperiales habent potestatem concedendi jus civilitatis, sive recipiendi cives & incolas, das Burgerrecht zu geben / Burger und Einwohner auff- und anzunemmen / Klock. *1. cons. 37. n. 196.* Mager *de advoc. cap. 11. n. 205.* Donawert. *information. part. 2. fol. 332. seq.*
2 Quod differt à potestate dandi sive concedendi jus civitatis, seu condendi civitates, Stattrecht zu geben / veluti quod ad Regalia majestatis pertinet, & soli Imperatori competit, de quo *supra lib. 1. cap. 6. n. 6.* hoc autem Regalibus non adnumeratur, sed à quolibet loci magistratu concedi potest, Card. Tusch. *pract. concl. lit. C. concl. 277. n. 1.* Lancellot. *in templ. omn. judic. lib. 1. cap. 1. §. 4. verb. civilitatem concedit. n. 3.* Petra *de potest. Princ. cap. 15. n. 1.* Laur. Olm. *de jur. Episcop. concl. 13. lit. c.* Besold. *thes. pract. verb.* Statt. *vers.*
3 *notandum.* Adeò, ut hoc ipsum etiam Senatus, & alii magistratus municipales, absque jussu & scientia Domini territorialis, concedere possint, Petra *de potest. Princ. cap. 15. n. 1.* Besold. *thes. pract. verb.* Burger. *vers. cives autem. & de jur. univers. cap. 8. num. 3.* Bruning. *de var. univers. spec. conclus. 50.* Gylman. *symph. tom. 5. relat. 10. n. 1. seq. fol. 47.* Buxtorff. *ad Aur. Bull. concl. 99. lit. e.* Ziegler. *§. Civitas. concl. 1. n. 11.*

Est autem jus civilitatis, potestas utendi fruendi commodis, privilegiis & libertatibus civitatis, Hœnon. *polit. disp. 2. concl. 24.* & consistit in Burger-Recht / Burgerlicher Freyheit / Wohn / Weid / Trieb und Trab / und andern gemeinen Nutz und Niessungen / Christoph. Ming. *de super. territ. concl. 55. in fin. & concl. 82.* Atque hoc etiam jus recipiendi cives nonnullarum civitatum Imperialium privilegiis insertum est, sicuti civitati Esslingensi concesso privilegio Imperator Fridericus *anno 1315.* & Carolus IV. *anno 1354.* inseruit, daß sie mög Burger annehmen / und selbige zu Eßlingen mögen wohnen / und sollen Steur / Dienst / und all andere Sachen thun / als andere ingesessene Burger / ohne menniglichs verhindern. 4

Civis à variis politicis variè definiri solet, prout videre licet apud Besold. *de jur. ordin. civ. cap. 1.* Hœnon. *polit. disp. 1. concl. 8.* Aristot. *3. polit. 1.* civem definit, quod sit is, qui particeps est judiciorum & magistratuum, Velsten *polit. quæst. cent. decad. 4. quæst. 7.* ubi civem definit socium sua familia certæ civitati adscriptum, qui civitatis fruitur prærogativa. Et Clem. Timpler. *lib. 1. polit. c. 5.* civem definit, personam legibus civitatis obstrictam, ejusdemq; privilegiorum participem. Bodin. *de republ. lib. 1. c. 6.* civem esse ait, liberum hominem, summæ alterius potestati obligatum, &c. quam tamen definitionem 5

6 nimis latè vagari ait Velsten. *d. l.* cum ad quemlibet subditum se extendat, cum tamen civis & subditus differant, & civis angustiore significatu accipiatur, quam subditus, Ulric. Wolff. *polit. disp. 13. conclus. 17.* VVolfg. Heider. *in system. polit. cap. 2. fol. 217. & seq.* Civis enim subest quidem jurisdictioni magistratus; at subditus esse potest, qui non sit civis, veluti incola domicilium habens, indeque Joh. Bruning. *de homag. concl. 257.* in eo subditum à cive distinguit, quod subditi nomen designet actualem subjectionem Reipubl. debitam, civis autem dicatur, quatenus est civitatis membrum, antequam politia seu imperium accedat. Quod etiam statuit Joh. Harnisch *differt. de subdit. vasall. & client.* apud Arumæ. *tom. 2. discurs. 26. concl. 11. & seq.* ubi in eo distinguendum esse dicit subditum à cive, quod subditus relativè se habeat ad imperantem, ut membrum Reipublicæ, civis absolutè ut membrum civitatis consideretur, sine ullo regiminis aut subjectionis respectu. Ex quo intelligitur latius patere subditi appellationem, quàm civis, & hunc dignitate & jure potiorem esse illo. Multi enim sunt vel facilimè fiunt subditi in Republica, qui tamen cives non sunt, ut servi, incolæ, rustici, & alii, qui bona illic possident, quorum respectu Reipubl. illi subjiciuntur, at non protinus ejus civitatis cives efficiuntur, quod difficulter & plerumque non nisi pretio obtinetur, Christ. Liebenth. *in colleg. polit. exerc. 5. concl. 41.* Quod dum civis vocabulum absolutè & abstractivè consideratur, nullo habito respectu ad Rempublicam subjectionem actualem nullam designet, sed communionem & socios æquales denotet. Verùm cum Respublica, quæ est forma & ordo illius societatis, varias habeat species, factum esse, ut hodie ratione Reipubl. varia fit civium conditio. Respublica ergo est, quæ vagam civium libertatem contrahit & circumscribit. Quantū igitur interest, inter civitatem & Rempublicam, tantum etiam interest inter civem & subditum. Hinc fit, ut distinguantur civilia à juribus Reipubl. sicuti videmus in pluribus civitatibus, quod ea, quæ sunt civitatis Statt-Sachen/ sint tantum penes senatum civitatis; ea verò, quæ sunt Reipubl., die Jurisdiction Sachen/ penes magistratum superiorem. Diverso igitur respectu aliquis civis & subditus esse potest; civis, ratione societatis civilis; subditus, ratione Reipublicæ. Verum hæc duo civis & subditus plerumque confunduntur, sicuti & civitas & Respublica, quæ tamen inter sese differunt, *supra lib. 1. cap. 1. n. 51.*

7 Civium nomine veniunt, non tantùm qui sunt in ipsa civitate, sed etiam qui sunt de diœcesi & comitatu alicujus, *Bart. in l. 3. C. de natur. lib.* ubi dicit per *l. 1. ff. ad municipal.* quod ille, qui ex vico est, sortiatur originem ex ipsa civitate, cui subest vicus, & qui vico aut villa nati sunt, dicuntur cives ejus civitatis, cui tributum solvunt, *l. qui ex vico. ff. ad municipal.* Et suburbani in favorabilibus civium appellatione veniunt, *l. ædificia. ff. de V. S.*

8 Germanicè cives dicuntur Burger/ à Burgis, sive à locis muro, vel alio sepimento firmatis, daß man sich darinn sicher verbergen könnẽ/ & quod Burgis inhabitatores dati fuerint, Joh. Limn. *de jur. publ. lib. 7. c. 1. n. 20.* ubi addit, quod Burg à Berg dicitur, Berg verò non solum montem, sed & habitacula notet, unde Herberg/ diversorium, seu ædes omnibus patulæ ad divertendum, cū vocabulum Heer inter alia communitatem denotet, veluti Heerweg/ via communis, Besold. *1. polit. 12. n. 4.* Joh. Lim. *de jur. publ. lib. 4. c. 3. n. 3.* Ex quo olim Burger dicti fuerunt castrorum
seu Burgorū habitatores, Kylling. *de ganerb. castr* 9
disc. 3. n. 114. Sicuti Burgenses dicti, qui in Burgo sive castro habitant, Boër. *decis. 260. n. 8.* Nā cives, die Burger/ olim in turribus habitarunt, sicuti Halæ Suevorum, Esslingæ, & aliis in locis consimiles adhuc turres conspiciuntur, Besold. *de jur. ordin. civ. c. 3. n. 4.* Et Burgenses idem sunt, qui nobis Burger/ Kyllinger. *d. disc. 3. n. 73.* Et Burgenses dicuntur in regno cives, vel homines non feudatarii, qui non in casalibus aut villis habitant, inquit Capyc. *de invest. feud. cap. feuda bonor. appell. §. feudorum Burgenses. & c. feudorum bona appellatione. §. Burgis.* Et sic Burgenses rusticis opponuntur, qui ruri habitant, in villis. & illi vocantur Burgenses, qui in civitate aliqua habitant, Matth. de Afflict. *in constit. Neapol. lib. 1. rubr. 9. n. 40. & 41.* Sicuti etiam vulgus ci-
ves à rusticis, Burger von Bawren/ separare no- 10
vit, & eos, qui habitu tantùm civiliori, & non rustico incedunt, vocare solet, Burger/ Burgersleuth/ die Burgerlich gekleidet seyn/ Kyllinger. *d. disc. 3. n. 80. seq.* Et Burgenses & Cives pro synonymis usurpat Boër. *decis. 269. n 9. & seq.* Et Burgenses sunt, qui jus civitatis habent, Burger/ die in dem Burger-Recht seyn/ Besold. *2. polit. cap. 10. num. 61.* Cujusmodi jus civitatis Boërio & aliis dicitur Burgensia, quasi Burger-Recht/ Boër. *d. decis. 260. per tot.*

Augustæ Vindelicorum frequens est, ut no- 11
mine Burger/ Patritii solùm, die Geschlechter/ appellentur, propter eorum præcellentiam, indeque ædes publicæ, nuptiis Patritiorum, & eorum, qui iisdem per matrimonium cum patriciorum filiabus associantur, (quos vocant, von der mehrern Gesellschafft.) celebrandis, aliisq; rebus inter eosdem publicè peragendis destinatæ, cōmuniter, usuq; ab omnibus recepto, no-
minatur, die Burger-Stuben/ mercatoribus ve- 12
rò, in similem usum extructæ ædes, simpliciter, die Kauffleuth-Stuben / Besold. *de jur. ordin. c. 3. n. 4.* Kyllinger. *de ganerb. castror. disc. 3. n 105. seq.* Quod etiam hic Esslingæ usuvenit, ubi præter tredecim tribus, in quibus comprehensi sunt opifices cujuscunque generis & vinitores, aliæ adhuc sunt ædes publicæ, quibus addicti sunt reliqui civitatis primates Consules, Prætores, Syndici, Advocati, & alii, qui tribubus istis non sunt comprehensi, quæ vocantur, die Burger-Stuben/ de quibus *infra lib. 3. c. 13.* Ita enim in turbis Francofurtensibus nuperis patricii soli sibi plenarium jus civitatis asseruerunt, Besold. *de jur. ordin. civ. cap. 3. n. 4.*

Ex quo etiam in multis civitatibus gene- 3
ralis civium inolevit distinctio, ut alii essent Alte Burger / der Adenlichen und Geschlechter / und der Newen Burger / als der Handwercker / Vel

Vel ut ſcriptor Helveticus Stumpfius ait: In
oppidis liberis & Imperialibus populus omnis
in duos ordines diviſus eſt, Nobilium atque
plebeiorum: Und haben ſich die Alte Adenliche Bur-
ger und Geſchlechter jederzeit von den Handwerckern
und gemeiner Burgerſchafft abgeſondert / Lehman.
Chron. Spirenſ. lib. 4. cap. 14. Quod etiam refert
Munſter. *Coſmograph. lib. 13. cap. 27.* ubi ait: Der
dritte Stand iſt der Burger / die in Stätten wohnen /
etliche seynd Junckhern / und von den groſſen Geſchlech-
tern geboren / die andern seynd ſchlechte Burger: Die
ſchlechte Burger treiben Kauffmannſchafft / oder be-
kümmern ſich mit Handwerckern / aber die andern / die
man Patricios nennet / und von den alten Geſchlech-
tern herkommen seynd / betragen ſich mit ihrem Vätter-
lichen Erbe von Zinß und Gülten. Cujusmodi ci-
vium diſtinctio in Receſſibus Imperii obſerva-
14 tur, ubi tres civium, der Burger / conſtituuntur
ordines, & quidam dicuntur Patritii & Sena-
tores, quidam mercatores, & quidam opifices,
Reformation guter Policey zu Augſpurg / *de anno
1530. tit.* von Burgern und Innwohnern in Stätten.
11. ibi: Item / nachdem in Stätten gemeiniglich drey-
erley Burger und Inwohner ſind / als gemeine Bur-
ger und Handwercker / Kauff- und Gewerbsleuth /
und andere / ſo im Rath von Geſchlechtern / oder ſonſt
Ehrlichen Herkommens / und ihrer Zinß und Renthen
ſich ernehren.

Generaliter autem Burgenſes & Burger ſu-
muntur pro quibuslibet, qui integra jura uni-
verſitatis in aliqua civitate, burgo, villa, vel alio
quocunque loco, vel origine, vel alio modo
15 adquiſiverunt, Boër. *d decis. 260. n. 33.* Nec ra-
rum eſt in Germania, ut etiam villani, qui jura
hæc habent in villa aliqua, præſertim in den
Marcktflecken / reſpectu ejusdem Burger vocen-
tur, Kyllinger. *de ganerb. caſtr. diſc. 3. n. 122.*

16 Cives porrò in genere accepti varii ſunt, ve-
luti originarii, aſſumpti, veri & pleni, & non
pleni, ſeu partiales, Nobiles, Patritii, liberi,
Muntzer / Pfaltzburger / Ratzenburger / inquilini,
incolæ, advenæ, confœderati, honora-
rii, forenſes, cives Romani, Patres conſcripti
apud Romanos.

17 I. Originarius civis eſt, qui originem traxit
ex civitate aliqua, vel qui ex patre, vel avo cive
natus eſt, *l. 1. l. 3. l. 6. l. 17. §. 9. l. 22. ff. ad municipal.*
Gail. *2. obſ. 36.* Menoch. *6. præſumpt. 42.* Et qui
in loco nativitatis propriæ vel paternæ domici-
lium naturale, vel ſedem aut tabernaculum
vitæ & habitationis habet, Gail. *d. obſ. 36. n. 5.*
18 Menoch. *d. præſ. 42. n. 4.* Jus enim Civitatis à
parentibus ad liberos tranſire, arguit, *l. aſſum-
ptio. §. filius, & ibi* Bart. *n. 3 ff. ad municipal.* Niſi
conſuetudine vel ſtatuto aliud introductum
19 ſit, veluti Wormatiæ hoc jus perſonale eſt, &
cum perſona extinguitur, Dn. Lindenſpür. *in com-
ment.* über die Fürſtl. Würtemb. Landsordn. *fol. 4.*
ubi etiam addit, quod Antwerpiæ quicunque
ibi natus eſt, parentes ibi ſive jus civitatis ha-
buerint, ſive non, civis efficiatur, Petr. Weſemb.
20 *conſ. 1. n. 49.* Originarius etiam neceſſarius & na-
turalis dicitur, Gumpeltzhaim. *de civitatib.* a-
pud Arumæ, *tom. 2. diſc. 9. concl. 74.* Et propriè di-
citur civis, *l. cives. C. de incol.* & in materia ſtricta
intelligitur de originario. Tuſch. *pract. concl. lit.
C. concl. 275. n. 1. & ſeq.*

Olim quidem civitate Romana nemo frue- 21
batur, niſi utroque parente cive natus, Livius
libr. 43. Quod etiam Athenis obtinuit, Plu-
tarch. *in Themiſtocl.* Bodin. *de republic. lib. 1. cap.
6.* ſed jure Juſtinianeo patre natus civis eſt, *l.* 22
1. §. 2. ff. ad municip. Quia mulier quamdiu nu-
pta eſt, incola ejusdem civitatis videtur, cujus
maritus eſt, *l. Imperatores. 38. paragraph 3. ff. ad
municipal.* niſi privilegio aliquo materna origo 23
cenſeatur, tunc enim maternæ originis erit
municeps, ut ait Ulpian. *in d. l. 1. §. 2. ff. ad mu-
nicip.* Cujusmodi privilegium Antiochenæ ci-
vitati datum eſſe, docet *l. 22. & 61. C. de decuri-
on.* Sicuti etiam quibusdam in locis civis effi- 24
citur, qui uxorem inde ducit, Vinc. de Franch.
deciſ. 516. n. 85. Bruning. *de var. univerſ. ſpec. concl.
40. lit. a.* Beſold. *de jur. ordin. civ. cap. 3. n. 12.*
Quod etiam innuit jus provinciale Würtem-
bergicum Fürſtl. Würtemberg. Lands-Ordnung.
fol. 318. ſeq.

II. Aſſumptus, ſive advena & peregrinus ci- 25
vis, qui aliunde adveniens, & domicilium ſu-
um in civitate aliqua conſtituens, in numerum
civium receptus eſt, qui etiam voluntarius di-
citur, quod ſcilicet receptus & inſcriptus ſit in
jus civitatis ob domicilium, quod in ea conſti-
tuit, *l. 3. l. 22. l. 27. l. 29. l. 34. & 35. ff. ad municipal.
l. 19. §. 2. ff. de judic.* Et dicitur etiam cooptatus
& receptus civis, per *l. 29. ff. ad municip.* Althuſ.
polit. cap. 5. Et hujusmodi cives aſſumpti civi- 26
bus originariis in omnibus ſimiles ſunt, & pro
originariis habentur, iisdemque privilegiis u-
tuntur, & oneribus civitatis ſubjiciuntur,
Tuſch. *lit. C. concluſ. 276.* Gail. *2. obſerv. 35. n.
1.* Mager. *de advocat. cap. 10. n. 114.*

Sed anne conſultum ſit, peregrinis & exteris 27
jus civitatis concedere, inter Politicos non
convenit? Et non deſunt rationes & exempla,
quibus peregrini à civitatis communione ar-
ceri poſſe videntur, nam 1. diverſarum regio-
num & populorum diverſi ſunt mores, ita ut
non poſſint ſimul ſine aliqua antipathia con-
venire, quæ in Repub. nihil aliud excitat, quam
perpetuos motus & ſeditiones, nec non læſio-
nem & ſubverſionem conſueti Status, Petr.
Greg. Tholoſ. *de republ. lib. 4. c. 4.* 2. Quia multa 28
pericula illi timenda ſunt, qui peregrinos &
incognitos recipit, facilimè enim abit & dege-
nerat in proditorem, quem tamen fidelem ci-
vem futurum ſperas, indeque Reipubl. certa
pernicies imminet, prout ſentire coacti ſunt
Babylonii, recipientes Zopyrum, Herod. *lib. 3.*
Sic Xerxes magno cum damno Demaratum ſe-
cum habuit, conſiliorum ſuorum proclamato-
rem, Juſtin. *lib. 2.* Nihil aliud Syracuſanorum
Rempubl. flore ſuo privavit, nihil aliud Bu-
dam ſubvertit, nihil aliud Londinum infecit,
quam peregrini, Diod. *lib. 11.* Polid. Virgil *hiſt.
Angl. lib. 27.* Ariſtot. *5. polit.* 3. Quia peregrini pe- 29
regrinos mores in civitatem inducunt, & inter
eosdem cives diverſa vivendi ratio habetur, ci-
viumq; jura ab exteris nonnihil labefactantur;
nam quod locuſta ſegeti, id civitati peregri-
nus, Cæſ. *5. polit. 3.* 4. Hinc Spartani nunquam 30
peregrinos receperunt, Xenoph. *de republ. Spart.*
Sinarum populi Hiſpanis aditum capitali pœ-
na in-

na interdixerunt, Oros. *lib. 11.* Athenienses ad civitatem peregrino communicandam 6000. civium vota requisiverunt, Demost. *contra Eubulid.*

31 Non tamen peregrinos indistinctè à civitatis jure excludendos esse, inde dicendum videtur, quod ipsa natura inter homines societates constituit mutuas, *l. ut vim. 3. ff. de just. & jur.* Et ex historiis & exemplis constat, plerasque Respublicas ex peregrinorum receptione maximè floruisse. Ita enim ex Dion. Halicarn. constat, Romulum civitatem suam conflasse, non ex uno hominum genere, sed ex Albanis, peregrinis, & ita etiam postea auxisse, admissis etiam hostibus in numerum civium fœderibus transactis bellis, ut nunquam fuerit intermissa à majoribus largitio & communicatio civitatis, Tholos. *de republ. l. 4. c. 4. n. 19.* Qua ratione Romani non tantùm Imperium adquisiverunt, dilatarunt, sed etiam tutius confirmarunt, ut contra nihil aliud Lacedæmoniis & Atheniensib⁹ videatur fuisse exitio, quàm quod victos bello exosos haberent, nulloque commercii jure dignos ducerent, Plu-
32 tarch. *in Romul.* Eademque ratione Theseus, civitate peregrinis proposita, urbem fecit clarissimam, teste Plutarch. *in Thes.* Ita quoque Alexander Magnus urbem ad ostia Nili extructam, & de suo nomine Alexandriam vocatam, peregrinis eandem condendo, florentissimam, amplissimam & mercibus ditissimam reddidit, Joseph. *de bell. Jud. lib. 3.* Eodemque modo Londinensium urbs ampliata, Polid. Virgil. *in histor. Richard.* Burdegalensium instaurata, Boër. *decis. 13.*

33 Ego cum Hœnon. *polit. disp. 2. concl. 24.* & aliis Politicis, peregrinos hospitio quidem piè & liberaliter recipiendos, sed non nisi certis sub cautionib⁹ civitate donandos esse censeo, ita ut 1. sint vitæ honestate antea actæ conspicui, nec ob justas causas, ex aliis Rebuspubl. exclusi, vel in exilium ejecti, neque sint ignavi fuci, impii & flagitiosi, qui morum suorum corruptelâ & contagio cives inficere possint, sed sint tales, qui evidenter vel agris hortisque sedulò excolendis, vel opificiis utilibus exercendis, vel negociationibus frequentandis, aliisque honestis studiis & artibus Rempublicam ditare, amplificare & ornare possint. 2. Ut admittantur tum demum, cum evidens Reipub. utilitas id requirit. 3. Ne peregrinorum numerus nimis excrescat, cum magnus eorum numerus civitatibus sæpe periculosus & exitiosus fuerit. 4. Ne facilè ad honores magistratus & publica munera admittantur, de quo *supra c. 8. n. 107.* 5. Ut coërceantur certis legibus, ne novos mores introducant, & aliis civibus præjudicent. 6. Ne peregrinis permittatur, ut jurisdictionem quandam peculiarem exerceant, vel aliam Reipubl. formam inter sese habeant, quàm quæ est sub magistratu loci, in quo habitare volunt.

34 III. Verus & plenus civis ille est, qui habet plenum & totum jus civitatis, das grosse Burgerrecht / & qui habet non tantum potestatem utendi fruendi omnibus commodis, privilegiis & libertatibus, quæ ratione societatis civilis, civibus competunt, sed etiam sunt capaces magistratus & suffragiorum ferendorum, per tradita Besold. *de jur. ordin. civ. cap. 3. n. 1. seq.* Christ. Liebenthal. *colleg. polit. exerc. 5. concl. 43.* Differunt enim jus civitatis, suffragiorum & magistratus secundum gradus, nec statim cum civitate alicui obveniunt: Nam Cærices civitatem obtinuerunt, sed sine suffragio, Gell. *lib. 16. c. 13.* Et plebs in civitate Romana ante legem Valeriam jus suffragiorum non habuit, Plutarch. *in Valer. Liv. l. 2.* Halic. *l. 5.* Et apud Romanos cives perfecti & pleni erant Patritii, qui Majestatis nomen affectarunt, & amplissimos Galliæ proceres fastidiosè spreverunt, ut indicat Cicer. *pro Rabir.* majestatis nomen affectarunt, & ex iisdem *L. Junia & Porcia* omninò sanctos & inviolabiles sese constitutos jactarunt, Liv. *l. 2. & 10.* Valer. Max. *lib. 4.*

35 Non plenus, sive ex parte, & partialis civis est, qui vel in civitate habitans, partiale civitatis jus habet, das kleine Burgerrecht / vel alibi habitans, cum civitate confœderatus est, & qui saltem in uno aliquo pleni civis jure, non autem in omnibus privilegiis & juribus Reipubl. uti potest, quales erant proselyti apud Hebræos, ex ea parte, quatenus synagogis interesse, pascha Domini manducare una cum veris Hebræis poterant, *Exod. 12. v. 48.* In reliquis verò ipsis pares non erant, Danæ. *lib. 2. polit. cap. 4.*

36 IV. Nobiles cives sunt & dicuntur, qui ex Nobilium & Patriciorum genere nati sunt, & in civitatibus jura civica obtinent, ut *supra n. 13. & 14. innuimus.* Quorum olim complures in civitatibus Imperialibus cives extiterunt, & adhuc existunt, & ab ipsis ipsæ civitates gubernatæ fuerunt, de quo *supra c. 1. n. 15.*

37 Verùm hodie plerique Nobiles è civitatibus migraverunt, & in rus se contulerunt, nec facilè, & sine certis quibusdam conditionibus, multiplici libertatis restrictione annexa, in civitates recipiuntur, & ubi incolæ sunt civitatum, vel bona non immunia possident, ut plurimum jurisdictionem & onera, quibus singulari aliquo pacto non sunt exempti, pati & ferre coguntur, Besold. *de Ord. Equest. n. 5. circa fin.* confer Bidemb. *nobil. quæst. 18. seq.* Imo multis in locis subditi, & oppida provincialia, hoc jus se habere jactant, ut nec Domini, ipsis invitis, Nobilibus incolatum concedere possint, Besold. *d. n. 5.* Sic in Recessibus Statuum Pro- 38
vincialium Würtembergicorum, in den Fürstl. Würtemb. Landtägs-Abschieden / cautum, daß denen vom Adel / in Stätten zu wohnen / Ihre Fürstl. Gn. nicht leichtlich gestatten wollen / eo quod onera præsertim personalia subterfugiant, nec jus civitatis, das Burgerrecht / acceptent, sed pro peregrinis habeantur, refert Dn. Georg. Lud. Lindenspur *in comment.* über die Fürstl. Würtemb. Lands-Ordn. *tit.* vom Burgerrecht. *num. 19. fol. 11.* Besold. *vol. 2. cons. 32. in pr.* Ita quoque *an. 1419.* Argen- 39
tinæ Senatus consultum factum fuisse, daß die Edelleut in der Statt alle Burger werden / auch keiner in die Statt / noch in den Burgban kommen solt / der nicht das Burgerrecht angenommen / und den Ayd geschworen / ex anonymo quodam Poëta in der Straßburg. *Chron. fol. 90.* refert Lindenspur. *d. n. 19.*

40 Quænam autem causa sit, quod Nobiles maxima ex parte è civitatibus in agros & villas emigraverint, nondum satis constat, & variæ assignari solent rationes. Et quidem 1. probabile est, quod dum extra civitates castra, arces, burgi & ganerbinatus creverint, plurimos Nobiles, vel amore majoris libertatis, alios propter bellicas expeditiones, alios ut Principibus, aliisque potentioribus inservirent, alios denique, ut hostes suos prosequerentur, sponte civitates deseruisse, & rus se contulisse, qui enim cum aliis extra urbes negotium habebant, in civitatibus eo nomine nullum auxilium impetrare poterant. 2. Quia dum Nobiles in civitatibus imperium gerentes aliquantò duriores erga cives plebejos essent, & in bellicis expeditionibus plurimi ex Nobilibus sæpe interirent, evenit, ut personæ populares ad officia publica aspiraverint & pervenerint, ac in tantùm creverint, ut Nobiles propter majora plebejorum vota, ab ejusmodi officiis fuerint exclusi, quod cum ægrè ferrent Nobiles, plebejorumque dominatum tolerare nollent, civitatibus ultrò valedixerint, & in castris & villis suis dominari potius, quàm in urbibus plebeis parere & subesse maluerint. 3. Cum nonnulli ex Nobilibus in civitatibus se suosque honestè alere & sustinere non possent, & mercatores quandoque deprædarentur, Principes quoque & Comites una cum sibi confœderatis & convocatis Nobilib⁹, privata odia, & intestina bella cum civitatib⁹ gererent, eoq; nomine vel civitates Nobilib⁹, vel Nobiles civitatibus inviderent, Nobiles sese ex urbibus contulerunt, & à civibus separarunt. Et cum 4. Nobiles cum plebe ægrè convenirent, & plebs ipsis Nobilibus Imperium & dominatum inviderer, duræ inter ipsos inimicitiæ, conjurationes & intestina bella exorta sunt, & quo plebs dominium ad se pertraheret, & Imperium Democraticum fortius stabiliret, Nobiliores exulare, & ab urbibus recedere coëgit, prout factum esse Argentinæ *anno 1332.* Spiræ *anno 1330.* Tigurini *anno 1334.* & ali-
41 bi, refert Lehman. *Chron. Spir. l. 6. c. 3.* Sic circa Caroli V. tempora tribuni plebis Norimbergæ orti, Patritios una cum Senatu ex iis lecto, partim trucidarunt, partim in fugam verterunt: Quorum tamen reliquias idem Imperator postea in pristinum statum restituit, Dav. Chytræ. *in Chron. Sax. l. 12. fol. 439.* Unde conjicitur, quoniam hodie non paucæ Nobilium familiæ in Franconia degunt, quorum majores Norimbergensium cives fuerunt & Patritii, partem eorum circa eas turbas civitati repudium misisse, inque agris mansisse.

42 Consimili modo Brunsuicenses tribuni plebis rerum summam ad se tracturi *anno 1292.* adversus Patritios & Senatum insurrexerunt, & partem eorum urbe ejecerunt, quos postea Dux eorum Albertus restituit, Chytr. *d. lib. 12. fol. 350.*

43 Genuæ orta seditione, plebs octo tribunis creatis, quicquid ex Nobilibus & optimatib⁹ reliquum erat, urbe penitus expulit, quos postea Andreas Doria circa annum Christi *1520.* reduxit, Bodin. *de republ. l. 6. cap. 4. fol. 1106.* Contzen. *l. 8. polit. c. 20. in fin.*

Halæ Saxonum quanta dissidia *anno 1478.* inter plebem & Patricios, vulgo Saltz-Junckern/ orta fuerint, latè memorat Fabric. *l. 7. orig. Saxon. fol. 785.* 44

Sic cum Tigurinam Rempublicam duodecim ex Nobilitate administrarent, ac inter hos & plebem seditione exorta, plebs ab illis administrationem Reipubl. repeteret, & aliquos ex his peculatus accusaret, qui urbis thesauros brevi tempore dissipaverint, & præterea urbem gravi ære alieno obstrinxerint, duodecim patriciorum, vel sibi malè consciorum, vel plebis impetum extimescentium, urbe excesserunt, teste Simler. *de republ. Helvet. lib. 1.* 45

Idem quoque contigit Florentinis & Mediolanensibus, quorum integræ familiæ, imò integri exercitus, alias sedes quæsitum exiverunt, præ odio vires sumentis, & in meliores dominari affectantis plebis, Bodin. *de republ. l. 6. c. 4. fol. 1096.* Hen. Arnisæ. *de republ. l. 2. c. 5. sect. 1. & cap. 7. sect. 2. n. 3. seq.* 46

V. Patritii, vulgo Adeliche Geschlechter/ Statt-Junckern/ qui, quidnam propriè sint, definiri non posse, scribit Joh. Jacob. Draco *in tract. sing. de orig. & jur. patrit. in proœm. fol. 14.* Cum vocabulum Patritiorum sit ex numero æquivocorum, quorum solum nomen commune, definitio autem diversa, Aristot. *l. 1. in princ. de categor.* Et olim quidem dicebantur patritii, 48
qui & summi magistratus Romani allectione, & origine ex jam allectis tracta, à plebe ita distinguebantur, ut primas in Republica partes obtinerent, testantibus Livio, Plutarcho, Halicarnassæo, aliisque Romanarum antiquitatum scriptoribus, de quibus *in l. lex est. 4. l. de jur. natur. gent. & civ. l. 2. §. Servius. 43. ff. de orig. jur. l. fin. ff. de Senator.* Deinde à temporibus Constantini Magni, qui Romanorum Coloniam Byzantium transtulit, alii cœperunt Patricii esse, quàm prius erant, Imperatores enim, quos volebant, singulari ex gratia eo nomine honorabant, erantque illi, quasi patres Imperatorum, dignitate iisdem proximi, & præfectis Prætoriorum superiores, *l. 3. C. de consulib.* Cassiodor. *l. 6. var. c. 2.* De quibus *§. 4. I. quib. mod. jus patr. potest. l. 1. in fin. l. 3. l. fin. C. de consul. l. neminem. 64. in fin. l. fin. C. de decur. Novel. 81. in fin.* Draco *in d. proœm. fol. 14.* 47

Tandem patritiorum appellatio imitatione quadam ex Republ. veteri translata est ad eos, qui adhuc hodie in Civitatibus insignioribus, eminentem dignitatem, & excellentiæ gradum obtinent, vulgo Geschlechter/ oder die auß dem Geschlecht seynd/ Joh. Thom. Freig. *in quæst. polit. l. 3. c. 1. fol. 120.* Keckerm. *l. .. Syst. polit. c. 15* Georg. Vechner. *disc. de nobilit. c. 11. them. 21.* Draco *d. proœm. fol. 14.* ubi addit, tres istas significationes tria facere Patritiorum genera, sive classes, de quibus etiam distinctè ibidem tractat, simulque innuit, apud Bodinum & alios, vocabulum *Patritii* valde generaliter tractari, & extendi ad omnes Nobilitatis ordines. 49

Cur autem hodierni patricii patrio idio- 50
mate

mate vocentur die Geschlechter / oder / die vom Geschlecht / exinde id factum esse autumat Draco *de orig. patrit. l. 3. c. 2. n. 1.* non quasi reliqui Nobilium, imò & plebejorum ordines, non æquè suis contineantur gentibus & familiis, quæ ejusdem appellationis Germanicæ sint capaces, sed quod cum cæteræ Nobilium classes singulare & proprium nomen haberent, veluti die Fürsten / Graffen / Freyherrn / die von der Ritterschafft / ne Patritiorum ordo destitui eo videretur, denominationem, der Geschlechter / acceperint. Nec enim commodè uni ex jam dictis Ordinibus annumerantur, nec etiam decuit, eos inter Vulgus, sive promiscuam plebem referri, quod gentes habeant insigniores, ex quibus per excellentiam meritò nuncupati fuerunt, reliqua interim plebe incerta fermè gente, & in obscuro quasi vitam degente.

51 Ex usu moderno Patricii honorabili titulo der Junckherrn compellari solent, generali quidem & viris Equestribus communi, Draco *d. l. 3. c. 2. n. 3.* Ne autem promiscuus appellationis usus confusionem ordinum pareret, mos hodie fermè inolevit, ut strictius appellarentur, Statt-Junckherrn / Domi-Nobiles, quia non

52 Imperatoria dignitate, sed singulari civitatis alicujus consuetudine, domi apud suos, pro Nobilibus habentur. Atque ita Statt-Junckherrn / ratione à subjecto loco sumpta, appellantur, ad distinctionem virorum Equestrium, qui

53 Land-Junckherrn dici solent, eo, quod extra urbes, in pagis & villis larem foveant.

54 Patritii etiam in illustribus Rebuspublicis, Augustanorum, Noricorum, Ulmensium & Francofurtensium, alii dicuntur Adenliche / alii Ehrbare Geschlechter: Alibi, veluti Sledstadii, Hagenoæ, Argentorati, &c. vocantur Adenliche und Burgerliche Geschlechter / Bernh. Hertzog *in Chron. Alsat. l. 6. c. 12. & l. 7. c. 22.* Quibusdam etiam in locis, ut Argentorati, Nobiles, utpote gradu superiores, à Patriciis familiis distinguuntur.

55 Nobiles Patricii, sive Adenliche Geschlechter / ideò ita appellari videntur, quod præ aliis civibus insigniores vel nobiliores possideant familias, aut quia specialiter quoque nobilitati, sive ad ordinem Equestrem evecti sunt, Draco *d. l. 3. c. 3. n. 3.* ubi *n. 10.* & hanc rationem addit ex antiquitate desumptam: Contigit, inquit, ut post latam legem Canuleiam, quidam ex plebe Nobiles, quidam ex patriciis ignobiles essent, id est, obscuri & ignoti, velut de M. Æmilio Scauro à Cicerone scribitur, eum Patritiæ gentis fuisse, majores tamen habuisse ignobiles, ipsum novum hominem Præturam, Consulatum, Censuram adeptum, ac Senatus Principem factum, posteritati Nobilitatem peperisse. Ita videlicet comparatum erat, ut nemo ex Patritiis Nobilis esset, nisi majores ejus Curules magistratus gessissent, teste Bodino *de republ. l. 3. c. 8.* Unde non inepta applicatio & conjectura sumitur, quod ij Patritii hodie vocentur Adenliche Geschlechter / quorum parentes jus sellæ Curulis habuerunt, sive in ea, quam incolunt, urbe, magistratus Senatorios sustinuerint. Nam ob eandem causam vocantur etiam Rathsfähige / sive patritii, ex quorum tantùm familiis Consules & Senatores leguntur. Quæ appellatio eos discernit, von den Raths unfähigen / quive ad functiones ejusmodi promoveri non solent, ut Norimbergæ & alibi observatur.

Honoratiores familiæ, Ehrbare Geschlechter / dici videntur, quæ jus veræ Nobilitatis non habent, unde nomen hoc non rarò omnibus indistinctè Patritiis tribui solet, Draco *d. l. 3. c. 3. num. 11.* 57

Distingui quoque solent Patricii à loco subjecto, alii enim sunt & vivunt in liberis Civitatibus Imperialibus, alii in municipalibus, alii in mixtis. Quemadmodum autem illi cives, qui in civitate vel maxima, vel majore, vel minore degunt, jure civili diversis utuntur privilegiis, & in præsenti Reipubl. Statu, ut aliis in rebus magna sunt Civitatum discrimina, ita & Patritiorum diversi occurrunt gradus, dignitates & jura, quod ex singulis hinc inde Rebuspubl. discendum, Hœckelshov. *in philosoph. pract. l. 3. part. 3. c. 10.*

Quo pertinent die Saltz-Junckherrn / quibus jura Salinarum feudi titulo concessa, & ob id eminentiori inter suos concives habentur loco, ut sunt die Saltz-Junckherrn zu Lüneburg und zu Hall in Sachsen / qui salinarum jura feudi titulo, ab Archi-Episcopo & Primate Magdeburgensi obtinent, teste Georg. Fabric. *de orig. Sax. l. 7. fol. 785.* Sixtin. *de regal. l. 2. c. 19. n. 17.* Petr. Heig. *part. 1. quæst. 14. n. 27. seq.* Tales quoque fuerunt die Müntzer- und Haußgenossen / de quibus *supra c. 21. num. 12.* 58

Sunt quoque alii Patricii, quibus Nobilitas ab ipso Imperatore collata & confirmata est, denen von Römischen Kaysern oder Königen der Adel ertheilet / oder confirmiret und bestättiget worden / qui verè & propriè Patricii dici & haberi debent. Quemadmodum Imperator Henricus VI. *anno 1198.* omnes Patricios Norimbergenses, qui post hastiludia tum Norimbergæ celebrata, ipsum Donowerdam usque comitati fuerunt, speciali isthac nobilitate donavit, teste Franc. Mod. *in pandect. triumph. tom. 2. l. 1. fol. 65. seq.* Mich. Sachs *in Chron. Imper. sub Henr. VI. c. 5. in fin.* ut nimirum posthac cæteris Nobilibus, qui montana incolerent, so uffm Gebürg wohnen / sexto scilicet tractu, quo continentur Equites Franconiæ, dignitate æquales, & Equestrium certaminum participes essent, ut loquitur Martin. Crus. *annal. Suevic. l. 12. part. 2. cap. 6.* Et quod plerique Imperialium præsertim urbium Patricii, Nobilitatem in specie, sive ut nunc loquimur, Equestrem dignitatem insuper sint adepti, testatur Kylling. *de ganerb. castr. disc. 5. num. 95.* 59 60

Ex quo facilè deciditur quæstio illa vulgata: An Patricii Imperialium, aliarumque civitatum, Nobiles sint, & Nobilium privilegiis gaudeant? Nam Patricii, qua Patricii, id est, quatenus Nobilitate in specie ita dicta, non sunt ornati, sed peculiari alicujus Civitatis consuetudine tantùm pro Patriciis habentur, vulgo Statt-Junckherrn / veri non sunt Nobiles, nec Nobilium privilegiis utuntur, sed in loco tantùm consuetudinis pro talibus habentur, extra non item, uti statuunt Besold. *lib. 1. polit.* 61

Xx 2

polit.c.11.n.48. verſ.3. Joh. Wurmſer. *de jur. publ.*
62 *exerc. 4.quæſt.14.* Unde etiam alius Patriciis,
quàm Nobilibus in conſtitutionibus Imperii
veſtitus præſcribitur, *Reform.* guter Policey zu
Augſpurg *de anno 1530. tit.* von Burgern und In-
wohnern in Stätten. *11. & tit.* Burger in Stätten.
13. & tit. vom Adel. *14.* Reliquos verò Patricios,
qui ab Imperatore vel Rege Romanorum ſpe-
cialiter ordinis Equeſtris cingulum conſecuti
ſunt, quorumve Nobilitas ab Imperatoribus
confirmata eſt, quod attinet, ipſos pro Nobi-
libus haberi & Nobilitatis privilegiis gaudere,
etiamſi in Civitatib⁹ habitent, & publicis mu-
neribus obnoxii ſint, communis ferè Docto-
rum eſt traditio. Hi enim per diploma Cæſa-
reum veris Nobilibus æquiparantur, quibus
autem ipſe Imperator vel Rex Romanorum
Nobilitatem confert, quin ipſi Nobiles ſint,
non eſt dubitandum. Nec dici poteſt, quod
per ſubjectionem Civitatibus debitam Nobili-
tatem amittant, aliâs enim, qui Vaſallus eſt
plebei Nobilis, ut ſæpe fit, Nobilis eſſe deſine-
ret, propter fidelitatem, quam plebejo præſtare
63 tenetur. Imò antiquis temporibus Nobiles il-
li tantùm dicebantur, qui in Civitatibus ha-
bitabant, reliqui plebei vocabantur, prout o-
ſtendit Jac. Orloshauſ. *in certam. maſcul. fœmin. in acie Viril. n.4.ſeq.* Et ſi quis hic eſſet defectus,
is Cæſarea authoritate, in Nobilitatis conceſ-
ſione ſuppleretur. Dum enim Imperator eos
adhuc cives exiſtentes nobilitat, & patriæ ſuæ
Patricios eſſe vult, natura certè dictitante,
velle eum neceſſe eſt, ut quatenus etiam Patri-
cii, & ſic cives patriæ ſuæ ſint, pro Nobilibus
habeantur, & non obſtante ſubjectione civi-
tati debita, cæterorum Nobilium præeminen-
64 tiis fruantur. Unde quoque Imperator in di-
plomatibus ejusmodi defectus, qui Patriciis
objici ſolent, nominatim exprimere, eosque
ex plenitudine poteſtatis tollere ſolet, uti ap-
paret ex diplomate Caroli V. Patriciis quibus-
dam tredecim familiarum diverſarum dato,
ibi: Und haben darum mit wohlbedachtem Muth / gu-
tem Rath / eigener Bewegnus / und rechtem Wiſſen /
alle und jede Mängel und Gebrechen / ab deren durch
nicht brauchen ſolches Adel und Stands / als fürnem-
lich / daß Sie und ihre Nachkommen / in unſer und deß
Heiligen Reichs Statt N. wohnen und wohnen wür-
den / und Burgerliche Beſchwerden tragen / oder ande-
rer Urſachen halben / an gemelten Geſchlechten ſambt-
lich / oder deren jeden inſonderheit / oder ihren Vorfah-
ren erfunden / oder ſie von jemand minder / dann recht
Edelleuth von ihren vier Anfrauwen gebohren / geacht /
geehrt / oder gehalten werden / gäntzlich erſtattet / und er-
füllt / und ſie recht gebohren Edelleuth erkennt und er-
klärt / ꝛc. Et paulò poſt: Erſtatten und erfüllen ſolch
Gebrechen und Mängel / erkennen und erklären ſie auch
für recht Edelgebohren / confirmiren und beſtättigen
ihnen auch ſolchen ihren Adenlichen Stand / mit allen
deſſelben Freyheiten / Rechten und guten Gewonheiten /
alles von Röm. Kayſerl. Macht / Vollkommenheit /
wiſſentlich / in Krafft dieſes Brieffs / ꝛc. referente
65 Kyllinger. *de Ganerb. diſc.3.n.103. & 104.* Et olim
quoque Patricios proximos à Nobilibus, die
nechſten nach dem Adel / habitos fuiſſe, conſtat ex
Wolffgang. Crauß in ſeinem Stamm- und Ankunfft
Büchlein deß Hauſes Sachſen. §. Zu dem. ubi Pa-
triciorum modernorum originem ita deſcri-
bit: Zu dem hat Er (puta Henricus Auceps an-
no 924.) befohlen Heerſchaw zu thun / und Muſterung
zu halten / die Mannſchafft zum Kriege abzurichten / und
in Ringen / Springen / Fechten / Stechen / Brechen /
Rennen / Thurniren / und andern Rittermäſſigen Din-
gen zu üben: Welche ſich nun hierinn mannlich und
wohl erzeiget / die ſind den andern vorgezogen / mit
Schildt / Helm und Rittermäſſigen Wappen verehrt /
und die nächſte nach dem Adel gehalten worden / und da-
hero ſollen erſtlich die Geſchlechter allhie in Teutſchland
und Sächſiſchen Landen gekommen ſeyn. Et patrici-
am dignitatem infimum eſſe Nobilitatis gra-
dum, civibus in aliqua civitate competentem,
tradit poſt Keckerman. *l.1.ſyſt. polit. c.15.* Georg.
Vechner. *diſc. de nobilit. cap. 11. them. 21.* Draco *de
orig. patric. l.3. in proœm.*
Hinc quoque olim ad collegia Eccleſia- 66
ſtica, præſertim ſuperiora, auf die hohe Stiffter /
recepti fuerunt, prout teſtatur Lehman. *Chron.
Spir. l.4.c.22.* ubi ait, Es ſey bey dem Stifft Speyr
von uhralten Zeiten dergeſtalt herkommen / daß keiner /
der nicht Adenlichen Geſchlechts / zur Hoheit deß Bi-
ſchofflichen Standes gelangen können: Dieweil dann
etliche auß der Burgerſchafft darzu erhoben worden / ſo
erſcheine darauß klärlich und unwiederſprechlich / daß
die Burger freye Leuth / entweder Adelichen Ritter-
mäßigen Geſchlechts / oder denſelben als Patricii,
gleich geweſen / ꝛc. ubi digitum intendit ad Rut-
gerum, qui circa annum Chriſti *1075.* Epiſco-
pus Spirenſis electus, oriundus vom alten Bur-
ger-Geſchlecht / die Hutzmannen geheiſſen / ut ait Mun-
ſter. *coſmogr. part.3.c.167. & 168.* Sicuti quoque ex 67
Hallerorum familia, quæ ante aliquot centum
annos in Republica Norica fuit Patritia, &
adhuc floret, circa annum Chriſti *1300.* Poppo
Haller Sacri ordinis Equitum Hieroſolymita-
norum ſupremus Magiſter fuit, Hochmeiſter deß
Teutſchen Ordens / Draco *de patric. l.3.c.4.n.41.* ubi
num. 42. eosdem quoque ad Ludos Equeſtres 68
Trojanos & haſtiludia admiſſos demonſtrat.
Verùm poſterioribus hiſce temporibus 69
adſimilatio dignitatis Patriciorum Nobilibus
paſſim ſordeſcit, eò quod Patricialis eorum di-
gnitas è conjunctione matrimoniali cum ple-
beis obſcurari cœpit, Becht. *de ſecur. concl. 225.*
Quamvis enim uxor plebeja mariti Nobilis
Nobilitate participet, participata tamen hæc
Nobilitas minus habet ponderis & virium,
quàm ea, quæ eſt ex genere, aut perſona pro-
pria, & licet pater tantùm, non etiam mater fi-
lio Nobilitatem conferat, eam tamen, ſi & ipſa
ſit Nobilis, auget, ſin plebeja ſit, ejus ignobi-
litas tenebras liberis offundit.
Poſterioribus quoque temporibus Patri- 70
cios, maximè propter mercaturam, aliasque
ipſorum negociationes, ad torneamenta, cum
aliis Nobilibus non fuiſſe admiſſos, conſtat,
prout factum in torneamento duodecimo No-
rimbergæ per Henricum Sextum *anno 1198.* in-
ſtituto, ubi id Patriciis Norimbergicis expro-
bratum fuit his verbis: Alſo und dergeſtalt /

wo

wo sie sich der Adenlichen Tugend und Freyheiten ihres Adenlichen Stands/ furbaßhin halten wöllen/ und gemeiner Burgerschafft der Statt Nürnberg allen ihren Handel und Gewerb frey lassen/ sich deß nicht bekümmern/ wie sie biß daher gethan haben/ in solcher Maß/ rc. Quod idem quoque patescit, ausser dem Vertrag und Ordnung überm Turnier zu Heilbrunn *de anno 1485. ibi*: Welcher auß freyem Willen in einer Statt sitzet/ Steur und Wacht gibt/ oder Beambt/ und deß zuthun verbunden ist/ so dann gemein ingesessene Burger zuthuen seynd/ die sollen zum Turnier nicht zugelassen werden: Füget sich aber/ daß einer Schirm auß Nothdurfft gesuchet hätte/ oder suchen müste/ der soll es nicht entgelten/ & referente Goldast. in Reichshandlungen. *fol. 25. art. 4.*

71 Quare autem complures Patriciorum duplicem dignitatem, Patriciatus nimirum & Nobilitatis Equestris simul habentes, inferioris denominationem retineant, nec superioris assumant, hoc est, dicantur potius patritii, Geschlechter/ quàm Nobiles in Specie, Edelleuth vom Adel/ Ritterstands-Personen/ disquirit Draco *de patric. d. lib. 3. c. 3. n. 6. seq.* ubi ideò Patricii, der Geschlechter/ denominationem præpollere autumat, quod Patricia dignitas magis in actu conspiciatur, dum Civitates incolunt, Consulatus, senatoria, aliaque munera, à quibus viri Equestres abhorrent, sustinent Patricii. Hinc quoniam actus hominis ad id, quod principaliter ordinatur, inspici debet, & in concursu duorum, quorum unum potentius est altero, id quod potius est, consideratur, *l. quamvis. 26. & ibi* Gothofr. *ff. de aur. & arg. legat.* Signor. Homad. *consf. 64. n. 12.* meritò non attenditur majoris dignitatis concursus, quantum ad denominationem spectat, licet privilegia utrobique salva maneant, *l. senatores. 11. ff. de senator. l. major. 3. C. de dignitat. l. si mihi & tibi. 12. in princ. & ibi* Bald. *ff. de legat. 1. l. Titia. 19. §. 1. ff. de ann. legat. l. tutorem. 22. ff. de his, quæ ut indign.* Lud. Rom. *cons. 422. per tot.*

72 VI. Fuerunt quoque olim Friburgeri, Cives liberi, Freyburger/ qui duplicis fuerunt generis, nam alii fuerunt ab origine & nativitate sua liberi, & nunquam servitute aliqua gravati, & cum Nobilibus pari jure habiti fuerunt; Alii fuerunt Friburgeri, qui Dominis quidem suis servitutis onere fuerunt subjecti, sed liberi postea facti, & in Civitatibus in civium numerum recepti, Lehman. *Chron. Spirens. l. 2. c. 19. circa princ.* Joh. Adam. Dapp. *dissert. de civitat. Germ. part. 1. c. 3. n. 9.*

73 VII. Dicti quoque olim nonnulli fuerunt Ratzenburger/ qui quales fuerint colligere licet ex traditis Lehman. *Chron. Spirens. l. 2. c. 22.* ubi *fol. 103.* ita scribit: Neben den Graffen und seinen Statthaltern (regnantibus scilicet Francorum Regibus) haben Regiment und Gericht in Stätten besetzen sieben Personen/ bißweilen nach Geschaffenheit der Orth und Landschafft/ mehr/ doch auß der Burgerschafft/ die man hat/ Schöpffen/ Scabinos, Richter oder Ratzenburger genennt. Welche sambt den Graffen und seinen Statthaltern/ merum & mixtum Imperium, das ist alle hohe und niedere Obrigkeit gehabt: Dann die Form der Regierung der Ammeister/ Stättmeister/ Burgermeister und Rathspersonen erst unter den Sächsisch- und Schwäbischen Kaysern angefangen. Die Wahl gedachter Richter haben die Königliche Gesandten bey Begegnus der Landgericht/ oder die Graffen mit Zuthuen der gemeinen Burgern hierzu erwöhlt/ und hat man auß jeder Statt die Gerichtspersonen beschrieben zum Königlichen Hoffe/ zu Nachrichtung/ wie ein jedes Gericht bestellt/ rc. Atque ita Ratzenburger/ qui Latinè Rathinburgii dicti, quasi Rathsame Burger apppellati videntur, weilen sie deß Raths und Gerichts auß der Burgerschafft waren/ Dn. Speidel. *in notabil. verb.* Ratzenburger.

VIII. Pfalburgeri, Pfalburger/ unde dicantur, & quid sint, non satis constat. Et quidem Wehner. *pract. observ. verb.* Pfalburger/ eos dici putat, quod inter palos, sive Pfäl residеant, die zwischen ihren vier Pfählen sitzen/ die nicht in einem Thurn/ ut olim alii cives, ut *supra num. 9.* dictum, sondern in Höltzenen Häusern wohnen/ vel qui habitant in suburbio, palis scilicet, non muris vallato, ex quo etiam tales suburbiorum munitiones dicuntur, Pallisade, cum Germanis palus sit Pfall/ Besold. *de jur. ordin. civ. cap. 3. num. 5.* ubi nihil impedire censet, quin Faulxbourg, quod Gallis suburbium est, inde derivetur, ut sit quasi Pfalburg. Ex quo etiam Gallis differentia inter Bourgeois, & Citoyen, & hoc nempe nomen pinguius jus infert, eumque denotat, qui jure optimo civitatis gaudet, Besold. *d. n. 5.* Unde quoque Marq. Freherus Pfalburgerum falsum civem denotare putat, quod etiam Aureæ Bullæ *tit. 16.* convenire videtur, ubi Pfalburgeri dicuntur, qui in fraudem sui superioris, se in civitatem aliam adscribi procurant, ut ejus privilegiis & defensione fruantur, & tamen in loco pristinæ habitationis permanent. Ex quo etiam eos quasi palantes, id est, passim vagantes subditos dicit, Zach. Vietor *de caus. exempt. concl. 20.* Rumelin. *ad Aur. Bull. part. 2. disc. 5. concl. 1. & ibi* Dn. Myler. *in addit.* ubi eos definit cives, qui in fraudem sui superioris, in aliam civitatem se adscribi procurant, ut ejusdem privilegiis & defensione fruantur, salvo manente prioris civitatis jure & immunitate, Bald. *in l. 3. §. hac verba. n. 1. C. de appellat.* Alex. *cons. 160. num. 3. vol. 5.* Cum autem hujusmodi Pfalburgeri Principum aliorumq; Imperii Statuum subditi existentes, in aliis insuper Civitatibus Imperii civium jura acquirerent, nihilominus in priorum Dominorum territorio residerent, in diversis territoriis, juribus & libertatibus civium gaudere, & in controversiis, modò ab hoc, modò ab altero Domino defensari, & ab oneribus utriusque civitatis & loci se subtrahere vellent, Dn. Lindenspur *ad ordin. provinc. VVürtemb. fol. 85.* Bened. Carpz. *in synops. feud. disp. 7. quæst. 4.* Indeque inter Status Imperii variæ lites & crebræ in Imperio querelæ & concertationes exorirentur, ideò per Imperii constitutiones varias, & præsertim Auream Bullam ab Imperatore Carolo IV. sublatæ sunt talium civium receptiones, ita, ut à nemine Pfalburgeri recipi, aut si recepti fuerint, nullatenus potiri debeant juribus & privilegiis earum civitatum, in quarum cives se recipi fraudulenter

curarunt, sub pœna centum auri marcarum. Aur. Bull. *cap. 16.* §. Dieweil aber. *&* §. Wäre es aber. Rumelin. *ad Aur. Bull. part. 2. diss. 5. concl. 2. & ibi* Dn. Myler. *in addit.* De qua re etiam extant aliæ Imperatorum constitutiones, veluti Caroli Magni apud Goldast. *tom. 1. constitut. Imp. fol. 11.* Friderici, Goldast. *d. tom. 1. fol. 82.* & Henrici ejusdem filii, Goldast. *tom. 1. cap. 4. fol. 79.* Imper. Rudolphi I. *in R. ? Würtzburgi anno 1287. ibi*: Wir setzen und gebiethen/ daß man die Pfalburger allenthalben lasse / wir wollen in unsern Stätten ihr keinen haben. referente Leheman. *Chron. Spirens. lib. 1. c. 108. fol. 629. Col. 1. e.* Hæc tamen prohibitio de illis civibus loquitur, qui invito Domino aliò commigrant, & onera loci subire recusant, secus verò est, si transeuntes ad alias civitates, à quibus recepti sunt, ibidem larem foveant, & debita onera subeant, A. B. *d. tit. 16. vers.* Es seye dann / daß sie leiblich und auffrichtig in die Stätt ziehen / und mit der That und Warheit / ohn Betrug / in solchen ihren Sitz und Herd haben / auch die gewohnliche Bürde / als Dienst / Stattrecht / Tribut / Steur und andere dergleichen Auffage / in denselben über sich nemmen und außrichten.

76 Hodie Pfalburger dicuntur, qui in Civitatibus commorantur tantùm ut incolæ, nec integrum jus Civitatis habent, & sunt aliud nihil, quàm forenses & incolæ, qui ratione domicilii forum in aliqua civitate sortiuntur, & nonnullis in locis dicuntur Pactburger / quod non absolutè, sed sub certo pacto, unter einem gewissen Pact und Geding / cives sint, vel sub certa & denominata pensione annua, vel censu, vel ad certum tempus, recepti, & nihil aliud sunt, quàm incolæ, Kyllinger. *de Ganerb. castr. discurs. 3. num. 86. seq.* Et dicuntur Schutz- und

77 Schirmsverwandte / à protectione sive tutela, quàm à magistratu obtinent. Et hi quidem sub jurisdictione magistratus sunt, quoad causas ibidem contingentes, müssen derjenigen Sachen halber / so sich unter währendem Schutz begeben / daselbsten Recht geben und nemmen / non tamen sunt subditi, nec homagium præstant, cum protectio subditum non faciat, *supra cap. 24. num. 64.*

78 IX. Incolæ, qui & forenses & advenæ Hinter- und Beysessen / Bey- und Inwohner / dicuntur, sunt, qui domicilium quidem in civitate habent, & uno vel altero Civitatis jure partiali, non tamen omnibus uti possunt, per *l. domicilium. 20. ff. ad municipal.* Qui etiam larga civium appellatione veniunt, *l. provinciales. 190. & l. 239. §. 2. ff. de V. S.* & cum illis universitatem constituunt, *l. mortuo. 27. ff. de fidejussor.* eorumque privilegiis gaudent, Bart. *in tract. de repressal. in 1. quæst 5. quæst. princ.* Paul. de Castr. *in l. omnes populi. 9. ff. de just. & jur.* & dispositum in cive, ratione similitudinis inter eos existentis, locum etiam habere videtur in incola per *l. cives. 11. C. de appellat. l. incolæ. 29 ff. ad municipal.* Chassan. *in consuet. Burg. rubr. 3. §. 7. verb. & se-*

79 *lon. num. 8.* Ex quo etiam Statutis Civitatum, quas incolunt, obligantur, *l. incola. 29. ff. ad municipal. l. unic. C. ubi pet. tut.* Gail. *2. obs. 35. per*

80 *tot.* Schönborn. *3. polit. c. 34. vers. cæterum incola.* Et cives & incolæ quoad subjectionem omninò conveniunt, nihilque inter sese distant, in eo autem differunt, quod omnis incola subditus sit, sed non contra omnes subditi incolæ dicantur & incolatus civem quidem non faciat, sed benè tamen subditum, & parere debet magistratibus, apud quos incola est, & illis, apud quos civis est, & utrobique subditorum oneribus subjicitur, Joh. Bruning. *de homag. concl. 281.* Joh. Harnisch *de subdit. vasall. & client.* apud Arumæ. *tom. 2. disc. 26. concl. 46. seq.* Non igitur incola verus & plenus civis est, *l. 1. ff. ad municip.* sed domicilium & habitationem tantùm adquirit. *l. Cives. 7. C. de incol.* non verò jus civitatis, utpote quod per domicilium & inhabitationem non statim adquiritur, ut patet ex dictis *infra n. 103.*

Magnum autem incolarum & peregrinorum numerum in Civitatem admittere, semper fuit periculosum & exitiosum, ut videre licet apud Jacob Orloshaus. *in resp. an fœm. in suc. regn. c. 36.* Cas. *in Sphær. Civit. lib. 5. c. 3.* Bodin. *de republ. l. 4. c. 3. fol. 698. in fin. & seq.* ubi gravius periculum imminet, inquit, cum peregrinis omnibus patet aditus in urbem, in qua sensim opes & incrementa accipiunt, & cum opibus & potentia civibus pares esse cœperint, ab honoribus & Imperiis prohiberi se graviter ferunt, quo fit, ut si ab optimatibus injuriam acceperint, aut tributorum onere gravati fuerint, ad vim & arma concurrant, ac dissidentes inter ipsos optimates de Imperio dejiciant, &c. Atque ita censu civium habito, si qui clam in civitatem irrepserint peregrini, ejiciendi maturè erunt, id quod fecerunt Athenienses, secundum Plutarch. *in Pericle.* Indeque Casp. Klock. *de ærar. l. 2. c. 111. n. 4.* Reipublicæ & civitati expedire censet, scire, quot sint alienigenæ, quot hospites, vel incolæ, ad pleraque præcavenda, quæ aliis nationibus fuerunt infausta: Nam si numerus hospitum, & alienigenarum vel advenarum excedat numerum civium, vel si officere in aliquo possit ob mores diversos, vel factiones secretas vel cœptas, vel quia cum hujusmodi natione, cujus sunt, bellum indictum sit, convenit exhaurire hoc onus à Republica & jubere illud migrare, semper tamen cum causa expulsio esse debet, eaque legitima, ne barbarico more, inter homines sine ulla peregrinorum commiseratione vivatur, & ne incidant in repræhensionem Spartarum, quibus exprobatur ab omnibus hospitum expulsio. 81

X. Differre quoque ab incolis videntur inquilini, qui in civitate habitant animi, vel negociorum causa, qualiacunque illa sint, sive illiberalia, sive militaria, sive civilia quævis, ut sunt Studiosi, milites, mercatores, opifices, qui omnes in civitate viventes, præter jus commorandi nihil obtinent, Keckerman. *lib. 1. syst pol. cap. 15.* confer Joh. Bruning. *de homag. concl. 269.* Gumpeltzhaim. *de jur. civit.* apud Arumæ. *tom. 2. disc. 9. concl. 85. & 86.* ubi forensem inquilinum dicit esse advenam, qui aliunde adveniens habitationem in civitate constituit, discessurus tamen, & foro, nundinis & commerciorum jure uti potest, secundum mores & leges civitatis, Althus. *polit. cap. 5.* 82

XI. Con-

83 XI. Confœderati cives sunt, qui jus civitatis ex pacto fœdere in quibusdam sunt consecuti, sicuti ex mutuo fœdere inter Genevenses & Bernates, nec non inter Vallesios & quinque Cantones Helvetiorum obtinet, ut qui ex fœderatis sociis sua civitate desertâ, sociorum civitatem adire velit, ipso momento civis & subditus fiat sociæ civitatis, sine cooptatione vel rescripto singulari, uti testatur Bodin. *de republ. lib. 1. cap. 6.* Simler. *de republ. Helvet.*

84 XII. Honorarii cives dicuntur & sunt, quibus jus civitatis honoris causa oblatum & datum est, qui tamen ideò non tenentur ullo Imperio Civitatis illius, cujus sunt cives honorarii, Gumpeltzhaim. *de jur. civitat.* apud Arumæ. *tom. 2. discurs 9. concl. 81.* & hi tantum à veris subditis abiunt, ut de utrisque nomen civium non dicatur, nisi æquivocè, quibus præter splendorem & dignitatem, nihil cum veris civibus commune, & nomen tantum civium gerunt, jura non attingunt, Christian Liebenthal. *colleg. polit. exerc. 5. concl. 50.* Ita Ludovico XI. Galliæ Regi Helvetii jus civitatis suæ dederunt Bodin. *de republ. lib. 1. cap 6.* Cominæ. *lib. 6.* Sicuti etiam Allobroges, Mediolanenses, Lotharingi, Cameracenses, & alii pro civibus habentur in quibusdam, Rhenat. Choppin. *de doman. Regis. lib. 1. tit. 11.* Veneti quoque Castiliæ & Arragoniæ Regem civem & patricium suum fecerunt, Tessaur. *polit. part 1. in relat. Venet. fol. 82.* Ren. Choppin. *de doman. lib. 1. tit 11.* Althus. *polit. cap. 5.* sicuti & Ericum Ducem Brunsuicensem, Henr. Arnisæ. *de republ. lib. 1. cap. 5. sect. 9.*

85 XIII. Quorsum etiam pertinent, qui & hodie adhuc Cives Romani dicuntur. Quamvis enim omnes, qui sub Imperio Romano degunt, hodie Cives Romani dicantur & sint, reperiuntur tamen nonnulli, quibus Speciali privilegio nomen & titulus civis Romani à Pontifice, vel Imperatore concessus dignoscitur, Joh. Limnæ. *de jur. publ. lib. 7. cap. 1. n. 8.* Nam olim quidem non omnes, qui orbe Romano erant, sive Romano Imperio subjecti, cives Romani dicebantur, non quidem eo respectu, quasi Romano Imperio non subessent, sed quod non plenam justamque libertatem, vel plena Civitatum Romanorum jura haberent, *arg. §. libertinorum. 3. l. de libertin.* Quod tamen postea sublatum est ab Imperatore Antonio, & Imper. Justiniano constitutum est, ut omnes postea in orbe Romano Cives dicerentur, & essent Romani, solis Barbaris & servis exceptis, *l. un. C. de latin. libert. toll. Novel. 78. in princ.* Quo sensu Sidonius scribit, Romam verticem mundi, patriam libertatis, in qua unica totius mundi civitate soli Barbari & servi peregrinantur, Lipsius *de magnit. Roman. lib. 1. cap 7.*

86 Et Roma communis patria dicitur, *l. Roma. 33. ff. ad municip. l. si duas. 6. §. Roma. 11. ff. de excus. tut. l. fin. ff. de interdict.* Et victis quoque gentibus jus Civium Romanorum datum fuit, prout constat ex Claudian. *in Roma laudib.*

Hac est, in gremium victos quæ sola recepit,
Humanumq; genus communi nomine fovit,
Matris, non Dominæ ritu, civesque vocavit.
Quos domuit, nexuq; pio longinqua revinxit.

Et Rutilius:

Fecisti patriam diversis gentibus unam,
Profuit injustis te dominante capi:
Dumque offers victis proprii consortia juris,
Urbem fecisti, quod prius orbis erat.

Civium autem Romanorum commoda varia erant, Brisson. *1. antiquit. 13.* Forster. *de jurisdict. Rom lib. 1. part. 12. n. 36.* Nam ex Civium Romanorum testamentis soli cives capiebant, nec erat cum peregrinis testamenti factio, *l. 1. C. de hared. instit.* Inter veros cives nuptiæ justæ contrahebantur *§. 5. l. de patr. potest.* Verberibus etiam Cives Romani, aut in crucem agi, aut injussu populi in eos animadverti fas non erat. In legionibus quos non alii, quàm qui civitatem accepissent, militabant. Inter solos cives solemnes per nexum aliæ nationes locum habebant. Adde & honores Romæ gerere, suffragia ferre, sed & toga uti duntaxat civibus licuisse, scribit Brisson. *d. l.* Unde quoque frequens olim implorationis formula fuit; Civis Romanus sum, juxta Cicer. *6. in Verrem.* Brisson. *lib. 8. formul.* Et Divus Paulus Apostolus eadem formula verborum injuriam deprecatus legitur in Actis Apostol. *cap. 32. v. 25.* 87

Quænam autem commoda habeant modernis temporibus à Pontifice & Imperatore Civium Romanorum nomine honorati, sibi hactenus non licuisse expiscari scribit Limnæ. *de jur. publ. tom. 3. lib. 7. cap. 1. num. 8.* Hoc autem quodammodò constare ex Huberti Goltzii literis, quibus ipsi jus Civium Romanorum à Consulibus Romanis datum fuit, censet idem Limnæ. *tom. 4. lib. 7. cap. 1. num. 8.* ubi literas hasce ita scriptas refert: Stephanus Paparonius, Hieronymus Grossus, & Hieronymus Bubalus, almæ urbis Consules ad posteritatis monumentum; his scire literis omnes volumus, inter præclara majorum Romanorum instituta, illud fuisse præclarissimum, insignes scilicet, & virtute, & probitate viros, augendæ Reipublicæ gratiæ, civitate donare, ut præstantissimis civibus aucta, domi forisque omnium rationum res gestas superaret. Quorum nos imitatione, atque exemplo, Pyrrho Tario J. U. D. Hectore Muttinio, Vincentio Rubeo, tribus & quatuor viris civitatis donandæ, frequentique Senatu, assistentibus, Hubertum Goltzium Herbipolitam Venlojanum, bene de Republica Romana meritum, cujusque virtus, singularis erga Romanum nomen observantia, tum præclarissimorum Civium testimonio, tum editis nuper scriptis Senatui plane claruit. Civem Romanum ex SC. creavimus, creatum in Se natum venire, magistratus gerere, jus ferendi suffragii habere, sacerdotia obtinere, bona ejus libera, atque immunia esse, cæterisque Civium Romanorum honoribus, atque privilegiis honestari, quibus illi fruuntur, qui Cives Romani nati, aut jure optimo facti sunt, decrevimus, & censuimus: ea tamen lege, ut urbem Romam, sicut optimum quemque Civem decet, sua virtute attollat, fideliter à quocunque vexante tueatur, jura Pontificia Romanis concessa, atque 88

Sċta observet, Romanosque omni dilectione prosequatur. Dantes scribis S.P.Q.R. authoritatem, fidei ergo, atque ad perpetuam posteritatis memoriam, acta hæc atque decreta in publicas tabulas subscriptione referre, cum sigilli S.P.Q.R. appendice. Datum in palatio Capitolino VII. Idus Maji anno M.D.LXVII.

Julius Horologius Scriba S. P.Q.R.

Horatius Fuscus Sacri S.P.Q.R. Scriba.

89 De Civibus Romanis ita Philippus Melanchthon scribit: Gradus fuerunt illorũ, qui erant conjuncti Imperio Romano, primus ordo erat civium, secundus municipum, tertius vectigalium, quartus sociorum.

Cives habebantur, non tantum in ipsa urbe habitantes, sed etiam in aliis urbibus, quibus in Italia, vel extra Italiam, jus Romanæ civitatis datum erat. Hi omnes erant participes militiæ, præmiorum, honorum, privilegiorum.

Qui erat Civis Romanus, poterat Romæ fieri consul, aut Prætor. Poterat habere Imperium provinciale, proconsulare, vel prætorium. Hoc fuit non solum honori, sed etiam magno commodo. Si quis biennium fuit in provincia, cum Imperio, potuit & se & totam suam familiam ditare, adeò multum ipsis accedebat, qui obtinebant provincias. Hoc jus retinebant, qui ex urbe Roma, ubi cives fuerunt, aliò transferebantur in Colonias, quas sic nominabant. Quales Coloniæ multæ fuerunt in Germania, ut Colonia Agrippina, Cölln am Rhein / Colonia Tyberina, Regenspurg / Augusta Rhætorum, Augspurg.

90 Hæ Coloniæ erant participes honorum, sicut & unà militabant, civis Coloniensis potuit Romæ fieri Consul, potuit pervenire ad gubernationem provinciarum. Cæteri, qui non traducebantur, tamen si donatæ essent jure civitatis, etiam sine traductione, eodem jure Coloniarum fruebantur. Talis fuit Tarsus, Pauli Apostoli patria, potuit igitur civis Tarsensis quoque adipisci magistratus.

Præterea omnes cives habebant jus suffragii ferendi. Inde Cicero *in 1. epist. ad Atticum* inquit: Videtur in suffragiis multùm posse Gallia: Quia multæ Coloniæ Romanæ erant in Gallia togata.

91 Municipes autem dicebantur, qui militabant una, sed non capiebant una honores. Habebant municipes jus militiæ, uti nunc Nobilitas militat Dominis feudi, der Adel muß dem Lehenherrn dienen im Krieg. Nec pendebant municipes tributa, nisi quando cives pendebant, quod rarò, & non nisi in summa necessitate fiebat. Inde municipium dicebatur oppidum, in quo erant municipes. Utebantur municipia suo jure & legibus propriis: Unde & sacra, & jura, seu leges municipales dicuntur; videlicet sacra & jura uniuscujusq; civitatis, & municipalia magisteria, id est, administrationes, & officia municipii cujusque. Inter se ad conservationem sui municipii pendebant tributa Imperio.

In Suetonio est, quod Augustus parcissimè dederit jus civitatis, sed largius dederit jus latinitatis. Id verò fuit jus municipiorum.

Vectigales neque militabant unà, neque honores capiebant, sed conferebant tributa, dabant pecuniam. Non tantum fidei eis tribuebatur, ut simul adsciscerentur in militiam, & tamen quia in potestate Romanorum erant, fuerunt onerati tributis, non militia. Non fuit eis commissa defensio Reipublicæ, nec fuit eis permissum jus armorum, ne possent rebellare. Hæc fuit Species quædam servitutis. Et sic Christiani sub Turca coguntur dare tributum. 92

Socii Romanorum fuerunt, qui ultro se adjunxere Romanis. Tales fuere Reges aliqui & civitates, quæ non fuere vectigales, neque municipes. Sic Athenæ aliquando fuit socia civitas. Ita & Macchabæi fuerunt socii Romanorum, ex certa formula. Hæc Melanchthon. 93

XIV. Cives porrò alii sunt superiores, alii inferiores: Quemadmodum enim in aliis rebus bonis fieri constat, ut aliquid sit melius altero, *l. ubi autem. 75. §. 2. ff. d. V. O.* sic quoque in omni benè constituta Republica dignitatum varii, aliique aliis altiores sunt gradus, Adam Contzen. *lib. 4 polit. cap. 16. §. 4.* Sicuti etiam Nobilitas alia clara, alia præclara, inclyta, generosa, spectabilis, ingenua, egregia, illustris, Regia, Imperialis, Petr. Greg Tholosan. *de republ. lib. 4. cap 2. v. 5.* Non enim prudenter agunt, qui cives omnes omnibus dignitate, ordine, loco, ita exæquare conantur, ut nihil primum in civitate, nihil postremum, nihil medium, sed omnes omnibus, sine ullo graduum discrimine confusos esse velint; isti proinde faciunt, ac qui hordeum, frumentum, oryzam, milium, legumina, in unum acervum accumulant, qua ex re, & singulorum seminum, & universi acervi usum amittunt, Bodin. *de republ. lib. 3. c. 8. in princ.* 94 95

Ex quo etiam in Imperio Romano varii procerum & Statuum sunt ordines, & gradus, quorum alii immediatè Imperio subsunt, & respectivè modò imperant, modò parent. Immediatè Imperio parentes sunt, Electores, Principes, tam seculares, quàm Ecclesiastici, Comites, Barones, Civitates, Nobiles, & alii immediati. Mediati eminentioris conditionis parentes, sunt Principes, Comites, Barones, Nobiles, Civitates, & alii, qui Imperii Status non sunt, sed aliis Principibus & Statibus subjecti. Ad hos eminentioris conditionis cives & subditos referuntur quoq; Literati, qui aliis parent, ut sunt Doctores, Licentiati, Magistri, de quibus Ritter. *de homag. concl. 96.* Eodemq; referuntur milites armati, Ritter. *d. l. concl. 97.* 96

Inferioris conditionis cives & subditi sunt, negociatores seu mercatores, mechanici, veluti aurifabri, pistores, molitores, coqui, compactores librorum, balneatores, agricolæ & similes, Ritter. *d. l. concl. 98.* 97

Nautæ, mendici, aliique vagabundi, anne & ubinam cives sint, dubitatur, propterea, quod totus mundus ipsis unum sit territorium, eosque JCtus sine Domicilio, *l. ejus 27. §. Celsus ff. ad municipal. l. 17. §. 1. ff. de pœn.* Et philosophus sine lare, sine lege & tribu esse dicat. Nec Politicus eosdem subditos attendat, juxta illud: *Nusquam est, qui ubique est.* Alii tamen eos ibi domicilium habere dicunt, ubi reperiuntur, 98

ad hoc,

ad hoc, ut ibi conveniantur ratione contractus vel delicti, non tamen ut subditi & cives sint; Joh. Harnisch *de client. vasal. & subdit.* apud Arumæ. *tom. 2. disc. 26. concl. 42.* Joh. Bruning. *de homag. conclus. 280.*

100 De liberis & infantibus expositiis, qui ad Xenodochia exponuntur, vulgò Fündel-Kinder / tutius videtur esse dicere, ipsos esse cives civitatis illius, ubi sunt expositi, educati & nutritii, cum nullam aliam originem habere videantur, Georg. Gumpeltzhaim. *de civitat.* apud Arumæ. *tom. 2. disc. 9. concl. 51.* Dn. Guolffgang. Jacobus Sadler. *de jur. universit. concl. 3. lit. e. fol. 14.*

Ex his facilè concluditur, quod jus civitatis adquiratur origine sive nativitate, adoptione, sive adsumptione, & habitatione sive domicilio.

101 Habitationem, sive domicilium quod attinet, vulgata Doctorum est conclusio, quod habitatio & domicilium civem & subditum faciat, *l. domicilium. ff. ad municipal. l. si in patria. C. de incol. c. licet ratione. X. de for. compet.* Jacob. de S. Georg. *de homag. n. 32.* Hondedæ. *2. cons. 6. n. 3. & 17.* Gail. *2. obs. 35. n. 2. & obs. 36. n. 12. & de pignorat. cap. 15. n. 8.* Mynsing. *1. obs. 12.* Meichsner. *tom. 2. lib. 1. decis. 6. num. 129.* Rosenthal. *de feud. cap. 6. concl. 85. n. 9. lit. M.* Paurmeist. *de jurisdict. lib. 2.*
102 *cap. 9. n. 30.* Domicilium autem est locus, in quo quis habitat eo animo, ut ibi perpetuò consistat, nisi aliud avocet, *l. cives. C. de incol. l. pupillus. 239. §. incola. ff. de V. S.* Paurmeister *de jurisd. lib. 2. cap. 9. n. 36.* Vultej. *ad l. 2. n. 17. C. de jurisd.* Ritter.
103 *de homag. concl. 94.* Non enim per solam ædium possessionem, nec per solum habitandi actum domicilium comparatur, sed necesse est, ut actui habitandi accedat simul animus perpetuò ibi manendi, *d. l. cives. C. de incol.* Paurmeist. *d. cap. 9. n. 37.* Meichsner. *d. decis. 6. n. 45.* Cujusmodi animus ex conjecturis & actibus exterioribus probatur, Tileman. de Benign. *decis. Camer. syntagm. 2. decis. 1. vot. 1. n. 49.* Paurmeist. *d.*
104 *cap. 9. n. 38. seq.* Menoch. *1. arbit. jud. cap. 86. n. 6.* Et quidem in civitatibus Germaniæ ubique ferè domicilium post annum acquiritur, neque enim permittit magistratus advenam diutius ibi commorari, si elapso anno civium jura redimere nolit, Gail. *2. obs. 55. n. 8.* Petr. Wesemb. *cons. 1. n. 15.* Schönborn. *3. polit. cap. 34.* Unde illi, qui in civitate aliqua habitant, non ut perpetuò ibi maneant, sed ut à magistratu ad tempus tuitionem habeant, ejusque nomine annuum quid persolvunt, non sunt cives, & antequam jus civitatis legitimo modo redimunt, dicuntur incolæ, Beysassen / sive Hindersassen / Rulant. *de commiss. lib. 5. part. 4. cap. 3. num. 21.* Besold. *thes. pract. verb.* Beysassen / Kyllinger. *de Ganerb. disc. 3. n. 183.* De quibus *supra n. 78.*

105 Hinc est, quod illi, qui Studiorum causa in Academiis aliis, quàm in quibus originem suam ex nativitate habent, domicilium ibi habere non censentur, licet per mille annos ibidem studiorum causa commorentur; quia animum recedendi habent, *l. 2. C. de incol. l. nihil. 26. ff. de ca-*
106 *ptiv. & postlim.* Sicuti etiam hospes adveniens jure hospitii utens pro mercede justa, quiescendi & reficiendi sui causa, in alienæ Reipubl. caupona, taberna vel hospitio publico, vel privato, pro pretio, vel ex tessera hospitalitatis, non dicitur civis, vel subditus, *l. 1. §. habitare. ff. de his, qui dejec.* Joh. Bruning. *de homag. concl. 269.*

Idem est, quoad Consiliarios, Syndicos, Ad- 107
vocatos, Secretarios & alios officiales, Principi vel civitati inservientes, qui licet per decem vel viginti annos in loco aliquo ædes possideant, & habitent, non tamen inde efficiuntur & sunt cives, cum non censeantur habitandi & permanendi, sed magis officium meliore & commodiore ratione exercendi animo domum ibi conduxisse; Riminald. *cons. 237. n. 6. vol. 2.* Paul. Paris. *cons. 53. n. 89. seq. part. 3.* Cothman. *1. respons. 21. n. 96.* Bruning. *d. concl. 269.* Menoch. *1. arbit. jud. cas. 66. n. 5. seq.* Dn. Lindenspür *in comment. ad jus provinc. Würtemb. fol. 13. n. 23.* Quoad negotia tamen ibidem contracta, vel officium concernentia, forum ibidem sortiuntur, *l. hæres absens. 19. § proinde. 2. & ibi Dd. de judic.* Non verò ibidem conveniri possunt ratione aliarum causarum & rerum extra territorium sitarum, & hæreditatis, nisi aliud inter Dominum & officialem convenerit, Lindenspür *d. l.* Quamvis e- 108
nim officialem electum ad officium, in aliqua civitate, effici civem & subditum, dicant, gloss. *in l. cives. C. de incol.* Bart. *in l. 1. & in l. municipes. in fin. ff. ad municipal.* Et miles positus in aliquo loco, ad militiam exercendam, civis illius loci effici dicatur, *l. municipes. §. fin. ff. ad municipal.* Hoc tamen intelligendum est de privi- 109
legiis civium, ut iisdem gaudere possit, non ut forum sortiatur, & in loco conveniatur, extra illa, quæ officii ratione gessit, Bart. *in tract. de repressal. in 2. quæst. princ.* Paris de Puteo *de Syndicat. §. Civilitas officialis. cap. 1. & 2.* Besold. *de jur. ordin. civ. cap. 2. n. 6.* ubi etiam addit, quod officialis pro delicto commisso in officio, puniri debeat civium pœna, ubi alia pœna esset in forensi, quia fit caput civium, atque ideò eodem etiam prrivilegio gaudere debeat, *arg. l. quoad statum. ff. de testam. milit.*

Ecclesiæ ministros quod attinet, idem in iis- 110
dem, quod in officialibus, locum habere, tradit Lindenspür *d. n. 23.* Eosdem tamen jura civium obtinere, & subjectos esse, scribit Besold. *de jur. ordin. civ. cap. 2. num. 5.* ubi testatur, in Ducatu Würtemberg. vigore Ordinationis Ecclesiasticæ, der grossen Kirchen-Ordnung / Ecclesiæ Ministros, eorumque viduas & liberos, jura civitatis, ubi in ministerio sunt, habere; & Tubingæ licet Academici Cives, ac quoque Professores, civium oppidanorum privilegiis non fruantur; cum non possint emere bona immobilia, vendere vina, uti pascuis, ut alii, Theologiæ tamen Professores concionantes, & Sacrosancta Sacramenta administrantes, plenario civium jure gaudere.

Adquiritur quoque jus civitatis quibus- 111
dam in locis certo quodam tempore, veluti si quis per decem annos in civitate aliqua steterit, Roman. *singul. 676.* Bodin. *de republ. lib. 1. cap. 6. fol. 93.* licet non continuè, sed majori ex parte illius temporis, *arg. l. de lanionis. 18. §. Sabinus.*

ff. de

ff. de fund. instruct. l. majore. 156: ff. de V. S. c. significatum. de præbend. in 6.

Cum liberum sit cuique Domino & Magistratui, in civium numerum recipere, quoscunque velit & civium receptio sit meræ facultatis, & non sit consultum quoslibet in cives recipere, ideo cautè, ut hic agatur, necesse est. Non ergò in civium numerum recipiendi sunt
112 1. Judæi, prout constare potest ex tradit. *cap. seq. per tot.*

113 2. Homines proprii, & multo minus servi, quos antiqui Legumlatores è civium numero ideò exclusisse videntur, quod hi in absoluta Dominorum suorum potestate fuerint, eosque occidere potuerint, Besold *de jur. ordin. civ. cap. 3. n. 3.* Ex quo etiam hodie, qui homines proprii sunt, & multis à servis differunt, ex civium numero excluduntur, & non admittuntur, Gumpeltzhaim. *de civitat.* apud Arumæ. *tom. 2. disc. 9. concl. 17.* Dn. Lindenspur *ad jus provinc. VVurtemberg. tit.* vom Burgerrecht. *n. 3. fol. 5.* Wolffg. Jacob. Sattler *dissert. inaugur. de jur. univers. concl. 3. lit. C.* Bruning. *de var. universſ. spec. concl. 40. lit. b.* ne scilicet civitas malis & servilibus hominibus impleatur, Lindenspur. *d. n. 3.* Indeq; in bene constitutis Rebuspublicis, maximè civitatibus Imperialibus, à jure civitatis arcentur, & in civiũ numerum non admittuntur, *arg. l. 1. C. de agric. & manc. dom.* Stam *de servit. pers. lib. 3. cap. 20. n. 3.* Mejer. *in colleg. Argentor. lib. 1 tit. 5. n. 18.* Lehman. *Chron. Spirens. lib. 2. cap. 20.* Klock. *consil. 29. n. 1024. & seq.* Imò ne manumissi quidem aliter admittuntur, quàm si per literas testimoniales, Laßbrieff/ de manumissione facta & libertate docuerint, Bruning. *d. concl. 40. lit. b.* Stam. *d. num. 3.* Wehner. *verb.* Mannrecht. Hering. *de fidejuss. c.*
114 *5. n. 33.* Besold. *thes. pract. verb.* Burger. Quod vulgò dicitur Mannrecht/ quod nihil aliud est, quam testimonium libertatis, quia olim illi solum Mann dicebantur, qui liberi erant, qui verò servi, vel libertinæ conditionis, Leodes, Leuth appellabantur. Lindenspur *in comment. ad jus provinc. VVurtemb. fol. 5. n. 3.* ubi receptum quoq; esse dicit/ daß auch die Weiber/ so sich von frembden Orthen her mit einem Burger verheurathen/ ein Mañrecht/ hoc est, testimonium libertatis, haben müssen/ quia servitus, uti & die Leibeigenschafft/ ventrem sequi solet. Idque hic *Eslingæ* præcisè observatur, ubi nemo in civium numerum, sive mas, sive fœmina, recipitur, nisi per literas ejusmodi testimoniales publicè edocuerit, ipsum ex legitimo matrimonio natum, & nullius hominem proprium esse, daß er Ehelich gebohren/ und der Leibeigenschafft frey oder rechtmässig erlassen sey.

Civitas Gronaw an der Leine im Stifft Hildesheim seqq. formalib⁹ usa in einem Geburts-Brieff de dato 2. Jun. 1660. *ibi:* Auß einem keuschen Ehebett/ echt und recht gebohren/ niemand mit Leibeigenschafft verwant/ noch latè, auch nicht Balbirer/ Bader/ Zöllner/ Pfeiffer/ Bachmüller/ Schäffer/ nicht windischer/ sondern auffrichtiger Teutscher/ auch keiner verächtlichen Art und Herkommens/ sondern seiner Ehlichen Geburt und Herkunfftes halber/ aller Ehrlichen Aempter/ Gülten und Innungen fähig und würdig/ rc. vid. *infra libr. 5. cap 2. n. 57.*

115 Unde etiam facile concluditur, civitates Imperiales & Nobiles Imperio immediatè subjectos, non teneri aliorum vicinorum Principum & ordinum homines in numerum civium recipere. Siquidem 1. Principes & alii Ordines in civitatum Imperialium & Nobilium immediatorum territoriis & districtibus nullum imperium, nullam superioritatem vel jurisdictionem habent, & sic quoque nihil quicquam imperare, ipsisque invitis homines suos proprios obtrudere non possunt, *arg. l. fin. ff. de jurisdict.*

Quia 2. hodie ex generali ferè consuetudine Germaniæ cuilibet magistratui liberum est, in civium numerum recipere, quem velit, & nemo ipsi invito obtrudi possit, ne quidem à proprio suo territorii domino & superiore, ut paulo post *n. 133.* dicetur, & antequam aliquis recipiatur, & juribus civium frui possit, certa quædam prius solemnia veluti homagium subjectionis præstare, certam pecuniæ summam, das Burgergelt/ exsolvere, testimonium legitimæ nativitatis & libertatis exhibere teneatur, ut jam dicetur *n. 126.* Atq; inde etiam concludit Besold *de jur. univ. c. 8. n. 3.* non attendendum esse privilegium illud, quod nonnulli prætendunt, se ab Imperatore habere, quasi quilibet magistratus teneatur ipsorum subditos & homines proprios recipere, daß man ihre Underthonen und Leibaigene Leuth allenthalben sitzen lassen muste/ quia eo ipso turbaretur Statuum jurisdictio, & autonomia irrevocabiliter illis concessa.

Unde quoq; cum Electores Palatini id Privi- 116
legium prætenderent, & Nobilibus liberis homines suos proprios invitis obtrudere conarẽtur, eoq; nomine apud Imperatorem Ferdinandum II. conquererentur, & auxiliũ Cæsareum implorarent, S. Cæsarea ipsius Majestas *17. Martii anno 1623.* decrevit, quod homines ejusmodi proprii, qui præter consensum & voluntatem Nobilium liberorũ in eorum territoria venerint, vel se à dominis suis redimere debeant, vel liberè expelli possint, his verbis: Belangend die gar zu weite extension deß Wildfangs/ bey der 13. und 14. Beschwernus/ soll die Verfügung beschehen/ daß solche eingestellt/ und lassen Ihre Majestät derselben nicht entgegẽ seyn/ daß die jenige Leibeigene/ so under einem gefreyten vom Adel/ wider desselben Willen kommen/ sich entweder mit einem leidenlichen Geld lösen/ oder in Verbleibung dessen/ der vom Adel sie auß seinem Gebiet abschaffen möge/ rc. Cujusmodi rescriptum postea *an. 1630.* ad alios quoq; Status extensum est, & extat inter privilegia Nobilitatis *Sueviæ n. 10. fol. 59. seq.* Cum ergò in Nobilium territoriis jamdum habitantes homines aliorum proprii, si libertatem non redemerint, liberè expelli possint, cur non multo magis nondum admissi repelli possunt, siquidem juxta vulgatum illud:

Turpius ejicitur, quam non admittitur hospes.

Neque etiam refert, an homo proprius du- 117
cat conjugem vel viduam aliquam in civitate aliqua Imperiali, vel Nobilis territorio, eo ipso enim eum jus civilitatis ibidem non adquirere, nec in civem recipiendum esse, inde concluditur, quod uxor forum & domicilium mariti sequatur, iisque legibus, quibus maritus ligatur,

ligatur, & non contra *l. cum quadam ff. de jurisd. l. exigere. ff. de judic. l. filii. 22. §. 1. l. fin. §. item. ff. ad municipal. l. fin. C. de incol. l. un. C. de mul. in quo loc.* Gail. *de pac. publ. cap. 6. n. 23.* Et civilitas per fœminam ad maritum non transferatur, *arg. l. 1 ff.*
118 *de jur. immunit.* Menoch. *cons. 1129. n. 36. seq.* Unde etiam quibusdam in locis Statuto & consuetudine receptum & introductum est, quod vidua vel civis alicujus filia, absque magistratus consensu prius impetrato, peregrino nubens, eo ipso jus civilitatis perdat, prout hic Eslingæ statuto cautum, & alibi, Wehner. *verb.* Gewonheit. *n. 12. fol. 232.* Idem hic Eslingæ est, si civis, vel civis filius extraneam in uxorem ducat, quæ statutis satisfacere nequit, nam & hic jus civilitatis amittit.

119 Reperiuntur quoque Civitates, quæ singulari gaudent privilegio, ut si proprii homines, per certum tempus, in illis vixerint, quæstio status ipsis ulterius moveri non possit, Crantz *in metropol. lib. 9. cap. 20.* Bruning. *de var. univ. spec. concl. 40. lit. b.* Habere quoq; civitatem Spirensem privilegium, ut possit homines proprios, und Ampleuth/ so nicht Rechnung erstattet/ zu Burger auffnemen/ refert Lehman. *Chron. Spir. libr. 7. cap. 70.* Besold. *de jur. ord. civ. cap. 3. n. 3. in fin.*

120 3. Spurios quoq; in civium numerum non esse recipiendos, tradunt Aristot. *4. polit. cap. 6.* Casus *in sphær. civit. cap. 6.* Melch. Jun. *part. 2. polit. quæst. 60.* Sicuti etiam Romani, Athenienses, Lacedæmonii, & aliæ quamplures civitates, spuriis libertatem & communicationem civitatis pernegarunt. Et apud Hebræos non recipiebantur ad decimam usque generationem, nec licuit illis inter honestos versari apud Suevos, Gothos & Norwegios, Joh Magnus *lib. 18. cap. 6.* Petr. Gregor. Tholos. *de republ. lib. 7. cap. 8. n. 2.* Eosdemq; etiam Divina sanctio à civili societate repellit, *Deuteron. 23. v. 2.* Et Solonis lex erat, ut spurius publicum civitatis esset mancipium, Guevar. *horolog. Princ. fol. 218.* Neque etiam admittuntur ad dignitates, *supra cap. 18. num. 127.*
121 Nec ad tribus, *infra libr. 5. cap. 2. num. 27.* Quia plerumq; censentur esse mali & homines perditissimi & sceleratissimi; ad plurimum enim redit ad auctores, genus stirpemque primam degener sanguis, ut refert Seneca *in Hippolit. 5.* Nec opprobrio tantùm sunt omnibus, Tholosan. *de republ. lib. 7. cap. 8. n. 13.* sed etiam exosi & abominabiles, Chassan. *in catal. glor. mund part. 11. consid. 15.* Unde quoq; in plurimis civitatibus Imperialibus non admittuntur, sicuti & hic Eslingæ nemo in civium numerum recipitur, nisi testimonium legitimæ nativitatis exhibeat.

22 Verum alii spurios quoq; in civium numerum recipiendos, æquius esse censent, Hœnon. *polit. disput. 2. conclus. 24.* Christ. Liebenthal. *colleg. polit. exerc. 5. quæst. 5.* Lindenspur *ad jus provinc. VVürtemberg. tit.* vom Burgerrecht. *fol. 5. num. 4. seq.* utpote quorum ope imperia nonnulla maxima, vel fundata, vel aucta fuisse, refert Pasquier. *des recherch. lib. 5. cap. 25.* Et experientia testatur, spurios sæpe virtutibus alios homines legitimè natos superasse, Tiraquel. *de nobil. cap. 15.* Palæot. *de spur. cap. ult.* Cujus rei sacrum exemplum habemus in Jephte, *Judith. 11. vers. 1. & seq.* Non enim portabit filius iniquitatem patris, *Deuter. 24. v. 16. Ezech. 18. v. 20.* Et de jure quoque civili Romano spurii, re & vita honesti, ad dignitatem Decurionatus admissi fuerunt, *l. 6. in princ. ff. de decurion.*

Illud autem certum est, quod spurius, seu 123
vulgò quæsitus, non patris, sed matris conditionem & originem sequatur, & jus civitatis habeat, ubi mater, *l. 1. in fin. l. lex natura. 24. ff. de stat. hom.* Heig. *part. 1. quæst. 21.* Zepper. *de leg. Mosaic. cap. 10.* Besold. *de jur. ord. civ. cap. 3. num. 11.* Per subsequens verò matrimonium, vel Principis rescriptum legitimatus, patris conditionem & originem accipit, *arg. Novell 87.* Et legitimatis per subsequens matrimonium, 124
testimonium legitimæ nativitatis concedi solet, *infra lib. 5. cap. 2. n. 28.*

4. Diversæ Religionis homines non facilè in civium numerum recipi solent, sicuti constat ex traditis *supra lib. 1. cap. 15. n. 36.*

De numero & multitudine civium, vide *supra lib. 1. cap. 13. n. 1. seq.*

Ut autem quis in numerum civium recipiatur, & albo inscribatur, certa quædam solemnia & necessaria requisita præstare tenetur: 125
Ita enim novi Cives 1. tenentur à Domino priori, vel ubi nati sunt & vixerunt, literas testimoniales exhibere & docere, se isthic loci honestè vixisse, & bona gratia discessisse, einen Ehrlichen Abschied ihres Wolverhaltens / Besold. *thes. pract. verb.* Burger. *vers. Quibusdam in locis.* Dn. Lindenspur. *in comment. ad jus provinc. VVürtemb. fol. 5. n. 3.* ubi manifestam rationem hoc habere addit, ne scilicet civitas malis hominibus impleatur, quod cavendum est.

2. Literis probare tenentur, se legitimè esse natos, daß sie Ehelich gebohren seyen / Schein Ehelicher Geburth / Besold. *d. verb.* Burger. *vers. Quibusdam in locis.* Wehner. *pract. obs. verb.* Mannrecht. Hering. *de fidejussor. cap. 5. n. 333.*

3. Se liberum, nec alterius hominem proprium esse, de quo *n. 113.*

De bonis quoque suis, & quantum in facultatibus habeant, indicare tenentur, & nisi certam quandam summam propriam obtineant, in civium numerum non recipiuntur, Dn. Lindenspur *ad jus provinc. VVürtemberg. fol. 9. num. 14.* sicuti & hic Eslingæ nemo pro cive recipitur, nisi vir ducentos, & fœmina centum florenos in bonis habeat, & simul fidejussoribus caveat vir, se intra quinquennium, & fœmina intra triennium Hospitali molestos non futuros, daß der Mann 200. und das Weib 100. flor. im Vermögen habe / und der Mann innerhalb fünff/ und das Weib in dreyen Jahren / dem Hospital nicht beschwerlich seyn wolle. Et quod æra aliena nulla habeant, eorumque nomine magistratus recipiens intra certum tempus molestari non debeat, daß ihnen innerhalb gewisser Zeit / keine Schulden/ dadurch die Statt beschweret werden möge/ nachfolgen sollen/ Hering. *d. num. 333.*

5. In numerum civium extranei non recipiuntur, & civium jure gaudent, nisi certam pecuniæ summam magistratui solverint, Sie 126
haben denn zuvor umb das Burgerrecht angesuchet/

und das gewohnliche Burger Gelt bezahlet / Knichen. *de vestitur. pact. part. 2. cap. 4. n. 288.* Koppen. *decis. 11. n. 4. part. 1.* Wehner. *pract. observat. verb.* Burger. *vers. vix enim hodie.* Stamm. *de servit. person. lib. 3. cap. 8. n. 3.* Christ. Mingius. *de super territ. concl. 82.* Thoming. *decis. 27. n. 37. &*
127 *38.* Quod summam æquitatem habet, cum enim novi cives participes fiant jurium, immunitatum & privilegiorum civitatis & loci, & protectione magistratus & dominorum perfruantur, jure antidorali æquum est, eos & abeuntes & venientes, honorario aliquo dominos recognoscere, Henning. Gœden, *cons. 25. n. 10.* We-
128 sembec. *cons. 16.* Koppen. *d. decis. 11. n. 7.* Quemadmodum etiam olim apud Hebræos peregrini, qui in nomen populi Dei transibant, in usum tabernaculi aliquid pendebant. Et apud Romanos Decuriones in ordinem allecti sportulas dabant. Nec hodie quisquam in numerum studiosorum, nec in Mechanicorum collegia recipitur, nisi pro inscriptione aliquot nummorum pendat, Joh. Bruning. *de homag. concl. 323.* Harnisch *de client. vassall. subd.* apud Arum. *tom. 2.*
129 *disc. 26 concl. 5.* Quod tamen secus est, quoad cives originarios, eorumq; liberos, qui hoc casu immunes, & non nisi exiguam tantum pecuniam, pro renovatione & inscriptione in album civium pendunt. Quo pertinet illud tribuni apud Paulum *Actor. 22. v. 28.* Ego magno pretio istius civitatis jus redemi: Cui Paulus; At ego natus sum civis Romanus, quasi dicat, jus civitatis à parentibus meis hæreditario jure in me derivatum est. *Ritter. de homag. concl. 106.*
130 6. Assumpti cives homagium, sive juramentum assecurationis, fidelitatis & obedientiæ præstare & promittere tenentur, quod discedere nolint, nisi prius Steuris, collectis, & debitis publicis solutis, müssen den Burger Aydt laisten / ihren Herrn und Obrigkeiten gehorsam / getrew und hold zu seyn / auch was sich in wehrendem ihrem Burgerrecht zutragen wird / darumb Recht zu geben und zu nemmen / rc. Und daß sie von der Statt nicht kommen wöllen / sie haben dann dieselbe vorhin umb Steur / Abzug / und andere Schuldigkeit bezahlet. Prout hic Esslingæ cives novelli in hunc modum jurare solent: Ihr werden schweren einen Aydt zu Gott dem Allmächtigen / dieser Statt Eßlingen Trew und Warheit zu halten / ihren Nutz und Frommen zu fürdern / und Schaden zu warnen / dem Burgermeister und dem Rath allhier / auch ihren Satzungen und Gebotten / gehorsamb und gewärtig zu seyn / und umb alle Sachen / die sich in solchem ewerm Burgerrecht erheben und begeben werden / Recht allhie zu Eßlingen / und sonsten nirgends anderstwa / zu geben und zu nemmen / zu nemmen und zu geben / und euer Burgerrecht anders nicht uffsagen / dann mit Mund und Hand / vor einem gesessenen Rath / und alsdann von der Statt nicht zu kommen / ihr haben dann dieselbige zuvor bezahlet / oder dero genug gethon / umb Steuren / Anzahl und Abzug alles ewers Guths / und daß ihr das Geld / so ihr und ewer Haußfrau / vermöge der Statuten / oder sonsten bewilligter massen / in das Burgerrecht bringen sollen / völlig in Handen haben / also auch auff euch nemmen und behalten ewer Gewöhr / wie euch das aufferlegt ist / dasselbig wohl behalten / bewahren / und ohne eines Ersamen Raths Wissen und Willen nicht verändern / oder mindern / sondern jederzeit in Besserung und Mehrung halten / alles getrewlich und ohne gefährde. Et hoc juramentum municipiorum quoque cives, Senatui suo, seu ordinario magistratui, jurisdictione munito, præstare tenentur, vulgo den Burger Ayd / debitamque obedientiam & morem se gesturos sub fidei religione pollicentur, Knichen. *de jur. territ. c. 3. n. 162.* Math. Steph. *de jurisdict. lib. 2. part. 1. c 7. num. 212.* Ziegler §. *civitas, conclus. 1. num. 10.* A quo tamen juramento uxores immunes sunt, 131
sed per mariti præstationem, ipsæ & earum bona Domini & Magistratus jurisdictioni subjiciuntur, Ritter. *de homag. conclusion. 107.* vid. *supr. c. 9. n. 41.*

De liberis ante receptionem natis variè ob- 132
servatur, nam alibi eorum quoque nomine pecunia solita, das Burger-Gelt / solvenda est, alibi verò non item, sed una cum parentibus jus civilitatis adquirunt, nec eorum nomine quicquam solvendum venit. Et aliàs quoque homagium præstitum à patre, præstitum quoque intelligitur à filio, donec in minorenne ætate & patria potestate existit: Et præstitum à Domino, à famulis quoque & ancillis, donec illi serviunt, præstitum intelligitur, nisi in quibusdam locis aliter cautum reperiatur, Ritter. *d. conclus. 107. in fin.* Confer Carpzov. *lib. 6. tit. 6. respons. 98. & jurisprud. forens. part. 2. const. 10. defin. 32.*

Verùm de hoc non immeritò dubitatur, an 133
Imperator civitati alicui Imperiali, vel territorii Dominus, civitati suæ municipali invitæ, aliquem pro cive obtrudere possit? Quod propterea negandùm intelligitur, quod ex generali consuetudine, præsertim Sueviæ, civitatibus etiam municipalibus, pagis, villis, & aliis communitatibus, liberum sit, eos tantùm, quos ipsi velint, in civium numerum & consortium suum recipere, nec Princeps, sive superior ipsis invitis cives obtrudere possit, Besold. *thes. pract. verb.* Burger. *vers. cives autem. & de jur. universit. cap 8. n. 3.* Petra *de potest. princ. cap. 15. n. 1.* Lancellot *templ. judic. lib. 1. cap. 1. §. 4.* Bruning. *de var. univers. spec. conclus. 50.* Et quod Dominus territorii venturo ad patriam suam ingressum liberè prohibere possit, juxta *Bald. in c. 1. de forma fidel.* Locorumque Dominos posse vel adsciscere, vel rejicere novos subditos pro suo placito & arbitrio, respondit Joh Philip. Montispeliens. *resp. 40. num. 4. & 36.* ac plane iniquum & novum esse subditum & civem invito obtrudi Domino, censuit *Rauchbar. lib. 2. quæst. 22. n. 22.* Idque propterea, quod jus illud recipiendi cives non est de Regalibus, sed consequens quoddam administrationis civilis magistratibus etiam municipalibus concessæ, *supra n. 2. seq.* Et interventus superioris non nisi in gravioribus tantum actibus universitatis necessarius reputetur, Cravet. *consil. 238.*

Unde etiam Dux Würtembergicus Statibus suis rescripsit, quod civitatibus & communitatibus contra ipsorum voluntatem, & sine urgente causa novos cives obtrudere nolit,

daß

daß Ihre Fürstl. Gn. die Stätt und Communen/ wider ihren Willen/ und zu jedes Orths gemeiner Burgerschafft/und Handwercker Nachtheil / ohne sonders bewegende Ursachen / mit newen Burgern nicht beschweren lassen wolle/ ꝛc. prout videre licet im Fürstl. Außschreiben den *15. Novembr. anno 1618.* in der Fürstl. Würtemb. Lands-Ordnung *fol. 318. seq.* & refert Lindenspür *in comment. ad ordin. provinc. VVürtemb. tit.* vom Burger-Recht. *n. 17. fol. 10.* Neque etiam Imperatores civitatibus Imperialib⁹ cives invitis obtrudere, sed potius literas commendatitias pro jure civitatis impetrando, vel concedendo largiri consueverunt, prout refert Author beständiger Donawertisch. Information *part. 2. fol. 332. in fin. & seq.*

134 Ex quo etiam non attendendum esse privilegium, quod se ab Imperatore habere quidam prætendunt, quod in quibuslibet civitatibus Imperialibus liberè habitare possint, daß man sie in allen Reichs-Stätten frey sitzen lassen müsse/ censent Besold. *de jur. universit. c. 8. n. 3.* Wolffg. Jacob Sattler *de jur. univers. conclus. 3. lit. c. in fin.* Quia hac ratione turbaretur Statuum jurisdictio & autonomia ipsis irrevocabiliter concessa, Besold. & Sattler *d. loc.* Atque sic Imperatores & Principes in concedendis hujusmodi privilegiis non adeò largi & liberales esse, sed eadem civibus, præsertim singularibus, rarò & cautè indulgere debent, ne Reipubl. convulsio inde oriatur, sicuti plerumque fieri assolet: Semper enim sub privilegiorum novitate latet aliquid à solâ postea experientia detegendum. Gratissimum est privilegiariis super cæteros eminere, sed ubique datur progenies vitiosior: isti de iniqua sua sorte queruntur, illi de sua retinenda plus æquo sunt solliciti: illi cæteros ut clientes habere volunt, hi illos ut fratres. Tanta affectuum disparitas, & pugnantium animorum concursatio, quid in Republ. aliud, quàm indigesta malèque cocta in stomacho colluvies? Vomitum videbis ni opportuna manu occurreris. Cavendum igitur, ne nimium sint privilegiarii, nec plus æquo potentes, ne de suis indultis confidentes, alios confidentius in jure suo molestent, & magistratuum jurisdictionem contemnant pariter & eludant, *c. ne aliqui. 5. de privileg. in 6.* Quæ aliis privilegio conceduntur, ea alienari putantur in fraudem creditorum, id est, civium omnium, qui Reipubl. creditores sunt, cui operam impendunt, quæ autem in ejusmodi fraudem alienata fuerunt, revocanda veniunt, *l. 1. C. de revoc. iis, quæ in fraud. cred.* Hinc illum, qui multa privilegia & immunitates concedit, vim & nervos Principatus & Reipublic. incidere, seditionibus materiam præbere, civesque & subditos contra justitiam & Rempubl. armare, scribit Adam. Contzen. *l. 5. polit. c. 7. in fin. & cap. 18. n. 4. vers. maximè. & n. 5. versic. nec ulla.* addit, omnium, quæ à ducentis annis Principatus Germaniæ, civitatesque concesserunt, seditionum originem, à privilegiis multis magnisque manasse. Et utinam Imperatores nostri non nimium privilegiorum indulsissent! hac enim via tota Italia, Polonia, & aliæ potentissimæ Provinciæ Imperii Romani frænum excusserunt, inquit Petr. Frider. Mindan. *lib. 2. de mandat. cap. 8. num. 17.* Ex quo tandem illud Poëtæ:

Fertur equis auriga, nec audit currus habenas.

Ad hæc constat, quod privilegia non debeant redundare in præjudicium alterius, *l. non debet. 21. ff. l. cum filius. ff. de testam. l. nec avus. C. de emanc. liber.* & Principum privilegia ad cæterorum injuriam non sunt trahenda, Ant. Faber. *in Cod. decis. forens. l. 9. tit. 29. definit. 6. n. 2.* Pruckman. *cons. 39. n. 85. vol. 1.* nec ita concedenda vel interpretanda, ut damnum inferant tertio, *l. 2. §. meritò. & §. si quis à Principe. ff. ne quid in loc. publ. l. impuberi. ff. de adminstrat. tut.* nec concessio uni ita facienda, ut publicam utilitatem lædat, *auth. res quæ. in fin. C. commun. de legat. l. utilitas. C. de Primipil.* Et hinc Lucas de Penna *in rubr. C. de excus. muner. lib. 10.* inquit, immunitates esse restringendas, eò quod redundent in diminutionem publicæ utilitatis, vel etiam in præjudicium reliquorum, qui ex earum immunitate gravantur. Unde etiam regula est, quod suis privandus sit privilegiis, qui derogat alienis, & quod quisque juris in alium statuerit, eodem & ipse utatur,

- - - - neque enim lex justior ulla est,
Quam necis artifices arte perire sua.

Et sicut natura æquum est, ut qui sentit incommodum, is quoque commodum sentiat, *l. secundum naturam. 10. ff. de R. I. l. fin. §. sed cum. ff. de furt.* & commodum ac incommodum æqualiter determinentur, *d. l. 10. l. Plautus. 49. ff. ad L. Falcid. l. quoties. 23. ff. ad SCt. Trebell.* ita etiam ferendus non est, qui commoda amplectitur, & incommoda & onera ferre recusat, *l. manifestissimi. 22. §. pen. C. de furt.* Steph. Gratian. *discept. for. tom. 5. c. 916. n. 35.*

Commoda qui sentis jungas onus emolumentis.

Et sic ferendus non erit, qui civitatis commoda & emolumenta sentire desiderat, onera verò ejusdem ferre recusat, & ab iisdem se eximere conatur. Unde quoque Civitates Norimbergensis Comitis Palatini Agricolæ, Bremensis Domini de Winsen / & Kauffbeura Caroli Schlechten privilegia exemptionis non attenderunt, nec ad usum & praxin pervenire permiserunt. Quod si tamen in electione novi civis difficultas oriatur, wann man einen wider die Gebühr nicht annemmen wolte / quin ad Principem recurri possit, non videtur habere dubium, siquidem Princeps, jure inspectionis & generalis jurisdictionis, providere potest & tenetur, ne repellantur idonei, & sub prætextu juris cujusdam monopolia exerceantur, Besold. *d. c. 8. n. 3.*

De eo quoque nondum satis constat inter Politicos, an unus duarum, vel plurium civitatum Imperialium, vel etiam civitatis alicujus Imperialis, & alterius municipalis, sive territorii Domini, civis & subditus simul esse possit? 135

Et pro affirmativa sententia facere videtur, 1. quod de jure civili clarum sit, quempiam duobus in locis domicilium habere posse, 136 *l. labeo. 5. l. assumptio. §. jurisprudentibus. l. filii. 22. §. Senatores. 4. ff. ad municipal. l. lex Cornelia. 5. §. 5. ff. de injur. l. 7. C. de incol. c. ex parte X. de for. compet. c.* cum

Yy

cum quis, in pr. de sepul. in 6. Menoch. *cons. 1129. n. 55. l. 12. & arbitr. jud. cas. 584.* Mager. *de advoc. c. 10. n. 220. seq.* Gylman. *1. Camer. decis. 46. n. 164.* Ex domicilio autem jus civitatis adquiritur, *supra num. 101.*

137 2. Et quod civis, seu municeps duarum civitatum quis esse possit, probat *l. ejus. 27. in princ. ff. ad municip.* ubi manumissus patronum habens duarum civitatum municipem, earum quoque civitatum fit municeps, quod cum privati manumissio efficere possit, multò magis id publica adlectio efficiet, *arg. l. si quando. C. de testib.* quia facilius quis aliquid consequitur ex persona propria, quàm aliena, *arg. princ. l. de legit. patron. tut. l. 3. §. fin. ff. de legit. tut.*

3. Quia jam *supra n. 83.* dictum est, quod Genevenses & Bernates invicem sint cives, & quod Helveti alios jure civitatis donarunt, qui tamen alibi degunt & cives existunt.

138 4. Quia etiam unus aliquis plurium dominorum Vasallus, iisque fidelitatis juramento obligatus esse potest, *c. satis benè. de prohib. feud. alien. per Lothar. c. un. §. fin. de prohib. feud.*
139 *alien. per Frider.* Sicuti quoque subditus diverso respectu duorum Dominorum esse potest, Everh. *in loc. à tanquam, seu respectivis. n. 24.* Gail. *de arrest. c. 6.* Et una eademque civitas diversis respectibus diverso jure consideratur, & respectu quorundam bonorum immediatè imperio, aliorum verò respectu aliis Statibus subjecta esse potest, ut dictum est *supra l. 1. c. 3. n. 17.*

140 5. Quia experientia probat, dici & esse non rarò Patritios duarum civitatum simul, veluti Norimbergenses & Augustanos, Norimbergenses & Ulmenses, &c. quibus nemo hactenus Statûs quæstionem moverit, Johan.
141 Draco *de orig. & jur. patric. l. 3. c. 3. n. 24.* Idque propterea, quod in honoribus obeundis ac muneribus suscipiendis, jus originis adoptione non mutatur, sed novis quoque muneribus filius per adoptivum patrem adstringitur, *l. ordine. 15. §. fin. ff. ad municip.* Qua ratione Patricius ex una in aliam se conferens civitatem, patriciatum originis non mutat, sed concurrentibus patriciæ dignitatis requisitis, novum quoque novæ civitatis patriciatum adipiscitur. Quia domicilium originis non mutatur propter domicilium habitationis per accidens, quia potentius est naturale, quàm acci-
142 dentale, Tusch. *lit. C. concl. 147. n. 4.* Et domicilium naturale & originis immutabile est, ita ut quocunque se transferat civis originarius, nihilominus jus originis retineat, *l. origine. C. de municip. & origin. l. assumptio. & ibi* Bart. *ff. ad municip.* Ex quo Cicero *l. 2. de legib.* de Catonis patria ita disserit: Ego me herculè & illi, & omnibus municipibus duas censeo esse patrias, unam naturæ, alteram civitatis, ut ille Cato, cum esset Tusculi natus, in civitatem populi Romani susceptus est; Itaque cum ortu Tusculanus esset, civitate Romanus, habuit alteram loci patriam, alteram juris. Jacob. Thoming. *cons. 41. n. 7. & 8.*

Verum tamen contraria sententia, & quod nemo simul totus & plenarius civis esse possit duarum civitatum Imperialium, vel diversis dominis subjectarum, de jure tàm civili Romano, quàm moribus nostris, verior est, & ex sequentibus satis apertè probatur. Quia 1. ci-
vitati & Reipublicæ totus obligatur, non tan- 143
tùm quoad corpus & personam, sed etiam quoad operas & bona quæcunque, Arnisæ. *de republ. c. 5. sect. 7. n. 10.* Qui autem totus uni Reipublicæ obligatus, non potest se totum obligare alteri, quia quod semel donatum est, non potest iterum & alteri donari, *l. sequens. 68. ff. de legat. 2.* Sicut sui copiam maritus, vel uxor alteri facere nequit, qui sui potestatem perdidit, qui se totum in matrimonium uni uxori tradidit, ut ait *D. Paulus 1. Cor. 7.* Atque ita etiam obedientiam civis alteri civitati stipulari nequit, qui eam totam primæ consecravit, Arnisæ. *d. section. 7. n. 8. in fin.*

Ex quo etiam 2. concluditur, quod quam- 144
diu obligatio illa, qua quis primæ civitati obstrictus fuit, durat & soluta non est, ipso facto, & injuria evanescat, & nulla fit, quia in omni obligatione excipitur jus tertii, & à nova fidelitate semper eximitur antiquior Dominus, *c. ult. Hic finit. lex. & ibi* gloss. & Dd. Et quemadmodum Vasallus posteriori Domino non potest fidem dare in præjudicium prioris, cui eam antea obligavit, ita nec civis alienæ civitati se subjicere potest, quamdiu à subjectione prius contracta non liberatur. Hoc autem fieri necesse est, quando quis duabus distinctis Rebuspublicis adscribitur, quia cum priori civitati, ubi pro cive assumptus, vel ab origine & nativitate civis est, & tacitè vel ipso jure se & bona sua obligavit, non potest, nisi in fraudem ejus alteri civitati se obligare, Arnisæ. *d. c. 5. sect. 7. n. 20.* Nec hi diversi respectus considerari poterunt, quia hi locum non habent, ubi personæ, & bona omnia absolutè obligantur, & quidem uni soli ante omnes homines, Rosenthal. *de feud. c. 10. conclus. 12. n. 24.* Duaren. *de feud. c. 4. n. 5.* Arnisæ. *d. l. n. 21.*

3. Quia impossibile est, ut unum debitum in plures civitates dividi possit, nisi personam multiplicare velit, Christ. Liebenthal *colleg. polit. exerc. 5. quæst. 6.* Quod si enim discordia incidat inter duas diversas civitates, vel civitatem Imperialem & provincialem, in quibus utrisq; quis civis est, quantum opis vel auxilii, vel per se, vel per milites suos uni affert, tantùm impugnat alteram, & quia civis à publicis consiliis abesse non debet, sive detexerit ea, sive occultaverit, simul fit perjurus & proditor alterius civitatis, ex qua ratione Politicos statuere, neminem debere duarum civitatum civem esse, scribit Mager. *de advoc. c. 13. n. 435.* Arnisæ. *de republ. d. c. 5. sect 7. n. 22.* ubi eleganter quærit, si inter duas illas civitates, quibus parem fidem unus idemque civis dedit, exardescat incendium bellicum, quo tunc se proripiet ambiguus civis, cum in utramque partem eadem fide æquali pondere trahatur? Fieri, respondet, sanè non potest, quin perjurus fiat, & quocunq; se verterit, in patriam turpiter peccet. Sive manum abstineat à tabula, & è medio secedat is, utramque civitatem, neutri, quam debebat, opem ferendo, perfidè prodat, sive in alterius castra transiens, sceleste & contra fidem datam

alteri

145 alteri parricidiales manus inferat. Imò contra seipsum militare cogitur, quod iniquum & crudelitati proximum censet Imperator, *l. Præses. 6. C. de servit. & aqu.* Quoniam cum patriæ suæ & civitatis pars sit, in cives armatur omnes, qui armatur contra civitatem, & sic contra seipsum. Imò neutrius Reipubl. civis manet, qui cupit esse utriusque, quia nullibi boni frugique civis officio defungi potest. Nec enim omnem operam præstat Republic. nec omnia sua illi subjicit, qui tantundem obligatur uni atque alteri, Arnisæ. *d. sect. 7. n. 19.*

Ad hæc 4. adduci hoc potest exemplum Vasalli Ligii, qui quanto arctius Domini serivitiis innectitur, tantò minus in alterius Dominium sese transferendi potestatem habet, quia dum promittit domino absolutam fidelitatem, nihilque retinet, quod in novum dominum transferre possit, & cum persona omnia,
146 quæcunque possidet, potestati & jurisdictioni domini subjicit, uti testantur, Clar. §. *feudum. quæst. 11.* Schrad. *de feud. c. 4. n. 1.* Rosenth. *de feud. c. 2. concl. 3. in fin.* Atque ita sicut nemo Vasallus Ligius, ex eo, quod omnia sua debeat domino, duobus dominis potest jurare fidelitatem, *c. un. de fid. lig. c. satis benè. ibi: nullum alium Dominum. de prohib. feud. alien. per Lothar.* Ita multò minus potest aliquis in duas civitates nomen suum profiteri, vel duabus distinctis & diversis Rebuspublicis sese subjicere, quia nulla Vasalli obligatio tam contenta est, tam sancta, tam inviolabilis, quàm civis & subditi, quam non fortuitus quidam casus, aut humana conventio, civitati subjecit, sed ipsa natura, quæ ut immutabilis est, §. *sed naturalia. I. de jur.*
147 *nat. gent.* Ita nec patitur patriæ sese quemque surripere, *l. abdicatio. C. de patr. potest. l. Curiales. C. si curial. rel. civ. l. pen. C. de rescind. vend. l. si quis. C de municip.* cum & hic concurrat mandatum divinum, quod civem & subditum in omnibus rebus licitis ad obedientiam magistratus adstringit, *1. Petr. 2. Roman. 13.*

148 Idem quoque obtinet 5. in Ordinibus Equestribus, qui licet Principi suo minus obligentur, quàm Vasalli Domino, vel cives magistratui, alios tamen ordines assumere non possunt, quod non præsumatur fideliter serviturus uni, qui partem consilii & operarum mancipavit alteri, Arnisæ. *d. c. 5. sect. 7. n. 13.*

Et quod 6. aliorum Statuum & Ordinum cives ab aliis in numerum civium recipi non possint, nisi bona gratia prioris Domini id fiat, & ab eodem sese liberaverint, exemplo Pfalburgerorum demonstratum est, *supra n. 7.*

149 Idem 7. de Jure Romanorum obtinet, ubi nemo duarum civitatum civis esse poterat; ita enim Cicero *in Orat. pro Corn. Balb.* exclamat: O præclara jura, atque divinitus jam inde à principio Romani nominis à majoribus nostris comparata, ne quis nostrum plus, quàm unius civitatis esse possit, &c. *Et ib. circa med.* Duarum, inquiens, civitatum nostro jure civili nemo potest esse: non esse hujus civitatis civis, qui se alii civitati dicavit, potest. Et paulò post subjicit: Peritus nostri juris ac moris nemo unquam, qui hanc civitatem retinere vellet, in aliam civitatem se dicavit, &c. confer Carol. Sigon. *l. 1. de antiq. jur. civ. Rom. c. 2. in fin.* Draco *de orig. & jur. patric. l. 3. c. 3. n. 19. & 20.* ubi planum esse dicit de jure civili, quod nemo civis Romanus nomen poterat dare peregrinæ Reipubl. & hoc modo duarum jus civitatum consequi.

Imò 8. qui transit in aliam civitatem, & 150
ibi jus civitatis adquirit, prioris civitatis jus amittit, sicuti enim adoptio patris naturalis potestatem extinguit, *princ. I. de adopt. l. 1 ff. de adopt.* Ita etiam Imperio unius civitatis subtrahitur, qui adoptatur, & in alteram transit, qua de re Cicero *pro Balb.* ignorantiam imperitorum civium accusat, quos errore ductos, inquiens, se vidisse, Athenis in numero judicum atque Areopagitarum, certa tribu, certo numero, cum ignorarent, si illam civitatem essent adepti, hanc se perdidisse, nisi postliminio recuperassent. Indeque Prudentius Pomponius Atticus noluit uti oblato beneficio civitatis Atheniensium, ne alia ascita amitteret Romanam, ut refert Corn. Nepos *in vit. Pompon.* Nam ut dicit Cicer. *pro Cæcin. in fin.* Ex jure Romano duarum civitatum nemo potest esse. Tum amittitur hæc civitas denique cum is, qui profugit, receptus est in exilium, hoc est, in aliam civitatem. Sic quoque Statuto Mediolanensi cavetur, civem domini Mediolanensis non posse creari civem alterius civitatis, extra dominium, indictâ pœnâ arbitrariâ, Menoch. *arbit. jud. cas. 548. n. 8.*

9. Cives sunt membra Reipublicæ, & civitatis, ut autem idem membrum duorum 151
corporum sit, per naturam fieri non potest, nisi Chimericam quandam coalitionem quis sibi imaginari velit, Christ. Liebenthal *colleg. polit. exerc. 5. quæst. 6.* Arnisæ. *d. c. 5 sect. 7. n. 25.*

10. A politicis quoque requiritur ad civis 152
constitutionem, ut in eo loco habitet, in quo ad civitatem assumptus, vel civis est, & quidem, ut continuò habitet, & cum tota familia, Ludovic. Roman. *cons. 264. n. 1. & 3. & seq.* Rumelin. *ad Aur. Bull. part. 2. dissertat. 5. concl. 4.* ubi dicit, quod licet ad essentiam civitatis habitationem requiri negent, Car. Ruin. *cons. 112. n. 10. l. 5.* & alii relati à Buxtorff. *ad Aur. Bull. concl. 99. lit. c.* Secus tamen hoc esse liquido demonstrare textum Aur. Bull. *tit. 16.* asserit, idemque per *l. fin. C. de summ. trinit.* tradunt Arumæ. *ad Aur. Bull. disc. 6. conclus. 11.* Menoch. *cons. 738. n 3. lib. 8. & cons. 1060. n. 33. l. 11.* Hondedæ. *1. cons. 5. n. 38. seq.* Gail. *2. obs. 36. n. 8.* Cothman. *2. cons. 73. n. 43.* Et illum, qui privilegio alicujus civitatis frui cupit, in ea civitate larem fovere debere, tradunt Ruin. *cons. 200. n. 12. vol. 2.* Paul. Castrens. *cons. 224. n. 2. vol. 2.* Menoch. *cons. 738. n. 2. & 3. l. 8.* At verò nemo unquam vidit, nec fieri potest, tempore homo idem duobus locis ut simul sit, ait Amphitruo apud Plaut. *in Amphit.*

Denique II. ex his & similibus rationibus 153
& causis moribus omnium ferè gentium receptum est, ne quis amplius, quàm unius civitatis civis esse possit, prout tradunt, Jacob. Curt. *1. conject. l. 3. c. 45.* Afflict. *decis. 384. n. 13.* Gail. *2. obs. 36. n 7.* Besold. *de jur. ord. civ. c. 3. n. 10.* Dn. Nicol. Myler. *in addit. ad Rumelin. Aur. Bull. part. 2. diss. 5. conclus. 3. lit. a.* Arnisæ. *de republ. cap. 5. sect. 7.*

 per

per tot. Ita, ut si civis aliorum migrare velit cum bonis suis, in signum renunciationis domicilii, jus detractionis solvere teneatur, Petr. Wesembec. *cons. 4. n. 28.* Mager. *de advocat. c. 10. n. 197.* Nec alibi recipitur, nisi jus civitatis pristinæ resignaverit, er seye dann seines vorigen Burgerrechten erlassen / und bringe sein Burgerrecht mit ihme / Dn. Myler. *d. lit. a.*

Quibus negocium non faciunt ea, quæ in contrarium adducta sunt, nam ad primum respondetur distinguendo inter verum & plenum civem & incolam, ita ut plenus civis plurium civitatum civis esse non possit, secus verò quoad incolam, qui etiam plurium civitatum fieri, & domicilium transferre possit, salva civitate priore, quia incola seu habitans in aliquo loco, & ibi domicilium habens, non statim fit civis, sed alia concurrere necesse est, per tradita *supra. n. 80. 103. & 125.*

154 Ad 2. respondetur, distinguendo inter civitates municipales, quæ uni eidemque Domino subjectæ sunt, & civitates illas, quæ diversis Dominis & magistratibus subditæ, ita ut in his, veluti in duabus Civitatibus Imperialibus, vel civitate Imperiali, & municipali, unus aliquis simul civis esse nequeat, cum diversi sint Domini & magistratus superiores, & sic debita servitia, onera & alia officia ipsis simul præstari nequeant, juxta illud Sacræ scripturæ, nemo potest duobus Dominis, diversis scilicet, servire, *Matth. 6. v. 24.* Secus autem in civitatibus, quæ uni eidemque Domino subditæ sunt, utpote cui hæc fidelitas onera & officia civica absque alterius contradictione præstari possunt, prout distinguunt, Draco. *de orig. & jur. Patric. l. 3. c. 3. n. 29.* Arnisæ. *de republ. c. 5. sect. 7. n. 8.*

155 Quod 3. de civibus confœderatis & honorariis adducitur, nihil ad rem facit, quia hos non esse cives veros, constat ex dictis *supra n. 83.* Et quod de confœderatis dicitur, id ita intelligendum videtur, ut cives ex una in aliam civitatem transeuntes, jus civilitatis adquirere, vel eo nomine quicquam exsolvere non teneantur.

156 Differentia quoque, quoad 4. dubium, maxima est inter Vasallum & civem, sive subditum Gail. *de pignorat. c. 15. n. 3.* Wesemb. *1. cons. 1. n. 57.* Et longè plus est, esse civem & subditum, quàm Vasallum, hic enim feudi tantum respectu Dominum agnoscit, ille subjectionis onus sustinet hic certo tantum onere militari, vel aulico ligatur, iste secus, de quo Matth. Steph. *de jurisd. l. 2. part. 1. c. 7. n. 183.* Et subditus multò strictius obligatur Domino, quàm vasallus, Rosenthal. *de feud. c. 5. concl. 78. n. 5. & c. 6. concl. 85.*

157 *n. 6.* Quod autem de diverso respectu additur, illud diversorum bonorum respectu verum est, & locum obtinet, ita ut & civis aliquis in alieno territorio bona obtinens horum quoq; respectu territorii Domino obligetur, quoad onera realia, non verò in personalibus, prout videre licet ex dictis *supra, lib. 1. cap. 3. numer. 17.*

158 Ad 5. respondetur, speciale esse in adoptione, quod per eandem jus originis non muretur, sed novis quoque muneribus per adoptivum patrem adstringatur, & filius per solam adoptionem jus originis non amittat, si pater naturalis & adoptivus eidem Domino subjiciantur, secus autem esse, si adoptivus filius in alienum territorium transeat, & ibi jus civitatis plenum & verum adquirat, tum enim jus originis & nativitatis per assumptionem in aliam civitatem amitti, dictum est *supra n. 150.* Et forum originis amitti, quando domicilium originis relinquitur, & alibi novum constituitur, scribit Gail. *2. obs. 36. n. 6.* Et eo ipso, dum civis domicilium alio transfert, privilegia & jura civitatis perdere, addit Gail. *d. l. num. 7.* Afflict. *decis. 384.* ubi singulariter limitat regulam *l. origine. C. de municip. & incol. & l. assumptio. ff. ad municipal.* Videlicet domicilium originis mutari non posse, ut procedat, nisi postea deseratur, nam civis inquit, deserens civitatem, perdit privilegium civitatis, & definit esse civis, ut jam dicetur, & propriè civis non dicitur, qui onera civilia, vel civium non sustinet, gloss. *in c. fin. de paroch.* Et ideò privilegium immunitatis concessum originariis, non competit iis, qui à loco originis discesserunt, quia non censetur esse de illa civitate, à quâ perpetua consuetudine se separavit, *l. ex facto. §. rerum autem. ff. de hered. instit.* Gail. *d. observ. 36. n. 8. seq.* Malè igitur, & contra jura civitatis illi agunt, qui dum bona in alieno territorio obtinent, ibidem quoque jus civilitatis, das Burger-Recht / vel ipsi, vel pro uno aliquo ex liberis, adquirunt, in hunc finem potissimum, ut bona ista à territorii subditis non redimantur, daß sie nicht außgelöset werden / & nihilominus tamen in civitate sua cives permanent.

Porrò civis aliquis esse præsumitur ejus civitatis, in qua reperitur, Mascard. *de probat. concl. 295. n. 1. seq. per tot.* Alciat. *de præsumpt. reg. 2. præs. 15.* Menoch. *6. præs. 30.* Et præsumitur ea scire, quæ sunt & fiunt in civitate, nisi novus sit civis Mascard. *d. loc. n. 4. seq.* Quatenus quoque civis testis esse possit in causa civitatis, vide Mascard. *d. concl. 295. n. 14. seq.* 160

Amittitur jus civitatis 1. renunciatione, quamvis enim ut supra dictum, jus originis 161 naturale sit, & propterea immutabile, indeq; nonnulli asserant, domicilium nativitatis mutari non posse, tam quoad onera, seu munera personalia, quàm quoad jurisdictionem, etiam domicilio habitationis in alio, quàm originis loco constituto, *l. 1 C. de municip. & orig. l. privil. C. de incol.* Verùm cum hæc tum temporis obtinerent, cum jurisdictio per magistratus, ex nutu Imperatorum mobiles exerceretur, non verò ex consuetudine moderna, ubi patrimonii vicem, non jurisdictionalia solùm, sed & regalia ferè habent, ideò confusionis vitandæ causa, introduci necesse fuit, ut originis domicilio mutato, omnia etiam, quæ ad effectum juris civilis pertinent, sublata censeantur Dn. Lindenspur / *ad jus provinc. VVürtemb. fol. 12. n. 21.* & sic liberum cuique sit solum vertere & patriam cum patria commutare, prout dictum est *supra cap. 20. numer. 2.* Ideò etiam recepta Germaniæ consuetudo est, ut civis originarius,

vel

vel etiam assumptus, civitati renuncians, & domicilium alio transferens, civis esse desinat, tam quoad munera, quàm jurisdictionem, per R. A. zu Augspurg. *de anno 1555.* §. Wo aber unsere. Aur. Bull. *tit.16.& ibi* Buxtor. *concl.69.lit.f.* Gail. *2.obs.36.n.7.* Afflict. *decis.384.* Vultej. *ad l.2.n.18 C. de jurisdict.* Lindenspur. *d. fol. 12. n. 22.* Ritter. *de homag. concl.212.* Licet amorem, fidem & reverentiam erga patriam exuere non præsumatur, propter legem naturæ, quæ imperat, ut patriæ pareamus, *l. 2. ff. de just. & jur.* Modò renunciatio ista fiat legitime & secundum cujusque civitatis mores & statuta, & ut jus detractionis solvat, den Abzug/ de quo *supra c. 20. n. 1. & seq.* aliaque requisita præstet, Gail. *d.obs.36. num. 9.* Veluti ut renunciatio fiat data manu, daß er mit Handgegebener Trew vor gesessenem Rath das Burger-Recht aufgebe/ und verspreche/ daran ins künfftige einige ferner Anspruch nicht zuhaben/ & ut prius persolvat tributa, collectas & alia debita publica, daß er der Statt vorhin bezahle die Steur/ Schatzung/ Contributiones, und andere gemeine der Statt verfallene Schuldigkeiten/ prout hic Eslingæ observatur.

162 Sunt tamen nonnulli subditi ex singulari Statuto, usuque recepto, ita quasi glebæ adscripti, ut invito Domino & magistratu suo abire, jurique civitatis resignare non possint, daß sie vigore homagialis promissionis, ohne ihrer Herrn Wissen und Belieben/ weder Leib noch Gut verändern dörffen/ sed coguntur perpetuò ipsi & eorum liberi fundo adhærere, cujus & pars esse existimantur, & ideò inter immobilia numerantur, Sichard. *in l. 6. n. 4. C. de secund. nupt.* Petr. Frider. Mindan. *2. de mandat. c. 67. num. 8.* Husan. *de hom. propr. quæst. 5. n. 10.* Qui vocantur etiam manentes, Hubner/ so von einem Herrn oder Closter begüttet seynd/ Sichard. *ad l. hac edictali. §. hic illud. n. 4. C. de sec. nupt.* Stam. *de serv. pers. l. 3. c. 3. p. 8.*

163 Quales adhuc reperiuntur in Westphalia & alibi, quos Saxones vocant Lassen/ quasi in provincia gelassen/ ne exinde recederent, sed terram assiduè colerent, Ritter. *de homag.* Quibus etiam beneficium emigrationis adimit, Layman. *de pac. relig. l. 3. c. 33.* Quod nimis durum esse, cum illa obligatio civilis, conscientiæ libertatem afficere non videatur, & reclamat R. A. zu Augspurg/ *de anno 1555.* §. Wo aber unsere. Confer Bened. Carpz. *part. 3. decis. 290. per tot.*

164 Renuncians quoque juri suæ civitatis, quibusdam in locis se sistere tenetur intra certum tempus, quod plerumque annale esse solet, ut reddat rationem de iis, quæ tempore habiti domicilii, sive juris civici acciderunt, daß er Rechenschafft geben müsse umb alle Sachen/ so sich in währendem seinem Burger-Recht begeben haben/ per *l. si quis. 7. ff. de judic.* Quod etiam ordinatum est jure Würtembergico, Fürstl. Würtemb. Lands-Ordn. *fol. 5. & ibid.* Lindenspur. *in comment. fol. 16. n. 29. seq.*

2. Amittitur jus civilitatis, delicto, veluti relegatione, maximè perpetua. Quando enim civis vel subditus propter delictum aliquod relegatur, sive ad tempus, sive in perpetuum, à nexu fidelitatis liberatur, ita ut restitutus de novo juramentum fidelitatis præstare teneatur, Knichen. *de jur. territ. cap. 3. n. 469.* Matth. Stephan. *de jurisd. l. 2. part. 1. c. 7. n. 423.* Prout etiam plures Imperii Status propter delictum ex matricula Imperii & numero Statuum deleti & exterminati leguntur, teste Gail. *1. obs. 21. n. 11.* Petr. Frider. Mindan. *l. 2. process. cap. 67. n. 15.* Vietor. *de exempt. concl. 17.* ubi refert ipsas quoque urbes proscriptas, vomere pressas, privilegia, honoremque quemlibet perditum ivisse, prout relatum quoque est *supra lib. 1. c. 19. per tot.* Verum quod relegati jura civitatis, qualia sunt potestas patria in liberos, beneficia civibus & incolis competentia, status, aliaque similia, quibus antea usi fuere, perdant & amittant, negant Schneidewin. *ad §. cum autem. I. quib. mod. jus patr. pot. solv.* Carpz. *pract. crim. quæst. 130. n. 52. & seq.* per *l. relegati. ff. de interdict. & releg. l. relegatus. 14. §. 1. ff. eod. l. ejus. qui. 8. §. pen. ff. qui testam. fac. §. relegati. 2. I. quib. mod. patr. pot. solv.* 165 166

3. Si civis civitatem deserat, jus suum civicum perdit, Arnisæ. *de republ. c. 5. sect. 8. per tot.* Gail. *2. obs. 36. n. 7.* Bald. *in l. 2. C. de infant. expos.* Afflict. *decis. 384.* Hondedæ. *cons. 5. per tot.* Author consil. Fridberg. *punct. 1. c. 6. n. 57.* Schrad. *de feud. part. 9. c. 3. n. 54.* Boër. *decis. 260. n. 34.* Unde quoque nonnullis in locis singulari statuto cavetur, ut si quispiam alibi domicilium constituerit, & ibidem per annum & diem habitaverit, ipso jure prius domicilium amittat, Zanger. *de except. part. 2. c. 1. n. 75. & 76.* Dn. Nic. Myler. *in addit. ad Rumelin. Aur. Bull. part. 2. diss. 5. conclus. 3. lit. a. in fin.* Quod etiam hic Eslingæ statuto cautum est, confer *supra c. 5. n. 193.* 167

Idem est, si alibi quis civis fiat, *supra n. 150.*

5. Vel si fœmina peregrino, sive non civi nubat, *supra n. 118.*

CAPUT XXX.

De Judæorum receptione.

Summaria.

1. Judæi ex gratia tantùm Christianorum terras inhabitant.

2. Ius recipiendi Iudæos primum Electoribus concessum.

3. Ius recipiendi Iudæos annumeratur Regalibus.

4. Et juri territoriali, & hodiè omnibus Imperii Statibus competit.

5. Et sic etiam Civitatibus Imperialibus.

6. Nec non Nobilibus liberis.

7. An Iudæi licitè recipi & defendi possint.

8. Fœnera Iudæorum & malitia nota.

9. *In multis locis Judæi non tolerantur.*
10. *Sicuti in Palatinatu.*
11. *In Ducatu VVürttembergico.*
12. *Et Eßlingæ.*
13. *Nonnullæ civitates à Judæorum receptione sunt privilegiatæ.*
14. *Invitis Judæi obtrudi nequeunt.*
15. *Recepti ex justis causis expelli possunt, cujus rei exempla habentur Nordlingæ, Augustæ, VVormatiæ & Spiræ.*
16. *Sub Imp. Carolo IV. per totam ferè Europam Judæi flammis & aliis suppliciis absumpti.*
17. *Ejecti quoque ex Gallia.*
18. *Et Hispania.*
19. *Possunt tamen Iudæi certis conditionibus in protectionem recipi.*
20. *Generatio hæc præterire non debet.*
21. *Per consortium eos Deo lucrari possumus.*
22. *Iudæi ante finem mundi convertentur.*
23. *Christiani in eos non insultabunt.*
24. *Ferendi & humaniter tractandi sunt.*
25. *Si non recipiantur à Christianis ad Turcas prolabuntur.*
26. *Vivunt jure Romanorum.*
27. *In Camera habentur pro civibus Romanis.*
28. *His conditionibus recipiendi, ut Magistratui ordinario subjecti sint.*
29. *Iure communi utantur.*
30. *Rigor contra Iudæos observandus.*
31. *Quibus Casibus contra Iudæos secundum leges Mosaicas judicandum?*
32. *Si cum Christianis litigent, forum actoris sequuntur.*
33. *Certa & rigorosa solemnitate juramenta præstare tenentur.*
34. *Discreto vestitu uti, & signa aperta gestare debent.*
35. *Meretrices habitu diverso uti debent.*
36. *Ab usurariis contractibus abstinebunt.*
37. *Vsuras inter Christianos licitas recipere possunt.*
38. *Frumenta & alia victualia in magna copia non ement.*
39. *Non sint otiosi, sed operis manuariis, aliisque artificiis sese alant.*
40. *Obligationes in lingua Germanica conficiant.*
41. *Actiones & jura sua Christianis non cedant.*
42. *Contractus Iudæorum cum consensu Magistratus fieri debet.*
43. *Cum furibus non colludant, nec res furtivas emant.*
44. *Res furtivas absque pretii refusione restituant.*
45. *Ob furtum tamen pedibus non sunt suspendendi.*
46. *Pignora sub Lege Commissoria non accipiant.*
47. *Blasphemas voces contineant.*
48. *A medicandi arte abstineant.*
49. *Certis temporibus ad S. Evangelii prædicationem compellendi sunt.*
50. *Ad Christianismum cogi non possunt.*
51. *Ipsorum infantes parentibus invitis non sunt baptizandi.*
52. *Iudæum ad Christianismum transire volentem non impediant.*
53. *Sectam suam Christianis non persuadeant.*
54. *Nimia familiaritas cum Iudæis prohibita.*
55. *Cum Christianis matrimonium non contrahant.*
56. *Certa tributa Magistratui solvant.*
57. *Ad honores non admittantur.*
58. *Sunt infames & turpes personæ, & servi Christianorum.*
59. *Dicuntur cubicularii Cæsaris, & quare?*
60. *Non possunt esse Notarii.*
61. *Nec testes contra Christianos.*
62. *Semel recepti nec in bonis offendi, nec expelli possunt, si pacificè vivant.*
63. *Ex Iudæorum expulsione magnæ clades ortæ.*
64. *Quibus ex causis expelli possint.*
65. *Ad certum tempus recepti, eo elapso expelli possunt.*
66. *Iudæus cum Christiana se carnaliter miscens quomodo puniatur?*

1 Quamvis Judæi in civium numerum recipi non possint, cum hodie juxta vaticinium *Psalmi 59. v. 12. & Psalm. 109. v. 10.* nusquam tutam libertatem, aut fixam sedem habeant, & tantùm ex gratia terras Christianorum inhabitent, *c. & fi. 13. X. de Judæ.* Cephal. *cons. 549. n. 63. lib. 4.* Schönborn. *3. polit. 36.* nec referantur inter populum civitatis de jure sed ex gratia, & quidem certis conditionibus, ut quasi servi Christianorum, & sic dignitatum civilium non sint capaces, sed homines prorsus infames, *infra num. 58.* Quin tamen à magistratu in tutelam & protectionem, & in civitatem recipi possint, ex sequentibus apparebit.

Non autem cuilibet magistratui permissum est recipere Judæos, sed cœpit esse de Regalibus summi Principis, qui ipsis etiam peculiarem Judicem, Comitem aliquando Würtembergicum constituit, cujus rei constitutio habetur apud Goldast. in Reichs-Satzung. *rubr.* 2

Kayser

Kayser Friderichs Mandat an den Graffen zu Wür-
tenberg von der Judischeit. & tanquam Regale sin-
gulare Caroli IV. constitutione primùm Ele-
ctoribus concessum est, Aur. Bull. *tit. 9* Quod
tamen postea ad omnes alios Principes, Status,
& Ordines Regalia ab Imperatore obtinentes,
translatum est, ita ut omnes illi, qui Regalia ab
Imperatore recognoscunt, vel speciale hoc pri-
vilegium habent, Judæos recipere possint, &
qui Regalibus destituuntur, vel tale privilegi-
um non obtinent, Judæos quoque recipere ne-
queant, & ab iisdem recepti tutela, vel tuto
3 commeatu non gaudeant, *Reformat.* guter Po-
licey zu Augspurg *de anno 1548. tit.* von Juden und
ihrem Wucher. *20.* Policey-Ordn. zu Franckfurt. *de
anno 1577. tit.* von Juden. *20.* Thom. Michael. *de
jurisdict. concl. 48. lit. D.* Heig. *part. 1. quæst. 4. n.
30.* Græven. *1. pract. concl. 5. in coron. n. 4* Mager.
de advoc. cap. 1. n. 298. & cap. 8. n. 300. Sixtin. *de re-
gal. 1. cap. 5. n. 19.* Petr. Denais. *jur. Camer. tit. 150.
§. 7.* Becht. *de secur. concl. 93.* Reinking. *de regim.
sec. lib. 2 class. 1. cap. 5. n. 14.* Joh. Kitzel. *disc. de re-
gal. habend. Judæ. per tot.* Rumelin. *ad Aur. Bull.*
4 *diss. 8. concl. 16.* Et hodie quoque potestas reci-
piendi & defendendi Judæos ad jus majestatis
& superioritatis territorialis refertur, & omni-
bus Statibus competit, Aur. Bull, *tit. 9.* Refor-
mat. polit. zu Augsp. *de anno 1548. tit.* von Juden.
20. & Policeyordn. *de an. 1577. eod. tit.* Thom. Micha-
el. *de jurisdict. concl. 48. lit. b.* Buxtorff. *ad A. B.
concl. 90.* Gœddæ *in resp. pro restit. Baron. Vallendar.
n. 299.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 1. c.
7. n. 470.* Sixtin. *de regal. lib. 1. cap. 5. n. 9.* Ming. *de
super. territ. concl. 73.* Besold. *cons. 238. n. 23.* Dn. Ni-
col. Myler. *de Statib. conc. 66. n. 1.* Besold. *cons. 238.*
5 *n. 23.* Mager. *de advoc. cap. 1. n. 298. & seq.* Cum
autem Civitatibus quoque Imperialibus jura
Regalia & territorialia competant, ipsis quoq;
jus recipiendi Judæos competere, consequens
est. Et plures sunt Civitates imperiales, quæ ab
Imperatoribus speciali privilegio jus recipien-
di Judæos obtinent, veluti quoq; Eßlinga ab
Imperatore Carolo IV. *anno 1375.* hoc privilegi-
um impetravit, *ibi*: Auch thun wir den vorgenan-
ten von Eßlingen die Gnade / daß sie sollen und mögen
Juden halten / und die innemmen / wo sie herkommen /
die bei in wonen wollen / und sie in derselben Statt be-
schürmen und beschützen vor aller Gewalt und Unrecht.
Et plures olim hic Judæos habitasse ex eo con-
stat, quod adhuc plateæ; cœmiteria & balnea
reperiuntur, quæ dicuntur, die Juden-Gaß / das
Juden-Bad / Juden-Kirchhoff / ꝛc.

6 Ex quo etiam hoc jus competit Nobilibus
immediatè Imperio subjectis, Wehner. *pract.
obs. verb.* Juden / *fol. 303. & verb.* Vogtey. §. 22.
Item Sie haben. *fol. 662.* ubi id Nobilibus Fran-
coniæ Vogteicam saltem jurisdictionem ha-
bentibus, den Vogtey Herrn / competere scribit.
Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 62. num. 10. & seq.* Quod
tamen contra Imper. constitutiones, moribus
& de facto magis, quàm jure fieri, in Dominis
tantum Vogteicis, putat Hopingk. *de jur. pro-
tect. concl. 54. lit. c.* Mager. *de advocat. cap. 8. n. 305.*

7 An autem Judæi à magistratu Christiano in
suo territorio tolerari, liciteque recipi & de-
fendi possint, non immeritò in dubium voca-
tur? Quod negant D. August. *de civit. Dei &
super Psal. 59.* Luther. *in lib. de judæ. tom. 8.* Adam.
Contzen. *l. 8. pol. cap. 17. n. 1.* Johan. Limnæ. *de
jur. publ. tom. 1. lib 3 cap. 2. n. 16. seq* Joh. Wurmser.
de jur. publ. exerc. 4 quæst. 18. Idque propter exe- 8
crabilia eorum fœnera & usuras, quibus Chri-
stianorum sanguinem exsugere eos plus quàm
notum est, Reform. guter Policey zu Augspurg *de
anno 1530. tit.* Von Juden und ihrem Wucher. *2.
& de anno 1548. eod tit.* R. A. zu Regenspurg. *de an-
no 1576.* §. Neben Berathschlagung. seq. Policey-
Ordnung zu Franckfurth *de anno 1577. tit.* von Ju-
den. *20. c. post miserabilem. 12. c. quanto. 18. X. de u-
sur. c. ex parte. de usur. in 6.* Nam Judæos in ci-
vitatem recipere, nihil aliud est, quàm lupum
in piscinam immittere, &

*Ut damno absq; caper nunquam retinetur in horto;
Sic nec Judæus sine damno in plebe fovetur.*

Et quod res furtivas & vi raptas coëmunt, pi-
gnora capiunt & occultant, Christianos insa-
tiabili odio prosequuntur, Rempublicā eorum
produnt, Christo salvatori nostro quotidie ma-
ledicunt, conviciis eundem proscindunt, hor-
rendasque in eum blasphemias evomunt, cu-
jusmodi Judæorum nequitiæ & perfidiæ exem-
pla plurima refert Simon Majol. *tom. 3. dier. ca-
nicul. colloq. 1.* Joach. Camerar. *horar. succisiv. cent.
1. c. 42.* Dn. Speidel. *in notabil. jurid. polit. verb.* Ju-
den. *vers. exempla autem. fol. 538. seq.* Unde quoque
ad Christianorum Ecclesias confugientes, il-
larum immunitatibus non gaudent, *supra cap.
28. n. 43.*

Hinc etiam multis in locis Judæi non tole- 9
rantur, sed planè sunt exules, prout in Saxo-
nia & Bavaria Judæos non tolerari, vulgò no-
tum esse testatur, Joh. Herman. Stam. *de servit.
person. lib. 1. tit. 5. cap. 2. n. 7.* Ex Palatinatu ipsos 10
relegatos esse in perpetuum, constat, auß der
Churpfaltz. Landsordn. *tit. 18. §. 5.* ubi ordinatum,
daß zu ewigen Zeiten kein Jud in der Pfaltz wieder
auffgenommen / und mit häußlicher Wohnung darin
nieder zu thun / noch auch mit den Underthonen in eini-
ge Weg zu hantieren soll vergönt werden. In Duca-
tu Würtembergico Judæos non recipi, constat
ex Fürstl. Würtemb. Lands-Ordnung. *tit.* die Juden
belangend. *fol. 56.* Imò nec transire per istum Du-
catum ipsis permittitur, sine salvo conductu,
ohne Gleits-Zettel / sed in proxima civitate salvum
conductū à Præfecto loci petere tenētur. Et sub-
ditis Würtemberg. sub gravissima pœna, cor-
poris scilicet & bonorum, bey Straff Leibs und
Guths / und darzu Verweisung deß Hertzogthumbs /
interdictum est, ne quicquam mutuo accipiant
à Judæis, cum iis contrahant, vel contractum
usurarium celebrare præsumant, Fürstl. Wür-
temb. Landsordn. *d. tit.* die Juden. *fol. 63.* §. Wir ge-
bieten. Et cum propter commoda quædam in
Ducatum istum Judæos recipiendos esse qui-
dam censerent, Dux Würtembergicus Christo-
phorus laudabiliter respondisse fertur: Wann
diese verfluchte Leuthe mir wölten Gelt voll auff geben /
wölte ich sie doch in meinem Fürstenthumb / weilen sie
an meinem Bruder und Erlöser Jesu Christo treuloß
worden / und offentliche Zauberer seynd / nicht leiden /
referente Gilhausen. *in arb. judic. part. 1. cap. 1. §. 1.
n. 70.* Mart. Rumelin. *ad A. B. diss. 8. concl. 17. part. 1.*

Sunt quoque alii Status Imperii, qui Judæos absque salvi conductus impetratione in territoriis suis planè non tolerant, Nassaw-Catzenelenbog. Policeyo Dn. *part. 1. n. 105.*

12 In plerisque etiam Civitatibus Imperialibus Judæi non recipiuntur, sicuti nec hic *Esslingæ.*

13 Imo non desunt Civitates Imperiales, quæ à receptione & contractibus Judæorum sunt privilegiatæ, cujusmodi privilegium ab Imperatore Maximiliano II. *die 28. Augusti anno 1573.* obtinuisse Norimbergam, simileque à Ferdinando I. *die 27. Martij anno 1561.* Ulmæ datum esse refert Wehner. *in metamorph. rerumpubl. cap.*
14 *5. in fin.* Sicuti & aliàs quoque de jure nulla civitas, nedum Imperialis, obligata est, præter & contra voluntatem suam Judæos in civitatem recipere, Surd. *cons. 174.* Klock. *cons. 29. num. 1031. seq* cum nec alii Christiani cives civitatibus invitis, ab Imperatore, vel Dominis territorialibus obtrudi possint, *supra cap. praeced. n. 13?.*

15 Receptos quoque Judæos, justis ex causis sæpissimè è Civitatibus Imperialibus expulsos esse, historiæ passim docent, & constat, ex Sebast. Francken in der Kayser und Welt-Histor. *fol. 197. ad fin.* ubi ait: *Anno 1384* am Freytag nach Jacobi / schlugen die von Nörlingen alle ihre Juden zu todt / Mann / Frauwen / und Kinder / bey 200. Menschen / und sie nahmen ihnen all ihr Guth / und was man den Juden schuldig war / da gab ihnen niemands nichts für. Darnach aber am nechsten Sontag / da fingen die Augspurger ihre Juden / die müsten ihnen geben zween und zwantzig Tausend Gulden / und darnach in allen Stätten / wurden die Juden entweders gefangen oder erschlagen / confer Lehman. *Chron. Spir. lib. 5. cap. 52.* & passim. Imperatorem quoque Sigismundum Augustanis potestatem dedisse, ut Judæos è civitate pellere possent refert Crus. *annal. Suev. lib. 7. part. 3. cap. 1. in fin.* Wormatiensibus quoque à Cæsare Judæos ibi habitantes, propter eorum admissa, pro propriis & mancipio donatos esse, vide *infra lib. 3. cap. 62. num. 17.* Quod etiam Spiræ factum, *infra d. lib. 3. cap. 50. num. 3?.*

16 Sic quoque sub Imperio Caroli IV. *anno 1348.* Judæos propterea quod ex fontibus per ipsos veneno infectis, pestis universalis orta diceretur, per totam fermè Europam flammis, aliisque suppliciis, absumptos esse, refert ex Naucler. Sebast. Franck. *Chron. fol. 198. seq.* Mager. *de*
17 *advoc. cap. 8. n. 297. seq.* Anno Christi *1306.* Judæi ex Galliis sunt ejecti, omnibusque bonis exuti, ut præter vestes nihil ipsis relinqueretur, & duplo plus Judæorum tunc interiisse quàm ex Ægypto fuerant egressi, perhibetur, Klock.
18 *de ærar. lib. 2. cap. 62. n. 46. seq* Ferdinandum Hispaniæ Regem anno Christi *1492.* propter illicitas & immoderatas eorum usuras, 12400. Judæos Hispaniæ regno ejecisse, refert Munster. *cosmogr. lib. 2. cap. 23.* Plura expulsionis Judæorum exempla videre licet apud Marquard de Susan. *de judæ. 1. part. cap. 7. n. 2.*

19 Quamvis autem hujusmodi, & aliæ consimiles rationes suadere videantur, ne Judæi in provinciam & tutelam recipiantur, æquius tamen & humanius mihi videtur, eosdem certis quibusdam conditionibus recipi & defendi posse, dum quietè & pacificè vivunt, prout quoque ipsos bona conscientia recipi posse docent & probant, Marta *de jurisdict. part. 1. cap 24. n. 20.* Bodin. *de republ. lib. 3. cap. 7.* Vasqui. *illustr. quæst. c. 8. n. 12.* Schönborn. *3. polit. cap. 36.* Thom. Michael. *de jurisdict. concl. 49.* Mager. *de advoc. cap. 8. n. 246. seq.* Reinking. *de regim. secul. lib. 2. class. 1. cap. 3. n. 13.* Stam. *de servit. pers. lib. 1. tit. 5. cap. 2. n. 9. seq.* Daniel Otto. *de jur. publ. cap. 19.* Rumelin. *ad Aur. Bull. diss. 8. concl. 17. part. 1.* Klock.
de ærar. lib. 2. cap. 62. n. 35. Et quidem 1. propter 20
vaticinium Christi affirmantis, quod generatio hæc præterire non debeat, donec omnia facta fuerint, Matth. *24. v 34. Marc. 13. Luca. 21.*

2. Cum fides sit primordium veritatis, *l. cum* 21
filius & hæres. ff. de legat. 2. & per eorum consortium ipsos Deo lucrari possimus, *c. ad mensam. caus. 11. quæst. 3. c. infideles. caus. 23. quæst. 4.* à consortio quoque Christianorum non arcendi, sed recipiendi erunt.

3. Et cum Judæi ante finem mundi conver- 22
tendi erunt, juxta illud Apostoli *Romanor. 11. v. 25. & 26. Sophon. cap. 3. v. 8. Hose. 3. v. 4. Luc. 21. v. 24.* ipsis quoque media conversionis, Christianorum nimirum conversationes, concedendæ erunt.

Hinc quoque 4. Judæis tutela à jure data est, 23
ne Christiani in eos insultent, *l. nullus. 12. C. de Judæ.* Et Judæis nihil tentantibus turbulentum, legique contrarium, injuriam fieri non debere, docet, *l. Christianis. 6. C. de pagan.* ac humaniter eosdem tractandos, patienterque fe-
rendos esse tradiderunt Hostiens. *in sum. tit. de* 24
Judæ. Oldrad *cons. 78. n. 264.* Menoch. *recuper. poss. remed. 9. n. 288.* Joach. Camerar. *cent. 1. medit. hist. cap. 89.* ubi inter alias hanc allegat rationem, quod Judæi, si nullum hospitium apud Chri-
stianos inveniant, catervatim ad Turcas pro- 25
fluant, olimque ad centum millia Judæorum ad Turcam migrasse, addens, memoriæ traditum esse, Turcicum Imperatorem dicere solitum, se mirari Christianorum Regum stoliditatem, quod tantam multitudinem potius in propriam perniciem expellere, quàm ad suum emolumentum retinere maluerint, utpote, quam si interficere non voluissent, mancipiorum tamen loco ad varia servitia præstanda servare potuissent. Et memorabile est, quod idem Camerarius attestatur, Judæos illos, qui à Christianis expulsi fuerunt, primo omnium ad Turcas attulisse varia artificia, & perfectiorem machinarum usum bellicarum, aliarumque multarum rerum, quibus antea barbara Turcarum gens destituta fuit. Mager. *de advoc. cap. 8 n. 249.* Inde quoque Judæos vel personaliter, vel in bonis offendere prohibet, *c. sicut. §. fin. X. de Judæ.* Becht. *de secur. concl. 92.* Eosdemque in quantum humanæ naturæ sunt participes, diligẽdos esse monemur per *c. charitas. de pœnit. dist.* 2. Et tempore necessitatis ipsis succurri debere, probat, *l. quiescamus. d. 40,* ac Principem secus facientem peccare, docet *l. benè à Zenone. C. de*
quadrien. præscript. Hinc Judæi quoque vivunt 26
jure Romanorum, *l. Judæi. 8. C. de Judæ. c. gaude-*
mus. X. de divort. Et in Germania ex stylo Came- 27
ræ & de consuetudine, pro civibus Romanis haben-

habentur, teste Mynſ. 5. obſ. 6. Wehner. verb. Juden. in princ. ac in liberos patriam poteſtatem habere dicuntur, quæ eſt de jure Romanorum, gloſſ. in c. Judæorum. cauſ. 28. quaſt. 1. Wehner. d. verb. Juden. prædia propria poſſidere poſſunt, c de terris. X. de decim. Wehner. d. l. quod tamen negat Stam. de ſervit. perſ. lib. 1. tit. 5. cap. 1. n. 22. Cõmercia cũ Chriſtianis exercere poſſunt, R. A. de anno 1577. tit. 20. ſub ſpeciali Imperatoris protectione vivunt, eademq; ſecuritate gaudent, qua cives & ſubditi, c. nullus. 14. C. de Juda. l. 6. C. de pagan. Et in Imperio Romano Judæi aliis pluribus privilegiis, tam ratione bonorum, quàm perſonarum inſigniter donati ſunt ab Imperatore Carolo V. Maximiliano II. & Rudolpho II. quæ prægnantibus clauſulis munita exiſtunt, quæ videre licet apud Gylman. ſymphor. tom. 6. fol. 198 & 358. Ayrer. proc. part. 2. cap. 5. Roding. obſerv. 13. n. 14.

28 Non aliter autem Judæi, quàm certis quibusdam conditionibus recipiendi ſunt, quales ſequentes potiſſimum eſſe ſolent, 1. ut Magiſtratui ordinario ſint ſubjecti, & in omnibus obediant, daß ſie der Obrigkeit / darunder ſie wohnen / underworffen / getrew und gehorſam ſeyn / ihrer und gemeiner Statt Schaden warnen / Nutz und Frommen fördern / und nichts wider ſie thun wöllen / Mager. de advoc. cap. 8. n. 275.

29 II. Ut in negotiis politicis jure communi Romano, aliisque Principum Conſtitutionibus, ſtatutis & conſuetudinibus utantur & ligentur, l. 7. & 8. C. de Juda. Th. Michael. de juriſd. concluſ. 48. lit. B. Decian pract. crim. lib. 5. cap. 14. per tot. Speckhan. in diatagm. Juda. concl. 12. 16. & 18. Becht. de ſecur. concluſ. 97. Mager. de advoc. cap. 8. n. 275. Wehner. d. verb. Juden. verſ. ubi verò. Stam. de ſerv. perſon. lib. 1. tit. 5. cap. 4. num. 1. Modò ejusmodi leges ad Judæorum perſonas adaptari poſſint, & in æquitate tantùm non ſint fundatæ, leges enim in mera æquitate
30 fundatæ in Judæorum perſonis non obtinent, cum rigor, non æquitas circa ipſos obſervari debeat, Wehner. d. verb. Juden. verſ. notandum. fol. 301. in fin. & ſeq. Unde Judæo, ut perſonæ vili, non eſt deferendum juramentum ſuppletorium, c. 2. in gloſſ. fin. de jurejur. Wehner. conſil. Francon 85. & d. verſ notandum. Maſcard de probat. concluſ. 945. num. 17. & ſeq. Nec mulier Judæa privilegio Sñti Vellejani cõtra Chriſtianos gaudet, Benckendorff. ad l. 2. ff. de R. I. fallent. 13. ſect. 2. membr. 5. part. 2. art. 1. num. 1. Nec contra creditores Chriſtianos in bonis mariti tacitam hypothecam habet, Benckendorff. d. l. num. 24. Stam. de ſervit. perſon. libr. 1. tit. 5. cap. 4. num. 9.

31 Caſibus quoque quibusdam Judæi non ſecundum Jus Civile, ſed juxta legem Moſaicam judicantur; Veluti 1. ſi de ſucceſſione inter ipſos Judæos agatur, quia Judæi ſecundum legem Moſaicam ſibi invicem ſuccedunt, Wehner. d. verb. Juden. verſ. Judæi. ſibi invicem. fol. 302. Stam. d. cap. 4. n. 12. 2. Lex Moſaica obſervatur in teſtamentis, Maranta. in ſpec. part. 3. num. 49. Stam. d. l. n. 13. 3. In cauſis Judæorum ſpiritualibus & Eccleſiaſticis, Stam. d. l. num. 14. Reinking. de regim. ſecular. libr. 2. claſſ. 1. cap. 3. num. 7. Cum enim Judæi non ſint de Eccleſia, ideò etiam de anima ipſorum non curat c. gaudemus. 8. X. de divort. & ſubjecti non ſunt legibus Eccleſiæ, Felin. in c. adhæc. X. de Juda. Covarruv. 2. part. relect. de matrim. cap. 6. num. 3. Atque ita etiam 4. in cauſis matrimonialibus, d. c. gaudemus. §. fin. X. de divort. c. de infidelibus. 4. X. de conſang. & affin. Stam. d. cap. 4. n. 18. 5. Si Judæi inter ſeſe litigent, quia tunc ſequi poſſunt jus Moſaicum, ſpecialiter illis conſtitutum, arg. l. 2. in fin. C. de conſtit. pec. niſi de jure communi aliud, quoad Judæorum perſonas conſtitutum, l. nemo Judæorum. C. de Juda. Natta conſ. 621. num. 7. libr. 3. Cum enim magiſtratus Chriſtianus toleret Judæos in eorum ritibus & ceremoniis ſuperſtitioſis, in quantum ad fidem illorum pertinet, c. qui ſincerè. Diſt 45. c. conſuluit & c. ſicut. X. de Juda. l. Judæos. l. die Sabbathi. C. de Juda. Veteresque ſynagogas reſtaurare permittat, l. fin. C. de Juda. Quantò magis permittendum erit illis vivere ſecundum legem ipſorum antiquiſſimam Moſaicam in actibus forenſibus, ubi nullum pernicioſum metuitur ſcandalum, nec Divina læditur Majeſtas, Trentacinqu. lib. 1. var. reſol. 3. num. 1. verſ. ſecundo movetur. Si verò cum Chriſtianis litigent, ſecus eſt, & forum etiam actoris ſequuntur Chriſtiani, l. ſi qua. C. de Juda. Reinking. d. cap. 3. n. 11. 32

III. Conditio, ſub qua Judæi recipiendi eſt, ut certa ſolemnitate rigoroſè præſcriptâ, juramenta præſtent, Johan. Limnæ. de jur. publ. tom. 1. libr. 3. cap. 2. num 38. Cujus formulam in conſtitutionibus præſcriptam videre licet, Cammer-Gerichts Ordnung zu Speyr / de anno 1533. tit. Form und Ordnung deß Juden-Ayds. 25. & Ord. Camer. part. 1. tit. 86. Jure Saxonico quomodo jurent Judæi, refert Wehner d. verb. Juden. fol. 302. ubi etiam addit, quomodo in inferiori Auſtria infra Onaſum jurent. Juramentum Judæorum in Judiciis Provincialibus Sueviæ, an dem Kayſerlichen Land-Gericht in Schwaben / extat in ejus ordinatione fol. 149. ſeq. quod etiam refert Dn. Speydel. in notabil. verb. Juden. In Hungaria quoq; ſpeciale Judæis præſcriptum eſt juramentum, quod refert Limnæ. d. cap. 2. num. 39. 33

IV. Ut diſcreto veſtitu utantur, & ſigna aperta portent, quo eò facilius à Chriſtianis dignoſcantur, & plerumque clavo, ſeu annulo flavo ab aliis diſcriminantur, Reformat. guter Policey zu Augſpurg / de anno 1530. tit. von der Juden Kleidung. Decian. prax. crim. libr. 5. cap. 12. num. 16. Denaiſ. jur. Camer. tit. 150. §. 1. Becht. de ſecurit. concluſ. 97. Mager. de advocat. cap. 8. num. 77. Limnæ. d. cap. 2. num. 33. Hoping de jur. inſign. cap. 2. num. 136. ſeq. Sicuti etiam de meretricibus, quod habitus diverſitate uti debeant, ſtatutum eſt, l. in audientia. 25. X de ſent. excom. l. apud Labeonem. 15. §. ſi quis virgines. 15. ff. de injur. l. mimæ. & ibi Bald. C. de Epiſcop. aud. Reformat. guter Policey zu Augſpurg / de anno 1530. tit. von gemeinen und unehrlichen Weibern. Maſcard. de probat. concluſ. 1068. num. 27 Hoping. d. cap. 2. num. 38. De hoc Judæorum ſigno Poëta quidam ita ſcribit: 34

Cur

Cur ferat Hebræus vocalem in pectore quartam,
A multis quæri, lector amice, solet?
Addictum æternis ut se cruciatibus esse
Cogitet, hæc secum signa doloris habet.
Aut quia pro nihilo numeris apponimus illam,
Inter mortales se sciat esse nihil.
Aut quia Judæis augentur fœnore nummi
Major ab hoc numerus nam solet esse nota.

36 V. Ut ab usurariis contractibus & expilarione abstineant, d. Reformat. guter Policey *de anno 1530. tit.* von Juden. *& de anno 1548. tit.* von Juden. 20. Policey-Ordn. *de anno 1577. d. tit. 20.* §. Damit aber die Juden. *Becht. de secur. concl. 96.* Reinking. *de regim. sec. lib. 2. class. 1. cap. 3. num. 16.*

37 Possunt tamen usuras legitimas inter Christianos receptas & permissas, nimirum 5. pro 100. accipere, d. Policey-Ordn. *de anno 1577. tit.* von Juden. *20.* §. Damit aber. *5. ibi:* Damit aber die Juden ihre Leibs-Nahrung haben mögen / so soll ihnen nicht mehr dann fünff von hundert zum Wucher zu nemmen erlaubt seyn. Ita ut si amplius quid, quàm jure receptum est, usurarum nomine exigant, id aut in sortem imputetur, vel restituatur, Curt. jun. *in l. ejus qui ff. si cert. pet.* Reink. *d. cap. 3. n. 18.* Unde etiam Imperator Wenceslaus *anno 1391.* Judæis mandavit, ut Nobilibus obligationes suas absq; ullo pretio redderent, sicuti testatur Sebast. Franck. *in chron. fol. 197.* Klock.
38 *de ærar. lib. 2. cap. 62. num. 48.* Imprimis verò cavere debet magistratus, ne Judæi frumentum, aliaque victualia in magna copia coëmant, eademq; Christianis inopia pressis, majori postea pretio vendant, sed ut cogantur ipsi expectare, usque dum Christiani, quæ sibi necessaria sunt, ad sui sustentationem comparaverint, Gomes. *2. var. resol. tit. de empt. vend. cap. 2. n. 51.* Molin. *de just. & jur. tom. 2. disp. 341. num. 4.* Köppen. *decis. 59. num. 21. part. 1.* Menoch. *arbit. jud. cas. 384. n. 1 seq.*

39 VI. Ut non sint otiosi, sed operis manuariis, aliisque artificiis, honestisque negociationibus & modis, se suosque alant, uti aliis subditis permissum est, Reformat. guter Policey zu Augspurg *de anno 1530. tit.* von Juden. *27.* Policey-Ordn. zu Franckfurt *de anno 1577. tit.* von Juden. *20.* § Damit aber. *5.*

40 VII. Ut schedulas obligationum & rationes suas in lingua Germanica conficiant, iisque adjiciant, quid & quando crediderunt, qualeque pignus acceperunt, d. Policey-Ordn. *de anno 1577. tit.* von Juden. *20.* §. Und damit. *2.*

41 VIII. Ut actiones & jura sua contra Christianos ex ulla causa vel prætextu alii Christiano non cedant vel vendant, d. Policey-Ordn. *de an. 1577. tit.* von Juden. *20.* §. Es soll auch. *3.* R. A. zu Augspurg *de anno 1551.* §. Diesem zu begegnen. *79.* Ita, ut secus facientes jura sua amittant, & Notarii & magistratus ejusmodi cessionis contractus conscribentes, honoribus & officio priventur, aliique id facientes, carcere, & aliis modis puniantur. *d.* §. Es soll auch. *3.* R. A. zu Augsp. *de anno 1551.* §. Zu dem wollen. *80.*

42 IX. Ut contractus Judæorum non aliter cum Christianis fiant, quàm cum consensu magistratus, sub cujus jurisdictione Christianus cōtrahens degit, præterquam in nundinis publicis, & si quæ obligationes desuper conficiendæ, ipsæ non aliter, quàm à magistratu illius loci conscribi & confirmari debent, ita ut si hoc nō fiat, contractus & obligationes nullæ ac infirmæ sint, nec ullus judex desuper jus dicere debeat, *d.* R. A. *de anno 1551.* §. Diesem zu begegnen. *76.*

43 X. Ut cum furibus non colludant, nec res furtivas coëmant, & si res furtivæ apud Judæos reperiantur, etiamsi easdem furtivas esse ignoraverint, nihilominus tamen absque refusione pretii, omnisque lucri restituant, ohne Entgelt- 44 nus / vel si in fraudem legis easdem rursus alteri vendiderint, pretium emptori refundāt: Si verò res furtivas vel vi ereptas scienter emerint, à magistratu severè puniantur, d. Policey-Ordn. zu Franckf. *de an. 1577. tit.* von Juden. *20* §. *1* Adeò, ut ne Princeps quidem Judæis privilegium cōcedere possit, cujus vi res furtivas emere possint, nec ante quàm restituto pretio veris Dominis ea restituere teneantur, Sichard. *in l. 2. n. 2. C. de furt.* Menoch. *5. præs. 29. num. 35. & seq.* Stamm. *de servit. person. libr. 1. tit. 5. cap. 3. in fin.*

45 Irrationabiliter autem videtur, quod nonnullis in locis Judæi ob furtum pedibus inter duos canes medii suspenduntur, Remus *ad constitut. Caroli V. criminal. art. pen. in not.* Natta *cons. 620. n. 22. tom. 2.* Marquard. *de Susan. tract. de Juda. part. 1. cap. 7. n. 3.* Quamvis enim Judæi non sint de corpore spirituali, de corpore tamen & populo civitatis esse intelliguntur, & civitatis statutis obligantur, Menoch. *recup. poss. remed. 9 n. 290. seq.* Schwanman. *observ. Camer. 67. in fin.* Dn. Lindenspur *ad jus Provinc. VVurtemberg. fol. 115. n. 20.* ubi exemplum refert de Judæo quodam Anastasio converso & baptizato, quod ob facinus quoddam Weissensteinii collo suspensus fuerit, quia baptismus anteriora delicta, quoad pœnam legalem non extinguit, Speckhan. *cent. 2. class. 1 quæst. 17.* Gilhaus. *in arb. crim. cap. 3. part 2. n. 11.*

46 XI. Ut pignora sub lege commissoria non accipiant, vel sine judiciali authoritate alienent vel distrahant, d. Policey-Ordn. *de an. 1577. tit.* von Juden. *20.* §. Und dieweil man. *4.* ubi quoque cavetur, quod magistratus advertere debeant, ne officiarii cum Judæis colludant, & propter munera illis conniveant, & sic ordinationem ejusmodi politicam eludant, *d.* §. Dieweil man. *4. in fin.*

47 XII. Ut blasphemas voces, quas in Christum, matremque ejus Virginem, eructare solent, contineant, nec quicquam in Christianæ fidei opprobrium committant, *l. nullus. 14. C. de Judæ.* Limnæ. *tom. 1. lib. 3. cap. 2. n. 29. & 30.*

48 XIII. Ut à medicandi arte abstineant, *c. nullus eorum. caus. 28. quæst. 9.* cum Judæorum medicinæ Christianis etiam Imperatoribus & Regibus sæpe funestæ extiterint, ita enim Carolus Calvus Imperat. à Sedechia Judæo Medico suo veneno extinctus legitur apud Philip. Mel Seb. Francc. & alios *in vita Caroli Calvi.* Sicq; Johannem Bohemiæ Regem à Judæo quodam Opthalmiæ curandæ peritiam jactante, ex cæcutiente, cæcū effectū, narrat Joan. Dubrav. *lib. 1. hist. Bohem. circa fin.* ut ita mortem oppetere videtur, quia à Judæo sanitatē exquirit, *c. qui sine caus. 26. quæst. 2.*

XIV. Ut

49 XIV. Ut certis temporibus ad S. Evangelii prædicationem audiendam compellantur, *arg. Luc. 14. v. 13. Novel. 146. l. 3. C. de sum. Trin.* Luther. *in libel. de Judæis.* Kitzel. *en discurs. de regal. habend. Judæ.* Graeven. *2. pract. concl. 5. in coron. n. 9.* Becht. *de secur. concl. 98.* Norderman. *de jur. Principat. concl. 32.* Reinking. *d. lib. 2. class. 1. cap. 3. n. 35.* Quamvis enim hæretici ad fidem cogi nequeant, ad fidei tamen media cogi poterunt, & decet magistratum, subditos & incolas de religione commonefacere, *l. 3. C. de summ. Trinit.* Atque ita observatur Romæ, & alibi in Italia, ubi publicè Judæis Catholica fides proponitur, teste Norderman. *concl. 32. lit. c.* Limnæ. *d. cap. 2. n. 32.* Proutetiam de jure Justinianæo ad legendas sacri Canonis interpretationes adiguntur, *Novel. 146.*

50 XV. Non tamen cogi possunt ad Christianismum & fidem Christianam amplectendam, Becht. *de secur. concl. 98.* Reinking. *d. n. 35.* Graeven. *2. concl. 5. coron. miscell. n. 8.* Rumelin. *ad Aur.*
51 *Bull. 1. dissert. 8. concl. 18.* Nec ipsorum infantes, parentibus invitis, auferri, aut per baptismum Ecclesiæ Christianæ participes reddi possunt, Natta. *cons. 434. num. 1. & seq. tom. 2.* Reinking. *d. l. n 36.* Quin tamen infantes sive liberi, ipsis etiam parentibus invitis, ad Christianismum transire possint, non magnum videtur habere dubium, Zasius *de Judæ. quæst. 2.* Reinking *d. n. 36.*

52 XVI. Ne Judæum ad Christianismum transire volentem prohibeant vel impediant, *l. Judæis. 3. C. de Judæ.* Limnæ. *d. l. n. 31.* cum proscriptionis pœna imposita sit ei, qui ad Christianos transire volentem impedire conatur, Decian. *pract. crim. lib. 5. cap. 12. n. 9. seq.* At adeò favorabilis est Judæorum conversio, ut quocunque loco conversi baptizantur, omnia jura & privilegia civium eos adquirere voluerit, Concil. Basileens. *sess. 19.*

53 XVII. Ne sectam suam Christianis persuadeant, idque sub pœna sanguinis & proscriptionis bonorum expressè prohibitum est Judæis, *l. Judæus. 18. C. de Judæis. l. 1. & 2. C. ne christ. mancip. hæret.* Decian. *d. cap. 12. num. 11.* latè Pius fœlix Cæsar. *in consil. singul.* was ein Jud/der einen Christen verführt/ für ein Straff verwürcket. *per tot.* Idque Judæo cuidam Salomoni Molchu contigit, qui Imperat. Carolum V. seducere attentavit, eamque ob causam in Hispania in frusta dissectus fuit, Schickhard. *de jur. Reg. Hebr. cap.*
54 *5. fol. 126.* Unde etiam nimia familiaritas & stricta conversatio cum Judæis prohibita est, *c. sæpe 12. c. nullus. 13. caus. 28. quæst. 1.* nec Christiani cum ipsis sub eodem tecto habitare, nec cum illis convivari debent, *l. ne quis. 6. C. de Judæ. c. Judæi. 10. seq. caus. 28. quæst. 1.* nec lavandum cum ipsis, *c. nullus. d. caus. 28. quæst. 1.* Unde quoque Christianum mancipium habere prohibitum, *l. 1. C. ne Christ. mancip. c. multarum. & c. fin. X. de Judæis.* Bonacoss. *de serv. & famul. quæst. 134.* Nec christianas ancillas in Sabbatho pro famulis ipsis habere licet, *c. Judæi. c. adhæc. c. etsi Judæis. X. de Judæis.*

55 XVIII. Ne cum Christianis matrimonium contrahant, *l. ne quis. 6. C. de Judæ.* Limnæ. *d. cap. 2. n. 36.* Menoch. *arbitr. judic. cas. 290. n. 1. & 2.*

XIX. Ut certa tributa Magistratui solvant, 56
& ab oneribus non sint immunes, *l. jussio. 5. l. Judæorum. 17. C. de Judæis.* Jugum tamen ipsis tolerabile imponendum, sub quo innoxiè degere possint, *arg. Matth. 13. juncto Psalm. 59. v. 12. Sophon. 3. v. 7. & 8. Hosæ. 3. v. 4. Lucæ 22. vers. 24. Roman. 11. v. 25. & 26. c. consuluit. 7. c. etsi Judæos. 13. X. de Judæis.* Becht. *de secur. concl. 99. & 100.*

XX. Ne ad ullos honores, dignitates, vel 57
munera publica admittantur, *c. cum sit nimis. c. ex speciali. X. de Judæ. c. nulla officia. 11. Dist. 54. c. constit. 24. caus. 17. quæst. 6. l. fin. in princ. C. de Judæ.* Limnæ. *d. cap. 2. num. 35.* Stam. *de servit. person. lib. 1. tit. 5. cap. 1. num. 13. seq.* Sunt enim infames, vi- 58
les & turpes personæ, *l. cunctos. §. 1. C. de sum. Trin. c. cum sit in tuis. X. de Jud. l. fin. C. de Jud.* Mascard. *de probat. concl. 945. num. 21.* cum sint usurarii publici, quos ipso jure & absque alia sententia judicis infames existere, docet *c. porro. caus. 3. quæst. 7. l. improbum fœnus. C. de his, qui not. infam. auth. Gazaros. C. de hæret.* Et servi Christianorum, utpote quos propria culpa, perpetuæ Christianorum servituti submisit, & mors Christi servos fecit, *etsi Judæis. X. de Judæ.* Besold. *thes. pract. verb.* Juden. Stam. *de servit. person. lib. 1. tit. 4. cap. 1. n. 8. seq. per tot.* Ex quo etiam in 59
quibusdam privilegiis Cæsareis Cæsareæ Majestatis Cubicularii, der Römis. Kayserl. Majest. Cammerknechte/ dicuntur, non quasi honorabile Cubiculariorum munus in aula Imperatoris sustineant, sed quia Imperatori & Statibus Imperii Judæos, tanquam publicos usurarios & servos in bellica expeditione, aliisque necessitatibus, pecuniam ubivis colligere, & Cameræ Imperatoris & Statuum Imperii inferre oporteat, Kitzel. *d. discurs. de regal. habend. Judæ. in resp. ad 6. dubit. rat.* Quo nomine etiam Imperatori electo ad collectam quandam tenentur, die Juden seynd einem Römischen Kayser/ wann Er das Reich antritt/ ein Cronen Steur und Opfferpfenning schuldig/ Besold. *thes. pract. verb.* Juden. *fol. 446. in princ.* Hinc quoque non esse possunt 60
Notarii, Stam. *d. libr. 1. tit. 5. cap. 1. num. 17.* Nec testes contra Christianos, *c. 1. c. Judæi. 21. X.* 61
de testib. c. pagani. 24. c. si hæreticus. 15. caus. 2. quæst. 7. Nec quicquam ex Christianorum testamentis capere possunt, per notata gloss. *in c. Judæi. 5. verb. permittantur. & ibi* Hostiens. *X. de Judæ.* Decian. *prax. crim. lib. 5. cap. 13. num. 16.* Multo minus autem Doctores creari, Bart. *in l. fin. C. de judic. & in l. omnes. C. de decurion.* Nec in Principis servitio esse possunt, Stam. *d. cap. 1. num. 16.*

His & similibus conditionibus semel rece- 62
pti, nec in persona, nec in bonis offendi, *l. nullus. 14. C. de Judæ. l. Christianis. 6. C. de pagan. Novel. 45. & 46. C. sicut. 9. §. fin. X. de Judæ.* Becht. *de securit. conclus. 92. & 99.* nec expelli possunt, *c. qui sincera. Dist. 46.* Mager. *de advocat. cap. 8. n. 293.* Marta *de jurisdict. part. 1. cap. 14. n. 21.* Reinking *de regim. sec. lib. 2. class. 1. cap. 3. num. 13 & 37.* Stam. *d. lib. 1. tit. 5. cap. 2. n. 17.* Modò pacificè & secundum leges præscriptas vivant, ne quicquam turbulentum tentent, *l. Christianis. 6. C. de pagan. l. nullus. 13. C. de Judæ.* Mager. *d. cap. 8. num. 293. seq.* Ita ut si quis contra pacta & privilegia Judæos semel

semel in protectionem susceptos ejicere attentet, adversus ipsum mandata cum clausula, ad eorum petitionem in Camera decerni soleant, Rulant. *de commiss. part. 3. lib. 7. cap. 3 num. 5.* ubi præjudicium refert in causa Joachim Ferber / Juden zu Northausen / contra Burgermeister und Rath zu Northausen / *28. Septembr. anno 1551.* Sixtin. *de regal. 1. cap. 5. num. 24.* Buxtorff. *ad Aur. Bull. concl. 90. lit. c.* Mager. *d. cap. 8. n. 295.*

63 Et Judæorum receptorum expulsiones varias clades attulerunt, quotusquisque enim existit, ad cujus aures turbæ & factiones super offensione & expulsione Judæorum, in præcipuis Imperii civitatibus non percrebuerunt? ubi nonnulli de misera plebe, odio libertatis Judæorum, pravæ ipsorum Religionis, usurariæque pravitatis, tandem via facti ipsos adorti sunt, personas & bona ipsorum invaserunt, atque istiusmodi facinore sese & suos in extrema mala præcipites dederunt, partim etiam mortem ignominiosissimam in pœnam perpetrati flagitii, conciliarunt, tranquillitatem & pacem publicam violarunt, concordiam civitatis, amoremque inter cives & Senatum imminuerunt, florique, authoritati & incremento totius Reipublicæ non minima ex parte nocuerunt, Judæos verò, populum Christianis maximè infensum, hostesque ipsorum acerrimos, justis suis pœnis exhilararunt, multaque lætitia affecerunt, & ad se vindicandos, longè animosiores & insolentiores, magno cum Reipublicæ malo reddiderunt, ut scribit Caspar Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 62.*

64 Secus autem est & licitè expelli possunt Judæi, si conditiones sibi præscriptas transgrediantur, & contra recipientis præceptum, à blasphemis in Christianam Religionem sibi parcere, & ut aliàs Christianorum Principum & magistratuũ legib. politicis vivere nolint, si Christianos ad suam superstitionem traducere præsumant, si cum hostibus Christiani nominis proditoriè colludere animadvertantur, tum eam & ex causa imminentis periculi, vel ad amovendum scandalum, non graviter tantum coërceri, & durioribus conditionibus subjici, & quasi servituti Colonariæ, seu adscriptitiæ mancipari, sed etiam omninò expelli, & bonis quoque spoliari possunt, *l. Judæos 11. in fin. l. nullus. 14. in fin. l. Judæi. 16. l. Judæus. 18. C. de Jud. Novell. 146.* Speckh. *in diatagm. Jud. conclus. 20.* Schneidewin. *ad rubr. l. de success. ab intest. n. 13.* Wesemb. *ad tit. C. de Jud. n. 3.* Becht. *de secur. concl. 102.* Mager. *de advoc. cap. 8. n. 296. seq.* Buxtorff. *d. concl. 90. lit. c.* Stam. *d. lib. 1 tit. 5. cap. 3. num. 2.* Sicuti etiam Judæos fœnerantes in Imperio nullibi tolerari debere, constat ex Reform. guter Policey *de anno 1530. tit.* von Juden und ihrem Wucher. Quod si quoque ad certum tempus recepti, tempore elapso expelli possunt, 65
Reinking. *d. lib. 2. class. 1. cap. 3. n. 38.* Mager. *d. cap. 8. n. 299.* Stam. *d. cap. 3. num. 3.* Judæos quoque semel in tutelam receptos, etiam invito protectore recedere, & alio se conferre posse, probat Rulant. *de commiss. part. 3. libr. 7. cap. 3. num. 5.* Mager. *d. c. 8. n. 118. seq.* Nec Judæi emigrantes jus migrationis, Abzug/sive Nachsteur/solvunt, nisi fortè immobilia possideant, Mager. *de advocat. cap. 10. n. 209.*

Quod si Judæus cum Christiana carnaliter 66
sese commisceat, ob simplicem etiam fornicationem, extraordinaria, fustigationis, condemnationis ad triremes, interdum etiam abscissionis membri virilis, vel pecuniaria pœna graviore coërcetur, Rol. à Valle *cons. 35. vol. 2.* Decian. *pract. crim. tom. 2. lib. 5. cap. 12. num. 20.* Menoch. *arbit. jud. cas. 200. n. 8. seq.* Tiraquel. *de jur. primogen. quæst. 66. n. 20.* Oldrad. de Pont. *cons. 33* ubi *ad fin.* addit, se vidisse quendam Judæum in amissione virilium condemnatum, & virilia incisa ante palatium, confer Paul. Christinæ. *decis. 43. n. 10. & seq. vol. 2.* Sic quoque *anno 1530.* Pragæ in Bohemia Judæum quendam, quod cum Christiana rem habuisset, dolio picato per foramen membrum virile indere jussum, serrato & obtuso cultro juxta apposito, cum vi caloris torqueretur, sibi ipsi partes, per quas peccaverat, amputasse, cumque cruentus fugeret, immissis atrocissimis canibus dilaceratum fuisse, notat ex Cromero Zwinger. *in theatr. vit. human. vol. 2. lib. 7.* Notabile quod ex Schwartzmeyer. *lib. 1. misc. pr. c. ult. inf.* scribit Andr. Schwartz. *de jur. aggrat. thes. 10 pag. 74.* Wann bey den Juden ein Eheweib im Ehebruch begriffen wird / muß sie 4. Tage nacheinander / auff jeden Tag ein halbe Stund / deß Winters nackend biß an den Nabel in kalt Wasser sitzen / und deß Sommers auff ein Ameisen-Nest sitzen / und dabeneben ein gantzes Jahr ohne Hembd gehen / und deß Nachts ausserhalb der Thür schlaffen.

CAPUT XXXI.

De Alienatione & Oppignoratione Civitatum Imperialium.

Summaria.

1. *Imperatorem adhuc hodie provinciam vel civitatem aliquam Imperialem, sine consensu Statuum, oppignorare vel alienare posse, quinam statuant?*
2. *Omnia, quæ in Imperio sunt, Imperatoris esse dicuntur.*
3. *Quilibet Dominus rerum suarum moderator & arbiter liber, etiam abutendo, & num. 64.*
4. *Imperator est Dominus mundi, & n. 65.*
5. *Populus Romanus omne suum Imperium in Imperatorem transtulit, & n. 66.*
6. *Vasallus feudum suum refutare potest.*
7. *Vasalli & subditi inviti in alios alienari possunt, & n. 68.*
8. *Oppignorationes Statuum per Capitulationem Cæsaream confirmantur, quatenus procedat? n. 69.*

9. *Plures civitates privilegia habent, ne alienentur.*
10. *Olim Imperatores Imperii provincias, monasteria & civitates in commercio habuerunt, & liberè alienare potuerunt.*
11. *Imperator Fridericus Nobilibus de* Helenstein *annuum censum in Monasterio* Uhrsperg *constituit.*
12. *Monasteria Ratisponensia civitati Nördlingensi permutata.*
13. *Idem quoad Episcopatus factum.*
14. *Et provinciæ ab Imperio alienatæ.*
15. *Roma cum tota provincia Sylvestro Pontifici donata.*
16. *Belgæ olim Status Imperii Hispaniarum Regi in feudum concessi.*
17. *Helvetii libertatem hodie obtinent.*
18. *Civitates Imperiales complures ab Imperio alienatæ.*
19. *De vectigalibus, steuris & collectis alienatis, remissivè.*
20. *Oppignoratæ quoque sunt civitates.*
21. *Hodie Imperator provinciam vel civitatem aliquam oppignorare vel alienare non potest.*
22. *Imperator Imperium augere, non minuere debet.*
23. *Imperator ab augendo dicitur Augustus.*
24. *Imperator ab Imperio avulsa recuperare debet.*
25. *Imperium rectè administrare, tueri & defendere tenetur.*
26. *Administrator & defensor alienare nequit.*
27. *Imperatores sunt quasi tutores, custodes & pastores Imperii.*
28. *Tutores & Curatores absque decreto alienare non possunt.*
29. *Imperator Imperii ejusque civium pater est.*
30. *Pater bona filiorum adventitia alienare nequit.*
31. *Censetur quoque Imperii maritus.*
32. *Marito rerum dotalium alienatio interdicta.*
33. *Res Imperii publicæ, veluti provinciæ, civitates, &c. non sunt Imperatoris, sed in patrimonio Imperii & rebus fiscalibus opponuntur.*
34. *Res Imperii in nullius sunt bonis.*
35. *Quæ in populi Imperio sunt, alienari nequeunt.*
36. *Liberorum hominum nulla alienatio.*
37. *Servus cui per fideicommissum libertas relicta, alienari nequit, ne duriorem patronum consequatur.*
38. *Imperator in provincias & civitates Imperii plenum dominium non habet, sed tantùm administrationem.*
39. *Imperium Romanum non est successorium.*
40. *Imperator Augustus noluit se Imperii Dominum appellari.*
41. *Bona restitutioni obnoxia alienari non possunt.*
42. *Dominus feudi feudum Vasallo invito in alium transferre non potest.*
43. *Imperator Statuum conditionem duriorem facere non potest.*
44. *Imperia, regna, principatus, &c. unum quasi sunt corpus.*
45. *A corpore nullum membrum sine totius læsione præscindi potest.*
46. *Princeps principatus sui viscera eviscerans, propriæ dignitatis homicida fit.*
47. *Alienatio bonorum Imperii est contra Imperatoris & Principum Imperii reputationem & existimationem.*
48. *Divisiones Ducatuum, &c. improbantur.*
49. *Olim Decurionibus propriarum rerum alienatione interdictum sine decreto.*
50. *Imperator & Electores non possunt formam pro Statu Imperii generaliter constitutam mutare.*
51. *Nemo Principum leges sui principatus fundamentales antiquare potest.*
52. *Rescripta & actus Imperatorum contra jus & utilitatem publicam nullius sunt momenti.*
53. *Ubi in electione personæ industria est electa, ea eligentibus invitis mutari nequit.*
54. *Plerique Reges & Rerumpubl. moderatores jurato promittunt, se nihil ab Imperii, regni & rerumpubl. bonis alienaturos.*
55. *Veluti Rex Hungariæ.*
56. *Nec non Galliæ.*
57. *Quod etiam promisit Imperator Fridericus Tertius.*
58. *Idem hodie Reges & Imperatores in Capitulationibus jurato promittunt.*
59. *Nec alienatio hujusmodi in ipsos Status fieri potest.*
60. *Nec juramento convalidatur.*
61. *Nec in casu necessitatis licita alienatio.*
62. *Satius est oppignorare quàm alienare.*
63. *Verbum* Videri, *improprietatis significativum est, & quatenus omnia sint Imperatoris?*
67. *Inter refutationem & alienationem differentia, & Imperator Imperii administrationem in manus Electorum resignare potest.*
70. *Statuum Imperii oppignorationes salvæ esse debent.*

71. Pri-

71. *Privilegia de non alienando vel oppignorando cur olim civitatibus concessa?*

72. *An alienationes & oppignorationes bonorum Imperii olim licita fuerint?*

73. *Aquilam Romanam à Carolo IV. malè deplumatam conqueritur Imp. Maximilianus I.*

74. *Donatio Constantini, si facta, invalida tamen.*

75. *Imperator Fridericus Imperii bona alienare noluit.*

76. *Imperii administratio ab Electoribus quomodo restricta?*

77. *Alienationis Vox etiam oppignorationem includit.*

78. *Per pignoris obligationem pervenitur ad alienationem.*

79. *Alienatione prohibita, hypotheca quoque & oppignoratio prohibita intelligitur.*

80. *Oppignorationes subjectionem non includunt.*

PErtinet porrò ad Civitatum Imperialium immunitates & privilegia, quod ab Imperatoribus alienari vel oppignorari non possint, sicuti olim à nonnullis Imperatoribus factum fuisse, nemini incognitum
1 est, & adhucdum hodie Placentini nonnulli reperiuntur, qui asserere non erubescunt, posse Imperatorem, etiam sine consensu & concessione Electorum & Imperii Statuum, unam vel alteram Imperii provinciam, vel civitatem Imperialem, alienare vel oppignorare, inter quos sunt Bart. *cons. 196. n. 1. vol. 1.* Decius *in l. debitorum. 25. n. 2. C. de pact.* Afflict. *decis. 265. n. 33.* Boss. *tract. de Princip. n. 291.* Bald. *in c. 1. de natur. feud.* Alex. *cons. 1. lib. 6.* Ruin. *cons. 26. lib. 1.* Qui his potissi-
2 mum nituntur rationibus; 1. Quod Imperium Romanum, ejusque Provinciæ & Civitates Imperiales, omniaque, quæ in Imperio sunt, Imperatoris esse intelligantur, ipse eorum moderator & arbiter sit, *l. benè à Zenone. §. 1. C. de*
3 *quadrien. præscript.* Quilibet autem rerum suarum liber sit moderator & arbiter, *l. in re mandata. 21. C. mandat.* etiam abutendo, *l. sed etsi. 25. §. consuluit. 11. l. si quid possessor. 31. §. sicut. ff. de petit. hær.* & iniquum sit, ingenuis hominibus liberam non esse rerum suarum administrationem, *l. 2. ff. si à parent. quis manumiss.* gravisque sit injuria, quæ inanis colore honestatis velatur, ut homines de rebus suis aliquid facere cogantur inviti, *l. dudum. 14. C. de contrah. empt.* neque etiam Princeps in alienandis rebus, deterioris conditionis esse debeat, quàm privatus, *l. fiscus. 6. princ. & in fin. & l. si qui mihi. 28. ff. de jur. fisc. l. 2. C. de privil. fisc.*

4 2. Quod Imperator sit Dominus mundi, *l. deprecatio 9. ff. ad L. Rhod. de jact.* & sic quoque ratione dominii, Imperii partem liberè alienare possit, per jura jam allegata.

5 3. Quia populus Romanus Imperatori, & in eum, omne suum imperium & potestatem transtulit, & sic quoque alienandi facultatem concessisse intelligitur, *l. 1. in princ. ff. de constitut. Princ. §. sed & quod Principi. 6. I. de jur. natur. gent. & civil. l. 2. §. novissimè 11. in fin. ff. de offic. præf. Prætor. l. 1. §. sed & hoc studiosum. 7. vers. cum enim sæpe. C. de vet. jur. enucl.*

6 4. Quia Vasallus feudum suum refutare potest, non modò ipsi Domino, agnatis deficientibus, *c. un. 2. feud. 14.* sed & invito Domino ipsis agnatis, *2. feud. tit. 38. & 49.* Sonsbec *de feud. part. 12. num. 114.* Mynsing. *5. obs. 65. & 6. obs. 23.* Wesembec. *de feud. cap. 9. num. 3.* Zas. *de feud. part. 10. num. 85.*

5. Et generali consuetudine Germaniæ 7
hodie vasalli & subditi etiam inviti, in alios Dominos alienari, & una cum territorio transferri possunt, Besold. *part. 2. cons. 49. n. 133.* Klock. *cons. 13. n. 55.*

6. Quia Civitates Imperiales censentur esse patrimonium ipsius Imperatoris, prout supra quoque *c. 1. n. 40.* allegavimus.

7. Quia etiamnum hodie per Capitula- 8
tiones Imperatorum Statibus Imperii oppignorationes, quas ab Imperatorib⁹ obtinent, confirmantur & ratæ esse jubentur, prout videre licet in Capitulat. Imper. Caroli V. *art. 4.* Ferdinandi I. *art. 3.* Rudolphi II. *art. 3.* Matthiæ *artic. 3.* Ferdinandi II. & III. *art. 3. ibi*: Und ihnen darzu ihre Regalia und Obrigkeit / Freyheiten / Privilegien / Pfandschafften / und Gerechtigkeiten / auch Gebräuch und gute Gewonheiten / so sie bißhero gehabt haben / oder in Ubung gewesen seyn / zu Wasser und Land / in guter beständiger Form / ohn alle Weigerung / confirmiren und bestättigen / sie dabey / als erwöhlter Römischer König / handhaben / schützen und schirmen / etc.

8. Ad hæc plures sunt civitates Imperia- 9
les, quæ specialia ab Imperatoribus privilegia obtinent, quod ab Imperatoribus & Imperio nullatenus separari, alienari vel oppignorari, sed immediatè sub Imperatoribus & Imperio permanere debeant, Zach. Vietor. *de caus. exempt. conclus. 13.* Ex quo concluditur, quod regula sit in contrarium, & civitates hoc privilegio non munitæ, liberè alienari & oppignorari possint. Prout hujusmodi speciale privilegium de non alienando vel oppignorando habet Eslinga, de quo *infra l. 3. c. 13. n. 36. 53. 54. & 55.* Idem obtinet Francofurtum, de quo *infra l. 3. c. 14. n. 23.* Eodem privilegio munita est civitas Fridbergensis, Wetzflariensis & Gelnhusensis, de quo *d. l. 3. c. 15. n. 32.* Tale quoque privilegium ab Imper. Richardo *anno 1257.* obtinet Hagenoa, infra *d. l. 3. c. 21. n. 12.* Idem Imperator Carolus IV. *anno 1348.* sequentibus civitatibus jura & privilegia sua confirmavit, & simul privilegium de non alienando addidit, veluti 1. Augspurg / 2. Ulm / 3. Memmingen / 4. Kemten / 5. Kauffbeuren / 6. Leutkirch / 7. Wangen / 8. Biberach / 9. Ravenßburg / 10. Lindaw / 11. Buchorn / 12. Uberlingen / 13. Pfullendorff / 14. Eßlingen. 15.

Reut-

Reutlingen/ 16. Rothweil/ 17. Nördlingen/ 18. Gemündt/ 19. Hall/ 20. Hailbrunn/ 21. Wimpffen/ 22. Weinßperg/ rc. Daß Sie keine von diesen Stätten/ durch eigene/oder Reichs-Noth/ und umb keiner Sach wegen/nicht sollen oder wollen versetzen/verkauffen/ verkümmern/und so dergleichen geschehe/soll es kein Krafft haben/ rc. Consimile privilegium concessit Imperator Wenceslaus *anno 1377.* propter bene merita & fidelia officia præstita, sequentibus civitatibus, 1. Ulm/ 2. Costantz/ 3. Eßlingen/ 4. 4. Reutlingen/ 5. Rothweil/ 6. Weil/ 7. Uberlingen/ 8. Memmingen/ 9. Biberach/ 10. Ravenßburg/ 11. Lindaw/ 12. St. Gallen/ 13. Kempten/ 14. Kauffbeuren/ 15. Leutkirch/ 16. Ysni/ 17. Wangen/ 18. Buchorn. Idem Imp. Wenceslaus confirmavit & de novo concessit hoc privilegium, unâ cum prænominatis etiam sequentibus civitatibus. 1. Regenspurg/ 2. Basel/ 3. Augspurg/ 4. Nürnberg/ 5. Pfullendorff/ 6. Nördlingen/ 7. Dünckelspiehl/ 8. Rotenburg uf der Tauber/ 9. Bopffingen/ 10. Aulen/ 11. Gmündt/ 12. Hall/ 13. Hailbrunn/ 14. Wimpfen/ 15. Weinsperg/ 16. Windsheim/ 17. Weissenburg/ 18. Giengen/ 19. Buchaw/ 20. Schweinfurt in Francken/ und 21. Mühlhausen im Elsaß. De dato Nürnberg 1387. Cujusmodi privilegia vide *infra lib. 3. c. 13. n. 53.* Quibus adde sequens:

Wir Carl von Gottes Gnaden/ Römischer Kayser / zu allen Ziten Mehrer deß Richs und Künig zu Böheim: bekennen und tun kund offentlich mit disem Briff/allen den/ di in sehen oder hörent lesen/wan unser und deß Heil. Richs Stätte in Schwaben gemeinlich/ unß und dem Riche/die Landvogti/und järliche Stür/ die Amman-Ambt/ die Ungelt und alle andere unser und deß Richs Recht in den Stätten/ und och die Clöster in Schwaben umb alle die Sachen/die in die Landvogti dißhalb und inhalb der Albe dehein wiß gehören/ durch unser bede Willen / und durch deß Richs Nothdurfft / mit je selbs bereitem Gelt gelöset haben: Besprechen und erkennen wür mit wolbedachtem Mut von sonderlichen Gnaden und mit rechten Wissen / daß wir dieselben Landvogti / die järliche Stür/ die Amman-Ambt / die Ungelt/und alle andere Ambt und Recht in den ehgenannten Stätten/und och die Clöster in Schwaben/und alles das / daß zu der ehgenannten Landvogti uff dem Lande und Stätten/den Ambten/Clöstern und Rechten gehöret / nimmer sollen in deheinen künfftigen Ziten/versetzen / vergeben / verkümmern oder in deheine Wise von dem Riche empfrembden wöllen noch sollen/ und wär das Sache / daß wir dawider thäten oder innemmen in dehein Wise / so wollen und erkennen wür von Kayserlicher Macht/daß solch Versetzung/ Vergebung oder Empfrembdung keine Krafft oder Macht haben solle: Mit Urkund diß Brieffs versigelt / mit unser Kaysers Majest. Insigel/ der geben zu Nürnberg nach Christs Geburt drüzehenhundert Jahr und darnach in dem sechzigisten Jahr/ an der Mitwochen nach Allerheiligen-Tag / unser Riche in dem fünffzehenden / und deß Kayserthumbs in dem sechsten Jahr.

10 9. Ex quibus quoque & aliis facilè colligitur, quod olim Imperatores Imperii provincias, monasteria & civitates in commerciis habuerint & liberè alienare potuerint, prout innuit Seneca *de clement. l. 5. c. 1. in princ.* in persona Neronis Cæsaris, ita dicentis: Ego ex omnibus mortalibus placui, electusque sum, qui in terris Deorum vice fungerer: Ego vitæ necisque gentibus arbiter; Qualem quisque sortem statumque habeat, in manu mea positum est: Quid cuique mortalium fortuna datum velit, meo ore pronunciat. Ex nostro responso, lætitiæ causas populi urbesque concipiunt, Nulla pars unquam, nisi volente propitioque me floret. Hæc tot millia gladiorum, quæ pax mea comprimit, ad nutum meum stringentur: Quas nationes funditus exscindi, quas transportari, quibus libertatem dari, quibus eripi, quos Reges mancipia fieri, quorumque capiti regium circumdari decus oporteat, quæ ruant urbes, quæ oriantur, mea jurisdictio est, &c. Ita enim ex historiis constat Imperatorem Fridericum I. per procuratorem sive præfectum suum Sueviæ, Landvogt in
Schwaben/ Nobilibus de Helenstein in monaste- 11
rio Ursperg annuum censum constituisse, ejusque filium Philippum Imperatorem Berchtoldo von Neuffen oppignorasse, juxta Urspergensem, Nauclerum *Chron. vol. 2. gener. 41. fol. 803.* Brusch. *in Chronol. de monaster. rub. Urspergum. post. princ. fol. 165.* Crus. *annal. Suev. part. 2. lib. 12.*
cap. 13. Imperator Fridericus II. Monasteria 12
Imperialia Ratisponensia Ober- und Niedermunster Civitati Nördlingensi, & civitatem Oetingensem una cum Præpositura & advocatia Conrado Episcopo Ratisponensi permutavit, prout testatur diploma exhibitum ab additionatore Hund. *in metrop. Salisburg. tom. 3. rubr.* Obermunster zu Regenspurg. *fol. 4.* Imperatores Arnolphus, & post ipsum Otto. I. Abbatiam Moßburg in Bavaria Episcopatui Frisingensi, & postea eidem Imperator Henricus IV. monasterium Beuren in Bavaria; Imperator Fridericus. I. Monasterium nidern Altaich / una cum Advocatia Ecclesiastica Imperiali Episcopatui
Bambergensi; Episcopatui Passaviensi Abba- 13
tiam Imperialem in Civitate Passaviense donavit & cessit: Sicuti etiam Leonhardus von Keutschach / Archiepiscopus Salisburgensis ditionem Wildenegg / cum omnimoda jurisdictione, & monasterium Mannsee una cum Civitate ab Imperatore Maximiliano I. pro 12000. florenis emit, prout videre licet apud Hund. *in metropol. Salisburg. tom. 2. rubr.* Moßburg/ *fol. 504. seq. & rubr.* Buren. *fol. 140. rubr.* Altaich. *fol. 2. circa fin. & fol. 28. & tom. 1. rubr. Episcopi Patavienses. fol. 371. & tom. 1. rubr. Archiepiscopi Salisburg. fol. 31. & tom. 2. rubr.* Mannsee. *fol. 499.*

Idem est, quoad provincias & regna ab 14
Imperatoribus alienata, ita enim Regnum Arelatense ab Ottone I. Imperio adjectum, unius prandii gratia in villa nova prope Avinionem Carolus IV. Galliarum Regi tradidit, & sedecim liberas civitates ad Imperium pertinentes vicinis Principibus vendidit, Crus. *l. 5. annal. Suev. part. 3. c. 11.* Joh. Limnæ. *de jur. publ. l. 1. cap 9. n. 11.*

Sic quoque Imperator Constantinus Syl- 15
vestro Pontifici Romano urbem Romam, cum toto patrimonio adjacente, septuaginta duas

civita-

civitates, & duo millia oppidorum in Italia, &
in Insulis adjacentibus, donasse jactitatur,
c. Constantinus. 13. Dist. 96. Marta. *de jurisd. part. 1. c.
30. num. 25.*

16 Belgæ quoque confœderati Imperio paruerunt & Status Imperii fuerunt, sicuti refert
Goldast. *in præfat.* der Reichshandlung / & constat
ex Circulorum distributione *de anno 1521.* qua
Belgio & Westphaliæ singularis titulus assignatur, der Niederländisch und Westphälisch Craiß /
prout videre licet apud Goldast. Reichssatzung.
fol. 249. confer R. A. zu Augspurg *de anno 1548.* §.
Nachdem dann von unsern. *67.* Quæ tamen provinciæ postea Hispaniarum Regi in feudum
concessæ, cum autem ipsis intolerabile jugum
imponere niteretur, post multorum annorum
belli quassationes Hispani Dominium abjurarunt, & singulari Consulto *7. Kalend. Septemb.
anno 1581.* decreverunt, ut cives harum provinciarum externorum Principum legibus soluti
viverent, & pro libera Republica haberentur,
Baud. *de induc. belli Belg. lib. 1. pag. 7.* adeò ut hodie nullum superiorem recognoscant Baud.
d. l. lib. 2. Remig. Fesch. *de fœder. concl. 8. lit. I.*

17 Ita etiam Helvetii licet Imperio immediatè paruerint, postquam tamen crudeli Præfectorum, quos ab Imperio habebant, insolentia & tyrannide premerentur, icto fœdere jugum illud excusserunt, libertatem inclamarunt, eandemque huc usque animosè tutati
sunt, Simler. *de republ. Helvet.* Vietor. *de exempt.
conclus. 2.* de quibus confer *infra lib. 4. c. 2. n. 30.*

18 De Civitatibus Imperialibus ab imperatoribus alienatis & ab Imperii immediata, &
omnimoda jurisdictione alienatis & exem-
19 ptis, vide infra *lib. 4. per tot.* Et de Vectigalium,
Steurarum & collectarum alienatione, vide
20 *supra c. 17. & 18.* Et præterea ipsas Imperii civitates, sæpius jure pignoris, aliis Magnatibus
tradere Imperatores solitos fuisse, ejusque rei
ubivis Germanicarum rerum scriptores mentionem fecisse, eaque occasione adhuc hodie
in Noviomagum, Ingelheim, Oppenheim,
Kayserslauttern / & alias quamplurimas civitates liberas ante, seu Imperio immediatè subjectas, vicinos Principes dominari refert ex
Munster. *Cosmogr. l. 3. c. 2.* Besold. *de jur. civitat.
Imperial. n. 3. vers. Similiter ipsas.*

21 Verùm hodie alia Imperii Romano-Germanici est facies, & Imperatorem unam vel aliam Imperii provinciam vel Civitatem Imperialem alienare vel oppignorare non posse,
communis & unanimis Doctorum est conclusio, gloss. *in l. invitus. 34. ff. de fideicom. libert.* Sichard. *in l. 1. n. 6. C. de novat.* Tiraquel. *de jur. primogen. quæst. 35. n. 24. & de retract. lignag. §. 26. gloss.
1. n. 78.* Chassan. *in consuet. Burg. rubr. 3. §. 8. gloss. 1. n.
51.* Sonsbec. *de feud. part. 10. n. 1.* Zas. *de feud. part.
7. n. 60.* Menoch. *cons. 26[?]. n 30. & cons. 526. n. 16.* Cravet. *cons. 54. n. 3. & cons. 241.* Cephal. *cons. 549. n. 1.*
Natta. *cons. 367. n. 1.* Barthol. *de las Casas in tract.
sing. de Imper. vel. reg. potest.* Pruckm. *de regal. S. de
absol. potest. c. 4. effect. 6. n. 11.* Peregrin. *de jur. fisc.
lib. 1. c. 3. n. 14.* Hotoman. *illustr. quæst. 1.* Bocer. *de
regal. cap. 4. num. 15. seq.* Rumelin. *ad Aur. Bull.
part. 1. diss. 1. concl. 6.* Kubach. *1. illust. quæst. decur. 9.
quæst. 1.* Harpprecht. *in epigr. proœm. Instit. num. 56
seq.* Carpzov. *d. L. Reg. German. cap. 7. per tot. &
sect. 1. seq.* Thom. Michael. *de jurisdict. concl. 15.*
Knichen. *de Sax. non prov. cap. 1. num. 14.* Dn.
affinis Cluten. *diatrib. novo-Justin. 4. quæst. 12.*
Quia 1. Imperator non modò solicitè administrare, tueri & regere Rempublicam Romanam, sed & eandem omnibus legitimis modis 22
& mediis augere & ampliorem reddere debet,
*l. 1. in princ. C. de sum. Trinit. l. 1. in princ. C. de
vet. jur. enucl. Novel. 18. in princ. Novel. 24. in
princ. Novel. 30. & 116. in princ.* Unde etiam semper Augustus, ab augendo Imperium, allzeit 23
Mehrer deß Reichs / dicitur, *proœm. Instit. §. 1. Novel. 11. in princ. Novel. 24. in præfat. d. Novel. 116. in
præfat.* Et Imperatorem non ad destruendum,
sed augendum electum esse, ait Bald. *in l. unic.
ff. de offic. prætor.* eumque diminuendo Imperium homicidam propriæ suæ dignitatis fieri,
scribit Bald. *in c. licet. causam. X. de probat.* Molin.
ad consuet. Paris. tit. 1. §. 1. gloss. 5. n. 49. Thom. Mich.
de jurisd. concl. 15. lit. b.

2. Q[u]ia Imperator, non tantùm alienare 24
vel oppignorare res Imperii prohibetur, sed etjam ea, quæ ab antecessoribus & prioribus Imperatorib⁹ ab Imperio avulsa & alienata sunt,
recuperare, per *§. 1. ibi: iterum ditioni Romanæ,
nostroq; additæ Imperio. proœm. Institut.* Idque Imperator jurejurando solemni præstare tenetur,
prout patet ex moderni gloriosissimi Imperatoris Ferdinandi III. Capitulatione *artic.* zu
dem und insonderheit 9. his verbis: Sondern auch
uns auffs höchste bearbeiten / und allen möglichsten Fleiß
und Ernst fürwenden / daßjenige so davon kommen / als
verfallene Fürstenthumbe / Herrschafften und andere /
auch confiscirte und unconfiscirte merckliche Güter /
die zum Theil in anderer frembder Nation Hände ungebürlicher Weise gewachsen / zum forderlichsten darzubringen / zueignen / auch dabey bleiben lassen / vornemblich auch / dieweil vorkommt / daß etliche ansehenliche /
dem Reich angehörige Herrschafften / und Lehen in Italia und sonsten veräussert worden seyn sollen / eigentliche Nachforschung / im Fall es von der jetzt regierenden
Kayserlichen Majestät bey dero Lebzeiten / nicht wird
geschehen seyn / derentwegen anstellen / wie es mit solchen
Alienationen bewandt / und die eingeholte Berichte /
zur Churfürstlichen Maintzischen Cantzley inner Jahrsfrist / nach angetrettener unserer Königlicher Regierung
anzurechnen / unfehlbarlich einschicken / auch in diesem /
wie auch obigen allen / mit Rath / Hülff und Beystand
der sechs Churfürsten / der andern Fürsten / und Stände
jederzeit an die Hand nehmen / was durch uns und sie
für rathsam / nutzlich und gut angesehen / und veralichen
seyn wird / doch mäniglich an seinen gegebenen Privileaien / Recht und Gerechtigkeiten unschädlich. Add.
Capitul. Leopoldi *artic. 12.*

3. Imperatoris officium est, ut Rempu- 25
blicam Romanam benè, recteque gubernet,
procuret, administret, regat, tueatur & defendat, *l. 1. in princ. C. de vet. jur. enucl. proœm. Instit. in
princ. ibi: rectè possit gubernari. l. 1. in princ. C. de
sum. trinit. Novel. 21. 31. 43. 46. 72. 80. 81. 85. 114. 127.
148. 152. & 163. & c. intellecto. 33. X. de jurej.* Illum
autem,

autem, cui aliquid gubernandum, procurandum, administrandum, regendum, tuendum, & defendendum commissum est, is illud in a-
26 lium quocunque titulo vel modo alienare nequit, *l.1.§.1.ff.de offic.proc.Cæsar.l.contra.28.§.ult. l.Imperatores.37.ff.de pact.l.procurator.63.ff.de procurat.l.qui fundum.7.§.si tutor.ff.pro empt.c.2. X.de donat.*

27 4. Unde quoque Imperatores sunt quasi tutores Reipublicæ Romanæ & publicæ salutis, ut rem populi Romani salvam fore, & non eversum iri procurent ac spondeant, ut depositum custodiant, & non intervertant, Klock. *de erar.l.2.c.49.n.1.* Indeque alii Principes & magistratus boni, alii Patres patriæ, alii Deorum protectores, Reipublicæ alii Custodes appellari meruerunt, ut in memoriam sibi revocent, nihil sese aliud, quam ut ab Homero nominantur, pastores, vel ut Plato eos appellat, custodes populorum, Klock. *d.l.n.3.* Et Respublica maxime Romana, minorum jure utitur *l.Respublica.4.C.ex quib.caus.major.infra c.32.n.2.*
28 Quemadmodum igitur tutores & curatores res & bona pupillorum absque magistratus decreto alienare non possunt, *tot.tit.ff.de reb.eor.qui sub tut.& tot.tit.C de præd.& ali.reb.minor.sine decret.non alien.* Ita etiam solius Imperatoris arbitrio, sine Senatu vel Septemvirorum & Statuum consensu imperii civitates & provinciæ alienari non poterunt. Indeque mentem esse illorum, qui se Dominio alicujus subjiciunt, ut Respublica tutorem, defensorem & parentem habeat, non alienatorem, scribit Heig. 1.*quæst.19.n.2.* ubi n.4. addit, nullam provinciam extare, quæ si non expressè alienationem Principi interdicat, saltem tacite prohibuisse videatur, Author. *cons.Fridberg.punct.1. cap.1.n.9?.*

29 Imò, 5. Imperator quasi omnium Imperii Romani civium & membrorum pater est, *Novel.98.c.2.in fin.* Nicol. Rucker. *cons.41.n.6.inter*
30 *consil.divers.Ictor.vol.3.* Quemadmodum igitur pater bona filiorum adventitia alienare prohibetur, licet iis uti frui possit, *l.1.& ibi* Pinel. *part.3.n.18.C.de bon.matern.* Ita etiam Imperator bona Imperii alienare non poterit, cum fictio in casu ficto eosdem operetur effectus, quos veritas in casu vero, *arg.l.adoptio.16.ff.de adopt.* Thoming. *decis.11.n.6.* Tabor. *ad Barbos. verb. fictio.ax 5.fol.509.*

31 Ad hæc 6. Imperator Reipublicæ maritus esse censetur, Luc de Penna *in l.quicunque.3.col. 3.C.de omni agr.desert.* Igneus. *in l.necessarios.?.§.*
32 *non alias.2.part.4.n.38.ff.de SC.Sylan.* Marito autem rerum dotalium alienationem interdictam esse, nemo negat, *princ.I.quib.alien.non lic. l.si fundum.16.& tot.ff.de fund.dot.l.1 C eod.l.unic. §.& cum lex C.de rei uxor.act.*

33 7. Res Imperii publicæ, veluti provinciæ, civitates & similes, non propriè sunt Imperatoris, sed in ipsius Imperii patrimonio, cum rebus Cæsaris & fiscalibus opponantur, *l.2.§.pen. ff.de jur.fisc.l.cum servus.39.§.pen.& ult.ff.de legat. 1.l.pacta conventa.72.§.ult.ff.de contrab.empt.l.2.§. 2.3.& 4.ff.ne quid.in loc.publ.l.1.C.de pœn judic.qui male jud.l.1.§.sed constitutio.ff.de calumniat.* Et jura proprietatis & Dominii non ad Principem, sive Imperatorem, sed ad ipsum Imperii corpus pertinere tradunt Peregrin. *de jur.fisc.l.1.tit.3. n.74.& seq.* Paurmeister.*de jurisd.l.1.c.21.n.19.& 42.* Zoanet. *de Imp. Rom.n.151.& seq.* Reinking. *de regim.sec.l.1.class.2.c.8.n.91.& seq.* ubi addit, hoc ipsum usitatum Imperat. Romanorum stylum hodie arguere in pragmaticis constitutionib⁹, privilegiis mandatis & rescriptis, in hac plerumque forma, unsern und deß Reichsständen/ R.A. *de anno 1555. in princ.* unsern und deß H. Reichs Churfürsten/ R.A. *de anno 1525. in fin.* unser Fürst und Glied deß Heil. Reichs/ R.A. *de anno 1544. in princ.* unser und deß H.Reichs Statt/ *d.*R.A. *de anno 1555. in fin.princ.* ubi & in similibus, vox unser importat majestatis & universalis jurisdictionis usum, eique annexam regiam administrationem & protectionem; Verba autem deß H. Reichs/ ipsam proprietatis & universalis consociationis seu Imperii Dominium, Reinking.
d.l. Quemadmodum autem res publicæ Impe- 34
ratoris non sunt, sed in patrimonio universi populi, & sic in nullius bonis sunt, *l.1.in princ. vers. hæ autem res.ff.de rer.divis.l.quod in littore. 14.ff.de adquir.rer.Domin.l.bona.15.& seqq.ff.de verb.sign.* ita etiam alienari nequeunt, quæ enim in nullius privati bonis sunt, alienari non possunt, ut de rebus publicis, quæ in populi patrimonio sunt, nominatim cautum est *in l.sed Celsus.6.in princ.l.sed in emptione.34.§.1. ff.de contrah.empt.§.idem juris est vers.vel Rempublicam.I.de inutil.Stipulat.l.cum servus.39.§.pen.ff. de legat.1.*

8. Quia Imperator alienando provinci- 35
am vel civitatem aliquam, non tam prædia istorum locorum alienat, siquidem illa privatorum sunt, quibus invitis ea auferre nequit, per *l.venditor.13.§.1.ff.commun.præd.l.si quis sepulchrum.12.in princ.ff.de relig.& sumpt.fun.* sed ipsos potissimum subditos, cives Romanos & liberos homines alienat, cum autem horum
alienatio nulla & inutilis sit, *l.liber homo.103.* 36
ff.de verb.obl.§.idem juris est.2.vers.vel liberum hominem.I.de inutil.Stipul.l.sed celsus.6.in princ.ff. de contrah.empt. hæc quoque valida esse non poterit.

9 Quia de jure non licet hæredi servum, 37
ubi libertas per fideicommissum relicta est, alii manumittendum tradere, ut ejus fiat libertus, ne forte duriorem patronum consequatur, *l.generaliter.24.§.fin.l.invitus.34.in princ.ff.de fideicom.libert.* Multò minus igitur licitum erit Imperatori per alienationem alicujus provinciæ vel civitatis, subditos in potestatem Principis deterioris transferre, ne subditorum deterior sit conditio, quàm olim libertorum.

10. Quia alienatio cum effectu fieri ne- 38
quit, nisi ab eo, qui rei alienandæ Dominium plenum directum & perfectum habet, & proprietatis Dominus est, Carpz. *d.L.Reg.German. c.7.sect.1.n.19.* Imperator autem tale Dominium in provincias, civitates & alias res Imperii non habet, sed usuarius tantum est jurium & bonorum, quæ sunt Imperii, Principatus seu Reipublicæ, Carpz. *d.c 7 n.2.*& solam Imperii habet administrationem, Casp. Ens. *thes.polit. tom 1. cap.1.*

cap.1. Clapmar. *de arcan. rerumpubl. l.5. c.12.* Petr. Heig. *part.1. quæst. 10. n. 6.* Aliàs enim si proprietatem Regni haberet, sine dubio jamdudum ad hæredes, prolemque suam hæreditario jure transtulisse, vel de hinc transmissurus esset, *l.59. ejusdem hæredem. ff. de R. I. l. nihil aliud est. 24. ff. de V. S. l. 62. hæreditas. ff. de R. I.* Carpz. *d. cap.7.*
39 *sect.1. n.19.* Et hodie Imperatores electi in Capitulatione jurare tenentur, quod nullum jus in Imperio successorium vel hæreditarium sibi arrogare, prætendere, ullove pacto in se, hæredes & successores suos, aut alium quemcunque transferre, sed Principes Electores in jure liberrimæ electionis inperturbatos relinquere velint, uti videre licet *in Capitul. Imperat. Ferdinandi III. art.38. ibi:* Und insonderheit sollen und wöllen wir uns auch keiner Succession oder Erbschafft deß offt erwehnten Römischen Reichs anmassen/ unterwinden/ noch in solcher Gestalt unterziehen/ oder darnach trachten/ auf uns selbst/ unsere Erben und Nachkommen/ oder auf jemand anders understehen zuwenden/ sondern wir/ dergleichen unsere Kindere/ Erben und Nachkommen/ zu jeglicher Zeit/ bey ihrer freyen Wahl eines Römischen Königs/ geruheiichen bleiben lassen ⁊c.

40 Ex quo etiam Imper. Augustus, se Dominum Imperii appellari, vel publicè, vel privatim severè omnibus interdixit, dicens appellationem istam velut adulatoriam & falsam personæ ejus nullo modo competere, Zoanet. *de Rom. Imper. n.153.*

41 11. Ex quibus porrò concluditur, & per se constat, quod bonorum, provinciarum, & civitatum Imperatori concessa administratio, non sit hæreditaria, sed post mortem Imperatoris Electoribus & Imperio restituenda, sive restitutioni obnoxia, & sic quoque provinciæ civitates & bona alia Imperio subjecta & restituenda alienari non possint, cum manifesti sit juris, quod omnia illa bona, quæ restitutioni subjecta sunt, nullo modo neque inter vivos, neque per ultimam voluntatem alienari possint, *l. fin. §. sed quia. auth. res quæ. C. commun. de legat. l. Marcellus. §. res quæ ff. ad SCt. Trebel. l. pen. C. eod. c. Raynutius. X. de testament.* De quo plura vide tract. meum *de fideicommiss. famil. Nobil. c. 11. n.2. seq. per tot.*

42 12. Quia jure feudorum Domino non licet feudum ullo aliquo titulo in alium sine ipsius vasalli voluntate, transferre, etiamsi proprietatis sit Dominus, *§. si quis, tit.22. & tit. 27. §.1. feud. l.1. & tit.34. §.1. tit.55. §. præterea Ducatus. l.2. feud.* Quia vasallorum interest, ne novus & alienus vel etiam durior Dominus, ipsis invitis, obtrudatur. Et quemadmodum vasallus Dominum mutare vel alienare non potest, ita nec Dominus ipse vasallos, cum eandem fidem Dominus vasallo, quam vasallus Domino præstare teneatur, & Dominus & vasallus ad paria obligati sint, Vultej. *1. feud. 10. num. 37.*
43 Multò minus igitur Imperatori licebit, provincias & civitates Imperii, in quarum ditiones jus proprietatis nullum obtinet, in alios transferre, ipsisque invitis alios Dominos obtrudere, ipsorumque conditionem duriorem facere; nam inter arcana Dominationis refert Arnold. Clapmar. *de arcan. rerumpubl. l.2. cap. 22* ne Principatus facilè distrahantur, ob detrimentum scilicet exinde subditis futurum, præsertim quod novum & externum Imperium semper subditis sit gravius, quia proclivius per consuetum, & indigenam Dominum, quàm novum & externum plebs in officio continetur. Utut enim, inquit Philip. Cominæ. *lib.8. in fin.* Princeps aliquis externus, benè rem gerat & commodè gubernet, tamen quia moribus & ingenio differt, nec eam erga populum repræsentare potest benevolentiam, ac si esset indigena, faciles oriuntur dissensionum occasiones, Joh. à Chockier. *thes. polit. l.1.*

13. Imperia, Regna, Principatus, Comi- 44
tatus, Baroniæ, civitates sunt unum quasi corpus, seu totum, quod ex aliis distantibus membris & corporibus, veluti ex civibus, vicis, pagis, nemoribus, sylvis, & id genus aliis constat, *arg. l. rerum mixtura. 30. ff. de usurp. & usucap.* Marin Freccia, *de subfeudat. l. 2. rubr. quis dic. com. num. 25.* Quemadmodum ergo à Corpore 45
humano, sine totius læsione & interitu, membrum, etiam minimum, divelli & præscindi nequit, *arg. l. si fugitivi. 3. & ibi* Cœpol. *C. de serv. fugit.* Thom. Michael. *de jurisd. concl.15.* ita quoque à corpore Imperii, Regni, Principatus, Ducatus, Comitatus, Baroniæ, civitatis, membrum ejus sejungi vel segregari, per Imperatorem sive Principem non debet, Klock. *de contribut. c.5. n. 24.* ubi ait, quod Imperium se habeat ut Corpus, cui si vel auricula amputetur, monstrum efficiatur, Rol. à Valle *cons. 1. n. 126. vol. 2.* Sichard. *consil. feud. 6.* & Princeps Princi- 46
patus sui viscera eviscerans, propriæ dignitatis homicida fiat, ut loquitur Bald. *in c. licet. causam. 9. n. 7. X. de probat.* Chass. *in catal. glor. mund. part.1. consid. 38. concl. 44. vers. item. non potest.*

14. Alienatio bonorum Imperii est contra 47
Imperatoris & Principum Imperii reputationem & existimationem; Sicuti enim ex divisione & sectione substantiæ paupertas enatat, & contemptus emergit; ut postea Duces, Principes & Comites sine territorio, non sine ignominia dicantur; ita ex crebra alienatione, principales familiæ, si non planè intercidunt, saltem attenuantur, ut pro dignitate, statum & conditionem suam tueri amplius non possint, Gail. *2. obs. 153. n. 3.* unde fit, ut postea sine territorio consistant, sicuti fides sine operibus, exiguam & tenuem admodum nuncupationem, sine realitate Principatus habentes, Everh. à Weihe, *in orat. utrius regni conditio melior, cui Rex nascatur, an cui eligatur.*

Ex quo etiam divisiones Ducatuum & 48
Principatuum, nulla alia de causa à Politicis improbantur, quàm quod familiarum dignitatem diminuant, Gail. *d. l.* Et ne Splendor fa- 49
miliarum imminueretur, olim apud Romanos non licuit hortum vel agrum alienare, nisi prius pararetur alius non minoris proventus, eoque nomine fideicommissa familiarum Nobilium introducta, eorumque bona alienari prohibita sunt, de quibus vide plura *tract. meum de fideicommiss. famil. nobil. c. 7. & c. 11. per tot.* Quod si verum in bonis & familiis hominum

num privatorum, quantò magis id verum erit,
de bonis & Splendore totius Imperii, quod
non minus per alienationem indiscretam mi-
nuitur, Carpzov. *de L. Reg. Germ. cap. 7. sect. 1.*
n. 12. Hinc quoque olim decurionibus interdi-
ctum fuit, propriarum rerum alienationem si-
ne decreto, & donatione cum decreto, propte-
rea, quod Reipubl. interesset, ipsos facultati-
bus esse idoneos, ad subeunda munera publi-
ca, *l. fin. C. de præd. decurial. sine decret. non alien.*
Novel. 38. in princ. §. 1. & 2. Novel. 87. Quantò
magis igitur interdictum erit Imperii ditio-
num alienatione, cum hæ Imperatorum non
sint propriæ, & quo plures Imperii sunt ditio-
nes, eò vires quoque ipsius ad defendendam
publicam salutem, & necessaria Imperatori
administranda majores appareant, Bocer. *de*
regal. cap. 4. n. 36.

16. Ex quibus apparet, Imperatoris, & omni-
um Imperii Statuum interesse, ne hujusmodi
alienationes fiant, sed ut Ordines & Status Im-
perii integrè conserventur, cum per hujusmo-
di alienationes & exemptiones Imperii mem-
bra, vota & consilia minuantur, & alia incom-
moda quàm plurima inde oriantur, ut dictum
est *supra lib. 1. cap. 18. n. 40.* ubi etiam *n. 37. & seq.*
dictum est, quod Civitates Imperiales, & alii
Imperii Status, aliis Statibus, vel etiam exte-
ris, sese ne volentes quidem subjicere possint.
Et Imperatorem, Regem vel Principem non
posse alienare quotam Imperii, Regni & Prin-
cipatus, & alienationem, vel concessionem a-
liter factam, ipso jure nullam esse, per ratio-
nem, quod diminuatur Imperii & Regni Maje-
stas, Regnumque & Imperium dividatur, scri-
bit Author. *respons. Fridbergens. punct. 1. cap. 1. n. 92.*
per ibid alleg. addens *n. 89.* quod indubitati sit
juris, Imperatorem ipsum, etiam cum Electo-
ribus non posse mutare formam pro Statu Im-
perii generaliter constitutam, secundum Bald.
50 *in c. licet de vitanda. in fin. X. de elect.* quia consti-
tutio ejusmodi Imperii communis Reipubl.
sponsio, quæ everti vel abrogari nequit, *arg. l.*
nemo potest. ff. de legat. 1. l. si quis in princ. ff. de legat.
3. l. 1. ff. de legib. l. nihil tam naturale. ff. de R. J. Pruck-
51 man. *§. soluta potestas. cap. 4. effect. 3. per tit.* Et ne-
minem Principum posse fundamentales sui
Principatus leges antiquare, quibus abolitis
status & salus ipsius Reipubl. periclitaretur,
aut everteretur, eleganti oratione confirmat
Innoc. Gentilet. *in Antimachiavel. comment. 1. the-*
or. 1. vers. Principi quoque. Heig. *lib. 1. quæst. 5. n. 1.*
52 *& 2.* Et aliàs quoque tritum est: Rescripta &
actus Imperatorum, contra jus, vel utilitatem
publicam nullius esse momenti, *l. fin. C. si contra*
jus vel util. publ. l. damnosa. 3. C. de prec. Imper. offer.
Novel. 82. §. omnis denique. 13 Mynf. *1 obs. 10.* Ca
pyc. *decis 137.*

53 17. Accedit, quod ubi in electione personæ
industria est electa, ea eligentibus invitis, mu
tari nequeat, *l. inter artifices. 31. ff. de solut. l. illud.*
9. C. de excusat. muner. c. fin. & ibi Felin *n. 2.* Pa-
normit. *n. 1. & 3. X. de offic. & pot deleg.* Zoanet. *ad*
l. 2. n. 12. C. de pact. inter empt. Cum igitur in ele-
ctione Imperatoris Romani, & cum ipsi admi-
nistratio Reipublicæ Romanæ mandaretur,
ipsius persona electa sit, uti patet ex Aur. Bull.
cap. 2. ipsa, eligentibus invitis immutari, & sic
provinciæ & Civitates imperiales, & conse-
quenter subditi & cives nolentes, in alium alie-
nari & transferri non poterunt

18. Quia ad condendam legem novam gene- 54
ralem necessaria est approbatio Senatus Impe-
rii, & ad instituenda nova vectigalia & vetera
augenda, Principum quoque Electorum con-
sensus requiritur, sicuti ex traditis *supra c. 18. n.*
11. & seq. constat, cur non æquè, vel multo ma-
gis ad alienandam ditionem vel civitatem ali-
quam Imperii Electorum & Statuum require-
retur authoritas, cum in hoc majus totius Im-
perii damnum vertetur.

19. Hinc plerique ferè Reges & Rerumpubli- 55
carum moderatores, jurato promittere solent,
se nihil ab Imperii, Regni & Rerumpubl. bonis
alienaturos, prout de Hungariæ Rege constat
ex *c. intellecto. 33. X. de jurejur.* Et Galliæ quoque 56
Rex sine publico gentis concilio, quod vulgò
trium ordinum conventus appellatur, nihil de
Dominio Regni cuiquam vel indignæ, vel ex-
traneo homini alienaturum, solemni jura-
mento pollicetur, quam legem unam ex Gal-
liæ columnis, quam labefactare nefas sit, scri-
bit Hotoman. *lib. 1. antiq. jur. Regn. Gall. cap. 23.*
Innoc. Gentilet. *de regn. administrat. lib 1. theor 1.*
Et eleganter Claud. Sisell. *lib. 1. de republ. Gall.*
Quod attinet, inquiens, ad Regni Galliæ patri-
monium, illud legibus alienare non licet, nisi
magna cogente necessitate, quæ multa Sena-
tus deliberatione, adeò curiosè examinatur &
disquiritur, ut propter incertitudinem vendi-
tionis, pauci earum rerum, sibi aliquid emen-
dum & subeundum periculum putent, & hoc
quidem Rex seipsum servaturum, & ab aliis, ut
observetur, præcepturum, cum ad ipsum Impe-
rii summa defertur, solemni jurejurando pollice-
tur, Casp. Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 49. n. 6. & seq. &*
n. 12. Atque ita etiam imperator Fridericus III. 57
promisit, nullatenus se bona Imperii alienatu-
rum, & cùm modò hoc, modò illud ab eo pe-
teretur, maluit avarus negando, quàm conce-
dendo perjurus videri Klock *d. cap. 9. n. 5.*

20. Deniq; hæc sententia manifestissimè pro- 58
batur Capitulationibus Imperatorum nostro-
rum Romano-Germanicorum, & quidem mo-
derni Imperatoris gloriosissimi Ferdinandi III.
artic. 9. ubi ita habetur: Zu dem/ und insonderheit/
sollen und wollen wir dem Heiligen Römischen Reich/
und desselben Zugehörungen/ nicht allein ohne Wissen/
Willen und Zulassen gemelter Churfürsten Sambtlich/
nichts hingeben/ verschreiben/ verpfänden/ versetzen/ noch
in andere Weg vereussern oder beschweren/ ꝛc. Imò bo- 59
norum Imperii alienationem, ne quidem in
subditos, vel alia Imperii membra, absque Ele-
ctorum consensu & approbatione, subsistere,
tenet Carpzov. *de Leg. Reg. Germ. cap. 7. sect. 2. n 1.*
Quamvis enim distributio bonorum Imperii
inter Principes & Status non adeò magnum
detrimentum afferat, cum bona ita alienata
Imperio non eximantur, Zoanet. *de Rom.*
Imper n. 161. seq. Clapmar *de arcan. Rerumpubl. lib.*
5. c. 12. Arnisæ. *de jur. majest. lib. 3 c 1. n. 15.* Commu-
nior tamen Politicorum est sententia, Impera-

torem

torem nec unam Baroniam concedere valere, quæ Imperii majestatem evertere possit, nisi perjurus videri velit, secundum Bald. *in c. licet. causam. n.7. X. de probat.* cum per talem alienationem fides Imperatoriæ professionis maximè frangatur, *c. sicut ex literis. 13. X. de jurejur.* Quod etiam Imperator Carolus V. Paulo III. Pontifici respondit de Parma & Placentia, eas civitates, si ad Imperium pertinerent, non posse se in ditionis ac dignitatis Imperialis præjudicium alienare, Thuan *lib. 4. histor.* Reinck. *de regim. secul.*
60 *lib. 1. class. 2. cap. 8. n. 95.* Adeò, ut licet juramento convalidata sit alienatio, contra Leges Imperii & Capitulationem facta, nihilominus tamen non subsistat, secund. Felin. *in c. ad audientiam. n. 4. de præscript.* ubi alienationes Hetruriæ quarundam Civitatum ab Imper. Rudolpho factas inefficaces esse dicit, etiamsi juramentum intervenisset, Bald. *in c. intellecto. X. de jur. jur.* Zoanet. *de Roman. Imper. n. 183. seq.* cum actus invalidi juramento non confirmentur, *l. non dubium. 5. C. de Legib. l. juris gentium. 7. §. 16. ff. de pact. l. si quis inquilinos 112. §. 4. ff. de legat. 1.* & juramenta, quæ fiunt in damnum propriæ dignitatis, non juramenta, sed perjuria censeantur, gloss. *in c. intellecto. X. de jurejur.* Lather. *de cens. lib. 1. cap. 16. n. 27.* Zoanet. *d. l.*

61 Et quamvis sint, qui urgente necessitate extrema, jura & bona Imperii à Cæsare alienari & distrahi, irrequisito Electorum consensu, posse velint, cum necessitatis morsus sint gravissimi, idque maximè, si subditorum consensus accedat, Hotoman. *lib. 1. illustr quæst. 1.* Bornit. *de ærar. lib. 2. cap. 9.* Lather. *de cens. lib. 1. cap. 17.* Heig. *part. 1. quæst. 19. in princ.* Warem. ab Erenberg. *de regn. subsid. cap. 8. n. 8.* cum necessitas non habeat leges, & in casu necessitatis etiam familiæ bona alienari possint, ut pluribus dixi *in tract. de fideicomm. famil. nobil. cap. 11. num. 98. 217. 347. & 453. & seq.* Verùm cum Capitulationis verba sint generalia, nec casus necessitatis excipiatur, ideo generalitati standum erit, *arg. l. 1. §. generaliter. ff. de legat. præst.* Cum etiam necessitatis casu eveniente, eadem facilitate, qua bona & jura Imperii solemniter distrahuntur, Electorum quoque consilia & auxilia implorare, eorumque consensum Imperator adhibere potest, Carpzov. *d. cap. 7. sect. 2. n. 19.*

62 Quod si quoque necessitas aliqua urgeat, cum Consensu Imperii bona quædam distrahere, satius & utilius erit, oppignorare, quàm vendere, cum interim reditus rerum pignoratarum sortem debiti extenuare possint, *l. 1. & 2. C. de pignor. act.* Klock. *de ærar. lib. 2. c. 49 n. 17. seq.*

Hanc ita firmatam sententiam non infringunt argumenta & rationes in contrarium allegata, nam 1. *in l. bene à Zenone. §. 1. C. de quadrien. præscr.* non asseritur, quod omnia Imperatoris reverà sint, sed esse intelligantur, sive videan-
63 tur, Verbum enim Videri improprietatis significativum est, *l. un. circa princ. C. de rei uxor. act. l. cum quid. in fin. ff. si cert. pet. l. si tibi homo. §. cum servum. ff. de legat. 1.* Jason *in l. 1. C. unde vir & uxor.* Et sic non verè & propriè, sed fictè & impropriè, ratione administrationis, protectionis & jurisdictionis saltem omnia dicuntur esse Imperatoris, quod etiam ipse textus satis apertè indicat, cum in eodem Imperator asserat, pro bonis ab Imperatore cuipiam donatis competere intra quadriennium domino illorum bonorum adversus fiscum Imperialem, rei vindicationem aut hypothecariam, quæ certè actiones minimè alicui darentur, si Imperator ipsemet Dominus directus, sive proprietarius illorum Bonorum fuisset. Unde etiam Seneca *lib. 7. de benefic. cap. 5.* omnia, inquit, Rex Imperio possidet, singuli dominio; & *cap. 4.* Jure civili, ait, omnia Regis sunt; & tamen illa, quorum ad Regem pertinet universa possessio, in singulos dominos descripta sunt, & una quæque res possessorem habet suum; ad Regem enim potestas omnium pertinet, ad singulos proprietas. Et Petr. Jacob. *in append. ad praxin Papiens. rubr. 24.* conqueritur, quod jurisdictio hodie sit in patrimonio nostro, sicut bos & asinus in patrimonio rustici & venditur, & alienatur, & transmittitur ad hæredem, cum tamen secundum Bald. de Perus. *in c. intellecto. 33. n. 2. X. de jurejur.* jurisdictiones supremæ sint sacrorum Canonum, non autem in marsupio Principis, qui nec urbem possit habere venalem. Ex quo etiam regula illa vulgata, quod quilibet sit moderator & arbiter rerum suarum, sponte corruit, cum ad Imperatorem non pertineant Provinciæ & Civitates
jure proprietatis, sed jurisdictionis & administrationis tantum. Et alias quoq; eatenus quis moderator est rerum suarum, quatenus jure non prohibetur, Cothman. *3. resp. 11. n. 29. seq.* 64
Pruckm. *§. soluta potestas. cap. 4. effect. 6. n 4. seq.* 65

Unde responsio ad 2 argumentum facilis est, quia Imperator mundi, seu totius Imperii Romani Dominus est, non quidem quoad proprietatem, sed tantum quoad jurisdictionem, protectionem & defensionem, siquidem toti terrarum orbi, sive Romano Imperio dominatur & imperat, & pro eo noctu dieque laborat, *l. fin. C. de quadr. præscr.* Bocer. *de regal. cap. 4. n. 39 & 40. add.* Mager. *de Advocat. c. 3. n. 72 fol. 76.*

Tertium quoque argumentum de imperandi & gubernandi, non verò de alienandi jure & potestate intelligendum est, sicuti ex ipsis allegatis textibus colligitur, cum verisimile non sit, quod populus Romanus etiam sui ipsius alienandi jus & potestatem Imperatori dederit, Harpprecht. *de proem. instit. n. 5.* 66

Nec quod 4. de feudi refutatione allegatur, huc quicquam facit, cum magna inter refutationem & alienationem sit differentia, quia alienatio in tertium fieri solet; refutatio verò feudi non nisi in manus Domini, deficientibus agnatis & feudi successoribus, vel si agnati extent, ipsis agnatis refutatio vel feudi cessio fieri potest, per tradita Borcholt. *de feud. cap. 8. n. 54. seq.* Vultej. *de feud. l. b. 1 c. 10 n. 75. seq.* cum inde domino nullum præjudicium creetur, atque inde etiam ipsi Imperatori licebit quidem Imperii administrationem in manus Electorum resignare, sicuti fecit Imperator Carolus V. *anno 1556.* prout videre licet apud Sleidan. *de stat. relig. ad fin.* Quod si, Electoribus invitis, in Philippum filium, vel alium, illam alienasset, id 67

ipsi

ipsi non licuisset, Bruckman. *de regal. §. soluta potestas membr. 2. cap. 4. effect. 6. n. 48.*

68 Ad 5. respondetur, quod de jure communi Dominus non liceat subditos suos invitos in alienos Dominos alienare, sicuti probant per *c. un. §. 1. in fin. 2. Feud. tit. 55.* Guid. Pap. *decis. 239. n. 1.* Sonsbec. *de feud. part. 10. n. 1.* Borcholt. *de feud. c. 8. n. 136. seq.* Chassan. *in catal. glor. mund. part 1. consid. 38. concl. 44.* Menoch. *recup. possess. remed. 10. n. 1.* Pruckman. *§ soluta potestas. cap 4. membr. 2, effect. 6.* Heig. *part. 1. quæst. 19.* Bocer. *de regalib. cap. 4. n. 44.* Hotoman. *illustr. quæst. 1.* Hartman. Pistor. *part. 3. quæst. 22.* Thom. Michael. *de jurisd. concl. 138.* Reinking. *de regim. sec. lib. 1. class. 5 cap. 4. n. 43.* Klock. 1. *consil. 13. n. 9. seq.* Deinde diversa hic est ratio Imperatoris, & Imperii Principum & Statuum, quia Imperium ad Imperatorem non pertinet jure proprietatis, sed tantum quoad jurisdictionem, protectionem & administrationem, & propterea enim id alienare nequit, secus verò est, quoad alios Imperii Principes & Status, ad quos Principatus, Comitatus, Baroniæ, territoria, ditiones, civitates, pagi & subditi, jure dominii & proprietatis pertinent, & sic quoque de moderna consuetudine alienari poterunt.

Ad 6. responsum est *supra cap. 1. n. 61. & cap. 3. n. 77. seq.*

69 Septimum argumentum de validis & licitis oppignorationibus intelligitur, ut hæ firmæ permaneant, nec relui possint, etiamsi aliàs reluibiles fuerint. Quamvis enim sint, qui arbitrantur, quod Capitulationis istius verba accipi debeant de oppignorationibus, quæ reluitionem nullam admittant, von unablösigen / oder solchen Pfandschafften / bey denen keine Wiederlösungen expressè angedinget worden / contrarium tamen, & quod ea quoq; ad reluibiles oppignorationes extendenda sint, ne confirmationes istæ potius ventis & verbis, quàm rebus serviant, & quod privilegia contra concessorem largissimè sint intelligenda, tradit Author *actor. Lindavienss. pag. 12. ad fin.* ubi etiam *pag. 447. circa med.* addit; Daß die Stånd deß Reichs / solche pignoratitias confirmationes, auß mit gefolgter observantz / bißher dahin verstanden / daß sie den ohnwiederruffichen allodial- und feudal-Regalien / Obrigkeiten und Privilegien, under denen sie in confirmationibus promiscuè erzehlt und gesetzt werden / dißfalls gleich zu achten / und derowegen von confirmirender Kays. Majest selbst / nicht zu reluiren / oder wieder auffzuheben seyen; bevorab die jenige / welche nicht von hoher Würdigkeit / und stattlicher importantz / sondern mittelmässiger qualität / und geringer Einträgligkeit; zumahlen auch in eines Stands

70 Reichs Anschlag gebracht worden sind. Unde etiam in instrumento pacis Cæsareo-Suevico *de anno 1648. artic. 5. §. 9.* de hac re ita constitutum reperitur: Quod ad oppignorationes Imperiales attinet, cum in Capitulatione Cæsarea dispositum reperiatur, quod electus Romanorum Imperator, Electoribus, Principibus, cæterisq; Statibus immediatis Imperii, ejusmodi oppignorationes confirmare: atque illos in eorundem tranquilla & quieta possessione defendere ac manutenere debeat, conventum est, hanc dispositionem, donec consensu Electorũ, Principum & Statuum aliter statutum fuerit, observandum esse, atq; propterea civitati Lindaw, nec non Weissenburgo in Noricis, redditâ sorte, oppignorationes Imperiales ademptas, ilicò & plenariè restituendas.

Ad octavum respondetur, privilegia ista de 71 non alienando vel oppignorando, pleraque olim, & tum temporis impetrata fuisse, cum Imperatores alienandi potestatem adhuc usurparent, eademq; potestas Imperii legib⁹ nondum refrænata esset; Verùm hodie hujusmodi privilegiis non opus esse, cum per Imperii constitutiones, & Imperatorum Capitulationes tales alienationes & oppignorationes planè sint prohibitæ & annullatæ, ita, ut quod olim fuit privilegii, id hodie jure proprio competat, Joh. Adam. Dapp. *de civitat. Germ. part. 1. cap. 4. n. 15.* Deinde hæc privilegia ad hoc conducere videntur, quod ipsorum vigore civitates eadem obtinentes, ne quidem Electorum consensu interveniente, alienari possint.

Ex quo etiam responsio ad 9. argumentum 72 colligitur, quod quidem olim Imperatores hanc alienandi licentiam usurparint, cum Ducatus, Principatus, Comitatus, Baroniæ & Civitates, eorumq; jura ad Imperatores pertinerent, & à Ducibus, Principibus, Comitibus & Baronibus ipsius Imperatoris nomine administrarentur, verùm cum hæc jura modernis temporibus proprio & perpetuo jure ad Duces, Principes, Comites, Barones & Civitates Imperiales pertineant, secus se res habet, per tradita *supra cap. 1 n. 63 seq.* Ad hæc, an olim hujusmodi alienationes & oppignorationes licitæ & validæ fuerint, non immeritò dubitatur, easdemque alii Imperatores improbarunt. Ita enim cum aquila Romana ab Imper. Carolo IV. ita deplumaretur, ut in reliquis, cæteris animantibus sit contemptui, cum nihil possit sine pennis, Alb. Crantz. *in Saxon. lib. 10. c. 3.* ideò 73 Imperator Maximilianus I. eundem non Imperatorem & Augustum, sed dissipatorem appellasse fertur, non Patrem patriæ, sed vitricum & alterum Crassum, quo pestilentior pestis Germanis nunquam contigerit, Spiegel. *ad lib. 5 Gunth Ligur.* quod tot Imperii bona alienarit, Arelatense Regnum Delphino donarit, & si emptorem habuisset, totius Imperii vendendi animo fuerit Crantz *Saxon. lib. 10. cap. 8.* Kirchner *de republ. disp. 2. thes. lit. b.* Warem. ab Erenberg. *de regn. subsid. cap. 5 n. 42.* Quamvis aliàs Princeps, fuerit religiosissimus, in literarum cognitione peritissimus, & quinque linguis expeditissimus, Cuspinian. *in vit ejus.* Dubrav. *lib. 22.* ut meritò Aquilas Imperii in Musarum hortis jucundè pavisse, purpuramque & diadema inter Cathedræ subsellia scholastica submisisse dicatur, Frideric. Achil. *in orat. pro German.*

Unde etiam donationem Constantini Magni aut nunquam factam, vel si unquam facta, 74 eandem tamen inutilem & nullam esse, & revocari posse, docent Pruckman. *§. soluta potestas. membr. 2. effect. 7. num. 39. & seq.* Hotoman. *disputat. feud. cap. 8.* Philipp. Camerar *centur. 1. horar. succisivar. cap. 61.* Nicol. Everhard. *in loc.*

in loc. à verisimil. num. 16. Bocer. *de regal. cap. 4. num. 41. seq.* Johan. Harppricht. *in proem. institut. n. 86. seq.*

75 Ex quo etiam alii Imperatores ab ejusmodi alienationibus abstinuerunt, veluti Fridericus III. qui cum promisisset, se Imperium, nec bona Imperii nullatenus alienaturum, & modò hoc, modò illud ab eo peteretur, maluit avarus negando, quàm concedendo perjurus videri, eandemq; ob causam Borsio Marchioni Estensi, Ducatum Mutinæ & Regii petenti, tamdiu restitit, donec monstratum esset, concessionem istam lucri magis, quàm alienationis speciem habere, præsertim cum Mutina & Regium in sua potestate non essent, Æneas Sylvius *in Panormitan. de dictis Alphons. libr. 4. cap. 41.*

76 Ne autem imposterum Imperatores Caroli IV. & aliorum vestigiis insistentes, bona Imperii vel alienarent, oppignorarent, vel dissiparent, Electores Archi-principes certo quasi freno liberam rerum Imperii administrationem in Capitulatione Cæsarea quadruplici modo restrinxerunt, ita ut jurare teneatur Rex Romanorum, 1. quod velit absq; scientia, voluntate & permissu Electorum de Imperio ejusque pertinentiis nihil distrahere, obligare, vel alio quovis modo alienare. 2. Quod de bonis vacantibus & feudis Imperio apertis neminem investire. 3. Et singula quæque ope & consilio Electorum adquisita Imperio assignare, nec quicquam juris de bonis, per hæreditatem, alio ve modo sibi obventis, Imperio detrahere, & 4. quod bona Imperii nullo vel injusto titulo alienata atque distracta, vel vacantia recuperare, Imperioque incorporare, vel si quæ ipsemet possideat, restituere, Capitulat. Cæsar. *artic.* Zu dem und insonderheit sollen. Et jam dudum in Comitiis Würtzburgensibus *anno 1216.* sancitum est, quod non liceat ulli Regi, seu Imperatori, Principatum aliquem ab Imperio aliquo modo alienare; sed omnes Imperii Principatus in suo jure & honore illæsos observari debeant, Author. *discurs.* Ob die alte Reichs Vogteyen wieder anzurichten. *fol. 6.*

77 Quæ de alienatione dicta sunt, eadem quoque de oppignoratione intelliguntur, Carpz. *de Leg. Reg. German. cap. 7 sect. 2. n. 1.* utpote de qua & ipsa Cæsarea Capitulatio nominatim loquitur, & aliàs quoque alienationis vox oppignorationem includit, per *l. fin. C. de reb. alien. non alienand. l. fin. §. 2. & auth. res. qua. C. commun. de legat.* Wehner. *verb.* Vereusserung. Wesembec. *de feud. cap. 11. n. 5.* per oppignorationem enim constituitur alteri, seu creditori jus in re, *l. 1. ff. de pignor. act. l. si tibi decem. 17. §. 2. ff. de pact. l. 1. l. pignoris. 18. ff. de pignor.* & per pignoris obligationem pervenitur ad alienationem, *l. 2. & 3. & tot. tit. ff. de distract. pign. l. fin. C. de reb. alien. non alien.* Molina. *de Hispan. primogen. lib. 4 cap. 1. num. 7.* Et ita alienationis prohibitione etiam hypotheca & oppignoratio, & alienatione prohibita, hypothecæ quoque & pignoris constitutio prohibita intelligitur, *d. l. fin. C. de reb. alien. non alien. d. l. fin. § 2. & auth. res qua. C. commun. de legat.* Mascard. *de probat. concl. 1243. n. 104.* Petra *de fideicom. art. 40. n. 118.* Ego *in tract. de fideicommiss. famil. nobil. cap. 11. n. 53. & seq.* 78 79

Non autem oppignorationes subjectionem inducunt, sed observantiam tantum literarum hypothecationis, Author. *consil. Fridberg. part. 1 punct. 5. n. 34.* nec statum & libertatem Reipublicæ mutant, *d. cons. Fridberg. d. punct. 5. n. 76. seq.* ubi addit, quod aliud sit oppignorare, aliud Statum ab immediata Imperii subjectione eximere, & aliis subjicere, cum plurimæ oppignorationes, salvo oppignorati Statu, factæ leguntur, sicuti de Fridberga attestatur *d. consil. n. 34. & 76. seq.* quæ licet Comiti Gunthero de Schwartzenberg ab Imperatore fuerit oppignorata, Imperii tamen jus salvum, salvusque civitatis Status, salvaque & integra privilegia & alia jura remanserunt, sicuti constat ex literis Imperatoris Caroli IV. reversalibus *de anno 1349.* his verbis: Daß dieselben Burgermeister / Schöffen / Rath und Burger gemeinlich zu Fridberg besamendt und besonder / Unser lieben Getrewen / in Unsern und deß Reichs Frid und Schirm sitzen und bleiben sollen / und sollen und wöllen ihr Leib und ihr Gut / und alle Freyheit und Gewohnheit / alt und new / wie sie die hergebracht haben / schirmen und schützen / gleicherweiß / als sie unverpfändt und unversetzt ledig an uns und dem Reich wären / etc. quos refert Limnæ. *de jur. publ. lib. 7. cap. 17. n. 7.* & d. consil. Fridberg. *punct. 5. n. 34. & 76. seq.* Confer quæ dixi infra *lib. 4. cap. 1. n. 50. & seq.* 80

CAPUT XXXII.

De Juribus Civitatum Imperialium cum aliis Universitatibus communibus.

Summaria.

1. *Civitates Imperiales universitatum quoq; juribus utuntur.*
2. *Habent beneficium restitutionis in integrum.*
3. *Universitates per alios reguntur.*
4. *Legati Civitatum habent beneficium restitutionis propter ipsas civitates.*
5. *Omne jus potentius in causa, quam in causato.*
6. *Castra quoque & villæ in integrum restitutionis beneficium habent.*
7. *Nec distinguitur inter magnas & parvas villas.*
8. *Beneficium hoc competit etiam Civitati adversus aliam.*
9. *Beneficium hoc intra quadriennium à die læsionis petendum.*
10. *Quæ non possunt alienari, præscribi quoq; nequeunt.*

11. Civi-

11. Civitatum res præscribi possunt.
12. Quanto tempore contra civitates præscribatur.
13. Civitatibus Imperialibus competit jus prælationis in bonis creditorum.
14. Respublica creditrix omnibus chirographariis creditoribus præfertur.
15. Per Rempublicam non solùm Romana, sed etiam aliæ civitates intelliguntur.
16. Respublica non habet tacitam hypothecam ex mutuo.
17. Quoad census publicos, collectas, Gabellas, vectigalia & alia tributa omnibus creditoribus præfertur Respublica.

1 CIvitates Imperiales, quatenus cõsiderantur ut universitates & communitates, universitatum quoque juribus & privilegiis utuntur & gaudent, prout tradit Justus Sinolt Schütz *de jur. publ. 1. disput. 8. conclus 23. lit. O.* ubi ait, ad easdem accommodari posse, quæ de universitatibus in genere scripsit Bruning.
2 *de var. universit. spec. per tot.* Atque hinc 1. civitates Imperiales læsæ habent beneficium restitutionis in integrum, quod probatur ex *l. 3. C. de jur. reipubl. l. 1. C. de offic. ejus qui vic. alicui. jud. l. Respublica. 4. C. quib. ex caus. major.* ubi asseritur, quod Respublica minorum jure uti soleat, & ideò auxilium restitutionis implorare possit, Gail. *2. obs. 62. n. 4.* Et licet hanc legem ad solam Rempublicam, sive civitatem Romanam restringere nonnulli velint, *l. eum, qui vectigal. l. sed & hi. ff. de publican.* Alii tamen, & Doctores communiter idem quoque in aliis civitatibus obtinere asserunt, gloss. *in d. l. Respublica. 4. & ibi* Bald. Salicet. Castrens. & Dn. comm. *c. quib. ex caus. major. & in l. Rempublicam. C. de jur. Respubl.* Besold. *consil. 277. n. 98. & de jur. univers. cap. 5. n. 6.* Johan. Maurit. *de restitut. cap. 417.* Sfort. Oddus *de restit. in integr. part. 1. art. 9.* Losæ. *de jur. univers. part. 3. cap. 18. num. 10. seq.* Bruning. *de var. univers. spec. concl. 87.* Ziegler. *§. civitas. conclus. 1. num. 78.* Schrader. *de feud. 2. part. 9. sect. 9. n. 56.* Dn. Wolffg. Jacob Sadler *de jur. universit. conclus. 16. lit. a.* Quia 1. *d. l. Respublica.* generaliter loquitur de Republica, & sic generaliter intelligenda venit, cum omnes civitates Reipublicæ nomine veniant, *supra libr. 1.*
3 *cap. 1. num. 43. & seq.* 2. Quia ratio, quæ in Republica Romana obtinet, quod scilicet per alios regatur, ut minor, & in ea minores, pupilli, viduæ reperiantur, & sic minorum jure utatur, in aliis quoque civitatibus & universitatibus obtinet, quia & hæ per alios reguntur & administrantur sicuti minores, Losæ. *d. cap. 18. num. 4. seq.* & sic quoque in his idem jus obtine-
4 bit *l. illud. ff. ad L. Aquil.* 3. Quia legati civitatum habent beneficium restitutionis in integrum, propter ipsas civitates, *l. in legatis ff. ex quib. caus. major.* atque ideò multò magis ipsæ civitates, quia propter quod unum quodque tale, illud magis tale est, *auth multò magis. C. de SS. Eccles.*
5 Et omne jus potentius in causa est, quàm in causato, *l. digna vox. 4. C. de legib.* Losæ. *d. cap. 18. num. 15.* Nec plus juris esse potest in causato, quàm causante, *c. cum dilecta. 4. X. de confirm. u-*
6 *tilit.* Atque hoc restitutionis in integrum beneficium obtinere quoque locum in castris & villis, quæ per alios reguntur, dicit Losæ. *d. cap. 18. num. 18. seq.* quia villæ sunt pars Reipublicæ, *l. insulæ. ff. de judic.* & largo modo Respublicæ dicuntur, *l. sed & hi. §. præterea. ff de publi-*
can. Et licet hoc modo distinguant nonnulli inter 7
castra & villas magnas & parvas, quæ paucos homines, fortè sex vel decem personas habent, & negocia communitatis, tanquam propria tractant, & quilibet scit omnia ista negocia publica, & sic per se & non alias reguntur, ut his non competat restitutio, Bart. eumque secuti Cagnol. *in l. si quis major. n. 20. & 21. C. de transact.* Alexand. *in l. civitas. n. 4. & 5. C. de transact.* Losæ. *d. cap. 18. n. 19.* Hanc tamen distinctionem rejicit Bald. *in d. l. Respublica n. 2. C. quib. ex caus. major.* Besold. *de jur. universit. c. 5. num. 6.* Quia secundum Baldum in parva quoq; universitate non reperiatur consensus verus, sed fictus, & sint quoque pupilli, infantes & alii, qui non consentiunt, nec consentire possunt, quorum favore in integrum restitutionem habent, Besold. *d. n. 6.* Quo casu etiam parvis civitatibus & communitatibus hoc restitutionis beneficium competere, tenet Losæ. *d. cap. 18. num. 19.*

Competit quoque hoc beneficium civitati 8
& universitati adversus aliam civitatem & universitatem, Losæ. *d. c. 18. n. 21.* Quia etiam privilegiatus adversus alium privilegiatum in integrum restituitur, *l. in fin. & ibi gloss. ff. ex quib. caus. major.*

Petenda est hæc in integrum restitutio intra 9
quadriennium, à die læsionis, per *c. 1. de restit. in integr. n. 6.* Cœden. *cons. 5. de jur. civ. n. 40. seq.* Trentacinq. *lib. 2. resol. pract. de restit. in integr. resol. 3. in fin.* Afflict. *decis. 175. per tot.* Losæ. *d. cap. 18. num. 20.* Besold. *de jur. univers. cap. 5. in fin.*

II. Sunt quoque nonnulli, qui asserunt, quod 10
cõtra civitates nõ currat præscriptio, quia bona universitatum & civitatum non possunt alienari, nisi certa forma, certisque solemnitatibus adhibitis, de quibus in *l. fin. C. de vendit. reb. civit.* quæ autem alienari nequeunt, præscribi etiam non possunt, *l. si fundum. ff. de fund. dotal.* Qua ratione res quoque pupillorum præscribi nequeunt, *l. bona fidei. vers. nec interest. ff. de adquir. rer. domin.* quia regulariter alienari
nequeunt, *l. lex qua tutores. C. de administr. tut.* 11
Verùm posse quoque civitatum res præscribi, probat, *l. si finita. 15. §. si de vectigalibus. 25. ff. de damn. infect. l. fin. C. de SS. Eccles. l. omnes. C. de præscript. 30. annor.* Losæ. *de jur. universit. part. 3. cap. 17. n. 10. seq.*

Sed de hoc major est controversia, quanto tempore adversus civitates & universitates
currat præscriptio? Et quidem, quod in rebus 12
hæreditariis, in legato, donatione & venditione civitati adquisitis, non currat præscriptio, nisi centum annorum, manifestè sancitum est, *in l.*

in l. ut inter. 23. C. de SS. Eccles. Bronchorst. *2. misc. cellan. ass. 43.* Gœdd. *ad l. inter publica. 17. n. 16. ff. de V. S.* Sed cum quoad Ecclesias, quæ itidem vigore dictæ legis hæc prærogativa gaudebant, novissimo jure centenaria ista præscriptio sit abrogata, & ad quadraginta annorum spatium redacta, per *Novel. 111. & 113.* Et sola Ecclesia Romana centum tantum annorum præscriptione munita sit, *auth. quas actiones. C. de SS. Eccles.* Sunt qui hoc etiam quoad civitates obtinere statuunt, Fachin. *lib. 8. controvers. cap. 3. §. sequitur ut de civitatibus.* Contrarium tamen asserunt Besold. *de jur. univers. cap. 5. n. 5. & lib. 1. polit. cap. 12. concl. 64. §. 2.* Nicol. Losæ. *de jur. univers. part. 3. cap. 17. n. 18. seq.* Bruning. *de var. univers. spec. concl. 70.* Quia quoad civitates nihil immutatum reperitur, & sic nihil impedit, quo minus jus vetus stare censeatur, per *l. præcipimus. 32. C. de appellat.* Atque inde civitatibus non aliud, quam centum annorum curriculum nocere verior & communiter approbata esse opinio dicitur, per *d. l. ut inter. C. de SS. Eccles. & ibi* gloss. Castr. *n. 8.* Bart. *n. 8.* Jason. *in auth. si quas. n. 21. C. de SS. Eccles.* Covarruv. *in c. possessor. part. 2. §. 2. n. 15.* Cravet. *de antiquit. temp. part. 4. cap. absolutu. n. 37.* Villalob. *thes. recept. sent. lit. P. n. 236.* Vigel. *method. jur. civil. lib. 5. cap. 13. replic. gener. un. dupl. 4. & method. jur. controv. lib. 5. cap. 2. replic. gen. un. dupl. & lib. 2.* Author. *consil. in caus. Fridberg. punct. 1. cap. 1. n. 143.* Author. *actor. Lindaviens. fol. 321. in fin.*

13 III. Competit quoque Civitatibus Imperialibus jus Prælationis, in bonis creditorum, idque jure superioritatis territorialis, cujus vigore Status Imperii ad similitudinem fisci Imperialis tacitam hypothecam, & sic prælationem in bonis officialium, civium & subditorum obtinent, Schurff. *cons. 83. n. 2. vol. 2.* Ming. *de super. territ. concl. 83.* Beuther. *de jur. prælat. lib. 1. cap. 10. & 12.* ubi nominatim quoque hoc jus Civitatibus Imperialibus, & Nobilibus immediatis attribuit. Et generaliter quidem Respublica creditrix, omnibus chirographariis creditoribus præfertur, *l. bon. s. 38. §. Respublica. ff. de privileg. credit. l. 3. C. qui pot. in pignor.* Quia 14
Respublica, cum actione personali privilegiata est, Gothofr. *in d. l. 3. verb. si personali. C. qui pot. in pign.* Beuther. *d. cap. 10.* Et per Rempu- 15
blicam hoc loco non tantum Romana intelligitur, sed etiam aliæ civitates, communitates & villæ, Bart. *in d. l. Rempublicam. n. 2. C. de jur. Reipubl.* Bald. *in l. 3. C. ad SCt. Trebell.* Wesembec. *in parat. ff. de privil. cred. n. 5.* Secus tamen est, 16
quoad creditores hypothecarios, quia Respublica non habet tacitam hypothecam ex mutuo, per *l. 2. & ibi* Bart. *C. de jur. Reipubl. & in l. simile. ff. ad municipal. l. si fundum. C. qui pot. in pign.* Schurff. *cons. 83. cent. 2.* Beuther. *d. cap. 10.* Sed communis locum habet regula; qui prior est tempore sive in hypotheca, potior est jure, *c. 1. X. de major. & obed. c. cum autem. 24. X. de jur. patron. c. qui prior. 54. d. R. I. in 6. l. 29. l. 201. ff. de R. I.*

Quod verò census publicos, collectas, ga- 17
bellas, vectigalia, tributa & alia debita publica, attinet, Steur/ Schatzung / Bethe / Stallgelt / Umgelt / Zinß / Schutz- und Schirmgelt / quæ ipsis Statibus & civitatibus, tanquam Dominis & Magistratibus debentur à civibus, subditis & incolis, in his jus prælationis ita obtinet, ut horum nomine aliis creditoribus omnibus, tam hypothecariis, quàm Chirographariis, etiam anteriorem expressam hypothecam habentibus, præferantur, Wesembec. *in parat. ff. in quib. pign. tacit. contr. n. 5.* Beuther. *d. cap. 12.* Quia horum nomine civitates & magistratus in bonis civium & subditorum tacitam hypothecam habent, *l. 1. l. 2. C. in quib. caus. pign. tacit. & arg. l. aufertur. §. fiscus. ff. de jur. fisc.* Hartman. *pract. obs. tit. 27. obs. 21. n. 2.* Beuther. *d. cap. 12. in med. & fin.* Sicuti etiam in bonis administratorum tacitam hypothecam obtinent, *infra lib. 5. cap. 10. n. 27.*

CAPUT XXXIII.

De Civitatum Imperialium foro & Judice competente.

Summaria.

1. *Cives Civitatum Imperialium Imperio immediatè subjecti sunt, collectivè, non distributivè.*
2. *Imperator est Caput secularis jurisdictionis, & supremus Dominus Ordinum.*
3. *Fundatam habet jurisdictionem ubique locorum in omnes Imperii Cives, mediatos & immediatos.*
4. *Omnibus & singulis ex plenitudine potestatis imperat.*
5. *Ejusque mandatis omnes parere tenentur.*
6. *Imperator omnium judicum judex.*
7. *Etiam personarum Ecclesiasticarum.*
8. *Superioritas & suprema jurisdictio Imperatori semper reservata intelligitur.*
9. *Quæ est concessionis nescia.*
10. *Imperatores olim ordinum immediatorum subditos evocare potuerant.*
11. *Hodie secus est, & Imperii Statuum subditi in prima instantia coram Imperatore vel Camera Imperiali conveniri non possunt.*
12. *Nisi in certis quibusdam casibus.*
13. *Imperatoris Commissarii testes etiam mediatos evocare possunt.*
14. *Imperatoris jurisdictio exercetur per Senatum Aulicum.*
15. *Differt à reliquis Imperatoris Consiliariis.*
16. *Origo Senatus Aulici quænam sit?*
17. *Aulicum hoc judicium quibus nominibus dicatur?*
18. *Præses judicii Aulici quis?*
19. *Archi-Cancellarius quis?*

20. Pro-

20. *Procuratores judicii Aulici dicuntur* Agenten.
21. *Coram hoc judicio conveniri possunt omnes Imperii Status & Ordines.*
22. *Omnes Legati & qui negociorum causa ibi versantur.*
23. *Quænam causæ huc pertineant?*
24. *Quæ non?*
25. *Deferuntur causæ ad Aulam Cæsaream vel per viam simplicis querelæ.*
26. *Vel per viam appellationis, & quomodo?*
27. *Imperator, sive Senatus Aulicus cum Camera Imperiali concurrentem habet jurisdictionem.*
28. *Ita ut præventioni hic locus sit.*
29. *Præventio sola citatione inducitur.*
30. *Imperator causas in Camera pendentes non avocare, nec inhibere potest.*
31. *Cameræ jurisdictio per modum contractus fundata.*
32. *Avocare tamen potest causas ipsius tantum cognitioni reservatas.*
33. *Judicii Cæsarei locus non est certus, sed in Aula Cæsarea.*
34. *Non tamen extra Germaniam esse debet.*
35 *Processus ordinarius in Aulico judicio non observatur. & n. 37.*
36. *Etiam in causis arduis, terminis lapsis novi conceduntur.*
38. *Vivo adhuc Imperatore Rex Romanorum eligi potest.*
39. *Qui vivo Imperatore eligitur, perpetuus Imperii Vicarius est.*
40. *Et Imperatore absente vel impedito omnia jura Imperatoria expedire potest, secus si Imperator præsens sit, & n. 42.*
41. *In Regem Romanorum Crimen læsæ Majestatis committitur.*
43. *Imperator Regi Romanorum quem titulum tribuat, & vice versa.*
44. *An Rex Romanorum Majestatem habeat?*
45. *Vicarii Imperii tempore Vicariatus in Status & Civitates Imperiales jurisdictionem exercent.*
46. *De feudis investiunt.*
47. *Judicium Cameræ & Aulicum exercent.*
48. *Comitia indicunt.*
49. *Omnia possunt, quæ Imperator.*
50. *Non tamen de feudis Imperii investiunt.*
51. *Nec res Imperii alienare possunt.*
52. *Vicarii hanc potestatem exercent, si Imperator trans Alpes sit.*
53. *Quæ finitur reditu vel electione Imperatoris.*
54. *Camera quoque Imperialis jurisdictionem in Civitates Imperiales exercet.*
55. *Est enim hoc judicium Regium Cæsaris, eumque repræsentat.*
56. *Citationes, sententiæ, mandata, nomine & sigillo Imperatoris prodeunt.*
57. *Ejus decisiones pro lege habentur, & in decidendo sunt observandæ.*
58. *Quando & à quo hoc judicium constitutum?*
59. *Institutum est cum Statuum Imperii Consensu.*
60. *Ejus sedes fixa est Spiræ.*
61. *Ordinariam & perpetuam habet jurisdictionem.*
62. *Morte Imperatoris non exspirat.*
63. *Iudices Cameræ ut suspecti recusari nequeunt.*
64. *Ad ejus jurisdictionem omnes causæ Statuum pertinent.*
65. *Restrictior Cameræ est jurisdictio, quàm Cæsaris.*
66. *Regulariter in prima instantia causæ ad Cameram non pertinent.*
67. *Nisi in certis casibus.*
68. *In prima instantia in Camera conveniuntur causæ eorum, qui immediatè Imperio subjecti sunt, etiam Electores.*
69. *Privatus quoque immediatum in Camera convenire potest pro exigua etiam summa.*
70. *Nobilis, vel alius mediatus, alium Nobilem, Civitatem, Comitem vel Baronem immediatum, in Camera convenire potest, nec Austregarum judicio gaudet.*
71. *Vt Austregæ locum habeant, uterque actor & reus immediatè Imperio subesse debent.*
72. *Idem est, quoad alios mediatos, si immediatos convenire velint.*
73. *Subditi Dominos suos in Camera conveniri tenentur.*
74. *Idem est, si Principes Imperii subditos suos convenire velint.*
75. *Nisi aliud consuetudine inductum.*
76. *Idem est, quoad Comites, Barones & Nobiles immediatos, qui suos quoque subditos in Camera Imperiali convenire tenentur.*
77. *Nobiles subditos suos coram officialibus suis convenire possunt.*
78. *Civitates Imperiales à suis civibus, & ab aliis mediatis in Camera conveniuntur.*
79. *Civitates Imperiales Prælatos, Comites &c. in Camera conveniunt.*
80. *Sunt Civitates Imperiales, quæ singulares judices in prima instantia habent.*
81. *Collegia Canonicorum libera etiam in Camera conveniuntur.*

82. Et Capitulum sede vacante in civilibus.
83. Si plures sint litis consortes, & unus eorum immediatus, omnes ex causa continentia in Camera conveniuntur.
84. Visitatores & revisores Cameræ si munus non rectè subierint, in Camera conveniuntur.
85. Si partes privilegio primæ instantiæ renunciaverint.
86. Si partes in Cameræ judicium compromiserint.
87. Si Status privilegium primæ instantiæ habens in bannum sit declaratus.
88. Si mediatus ratione bonorum immediatorum conveniatur.
89. In Camera convenitur, qui sub diversa jurisdictione inter Dominos immediatos litigiosa domicilium habet.
90. Rei vagabundi in Camera conveniuntur.
91. Personæ miserabiles, pupilli, viduæ, &c. ordinarium judicem præterire, & Cameræ judicium implorare possunt.
92. Personæ Camerales Cameræ jurisdictioni subsunt, & quænam tales sint?
93. Hoc tamen in realibus non procedit.
94. Quidnam in criminalibus obtineat?
95. In Camera in prima instantia non conveniuntur, qui judices habent Austregarum.
96. Si contra judices aliquos Austregarum agendum sit, & partes de tribunali conveniri nequeant, in Camera processus decernuntur.
97. Idem si Dominus cum subditis vel officialibus conveniatur.
98. In Camera in prima instantia non conveniuntur, qui judices ex privata conventione habent.
99. Cameræ jurisdictioni planè non sunt subjecti Clerici.
100. Quod secus est quoad Principes, Archi-Episcopos, Episcopos, Abbates, &c. qui regalia, feuda & alia privilegia ab Imperio habent, qui considerantur ut Politici.
101. Vti & illi, qui à Cameræ jurisdictione sunt exempti.
102. Imperator in causis civilibus convenitur coram Comite Palatino Rheni.
103 Quid si criminaliter adversus Imperatorem agatur?
104. Si non ut Imperator, sed ut Archidux conveniatur, in Camera Imperiali convenitur.
105. Idem obtinet in Rege Romanorum.
106. Vicarii Imperii ubi conveniantur?
107. Archiduces Austriæ à Cameræ jurisdictione exempti.
108. Nisi in Causa fractæ Pacis publicæ.
109. Exempti quoque sunt Duces Burgundiæ & Brabantiæ.
110. Secus tamen est, quoad Causas fractæ pacis publicæ.
111. Idem est in Duce Lotharingiæ.
112. Ad Cameram quoque pertinent causæ reorum, qui in prima instantia in Camera conveniri possunt.
113. Sicuti etiam actio super constitutione pacis religiosæ.
114. Et prophanæ.
115. Causæ fiscales.
116. Mandata de non offendendo.
117. Causæ litigiosæ possessionis.
118. Causæ pignorationum.
119. Arrestorum.
120. Si agatur ex Constitutione L. diffamari.
121. Causæ denegatæ vel protractæ justitiæ.
122. Causæ privilegii Cæsarei violati.
123. Commissiones pro recipiendis testibus ad rei memoriam.
124. Si causa continentia dividi nequeat.
125. Causæ citationum pro relaxatione juramenti ad effectum agendi.
126. Si Status aliquis subditum vel alium captivum, ad idoneam cautionem relaxare nolit.
127. Causæ ex edicto novi operis nunciationis.
128. Si reus immediatus ad requisitionem actoris judices Austregarum intra præstitutum tempus non nominaverit.
129. Declaratio pœnæ Compulsorialium.
130. Causæ deserviti salarii Advocatorum, Procuratorum, &c.
131. Causæ viduarum, pupillorum.
132. Quando actio in mero judicis officio consistit.
133. Causæ alimentorum.
134. Causæ compromissorum.
135. Executio laudi contra Principem.
136. Arbiter non habet executionem.
137. Executiones sententiarum per judices ordinationis latarum ad Cameram spectant.
138. Si judex inferior suspectus, causa ad Cameram spectat.
139. Causæ reconventionis.
140. Si Status alium ex suo Circulo eximere & sibi subjicere velit.
141. Idem in causa exemptionis.
142. Causæ in quibus mandata sine clausula decernuntur.
143. Mandatum sine clausula quid sit?
144. Hæc mandata regulariter non decernuntur, nisi in certis, & quidem quatuor casibus.

145. Quinam hi casus generales sint?
146. Quanam clausula in supplicationibus pro mandatis, auf die vier Fäll/ adjici soleat?
147. Specialiores casus, quibus mandata sine clausula decernuntur, referuntur, & n. seqq.
148. Ad Cameræ jurisdictionem planè non spectant causæ Ecclesiasticæ & Spirituales.
149. Causæ de feudis regalibus, veluti Ducatus, Principatus.
150. Causæ fiscales, Ducatus, Comitatus, territoria, &c. concernentes.
151. Causæ criminales in genere.
152. Excipiuntur tamen nonnullæ.
153. Causæ moderationum ad Cameram non pertinent.
154. Nec non Causæ voluntariæ jurisdictionis.
155. Quæ Cæsaris jurisdictioni specialiter sunt reservatæ.
156. Quando causæ per appellationem ad Cameram deferantur?
157. Statutum & consuetudo non valet, ne ad Cameram appelletur.
158. Quando ab interlocutoria ad Cameram appelletur?
159. Appellatur quoque ad Cameram à Magistratu extrajudicialiter gravante.
160. Appellatur ab omnium civitatum judiciis & sententiis.
161. Nisi civitas privilegium de non appellando habeat vel in totum, vel sub certa summa.
162. Recensentur civitates à quibus non nisi sub certa summa appellari potest, & n. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187.
169. Verborum, mit Verhafftung seines Leibs/ quis sensus?
180. A judicio Burggraviatus Norici ad quem appelletur?
188. A judicio provinciali Franconico ad quem fiat appellatio?
189. Uti & à judicio provinciali Sueviæ.
190. Non appellatur à judicio VVürttembergico provinciali quod est Tubingæ.
191. Privilegia de non appellando locum non habent in causis justitiæ denegatæ, vel protractæ.
192. Nec in causis nullitatis.
193. Appellatio fieri debet gradatim.
194. Summa de qua agitur, debet esse appellabilis, quæ hodie est 400. Imperialium.
195. Summa hæc in quibus casibus non attendatur?
196. Appellatio fieri debet intra decendium.
197. Instrumentum appellationis in pergameno confici debet.
198. Forma statuto præscripta observanda.
199. Tempus introducendæ appellationis.
200. A sententiis Cameræ non appellatur, solet tamen aliquando in integrum restitutio concedi.
201. Conceditur quoque Revisio.
202. Revisio quid sit?
203. Revisio locum habet in omnibus causis & sententiis, etiam interlocutoriis.
204. Quando petenda revisio & à quo?
205. Moguntinus à quo revisionem petat?
206. Revisionem petens de Calumnia jurare tenetur.
207. Certam pecuniæ summam deponere tenetur.
208. Vt revisio locum habeat, summa capitalis duorum millium Imperialium esse debet.
209 Revisio in scriptis petenda.
210. Revisorum nomina communicanda.
211. In revisione cautissimè procedendum.
212. Revisores solemne juramentum præstant.
213. Judices sententiarum quatenus revisionibus intersint?
214. Non nisi unum tantum scriptum admittitur.
215. Copia gravaminum parti communicanda.
216. Revisio revisionis non datur.
217. Pendente revisione executio suspenditur.
218. In quibus causis revisio locum non habeat?
219. Revisionum abusus hodiernus.
220. A revisione differt syndicatus.
221. Syndicatus quid sit?
222. Modus procedendi in syndicatu idem est, qui in revisione.
223. Conveniuntur quoque Civitates Imperiales coram judicio Rotvvilensi.
224. A quo & quando constitutum hoc judicium?
225. Ejus sedes est Rotvvilæ.
226. Officium judicis est penes Comites de Sultz.
227. Assessores hujus judicii quales?
228 Judicium hoc solius Cæsaris est.
229. Certo districtu circumscriptum est hoc judicium.
230. In hoc districtu ordinariam habet jurisdictionem, & cum aliis magistratibus ordinariis concurrit.
231. Non tamen cum Camera Imperiali.
232. Imperator causas Rotvvilæ avocare potest.

233. Omnes Causæ in hoc districtu occurrentes, in hoc judicio dijudicari possunt civiles.

234. Hæreditatum.

235. Debitorum.

236. Pensionum & censuum.

237. Turbationum & spolii.

238. Pignorationum.

239. Arrestationum.

240. Decimarum.

241. Causæ turbatæ vel mutatæ religionis.

242. Etiam criminales, veluti homicidiorum, latrociniorum, incendiorum, diffidationum, fractæ pacis, &c.

243. Causæ etiam quædam voluntariæ jurisdictionis, veluti renunciationis, pactorum dotalium, testamentorum, &c.

244. Non verò huc pertinent causæ privilegia Imperialia concernentes.

245. Nec causæ matrimoniales.

246. Reconventio quoque in hoc judicio locum habet.

247. Deferuntur causæ ad hoc judicium vel per viam simplicis querelæ vel appellationis.

248. Exercetur in omnes personas in hoc districtu comprehensas, Principes, Comites, Barones, Nobiles, Civitates, cives & rusticos.

249. A jurisdictione Rotvvilensi quinam Status, Principes, Comites, Barones, sint exempti?

250. Civitates quanam ab hoc judicio exemptæ?

251. Quinam Nobiles?

252. Privilegiati si Rotvvilam citentur, exemptionis privilegium opponunt, subditi verò avocantur.

253. Vt exceptiones locum habeant, quænam requirantur?

254. Exemptionum privilegia locum non habent in Ehafften.

255. Ehafften *quid sint.*

256. Ehafften *recensentur.*

257. Concedi possunt privilegia contra Ehafften.

258. In generali exemptionis privilegio, umb was Ursachen das wäre/ *non continentur* Ehafften.

259. Excipitur semper casus denegatæ justitiæ.

260. Privilegio exemptionis renunciari potest.

261. Subditi fori privilegio renunciare non possunt.

262. Si dubium sit an avocatio locum habeat, judex Rotvvilensis cognoscit.

263. A judicio Rotvvilensi appellatur ad Cameram Imperialem.

264. Si non fuerit appellatum sententia transit in rem judicatam, & executio Statibus Imperii committitur.

Cum civitates Imperiales Imperio & Imperatori immediatè sint subjectæ, ideò etiam non alibi, quam coram Imperatore, Camera Imperiali, & judicibus suis primæ instantiæ conveniri possunt, quod inter alia etiam constat ex Regis Ferdinandi resolutione über das Concept deß Religion-Friedens / apud Goldast. in Reichs-Satzungen *fol. 288. ibi*: daß die Burgerschafft in denen Frey- und Reichsstätten alle zugleich/ und ohne Mittel / dem Röm. Kayser und König und dem Heil. Reich/ so wol als andere mehr Stände un-
1 terworffen. Idque respectu civium collectivè sumptorum, non distributivè, secundum Reink. *de regim. secul. l. 1. class. 5. c. 10. n. 28.* ubi dicit, quod cives in Civitat. Imperialib licet civitas immediatè Imperium recognoscat, immediatis non sint accensendi, sed mediatis, cum senatui tanquam magistratui suo immediatè pareant, de quo *supra c. 3. n. 116. & 135.* & aliud sunt ipsi cives ab ipsa universitate, *l. mortuo. 22. ff. de fidejussor.* quod & ex ipsa Imperat. Ferdinandi resolutione patet, in verbis: Burgerschafft alle zugleich.

Quod autem Civitates Imperiales Imperatorem immediatum judicem & supremum recognoscant, nullum videtur habere dubium, cum & propterea Imperiales & Immediatæ dicantur, quod nullum alium, quàm solum Imperatorem & Imperium superiorem recogno-
2 scunt, de quo *supra l. 1. c. 2. n. 5.* Imperator autem caput secularis jurisdictionis, & omnium magistratuum causa prima, Justus Mejer. *in dissert. ad l. deprecatio. 9. ff. ad L. Rhod. de jact. concl. 4. lit. b.* Supremus Dominus Principum & Ordinum, & Imperii caput, der Oberste Herr und Oberhaupt im Reich/ *Aur. Bull. tit. 5.* R. A. *de anno 1530.* §. Nach erledigten. & §. Deßgleichen wir/ R. A. *de anno 1566.* §. Wir wollen auch. Reformat. zu Franckfurt. *de anno 1442. in fin. princ.* R. A. zu Speyr. *de anno 1529.* §. Und anfänglich. R. A. zu Augsp. *de anno 1518. in princ.* Ord. Camer. *de anno 1507. tit.* Wann gegen mächtigern Gewalt. *17. in princ.* & fundatam habet juris- 3
dictionem ubique locorum, in omnium Imperii Romani civium, tam mediatorum, quàm immediatorum personas & causas, Garf. Mastril. *de magistrat. l. 1. c. 3. n. 7.* Peregr. *de jur. fisc. l. 1. tit. 2. n. 41.* Reink. *de regim. sec. l. 1. class. 5. c. 7. n. 10. & c. 11. n. 2.* Bruning. *de var. univers. spec. concl. 5. lit. a.* Thom. Mich. *de jurisdict. concl. 9. lit. c.* Georg. Christ. Meysisch *de potest. & jurisd. Imperat. concl. 3. lit. b. & concl. 14. lit. a.* Klock. *consil. 29. n. 8.* Atque indè non solum immediati, sed etiam mediati Imperatori subjectionis jure & devotione obligati, & sub ejusdem tutela & protectione sunt, R. A. zu Wormbs *de anno 1564.* §. Wiewol auch in der Executions-Ordnung. *27.* Ordnung deß Landfriedens zu Wormbs *de anno 1521. tit.* Handhabung Friedens. *20.* §. Darauff befehlen wir. 3. Indeque 4
Imperator omnibus & singulis ex plenitudine potestatis imperat, juxta vulgatam illam formulam: Entbiethen allen und jeden/ unsern und deß Reichs Churfürsten/ Fürsten/ Geistlichen und Weltlichen/

chen / Prælaten / Graffen / Freyen / Herrn / Rittern / Knechten / Hauptleuthen / Schultheßen / Burgermeistern / Richtern / Räthen / Burgern und Gemeinden / und sonst allen andern unsern und deß Reichs Unterthanen / und Getreuen / was Würden / Stands oder Wesens die seynd / ernstlich und festiglich / rc. Ordnung deß Landfriedens zu Wormbs *de anno 1521. in princ. & tit.* Handhabung Friedens. 20. §. Darauff befehlen. 3. R. A. zu Speyr *de anno 1529. tit.* Constitution oder Mandat wider die Widertäuffer. 2. §. Deßgleichen. 3. R. A. zu Augsp. *de anno 1530.* §. Und dieweil wir nun. 73. R. A. zu Speyr *de anno 1542.* §. Hierumb und die-

5 weil. 125. & alibi passim. Ejusque mandatis legitimè promulgatis omnes & singuli, summæ, mediæ & infimæ sortis cives parere tenentur, R. A. zu Augsp. *de anno 1548.* §. Damit aber nicht. 43. *ibi*: Welchem Mandat auch ein jeder / hohes und nieder Stands / dem Heil. Reich Teutscher Nation unterworffen / stracks geleben / und würcklich nachkommen soll. Et omnes Imperii Status & cives Imperatori, tanquam Domino & magistratui suo summo obedientiam & subjectionem debent, Ordnung deß Landfriedens zu Wormbs *de anno 1521. tit.* Handhabung Friedens. 20 §. Darauff befehlen. 3. ac Cæsareæ Majestatis subjectissimos, Allerunterthänigste / se omnes in subscriptionibus literarum & supplicationum, sine hæsitatione ultrò fatentur, Sixtin. *de regal. l. 1. c. 4. n. 8.* Petr. Syring. *de pac. religion. concl. 14.*

6 Hinc quoque Imperator omnium Judicum Judex Ordinarius, Deique in his terris vicarius esse dicitur, Cravet. *cons. 168. n. 9. & cons.*

7 *314. n. 11.* etiam personarum Ecclesiasticarum, *d.* Ordnung deß Landfriedens zu Wormbs *de anno 1521. in princ. ibi*: Geistlichen und Weltlichen. *c. si episcopus. 13. ibi: aut præceptione regia. Dist. 18. & ibi gloss. in verb. regia.* In tantùm, ut etiam Papa Imperatoris jurisdictioni subesse videatur, imò debeat, *Rom. 13. v. 1.* Mensisch. *d. concl. 3. lit. h.* Neque universalem hanc Imperatoris jurisdictionem imminuit, quod ipse jura territorialia & juris-

8 dictiones in Status & Ordines Imperii immediatos contulerit, siquidem superioritas & suprema jurisdictio semper reservata intelligitur in omni concessione, *c. dudum. 14. §. nos igitur. de prabend. in 6.* Rol. à Valle *cons. 1. n. 135. seq. l. 2.* Natta *cons. 487. n. 24.* Reink *de regim. secul. l. 1. class. 5. c. 6. n. 73. seq. & c. 7. n. 13.* Cum suprema illa potestas & jurisdictio sit ipsa forma & substantialis essentia majestatis, Carol. Mol. *in consuet. Paris. tit. 1. §. 2. gloss. 4. n. 16.* Unde sicut essentia rei à re ipsa, salva ejus substantia, separari non potest, ita & hæc ipsa suprema jurisdictio ab Imperatoris

9 corona, & sceptro Cæsareo inseparabilis & omnis concessionis nescia est, Molinæ. *d. n. 16. seq.* Boër. *decis. 50. n. 10. seq.* Reink. *d. c. 6. n. 75. seq.*

10 Quamvis autem Imperatores vi universalis jurisdictionis, priscis temporibus, cum inferiores magistratus precariam & titulo tantum administrationis jurisdictionem exercerent, cum quibuslibet Statibus ac Civitatibus Imperialibus, in qualibet instantia concurrentem habuerint jurisdictionem, & Statuum aliorumque ordinum immediatorum subditos evocare potuerint, idque etiamnum velint per *l. judicum. 58. ff. de judic. c. ut nostrum. 96. X. de appellat.* Afflict. *in constit. Regn. l. 1. rubr. 47. n. 2.* Parlador. *rer. quotid. l. 2. c. 1. n. 26.* Mod. Pist. *cons. 28. n. 14.* Verum cum hodiernis moribus Status Imperii & alii ordines immediati jura sua territorialia & jurisdictionem, non jure administrationis, sed jure patrimonii, hæreditario, perpetuo & ad hæredes transmissibili possideant, secus se res habet, & Electorum, Principum, Comitum, Baronum, Nobilium & Civitatum Imperialium subditi in prima instantia coram Im- 11
peratore, vel in aula Cæsarea, vel Camera Imperiali, conveniri non possunt, Schrader. *cons. 27. n. 5. seq.* Paurm. *de jurisd. l. 2. c. 4. n. 78.* Rosenth. *de feud. c. 5. concl. 1. n. 4.* Buxtorff. *ad A. B. concl. 83. lit. e.* Coler. *de process. part. 2. c. 2. n. 138. seq.* Rumelin. *ad A. B. part. 1. dissert. 5. concl. 13. & part. 2. dissert. 1. concl. 1. & 2. & ibi* Dn. Nicol. Myler. *in addit.* Bocer. *de jurisd. c. 8. n. 80.* Reink. *de regim. sec. l. 1. class. 5. c. 7. num. 17. seq.* Ming. *de super. territ. concl. 24. & 33.* Matth. Steph. *de jurisd. l. 2. c. 1. membr. 2. n. 120. vers. sic & de personis.* Idque ex constitutionibus Imperii satis liquet, ubi disertè cautum, subditos Statuum & aliorum immediatorum, in ordinariis judiciis suis relinquendos, & non evocandos esse, Cammergerichts-Ordn. *de anno 1495. tit.* die Unterthanen in ihren ordentl. Gerichten bleiben lassen. 24. Cammerger. Ordn. *de an. 1521 tit.* einen jeden bey ordentl. Gerichten bleiben zulassen. 29 Ordin. Camer. *part. 2. tit. 1. in princ. & §. 1. & tit. 5. §. fin. & tit. 8. §.* Wo sich aber zwischen 14. Capitulat Imper. Ferdinandi II. *art. 13* & Ferdinandi III. *art. 17.*

Sunt tamen certi casus, quibus etiam Imperator cum Statibus in prima instantia concurrit, velut 1. si justitia fuerit denegata, vel protracta, Ord. Camer. *part. 2. tit. 1. in princ. & §. 1. A. B. tit. 11. auth. Statuimus. C. de Episc. & cler.* 2. Si causæ sint connexæ, ita, ut si principale negocium ad Imperatoris cognitionem immediatam pertineat, tum etiam de connexis se intromittere possit, Petr. Frid. Mind. *de process. l. 3. c. 3. in fin.* Reink. *de regim. secul. l. 1. class. 5. c. 7. n. 35.* 12

Unde Imperatoris Commissarius testes non solùm immediatos, sed etiam mediatos evocare & examinare potest, *l. sed et si. 26. §. fin. ff. ex quib. caus. major.* Rulant. *de commiss. part. 1. l. 5. c. 3. n. 21. & c. 4. n. 19.* Arumæ. *ad A. B. discurs. 5. concl. 11.* & de Cameræ Imperialis Commissariis tradit Gail *1. obs. 98. n. 2.* Matth. Steph. *de jurisd. l. 2. part. 1. c. 1. membr. 2. n. 243. seq.* 3. Si persona, vel causa talis sit, quæ in prima instantia ad Imperatoris vel Cameræ Imperialis jurisdictionem spectet, Reink. *d. c. 7. n. 37.* Neque etiam hodie, si Imperator in Statuum & Civitatum Imperialium territoriis præsens est, horum jurisdictio quiescit, de quo supra *c. 1. n. 62. & seq.* 13

Imperator jurisdictionem hanc exercet 14
per Senatum Aulicum, den Reichs-Hoffrath / qui nihil aliud est, quàm Collegium Judicis & Adsessorum in aula Cæsarea, de causis Imperii judicans, Georg. Gumpelzhaim. *in dissert. de Senat. Imper. aulic. posit. 7.* Et hic Senatus est judicium Imperii, Wehner. *pract. observ. verb* Hoff. Thom. Mich. *de jurisd. concl. 28. lit. a.* Et differt à 15
reliquis Imperatoris Consiliis, qualia sunt, 1. Consilium Secretum, sive sanctius, Geheime Rath / quod circa rationem Status versatur. 2. Consilium Cameræ aulicæ, Cammer-Rath / cui œcono-

œconomiæ administratio curæ est. 3. Consilium bellicum, Kriegs-Rath. 4. Consilium conscientiæ, Gewissens-Rath.

16 Origo Senatus Aulici ab ipso Imperii Romani initio descendisse videtur, Gumpelzhaim. *d. posit. 9. lit. a.* Ex priscis enim legibus & historiis constat, Imperatorem Augustum eo nomine in palatio suo Prætorium ædificasse, in quo Imperator solus sella curuli sedebat, quem Consiliarii circumstabant, quod postea consilium Cæsaris intimum dictum, in quo Legatos, & quoscunque se adeuntes admisit,
17 audivit, de causis cognovit, & Consulentibus de jure respondit, dictum etiam fuit Consilium Principis, *l. Jurisperitos. 30. princ. ff. de excusat. tut.* item consistorium, *l. fin. C de judic. divers. jud.* consistorium sacrum, *l. humanum. 8 C. de legib.* Indeque Comites consistoriani dicti, *tot. tit. C. de comit. consistor.* Atque hujusmodi judicium Aulicum usque ad Maximiliani I. tempora solum, nec aliud in usu fuit, donec is postea causarum multitudine id exigente, aliud tribunal, Cameram scilicet Imperialem adderet, de quo *infra n. 54. & seq.*

18 Judex, seu Præses hujus judicii est vel ipse Imperator, vel ab eo ex illustri Principum, Comitum, Baronum ordine constitutus, der Reichs
19 Hoff-Raths-Præsident. Hujus Archicancellarius est Elector Moguntinus. Cui tanquam Archicancellario Imperii Adsessores, qui & ipsi Judices, die Reichs-Hoff-Räthe / juramento adstringuntur, Thom. Michael. *de jurisd. concl. 28. lit. a.* Wehner. *verb.* Hoff / Kayserlich Hoff. Et hoc suum officium alii demandare solet, qui dicitur Vice-Cancellarius Imperii.

20 Procuratores in hoc judicio Aulico dicuntur Agenten / Besold. *thes. pract. verb.* Agenten / Ern. Cothman. *in rubr. Cod. n. 24.*

21 In hoc judicio Cæsareo, sive coram Imperatore & senatu Aulico, in prima instantia conveniri possunt omnes Imperio immediatè subjecti, ut sunt Electores, Principes tam Ecclesiastici, quàm seculares, Prælati, Comites, Barones, Nobiles & Civitates Imperiales, nisi privilegio vel præscriptione sint exempti, Paurmeister. *de jurisd. l. 2. c. 4. n. 123.*

22 Conveniuntur etiam in Aula Cæsarea omnes Legati, & alii, qui negociorum suorum causa in aula commorantur, cujuscunque sint ordinis & conditionis, Paurmeister. *d. c. 4. n. 122* Matth. Stephan. *de jurisd. l. 2. part. 1. c. 1. memb. 2. n. 120. vers. in legatos.* Ex curia enim, sive aula Principis, etiam veteri jure domum non revocatur, Restaur. Castald. *de Imperat. quæst. 110. n. 20.* Paurmeister. *d. n. 122.* Tempore etiam Comitiorum in personas omnes legatorum, & aliorum, qui domicilium ibi constitutum habent, Imperatoris, vel ejus Legati est jurisdictio, Paurmeister. *d. n. 122.* Nisi Electorum, vel aliorum Principum privilegio, aliud obtineat, Matth. Stephan. *d. n. 120.* Et locis omnibus, per quæ Imperator iter facit, in comites & familiares suos ipsum jurisdictionem exercere, & jus reddere, usu observatum dicit, Paurmeist. *d. l.* Stephan. *d. num. 120.* Sic quoque in Adsessores Cameræ muneribus, vel alia ratione corruptos, ex proposito iniquo, vel nulliter judicantes, præter Syndicatum, Imperatoris est animadversio, Ord. Camer. *part 3. tit. 53. §.* Ob sich aber. 5. Matth. Stephan. *d. l.*

Ad hoc judicium, sive Senatum Aulicum, 23
spectant illæ potissimum causæ procerum & Statuum Imperii, & reliquorum membrorum immediatorum, I. quæ solius Imperatoris judicium requirunt, & Cæsareæ cognitioni reservatæ sunt, Paurmeister. *d. cap. 4. num. 112.* Georg. Brautlacht. *in epitom. jurisprud. publ. lib. 7. cap. 8. n. 3.* ut sunt controversiæ de Ducatibus, feudisque Imperii Regalibus & majoribus, Ord. Camer. *part. 2. tit. 7.* Paurmeist. *d. c. 4. num. 121* Brautlacht. *d. n. 3.* secus verò est, quoad reliquas causas feudales, Paurmeist. *d. l. n. 152.* II. Causæ Statuum & reliquorum immediatorum criminales, in hos enim delinquentes Imperatoris criminalis est jurisdictio, per tradita *supra c. 5. n. 79. & seq.* III. Ad hanc jurisdictionem Cæsaream pertinent omnes reliquæ causæ personarum Imperio immediatè subjectarum, in prima instantia, & mediatarum, per viam appellationis, nisi speciali privilegio, præscriptione, vel sua natura sint exemptæ.

Potissimùm autem ab Imperatoris juris- 24
dictione exemptæ sunt causæ I. Ecclesiasticæ, sive spirituales, & spiritualitati annexæ, à quibus regulariter politica arcetur potestas, Paurmeister. *d. c. 4. n. 150.* II. Et sic quoque causæ matrimoniales, Paurmeist. *d. l. n. 151.* Kitzel. *synops. matrim. cap. 10. theor. 9. lit. b.* Reink. *de regim. Eccles. l. 3. class. 1. c. 10. n. 22.* III. Nec non feudales, Paurmeist. *d. l. n. 152.* De causis Religionis, vide *supra c. 3. n. 253. & seq.*

Deferuntur causæ ad Aulam Cæsaream, 25
vel per modum simplicis querelæ, vel per viam appellationis. Per modum simplicis querelæ, seu in prima instantia, deferuntur omnes causæ Electorum, Principum, Prælatorum, Comitum, Baronum, Civitatum, Nobilium, & aliorum Imperio immediatè subjectorum, nisi specialiter privilegiatæ & exemptæ sint.
Per viam appellationis ad hanc Aulam defe- 26
runtur causæ subditorum mediatè Imperio subjectorum, atque etiam immediatorum, qui in prima instantia ab Imperatoris jurisdictione, per speciale privilegium, vel alio modo sunt exempti. Ubi observandum, quod provocationibus ab Imperatore recipiendis, modus & quantitas rei, de qua litigatur, non præscribatur, & Imperator summam appellabilem, in Camera usitatam observare non teneatur, Paurmeist. *d. l. 2. c. 4. n. 271.*

Quoad causas ad Imperatorem & Aulam 27
Cæsaream spectantes, dubia movetur quæstio, an scilicet Imperator, sive Senatus Aulicus cum Camera Imperiali, in omnibus causis concurrentem habeat jurisdictionem, ita ut omnes causæ, quæ ad jurisdictionem Cameræ spectant, etiam ad ipsum Imperatorem & Aulam Cæsaream pertineant, & liberum sit actori, an in Aula, an verò in Camera reum conve-

convenire velit? an verò jurisdictio Cameræ concessa privativè, & ita tributa censeatur, ut Imperator eam, excepto uno vel altero tantùm casu, à se prorsus abdicaverit? Et quidem posteriorem sententiam defendunt Schrader. *de feud. part. 10. sect. 2. n. 72. & 73.* Thom Michael. *de jurisdict. concl. 35. lit. b.* Joh. Wurmser. *de jur. publ. exerc. 7. quæst. 25.* Verùm contraria opinio, quæ Imperatori concurrentem attribuit jurisdictionem, verior, & majori Dd. calculo est comprobata, Gail. *1. observ. 11. num. 6. & observ. 29. num. 3. observ. 42. n. 3. & observ. 121. n. 3.* Mynsing. *dec. 3. cons. 24. num. 20. & dec. 10. cons. 94. num. 5.* Bender. *de revis. in præfat. num. 16. & conclus. 1. n. 27. & concl. 9. num. 17.* Blarer. *in l. diffamari. cap. 8. num 30. & cap. 10. num. 19.* Schwaneman. *observ. 4. num. 1. 2. 3. & 6.* Roding. *pand. Camer. libr. 1. tit. 3. num. 5.* Græven. *pract. conclus. 29. consid. 1. num. 2. lib. 1.* Petr. Frider. Mindan. *in præfat. lib. 1. process. versic. eadem ratione.* Reusner. *4. decis. 21. num. 30.* Gylman. *symph. tom. 3. verb. Cæsaris cum Camera concursus.* Knichen. *de jur. territor. cap. 6. n. 22. seq.* Pruckman. *cons. 38. num. 68.* Borcholt. *de feud. cap. 10. num. 3. & 4.* Leipold. *de concurs. jurisd. quæst. 4.* Gothofred. Anton. *disput. de jurisd. Camer. conclus. 9.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 1. membr. 2. num. 216. seq.* Author der Donawert. *relation, part. 2. fol. 96. seqq.* Atque hanc sententiam prolixè defendit, & ad contraria respondet Paurmeister. *de jurisd. lib. 2. cap. 6. n. 30.*
28 *& multis seqq.* Ut ita præventioni hic locus sit, *c. cum plures. 8. de offic. delegat. in 6.* Paurmeist. *d. cap. 6. n. 321.* Matth. Stephan. *de jurisd. lib. 2. part. 1. c. 1. memb 2. n. 218.* Quoties enim quis plures habet judices, quorum æqualis & principalis est jurisdictio, præventio locum obtinet, *l. pen. ff.*
29 *de pet. hæred.* Mynsf. *dec. 3. cons. 24. n. 21.* cujusmodi præventio inducitur sola citatione legitimè facta, *l. si quis posteaquam. 17. ff. de judic. c. præposuisti. 19. X. de for. compet.* Gail. *1. obs. 11. n. 1. obs. 29. n. 5.* Mynsf. *4. obs. 26.* Paurmeist. *d. cap. 6. n. 320.*

30 Quamvis autem aliàs superior causam coram judice inferiore pendentem, eo in statu, quo est apud illum judicem, vel motu proprio, vel ad partis instantiam, avocare, & ad se pertrahere possit, *c. ut nostrum 56. X. de appellat.* Gail. *2. observat. 41. num. 1. & 2.* Berlich *pract. conclus. part. 1. concl. 6. in princ.* Vultej. *ad l. 1. num. 173. C. de jurisd.* Secus tamen quoad Imperatoris & Cameræ jurisdictionem obtinet, ita ut Imperator causas in Camera pendentes, ad se avocare, & Cameræ, ne ulterius in causa procedat, inhibere non possit, Ordin. Camer *part. 2. tit.* daß dem Cammer-Gericht sein starcker Lauff gelassen werden soll. 35. R. A. zu Augspurg/ *de anno 1548.* §. Fol-
31 gends aber. *24. in fin.* Quia Imperator sine Statuum Imperii consensu non potest revocare jurisdictionem Cameræ, siquidem cum illorum communi consensu & voluntate, per modum obligationis, sive contractus fuit data, Proëm. Ordin. Camer. *de anno 1555. in fin. princ.* Reichs Absch. zu Speyr/ *de anno 1570.* Weiters/ nach dem auch *42.* atque ita unius dissensu vel voluntate contraria revocari non potest, *l. nihil tam. 35. ff. de R. Jur. l. prout. 80. ff. de solut.* Unde cum Imperator aliquando literis judici & Assessoribus Cameræ mandaret, ut ipsum certiorem redderent, quibus in terminis causa in executione versaretur, & quo tempore referre & pronunciare vellent, Assessores obiter tantum indicarunt, in executivis super Banno conclusum esse, nec se adstringere voluerunt, ut significarent, quando causa illa referri, vel in ea pronunciari deberet, Matth. Stephan. *de jurisdict. libr. 2. part. 1. cap. 3. n. 31.* ubi tamen *num. 33.* addit, si Imperator una cum Statibus tale quid efflagitaret, totius causæ Statum integrè transscribendum fore, & ita aliquando factum notat, ex Schwaneman. *pract. obs. 3.* Atque ita Imperatorem causas in Camera pendentes avocare non posse statuunt, Gail. *1. observat. 41. num. 3. seq.* Bocer. *de jurisdict. cap. 7. n. 53.* Schrader. *de feud. part. 10. sect. 5. num. 185.* Reinking. *de regimin. secul. libr. 2. class. 2. cap. 14. num. 11. & seq.* Besold. *thes. pract. verb.* Abforderung. Roding. *pandect. Camer. libr. 1. tit. 3. num. 9.* Gylman. *Camer. decis. 54. num. 104. seq. libr. 2.* Zasius *cons. 10. lib. 2.* Gothof. Anton. *disput. de jurisdict. Camer. conclus. 8.* Paurmeister. *de jurisdict. lib. 2. cap. 6. n. 80.*

Quod si tamen causæ sint exceptæ, & solius 32
Imperatoris cognitioni reservatæ, illas Imperator avocare, & Principibus & Cameræ inhibere potest, ne illas tractent, *arg. c. ex transmisso. & ibi* Dd. *com. X. de for. compet.* Vultej. *ad l. 1. n. 168. C. de jurisdict.* Reinking. *de regim. sec. lib. 2. class. 2. cap. 14. n. 114.*

Locus hujusmodi judicii Cæsarei non est 33
certus, cum nec Aulæ Cæsareæ sedes certa, unde nec ipse Imperator ad certum locum adstrictus, sed ubique judicare, & judicium hoc exercere potest, ubicunque enim Imperator ibi curia ejus, & quilibet conveniri potest, gloss. & Dd. *in c. fin. X. de for. compet.* Indeque in citationibus in Aula decretis & expeditis, semper hæc inseri videmus, Daß du/ etc. an Unserm Kayserlichen Hoff/ an welchem End derselbe dero Zeit seyn wird/ erscheinest/ etc. Id quod etiam Henrici Leonis condemnatio arguit, qui ad curiam Cæsaris evocatus, frustra opponebat, se non nisi in terra nativitatis suæ destitui debere, ut refert Crantz. *Saxon. histor. lib. 6. cap. 38.*

Non tamen Imperator Electores, Principes, 34
Prælatos, Comites, Barones, Nobiles, Civitates Imperiales, aliosque Status & subditos Imperii processibus judicialibus, vel extrajudicialibus compositionibus extra Germaniam, & ab ordinariis eorum judiciis evocare, citare vel trahere potest, sed omnes & singulos in Imperio, juxta sanctionem Aureæ Bullæ, & tenorem ordinationum & constitutionum Imperialium, apud ordinarios suos judices conveniri permittere tenetur, sicuti constat ex Capitulat. Imperat. Ferdinandi II. *art. 13.* & Ferdinandi III. *art. 17. ibi:* Wir sollen und wöllen auch die Churfürsten/ Fürsten/ Prælaten/ Graffen/ Herrn/ vom Adel/ auch andere Ständ und Underthonen deß Reichs/ mit Rechtlichen oder güttlichen Tagleistungen/ ausserhalb Teutscher Nation/ und von ihrer ordentlichen Obrigkeit nicht dringen/ erfordern/ noch fürbescheiden/ Sondern sie alle/ und jeden insonderheit im Reich/ laut der gülden Bullen/ auch wie deß Hei-

ligen Reichs Ordnungen und Gesetz vermögen/bleiben
lassen / rc. *Buxtorff. ad Aur. Bull. concl. 83. lit. e.*
Carpzov. *de Leg. Reg. German. cap. 9. n 10.*

35 Processum quod attinet, notum est Impera-
torem, ordinem judiciarium de jure civili in-
troductum observare non teneri, Jason. *in l. cer-*
tum. col. pen. C. unde legit. Bald. *in c. 1. si de inve-*
36 *stit. l. 1.* Tessaur. *decis. 15. num. 3.* Et in Imperato-
ris consistorio juris apicibus neglectis, ex æ-
quo & bono, inspecta veritate, procedi solere,
c. ad petitionem. 22. X. de appellat. Gail. *1. observat.*
42. num. 1. seq. Zasius *in l. princeps. num. 3. ff. de*
legib. Gylman. *symphor. tom. 3. verb. Camera. vers.*
in summo.

37 Hinc etiam adhuc hodie in Aula Cæsarea
ordinem judiciarium, etiam in arduis causis
non servari & sæpe lapsis & purificatis termi-
norum præjudiciis, novos terminos, etiam al-
tera parte reclamante, concedi, quotidiana ex-
perientia testatur, Reinking. *de regim. sec. lib. 1.*
class. 3. cap. 12. n. 37. ubi ejus hanc reddit rationem,
quod Imperator in arduis illis & gravissimis
causis inter illustres personas & Imperii proce-
res vertentibus procedat tanquam pater inter
filios, non attento juris rigore, sed potius Im-
perii tranquillitate, pace & concordia, ut mo-
tus & turbæ evitentur. Multa enim propter
solam pacis conservationem, tranquillitatem
& concordiam, contra juris rationem sunt re-
cepta, *l. hoc modo. 64. §. fin ff. de condit. & demonstr.*
Reinking. *d. l. num. 39.* Quæ tamen ita demum
procedunt, si partes utrinque sufficienter au-
ditæ, & de causæ meritis satis constet.

38 Cum etiam quandoque vivo adhuc Impera-
tore Romanorum Rex eligi soleat & possit, sic-
uti constat ex capitulat Imper Ferdinandi III,
artic. Und insonderheit. *38.* Paurmeister. *de jurisd.*
lib. 2. cap. 5. n. 15. seq. Matth. Stephan. *de jurisd. part.*
1. cap. 1. n. 110. seq. Heig. *part. 1. quæst. 6.* Reinking *lib.*
1. class 3. cap. 14. Coler. *de jur. Imper. sect. 8.* Rume-
lin. *ad Aur. Bull. part 1. dissertat. 2. concl. 9.* hunc
quoq; jurisdictionem in civitates Imperiales,
& alios Imperii Status & Ordines immedia-
tos habere & exercere posse, non videtur ha-
bere dubium, siquidem Rex Romanorum le-
39 gitimè electus, vivo adhuc Imperatore, perpe-
tuus Imperii Vicarius existit, Thom. Michael.
de jurisd. concl. 29 Matth. Stephan. *de jurisd. libr. 2.*
part. 1. cap. 2. num. 51. est caput Imperii, R. A. zu
Augspurg *de anno 1555.* §. Und im Fall da die Kays.
40 Majest. ita, ut Imperatore absente vel impedi-
to, omnia jura Imperatoria exercere possit,
Aur. Bull. *cap. 5.* Ord. Camer. *part. 1. tit. 1.* §.
Nemlich wöllen wir. *d.* R. A. *de anno 1555* §. Und
sollen wir in oberzehlten. Reinking *d. lib. 1. class. 3. cap.*
14. n. 41. Absente Imperatore Comitia conscri-
bit, R. A. zu Speyr *de anno 1532.* §. So hat dem al-
lem nach. R. A. zu Nürnberg *de anno 1542. in princ.*
sub banni pœna imperat, d. R. A. *de anno 1542.*
§. Und damit solches alles. à banno absolvit, Or-
din. Camer. *part. 2 tit. 18. in fin.* Paurmeist. *d.*
lib. 2. cap. 5. n. 6. Collectas indicit, d. R. A. *de an.*
1542. §. Damit auch solcher Ordnung. pragmati-
cas Imperii sanctiones & constitutiones pro-
mulgat, ac supremi Judicii ordinationem præ-
scribit, Ord. Camer. *in proem.* Reinking *d. l.*
num. 48. de feudis regalem dignitatem anne-
xam habentibus investit, Reinking. *d. l. num. 49.*
Unum tribunal cum Cæsare habere censetur,
c. non putamus. d. consuet. in 6. nec ab uno ad al-
terum appellatur, *c. cum Romana. de appell. in 6.*
Omnia imperatore absente agere valet, quæ
ipse præsens facere potest, *arg. l. 2. C. de offic.*
ejus, qui vic. Thom. Michael. *de jurisdict. concl.*
29. Matth. Stephan. *d. lib. 2. part. 1. cap. 2. num.*
59. Et in Regem Romanorum Crimen læsæ 41
Majestatis committitur, Restaur. Castald. *de*
imper. Roman. quæst. 46. num. 3. Schrader. *de feud.*
part. 9. cap. 4. num. 17. Mynsinger. *decis. 5. consil.*
44. num. 10. Paurmeister. *d. cap. 5. num. 7.* Gi-
gas *de crimin læs. Majestat. libr. 1. quæstion. 15.*
Matth. Stephan. *de jurisdict. libr. 2. part. 1. cap.*
2. num. 57. Et concurrentem cum Cæsare vide-
tur habere jurisdictionem, Paurmeister, *d. cap.*
5. num. 6.

Quæ tamen tum demum procedunt, si Im- 42
perator sit absens, vel impeditus, eo verò præ-
sente & non impedito, quasi sub cineribus se-
pulta delitescunt, Reinking. *d. l. num. 53.* & sub-
nubilantur, Arumæ. *ad Aur. Bull. disc. 7. concl.*
21. Unde hæc inter Imperatorem & Regem 43
Romanorum differentia est, quod Imperator
Regi tribuit titulum, Seiner Liebden/ Reichs Ab-
schied zu Speyr / *de anno 1544.* §. Und dieweil aber
Wir. Rex verò Romanorum Imperatorem
Majestatis titulo honorat, Reichs Abschied zu
Speyr / *de anno 1542.* §. Damit auch solcher Ord-
nung. & §. Würde sich aber. Reichs Abschiedt zu
Wormbs / *de anno 1545.* §. Wie dann auch seine
Liebde. Ord. Camer. *part. 1. tit. 1.* Et Rex Ro-
manorum Imperatorem Dominum suum vo-
cat, Reichs Abschiedt zu Augspurg *de anno 1555. in*
fin. §. Solches alles und jedes. Paurmeist. *d. cap.*
5. num. 16. in fin. Atque inde Regem Roma- 44
norum Majestatem non habere, tradit Rume-
lin. *ad Aur. Bull. part. 1. dissert. 2. conclus. 9. &*
ibi latè Dn. Nicol. Myler. *in addit.* licet con-
trarium asserant, Sixtin. *de regalib. lib. 1. cap. 4.*
num. 9. seq. Petr Fritz. *de nobilitat. conclusion. 18.*
lit. c. Reinking *d. libr. 1. class. 3. lit. a.*

Eadem hæc obtinent in Vicariis Imperii, 45
ita ut hi, tempore Vicariatus, jurisdictio-
nem in Civitates Imperiales, aliosque Imperii
Ordines immediatos exercere possint; Nam
si vel per mortem, vel resignationem Impera-
toris, sacrum Imperium Romanum vacare
contingat, Elector Palatinus Rheni, nunc
Bavariæ, & Saxo, Cæsaream potestatem & ju-
risdictionem exercent, & Imperii Vicarii ordi-
narii existunt, Aur. Bull. *tit. 4. & 5. per tot.* ple- 46
no jure judicia exercent; beneficia Ecclesiasti-
ca repræsentant; reditus Imperii colligunt; Ju-
ramenta fidelitatis recipiunt; & de feudis in-
vestiunt, Aur. Bull. *d. tit. 5. & ibi* Rumelin.
part. 1. dissertat. 4. conclus. 15. & seq. Just Sinolt.
Schütz *in colleg. de jur. publ. part. 1. disput. 5. con-*
clus. 11. & seq. & de Vicar. Imper. conclus. 10. seq.
imò etiam Judicium Cameræ & Aulicum exer- 47
cent, Buxtorff. *ad Aur. Bull. conclusion. 29. lit. b.*
Johan. VVurmser. *de jur. publ. exercit. 5. quæst. 6*
Comitia indicunt, Schütz *d. coll. 1. disputat. 10.* 48
conclus.

conclus. 2. lit. d. nec ab ipsorum sententia appellatur, Rumelin. *d. dissertat. 4. concl. 16.* Schütz. *d. disputat. 5. conclus. 15. lit. a.* Omnia possunt, quæ Imperator, *arg. l. 1. & 2. C. de eo, qui vic. alter.* Schütz *d. disputat. 5. conclus. 12. lit c. & de vicar. conclus. 12. lit. a.* Et quæ specialiter non sunt prohibita, Rumelin. *d. dissert. 4. conclus. 15.* Schütz *d. disputat. 5. conclus. 12.* Etiam ea, quæ meræ sunt gratiæ, Rumelin. *d. l. conclus. 21.* Veluti delinquentibus gratiam facere, legitimare, & natalibus restituere, Rumelin. *d. l. conclusion. 22.* Et quæ Imperatori reservata sunt, Schütz *d. disputat. 5. conclus. 12. lit. c. & de Vicar. conclus. 12. lit. b.* Et sic primarias preces concedunt, Rumelin. *d. l. concl. 16.* Schütz. *d. disp. 5. concl. 16. lit. c.*

49

50 Non tamen Vicarii Imperii de feudis Principum, Fahnen-Lehen/ investiunt, Aur. Bull. *tit. 5. & ibi* Rumelin. *dissertat. 4. conclus. 19.* Schütz *d. disputat. 5. conclus. 19. lit. b. & c.* Sicuti nec de Feudis majoribus Ecclesiasticis, Schütz *d. conclus. 19. lit. d. & de Vicar. conclus. 13.* Nec reditus Imperii lucrantur, sed deductis impensis Imperatori restituunt, Rumelin. *d. conclus. 19.* Arumæ. *ad Aur. Bull. disc. 3. conclus. 36.*

51 Nec res Imperii alienare, Aur Bull. *d. titul. 5.* Rumelin. *d. l. conclus. 20.* Schütz. *d. disputat. 5. conclus. 20. lit. a. & de Vicar. conclusion. 12. lit. d.* Nec consensum ad alienandum dare valent, Schütz *d. conclus 12. lit. e.*

52 Exercent quoque Vicarii hanc potestatem, si Imperator trans Alpes in Italiam abierit, Rumelin. *d. dissert. 4. conclus. 12.* Buxtorff. *ad Aur. Bull. conclus 54.* Schütz *d. disputat. 5. conclus. 11. lit. c. & de Vicar. Imper. conclus. 9.* Dan. Otto *de jur. publ. cap. 16. fol. mihi. 37.* Joh. Wurmser. *de jur. publ. exercit. 3. quæst. 4.* Et hic Vicarius ad omnes Imperii provincias, sive totum Imperium se extendit, Besold. *de success. reg. lib. 3. cap. 4. n. 6.* Buxtorff *ad Aur. Bull. conclus. 58.* Wurmser. *d. exerc. 3. quæst. 5.* Thom. Michael. *de jurisd. conclus. 29.* Rumelin. *d. diss. 4. conclus. 14.* Schütz. *d. disp. 5. conclus. 19. lit. a. & de Vicar. conclus. 6. lit. d.*

53 Finitur hæc jurisdictio & potestas Vicariorum reditu Imperatoris, vel Rege Romanorum electo, Rumelin, *d. conclus. 23.* Schütz. *d. disput 5. conclus. 21.* qui tamen actus Vicariorum legitimè gestos ratificare & confirmare tenetur, Schütz *d. conclusion. 21. & de Vicar. concl. 6.*

54 Forum porrò competens civitatum Imperialium, & aliorum Statuum & procerum immediatorum, est Camera Imperialis, das Kayserliche Cammer-Gericht zu Speyr/ id quod ipsa praxis, experientia quotidiana, & infinita præjudicia liquidò demonstrant, quæ rerum Cameralium observatores referunt, & videri possunt apud Gailium, Mynsingerum, Græveum, Rulandum, Gylmannum, Meichsnerum, Bartium, Seilerum, Suanemannum, *Rosacorbum* & alios.

55 Est enim hoc judicium Cameræ, Consistorium Regium, Königl. Cammer-Gericht / Erklärung deß Landfrieden *de anno 1500. tit.* Ob jemand den Friedbrecher. 4. §. Darumb. 2. Cammer-Gerichts-Ordnung zu Augspurg *de anno 1500. in princ. & tit.* Wo Cammer-Richter und Beysitzer. 17. Judicium Cæsaris, Kayserlich Cammer Gericht / Ordin. Camer. *de anno 1555. in proem. & ibi per tot.* Paurmeister. *de jurisdict. libr. 2. cap. 6. num. 39.* Gail. *1. observ. 29. num. 3. & observ. 42. num. 3. & observ. 84. num. 5.* Mynsing. *4. observ. 5.* Vultej. *2. Marpurg. consil. 29. num. 129.* Imperatorem repræsentat, Gail *1. observ. 1. num. 7. & observ. 41. num. 8.* Mynsing. *d. observ. 5.* Vultej. *d. cons. 29 num. 128.* Bender. *de revis. conclus. 37. num. 66.* Paurmeister. *d. cap. 6. n. 39. & 252.* Vice Cæsaris judicat, Schrader. *de feud. part. 10. sect. 2. n. 71.* Et in decernendo & judicando Imperatoriam Majestatem, dignitatem & authoritatem habet, Blarer. *ad l. diffamari cap. 6. n. 40.* Becht. *de secur. conclus. 191.* Roding. *pandect. Camer. lib. 1. tit. 3. n. 6.* Paurmeister. *d. n. 39. & num. 252.*

Unde etiam omnes citationes, sententiæ, mandata, & pœnæ, nomine & authoritate Imperatoris, ejusque Sigillo è Camera prodeunt, Ord. Camer. *part. 1. tit. 27. & part. 3. tit. 12.* §. Und so solche. 4. Paurmeister. *d. cap. 6. num. 39.* Gail. *1. observ. 14. num. 1.* Thom. Michael. *de jurisdict. conclus. 34.* Et quemadmodum decisiones Imperatoris pro lege habentur, Wehner. apud Gylman. *symph. tom. 6. cap. 8. §. 20. quæst. 1.* 56

Ita etiam decisiones & sententiæ Cameræ Imperialis vim legis obtinent, *arg. l. non ambigitur, 9. ff. de legib. l. fin. C. eod.* Besold. *thes. pract. verb.* Cammer Gericht. *in fin.* Knichen. *de vestit. pact. part. 1. cap. 3. num. 348.* Causis aliis similibus præjudicium faciunt, & in decidendo & judicando sunt observandæ, Vultej. *4. Marpurg. cons. 54. num. 158.* iisque standum, nec ab aliis recedendum, ex Vigel. Zuichem. *in rubr. ff. de reb. cred.* Ernest. Cothman. *cons. 13. num. 125.* dicit Vultej. *d. l. num 160.* Knichen. *d. cap. 3. num. 348.* Et hujusmodi decisiones ad omnia loca Imperio Romano subjecta pertinent, Vultej. *de feud. libr. 1. cap. 1. num. 1.* Musculus *de success. convent. class. 1. membr. 2. conclus. 5. num. 192.* Unde etiam Camera judicium Imperatoris & Imperii dicitur, Ordnung deß Cammer Gerichts zu Wormbs *de anno 1495. in princ.* Paurmeister. *d. n. 39.* Bender. *de revision. in proem. n. 13. & conclus. 9. num. 17.* Et non solùm Imperatorem, sed omnes Imperii Status repræsentat, Gylman *cameral. decis. 46. n. 94.* Buxtorff *ad A. B. concl. 61. lit. b.* Græven. *lib. 1. concl. 1. n. 1.* 57

Institutum est hoc judicium ab Imperatore Maximiliano I. ut Aula Cæsarea litium multitudine levaretur, & litigantibus celerius, & non tam magnis sumptib' justitia administraretur, R. A. *de anno 1566.* §. Nach dem dann der gemeine Frieden. 73. Cum enim olim omnes causæ in Aula Imperatoris, Vor dem Reichs Hof-Rath / dijudicarentur, Aula autem ista litium multitudine obrueretur, & Imperatores sæpe gravioribus bellicis negociis & motibus impediti, litium dijudicationi superesse non possent, uti testatur ipse Imperator Maximil. I. *in R. A. de an. 1512.* Zum dritten 8. & ipsis partibus & Statibus maximè esset molestum, curiam imperialem sequi, & magnis expensis causas suas ibidem agere, ideò Imp. Maximilianus I. & Ordines sive Status Imperii inter sese covenerunt, ut Ca- 58

59 ut Cameræ Imperialis judicium inſtitueretur,
& inſtitutum eſt cum Statuū & Ordinum con-
ſilio & conventione ab ipſo Maximil. I. circa
anno 1495. ſicuti patet ex Ordnung deß Cammer-
Gerichts zu Wormbs *anno 1495.* R. A. *de anno 1548.*
§. Und demnach wir mit. *36.* Matth. Stephan. *de*
60 *jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 3. num. 4. ſeq.* Ejus-
que prima audientia judicialis publica die 3.
Novemb. anno 1495. Francofurti ad Mœnum
præſente Imperatore & Imperii Statibus, cele-
brata fuit, Gail. *de pac. publ. lib. 2. cap. 1. n. 28.*
Ejusque ſedes certa & fixa Spiræ eſt conſtituta,
ita ut ſine conſenſu Imperatoris & Statuum,
exceptis belli & peſtis temporibus, aliò trans-
ferri non poſſit, Ord. Camer. *part. 2. tit. 34.*
Matth. Stephan. *d. l. num. 8.*

61 Atque ex hac conventione, & pragmatica
conſtitutione Camera Imperialis, ordinariam
& perpetuam conſecuta eſt jurisdictionem,
arg. l. 1. ff. de conſtit. Princ. Mynſ. *conſ. 24. n. 2. ſeq.*
& conſ 94. n. 3. ſeq. Gail. *1. obſ. 33. n. 1. & obſ 41. num. 5.*
Bender. *de reviſ. concl. 4 n. 3.* Matth. Stephan. *de*
jurisd. part. 1. lib. 2. cap. 3. n. 27. ſeq. Blarer. *ad l. diffa-*
mari. cap. 6. n. 4. Roding. *pand. Camer. lib. 1. tit. 3. n. 3.*
Reinking. *de regim. ſec. lib. 2. claſſ. 2. cap. 14. n. 7.* Paur-
62 meiſt. *de jurisd. lib. 2. cap. 6. n. 202.* Ex quo etiam
morte Imperatoris non exſpirat, Matth. Steph.
de jurisd. lib. 2. part. 1. cap 3. n. 29. Reinking. *d. cap. 14.*
63 *num. 8.* Neque etiam Judices Cameræ, ut ſuſpe-
cti, recuſari poſſunt, per *Novel. 82. cap. 2. auth. ſi*
verò contigerit. C. de judic. Gail. *1. obſerv. 33. num. 1.*
Mynſ. *2. obſ. 52. & 3. obſ. 63.* Goth. Anthon *diſput.*
de jurisd. Camer. concluſ. 4.

64 Cum igitur ex conceſſione & conventione
Imperatoris & Ordinum Imperii Camera Im-
perialis jurisdictionem habeat, Imperatorem
& Imperium repræſentet, conſequens inde eſt,
illas omnes perſonas & cauſas, quæ jurisdicti-
oni Imperatoris & Imperii ſubjecti ſunt, etiam
Cameræ Imperiali ſubeſſe, & è contrà, Ord. Ca-
mer *part. 2. tit. 27. ibi:* Daß alle und jede Perſonen
und Sachen / die der Kayſerlichen jurisdiction ohne
Mittel unterworffen / und durch ſondere Außträg die-
ſer Ordnung / oder ander Privilegien / Freyheiten / ge-
wilkührte und rechtmäſſige Gewohnheiten / nicht auß-
genommen ſeynd / an dem Kayſerlichen Cammer-Ge-
richt vorgenommen und gerechtfertiget werden ſollen /
Thom. Michael. *de jurisd. concl. 36. lit. a.* Paur-
meiſter. *de jurisd lib. 2. cap. 7. n. 251.* Gothofr. An-
thon. *diſp. de jurisdict. Camer concluſ. 10. & 19.*
Matth. Stephan. *de jurisd. lib. 2. part. 1. cap. 3. n.*
13. & 23. Reinking. *de regim. ſec. lib. 2. claſſ. 2. cap. 14.*
65 *n. 15.* In multis tamen reſtrictior eſt jurisdictio
Cameræ, quàm Cæſaris, ſicuti pluribus de-
monſtrat Paurmeiſter. *d. cap. 6. n. 253. ſeqq.*

Cameræ jurisdictio fundatur, & ad eandem
cauſæ deferuntur, vel per viam ſimplicis que-
relæ, vel per viam appellationis, Roding. *pan-*
dect. Camer. lib. 1. tit. 4. n 1. Matth. Steph. *d. c. 3 n. 35.*

66 Regulariter autem cauſæ per viam ſimplicis
querelæ, ſive in prima inſtantia ad Cameram
non pertinent, Gail *1. obſ. 1. n. 1.* ſed vel ad judi-
ces mediatos, vel Auſtregas, vel alios judices
privilegio conceſſos pertinent, & ad Cameram
demum per viam appellationis devolvuntur,
Joh. Gœddæ. *4. Marpurg. conſ. 16. n. 4. ſeq.*

Sunt tamen certi caſus, quibus etiam in pri- 67
ma inſtantia lites ad Cameram pertinent, idq;
fit vel ratione perſonarum, vel cauſarum, Ro-
ding. *d. tit. 4. n. 3.*

Ratione perſonarum in prima inſtantia ad 68
Cameram Imperialem ſpectant cauſæ eorum,
qui Imperio Romano immediatè ſunt ſubjecti,
cujuscunque ſint dignitatis & præeminentiæ,
Ord. Camer. *part. 2. tit. 1. 21. 22. 25. & 27.* Gail. *d.*
obſ. 1. n. 39. Roding. *d. tit. 4. n. 5.* Ita ut etiam Electo-
res Cameræ Imperialis jurisdictioni ſubjecti
ſint, R. A. *de anno 1548.* §. Folgends aber. *24. in fin.*
ibi: und ſollen Churfürſten / Fürſten und Stände ſol-
chem unſerm Camer-Gericht Gehorſam leiſten. Quod
maximè verum eſt in actionibus perſonalibus,
quoad actiones verò reales ſecus eſſe videtur,
per *l. fin. C. ubi in rem. actio.* Gail. *d. n. 39.* & Ro-
ding. *d. n. 5.*

II. Si reus immediatè, actor verò mediatè 69
Imperio ſit ſubjectus, ita ut privatus quoque
immediatum, etiam pro exigua ſumma, in Ca-
mera convenire poſſit, prout factum in cauſa
ſutoris & civis Ulmenſis, contra Nobilem,
quem in Camera pro 24. florenis Schuſterlohn /
conveniſſe & obtinuiſſe, teſtatur Author *deciſ.*
ſive præjudic. Cameral. apud Gylman. *tom. 3. verb.*
cauſæ. quæ in Camera. fol. 66.

Hinc Nobilis, vel alius mediatè Imperio 70
ſubjectus alium Nobilem, civitatem, Comi-
tem vel Baronem imediatè Imperio ſubjectum,
in Camera convenire tenetur, nec judicio Au-
ſtregarum gaudet, Gail. *1. obſ. 1. n. 17.* Mynſing. *1.*
obſ. 89. Sixtin. *de regal. lib. 1. cap. 8. n. 66 ſeq.* Roding.
lib. 1. tit. 4. n. 12. Author. *deciſ. & præjud. Cameral.*
verb Nobilitas. verſ. Nobilis, qui non immediatè.
Nolden. *de ſtat. Nobil. c. 17. §. 2. n. 58.* Ad hoc enim, 71
ut Auſtregæ locum habeant, requiritur, ut uter-
que & actor & reus immediatè Imperio ſubje-
ctus ſit, Ordin Camer. *part. 2. tit. 5.* Mynſing. *d.*
obſerv. 89. Zanger. *de except. part. 2. cap. 1. n. 356.*

Idem quoque eſt reſpectu aliorum mediato- 72
rum, ita ut ſi hi Prælatos, Comites, Barones,
vel alios immediatos convenire velint, in Ca-
mera hoc fieri debeat, Gail. *d. obſ. 1. n. 17.* Pet. Fri-
der. Mindan. *de proceſſ. lib. 1. cap. 18. n. 5.* Reinking. *de*
regim. ſec. lib. 2. claſſ. 2. cap. 16. n. 13.

Subditi quoque & cives Dominos ſuos, pu- 73
ta Prælatos, Comites, Barones & Nobiles libe-
ros in Camera convenire tenentur, arg. Ord.
Camer *part. 2. tit. 4. § fin.* Mindan. *d. cap. 18. n. 5.*
Gail. *d. obſ. 1. n. 46.* niſi aliter præſcriptum, vel
longiſſimo uſu obſervatum fuerit, Gail. *d. n. 48.*

III. Principes Imperii ſi contra civitatem 74
municipalem ſibi imediatè ſubjectam, vel con-
tra ſubditos ſuos alios agere velint, in Camera
hoc fieri debet, & non coram Conſiliariis ſuis,
Petr. Frider. Mindan. *lib. 1. cap. 17. n. 13.* Gail. *d. obſ.*
1 n. 18. Mynſ. *5. obſ. 1. n. 1.* ubi ita judicatum teſta-
tur in cauſa Archiepiſcopi Moguntini contra
civitatem Erphordiam; item Ducis Brunſui-
cenſis contra civitatem Brunſuigam, anno
1564. & in cauſa Ducis Megapolitani contra
Roſtock / Erneſt Cothman. *conſ. 32. n. 1.* Matth. Ste-
phan. *de jurisd. lib. 2. part. 1. cap. 3. n. 55. ſeq* Roding.
pand. Camer l. 1. tit. 4. n. 16. Ziegler. §. *Auſtrega. concl.*
1. n. 65. Niſi aliud inveterata cōſuetudine, vel pri-
vile-

vilegio speciali provisum sit, quod civitas, vel subditi coram judice Curiæ, vor dem Hoff-Gericht/ conveniri possint, Gail. *d. n. 18.*

76 IV. Idem quoque obtinet, in Comitibus, Baronibus & Nobilibus immediatis, ita ut hi quoq; subditos suos in prima instantia in Camera conveniant, Matth. Steph. *d. lib. 2. part. 1. cap. 3. n. 54.* Nisi aliud privilegio vel consuetudine obtineat, Ord. Camer. *part. 2. tit. 6. §. fin.*

77 Hinc quoque Nobiles suos subditos & rusticos coram propriis officialibus, Prætoribus, Scabinis & Præfectis judicio pulsare posse, tradit Ziegler. §. *Nobiles. concl. 1. n. 17. seq.* non attento, quod hujusmodi personæ judicium & jurisdictionem non suam, sed ipsorum Nobilium exerceant, Petra *de potest. Princip. cap. 15. n. 46. & cap. 21. n. 5.* Quanquam enim non careat suspicione, quod officiales illi, tanquam subditi jurati in causa Dominorum suorum judicare debeant, *c. insinuata. X. de offic. jud. deleg. c. accidens. X. ut lite non contest.* Quia tamen de consuetudine & stylo judiciorum acta ad consilium Jurisconsultorum transmitti solent, Zasius *in l. qui jurisdictioni. n. 13. ff. de jurisd.* per hoc remedium omnis suspicionis causa removetur, & Nobilium contra subditos judiciũ fundatur, Ziegler. *d. l. n. 20.*

78 V. Civitates Imperiales non solum à suis civibus & subditis, sed etiam ab alio quocunq; mediato vel immediato, in prima instantia in Camera Imperiali conveniuntur, nec judiciis Austregarum gaudent, Gail. *d. obs. 1. n. 20.* Petr. Frider. Mindan. *lib. 1 c. 18. n. 13 & c. 19. n. 21.* Sixtin. *de regal. lib. 1. cap. 8. n. 65.* Vultej. *ad l. n. 47. C. ubi Senator.* Matth. Stephan. *de jurisd. lib. 2. part. 1. cap. 3. n. 62.* Roding *pandect. Camer. lib. 1. tit 4. num. 13.* Ziegler. *d. §. Austrega. concl. 45. seq.* Reinking. *de regim. sec. lib. 2. class. 2. cap. 16. n. 10.* Author *decis. Cameral. verb.* Außträg. *in princ.*

79 Idemque est, si civitates Imperiales convenire velint Prælatos, Comites, Barones & Nobiles immediatos, nam hoc quoq; casu Cameræ jurisdictio fundata est, nec Austregæ locum habent, arg. Ord. Camer *part. 2. tit. 5.* Reinking. *d. cap 16. n. 12.* Ziegler. *d. §. Austrega. limit. concl. 1. n. 72.* Author *decis. Cameral. verb.* Außträg. *in princ. & §. Civitates contra Nobiles. ubi 12. Januar. 1579. in causa* Mulhausen contra Knorren/ it. *2. Januar. anno 1590.* in causa Wangen contra Sommeraw/ & *26. Maji anno 1589.* in causa Pfullendorff contra Fürstenberg/ ita processus decretos attestatur, *& in verb. mandata cũ claus. vers. 6. fallit,* ubi præjudicia refert in causa Nördlingen/ contra Oettingen/ item Ravenspurg contra Fürstenberg/ & Statt Verdun contra Rechberg.

80 Sunt tamen nonnullæ civitates Imperiales, quæ primæ instantiæ privilegium sortiuntur, & singulares suos Judices, ihre besondere Außträge und Richter/ vel longissimi temporis præscriptione, vel privilegio habent, coram quibus in prima instantia sunt conveniendæ nec invitæ à quoquam ad Cameram, vel Aulam Cæsaream, nisi in causis Cameræ jurisdictionem immediatè fundantibus trahi possunt, de quibus *libr. 3.* passim dicetur. Et de his judicibus primæ instantiæ in nuperis Imperii Recessibus de anno 1654. §. Benebens sollen/ Cammer Richter/ constitutum est, quod Assessores in decernendis processibus strictè observare debeant, *ibi:* Sollen die erste instantias und Außträg bey Erkenntnüng der Processen/ fleissig in Acht nehmen/ was dargegen vorgangen/ wieder abthun/ fürs künfftig die violatores dergleichen ersten instantien/ mit gezimender Straff/ pro arbitrio judicis, ansehen/ rc.

VI. Collegia Canonicorum libera immediatè Imperio & Cæsari in civilibus subjecta, das Freye Kayserliche Stifften seynd/ qualia sunt Collegium Canonicorum Bruxellæ in Braurheim/ item Bürscheidt prope Aquisgranum, & Collegium in Arnuel prope Sarbrucken/ in Camera rectè conveniuntur, uti præjudiciis comprobat Gail. *1. obs. 30. n. 9.* Matth. Stephan. *d. lib. 2. part. 1. cap. 3. n. 67.* Roding. *pand. Camer. lib. 1. tit. 4. n. 14.* Petr. Frider. Mindan. *de process. lib. 1. c. 18. n. 4.* 81

VII. Eadem ratione Capitulum sede vacante in Camera Imperiali in causis civilibus forum sortitur, Gail *d. obs. 30. n. 10. & 13.* Roding. *tit. 4. n. 15.* Matth. Stephan. *d. cap. 3. n. 68.* 82

VIII. Si plures sint litis ejusdem consortes, quorum unus tantùm immediatè, reliqui verò mediatè Imperio subjecti sunt, omnes ex causæ continentia in Camera in prima instantia forum sortiuntur, Mynsing. *1. obs. 4. per tot.* Gail. *1. obs. 32. n. 2. seq.* Roding. *d. tit. 4. n. 6. 7. 8. & 19.* Joh. Goeddæ. *4. Marpurg. cons. 16. n. 39. seq.* Ziegler. *§. Austrega. limit. conclus. 1. n 43.* Gylman. *decis. v3. n. 66. seq.* 83

IX. Si visitatores, necnon revisores ad visitationem Cameræ Imperialis, vel sententiæ alicujus revisionem vocati, & visitationis munus non rectè obierint; & contra illos ad refusionem & æstimationem sumptuum agatur, Cameræ fundata est jurisdictio, R. A. zu Augsp. *de anno 1559. §.* Solt aber in dem. *67. & §. seq.* Roding. *d. tit. 4. n. 20.* 84

X. Si partes privilegio primæ instantiæ renunciaverint, *Gail. 1. obs. 1. n. 29.* Myns. *cent. 1. obs. 88.* Matth. Stephan. *de jurisd. lib. 2. part. 1. cap. 3. membr. 3. n. 4. seq.* Roding. *d. l. n. 21.* Ziegler. *§. Austrega. in limit. concl. 1. n. 52. seq.* Ubi tamen notandum est, quod renunciatio generalis, quod quis conveniri possit coram omnibus judiciis, daß er vor allen Gerichten vorgenommen werden möge/ non sufficiat, nec hoc jus privilegiatæ instantiæ adimat, sed specialis renunciatio requiratur, Mynsing. *d. observ. 88.* ubi ita in causa Christophori de Knöringen/ contra David Juden/ obtinuisse refert Roding. *d. tit. 4. cap. 7. vers. quinto quod primæ.* Hering *de fidejussor. cap. 23. n. 20. seq.* ubi præjudicia refert, Ziegler. *d. §. Austrega. concl. 1. n. 28.* 85

XI. Si partes litigantes ex arbitrio in jurisdictionem Cameræ compromiserint, Roding. *d. tit. 4. n. 2.* Quod de litigantibus immediatè Imperio parentibus exaudiendum est, non enim quævis compromissa & arbitria in Camera recipiuntur, sed illa tantum, quæ inter personas Imperio imẽdiatè subjectas & judices ordinationis, sive primæ instantiæ habentes, itemque inter personas, pro suis qualitatibus in prima instantia ad Cameram pertinentes, facta sunt, ita tamen, ut in potestate judicis & Adsessorum Cameræ arbitrio sit, hujusmodi compromissa vel 86

vel arbitria recipere, R. A. *de anno* 1594. §. Als auch der compromiss halben. *65. seq.* Roding. *d. l. num. 24.*

87 XII. Quando Princeps, Comes, Nobilis vel alius privilegium primæ instantiæ habens in bannum Imperii declaratur, vel regalibus suis privatur, tunc etiam privilegium illud amittit, & in Camera conveniri potest, Gail. *1. obs. 1. n. 38.* Mynf. *1. obs. 90.* Roding. *d. tit. 4. num. 25.* Petr. Frider. Mindan. *lib. 1. cap. 20. n. 1.* Sixtin. *de regal. lib. 1. cap. 6. num. 55.* Ziegler. *d.* §. *Austregæ. limit. concl. 1. n. 63.*

88 XIII. Si mediatus ratione bonorum immediatorum conveniatur, in Camera citatio impetranda venit, Author. *decis. sive præjud. Camer. verb.* Außträge. *vers. quomodo mediatis.* Ziegler. *d. concl. 1. num. 69.*

89 XIV. In Camera Imperiali rectè convenitur, qui sub jurisdictione inter diversos Principes sive Dominos immediatè Imperio subjectos litigiosa domicilium habet, Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 1. cap 3. n. 76. seq.* Roding. *d. tit. 4. n. 30.*

90 XV. Rei vagabundi, & nuspiam in Imperio domicilium & sedem certam habentes, in Camera conveniuntur, Gail. *1. obs. 1. n. 33* Roding. *d. l. n. 31.* Matth. Stephan. *d. cap. 3. n. 75.* Paurmeist. *de jurisd. lib. 2. cap. 4. n. 80.*

91 XVI. Personæ miserabiles, ut pupilli, viduæ, morbo seniove fatigati, &c. ordinarium judicem declinare, & ipsum Imperatoris vel Cameræ judicium orare possunt, juxta *l. un. C. quando Imper. inter pupill. vel vid.* Quod tamen in Camera non observari, & ipsosmet Principes & Status Imperii in causis viduarum & pupillorum cognoscere, & ideò omisso medio his in Camera processus non decerni, nisi in causis protractæ, vel denegatæ justitiæ, testatur Gail. *1. obs. 1. n. 40.* E contra verò causas viduarum rejectis exceptionibus der Außträge in Camera fuisse receptas, aliquot præjudiciis docet Rutg. Rulant. *de commiss. part. 4. lib. 2. n. 62.* Theod. Nicolai *dissert. de for. compet. concl. 4. in fin.*

92 XVII. Personæ Camerales jurisdictioni Cameræ immediatè sunt subjectæ, cujuscunque fuerint dignitatis vel conditionis, Ord. Camer. *part. 1. tit. 49. in princ.* Gail. *1. obs. 1. n. 39.* Mynf. *1. obs. 52.* Roding. *d. tit. 4. n. 26.* Matth. Stephan. *d. cap. 3. n. 69* Quales sunt, non solum judex, præsides & Adsessores, sed etiam partes in Camera litigantes, ut Advocati, procuratores Ord. Camer. *part. 1. d. tit. 49. in princ.* Comissarii, Mager. *de advocat. c. 17. n. 227.* Advenæ & peregrini, qui praxeos addiscendæ causa vel ad sollicitandū & promovendum lites in Camera pendentes Spiræ commorantur, quatenus ibi vel civiliter contraxerunt, vel delinqerunt, Ord. Camer. *d. tit. 49.* §. Es sollen auch. *1.* Roding. *d. tit. 4. n. 28.* Matth. Stephan. *d. cap. 3. n. 74.* Mynsing. *d. obs. 52. n. 3.* ubi Assessores propter contractus etiam alibi celebratos in Camera conveniendos ait, & citationem cuidam Norimbergensi adversus Doctor. Drachstat *anno* 1531. decretam testatur. Tales personæ etiam sunt Notarii & tabellarii, *d. tit. 49.* §. *item.* die Geschworne. 2. Personarum Cameralium famuli & ministri, *d. tit. 49. in princ. ibi:* Sampt allem ihrem Haußgesind und Haußhaltung. Etiam viduæ in viduitate permanentes, *d. princ. ibi:* Auch ihren verlassenen Wittibeu/so lange sie sich der Orth nicht in die Burgerschafft verheurathen/oder begeben. Sed hæc, quæ de personis Cameralibus dicta sunt, procedunt tantum in actionibus personalibus, non vero realibus, per *l. fin. C. ubi in rem. act.* Gail. *d. n. 39.* Roding. *d. n. 26.* 93

Criminales causas quod attinet, si causa corporalem pœnam mereatur, controversia adhuc est, inter Cameram & civitatem Spirensem, maximè in re manifesta & notoria, quo casu civitas cognitionem simul & animadversionem ad se pertinere contendit, Camerales verò, præter nudam in damnatorum caput, vel membra executionem, nihil civitati tribuunt, reliqua puncta sibi adscribunt, Matth. Steph. *d. cap. 3. n. 71.* Mynf. *d. obs. 52. n. 4.* Roding. *d. tit. 4. n. 29.* Thom. Michael. *de jurisd. concl. 75. in fin.* Si verò delictum non mereatur pœnam capitalem vel corporalem, sed pecuniariam, ipsa Camera delinquentem punit, neque ad Senatum civitatis remittit, Matth. Stephan. *d. cap. 3. n. 70.* Mynf. *d. obs. 52. in fin.* Author. *decis. sive præjud. Camer. apud* Gylman. *tom. 3. verb. Camera & personæ Camerales. fol. 64.* Reinking. *de regim. sec. lib. 2. class. 2. cap. 14. n. 34.* 94

Non verò in Camera Imperiali in prima instantia conveniri possunt I. qui ex publica inter Imperatorem, Principes & Ordines Imperii conventione judices habent ordinationis, sive Austregarum, Roding. *d. lib. 1. tit. 4. num. 5. vers. excipiuntur.* Matth. Stephan. *d. cap. 3. n. 44.* 95

Sed quid si contra duos pluresve judices ordinationis diversos habentes agendum fuerit, & de certo tribunali partes convenire nequeant, an actori statim Cameram adire, & pro processibus supplicare liceat? Et ex causæ continentia processus in Camera decernendos sancitum est, Deputat. Abschied *de anno* 1600. §. Bey unserm. 23. Denaif. *jur. Camer. tit. continentia causæ. 97.* §. 2. Roding. *d. tit. 4. n. 6.* 96

Idem quoque est, si quis Imperii Status judices ordinationis habens, cum suo subdito, vel officialibus, sive ministris conveniatur, & actio in Dominum simul ejusque subditos, vel ministros tanquam correos intentetur, tum enim rectà ad Cameram spectat, nisi causa vel factum solius Domini jubentis, jus vel personam concerneret, cæteris officii duntaxat ratione conventis, D. Deput. Abschied *de anno* 1600. §. Gleicher massen. 24. Roding. *d. l. n. 7. & 8.* Denaif. *d. tit. 47.* §. 3. 97

II. In Camera in prima instantia non conveniuntur, qui judices ex privata conventione, vel consuetudine constitutos habent, quibus ordinatio nihil derogat, sed coram iisdem prius agendum est, Ord. Camer. *part. 2. tit. 2. in princ. & tit. 6.* §. *fin. & tit. 21.* §. Wo auch zwischen. *1. vers.* wo aber etliche. *& tit. 27.* Roding. *d. l. n. 10.* Matth. Stephan *d. lib. 2. part. 1. cap. 3 n. 50.* Besold. *thes. pract. verb.* Außträg. *in princ.* Denaif. *jur. Camer. tit. judices Principum. 156.* §. 1. Petr. Frider. Mindan. *lib. 1. cap. 19. n. 2.* ubi, daß die gemeine Reichs Außträge die sondere Erbeinigung und Verträ- 98

Verträgen/so die Stände unter einander haben / nicht aufheben/ Imperatorem nuper *28. Junii anno 1578. in causa* Georg Hansen Pfalzgraffen / contra Chur-Pfalz/ & consortes, rescripsisse refert. Cujusmodi judices civitates nonnullas Imperiales habere *supra n. 80.* relatum est, & frequentes sunt inter familias illustres, uti in domo illustrissima Saxonica, nam si Elector & Duces Saxoniæ, lites inter sese scriptis mutuis amicè componere nequeunt 1. consiliarios graves & doctos ad compositionem amicam deputant; qui si frustra, 2. utrinque consiliarios quatuor Nobiles & duos Jurisconsultos, ut jurejurando soluti, & eodem in causa coram partes Principum agentibus adstricti, ex agentibus causam audiant, & amicè componant, qui si sic non profecerint, 3. res coram ipsis viva voce proponenda & mutuis dictandi vicibus ternis repetitis, seclusis novis, sententia secundum jus Saxonicum quantum fieri potest, in omnibus capitibus controversis ferenda, de qua si convenire nequeant, Cameræ informatio petenda, & postea à deputatis sententia intra annum pronuncianda; prout ex domus Saxonicæ sonderlich gewillkurten rechtlichem Außtrag zu Naumburg *de 21. Februarii anno 1554.* refert Besold. *thes. verb.* Außtrag. Beust. *in l. admonendi. n. 194 ff. de jurejurand.*

99 Sunt etiam personæ, quæ Cameræ jurisdictioni planè non sunt subjectæ, veluti 1. clerici, quia à jurisdictione seculari sunt exempti, *auth. Statuimus. C. de Episc. & cler. c. nullus. 2. c. si diligenti. 12. c. significasti. 18. X. de for. compet.* Thom. Michael. *de jurisd. concl. 39.* Gail. *1. obs. 37. n. 1.* Mynsing. *1. obs. 22. n. 1.* Gothofr. Anton. *de jurisdict. Camer. concl. 11.*

100 Hoc tamen non procedit, quoad Principes Archiepiscopos, Episcopos, Abbatissas, Prælatos, Præpositos, & alios Ecclesiasticos, qui regalia, feuda & alia privilegia ab Imperio & Imperatore habent, Status sunt Imperii, & ratione hujusmodi feudorum Imperialium, regalium & privilegiorum considerantur ut politici, & ejusdem sunt conditionis, eademque jura superioritatis habent, quæ reliqui Principes, Comites & alii in suis territoriis, Knichen *de Saxon. non prov. verb. Ducum. c. 2. n. 7.* Gail. *1. obs. 30. n. 1.* Mod. Pistor. *cons. 49. n. 3. vol 2.* Thom. Michael. *de jurisd. concl. 38. lit. a.* Coler. *de jur. Imper. sect. 49.* Ziegler *§. Austrega. concl. 1. n. 9.* Ming. *de super. territ. concl. 33.* Mager. *de advoc. c. 17. num. 178.* Victor. *de exempt. concl. 3.* Nolden. *de stat. nobil. c. 8. n. 127.* Unde etiam investiri solent cum omni superioritate politica, mit aller weltlichen Obrigkeit / oder Weltlichkeit/ Knich. *d. verb. Ducum. c. 2. n. 9. seq.* Gail. *de pignorat. c. 7. n. 1.* Cluten. *syllog. rer. quotid. concl. 8. lit. b.* Ziegl. *d. §. austrega. concl. 1. n. 10.* Mager. *d. c. 17. n. 179.*

101 II. In Camera Imperiali non conveniuntur illi Status & Ordines, qui licet Imperio immediatè sint subjecti, à Cameræ tamen jurisdictione vel privilegio, vel per consuetudinem & præscriptionem legitimam exempti sunt, Ord. Camer. *part. 2. tit. 27.* Myns. *5. obs. 58. n. 1* Gothofr. Anton. *disp. de jurisd. Camer. concl. 20.* Matth. Steph. *de jurisd. l. 2. part. 1. c. 3. n. 45.*

102 Qualis 1. est Imperator, quia hic omnium est supremus, & nemini subest, *l. 1. ff. de constit. Princ. l. 1. l. fin. C. de legib. l. 2. §. sed quia. C. de vet. jur. enuc. l. penult. & ibi* Bald. *C. de bon. quæ lib.* Sed hic quatenus est Imperator, ob causas civiles, pro quibus impetitus fuerit, coram solo Electore Palatino Rheni Archi-dapifero respondere tenetur, Aur. Bull. *tit. 5. in fin.* Petr. de Andlo *de Imper. Roman. l. 2. c. 10. & ibi* Marquard. Freher. *in not. fol. 194. & de orig. Palatin. l. 1. c. 15. in fin.* Castald. *de Imper. quæst. 91. n. 8.* Schrad. *de feud. part. 10. sect. 1. n. 55. & sect. 5. n. 40.* Sixtin. *de regal. l. 1. c. 8. n. 52.* Dn. Cluten. *syll. rer. quot. concl. 24. lit. L.* Buxtorff. *ad A. B. concl. 77. lit. e.* Arumæ. *ad A. B. disc. 3. concl. 45.* Thom. Michael. *de jurisd. concl. 131. lit. e.* Matth. Steph. *de jurisd. l. 2. part. 1. c. 1. n. 145.* Vultej. *ad l. 1. n. 4. seq. C. ubi senator.* Speculum Suevicum *l. 2 c. 43. §. 6. ibi*: Wann die Fürsten den König wöllen beklagen/ so er ihnen wider Recht thut / das sollen sie thun vor dem Pfalzgraffen/ rc. Quæ res inde originem duxisse videtur, quod olim Imperatores perinde ut hodie Principes, in Comitem Palatinum, tanquam Imperialis palatii Judicem & Præfectum, compromittere, & ejus judicio sese voluntariè subjicere assolerent, id enim postmodum longo temporis usu, in consuetudinem, & demum necessitatem tractum fuit, Buxtorff. *ad A. B. concl. 78. seq. & ibid.* Rumelin. *diss. 5. concl. 4.*

103 Quod si verò criminaliter agatur adversus Imperatorem, ut si forte deponendus, vel ab officio removendus, cognitio non ad solum Palatinum, sed ad totum Collegium Electorale pertinet, sicuti ex Aventin. *lib. 7. annal.* exemplis Adolphi & Wenceslai tradit Arumæ. *ad A. B. disc. 3. concl. 45.* Vultej. *ad l. 1. n. 7. C. ubi senat.* Buxtorff. *ad A. B. concl. 81. lit. b. & ibi* Rumelin. *diss. 5. concl. 7. & ibi* Speidel. *in not.* Hering. *de fidejuss. c. 7. n. 291.*

104 Si verò non ut Imperator, sed ut Archidux, Princeps, Dux vel Comes lite pulsetur, & conveniatur, aliorum Principum & Statuum jure utitur, atque ita pro qualitate causarum, vel coram Austregarum judicibus, Ziegler. *§. Austrega. concl. 1. n. 40.* Vultej. *ad l. 1. n. 9. C. ubi senat.* Arumæ. *de jur. publ. vol. 1. disc. 7. & disc. 12. quæst. 6. in fin.* Vel in Camera Imperiali conveniri potest, cujus rei præjudicia in Carolo V. notissima sunt, & plurima extant apud Christ. Barth. *in sent. Cameral. tom. 2. die 13. Septembr. anno 1535. & tom. 3. die 20. April. anno 1554. & ibid. passim.* ubi Imperator Carolus V. in Camera tanquam Archidux Austriæ conventus, sibi ipsi mandasse legitur his verbis: Wir Carl/ rc. Römischer Kayser/ rc. entbiethen dir Carl Erzherzogen zu Oesterreich/ rc. Buxtorff. *ad A. B. conclus. 64. lit. b. in fin.* Quod si quoque Imperator actor sit & alios conveniat, Palatinus Elector non est judex competens, cum Aurea Bulla loquatur de Imperatore convento, non actore, & de causis, pro quibus ipse impetitus fuerit, ibi: von Sachen wegen angemuthet wird/ vel in Sachen/ umb/ die er hat zuantworten/ Rumelin. *ad A. B diss. 5. conclus. 11. seq.* Buxtorff. *ibid. concl. 83.*

105 2. Idem quoque obtinet in Rege Romanorum, utpote qui unum idemque cum Imperatore

ratore consistorium & tribunal habet, nihilq; ab Imperatore differt, nisi ambitu minoris circuli, sicuti scapha à navi, Nolden. *de stat. nobil. c.9.n.58.* Idque ex ipsa *Aur. Bull. tit.5. in fin.* liquet, cujus verba alternativè loquuntur, *ibi*: Imperator sive Rex Romanorum, wo der Kayser oder Römische König/ Nolden. *de stat. nobil. cap.2.n.41.* Limnæ. *de jur publ. tom.1.l.2.c.15.n.50.*

106 3. Vicarii Imperii, si conveniantur tanquam vicarii, vel coram Imperii ordinibus, vel coram novo Imperatore conveniendi erunt Buxtorff. *ad A.B. concl. 64. lit. b.* Brautlacht. *in epit. jur. publ. l.7. c.9. n.9.* Si verò tanquam Electores & Principes conveniantur, tunc causa pertinet vel ad Austregas, vel ad Cameram Imperialem, Ord. Camer. *part.2. tit.3. 4. & 5.* Buxtorff. *ad concl.64.* Brautlacht. *d.c.9.n.11.*

107 4. Archiduces Austriæ ex privilegio Caroli IV. Viennæ *anno 1366.* Sigismundi, Pragæ anno 1437. & maximè Caroli Augusti *anno 1530.* confirmatione, à Cameræ Imperialis jurisdictione se exemptos dicunt, cujusmodi privilegia extant apud Gylman. *symph. tom.6. c.2. §.1. fol.32. seq.* Joh. Limnæ. *de jur. publ. lib.5. cap. 2. n.33. seq.* Hujusque exemptionis meminit Mynsi. *5. obs.58. n.1.* ubi tamen Cameræ judicio in causis fractæ pacis eosdem subjectos esse subjungit, & de hisce privilegiis sæpe acriter decertatum esse, testatur Rulant. *de commiss. part.4. l.5. c.4. n.24.* iisdemque præter alios Suevicum circulum se opposuisse, & Cameram diversis vicibus processus, mandata & inhibitiones etiam arctiores, cum annexa citatione ad videndum se incidisse in pœnam banni, etiam extra causam fractæ pacis, contra Austriacos decrevisse, multis præjudiciis demonstrari posse, dicit Thom. Michael. *de jurisd. concl.23.* Quod etiam præjudicium Caroli V. *supra n. 104.* relatum probat, & plurima alia præjudicia refert Author. *decis. sive præjud. Camer.* apud Gylman. *symphor. tom.3. verb.* Oesterreich. Wehner. apud Gylman. *tom.6. c. 2. §. 1 fol 29. seq. add.* Limn. *ad A.B. c.5 n.30. §.8. pag. 290* Et Austriæ Archiduces

108 in causis fractæ pacis publicæ à jurisdictione Cameræ non esse exemptos, docent Petr. Frid. Mindan. *de process. l.2 c.22. n.1.* Mynsi. *5. obs. 58. n.1.* Gail. *1. obs. 2. & 3. & de pac. publ. l.* 1. *c.1.* ut & in causa denegatæ justitiæ, ex *d. privileg.* Caroli IV & Sigismundi, *ibi*: Es sey dann/ daß der Kläger Rechtloß gelassen werde.

109 5. Duces Burgundiæ & Brabantiæ à Cameræ jurisdictione sunt exempti, idque vigore transactionis Norimbergensis *de anno 1542.* & Augustanæ *26 Maji anno 1548.* Mynsi. *5. obs.58.n. 1.* Wehner. *verb.* Stände deß Reichs. *fol. 616* & apud Gylman. *symph tom.6.c.2 §.2. fol.38* Dn. Cluten. *syll. rer. quot. concl 10. lit. h.* Limnæ. *de jur. publ. l.5.c.2 n.50. & ibi in Addit. tom.5. ad n.50. §. 20. & ad A.B. c.11. §.1. c. 6. p. 375.* Gail. *1. de PP. c. 11. n. 6.*

110 Carpz. *de Leg. Reg. Germ. c.7. sect. 10. n.17.* Quamvis autem transactione ista Burgundiaca Augustæ *anno 1548.* inita, peculiariter constitutum, ut subditi Ducis Brabantiæ & Burgundiæ & ditionum pertinentium in causâ fractæ pacis, à loco domicilii non evocentur, sed coram ordinario judice ad pœnam Banni, vel alias juris communis pœnas conveniantur Mynsi. *d. obs.58. n.2.* Pruckman. *cons. 11. n. 18.* de quo confer Mindan. *l.1. c.22. n.3.* Inde tamen Duces Burgundiæ à Cameræ jurisdictione, quoad causam fractæ pacis & collectarum à Cameræ jurisdictione non sunt exempti, so viel den Landfrieden und Anlagen belanget / seynd die Burgunder nicht exempt, uti votando refert Gylman. *symphor tom.1. tit.1. vol.1. n.3. fol.29.* Dn. Nicol. Myler. *in addit. ad Rumelin. in A.B. 2. diss. 1. concl 3. lit. b.* confer *infra l.4. c.2. n.12 & 13.*

6. Dux Lotharingiæ, etiam privilegio Imperatoris & per transactionem Norimbergensem, de anno 1524. à Cameræ jurisdictione exemptus est, Mynsi. *5. obs.58. n.1.* Cluten. *d. concl. 10. lit. b.* Thom. Michael. *de jurisd. concl. 22. lit. b.* Matth. Stephan. *de jurisd. l.2. part. 1. c.3. num. 46.* Nic. Myler. *d. concl 3. lit. c. & concl. 5. lit. a.* Qualis transactio extat apud Gylman. *symph. tom. 6. c. 2. §. 3. fol. 45.* Quoad contributionem verò & feuda ab Imperio dependentia, Imperium ejusque jurisdictionem agnoscit, & propter pacem publicam in Camera conveniri potest, Mynsi. *d. obs. 8. n. 1.* Wehner. *d. §. 3.* Cluten. *d. lit. b.* Michael. *d. concl. 22. lit. c.* Myler. *d. lit. c.* Klock. *de contribut. c.4. n.235. seq.* 111

A Cameræ quoque Imperialis, uti & Imperatoris jurisdictione exempti sunt, qui olim quidem Imperio Romano paruerunt, sed hodie vel privilegio, vel præscriptione, vel alio modo sese exemerunt, & Imperatorem, vel alium superiorem amplius non recognoscunt, de quibus vide *infra l.4. per tot.*

Ratione causarum Cameræ Imperialis jurisdictio in prima instantia regulariter quoq; non est fundata, sed demum per viam appellationis ad eandem devolvuntur, Gail. *1. obs. 1. n. 1.* Quod tamen non procedit, sed in prima statim instantia in Camera ventilari possunt I. Causæ earum personarum, sive reorum, qui etiam in prima instantia in Camera conveniri possunt, de quibus jam dictum. 112

II. Causa, sive actio super constitutione pacis religiosæ in Comitiis Augustanis *anno 1555.* promulgatæ, Religion-Frieden / quando scilicet quis Religionis intuitu, contra placita, dictæ constitutionis, vel in persona vel rebus turbatur, R. A. zu Augspurg *de anno 1555.* §. Wir befehlen. *32.* Gail. *1. obs. 1. n.3. & obs. 2. n. 1.* Petr. Frider. Mindan. *l.1. c.20. n.1.* Roding. *pand. Camer. l.1. tit. 6. per tot.* Thom. Mich. *de jurisd. conclus. 37. lit. b.* Matth. Stephan. *de jurisdict. l.2. part.1. cap.3. num. 83. seq.* 113

III. Si agatur ex constitutione pacis publicæ prophanæ, uff den Landfrieden. Ord. Camer. *part.2. tit.9.* Gail. *1. obs. 1. n.2. & obs.3. n. 1. & de pac. publ. l.1. c.11. n.1. seq.* Petr. Frid. Mindan. *d. c.20 n.1. & c.22. n.1.* Roding. *d. l.1. tit. 7.* Matth. Stephan. *d. c.3. n.86.* Thom. Michael. *d. concl. 37. lit. s.* Paurmeist. *de jurisd. l.2. c.4. n.116.* 114

IV. Causæ fiscales, tam ordinariæ, quàm extraordinariæ, Ord. Camer. *2. tit. 20. per tot.* Gail. *1. obs. 1. n. 25. & obs.20. n.1.* Roding. *d. l.1. tit.8.* Matth. Stephan. *d. c.3. n. 37. seq.* Paurmeist. *d. c. 4. n. 117.* nisi causæ sint fiscales Ducatus, Comitatus, territoria, urbes, arces spectantes, quas 115

sine

sine Speciali Cæsareæ Majestatis authoritate in Camera tractare non licet, Ord. Camer. *part. 1. tit. 16.* §. Darzuob sich. 3. Græven. *1. concl. 20. num. 3.*

116 V. Mandata de non offendendo, quando narrata supplicationis fundantur super constitutione violatæ pacis publicæ, veluti siquis justis ex causis offensionem armatam metuat, Gail. 1. *obs. 1. n. 4. & obs. 4. per tot. & de pac. publ. 1. c. 2. & 3.* Mindan. *l. 2. c. 33. seq.*

etiam Imperii universi, ut Camera Spirensis,
secu-

secundum inscriptionem Ordinationis Rotwilensis, quæ habet: Der Röm. Kays. Majest. Kayserliche Hoffgerichts Ordnung. & Reformat. *Rotwilens. part. 2. tit. 5. in princ. & ibid.* VVehner. *in not. & pract. obs. verb.* Rothweilisch Hoffgericht. *fol. 576.*

229 Neque etiam est universale, sed certo districtu & Circulo circumscriptum, in quo Aulam Cæsaream repræsentat, unde etiam non simpliciter, das Kayserlich Hoffgericht/ sondern das Kayserlich Hoffgericht zu Rotweil dicitur, VVehner. *d. l.* Matth. Stephan. *d. cap. 3. num. 25. vers. & cum hoc.* Districtus, sive Circulus hujus judicii ita describitur in Reformat. *Rotwilens. part. 2. tit. ibi*: Als nemblich/ von Rotweil auß biß an die Fürst/ und an das Gebirg inhalb ober Elsaß/ und her dißhalb dem Gebirg am Rhein ab und ab/ biß gen Cöln/ und nit fürters/ und hieher dißhalb dem Rhein wiederumb herauff gen Franckfurth/ und als weit Franckenland gehet/ biß an den Thüringer Wald/ und in Francken/ und (Schweinfelden) lege Schwanfeld prope Schweinfurtum & Herbipolim in Franconia, biß an Beyerland/ und hie dißhalben Beyern inher/ biß gen Augspurg an den Lech/ und nicht über den Lech/ und vor dem Gebirg inher/ und was vor dem Gebirg inher gen Schwaben zu/ biß gen Chur/ und was in denselben Strich und Kraiß umbherligt/ biß gen Appenzell gen Schweitz/ gen Lucern/ gen Bern/ gen Freyburg in Uchtland/ und denselben Krayß umbher/ biß gen Welschen Newenburg/ da dannen inher/ biß gen Bruntraut/ gen Mumpelgart/ und nicht füro/ und daselbst wieder herein/ biß an den Fürst/ und an das Gebirg/ innerhalb obern Elsaß/ und an alle End/ so zwischen den vorgeschrieben Kraisen/ von einem und dem andern ligend/ weit Land und breit. Ex qua descriptione colligitur, hujusmodi jurisdictionem Rotwilensis judicii, ultra Suevicum, Austriacum, Franconicum, & Rheni Circulos, sive Kraiß/ non extendi; & hos quidem non universos, sed partes tantum complecti, & ad Bavaricum, Saxonicum, VVestphalicum & Burgundicum non extendi, VVehner. *in not. ad part. 2. tit. 1. in fin. & pract. obs. d. verb.* Rotweilisch. Paurmeister. *de jurisd. lib. 2. cap. 7. n. 12.*

230 Quoad hunc Circulum, sive districtum judicium Rotwilense Ordinariam habet jurisdictionem, Reformat. *Rotwil. part. 2. tit. 5. in pr. & ibi* VVehner. *& ad tit. in princ.* Author. *decis. Camer.* apud Gylman. *symph. tom. 3. verb.* Rotweilisch Gericht. & cum quibusvis aliis ordinariis magistratibus concurrit, ita ut si hi cessent, vel specialiter privilegiati non sint, vel se justo tempore ad jus administrandum non offerant, vel exemptiones & privilegia legitimè non allegent, judicium hoc per præventionem, vel in subsidium cumulative, & legitimè jurisdictionem exercere possit, VVehner. *in not. d. part. 2. tit. 1. fol. 71. seq.* Author. *decis. sive prajud. Camer. d. verb.* Rotweilisch Gericht. *fol. 310.*

231 Cum Imperatore tamen & Camera Imperiali concurrentem jurisdictionem non habet, VVehner. *in not ad reform. Rotvvil. part. 2. tit. 5. fol. 104.* Gylman. *symph. tom. 2. part. 3. tit. 15. fol.*

232 *283.* Unde quoque Imperatorem causas Rotwila avocare posse, asserit, VVehner. *in not. d. l. tit. 4. fol. 87.*

Cum autem quoad prædictum districtum 233 concessio jurisdictionis sit generalis & universalis, tam quoad jurisdictionem ipsam, quàm causas & personas, Reformat. *Rotwil. d. part. 2. tit. 5. ibi.* Uber alle die/ so in obbestimbten unsers Kayserl. Hoffgerichts Bezirck gesessen/ ordinariam jurisdictionem empfangen/ und dieselbigen in allen und jeden Sachen gegen menniglichen exercirt. Paurmeister. *d. cap. 7. n. 13.* Matth. Steph. *d. lib. 2. part. 1. cap. 3. n. 23. in fin.* Ideoque omnes causæ illius districtus ad hujus judicii jurisdictionem spectant, & in eo dijudicantur, quæ non speciatim & singulari privilegio sunt exemtæ, Matth. Stephan. & Paurmeist. *d. l.* Confer VVehner. *in not. ad d. reform part. 2. tit. 1 fol. 72.*

Atque ita huc pertinent non tantum causæ 234 civiles, veluti 1. hæreditatum, qua ratione etiam Nobiles imediatos ibidem conveniri posse testatur, VVehner. *in not. d. part. 2. tit. 5. fol. 127.* 2. Debitorum, Schuld-Sachen/ in quibus uti & 235 Chafften/ Nobiles tam mediati, quam immediati & alii Status Rotwilæ conveniri possunt, nisi privilegium obstet, Reformat. *Rotwil. part. 2. tit. 5. §. 24. & ibi* VVehner. Auctor. *decis. sive prajud. Camer.* apud Gylman. *symph. tom. 3. verb. Civitas Imperialis. fol. 75. in fin. &* VVehner. *ibid. tom. 6. cap. 7. §. 44. fol. 233.* 3. Pensionum & cen- 236 suum, VVehner. *in not. d. part. 2. tit. 5. in fin. fol. 133.* Meichsner. *tom. 3. decis. Camer. 17. fol. 670. & tom. 1. part. 2. decis. 2 fol. 54.* Gylman. *symph. tom 5. relat. 4. in princ. fol. 7.* 4. Causæ turbatio- 237 num & spolii, *arg. d. reform. part. 2. tit. 5. §. 25. & 26. & ibi* VVehner. 5. Pignorationum, 238 Meichsner. *tom. 2. lib. 1. decis. 10. fol. 855.* 6. Arre- 239 stationum, Gylman. *d. tom. 5. relat. 1. fol. 1.* VVehner. *d. l. fol. 133.* 7. Decimarum, Gylman. 240 *d. tom. 5. relat. 5. fol. 9. seq.* VVehner. *d. f. 133.* 8. 241 Nec non causæ turbatæ vel mutatæ Religionis, propter quas etiam fiscalis agere potest, VVehner. *d. fol. 133. in fin.* 9. Sed etiam criminales arg. 242 Reform. *Rotwil. part. 2. tit. 5. §. 13.* Paurmeist. *d. c. 7. n. 13* ut sunt homicidia, latrocinia, incendia, furta, Reformat. *Rotwil. part. 2. tit. 5. §. 13. & ibi* VVehner. diffidationes, Rotweil. alt Hoffger. Ordn. *part. 6. tit. 2.* 10. Causæ fractæ pacis, ita ut in curia Rotwilensi non tantum de causis fractæ pacis agatur, sed etiam transgressores in bannum declarari possint, Reform. *Rotwil. d. part. 2. tit. 5. §. 13. & ibi* VVehner.

Et huc non tantum spectant causæ conten 243 tiosæ, sed etiam quædam voluntariæ jurisdictionis, ut sunt renunciationes, pacta dotalia, donationes propter nuptias, cessiones, testamenta, donationes, emptiones, venditiones, tutorum & curatorum dationes & confirmationes, exemplationes, vidimus, & alii actus consimiles, Reform. *Rotwil. part. 2. tit. 6. & ibi* VVehner. *in not.* Paurmeist. *d. cap. 7. n. 10.*

Non verò ad hoc judicium pertinent causæ 1. 244 privilegia Imperialia concernentes, si de ipsorũ substantia controversia sit, vel jus Principis tangant, Wehner. *in not ad d.* Reform *Rotwil. part. 2. tit. 4. fol. 85. in fin. & fol. 126.* Auctor. *decis. Camer.* apud Gylm. *symph. tom. 3 verb* Rotweilisch Gericht. *in fin.* 2 uti nec causæ matrimoniales, & 3. re- 245 liquæ Spirituales, VVehner. *in not. d. reform. part. 2. tit. 6. fol. 134. seq.*

Re-

246 Reconventio quoque, si ante litis contestationem instituatur, in hoc judicio locum habet, Reformat. Rotwil. *part.3. tit.12.* Rulant. *de commiss. part.4. lib.8. cap.7. n.16.* ubi etiam reconventionem post litis contestationem locum habere dicit, si non de simultaneo processu agatur, Ord. Camer. *part.3. tit.3. l. cum Papinianus. 14. C. de sent. & interloc.* Wehn. *ad d. tit. 12. fol. 171.*

247 Causæ ad hoc judicium pertinentes, ad illud deferuntur, vel per viam simplicis querelæ, vel per viam appellationis, siquidem etiam ab inferioribus tribunalibus ad curiam Rotwilensem appellari potest, Simler. *in descript. Helvet. fol. 124.* Wehner. *in not. de reform. Rotvvil. part.3. tit. 17. fol. 185. in fin. seq.*

248 Exercetur hæc jurisdictio Rotwilensis in omnes personas in ejus districtu comprehensas, cujuscunque sint Status vel Ordinis, Principes, Comites, Barones, Nobiles, Civitates, Cives, Rusticos, tam mares, quàm fœminas, Reform. Rotwil *part.2. tit.5. & ibi* Wehner. *in not. ad part.1. tit.1. fol.3. in fin. seq.* Paurmeister. *de jurisd. lib.2. cap 7. n.13.* Non solum Christianos, sed etiam Judæos, Reform. Rotwil. *d. tit.5. §.17. & ibi* Wehner. *in not.* Nisi vel speciali privilegio, vel consuetudine, præscriptione, ordinatione, pacto, vel transactione quis fuerit exemptus, Wehner. *d. l. fol.4. in fin. & fol. 79.*

249 Atque ita specialibus privilegiis, quæ latius refert Wehner. apud Gylman. *symph tom.6 per tot.* à jurisdictione Rotwilensi exempti sunt 1. Electores, Aur. Bull. *tit. 11.* etiam quoad Ehafften. Wehner. *in not. add. part 2. tit. 4. fol.87* excepto casu denegatæ justitiæ, Aur. Bull. *d. tit. 11.* Wehner. *d. fol.87. & fol.108.* 2. Domus Austriaca, excepto casu denegatæ justitiæ, Wehner, *d. tom. 6. fol.29. seq.* Gylman. *symphor. tom.1. part.2. tit.11. vot.6. fol. 245.* 3 Episcopus Argentinensis, ejusque subditi, Wehner *d. l. fol.48.* Qui etiam contra Ehafften privilegiatus dicitur, Gylman. *symphor. tom.2. part. 2. vot.3 n.20. fol.12.* 4. Episcopus Bambergensis, Wehner. *d. tom. 6 fol.53.* 5. Ordo Equitum S. Johannis, die Johanniter Herrn und Ritter/ Wehner. *d. l. fol. 87 seq. & fol. 130.* 6. Ordo Teutonicus, der Teutsche Orden/ nisi justitia denegata, vel protracta, Gylman. *d. l. fol.89. seq. & f.131.* 7. Dux Lotharingiæ, Gylm. *d. l fol.44.* 8. Brabantiæ, *ibid. fol 97. seq.* 6. Juliacensis, exceptis Ehafften/ & justitia denegata, Gylm *d. l fol 114. seq.* 10. Palatinus Bipontinus, Pfaltz Zweybruck und Veldentz/ *ibid. fol.123.* 11. Dux Würtembergicus, *ibid. fol. 125.* 12. Abbas S. Blasii im Schwartzwald/ *ibid f.129.* 13. Das Gotteshauß und Probstey zum Heiligen Creutz zu Augspurg/ *d. fol 129.* 14. Abbas zu Weingarten/ *ibid.* 15. Comites de Castel, *ibid. fol. 130.* 16. Comites zu Nieder Eysenburg und Grensaw/ *ibid. fol. 130. & 142.* 17. Barones de Freundsberg/ *d. fol. 130.* 18. Die Herrn Fugger / *ib.* 19. Comites de Hanaw/ Herrn zu Lichtenberg/ *d. fol. 130.* 20. Comites von Mumpelgart/ sampt der Herrschafft Harburg und Reichenweyer/ Wehner. *d. tom. 6 fol. 134. & 142.* 21. Comites de Hohen Zollern/ *ib. fol.135. & 143.* 22. Freyherrn von Justingen/ *d. fol.135.* 23. Graffen von Leiningen/ und Tagsburg/ nisi justitia denegata, *ibid.* 24. Comites von Manderschied zu Blanckenheim/ *fol.137.* 25. Comites zu Schwartzenburg/ Herrn zu Hohen Landsberg/ *fol. 142.* 26. Comites à Sultz/ & 27. Barones von Schwende/ exceptis Ehafften/ *d fol.142.* 28. Pacto à jurisdictione Rotwilensi excepti sunt Helvetii, Wehner. *in not. ad reform. Rotvvilens. part.2. tit. 1. fol. 73.*

Exemptionem quoque habent nonnullæ Civitates Imperiales, veluti Aquisgranum, die Statt Aach/ Wehner. *d. tom. 6. fol. 143.* Augspurg / *ibid. fol. 148.* Eßlingen / exceptis Ehafften / & quidem ex privilegio Imp. Friderici *Anno 1515 infr. lib.3. c.13. n.59.* de quo *infra lib.3. cap. 13. n. 41. & 61.* Fridburg/ *d. tom.6. fol.176.* Gelnhausen/ *ibid.* Hall in Schwaben/ *ibid fol. 183.* Landaw/ *fol.190.* Memmingen/ *fol.193.* Nürnberg/ *fol. 204.* Oppenheim/ *ibid. fol. 216.* Regenspurg/ *fol.220.* Reutlingen/ *ibid.* Schweinfurth/ *fol.221.* Straßburg/ *fol.146.* Ulm und ihre Herrschafften Helffenstein/ Geißlingen und Albeck/ *ibid. fol. 227.* Winßheim/ *fol. 233.* 250

Plures quoque Nobiles & alii Domini contra hoc judicium privilegiati sunt, veluti Zinnerd/ Wallard/ Westernach/ Fleckenstein/ Grumbach/ Nippenburg zu Schwiebertingen und Grüngheim/ Rechberg/ Rathsambhausen zum Stein/ Schonburg/ Stotzingen/ Speth/ prout de his testatur Wehner. *in not. ad reform. Rotvvilens. part. 2. tit. 4. fol 81.* Exemptos quoque novi, die Thumben von Neuburg/ Werdnaw/ Remchingen/ Closen / ꝛc. 251

Quod si privilegiati ipsi Rotwilam citentur, & ibidem conveniantur, privilegium exemptionis opponere, si autem eorum subditi, avocationem habent, & remissionem petere possunt, Reform. Rotwil. *part 2. tit. 4. & ibi* Wehner. *fol.79. vers. & quia ita.* Atque ita subditus alicujus Status privilegio hoc muniti à judicio hoc, vel alio extraneo citatus, comparere tenetur, ad hoc saltem, ut privilegium suum alleget, *arg. l. ex quacunque. 2. & ibi* Anton Faber. *in rat. ff de in jus voc.* Dn. Myler. *in addit.* ad Rumelin. *A.B.2. diss. 1. concl 6.* 252

Ad hoc autem, ut exceptiones & avocationes hujusmodi locum habeant, requiritur 1. ut privilegia exemptionum judicio Rotwilensi à privilegiatis exhibeantur, vel in originali, vel per copias fide dignas, Glaublich vidimus, d. Reform. Rotwil *part.2. tit.4. & ibi* Wehner. *in not. fol.85.* Meichsner. *tom. 3. decis. Camer. 31. n. 27. fol. 997. seq.* nisi illa privilegia vel eorum exemplaria vidimata antea sint exhibita & judicii annalibus inserta, vel alias cognita, *Reform. d. tit. 4. & ibi* Wehner. Meichsner. *d. l. fol.997.* Ex quo etiam Electorum privilegia, cum sint Aureæ Bullæ inserta & notoria, insinuatione non egent, *d. Reform. part. 2. tit. 4.* 2. Requiritur, ut privilegium ab Imperatore regnante sit confirmatum, prout requiritur in antiqua Ordin. Rotwil. *part. 3. tit. 1. & part. 11. tit. 13.* Wehner. *in not. d. tit 4. in princ. fol. 79.* 3. Ut avocatio fiat justo & legitimo tempore, & quidem ante, & non post litis contestationem, Wehner *d. l. fol. 86. & ad part. 2. tit. 5. §. 1. fol. 109. seq.* 4. Ut Dominus avocans nō tantum justitiam offerat, & administret, sed etiam salvum conductum Sicher Gelaid / actori concedat, Reform. Rotwil. *part. 2. d. titul. 4. & ibi* VVehner. *fol. 86. & fol. 98. in fin. seq.* ubi formulam refert. Et quidem tan- 253

tum contra vim, non etiam contra jus R. A. zu Speyr/ *de anno* 1570. §. Wir wollen auch. 72. Denais. *jur. Camer. tit. Salvus conductus.* 276. *n.* 5. Unde avocationibus plerumque inseri solet, daß er seiner zu recht mächtig/ und vom Cläger umb Rechtliche Hülff nie ersucht/ weniger ihme das Recht verweigert worden/ neben angehefftem Erbiethen/ dem Cläger auff Ansuchen Rechtstäge zusetzen/ bede Theil zu verhören/ und was Recht ist/ergehen zu lassen/ auch dem Cläger und seinen Verwandten/ darauff und wieder davon/ biß an ihr gewahrsam Sicherheit und Gelaid nicht versagen/ VVehner. *d. l. fol.* 88. *in fin.* ubi *in seq.* avocationum formulas refert.

254 Hodie tamen exemptionum privilegia, avocationes & remissiones non habent locum in casibus exemptione omni majoribus, vulgo Ehafften/ ita ut licet quis privilegiatus & exemptus sit contra Rotweil/ ad Ehafften tamen illud privilegium non extendatur, Reform. Rotwil.

255 *part.* 2. *tit.* 5. *in princ. & ibi* Wehner. *fol.* 105. Qui nihil aliud sunt, quàm casus reservati, Rotwilensibus in suo judicio ventilandi, quos ad avocationem Statuum privilegiatorum non remittunt, VVehner. *d. fol.* 105. Gylman. *symph. tom.* 4. *part.* 1. *vot.* 35. *n.* 3. *fol.* 308. *in fin.*

256 Quamvis autem olim ante reformationem Rotwilensem maximè fuerit dubium, quinam casus sub Ehafften comprehendantur, hodie tamen *in d. reformat. part.* 2. *tit.* 5. specialiter sint nominati, ita ut præter casus ibidem expressos nulli alii pro Ehafften admittantur, VVehner. *d. fol.* 105. *& pract. obs. verb.* Ehafften. Auctor *decis. Camer.* apud Gylman. *symph. tom.* 3. *verb.* Ehaffte. *fol.* 114. Et recensentur ibidem sequentes 1. Si reus sit bannitus 2. Si reus beneficio & privilegio exemptionis renunciaverit. 3. *Si* avocans avocato intra terminum præstitutum justitiam non administraverit, vel salvum conductum, sine justa causa denegaverit, vel non transmiserit, vel concessum violaverit, vel sententiam latam exequi noluerit. 4. Si quis contra prohibitionem Rotvvilensem bannitos receptaverit, nisi eosdem recipiendi privilegium habeat. 5. Si in Judicio *R*otvvilensi res per sententiam decisa, & jus ex sententia quæsitum fuerit. 6. Si Status aliquis contra Ehafften aliquid commiserit, & à judice *R*otvvilensi ob id fuerit citatus. 7. *Si* quis curiæ *R*otvvilensi, ejusque personis & ministris, vel verbis, vel facto, vel quacunque alia ratione, injuriam intulerit, vel privilegiis & juribus ipsius contravenerit. 8. *Si* quis tabellarios *R*otvvilenses jussa exequentes sine justa causa violaverit, vel turbaverit. 9. Si quis illis, qui in curia *R*otvvilensi litigare satagunt, vim inferat, ipsos capiat, vel à lite desistere cogat. 10. Si alicui contra bannitum in alterius territorio deprehensum justitia denegetur. 11. *Si* quis dolosè in curia *R*otvvilensi aliter egerit, quàm ipsius ordinatio & consuetudo postulat. 12. Si agatur super injuriis gravioribus, quæ contra actoris existimationem & honorem apud bonos tendunt. 13. Si agatur super homicidio, latrocinio, incendio, furto, fracta pace, rapina, vel diffidatione. 14. Si judicia provincialia extra jurisdictionem suam judicent. 15. Si quis ob contumaciam bannitus è banno hac promissione liberaverit, quod adversario suo in curia Rotvvilensi responderi velit. 16. Causæ fiscales, quæ contra judicium Rotvvilense & illius Ehafften tendunt. 17. *Si* reus sit Judæus. 18. *Si* judex Ecclesiasticus hujus judicii brachium seculare imploret, & banni executionem requirat. 19. Si is, cui executio demandata, exequi nolit. 20. *Si* judicium Rotvvilense alicui pro conservatore privilegii fuerit datum, & privilegiatus contra privilegium molestetur. 21. *Si* inter Nobiles liberos de hæreditate agatur. 22. Si justitia denegata, vel protracta fuerit. 23. Si quis data fide, vel præstito juramento coram magistratu solutionem promiserit, eamque non servaverit. 24. *Si* quis coram judicio Rotvvilensi debitum confiteatur, solutionem promittat, & promissio illa acceptetur, & judicii protocollo inseratur, debitor autem promissa non servet. 25. *S*i cui violentia ex proposito & ausu temerario in corpore vel rebus fuerit illata, 26. *S*i quis via facti & per vim possessione sua destituatur. 27. *S*i possessor bonorum, de quibus agitur, incertus per publicum proclama, Berennung/ citetur, & possessor ille à *S*tatu avocante non nominetur. 28. *S*i actio instituta sit pro *S*alario, mercede vel taxa judicii Rotvvilensis, Cancellariæ, Advocatorum vel procuratorum. Quod in §. 29 continetur, non est Ehafft/ sed declaratio & monitio quædam ad procuratores & partes litigantes, ne in allegatione der Ehafften/ fraudem committant, & inde sumptus & disputationes inanes excitent. Idem quoque est, quoad §. 30. quo Electoribus jura & privilegia sua juxta Auream *B*ullam reservantur, ut ita 28. duntaxat, & non 30. sint casus reservati, sive Ehafften.

Possunt tamen concedi privilegia contra Ehafften/ Gylman *symph. tom.* 2. *part.* 2. *vot.* 3. *n.* 20. *fol.* 12. Meichßn. *tom.* 1. *part.* 1. *decis.* 20. *fol.* 425. *seq.* VVehner. *in not. ad reform. Rotvvil. part.* 2. *tit.* 5. *fol.* 106. *seq.* 257

Generale tamen exemptionis privilegium, umb was Sachen das wäre/ non comprehendit die Ehafften. Meichßner. *tom.* 3. *decis.* 31. *n.* 4. *fol.* 992. Gylman. *tom.* 4. *part.* 1. *vot.* 37. *fol.* 312. Wehner. *in not. ad d. tit.* 5. *fol.* 107. *S*ecus verò esse videtur, si unus tantum casus fuerit exceptus, puta justitiæ denegatæ, tum enim reliqui casus, sive Ehafften/ sub privilegio continentur & remittuntur, cum unius inclusio & expressio alterius sit exclusio. 258

Quod si quoque privilegiatus quis sit contra die Ehafften/ semper tamen casus denegatæ justitiæ exceptus intelligitur, VVehner. *in not. d. tit.* 5. *fol.* 107. *in fin. seq.* 259

Privilegio quoque exemptionis pacto vel obligatione renunciari posse, non videtur habere dubium, *l. si quis in conscribendo. C. de pact.* modo specialiter & nominatim id fiat, cum generalis renunciatio non sufficiat, VVehner. *in not. ad d. tit.* 4. *fol.* 82. *seq. S*ubditi tamen fori privilegio renunciare, vel Domini jurisdictionem prorogare nequeunt, VVehner. *d. fol.* 82. Reinking. *in enarrat. l. fin. tit.* 3. *lib.* 2. *C. d. n.* 33. *seq.* 260 261

262 Si dubium sit an avocatio locum habeat, judex Rotvvilensis cognoscit, Reform. Rotvvil *part. 2. d. tit. 4. vers.* Da aber deß Clägers. *& ibi* Wehner. *in not. fol. 86.* Qui si se competentem pronunciaverit, ad Cameram appellari potest, ubi inhibitio decernitur, Wehner. *in not. ad reform. Rotvvil. part. 3. tit. 17. fol. 184.*

263 Quamvis autem judicium hoc Rotwilense in suo districtu Imperatorem repræsentet, nihilominus tamen ab eo, à sententiis tam definitivis, quam interlocutoriis ad Cameram Imperialem appellatur, R. A. zu Speyr *de anno 1571.* §. Und nach dem uns fürkommen. *71.* Reform. Rotwilens. *part. 3. tit. 17. & ibi* Wehner. *in not fol. 181.* & apud Gylman. *symphor. tom. 6. cap. 8. §. 2. fol. 243. & tom. 3. verb. appellare a quibus. fol. 35.* Gail. *1. obs. 40. n. 2. seq. obs. 130. n. 8. & 10.* Et Camera Imperialis est in possessione inhibendi contra judices Rotwilenses, & semper ferè inhibitio decernitur, ne ad executionem & viam facti irreparabilem procedant, Wehner. *in not. ad reform. Rotvvil part. 1 tit. 1 fol. 4. in fin. & part. 3. tit. 17. fol. 182. seq* Auctor. *decis. Camer.* apud Gylman. *tom. 3. verb. inhibitio. fol. 151. & verb.* Rotweil. *fol. 309.* In casibus tamen, quibus vel propter justitiam denegatam vel protractam, vel nullitatem, vel judicis recusationem, vel aliam ob causam citra appellationem, ad superiorem devolvitur jurisdictio, non Camera, sed Imperator adeundus est, Wehner. *in not. ad Reform. Rotvvil. part. 1. tit. 1 fol. 4. seq. & ad part. 3. tit. 17. fol. 181.*

264 Si à sententia non fuerit appellatum, ea transit in rem judicatam, & executioni demandatur, Reform. Rotwil *part. 2. tit. 5. §. 19. & part. 3 tit. 18.* Eamq; committere solet Statibus Imperii, Civitatibus Imperialibus, & aliis quoque inferioribus, qui parere & exequi tenentur, Author *decis. sive præjud. Camer. verb. Sententia interlocutoria fol. 320.* VVehner. *ad d. reform. part. 2. tit. 5. §. 19. fol. 124.* nisi justas denegationis causas habeat, veluti quod nulliter sit gestum, cum sententia nulla non sit exequenda *l. 4. §. condemnatum. & ibi* Bart. Bald. Alex *l. cũ nulla. ff. de re judic.* Meichsner. *tom. 1. decis. 28. part. 1. fol. 414. seq.* Vel quod eo, contra quem facienda executio, sint impares; Ord. Camer. *part. 3. tit. 48.* §. Und also. Tileman. de Benign. *in apospasm. obs. Camer. 41. pentecost. 2. num. 1. fol. 80.* De reliquis judiciis provincialibus, vide quæ latius dixi *in tractat. de Ord. Equestr. jur. lib. 3. c. 24 per tot.* Cum Civitates Imperiales non gaudeant jure Austregarum, sive judicibus ordinationis, sed pleræque ferè judices suos speciales habeant, coram quibus in prima instantia conveniuntur, de quib' *supra n. 80.* dictum est, ideoque de illis hic agere nolui, & videri poterunt, quæ scripsi *in d. tract. de Ord. Equestr. jur. lib. 3. cap. 23.*

FINIS LIBRI SECUNDI.

LIBER

LIBER TERTIUS,

CONTINENS SPECIALEM DESCRIPTIONEM CIVITATUM Imperialium, earumque Originem, Jura & Privilegia Specialia, secundum ordinem Alphabeticum.

CAPUT I.

Aach / *Aquisgranum.*

Summaria.

1. Aquisgranum, Aach / *quibus nominibus appelletur.*
2. Unde vocetur.
3. Aquæ Aquenses quænam sint.
4. Situs hujus urbis.
5. Ejus vastatio & restauratio.
6. Aquisgranum cur Carolo Magno ita arriserit.
7. Basilica à Carolo Magno extructa.
8. Regium palatium, in quo Imperii Corona asservatur.
9. Rex Romanorum Aquisgrani coronatur.
10. Aquisgranum est caput & sedes Regni Teutonici.
11. Imperio Romano immediatè subdita civitas, & in Imperii matricula continetur.
12. In Comitiis votum & Sessionem habet.
13. De Præcedentia cum Colonia litem agit.
14. Burgundiam respectu Brabantiæ agnoscit.
15. Qualis Reipubl. gubernatio & Senatus sit.
16. Neomagensium sententiæ Aquisgrani reformantur.
17. Insignia quænam habeat.
18. Cives Aquisgranenses à vectigalibus sunt immunes.
19. Ubi possint conveniri, & quomodo ab eorum Scabinis appelletur.
20. Ab extraneis Judiciis non possunt arrestari.
21. Intestinum dissidium propter Religionem.

HActenus de Juribus & Privilegiis Civitatum Imperialium generalibus egi, restat nunc, ut jura & privilegia cujusque Civitatis specialia, quantum ego hactenus perscrutari potui, referam, idque ordine alphabetico, ubi se primùm offert nobilis
2 Civitas Aach / Aquisgranum Latinis, & Germanis Achen / Acken / & Gallis Aix La Chapelle, dicta, aliisque variis nominibus nuncupata, & quidem Ptolomæo Veterra, sive castra vetera, pro quibus alii Vœrra, Vigerra, Nuagerra, perperam habere scribit Nicol. Reusner. *de urbib. Imperial. part. 2. cap. 2. rubric. Aquisgranum:* addens, quod ab Antonino dicatur Coriovallum, & à Sigonio Bibracte, quàm rectè autem, se nescire asserens. Alii Civitatem hanc simpliciter Aquas, vel Aquas Graneas, thermas Grani, & Palatium Grani vocant: Idque à Grano, Imperatoris Neronis fratre, & ab aquis calidis, sive thermis, ab eodem ibi repertis, quasi dicas aquas Grani, seu aquas à Grano repertas, Adrian. Roman. *in urb. præcipu. descript. pag. 69.* Francisc. Irenic. *libr. 11. exeges Germar. fol. 199.* Höping. *de jur. insign. cap. 6. num. 979.* Reusner. *d. l.* Matth. Dresser. *Isagog. histor. part. 5. de German. urbib. pag. 120.* Alii Civitatis hujus nomen ab Apolline Graneo, sive Granno, Romano quodam Principe, fratre Neronis & Agrippæ, deducunt, quem apud Germanos passim, maximè verò apud Rhætos cultum fuisse, in testimonium vocat monumenta, quæ in lapidibus ibidem adhuc extant, Nicol. Reusner. *d. l.* ubi tale quoque Lauingæ in saxo conspici refert, his verbis: Dei Apollinis Granni Religioni sacrum P. P. Dionysius Leg. Aug. Pr. Pr. Rhætiæ Kl. Jun. D. D Grannus enim hic palatia quondam construxisse dicitur, Dresser. *d. pag. 120.* Et sic civitatem hanc ab aquis & Grano, ejus conditore Aquisgranum dictam esse, non videtur habere dubium, quod enim Latinis est aqua, id Germanis Ach / vel Aha dicitur, Stumpff. *in Chron. Helvet. libr. 5. cap 9 pag. 55* Johann. Limnæ. *de jur. publ. tom. 4. libr. 7. cap. 2 num. 1.* Sunt enim in hac urbe Bajæ Regiæ, & Cornelianæ, & in suburbiis aquæ calidæ & thermæ complures, tùm ad voluptatem, tùm ad sanitatem corporis comparatæ, quæ ut

locorum intercapidine, ita & vi, & facultatibus diversæ, Limnæ. *d. l. tom 3. lib. 7. cap. 1. num. 1.* De quibus Aquensibus aquis ita scribit Andernacus: Fontes Aquenses in solo plano, præter aliorum naturam, propè Civitatem Imperialem Aquisgranum scaturiunt; sulfure, sale & alumine imbutæ: Emsensium more propemodum ferventes: tùm potæ, tùm in balneis illæ salutares sunt nervosis, contusis, vulsis, ruptis, distortisque membris: præfrictionem experta, torpida, resolutaque instaurant: uteros mulierum egregie calefaciunt, ut facilius concipiant: externa corporis vitia in balneis mirificè abstergunt, referente Reusner. *d. l.*

4 Sita est hæc urbs in Menapiorum finibus inter Rhenum & Mosam, loco depresso, & collibus ferè cincto, & ob medicarum aquarum commoditatem eam cinctam esse, credibile esse scribit Limnæ. *tom. 3. de jur. publ. libr. 7. cap. 2. num. 1.* Matth. Dresser. *Isagog. histor. part. 5. pag. 119.*

5 Cum hæc urbs olim ab Hunnis bello vastata & depopulata, ipsaque ædificia postea vetustate collapsa, & à vepribus & sentibus undiq; septa essent, tandem à Carolo Magno, Germanico Imperatore primo, lautius, splendidiusq; ædificata, & muro, valloque circumdata, & auctoritate, copiisque non solùm instructa, sed etiam ornata est, Reusner. *d. verb. Aquisgranum.* Dresser. *d. part 5 pag. 120.*

De urbis hujus instauratione tale Caroli Magni documentum à Friderico I. Augusto apotheosi ipsius insertum refert ex Peutnero *de morib. German antiq* Reusner. *d l* Nostis, inquit, qualiter ad locum, qui Aquis ab aquarum calidarum aptatione traxit vocabulum, egressus solito more, causâ venandi & perplexione sylvarum, erroreque viarum, à sociis sequestratis, inveni thermas calidorum fontium, palatiaq; reperi; quæ quondam Granus, unus de Romanis Principibus, frater Neronis & Agrippæ, à principio construxerat; nunc verò vetustate longa, frutetis & vepribus occupata, renovavi; & ibidem monasterium S. Mariæ matri Jesu, cum labore & sumtu, quo potui, ædificavi. Pignora quoque S Apostolorum, Martyrum, Confessorum, ac Virginum, à diversis terris & regnis, præsertim Græcorum, ibidem recollegi, ut eorum suffragio regnum Romanorum firmetur, ac peccatorum indulgentia condonetur. Præterea à Domino Leone Romano Pontifice, hujus templi consecrationem & dedicationem fieri impetravi; præ nimia devotione, quam erga idem opus habui: præsentibus una nobiscum Romanis Cardinalibus, multis Episcopis, simul Italiæ & Galliæ Abbatibus, Clericis, & Principibus diversis: ut sunt Romani Duces, Marchiones, Comites, Principesque Regni Italiæ, Saxoniæ, Bavariæ, Alemanniæ, Franciæ utriusque, tàm Orientalis, quàm Occidentalis, in omnibus voto meo & desiderio obsequentes. Obtinuique ab omnibus, ut in loco præfato regia sedes locaretur; ac esset caput Galliæ trans Alpes, quod ab omnibus est comprobatum, & hoc à Domino Papa Leone confirmatum, &c.

Cur autem Carolo Magno Aquisgranum 6 præ aliis in tantum arriserit locis, diversæ circumferuntur sententiæ. Petrarcha *lib. 1. epist. 3.* & ex hoc Estienne Pasquier *lib. 5. des recherches de la France cap. 31. fol. 674.* refert, se à Præsbytero Aquisgrani audivisse, Carolum Magnum, post ingentes victorias, & acquisita dominia, amore plebeiæ cujusdam fœminæ adeò fuisse captum, irretumque, ut insuper habitis Regni negotiis, & Majestate prostituta, Veneri nimium laxaverit frœna, non sine cordolio Procerum Imperii, verùm contigisse postea, ut morbo gravissimo correpta hæc fœmina, animam efflaverit suam, maximo omnium gaudio, qui sperabant fore, ut Carolus extincta amoris flamma, ad negocia Imperii, animum converteret. At verò præter omnium opinionem, Carolum, quasi mente viduum, cadaver istud osculis, complexibus, & ejus generis aliis amantium blandimentis, tractasse invicem, ac si adhuc animæ contubernio frueretur. Et licet putrescens, jam dum odorem naribus spirare occepisset ingratissimum, eo tamen non obstante, Carolum consuetudinem conversationis non dereliquisse. Cumque nemo familiarium hoc ipsi, tanquam inconveniens, ausus fuisset explicare, Archiepiscopum Turpinum, cæteris ingeniosiorem, rem magica procuratam arte, suplicatum, nactâ occasione cadaver probè excussisse, tandemque annulum ejusdem, sub lingua delitescentem, reperisse, sustulisseque. Quo facto eadem die, Carolum, postquam ad cadaver, solito & consueto rediisset more, quasi profundo ex somno liberatum, fœtorem naribus percepisse, indeque mandasse, ut removeretur. Contra verò ab eo usque termino amorem suum ad Archiepiscopum, qui prædictum gestabat annulum, convertisse; nec sine eodem potuisse lætum trahere spiritum. Quod cum Archiepiscopus secum perpendisset, & ne fortassis annulus iste aliorum perveniret in manus, qui eodem abuterentur, illum proximum civitati in locum projecisse; hoc eventu, ut Carolus amore loci correptus, cum privilegiis, palatio & monasterio insigni exornaverit, vitam ibi traduxerit suam, sepulturamque elegerit mortuus, &c. Verùm huic narrationi parùm fidei tribuendum esse scribit, Waremund. ab Erenberg. *lib. 1. meditam pro fœderib. cap. 2 num. 159. pag. 241.* Sensus, inquiens, repugnat naturalis; repugnat pietas Caroli, refragatur animus sincerus, refragatur consensus historicorum, & rei narratio ostendit fictam fabulam ad pietatem miraculosam, alicujus sacerdotis prætendentis, magica arte Carolum inductum, & postea miro modo ab hoc malo liberatum. Thuanus *libr. 74 histor pag 89.* Carolum vicinia Germaniæ, vel loci, venationibus oportuni, commoditate captum arbitratur.

A Carolo Magno extructa fuit in hac civitate primùm Basilica S Mariæ, operis permagnifici, & pulchritudinis singularis; ad quam ornandam columnæ quoq; & marmora multis è locis & præsertim Roma Ravennaque, transportata sunt, teste Sigonio. Templum 7

hoc

hoc B. Virgini dicatum, ex præda, & ex auro Hispanico constructum fuisse, dixerunt Turpinius, & ex eo Antonius, quod tamen falsum esse contendit, Petr. à Berck. *in Aquisgrano, cap. 1.* Et Eginhardus hancce Basilicam describens, columnas, & marmora Roma & Ravenna ex Italia advecta tradit, auri verò Hispanici non meminit, ut difficulter verum esse agnoscat Gryphiander de Weichbildis Saxon. cap. 10. num. 12. quod ex Chronico Trevirensi refert Freher in not. ad lib. 1. Petri de Andlo *de Roman. Imper. cap. 13.* add. Limnæ. *t. 5. l. 7. c. 2. n. 6.*

8 Extructum quoque ibidem Regium Palatium, in quo Regni Romani corona aurea asservatur, unde Imperatorum Romanorum prima inauguratione & coronatione urbs hæc hactenus est nobilitata, de quo vide dicta *supra l. 2. c. 1. num. 22.*

9 Quando Rex Romanorum Coronæ suscipiendæ causa Aquisgranum ingreditur, equus, quo advenit, primæ portæ Civitatis custodibus præsidiariis cedit, & postquam ad templum urbis pervenit, Ducatus Juliacensis hæreditario aulæ Magistro ille equus, quo eo usque vectus debetur. Aliter tamen hoc refert Author, qui coronationem Imper. Maximiliani anno 1486. describit, apud Goldast. in Politischen Reichshandlungen/ *part. 1 num. 4. lib. 1. pag. 9.* da er dem Portner deß Königs Hengst zueignet / von welchem der König unter der Gamillen Pfort abgesessen/ und sich auf einen andern begeben/ ꝛc. *lib. 3. pag. 10.* ubi scribit. Als der König für unser lieben Frauen Münster kommen und vom Pferd abgesessen/ habe der Vitzthum zu Aach / an statt deß Probsts daselbst den Hengst mit allem Gezeug/ wie der König denselben geritten gehabt/ genommen/ und solcher Hengst seye sein/ und bleibe ihm/ so fern der König denselben nicht wieder löset. Aber diesesmals/ als man gesagt/ seyen beede Hengst vom Vitzthum und Thorhüter für 100 Rheinische Gulden wieder gelöset worden. add Limn. *t. 5. l. 7. c. 2. pag. 82.*

10 Imperator Carolus Magnus Aquisgranum caput & sedem Regni Teutonici peculiari constitutione confirmavit, seu, ut scribit Guicciardinus *in descript. Belgii. pag. 312.* jussit, quod cis Alpes habeatur Principalis & primaria sedes sacri Imperii, & Galliæ regni, cujusmodi constitutio extat apud Goldast. *tom. 2. constit. Imperial. pag. 8.* Idem quoque innuit hymnus ille sacer D. Carolo dicatus: *Urbs Aquensis, urbs regalis, sedes Regni principalis, prima Regum curia.* Et de hoc extant versiculi in fronte propylæi cujusdam domus Senatoriæ Aquisgranensis, sequentes:

Carolus insignem reddens hanc condidit urbem.
Quam libertavit post Romam constituendo,
Quod sit trans Alpes hic semper Regia sedes,
Ut caput urbs hanc cuncta colat & Gallia tota.
Gaudet Aquisgranum præ cunctis munere clarã,
Quæ prius Imperii Reges nunc laureat almi.

Et in alia quadam janua: *Hic sedes Regni trans Alpes habeatur caput omnium Civitatum & provinciarum Galliæ,* Guicciardin. *d. l.* Goldast. *in rationalib. tom. 2. p. 386.* Ruland. *de Commissar. part. 2. lib. 5. c. 4. lit L.* Quod etiam literæ Imperatorum, quæ Aquisgrani scribuntur, testantur his verbis: In unserm und deß heiligen Reichs Stuhl und Stadt Aach.

Civitas hæc neminem alium, quàm so- 11
lum Imperatorem Romano-Germanicum superiorem agnoscit; & sic imperio immediatè subjecta & Civitas Imperialis est, cum in matricula Imperii contineatur, & certam sibi præscriptam summam Equitum & peditum habeat, & ad Cameræ Imperialis sustentationem contribuat, prout ipse Imperii matriculæ testantur, quæ extant apud Limnæ. *de jur. publ. tom. 2. libr. 4. c. 7. fol. 163. & tom. 4. d. l. fol 569. & libr. 7. cap. 5. num. 5. in fin.* ubi scribit: Die Stadt Aach ist anno 1545. und anno 1551. in deß Reichs Anschlag um 13. zu Roß / und 60. zu Fuß geringert worden / gibt Monatlichen zu Roß 7. zu Fuß 30. thut an Geld 204 fl. und zu Unterhaltung deß Käyserlichen Cammergerichts zu Speyer / Jährlichen 115. fl.

In Comitiis sessionem & votum habet, sicu- 12
ti Recessuum Imperii subscriptiones quamplurimæ docent, & adhuc nuper anno 1603. Ratisponensibus Comitiis hujus Civitatis nomine interfuit & subscripsit Michaël Klöcker / der Rechten Licentiat, & Syndicus; anno 1641. in Comitiis Ratisponensibus, Caspar von Schwartzenburg / Burgermeister und Rathsverwandter / & anno 1654. Theodorus Speckhamer/ Balthasar Phibus, beede ältere Burgermeistere / Carolus Perg/ Syndicus, und Gabriel Messen / Stadt-Secretarius.

In scamno Rhenano secundum locum ob- 13
tinet, & post Coloniam sessionem habet, uti ex prædictis & aliis Imperii Recessibus videre licet, quo nomine olim inter hasce duas civitates controversia fuit, uti refert Lehman. *Chron. Spirens. lib. 4. c. 4. pag. 289.* ubi scribit: Daß anno 1495. auf dem Reichs-Tag zu Worms/ am Montag nach dem Sonntag Trinitatis, sich die von der Stadt Aach eingestellet / und bey andern deß Reichs Frey- und Reichs-Städt Gesandten angegeben / Herr Johann Bertolff / und Meister Peter von Emdan / Secretarius. Und als der Stadt Bottschafften darvor zu allen malen ungefährlich und unfürgreifflich jeglicher Stadt Freyheit/ und alt Herkommens/ nider gesessen / seyen zu oberst auf die Banck der Freystädt/ darnach Straßburg/ Basel/ ꝛc. nach altem Herkommen und Ordnung gesessen/ und auf der andern Banck/ Regenspurg/ Augspurg/ Nürnberg/ ꝛc. in ihrer Ordnung/ wie von Alters herkommen/ haben die obgenandten von Aach nicht nidersitzen wollen/ und fürgewendet/ daß die von Cölln sich zu oberst hätten gesetzt / da ihnen gebührt zu sitzen: Dagegen die von Cölln von denen von Aachen zu wissen begehrt/ wie sie sich achten/ für eine Frey- oder für eine Reichs-Stadt: Darauf die von Aach nicht Antwort geben: Und obwol viel und freundlich mit ihnen geredet worden / daß sie in der Mitte der Stuben / gegen den andern Städten wolten nidersitzen / auf eine besondere Banck / haben sie doch in diß vorgeschlagene Mittel nicht bewilligen / sondern seyn mit Urlaubnus von denen abgeschieden/ ꝛc.

Quibus non adversatur, quod ex Thuano *libr. 133. pag 1160.* de monetæ inscriptione im-

pugnata refertur, per tradita *supra lib.1. c.2.n.23. & num.32.*

14 In quibusdam tamen Civitas hæc domum Burgundiacam respectu Brabantiæ agnoscit, Aach respectirt das Hauß Burgund / wegen Braband / der Ober-Vogtey halber. Item, Chur Cölln und das Stifft Lüttich / vornemlich aber den Käyser und das Röm. Reich/wie auch Gülch/welcher Hertzog ihr Schutzherr ist/ Zeiler. *in continuat. itiner. Germ. c.21. pag.286.*

15 Qualis sit Reipublicæ hujus gubernatio & magistratus, colligitur *ex deductione magistratus Aquisgranensis ad Imperat. Rudolphum, 7. Maji, anno 1593.* quam refert Zeiler *d. c. 21. pag.* Daß der gantze und gemeine Rath der Stadt Aach/ mit den zweyen darzu gehörigen Burgermeistern/128. Personen begreifft / daß dieselben Rathspersonen von der Stadt Zünfften/ per libera vota & suffragia, und von Jahren zu Jahren / præsentirt / und von dem Raht von neuem eligirt werden : daß dem præsentirten/ und von neuem eligirten / die andern alte/ nach Umgang ihrer Jährlichen Zeit / weichen/ und sie ihnen ihre Stelle müssen eintretten lassen : daß die alte abgangene nicht mehr deß Raths seyn / noch seyn können/ sondern allerdings so lang privat bleiben / biß sie wiederum von ihren Zünfften/durch freywillige Wahl/ darzu aufgeben / und præsentirt werden Daß alle solche freywillige Præsentation und Election ob bestten dermassen vor hundert und hundert Jahren steiff und fest observirt/auch darumben absonderliche Brieffliche Betheurungen/ zwischen den Zünfften und Rath aufgerichtet worden. Und darauf alle Burgermeister / Amtsträger / Rathsverwandten und Burger/ denselben nemlich allerdings zu geleben / und in nichts zu wider setzen / bey ihren Eyden höchlich gelobt und geschworen/ also und dergestalt / da sich einiger / er sey gleich Burgermeister / Amtsträger/ Rathsverwandter oder Burger / gegen obangezeigte freye Præsentation und Election zu den Rath - Sitzen und Aemtern einzutringen unterstund/ daß demselben ein solches nicht allein nicht zu gestatten / sondern auch als einen deß gantzen Stadts-Regiments und wolbedachter Policey Turbatorn, und deß zwischen den Zünfften und Rath aufgerichten und hochbetheurten Bündnus-Brieffs/ auch seines eignen darauf dem Rath und gemeiner Stadt geleisteten Eyds vergessenen Violatorn, vermög der Recht / andern zum Exempel / an Leib und Leben unnachläßlich zu straffen seyn soll. Quoad numerum Senatorum centum & viginti novem personas in majori Senatu numerat, Zeiler. *d. l.* & addit. Neben diesem und zuforderist/ ist der kleine Rath, item, ein hochweltlich Schöpffen-Gericht/ von deme man an das Cammer-Gericht zu Speyer appellirer. Item, ein hoch privilegirt geistlich Send-Gericht / ein Chur-Gericht. Und erstrecket sich das Reich und Gebieth Aach mehrentheils ein paar Meil Wegs rings um die Stadt / darüber sie Jurisdictionem, und ihr Gebieth auf die 21. Dörffer hat. Die in diesem Reich wohnende Edelleuth seynd alle unter deß Reichs Jurisdiction. add. Limnæ. *tom.5. libr.7. cap.2. pag.83. seq.*

16 Quamvis etiam à plerisque Geldriæ urbibus non detur provocatio, Neomagensium tamen sententiæ, ex veteri more, Aquisgrani reformantur, *Confœder. Respubl. Belg. c.9. pag.36.* add. Limn *t.5. l.7. c.2. n.2. f.26.*

In insignibus suis Civitas hæc integram Aquilam Imperialem, sed simplicem & unicipitem habet, Höpingus *de jur. insign. cap. 6. num. 980.* 17

Varia hæc Civitas habet privilegia, & inter alia I. quod Cives Aquisgranenses in toto Imperio à Vectigalibus sint immunes, uti testantur, Sixtin. *de regal. lib.1. cap.5. num.71.* Ruland. *de Commiss. part.2. lib.5. c.4. lit. L.* vid. *h. libr. 1. c.2. num.21.* 18

II. Cives Aquenses coram nullo alio, sive Extraordinario Judicio, ne quidem Camera Imperiali, nisi coram Judicio & Scabino Civitatis, ihrem Schöpffen Stuhl conveniri debent, ad justitiæ implementum recipiendum, nisi justitia fuerit denegata, vel protracta, ex privilegiis *de annis 1376. 1434.* & *1570.* Joh. Limnæ. *de jur. publ. tom.3. lib.7. c.2. num.10.* A. Scabino autem von dem Schöpffen Stuhl der Stadt Aach/ ad Cameram Imperialem appellari, refert, Author *decis. præjudic. Camer. Imper apud* Gylman. symphor. *tom.3. verb. Civitas Imperialis, fol.75.* confer *infra lib.4. c.1. num.11.* modò summa sit appellabilis, quam esse 600. floren. scribit d. Author. *decis. apud Gylm. tom.3 verb. appellar. quibus fol 32.* vid. Blum. Process. *Camer. tit.47. tab.6. vers.* Aachen. 19

III. Habent quoque Cives Aquenses ab Imperatore Carolo V. Privilegium de anno 1521. ne ab extraneis judiciis arrestentur, quod refert Limnæ. *d. tom.3. libr.7. c.2. num.11. & tom.5. l.7. c.2. n.9.* 20

Anno Christi 1568. intestinum ac domesticum ex Religionis quadam dissensione in hac civitate exortum est malum. Profugerant enim illuc tanquam in exilium Cives Antverpienses nonnulli, aliique Belgæ, metu tyrannidis Ferdinandi Ducis Albani, quam in Belgio adversus Evangelicæ Religionis homines exercebat. Hi cum Pontificios errores atque abusus palam detestarentur, invenerunt etiam de Civibus Aquensibus non paucos, qui reformatam illam doctrinam Ecclesiæ amarent ac profiterentur. Ita aucto Evangelicorum numero, petitum est à Senatu, ut publicè ipsis exercere religionem suam liceret. Quod cum impetrare non possent, nihilominus suos Conventus ad tractandum sacra sua habuerunt. Delata est non ita multò post ad Cæsarem querela, qui delectis arbitris Leodiensi Episcopo & Juliacensi Duci negocium commisit Hi ergo Legatos in urbem miserunt, qui operam darent, ut repudiatâ religione Evangelica, vetus doctrina Pontificia sola retineretur. Imperator ipse quoque datis literis seriò mandavit Senatui, ut Concionatores Evangelicos ejiceret, caveretque secundum legem antiquam, ne quis in Senatorium ordinem reciperetur, qui aliam, quàm Pontificiam doctrinam profiteretur. Verùm contra hoc edictum Evangelici etiam Cives in Senatum lecti sunt *anno Christi 1575.* Hinc adeò factum, 21

ctum, ut die Urbani utraque pars suæ religionis Consules designaret. Quod indignè ferens Imperator edixit, ut soli religionis Pontificiæ Consules pro legitimis haberentur. Cæteris obedientia ac reverentia nulla haberetur. Hinc commoti cives tumultuari cœperunt, factumque, ut metu perterriti Canonici repente diffugerent, commeatus, qui ex Burgundia, & Juliacensi Ducatu importari solet inhiberetur, & incommoda alia emergerent, quæ tolli, aut mitigari nulla, nisi temporis medicina, potuerunt. Cùm ergo tumultibus nonnihil etiam Coloniensis Diœcesis & vicinia involveretur, conquiescere aliquantulum contigit Aquisgranensibus. Ut autem mala gratia durabilis non est, si hoc etiam dissidium malè sopitum, facilè denuò in actum erupit. Et tametsi Cæsar edicto publico Aquisgranenses proscripsit, vix tamen sedari ac comprimi factiones potuerunt. Dresser. *isagog. histor. part. 5. pag. 122. & seq.*

De hac Civitate tale extat epigramma

1. Nicol. Reusneri.

Quas Granus olim condidit Dux inclytus:
Quas Carolus Magnus refecit lautius,
Sepultus hîc sacello in augustissimo;
Sancta vetustate, atq; virgini sacro
Christi genetrici Optimi atq; Maximi:
Tam sunt amœnæ, tàm salubres sunt aquæ,
Tàm copiis locupletes rerum omnium:
Ut mille si laudare coner versibus;
Laudare dignè non tamen satis queam.
Præstat tacere pauca quàm sic dicere.

2. Conradi Celtis.

Fumat aquis calidis, Granno Urbs ab Apolline dicta,
Corpora quæ morbis tincta liquore levant.
Quaq; patent celsæ genitricis templa Tonantis;
Sanctius in nostro quis nihil orbe micat.
Hanc caput Imperii statuit Rex Carolus olim:
Dum Gallos nostro subderet Imperio.
Gallia sed nostris vitiis nunc libera vivit,
Et spernit leges, Romulidosq; duces.

CAPUT II.

Alen/ *Ala.*

Summaria.

1. *Ala unde sic dicta.*
2. *Pervetus est oppidum Rhetiæ.*
3. *Quibus olim subjecta.*
4. *Est Civitas Imperialis.*

1 ALa, Alen/ ab aliis dicta quoque fuit Ola, Aulen/ idque ab anguillis, piscium genere, cujus copia magna ibidem capitur, Dresser. *isagog. histor. de German. urbib. part. 5. pag. 110.* Reusner. *de urbib. imperial. part. 2. cap. 28.* Alii quoque eandem dictam esse putant, ab Imperatoris Friderici Barbarossæ Aula, quam ibidem habuit, ubi hodie die Berckgruben und Schloßgräben / adhuc conspiciuntur, Matth. Merian. sive potius Martinus Zeilerus *topograph. Suev. verb.* Alen/ ubi addit, Es solle vorhin an diesem Orth / wo die Stadt stehet / ein breiter See gewesen seyn / biß nach Alfingen / oder Wasser-Aalfingen / also daß über die Hurten die Leuth zusammen gehen musten / daher noch der Orth in der untern Stadt zum Hurten genennet wird.

2 Est pervetus Rhætiæ oppidum ad Cochetum amnem in circulo Suevico situm, & antiqua virtute & fide præditum, Reusner. *d. cap. 28.*

3 Olim Civitatis hujus Circumferentia ad Coronam Bohemiæ pertinuisse & postea civitatem hanc ad Comites Würtenbergicos pervenisse refert. Matth. Merian. *d. l.* ubi ait: Es hat vor Zeiten das gantze Albuch hieher / und solch Bezirck ums Jahr Christi 1350. der Cron Böheim / unter der Regierung deß Grafen von Oetingen / gehöret / von deme diese Stadt dem Graf Eberhardten von Würtemberg um zwantzig tausend Gülden versetzt worden / die aber folgends Käyser Carl der Vierdte An. 1360. belägert / erobert / und an das Reich gebracht. Quod etiam testatur Hordleder *de caus. belli German. libr. 3. c. 1. pag. 617.* ubi refert, daß die Stadt Aale vor disem den Grafen von Würtemberg zugestanden / als aber auß denselben Eberhard. A. 1360. sich wider den Käyser auffgelehnet / seynd ihme von Käys. Maj. nach vergangener Composition alle eingenommene Orth und Flecken wiederum eingehändiget worden / außgenommen Alen / so also dem Reich heimgefallen zu seyn declariret worden.

Et sic hodie est Civitas Imperialis, & neminem superiorem recognoscit, quàm Imperatorem & Imperium, in matricula Imperii continetur, votum & sessionem in Comitiis & Conventibus circularibus obtinet, Alen ist anno 1545. und 1551. um 1. zu Roß / und 6. zu Fuß geringert worden / gibt solchem nach Monatlichen zu Roß 1. zu Fuß 12. thut an Geld 60. fl. zu dem Käyserl. Cammergericht aber gibt es Jährlich 17. und ein halben Gulden / Limn. *de jur. publ. tom. 4. lib. 7. cap. 5.* 4

CAPUT III.

Augspurg/ *Augusta.*

Summaria.

1. *Augusta variis nominibus appellatur.*
2. *Cur Drusomagum dicta.*
3. *Augusto-burgum quare vocata.*
4. Augspurg *unde nomen habeat.*

5. *Augusta Tiberia unde dicta.*
6. *Vindelici quinam fuerint populi.*
7. *Augusta Vindelica unde vocata.*
8. *Augusta Rhætiæ quare dicta.*
9. *Augusta Colonia.*
10. *Vti & Cisaria.*
11. *Cisa quænam fuerit.*
12. *Origo Civitatis & quando condita.*
13. *Antiquitas Civitatis.*
14. *Religionem Christianam quis ibi induxerit.*
15. *Incrementa Civitatis.*
16. *Ejus situs.*
17. *Ocellus & sydus Germaniæ dicitur.*
18. *Ædes pauperum & hospitale.*
19. *Augusta exteris admirationi est.*
20. *Dignitas magistratus & civium humanitas.*
21. *Religio Catholica & Augustanæ Confessionis ibi viget.*
22. *Quænam hic ædes sacræ Catholicorum.*
23. *Quænam Evangelicorum.*
24. *Curia Augustana &*
25. *Armamentarium quale.*
26. *Crateres quinam.*
27. *Ædificia textorum, pistorum, laniorum, &c.*
28. *Turres, quibus aqua fontana per tubos ducitur.*
29. *Palatia Fuggerorum.*
30. *Augustæ omnia augusta.*
31. *Civitas hæc in quorũ potestate olim fuerit.*
32. *Varias passa est mutationes.*
33. *Est Civitas Imperialis, & matriculâ continetur.*
34. *Potestas & jurisdictio Civitatis quænam.*
35. *Status ipsius olim Democraticus, hodie Aristocraticus.*
36. *Senatus hodie qualis post Pacificationem Osnabruggensem.*
37. *Syndicos & Consiliarios quot habeat.*
38. *Quidnam de hac Civitate in instrumento pacis Osnabruggensis ordinatum.*
39. *Patriciæ familiæ, quænam Augustæ habeantur, & num. 40.*
41. *Insignia Civitatis quænam.*
42. *Saxum terrâ effossum quale,*
43. *Insignia Civitatis an sint coni, pinei vel strobilus, & num. 45.*
44. *Strobili color qualis.*
46. *Ab Imperatore Friderico libera Civitas facta.*
47. *Privilegium quoad electionem Senatus.*
48. *Libertas Civium, quoad bona extra Civitatem sita.*
49. *Privilegium vectigalis, & n. 61.*
50. *Bona ad Ecclesiasticos devenientia intra annum vendi debent.*
51. *Hostes civibus damnum inferentes ubicunque capi & puniri possunt.*
52. *Ecclesiastici & peregrini ædes adquisitas vendere tenentur Civibus.*
53. *Cives privilegiati sunt contra extranea judicia.*
54. *Quod Vogteia Augustana non debeat vendi vel oppignorari, & quod tempore belli & pacis Civitas tubicines alere possit.*
55. *Privilegium quoad Iudicium criminale.*
56. *Privilegium de derivatione lyci.*
57. *Privilegium quoad steuram Imperialem.*
57. *Privilegium appellationis in causis injuriarum.*
59. *De Civibus jus Civitatis malitiosè resignantibus.*
60. *Habet Civitas jus monetandi.*
61. *Civium immunitas à vectigalibus quoad Victualia.*
62. *De regimine Patriciorum.*
63. *Quod privilegiis Civitatis per privatorum contractus nihil derogari debeat.*
64. *Privilegium appellationis, & num. 65.*
66. *In Duumviri demortui locum statim alius eligendus.*
67. *Quid si Duumviri ægrotent.*
68. *Textorum insignia quænam.*
69. *Recessus executionis Augustanæ refertur.*

1 Augusta, variis nominibus aliis appellatur, veluti Drusomagium, Augustoburgum, Augspurg / Augusta Tiberia, Licatiorum Damasia, Augusta Vindelicia, Vindelica, Vindelicorum, Rhetia, Augusta Colonia, Cisaria, &c.

2 Augusta & Drusomagum Civitas hæc dicta fuit, à nomine Cæsaris Augusti, uti censet Otto Frisingens. *lib. 3. cap. 4.* Dresser. *Isagog. histor. part. 5. de urbib. German. pag. 130.* & à Cl. Druso Nerone Germanico. Imperator enim Augustus, Coloniam militarem eo deduxit, & postquam urbs ea à Cl. Druso Nerone Germanico in Romanorum potestatem, Anno conditæ Romæ 739. redacta esset, eandem vi & Consilio captam, non solùm tanquam victor incolumem passus est, sed ita insuper ornatam reliquit, ut esset monumentum victoriæ perpetuum, mansuetudinis, continentiæ, utque homines viderent, quid expugnasset, tantum illi honorem tribuendum putavit, ut suo eam nomine primùm Drusomagum, & deinde Augusti Cæsaris, vitrici sui, Augustam appellare, & hoc ceu immortali trophæo, memoriam sui nominis conservare voluerit. Nicol. Reusner. *de urbib. Imperial. part. 2. cap. 2. fol. 98.*

3 Ex quo etiam Augustoburgum dici cœpit, quasi Augusti burgum seu oppidum: Burgum enim sive Burgus non solum castrum, sed oppidum quoque muris cinctum, portisque clausum designat, ut dictum est *supra lib. 1. cap. 1. num. 59.*

4 Unde etiam natum Germanicum Augspurg/ ab Augusta & Burg / quasi Augusti Stadt/ Matth. Merian. vel potius Martin. Zeiler. *in topograph. Sueviæ. verb.* Augspurg. ubi addit: Es seye denckwürdig/ daß auß unzahlbaren Städten/ welche deß Käysers Augusti Nahmen hin und wieder in der Welt bekommen / und vor andern berühmt gewesen/ fast allein diese einige Stadt noch übrig ist/ so ihren Nahmen in so viel hundert Jahren nicht verändert hat/ da hergegen alle andere / wie viel auch derselben gewesen/ entweder gantz untergangen / oder doch entweders den Nahmen / oder die Freyheit einer Römischen Coloniæ und Burger-Rechts/ oder beydes mit einander verlohren haben.

5 Cum etiam CL. Tiberius CL. Drusi frater Vindelicam in provinciæ formam redegisset, civitatem hanc in ea primariam de suo nomine Augustam Tiberiam nominavit, Reusner. *d. cap. 2. fol. 92.* Limnæ. *de Iur. publ. tom. 3. libr. 7.*
6 *cap. 4. num. 2.* Dresser. *d. pag. 130.* Fuerunt enim Vindelici populi Illyrici, qui ab origine Danubii usque ad Bataviam, sedes suos habuerunt, & in aliquot nationes divisæ fuerunt, inter quos Licates, sive Licatii ad Licum habitarunt, an dem Lech/ eorumque civitas hæc metropolis, & olim Licatiorum Damasia vocata fuit, Matth. Merian. vel Zeiler. *d. topograph.*
7 *Suev. d. verb.* Augspurg. *in princ.* Indeque Augusta Vindelitia, Vindelica Vindelicorum dicta, à Vindelicis istis populis, vel à Lico dem Lech/ Merian. *d. l.* ubi ait: Theils führten den Namen Vindelica auch von dem Lech her / in welchem allhier die Wertach / oder Werda fällt/ weilen solche Wertach (in welche allda die Sinckel kommt) vor Zeiten Vinda, oder besser Vindo geheissen/ welche Vermischung mitten in Vindelicia geschicht / als davon der Boden-See / und der Inn / wo er in die Thonau kommt/ / die Gräntzen dieses Landes in gleicher Weite angelegen seyn / welche Gegend von den Römern Rhætia secunda genennet worden/ deren Land-Vogt allhier zu Augspurg gewohnet hat.

8 Unde quoque civitas hæc Augusta Rhætia dicta, quod ad confluentes Lici & Viridonis, Werdam vulgò dictam, in Rhætia hac secunda sita, Dresser. *d. pag. 130.* Otto Frisingens. *d. lib. 3. c. 4.* Reusner. *d. cap. 2. in princ.* Limnæ. *d. cap. 4. num. 1.* Sicuti & tota ista Regio ad Alpes usque Vindelicia appellatur, id quod exprimit Ricardus Poëta hisce versiculis:

Respicit & latè fluvios, Vindamq; Licumq;
Miscentes undas, & nomina littoris: unde
Antiquam gentem populumq; urbemq; vocarunt
Vindelicam.

9 Et cum Cæsar Augustus militarem Coloniam undecim annis, duobus mensibus & viginti septem diebus, ante Christi nativitatem eo deduxisset, civitas hæc inde Augusta Colonia dicta, Reusner. *d. l.* Dicta quoque olim fuit hæc urbs Cisaria, Reusner. *d. cap. 2. fol. 90.* ubi
constare dicit, hanc olim, cum alios Deos gen- 10
tiles, & in his quoque Solem, Lunam, Herdam coluisse, more illorum temporum, tùm verò imprimis, superstitione quotidie augescente,
numen veneratam esse singulare Deæ cujus- 11
dam tutelaris, quam Cisam vel Zisam vocant, sive ea Ceres frugifera, sive Cybele turrita fuit, ex cujus nomine urbem Cisariam indigitasse, in cujus honorem & sacra Calendis Octobris instituisse solemnia, & insigne Coni pinei sibi usurpasse, quod ex vetusto marmore comprobari putatur, in quo hoc distichon legitur;

Quem malè polluerat cultura nefaria Divûm,
Gallus monticulum hunc nunc tibi Cisa tulit.

In cujus rei fidem produci solet fragmentum historicum olim vel ab Augusto, vel Paterculo scriptum, quod Reusner. *d. cap. 2. fol. 91.* his refert verbis; Germanos occupatis Rhætis, urbem in planicie sub Alpibus, propè Noricorum fines, ad rapidissimorum amnium confluentes constituisse, vallo & fossa sepisse Cisariam, aut Zisaram, à Cisa vel Zisa Dea, cujus ligneum templum, etiam post deductam Romanam Coloniam inviolatum manserit, deinde vetustate collapsum colli nomen dederit: appellasse: T. Annium Prætorem, ut excursiones cohiberet, eam Calend. Sextil. exercitu circumdedisse: ipsum cum Legione Martia ad Meridiem, qua solum æquo pede, nullo fluvio impeditus erat, castra posuisse: Avarem Bogudis regis filium, eximia indole, Græcis, Latinisque literis imbutum cum equitatu & auxiliaribus Macedonibus, ad Occidentem, qua barbari timerentur, ultra fluvium, vallo circumducto loco angusto consedisse: Post cœptam obsidionem die LIX. qui Cisæ sacer ludum & lasciviam, non formidinem ostentaret, incredibilem barbarorum multitudinem ex proximis sylvis derepentè effusam, castra irrupisse, equitatum omnem cum auxiliis delevisse: Avarem, qui regio habitu insignis in potestatem vivus venisset, fœdè mactasse: Prætorem auxilio properantem ab oppidanis interceptum, acri pugna congressum, oppidanorum Principes Habbinonem & Cacum occidisse: parùm abfuisse, quin reliquos in fugam verteret, nisi illis socii adversa ripa jam victoria potiti, opem ferre maturassent: utrosque deinde conjunctis copiis Romana castra perrupisse: Prætorem, qui tumulum frustra cepisset, ad extremam fortunam fortiter tueretur, obtruncasse: Legionem divinam, ut nec nuncius superesset, internecione occidisse? Unum Verrem Tribunum, transmisso amne in paludibus delitescentem, honestam mortem subterfugisse, quam non multò post Siciliæ Proconsul immani avaritia turpem promeruerit. Hactenus ille.

Originem hujus Civitatis nonnulli à Ja- 12
pheti filiis, ceu Aboriginibus deducunt, statim post diluvium orbis universi eandem conditam esse, & ab his, sive Vindelicam, sive Cisariam nuncupatam esse memorat, quæ deindè anno ante Romam conditam 600. à Marpesia, Amazonum Regina, post occupatam Europam,

ropam, armis expugnata, ac postea restituta, valloque & fossa cincta, in qua ipsa etiam aliquando rerum potita, sed à Rhetis & Suevis iterum postea recuperata & possessa, Limnæ. *d. tom. 3. libr. 7. cap. 4. num. 3.* Post illud tempus quo per Cl. Drusum Neronem Germanicum bello devicta, in fide populi Romani semper permansisse fertur, à quo per Legatos & Proprætores administrata, adversus hostes suos acriter defensa est, collocato in ea præsidio Legionis III. Italicæ. Reusner. *d. cap. 2. fol. 92.* Ubi hac re factum esse dicit, ut Dii Romani, & sacra eorum in urbem primitus recepta fuerint, itaque monumenta passim declarare, Mercurii, Martis, Sylvani, Plutonis, Apollinis, Granii, quorum nonnulla ibi adhuc extent.

13 De antiquitate hujus Civitatis confer Crus. *annal. Suevic. lib. paralip. cap. 18. in pr.* ubi antiquitas, ait, hujus inclytæ urbis tanta est, ut ex vulgaribus ejus annalibus intelligi possit, urbis quoque Trojæ temporibus, aut etiam ante fuisse. Trojam autem reperimus anno ante Christum exhibitum 1491. conditam, & 1181. anno captam fuisse. Initio parvum quid Augusta fuit, à populo rustico & barbaro habitata, sicuti omnium rerum principia minuta esse solent. Postea ab Amazonibus capta, (circiter 1030. ante Christum) præfectum accepit, qui eam firmiorem reddidit. Aliquot annis, fortè 12. ante adventum Domini à Romanis, quando Augustus imperabat, bello frustra petita est. Triennio post, per Tiberium Drusum, privignum suum, Augustam obtinuit Augustus, quam Drusus validis mœnibus firmatam, Augustam nominavit, cum antea aliud nomen habuisset.

14 Religionem Christianam in hanc civitatem intulisse fertur Lucius, homo sanctus & divinus, quam & Campestrius Prætor, barbarâ superstitione repudiata fuit amplexus; quæ paucis annis post, summa Dei bonitate, & clementia adeò invaluit, ut tyrannide nihil obstante Principum Romanorum, Christianis eis impunè esse licuerit, Reusner. *d. cap. 2. pag. 92. & seq.* ubi addit, quod isto tempore publicè designatus fuerit antistes & auctor magisterque religionis colendæ Sozimus, à quo suos deinceps habeat sacrorum Principes & Præsules, inter quos maximè tunc excelluerint S. Sympertus, Caroli Magni ex sorore nepos, fundator ædis primariæ, quæ D. Mariæ Virgini sacra est, & D. Huldrichus Comes Dillinganus, Ottonis Magni Imperatoris Comes perpetuus & individuus, cum quo Hunnos magno prælio in campo Lycatio fudit, tot ædium & societatum religiosarum; quos ambos posteritas pia in Sanctorum communionem benevolentia famaque sustulit. Confer Matth. Merian. sive Zeiler. *topograph. Suev. verb.* Augspurg. ubi ita scribit: Was endlichen das Bistum allhier anbelanget/ so solle zwar die Christliche Religion König Lucius auß Britannien da am ersten geprediget/ und S. Narcissus Gerudensis fortgepflantzet/ und die Hilariam samt ihrer Tochter Affra/ auch ihrem der Hilariæ Bruder Sosimo, der folgends Dionysius genennet worden/ getaufft haben/ welche alle/ wie auch der Affræ (von welcher Bekehrung Welserus einen Commentarium geschrieben) Mägd, Dignam, Eunomiam, und Eutropiam, Gajus deß Käysers Diocletiani Landpfleger/ ums Jahr Christi 303. hingerichtet hat.

Incrementa hujus Civitatis mira fuisse scribit Dresser. *d. part. 5. pag. 131.* ex angusta enim Augusta & tàm ampla facta, ut ambitus illius passus 8682. complecti perhibeatur, cujus amplificationis author fuisse fertur Otto I. qui cum post devictos ad Lycum Ungaros Comitia illic haberet, nec circuitus oppidi angustus tot hospites seu peregrinos caperet, quod ad Comitia veniebant, author fuit oppidanis, ut pomœria proferrent: Hinc in omnes partes protensa & dilatata mœnia in tantam amplitudinem excreverunt. 15

Sita est hæc Civitas in circulo Suevico (cujus est metropolis) ut jam dictum, ad confluentes Lyci & Vindonis, amnes in Rhetia, & parte ejus regionis Vindelicia, & ipsa salubritate cœli, aquarum perennitate, ædium privatarum magnificentia, & publicarum opulentia, opificum præterea multitudine, mercaturarum magnitudine, hortorum, prædiorumque Urbanorum copia & amœnitate, denique omnium rerum abundantia, cœteris Romani Imperii urbibus multò antecellit, Reusner. *d. cap. fol. 93.* Ex quo ocellus & sydus Germaniæ dicitur Reusner. *d. cap. 2. in princ.* Höping. *de jur. insign. c. 6. num. 684.* & per Anagr. Auriga & oculus Mundi. 16 17

Quibus encomiis nos addimus amplitudinem ac nitorem platearum, pavimentum egregiè stratum, ambulacra, porticus, mœnia & aggeres munitissimos; Pictorum aliorumq; artificum rara & insignia opera, curam ac idem politiæ, opulentiam olim civium & pauperum diligentem curam: Habentur enim ædes peculiares pro pauperibus ægrotis, advenis & peregrinantibus, tria receptacula leprosorum, tria habitacula senum, domus pro Siphylide laborantibus, Illustriss. DD. Comitum Fuggerorum sumptibus extructa, adhæc & Hospitale amplissimum, adeò, ut sanorum & ægrorum, divitum & pauperum ratio habeatur accurata. Et in omni Germania nihil magis ipsâ Augusta Vindelicorum apud exteros admirationi est ac in pretio habetur, prout inter alia ex eleganti epistola Danielis Eremitæ, Legati quondam Florentini, videre est, ubi ad finem de ea ita scribit: Augustam mox Vindelicorum appulimus, statimque aderant Urbis Duumviri. In quibus flos hominum Marcus Velserus: vir, in quo nec invidia invenit quod calumnietur. Legationis officio levi oratione peracto, in alia sermonum itum, in quibus ferè solus Velserus auditus est. Nulla ea Civitas benevolentiæ & humanitatis officia intermisit; quod & illi imputandum quem Patrem Patriæ, sicut totius Germaniæ ornamentum, non ineptè indigites. Urbem ipsam tacendo laudavero, ne quid nostræ descriptionis tenuitate detrahatur. Dies nos aliquot in mirandorum operum admiratione & contemplatione detinuit. 18 19

detinuit. Fontes, statuarum elegantissimis ornamentis decorati. Hoplotheca, vario armorum genere instructa. Aquæ ductus ingentes, quibus è proximo flumine haustam aquam per urbem variis meatibus diffundat. Et, quod inter seculi miracula numeres horologii inventum, ad quod nec Memphitici labores, & illæ vastæ pyramidum moles, non Ephesium illud delubrum, non deniq; quicquid Romana manus & seculorum ingenia fecerunt, comparanda. Ipsa quippe natura ad imitationem sui obstupescit; nec reliquum ultra quicquam arti est, nisi natura altera, aut alia fiant. Quicquid in cœlo, quicquid in perpetuo illo & æterno Superiorum domum motu miramur, & in quo minimum pene, quod videtur, vides, illud in uno opere hujus expressum. Imitata est una manus, quod tot secula vix agnoverat; & hujus imitatione collectum, quod ne oculis quidem colligitur. Hic, quicquid Eudoxus, quicquid Chrysippus, & alii cœlestium motuum magistri, longa speculatione observarunt; hic omnium fixorum & errantium motus, hic Solis, hic Lunæ alterius condita & producta varie lumina, quicquid natura fecit, facitque, uno opere, una machina expressum est. Cujus sane mirandi operis solus aspectus facilè longæ Legationis dispendia mereatur. Quod sanè ut omnium operum & artium complementum & finis, ita finis Epistolæ meæ erit. Hactenus Eremita.

20 Quibus ornamentis accedit, addit Reusner. *d.l. ad fin.* Summa amplitudo & dignitas magistratuum, & civium omnium incredibilis humanitas, sapientia, integritas, cum singulari pietate, & ingenii, doctrinæque elegantia conjuncta; ut verè sit, quod dicitur, Augusta, hoc est, maximo Principum auctore suo Augusto, quasi hominis natura ampliore, dignissima, ac imò etiam per se majestatis & dignitatis cujusdam sanctioris plenissima Civitas.

21 Religio utraque tàm Evangelica sive Augustanæ Confessionis, quàm etiam Catholica, ab uno & quod excurrit seculo, in hac urbe viget. Et quidem toto orbe notum, Confessionem Evangelicorum Ordinum Imperii hic primùm lucem aspexisse, & invictissimo Cæsari Carolo V. in celeberrimis Comitiis *anno 1530.* ibi habitis (vulgò der grosse Reichs-Tag) *die 25. Junii* exhibitam fuisse; Ex quo etiam Augustanæ Confessionis nomine hodieq; venit, & Evangelici, vulgò Augustanæ Confessioni addicti vocantur.

22 Templa in hac Civitate quàm plurima reperiuntur, quæ partim ad Catholicos, partim ad Augustanæ Confessioni addictos, sive Evangelicos spectant. Catholicorum templa, monasteria & sacella hæc recensentur.

1. Templum Cathedrale B. Virginis, die Bischöffliche Hauptkirch zu unser Frauen/ quod Episcopus S. Symprechtus ædificare incœpit, & Episcopus Luitolphus anno 991. restauravit & illustrius fecit.
2. Sancti Mauritii, quod Episcopus Bruno anno 1019. ædificari fecit.
3. S. Udalrici & Afræ Monasterium, quod inter alia jus Asyli obtinet, de quo *supra libr. 2. c. 28. num. 18.*
4. Ad S. Crucis Cœnobium, zum heiligen Creutz/ ab Udalschalco, anno 1194. ordinatum.
5. S. Georgii Cœnobium.
6. D. Petri Templum.
7. Dominicanorum monasterium.
8. Jesuitarum Collegium.
9. Minoritarum Cœnobium.
10. Capuzinorum Cœnobium.
11. Carmelitarum Cœnobium.
12. S. Stephani Monasterium, ab Episcopo Ulrico anno 964. pro virginibus Nobilibus, sub disciplina sororis suæ Elisabethæ extructum.
13. S. Catharinæ monasterium.
14. S. Ursulæ monasterium.
15. S. Stellæ monasterium.
16. S. Johannis templum.
17. Sacella S. Antonii.
18. Trium Regum.
19. S. Margarethæ.
20. S. Viti.
21. S. Lamberti.
22. S. Marci.
23. S. Severini.
24. S. Barbaræ.
25. S. Galli.
26. S. Ægidii.
27. S. Salvatoris in Cœmiterio.
28. S. Sebastiani in nosocomio.

Evangelicorum templa, sive ædes sacræ, ante tricennale bellum Germanicum fuerunt. 23

1. Templum D. Annæ.
2. ad Minoritas.
3. S. Ulrici.
4. ad D. Crucis.
5. Spiritus S. in Hospitali.
6. S. Jacobi.
7. S. Georgii intra urbem.
8. S. Wolffgangii } extra mœnia.
9. S. Servatii }

Quæ durante bello hoc ipsis adempta, & triæ posteriora destructa & adhuc diruta, reliqua verò vi Pacis *anno 1648.* divina benignitate reductæ, Evangelico Senatui & Civibus, cum facultate restaurandi destructa, restituta sunt. Et quidem alterum horum templorum, die Kirch zum H. Creutz genandt/ ab eo tempore restauratũ est, in eoq; extruendo Evangelicorum Magnatum ac Procerum, nec non civium munificentia ac liberalitas, sed & horum alacritas in comportandis æreis seu cupreis vasis, ut ære tectum obduci possit, emicuit. Templum autem D. Annæ sacrum *anno 1312.* à civibus Augustanis extructum, & inter Evangelicorum templa primarium est, ad quod cœmiterium quoddam extat, quod Senatus à fratrib⁹ cũ omnibus pertinentiis emit, & in eo *A. 1531* scholã instituit.

Aliis quoq; ædificiis, tàm publicis quàm privatis est splendidissima, inter quæ, ceu majora quædam sydera prominent, curia civitatis, sive domus Senatoria, das Rathhauß/ cui vix ullibi Regium simile Palatium, & Armamentarium, effigie Archangeli Archistrategi ex archichalco imposita conspicuum; cujus non elegans 24 25

legans modò externè structura, hac inscriptione: *Belli instrumento, Pacis firmamento*; sed & internè dispositio elegans & apparatus oculis ambiguus, Limnæ. *tom.3. libr.7. c.4. n.6.*

26 Cætera omittimus, utpotè Crateres ternos, quorum unus est in conspectu curiæ, alter in foro vinario, tertius circa domum textorum, qui Crateres, derivatos ex affabrè & artificiosè adaptatis sibi fistulis seu siphonibus, perpetuò salientes aquas, multa cum spectantium voluptate, neq; nullo utentium commodo excipiunt, fluminum Augustam alluentium effigiebus, jucundisque emblematis, aliisque exornati.

27 Silentio præterimus ædificium jam olim à textorum corpore seu Collegio possessum, Domum panis, Macellum, Laniorum officinam, horrea publica, portam artificiosissimam, quibus homines noctu in urbem absque omni ejusdem periculo intromitti possunt, vulgò der Einlaß/ & ab hac non procul distantes ædes, ubi tolerabili prorsus usura, pignoribus datis, te-
28 nuiorum civium inopiæ succurritur; Turres tres, quibus aqua fontana, per tubos, partim plumbeos, partim ligneos ex abiete ducitur. Una versus Austrum est, ac primaria censetur, quæ illi parti urbis aquam subministrat, quæ in loco magis edito: altera versus septentrionem, juxta clivum, quem vocant murarium, & hæc suburbio B. Mariæ, aquam distribuit: tertia versus Eurum, quæ depressiori loco suburbii S. Jacobi largitur. In primaria turri, fons in plano scaturit ædicula quadam tectus, in hac per modiolos erogatores aqua hauritur, & in acceptatorem infunditur, antlia quin ipsa ad supremum turris cacumen ea pellunt ac trudunt, ubi ex cisterna illa capace in canales ac tubos fluendo descendit, qui pavimento viarum teguntur, & aquam ad salientis conceptacula ducunt.

29 Tacemus ædes privatas amplissimas, pulcherrimas, inter quas præeminent, Palatia Illustriss. DD. Fuggerorum, S. Rom. Imperii Statuum immediatorum & hujus urbis civium, illorumque suburbium peculiaribus portis clausum, 106. ædiculis constans, hortos item amœnissimos.

30 Unde de Augusta non immeritò quis dixit:

Augusta sunt hic omnia, & inclyta;
Quacunq; cernis, templa, domus, fora,
Turres & horti, porticusq;
Mœnia & hospitia & tabernæ.
Augustior Respublica nobilis,
Virtute præstans & sapientia,
Formis puellarum, virumq;
Militibus, ingeniis abundans, &c.

Civitas hæc, postquam à Claudio Druso Nerone, in Romanorum potestatem redacta esset, in eadem usq; ad annum Christi 538. quo Romani tota Germania expulsi sunt, permansisse legitur, Dresser. *d. part.5. p.131.* Ex quo postea in Francorum potestatem devenit, donee Imperium Romanum ad Germanicos Cæsares transiit. Et statuit Albicius, Romanis rebus pessum eüntibus, eam Gothorum, deindè Francorum potestati cessisse, Regibus semper ipsis potius, quam Ducum aut suorum Episcoporum Imperiis obnoxiam, translato indè Romano ad Germanos Imperio, libertate qua recepta, qua retenta, Cæsarum solorum ditioni subditam fuisse, post calamitates Hungaricas, non à Sueviæ Ducibus, aut aliis dominis, sed à Patriciis suorum met Civium familiis, sub Cæsarum protectione, per aliquot annorum centurias gubernatam, Joh. Limn. *d. jur. publ. tom.3. lib.7. c.4. num.4.*

Varias passa est hæc Civitas ruinas, mutatio 32
nes & molestias, de quibus vide Merian. sive Zeiler. *topograph. Suev. d. verb.* Augspurg.

Hodiè Civitas hæc neminem alium supe- 33
riorem recognoscit, quàm solum Imperatorem & Imperium Romano Germanicum, votum & sessionem in Imperii Comitiis & Conventibus Imperialibus obtinet, & in Imperii matriculis continetur, certamque sibi præscriptam equitum & peditum summam habet, de qua ita scribit Joh. Limnæ. *tom.4 libr.7. cap. 4. num. 6. fol. 158.* Der Stadt Augspurg Anschlags wegen / seynd unterschiedene Meynungen. Etliche geben vor / nach dem dieselbe anno 1545. auf 5. zu Roß / und 50 zu Fuß erhöhet worden / seye Sie Mon: tlich bey deß Reichs Hülffen angelegt auf 30. zu Roß / und 200. zu Fuß / thut an Geld 1160. fl. und habe sonsten zu Unterhaltung deß Käys Cammergerichts Jährlich zu geben 250. fl.

Andere schreiben Augspurg zu 25. zu Roß / und 150. zu Fuß / so sich an Geld belaufft auf 900. fl. quæ summa seu norma, utporè maximè exorbitans, quantum nobis constat, summo quidem urbis, civiumque gravamine & incommodo, hodieq; usu servatur. Et addit ibidem Limnæ. *in fin. fol.160.* Audio Augustam Civitatem, ab *anno 1590.* usque huc, Civitatum Imperialium Conventibus non interfuisse, sed à cæteris secessionem fecisse, bene an malè, illis dijudicandum relinquo, quibus de causa constat. Cui tamen vix fides haberi posse videtur, sicuti ex subscriptionibus Recessuum Imperii de *anno 1594. 1598. & seq.* luculenter patescit.

De hujus Civitatis potestate & jurisdictio- 34
ne, ita scribit Welser. *rer. August. f.111.* Augusta, inquiens, & paucæ præterea, admirabili & memorabili in omni fortuna fortitudine, per tot seculorum ordines eluctatæ, unà cum cæteris Civitatibus, quas liberas vulgò quoque appellant, iis hodie legibus vivunt, quibus nec Præsides, qui jam nulli sunt; neq; Principes, præter summum unum, uti imperanti, Romanus orbis patet, respiciant. Quin communi, probataque doctorum hominum sententia, ipsæ Principis jura habeant, Principisque vicem obtineant, Lehman. *Chron. Spirens. libr.4. cap.4. fol. 287.* Postquam Imperium Romanum ad Germanicos Cæsares transiit, sub iisdem Sueviæ Ducibus Civitatem hanc subjectam fuisse refert Crusius *annal. Suevic. part.3. libr.2. cap.17.* ubi ita scribit: A Conrado hoc ultimo Duce Sueviæ, cives Augustani, se suaque in libertatem non parvo asseruerunt argento: Fridericus enim II. Advocatiam Urbis, & Præfecturam Regionis, filio suo Conrado Regi, & hic Conradino filio reliquerat. Nunc verò utraq;

sub-

subjectione (der Land- und Stadt-Vogtey) liberati: in posterum ipsimet sibi & suis municipibus ingenuis (nullo amplius vel Ducis, vel Provinciæ Præfectorum impediente præscripto) proprium Senatum eligere, & civitatis Curatores, Duumvirosve (magistros tunc civitatum dictos, Burgermeister/ consules) & Præfectos urbis (adhuc Stadtpfleger appellari solitos) liberè creare cœperunt: ex quorum consilio & industria, totius Reipublicæ suæ gubernatio penderet: Capitalia tamen judicia, maleficiorumque actiones, ut olim, ita & posthac, penes Imperatoris Vicarios (Regionis, & locum eorum, civitatis Præfectos) manerent. Tunc igitur Consules, sive Duumviri, ab Augustanis creati fuerunt Henricus Schongawer & Luitpoldus Schroter; add. Lehmann. Chron. Spirens. *lib.4.c.4.f.287.* non sine vicinorum (Episcopi & Canonicorum præsertim) invidia indidem. confer *supra libr.1.cap.6.n.22.*

35 Anno 1368. Civitas hæc per tumultum plebis Democratico statu regi cœpit, qui à Carolo IV. Imperatore confirmatus, postmodum *annis 180.* à Carolo V. abolitus, & summa in Rempubl. potestas patriciis gentibus restituta fuit, ex Albic. Limnæ. *d. tom.3. libr. 7. cap. 4. num. 5.* Dresser. *Isagog. histor. part. 5. pag. 133. in fin. & seq.* ubi testatur, quod anno Christi 1548. Cæsar Carolus V. finitis Comitiis, quæ in hac urbe habuit, advocavit Senatum & Cives primarios, copioseque per Seldum JCt. majorum & suam voluntatem, atque studia in eos prædicavit, tùm quia turbulentè multa essent acta, dùm in Senatum allecti fuissent homines de plebe & opifices, repudiavit eos; absque tamen contumelia, & nominatim quos vellet deinceps in Senatu assidere recensuit, nempè Welseros, Relingeros, Baumgartneros, Fuggeros, Peutingeros, quos etiam jurejurando adstrinxit, & adsignato cuique certo munere, novam Reipublicæ formam introduxit, quam etiam voce Præconis nunciari jussit Zeiler. *in contin. itiner. German. cap.12. pag.272.* ubi ita scribit: Zu Augspurg soll vor Zeiten das Regiment bey den Patriciis oder Geschlechtern biß aufs Jahr 1368. gewesen seyn/ in welchem unter Käyser Carln dem Vierdten in einem Aufruhr deß gemeinen Volcks/ solch Regiment geändert worden/ welches auch biß auf Käyser Carln den Fünfften also verblieben/ der Anno 1548. den höhesten Gewalt allda den Geschlechtern wiederum zugestellet hat. Dahero die Herren Pfleger und Geheime Räthe dieser Stadt in ihrem Gegenbericht der Augspurgischen Händeln/ 2c. Anno 1587. getruckt/ am andern Blat b. setzen; daß es vor diesem eben ein solche Regiments-Form allhier gehabt/ wie sie Käyser Carl im acht und viertzigsten Jahr wieder erneuert/ da Er die Zünffte aufgehebt/ und den Patriciis die Obrigkeit wieder restituirt/ welche ihnen die Gemeind/ durch einen Gewaltthätigen/ unversehenen Uberfall/ weil der Rath beyeinander auf dem Rahthauß in Geschäfften der Obrigkeit gesessen/ abgedrungen; daß also Käyser Carls deß Fünfften Handlung und Verordnung nichts anders/ weder emendatio vitiosæ possessionis gewesen seye.

Sed hac de re, ut & de statu urbis antiquo, præcipuè verò, an & quid olim juris in urbem Episcopis fuerit, famigeratissimus Marcus Welserus, hujus quondam reipublicæ Duumvir, in absolutissima historia rerum Augustanarum, & Achilles Gasserus, ac novissimè Auctor deß Historischen Berichts von den alten Reichs-Vogteyen/ part. 2. ad longum videri possunt.

Status hujus reipubl. respectu ad potiorem Patritiorum numerum habito, Aristocraticus est: Quos inter præ cæteris, Duumviri, vulgò Stadtpfleger dicti, auctoritate & potentiâ eminent, qui etiam Cæsareæ Majestatis Consiliariorum honore fruuntur. Lubet autem de 36 Magistratu & officiis hujus Civitatis eorumq; ordine ac numero, ea quæ supra allegatus Zeiler. *d. l.* tradit subjicere: Es sitzen die Zeit im Rath 45. Personen/ darunter ein und dreissig Geschlechter seyn; der Innere oder Geheime Rath bestehet auf Sieben/ darunter die zween Herren Stadtpfleger/ so den höchsten Gewalt allda haben.

Der Burgermeister seynd sechs/ deren drey Geschlechter/ einer von der mehrern Gesellschafft/ der Fünffte von den Kauffleuthen/ der Sechste von der Gemeind.

Im Einnemmer-Amt seynd drey.

Das Baumeister-Amt besitzen auch drey.

Im Steur-Amt seynd vier. So seynd zween Spital-Pfleger/ vier so beym Umgelt-Amt sitzen. Im Ober Pflegamt seynd zween/ und so viel auch im Zeug-Amt.

Das Proviant-Amt verwalten drey/ darnach seynd zween Oberpfleger übers Blatterhauß/ Oberhausen und zur Gesundheit.

Item vier über die Schulen/ auch zween Bibliothecarii, und zween Verordnete über die Truckerey.

Item zween Pfleger über das Fündelhauß/ und drey Handwercksherren.

Es hat ferners die Stadt eine Cantzeley/ etliche 37 Raths-Advocaten/ einen Rathsschreiber/ drey Secretarios, sechs Cancelisten/ einen Obersten über die Stadt Guardi/ und den Reichs-Stadt-Vogt/ 2c. confer Merian. sive Zeiler. *topograph. Suev. verb.* Augspurg.

Cui nos addimus, quod Consiliarios, vulgò Raths-Advocaten nuncupatos, sex habet, quorum senior, vetusto more, interdum Cancellarii titulo salutari solet.

Quamvis autem ad magistratus authoritatem, & senatoriam dignitatem, ac officia publica, post Pacificationem Religiosam, utriusque Religionis viri prudentiores æquè fuerint admissi, attamen cum Evangelici postea ad digni- 38 tates & munera publica paulatim minore numero adsciscerentur, & postmodum ab iis omninò excluderentur; in Pace Westphalica de statu & Republ. Augustana hoc modo conventum est: In specie autem quoad Civitatem Augustam sint septem Senatores Consilii secretioris ex familiis Patriciis delecti, ex his desumpti Reipubl. Præsides duo, vulgò Stadtpfleger dicti, unus sit Catholicus, alter Augustanæ Confessionis. Ex reliquis quinque, tres Catholicæ Religioni, & duo Augustanæ Confessioni addicti.

Senatores reliqui, Senatus, ut vocant, minoris, nec non Syndici, Assessores judicii Urbani, aliique

aliique officiales omnes sint æquali numero utriusque religionis.

Quæstores rei nummariæ sint tres, quorum duo unius, tertius diversæ religionis, ita quidem, ut primo anno duo sint Catholici, unus verò Augustanæ Confessionis, altero duo Augustanæ Confessionis, tertius Catholicus, & sic deinceps alternando singulis annis.

39 Præfecti rei tormentariæ itidem tres parique annua alternatione. Idem etiam circa curam collectarum, annonæ, ædilitii muneris, & si quæ alia sunt officia, quæ tribus committuntur, obtineat: ita quidem, ut si uno anno duo officia (veluti Quæstura & cura annonæ vel ædilitii muneris) penes duos Catholicos, & unum Augustanæ Confessionis sint, eodem anno duo alia officia (veluti Præfectura rei tormentariæ & collectarum) duobus ex Augustana Confessione, & uni Catholico committantur; sequenti autem anno circa hæc officia duobus Catholicis duo Augustanæ Confessioni addicti, & uni Catholico, unus Augustanæ Confessionis surrogetur.

Munera, quæ uni soli commiti solita sunt, pro qualitate rei, vel uno, vel pluribus annis inter Catholicos & Augustanæ Confessionis cives alternentur; eo quidem modo ut de officiis, quæ tribus personis committuntur, nunc dictum.

Templorum tamen & Scholarum cuique parti suarum cura integra servetur. Ii autem Catholici, qui nunc tempore hujus Pacificationis in Magistratu & officiis præter numerum supra conventum supersunt, pristino quidem per omnia honore commodoque fruantur. Verum tamen usque dum eorum loca, vel morte, vel abdicatione vocaverint, vel domi se contineant, vel si Senatui quandoque interesse velint, voto tamen careant.

Neutra verò pars suæ Religioni adhærentium potentia ad deprimendam alterutram abutatur, aut majorem numerum, directè vel indirectè ad dignitates Præsidum, Senatorum, aliorumque publicorum munerum aggregare præsumat, sed quicquid ejus quandocunque & quomodocunque tentatum fuerit, irritum esto.

Proindè hæc dispositio non solùm quotannis, quando de novorum Senatorum, aliorumque officialium in demortuorum locum surrogatione agitur, publicè prælegitor, sed etiam Præsidis, seu Duumviri, Secretiorum, reliquorumque Senatorum, Præfectorum, Syndicorum, Judicum, aliorumque officialium Catholicorum electio, & nunc & posthac sit penes ipsos Catholicos, Augustanæ verò Confessionis addictorum penes eosdem, & defuncto Catholico alius Catholicus, pariterque Augustanæ Confessioni addicto eidem addictus surrogetur.

Pluralitas autem votorum in causis Religionem sive directè, sive indirectè concernentibus, nequaquam attendatur, neque illa Augustanæ Confessioni addictis civibus ejus loci magis, quàm Augustanæ Confessionis Electoribus, Principibus & Statibus in Imperio Romano præjudicet. Quod si Catholici pluralitate votorum in his vel aliis quibusvis negociis in præjudicium Augustanæ Confessioni addictorum abutantur, reservatum his ipsis esto vigore hujus Transactionis ad introducendam, alternationem quinti, Senatoris secretioris, aliaque legitima remedia provocare.

De cætero pax Religiosa, idemque Ordinatio Carolina de electione Magistratuum, nec non transactiones de *annis 1584.* & *1591.* (quatenus huic dispositioni directè vel per indirectum non repugnant) salvæ & inviolatæ per omnia maneant. Prout hæc ita disposita sunt in Instrumento Pacis Cæsareo-Suecicæ, *artic. 5. §. 2. vers. in specie autem. & seq.*

Cæterum, quomodo hæc dispositio, ut & alia plura authoritate Cæsarea in *anno 1649.* ad effectum deducta fuerint, ex Recessu Pacis executorio hujus Urbis, typis vulgato, videre est, quem, ut ex eo totus reipubl. status uno aspectu haberi possit, infra *num. 69.* integrum inserere visum fuit.

Patricios Augustanos quod attinet, cum intra 170. annos multæ antiquarum familiarum penitus fuissent extinctæ, quas refert Crusius *libr. paralipom. cap. 18. fol. 79.* nec præter octo superessent, videlicet: Heerwart/ Welser/ Rehlinger/ Langenmantel vom Sparren/ Langenmantel vom R. Hoffmeyer/ Ravenspurger/ Ilsung. Besold. *thes. pract. verb.* Geschlechter. Senatus anno 1539. ad patriciatus honorem quadraginta & unam familiam evexit, easque Imp. Carolus V. approbavit. Ad quas postea tredecim aliæ matrimoniorum favore pervenisse, & jus prytanei obtinuisse feruntur, & sic recentiores Patriciorum quinquaginta & quatuor recensentur familiæ à Crus. *d. l.* & quidem sequentes. 1. Remmen. 2. Sultzer. 3. Lauinger. 4. im Hoff. 5. Walther. 6. Ulstet. 7. Endörffer. 8. Peutinger. 9. Honold. 10. Müller. 11. Greken. 12. Baumgärtner. 13. Ehem 14. Haintzel. 15. Schellenberg. 16. Fugger. 17. Peroner. 18 Hochstetter. 19. Stätten. 20. Mürsing. 21. Reihing. 22. Jungen. 23. Stamler. 24. Vittel. 25. Pemer. 26 Pocklin. 27. Zelling. 28. Zechen. 29. Tenn. 30. Hartlieb. 31. Stendlin. 32. Menhart. 33. Seitzen. 34. Haugen. 35. Manlich. 36. Weissen. 37. Neidhart 38. Baler. 39. Herlen. 40. Hörman. 41. Vehlin. 42 Rembold. 43. Buzer. 44. Hoser. 45. Rothen. 46. Krausen. 47. Lincken. 48. Rentzen. 49. Rosenberger. 50. Mertzen. 51. Zengmeister. 52. Langnauer. 53. Mayer. 54. Hopffer.

Quibus postea quatuordecim aliæ accesserunt, quas patriciatus dignitate *die 29. Decemb. anno 1627.* Imp. Ferdinandus II. donavit, veluti, 1. Schellenberg. 2. Mey 3. Wanner. 4. Wagner. 5. Spittichhausen. 6. Keller von Zinnendorff. 7. Schiller. 8. Fessenmeyer. 9. Zech von Leibach. 10. Meyer. 11. Holtzapffel. 12. Keller. 13. Bechler. 14. Mathiol. Contra quam novam Patriciorum creationem Senatus quidem tum fuit protestatus, sed inani successu, siquidem creatos admittere ad immunitatem privilegia, omnesque prærogativas, quæ Patriciis competunt, die 10. Martii anno 1629. ab Imperatore fuit jussus, referente Johann. Limnæo *de*

jur. publ. tom. 4. libr. 7. cap. 4. pag. 157. & seq.

40 Verùm in enumeratione hac Patriciorum erratum fuit à Crusio, octo enim familiis Patriciis antiquis tùm superstitibus (è quibus jam tres, nempè: Langenmantel vom Sparren/ Hoffmeyer und Ravenspurger/ emortuæ, ut non restent nisi quinque) Anno 1538. Consulibus Georgio Hörwarto, & Zimperto Hosero, pari honore adjecti fuere 39. familiæ, quæ jam ante 50. & plures annos, cum Patriciis antiquioribus, per cognationem & adfinitatem, fuerunt associatæ, utpote: 1. Artzt. 2. Baumgartner/ Liberi Barones. 3. Dettigkofer. 4. Eggenberger/ jam in ordinem Principum evecti. 5. Ehem. 6. Endorffer. 7. Fugger/ jam tum Comites Imperii. 8. Funcken. 9. Honold. 10. Herlen. 11. Hörlin. 12. Haintzel. 13. Haller. 14. Jungen. 15. Im Hoff. 16. Lauginger. 17. Meuting. 18. Mair. 19. Neidhart. 20. Pfister. 21. Preußschuh. 22. Peitinger. 23. Reihing. 24. Regel. 25. Rembold. 26. Raten. 27. Remen. 28. Rudolff. 29. von Stetten. 30. Sultzer. 31. Schmucker. 32. Stammler. 33 Sättelin. 34. Schoner. 35. Böhlin. 36. Vittel. 37 Ulstatt. 38. Vögelin. 39. Walter. Quibus anno 1649. adhuc aliæ additæ fuerunt, videlicet: die Weissen / Zöbel und Amman. Et tandem ad requisitionem Cæsaream anno 1653. familia der Koch von Geilenbach.

41 De insigniis hujus Civitatis variæ extant Dd. sententiæ, Theod. Höping. *de jur. insig. c. 6. n. 987. & seq.* ubi ait; insignia, ut putat Dresser. *Isagog. histor. part. 5. verb. Augusta.* non sunt à Claudio Tiberio, Cl. Drusi fratre, quasi is cum Vindeliciam in provinciæ formam redegisset, eandem urbem de suo nomine, Augustam Tiberiam vocitarit, & Insigne, quod formam Piramidis haberet, reliquerit: Neque ut Münsterus *lib. 3. Cosmogr. c. 340.* Reusner. *de urbib. Imper. part. 2. c. 2.* auctores sunt, ob cultam ibi Cybelen sive Cererem, Ethnicis virginem fertilitatis Divam, signum factum coni pinei, ein Tannzapffen / quam vulgus Uvam intellexit, dixitq; etiam pyrum, cum pyramidem Civitatis appellare debebat: aliis immaturum fragum appellantibus: Neque ut Ulyss. Aldrovand. *libr. 1. Ornithol. tit. usus Aquilar. in insign. pag 96. tom. 1.* vult, arma antiquissimæ hujus Romani Imperii Civitatis sunt Aquila biceps, cujus utrumque caput diademate insignitum sit, ac cujus utriusque in medio, paulò altius tamen, quam caput vel hoc, vel illud contingat, corona conspiciatur, in pectore verò scutum, quod ab una parte ferat animal statuta erecta, ab altera transversalem bestiam. Sed illustrius à prima Coloniæ constitutione & agrorum divisione superest monumentum, saxum scilicet altitudine quinque pedali circiter, quod ante aliquot annos terræ effossum inibi, ad D. Ulricum

42 nunc spectatur. Cujus effigies, licet vetustate arrosa, Augustanorum tamen insignium speciem refert. Hoc saxum terminum fuisse dubium non est, tùm quod Flaccus scribat, nonnullarum territoria finiri lapidibus positis præsignibus, qui à privatorum terminorum forma differant: tùm quod inter schemata, quæ Aggenus Urbicus libello de limitibus subjecit, hujus generis terminos cipporum aut columnarum forma, quibus vel statuæ, vel alia (nec enim satis discerni possunt) sint imposita. Hoc saxum resiniferæ alicujus arboris (pini strobilum, ein Zirlin Nuß alii) nucem exprimere dubium non habet. Cujus rationem addit Höping, *d. c. 6. n. 993. & seq* hanc, notum esse, inquiens, Provincias, Urbesque rerum, quarum maxime feraces sunt, præferre symbola. Et *num. 997.* addit, quod Patrio Urbis Augustanæ sermone *Pyr* dicatur, non à pyro, Germanis Bim/ sed à Pyramo, quæ apud Boëtium termini rotundi acuti appellatio est, unde generatim nomen mansit, & ad symbolum transiit. Quod etiam plurimis confirmat Marcus Welser. *rer. Augustan. lib. 4. p. 75.* Provincias, inquiens, ur- 43
besque rerum, quarum maximè feraces sunt, præferre symbola, credibile dictu, quot exempla in medio. Quis nummariam antiquitatem unquam attigit, quin spectatum habeat, Africam Elephante aut Scorpione, Arabiam Camelo, Ægyptum Crocodilo, & has omnes, uti etiam Alexandriam, Tyrum atque Judæam, palmâ vel palmæ ramo designari? Quis pisces in nummis maritimarum urbium Syracusanarum, Catanensium, Thuriorum, Massilensium? Spicas & frumenti grana, fertilitatis argumento, in Hispania, Africa ac plerisque Siciliæ & Magnæ Græciæ Urbibus, non observavit? Propius ad res nostras, Mamertini Martis capiti (Mars Osca lingua Mamers dictus, ut Festus) piceæ fructum addiderunt, quia ad eorum Urbem sylva ferens picem optimam, uti Strabo notavit. Jam cum Alpes & Rhætia reliqua plurimas Coniferarum arborum sylvas habeat, ac Plinius prodiderit, laudatissimam abietem, in Alpibus & Appennino nasci, eoque forsan Virgilius respexerit,

- - - *abies in montibus altis.*

Deinde alpina Larix Romanis propè miraculo fuerit, quippè quam flammis non obnoxiam, falsò licet, crederent, quod Vitruvius, Plinius, Palladius, referunt: Ideò Tiberius concremato ponte naumachario, larices ad restituenda cædi ex Rhætia jusserit, inter quas fuit amplissima arborum ad id ævi Romæ visa (Plinius memoriæ consignavit) trabs è larice, longa pedes CXX, bipedali crassitudine æqualis, quo intelligeretur vix credibilis reliqua altitudo, fastigium ad cacumen æstimantibus. Quid est cur dubitemus, quo strobilus in principe provinciæ urbe pertineat? Quæ si hoc modo habent, in Symbolo Augustano strobilum tantum considerabimus, reliqua parergorum loco ducentes, sive strobilus columnæ capitulo imponatur, sicut elegantiæ causâ vulgò fit: Et capituli quidem iconculam turritam fingunt, quo si Cybilam hîc olim cultam innuunt, non probo, si Coloniæ aut etiam Provinciæ illam imaginem esse volunt, non valdè improbo, & si malim nihil à saxeo termino, aut à nummis, utrumvis sequi placeat, mutari, quod etiam antiquitati venerationem deberi existimem: sive pediculo insistat minoris operæ, tornatili specie, qualem in nummis aspicimus, qualemque majores prætulisse intelligimus,

publicum quippe signum, quo Respublica etiamnum utitur, ita sculpendum curaverunt, &c. confer Limnæ. *d. Iur. publ. tom 3. libr. 7.*

44 *cap. 4. num. 4.* Colorem hujus strobili quod attinet, certum illum viridem esse, qualem natura ante plenam fert maturitatem, scutum rubro & candido, jucundissimis omninò exornatur coloribus, longo post tempore juxta antiquos Germanorum mores, de quibus Tacitus, assumptis, Höping. *de Iur. insign. d. cap. 6. num 998.*

45 De hujus Civitatis insigniis ita scribit. Matth. Merian. sive Zeil. *topograph. Suev. verb.* Augspurg. Es führet die Stadt zum Wappen ein Pine/ Trauben oder Apffel/ und ist zu vermuthen/ weilen diese Landsart viel spitzige Nußbäume/ als Dannen/ Fiechten/ Föhren oder Rothdannen/ Wildfiechten und Lerchenbäume/ ꝛc. hat/ daß dessen zu gedencken/ eine dergleichen Frucht / in der Stadt Wappen kommen seye / und es also nicht eben ein Zirbelnuß in specie seyn/ oder von der Göttin Cybeles oder Cisæ Bildnus/ (welche/ ob sie die Augspurger verehret haben mögen / noch ungewiß ist) oder deß Drusi Gemahel herkommen muß.

46 Varia hæc Civitas ab Imperatoribus habet privilegia, veluti 1. Anno 1162. ist Augspurg von Käyser Fridrich dem Ersten / zu einer Reichs- und Freystadt gemacht worden / hat auch Fürstliche Recht und Gerechtigkeit erlangt. Also daß sie nimmehr eine unter den vier Hauptstädten und Säulen deß Reichs/ welches ihr/ daß sie noch den andern dreyen vorgezogen/ nicht eine geringe Ehre ist.

47 2. Anno 1266. hat König Conrad der Letzte/ Hertzog in Schwaben/ die Burgerschafft zu Augspurg befreyet/ daß die hinfüro ihnen selber auß ihren Geschlechten einen eignen Rath erwählen möchten/ und Stadt-Pfleger/ an welchen das gantze Stadt-Regiment soll gelegen seyn/ zu machen gute Macht hätten.

48 3. Anno 1276. hat Käyser Rudolff der Erste die Stadt Augspurg mit dieser Freyheit begnadet/ daß der Burger Güter/ Gründe/ und andere ihre Possess, ausser der Stadtmauren gelegen/ keinerley Vogtey Rechten solten unterworffen / noch einige Frohn oder Dienst zu leisten schuldig seyn.

49 4. An. 1294. hat Käyser Adolff gemeiner Stadt Augspurg diese Freyheit gegeben / daß von allen Sachen/ die so wol die in die Stadt / als darauß geführet würden/ der gebührende Zoll an allen Thoren/ den Herren gereicht und außgericht soll werden.

50 5. Anno 1306. hat Käyser Albrecht die Stadt Augspurg befreyet / daß die unbewegliche Güter / so Erbschaffts-weiß an die Geistliche gefallen / innerhalb eines Jahrs / allein den Bürgern allhier sollen verkaufft werden.

51 6. Anno 1344. hat E. E. Rath vom Käyser Ludwig diese Freyheit erlangt/ daß sie ihre abgesagte Feinde/ so sie oder ihre Mitburger und Unterthanen / mit Brand oder in andere Weg/ an Leib oder Gut / zu beschädigen sich unterstünden / nicht allein wo sie dieselbige betretten/ gefänglich annemmen/ sondern auch samt ihren Unterschläuffern / ohne alle Scheu und Gefahr/ nach ihrem Verdienst hinrichten mögen.

52 7. Anno 1349. hat Käyser Carl der Vierdte/ die Stadt Augspurg gnädiglich befreyet / daß keinem Geistlichen oder Fremden und Außländischen zugelassen seyn solte/ ein eigen Hauß in der Stadt innzuhaben/ oder einiges Ererbtes zu besitzen/ sondern so fern er nicht Lust hat Burger zu werden/ dasselbige einem eingesessenen Burger verkauffen solte.

8. Anno 1355. hat Käyser Carl der Vierdte / der 53
Stadt Augspurg diese Freyheit gegeben / daß nemlich kein Burger für keinen außländischen Richter/ er wäre jetzt gleich ein Land- oder Hofrichter / solte geladen werden/ oder zu erscheinen gezwungen werden / bey Straff 50. Marck löthiges Golds / und Cassirung deß Urthels/ welches auch in Anno 1501. von Käyser Maximiliano I. wiederholet worden/ welches Privilegium referiret Joh. Limnæ. *libr. 7. cap. 4. num. 7.* Merian. *topograph. Suev. verb.* Augspurg *fol. 5.* allda er in fine vermeldet/ daß Anno 1468. ihrer zween allhier geköpffet worden / welche wider ihre Burgerliche Pflicht und Eyd/ ja auch wider die Freyheit ihres Vatterlands/ ihre Mitbürger in fremden Gerichtszwängen / sonderlich aber an dem Westphälischen Gericht / mit Recht vorgenommen hatten.

9. Anno 1426. hat Käyser Sigmund der Erste/ 54
dem Rath zu Augspurg diß Privilegium geben und bekräfftiget / in welchem versehen/ daß die Vogtey der Stadt Augspurg von keinem Käyser nimmermehr verkaufft oder verpfändet werden möge/ und wurde demselben angehenckt / daß ins künfftig beedes die Land- und Stadtvögt allhier/ auf- und anzunemmen/ ja auch dieselben abzusetzen / dem Rath jederzeit frey stehen solte/ jedoch mit dem Vorbehalt / daß der vom Rath angenommene Land- oder Stadt-Vogt / dem Käyser dieselbe zu confirmiren/ zuvor namhafft gemacht/ und fürgestellt würde: Eben dieser Käyser gab der Stadt auch diese Freyheit / daß sie so wol zu Kriegs- als Friedenszeiten Trompeter und Zinckenbläser offentlich halten möchten.

10. Anno 1446. gab Käyser Friderich der Dritte/ 55
der Stadt Augspurg diese Freyheit und Regalien/ daß der Rath hinfüro allezeit selber Malefitz-Recht in geheim besitzen/ und die Ubelthäter zum Tod in der Stille/ nnd in verschlossenen Zimmer auf ihrem Rahthauß/ doch daß der Stadtvogt / als Præsident / auch darbey wäre/ zum wenigsten durch 24. Beysitzer/ mehrer Ruhe und Stille halben/ vertheidigen möchte.

11. Anno 1462. gab Käyser Fridrich der Dritte der 56
Burgerschafft zu Augspurg diese Freyheit / daß sie den Lech von dannen an/ da er entspringt / biß zu der Stadt/ unverhindert leiten / und wo derselbe nachtheilig und hinderlich wäre/ solches nach Nothdurfft abstellen / deßgleichen auf beeden Seiten so wol an gemeltem Lech/ als der Wertach ihr Vieh weiden/ fischen/ voglen/ und alter Gerechtigkeit nach/ auch Wildschwein hetzen und jagen möchten.

12. An 1473. hat Käyser Friderich der Dritte sich 57
mit dem Rath zu Augspurg verglichen / daß derselbe hinfüro jährlich mehr nicht/ dann 400 fl. in Gold/ für gemeiner Stadt Schatzung / welche man die Reichssteur nennet / und so die Römische Käyser von dieser Stadt jedes Jahr einzunemmen haben/ zu erlegen solte schuldig seyn.

13. Anno 1506. hat der Röm. König Maximilia- 58
nus I. der Stadt Augspurg die Freyheit gegeben / daß um Sachen / Injurien/ Item Leibsbeschädigung betreffend/ es seyen Würff / Stich / Stöß / Lähme/ Beinschröte / oder fliessende Wunden / hinführo in ewige Zeit von einer Urthel oder Decret vom Rath oder Gericht gesprochen / niemand appelliren / dingen/

gen/weigern/nichtig sprechen/ suppliciren oder reduciren soll noch mag/in kein Weiß noch Weg.

59 14. Anno 1521. hat Käyser Carl der Fünffte der Stadt Augspurg auß sondern Gnaden / den Gewalt und Freyheit gegeben/die jenige Burger/so mit Unwillen das Burgerrecht aufgeben / und zu Verhöhnung desselben sich anderswo Häußlichen niderlassen / den Rath aber in andern Gerichtszwängen/ mit Recht fürzunemmen sich unterstunden / welcher Orten sie auch betroffen werden könten/ aufzuhalten / in Verhafft zu nemmen / oder gar als andere Ubelthäter gefangen hieher zu bringen.

60 15. An.1522. begabte Käyser Carl der Fünffte/die Stadt Augspurg auß hohen Gnaden/mit diser Freyheit/ daß sie Macht haben solte / Silber und Gold in dem Werth/wie es sonsten im Reich gangbar/zu müntzen.

61 16. An.1541. hat Käyser Carl der Fünffte/die Statt Augspurg befreyet / daß die Burger Zollfrey seyn solten/mit all ihren Victualien/was sie hieher führen/ wo sie es gleich herbrächten.

62 17. An.1552. hat Käyser Carl der Fünffte/zu Augsp. das Geschlechter Regiment privilegirt / nemlich auf ein Ewiges wider dasselbe/bey Verlust Leib und Guts/ nichtzit weder zu reden noch zu thun.

63 18. An.1559. hat Käyser Ferdinand/gemeinen Nutzen der Stadt Augspurg zu gutem / die Gnad gegeben/ daß den Privilegien oder Freyheiten nichts solte benommen seyn / noch der Stadt zum Nachtheil gereichen / wo etwa ein Privatperson in Verträgen oder Verpflichtungen / von diesen Rechten entweder auß Noth oder auch muthwillig weichen solte.

64 19. An.1594. hat Käyser Rudolff der Ander / den 30. Jul. zu Prag / dieser Stadt Augspurg das Privilegium und Freyheit gegeben/nemlich/ daß von E.E. Raths und Gerichtsend-oder bey Urtheilen / da die Hauptsach nicht über 600.fl. Reinisch in Gold antreffe / wie auch in allen Fallimenten und der Kauffleuth Handlungen/keinem Burger/Innwohner oder Fremden ferners zu provociren/zu dingen/und zu appelliren zugelassen seyn solle.

20. An.1627. hat Käyser Ferdinand der Ander/ der 65
Stadt Augspurg Privilegia de non appellando, nicht allein allergnädigst confirmiret/ sondern auch in vim statuti dahin extendiret / daß von keinem Extrajudicial-oder Raths-Decret, was und wie hoch selbige antreffe / noch auch von keinen Decreten und Urtheilen in liquidirten Schulden/Kauffmannshandlungen/Wechsel-und Fallimentssachen / oder Leibsbeschädigungen/von niemand an höhere Orth provocirt werden solle / nisi facta paritione, alsdann solle die appellation gradatim offen stehen/ doch præstitis præstandis.

21. An. 1607. extendirt Käyser Rudolff II. Käy- 66
ser Caroli V. Wahlordnung / daß auf Absterben eines Stadt-Pflegers/ ein anderer / auch unerwartet der gewöhnlichen Wahlzeit/erwählet werden möchte.

22 Anno 1613. extendirt Käyser Matthias solch 67
Wie dann auch / so viel die Jurisdictionem Ecclesiasticam, und dann die Bestellung Kirchen- und Schuldiener betrifft / man es bey dem lasset / was in dem Friedenschluß derentwegen disponiret ist / jedoch / daß die Augspurgische Confessions-Verwandte Kirchen- und Schuldiener dem gesamten Magistrat in politicis, wie herkommen / gehorsam und unterworffen seyn sollen.

Jn Versorgung der Dürfftigen / Presthafften und Krancken / in dem Hospital / Siechen- und Seelhauß / wie auch in Außtheilung der Spent und allen andern Allmosen / solle kein Unterschied wegen der Religion gehalten / sondern allen Nothleidenden ins gemein auß Christlicher Liebe beygesprungen / und samtlichen so viel müglich / gleich gehalten werden.

Uber diß ist noch ferners vorkommen und gut befunden / daß in Ein- und Aufnemmung neuer Burger / kein Unterschied der Religion wegen gehalten / sondern vornehmlich dahin gesehen werden solle / damit gemeine Stadt und Burgerschafft mit frommen / ehrlichen und unverleumten Leuten / und welche der Leibeigenschafft nicht unterworffen / besetzt und vermehret werde möge.

Es sollen auch bey diesen noch währenden / höchstbeschwerlichen Zeiten und Läuffen / die Statuta, wie es wegen deß Vermögens und Einzuggelds zu halten / nicht also stricte und genau in acht genommen / sondern biß auf verhoffende bessere Zeit / nach Befindung der Personen / eine moderation ergriffen / und da die andere requisita vorhanden / dieselbe aufgenommen werden.

Alle und jede Burger beeder Religion (nur allein die Patricios außgenommen) sollen durchgehends nach Anleitung der hiesigen Statuten in die Zünfften angewiesen / und einer oder andern einverleibt werden. Bey den Wundärtzten / Barbierern und Badern aber / solle in acht genommen werden / wie es bey andern Reichs-Städten / und sonderlich der Stadt Ulm und Augspurg / gebräuchig und herkommen.

Die Augsp. Confess. Verwandte mögen einen eignen Organisten und Meßner bestellen / welche sie aber ohne deß ærarii und deß Catholischen Meßners Entgelt / zu unterhalten schuldig seyn sollen.

Demnach auch ratione sessionis & præcedentiæ zwischen beederseits Religionen Raths- und Gerichts-Verwandten etwas Jrrung und Zweifel entstehen wollen / ist dieses entschieden / wie die absonderliche gefertigte Signatur Num. 2. außweiset.

So dann ist auch vorbehalten / daß wofern etwan ein oder ander Punct / so der Commission anhängig / sich eignen und weiter fürfallen möchte / daß beederseits Religions-Verwandten unbenommen seyn solle / solches mit guter Außführung an beeder außschreibender Fürsten / Fr. F. Gn. Gn. als Käyserl. Executions-Commissarios unterthänig zu bringen / und deroselben fernern gnädigen resolution und Entscheids darüber zu erwarten.

Zu Urkundt dessen ist gegenwärtiger Receß in quadruplo originaliter außgefertiget / von oberwehnten Käyserl. subdelegirten Commissariis neben Fürdruckung dero Adelichen und gewohnlichen Pettschafften eigenhändig unterzeichnet / und davon denen Fürstl. Costantzisch- und Würtembergischen Herren Abgesandten zwey / so dann einem Ehrsamen Magistrat beeder Religionen zwey Exemplaria eingeliefert worden. So beschehen in deß H. Reichs-Stadt Biberach den $\frac{1.\ May}{21.\ April}$ im Jahr nach Christi unsers einigen Seligmachers und Erlösers Geburt / 1649.

Wolff Christoph von Bernhausen. (L.S.)	**Hans Albrecht** von Wöllwart. (L.S.)
G. Köberlin / Dr. (L.S.)	**Bernhard Planer / Dr.** (L.S.)

Copia

Copia Neben-*Receß.*

Die Herren P. P. Capucinos betreffend.

Demnach in deß Heil. Reichs-Stadt Biberach bey der Executions-Handlung / zwischen beederseits Religions-Verwandten / wegen der Herren PP. Capucinorum Zweifel und Mißverstand in deme vorgefallen / daß die Catholische davor gehalten / weilen die Patres schon Anno 1615. von gemeiner Stadt aufgenommen / ihr Closter nechst an der Stadt Anno 1617. erbauet / und von ihnen biß auf die Anno 1632. occasione deß leidigen Kriegs erfolgte demolition, also in-vor-und nach dem 1. Januarii 1624. bewohnet / das Exercitium Catholischer Religion / in-und ausserhalb der Stadt frey / offentlich / und ungehindert geübt / daß sie biß zu wieder Erbauung deß Closters in der Stadt zu gedulden / und keines wegs außzuschaffen seyen.

Hingegen die Augspurgische Confessions-Verwandte der Meynung gewest / weilen die Patres Anno 1624. primo Januar. in der Stadt nicht gewohnet / noch auch ein eigen oder absonderliche Kirchen oder Exercitium in der Stadt gehabt / daß man auch fürters dieselbe in der Stadt mit eigen oder absonderlichem Exercitio zu lassen nicht schuldig / sondern die Patres außzuweisen seyen.

So ist die Sach endlich dahin gestellet / abgehandelt und verabschiedet worden / daß mehrgedachte Patres, ihr bey der Cantzley neuerbautes Kirchlein vor die Stadt hinauß transferiren / auf ihren alten Platz vor der Stadt wiederum bauen / auch in-und ausserhalb der Stadt ihr Exercitium, wie sie es Anno 1624. gehabt / anstellen und continuiren mögen: So dann biß daß sie zwischen hier und nechstkünfftigen St. Johannis Tag / zu ihrer Wohnung auf jetztgedachten Platz vor der Stadt etwas zurichten / in der Stadt in einem andern Privathauß sich aufhalten / wie nicht weniger den von ihnen angesäeten Cantzley-Garten noch diesen Sommer hindurch nutzen und niessen mögen / die Cantzley aber alsbalden quittiren / die Schlüssel Herrn Amts-Burgermeistern zu handen liefern / auch das Oratorium beschliessen / kein Exercitium Religionis weiter darinn üben / und ihre mobilia nach und nach mit Gelegenheit anderwerts hin transferiren / wie ingleichem zwischen den Raitnauischen Erben / als Fundatorn, und gemeiner Stadt ein Revers, wie dem alten Concept und der Sachen gemäß seyn wird / verglichen und aufgerichtet / und demselben / sonderlich daß sie Patres Capucini weder den Amts-Seckeln oder gemeiner Burgerschafft ihres Unterhals halber / oder in andere Weg beschwerlich seyn wollen / einverleibt / und im übrigen sie Patres bey dem Statu Anni 1624. gäntzlich gelassen / und von niemand darwider betrübt oder beschwöret / auch was diß Orts ein-und ander Seits eingangen oder nachgeben / anderer Orten in einige Consequentz nicht gezogen werden solle.

Dessen zu Urkundt / ist dieser Neben-Receß aufgerichtet / gleich dem Haupt-Receß in quadruplo gefertiget / und mit der Herren Käyserl. subdelegirten Commissarien fürgedruckten Adelich-und gewohnlichen Pittschafften / auch eignen Hand Unterschrifften bekräfftiget / außgetheilet worden. So geschehen in deß H. Reichs-Stadt Biberach den $\frac{8. \text{May}}{28. \text{April}}$ Anno 1649.

Der Röm. Käyserl. Majest. allhier anwesende subdelegirte Commissarii,

Wolff Christoph von Bernhausen. (L.S.)	Hans Albrecht von Wöllwart. (L.S.)
G. Köberlin / Dr. (L.S.)	Bernhard Planet / Dr. (L.S.)

Copia Decreti die Præcedenz betreffend.

Demnach bey deren allhier anwesenden Käyserl. Subdelegations-Commission zwischen beederley Religions-Verwandten dieser deß Heil. Reichs-Stadt Biberach der Præcedentz und Besitzung deß Raths halber / Irrung entstanden / auch darinnen Entscheid begehrt worden: Als ist die Sache dahin entschieden / daß hinfüro zwey Bänk gehalten / und so wol im Sitzen als Votiren folgende Ordnung solle observiret werden.

Catholischer Burgermeister. Augsp. Confessions-Verwandter Burgermeister / cum alternatione, nach dem sie im Amt seyn.

Beständig.

Catholischer Patricius.	Augsp. Conf. Verwandt.
Catholischer Patricius.	Augsp. Confess. Verw.
Cathol. Patric.	Cathol. Patric.
Cathol. Patric.	Augsp. Conf. Verw.
Cathol. Plebejus.	Augsp. Conf. Verwandt.
Augsp. Conf. verwandt.	Catholischer.
Augsp. Conf. verwandt.	Catholischer.
Augsp. Conf. verwandt.	Catholischer.
Augsp. Conf. verwandt.	Augsp. Conf. Verwandt.

Zum Fall auch mehr Patricii, von welcher auß beeden Religionen die gleich seyen / in Rath erwöhlet werden / sollen sie ohne Unterscheid der Religion vor den andern den Vorgang haben / wie Herkommens: So viel aber sonsten die Præcedentz ausser dem Rahthauß / bey Hochzeiten / Leichbegängnussen / oder dergleichen actibus publicis belangen thut / sollen beede Hn. Burgermeister / als der Catholische und Augsp. Conf. Verwandte / nach dem sie im Amt seyn / gegen einander alterniren / denen der älteste Catholische Geheime / auf solchen ein Augsp. Confess. Verwandter Geheimer / so dann wieder ein Catholisch Geheimer folgen / und dann darauf der letzte Augsp. Conf. verwandte Geheime gehen / mit den übrigen Rathsverwandten aber / solle es bey dem alten Herkommen / daß nemlichen die Herren Patricii die Præcedentz haben / die übrige aber alternatim folgen sollen / ungeändert verbleiben / auch im Gericht und grossen Raht die Abtheilung der Bänck und alternation, samt der Geschlechter Præcedentz / gleich wie im Rath gehalten werden. Signatum Biberach / den $\frac{8. \text{May}}{28. \text{April}}$ Anno 1649.

Der Röm. Käys. Majest. allhier anwesende subdelegirte Commissarii,

Wolff Christoph von Bernhausen. (L.S.)	Hans Albrecht von Wöllwart. (L.S.)
G. Köberlin / Dr. (L.S.)	Bernhard Planet / Dr. (L.S.)

Copia

Copia Decreti.

Das Geleüt oder Glocken betreffend.

DEmnach zwischen beeden Religions-Verwandten in deß H. Reichs-Stadt Biberach/ Zweifel und Irrung in dem vorgefallen / daß die Augspurgische Confessions-Verwandte Geleut oder Glocken / pari jure mit den Catholischen zu gebrauchen begehrt/ die Catholische aber dafür gehalten / daß darinnen/ als in einer den Ecclesiasticis anhangender Sachen / es præcise bey dem gemeinen termin deß 1624. Jahrs/ und dessen Observanz zu lassen; So ist in Erwegung aller Umständen/auch um mehrern Friedens/Ruhe und guten Vernehmens willen/ die Sache in Güte dahin gestellet/daß die Augsp. Conf. Verwandte/ da sie wollen/ sich deß Geleüts hinfürder/ gleich den Catholischen gebrauchen mögen. Signatum Biberach den $\frac{8.\text{ May}/}{18.\text{ Aprill}/}$ Anno 1649.

Wolff Christoph von Bernhausen. (L.S.)
Hans Albrecht von Wöllwart. (L.S.)
G. Köberlin/ Dr. (L.S.)
Bernhard Planer/ Dr. (L.S.)

Copia Decreti,

Die Bestellung deß Ehe-Gerichts Evangelischer Seits betreffend.

DEmnach der in das H. Röm. Reich publicirte allgemeine Friedenschluß/das Jus diœcesanum & totam Jurisdictionem Ecclesiasticam bey denen Catholischen über die Augsp. Confess. Verwandte suspendirt/ hingegen dieselbige allen und jeden der Augsp. Conf. Verwandten Ständen / biß zu allgemeiner Religions-Vergleichung völlig attribuirt und zueignet. Als hat in Krafft obvermeldten allgemeinen Friedenschluß/auch ein Ehrsamer Magistrat Evangelischer Seits/dieser deß H. Reichs-Stadt Biberach / gleich allen andern der Augsp. Confess. Anverwandten Ständen deß Reichs/ gut Fug/ Recht und Macht / ein eigen Consistorium und Ehe-Gericht nach Belieben zu bestellen / zu ordnen/ und sich dessen auf alle und jede begebende Fäll und Gelegenheit ruhiglich zu gebrauchen. Signatum Biberach / den $\frac{30}{20}$ Aprill/ Anno 1649.

Der Röm. Käys. Majest. anwesenden subdelegirten Executions-Commission Directorium.

(L.S.) Hans Albrecht/ von Wöllwart.
(L.S.) Bernhard Planer/ Dr.

Bisanz / *vide lib. 4. cap. 1. num. 17. & seq.*

CAPUT V.

Bopffingen / *Bopfinga.*

Summaria.

1. *Bopfinga vetus est urbs, & ubi sita.*
2. *Est Civitas Imperialis, & in Matricula continetur.*

1 BOpfinga, Bopffingen/ sive Popfingen ad Egram sita & Rhætiæ finitima, unde nomen habeat & à quo condita fuerit, non constat, est tamen Civitas pervetus & antiqua virtute & fide prædita, Nicol. Reusner. *de urbib. Imperial. part. 2. cap. 29.*

2 Estque Civitas Imperialis, in Comitiis tàm Circularibus, quàm Imperialibus votum & sessionem habet, summamque ex peditum in Imperii Matricula sibi assignatam habet, ist *anno 1545. & 1551.* um 1. zu Roß/ und 3. zu Fuß geringert worden / gibt solchem nach Monatlich zu Fuß 6. thut an Geld 24. fl. zu Unterhaltung deß Käyserl Cammergerichts soll sie Jährlich geben 20. fl. Joh. Limnæ. *de jur publ. tom. 4. l. 7. ad c. 38. p. 291.* Cum Civitates Imperiales cum Würtembergicis Comitibus bellum gererent *anno 1378.* Bopfingenses vicinam arcem fossæ oppidi sui dejecerunt: Steinbergium & servum ejus, inibi captos, capitibus plexerunt, Crus. *annal. Suev part. 3. c. 12. p. 291.* Merian. *topograph. Suev. verb.* Popffingen/ *fol. 8.*

CAPUT VI.

Bremen/ *Brema.*

Summaria.

1. *Brema quibus nominibus olim dicta, & n. 4.*
2. *Ubi sita, & num. 5.*
3. *Unde sic dicta.*
6. *Quomodo Civitas facta.*
7. *Incrementa sua quomodo acceperit, & quomodo fortificata.*
8. *Portas sex habet.*
9. *Basilica Ecclesia, & curia qualis.*
10. *Reipublicæ gubernatio quanam.*
11. *Nova concordia quanam.*
12. *Opificum Conventibus duo Senatores præsunt.*
13. *Senatus Magistratum creat.*
14. *Magistratus est perpetuus.*
15. *Status Reipubl. qualis.*
16. *Regimen & territorium quousque se extendat.*
17. *Quatuor habet præfecturas.*
18. *Duabus Satrapiis, Drostschafften/ gaudet.*
19. *Forum Civitatis Leha quale.*

20. *Vita*

20. *Vtraque satrapia omnimodam jurisdictionem habet.*
21. *Militares de Lithe nobilia feuda à Senatu recognoscunt.*
22. *Essenam & VVittemundam ditionem olim Comites de* Rittberg *à Senatu recognoverunt.*
23. *Iura fluminis VVisera sibi vindicat.*
24. *In publicis fluminibus commerciorum exercitium liberum habet.*
25. *Cujus juris ab orgine fuerit.*
26. *Ab initio Episcopi docendi solum munere fungebantur.*
27. *Brema est Civitas Imperialis.*
28. *Quod negat Archiepiscopus Bremensis, cujus argumenta recensentur.*
29. *Civitatis argumenta fortiora referuntur, & num. 30. & seq.*
39. *Pacificationis Osnabruggensis tenor refertur.*
40. *Ad argumenta Archiepiscopi respondetur, & num. seq. uti & num. 44. 52. 53. 56. 57.*
41. *Distinguitur inter homagium purum & conditionatum.*
42. *Prædicatum* Lands-Fürst / Lands-Herr / *quandoq; honoris sunt tituli.*
43. *Privilegia alia ab Imperatore, alia ab Archiepiscopo habet.*
45. *A juribus specialibus ad omnimodam jurisdictionem concludere non licet.*
46. *Advocati Archiepiscopi Bremensis officium quodnam in criminalibus.*
47. *Quodnam in civilibus, & jus Advocatiæ jurisdictionem non tribuit.*
48. *Pars tantum Senatus Archiepiscopi jurisdictionem agnovit.*
49. *Ex actu voluntario præjudicium non infertur.*
50. *Libertas præscriptione redintegratur.*
51. *Transactio turbulento tempore facta in præjudicium alterius non operatur.*
54. *Diverso respectu potest quis esse* Reichs-Stand & Land-Stand.
55. *Vnio strictè interpretanda, & conjunctio in matriculis facta, conjunctis non præjudicat.*
58. *Imperat. Ferdinandi III. decisio refertur.*
59. *Quota collationis ad expeditionem Romanam Civitatis Bremensis quænam sit.*
60. *Regimen Civitatis quale sit ex privilegio Imperat. Carol. V.*
61. *Summam appellabilem habet 600. aureos.*
62. *Quatenus à Senatu ad Archiepiscopum appelletur.*
63. *Incolæ Bremenses anno & die libertatem acquirunt.*
64. *Cives extra Diœcesin conveniri nō possunt.*
65. *Habent jus defendendi stratam regiam, scilicet Visurgim.*
66. *Cives Bremenses vestitu Nobilium uti possunt.*
67. *Bremenses statuam Rolandi armis Imperialibus ornare possunt.*
68. *Ius Civitatis in Visurgi quale.*
69. *Lis cum Comite Oldenburgensi quoad vectigalia.*
70. *Habet jus cudendi monetas.*
71. *Bona Bremensium & Cives arrestari nequeunt.*
72. *Habet jus stapulæ.*
73. *De domo disciplinari remissivè.*
74. *Civitas in Bannum Imperii declarata.*
75. *Sed absoluta & restituta.*
76. *Decretum Cæsareum ad Directorium Moguntinense.*
77. *Admissa Civitas in Senatum Civitatum Imperialium.*
78. *Transactio inter coronam Sueciæ & Civitem Bremensem.*

1 Brema, Bremen / à Ptolomæo Heberanum dictum, Irenic. *fol. 207.* aliis Fibriamum, Fabiramum, Johan. Limnæ. *de jur. publ. tom. 3. libr. 7. c. 7. n. 1.* Dresser. *Isagog. histor. part. 5. pag. 159.*

2 Sita est ad Visurgim, an der Weser / anno Christi 1010. ab Episcopo Bremensi Umano fossa & aggere cincta, Limnæ. *d. l.*

3 Urbis & Reipublicæ hujus sequentem descriptionem sibi communicatam esse à Dn. Johanne Wachmanno J. U. D. & dictæ Reipubl. Syndico, refert Joh. Limnæ. *de jur. publ. tom. 4. l. 7. c. 7. in princip.* Brema inquiens, à ruborum, olim ibi nascentium, multitudine, vulgò putatur deducta. Cromerus *de gestis Polon. libr. 2. in princ.* Vult ex ibi congesta, sive fabula, sive historia, urbi propter onus perpetui Præsidii, à Lecho, Bremiæ, sive Bremæ nomen impositum. A Ptolomæo *libr. 2.* Phabiranon vocatur, ad Visurgim inter Chaucos majores situm. 4

Carolus M. Imper. in fundatione in Wigmodia Saxoniæ Bremam collocat, nec dubium per Constitutiones Imperii, quin inferioris Saxoniæ circo veniat. 5

Quamvis autem pro ruditate barbarici seculi, quando Brema Civitas esse cœperit, non constet, certò tamen certius est, jam ante tempora constitutæ sedis Episcopalis eam Civitatem fuisse, adeoque eo respectu illi à Carolo M. *anno 788.* cum Ecclesia, suæ libertates & privilegia relicta & concessa. 6

Quoad ædificia, urbs, ut fieri assolet, sua accrementa & decrementa habuit; sed illa ob temporum injuriam ante D. VVilhadum ut plurimum latentia, nisi quod verisimile fuit, 7
eum

eum tractum, quem Visurgis ab una, Balga, vetus fossa, ab altera parte abluit, primum inhabitari cœptum, muro firmissimo, postea contra incursiones Ascomannorum ampliatum. Agger accessit circa annum Christi millesimum vicesimum. Sed & tum ejus finis ad occasum, fuit porta, vulgò die Nacel / qua modo transitur ad D. Stephani prope publicum granarium novum, & patet, Stephanianam illam Parochiam anno Christi 1307. muro esse circumdatam. Quin & suburbia, & vicini pagi, partim natura, partim industria civium, alicubi ad milliare, aggere, fossa, speculisque contra subitas incursiones sub *anno 1309.* circumdati. Abinde etiam viam regiam *anno 1383.* silicibus hac illac euntibus in bonum, & loco trajectus Lesmonensis, pontem, zur Borg / sterni curatum. At munitionibus hoc seculo usque eo excrevit, ut Germaniæ Civitatibus insignioribus sit ædæquanda, inter quas *anno 1623.* novum illud opus versus Orientem, ultra Visurgim, multis miraculi loco est.

8 Portas, ultra illas ad stationem navium ducentes, urbs sex habet, Parochias quatuor, quarum Mariana, sive D. Virginis, antiquissima cœpit *anno 1160.* quæ ex se peperit Ansgarianam *anno 1182.* & Martinianam, cujus B. Martini templum à Civibus ab *anno 1376.* octo annis perfectum. Stephaniana quarta, progressum habuit *ab anno 1139.*

9 Basilica Ecclesia *anno 1466.* altiore acumine enata, forum spectat, circa quod ad statuam Rolandinam (indubium libertatis documentum) elegantioris structuræ, etiam prope Marianum, *anno 1405.* constructa.

Curia, è regione mercatorum Andrium, nec non telonium, cum Pharmacopolio visitur. Nihil hic de Sacellis, nosocomiis, Prochotrophiis, Orphanotrophio, Gymnasio, Armamentario, granariis publicis, splendidisque aliis etiam privatorum ædificiis innumeris.

10 Gubernatio ab antiquo penes potestates, & judiciariam manum, ut appellabantur, primitus, postmodò Proconsules & Consules, stetit, donec in Oligarchiam tempore Gröpelingii, interfecti *anno 1307.* vergeret; ubi illis ejectis magis democraticè Respubl. gubernari cœpit, nihilominus tres Proconsules, & viginti tres Consules, ex quatuor illis superius denominatis Parochiis ita lecti, ut in mortui locum ex altera Parochia quempiam assumere Electores juramento prohiberentur, donec *anno 1391.* sub Bonifacio P. P. dispositione pontificia accedente, liberum fieret, ut nulla Parochiæ, sed virtutis & prudentiæ habita ratione, optimi quique de Civitate, die nutzesten und besten / in Senatum cooptarentur. Quæ electionis ratio hodieque obtinet, & gliscente sub *anno 1426.* discordia inter Senatum & Cives, interventu vicinorum Principum & Civitatum, *anno 1433.* numerus, qui etiamnum tenet, ad quatuor Consules & viginti quatuor Senatores redactus, Magistratus autem authoritas, eo, daß es ein vollmächtiger Rath seyn solle / stabilita est, & statuta, quibus hactenus utitur, promulgata.

11 Hæcque denuo nova concordia, durch die neue Eintracht / ut vulgò appellatur, abunde comprobata, in quam omnes & singuli, sive Originarii, sive cooptati Cives, præconceptis verbis, se in contrarium haud allaboraturos, jurare tenentur. Sic nec cuiquam, vel etiam toti alicui collegio, præter Senatum, de negociis, Rempubl. concernentibus, consultare, conventusque extra suæ professionis & opificii limites agere licitum.

Quinimò quoties tribus aliqua opificum, ut talium, convenit, deliberationibus ejusdem à capite ad calcem duo Senatores præsunt, ne quippiam extra oleas moveatur, prospecturi. 12

Senatus ipse Magistratus creat honoresque & officia distribuit, ærarium curat, & quamvis non ex suo tantum, sed & mercatorum opificumque collegiis, quos vult, ærario, granario, armamentario, xenodochiis, nosocomiis, collectis extraordinariis, & quæ id genus, aliis præficiat, rationes tamen acceptorum & expensarum solus, injungit & accipit. 13

Estque Magistratus non anniversarius, sed perpetuus, nisi quod suis vicibus, quovis semestri unus Consulum, cum sex Senatoribus, Judicialibus & aliis, totum Reipubl. statum non concernentibus præsit, cui, qui priori semestri ad gubernacula fuere, Consul & sex Senatores, adsessorum titulo ubique adsunt, manumque porrigere tenentur. Adeoque rem penitius perspicienti, statum Aristocraticum, populariter aliquatenus temperatum, illic vigere patebit. 14 15

Nec tamen Senatus authoritas, & regimen Civitatis, tantùm mœnibus, & numero Civium includitur, sed suum peculiare, & proprium habet territorium; nimirum circa Bremam, ad milliare ferè in circuitu, ut diameter contineat duo milliaria, cujus centrum urbs ipsa. 16

Quatuor sunt Præfecturæ, die vier Gohen / Vielandica superior & inferior, ad meridiem, trans Visurgim, Parochias continet tres, pagos tredecim. Cis Visurgim, ad Orientem, Hollandica, continens parochias tres, pagos quinq; cujus particula ferè videtur Borchfeldica, quæ tamen separata, nec soli Senatui, sed simul Brandiorum familiæ paret, suamque habet Parochiam. Ad Septentrionem Blocklandica, ad VVummam fluvium, una constans Parochia. VVerdeslandica, ad occasum, quæ constat parochiis tribus, & pagis novem, cujus sequela agger Borgensis, Borchdam Judices harum Præfecturarum è Senatu, appellantur Gogravii. 17

Abinde etiam Civitas duabus Satrapiis, Drostschafften / gaudet, quarum altera ab interjacente Nobilium ditiuncula, fermè secundo lapide Brema distat, arce satis eleganti, elegantissimo portu, pro navium majorum receptaculo, non ita pridem ad Vegesackium decorata, quam excipit, eique ferè jam cohæret Præfectura Neukirchensis, utraque suis parochiis, & pagis splendens. 18

Rursus post interpositam Archiepiscopi partim, partim Nobilium, ad Gestam fluvium, terram, sequitur satis locuples Civitatis forum, 19

Leha, ad Visurgin, in gleba fertili situm; quod subnexum alteri Civitatis Satrapiæ, & arci Bederskosanæ, quæ ipsa non modo fossa valloq;, sed & armamentario, cum præsidio permanente, munita, & sub se habet Parochias septem, pagos circiter novendecim, olimque nomen Baroniæ, einer Herrschafft oder Herrligkeit sustinuit.

20 Utraq; verò Satrapia, suo mero mixtoq; Imperio, omnimodaque Jurisdictione peculiari gaudet. Gubernationi (gladii jure solum excepto, quippe quod unius Senatus dijudicationi relinquitur) præsunt semper duo Senatores.

21 Nec parum decoris hoc loci addit, quod nobilia feuda, antiquæ prosapiæ militares de Lithe, à Senatu recognoscunt, suisq; semper temporibus eorundem investituram, more de jure recepto, petere coguntur.

22 De Essena & Wittemunda ditionibus, quæ olim Comites Rithbergenses à Senatu recognoverunt, nunc Comitibus Frisiæ Orientalis parent, earundemque concessione, nunc nihil attinet dicere.

23 Cum autem Brema Urbs cum suis districtibus mari sit vicina, totique Imperio Romano-Germanico, ac vicinis, non modò suis mercibus multum utilitatis conferat, sed & mare, præsertim ad ostium Wiseræ, & in Wisera tranquillum, & à Prædonibus liberum reddat, apparet, cur claves insignium loco gerat, gesseritque jam olim jure suo: Indeque non minus ob res pace, belloque fortiter gestas (ut ex privilegio Henricano anno IIII. dato, ab aliquot post Imperatoribus confirmato, patet) jura fluminis Wiseræ sibi vindicat, & inibi jus piscandi Bremensibus competit, à castro Hoya, quod nunc Lunæburgicorum est, usque ad salsum mare. Idem juris usurpat in Hunta, Ochtmunda, Wumma, & Lesmona.

24 Ne quid addam de civitatis singulari ac liberiori, at aliis restricto, in publicis fluminibus, commerciorum exercitio: Et quo in Visurgi à vicinis etiam magis cautum esset, majores ne arces, vel munitiones ei imponerentur, sibi abunde prospexerunt.

25 Quo statu sit, quemque superiorem agnoscat, satis liquet. Certum enim est, quoad originem, sub paganismo & liberum Saxoniæ populum, & civitates omnes liberas fuisse, talesque usque ad Caroli M. tempora saltem mansisse; ab hoc verò, populum libertati assuetum, non seculari, sed tantum Ecclesiastico jure nexum, locosque insigniores, in pristinæ libertatis majus argumentum, statua Rolandina, & Episcopali sede auctos, nec quicquam eo ipso temporali Magistratus potestati delibatum, aut detractum esse; quippe quod id temporis Episcopi docendi prædicandique munere solum fungerentur, secularibus negociis non impliciti:

26 Quibus emolumenti loco decimæ concessæ: Id quod & sacris primæque ordinationi, & fundationi congruit, ut & juri consentaneum censetur. Quamvis verò paulatim latius profecti fuerint Episcopi, functionisque limites egressi, præsertim Adaldagus, & Albertus Principum jura hic illic affectarint, illa nihilominus civitatem in tantum non affecere, quin, Imperatoribus authoribus, eluctata, ad pristinam libertatem provocarit, nec quicquam remiserit unquam, uti posterior observantia, & modernus Reipubl. status etiamnum edocet: ubi certo certius est, Archiepiscopos nec jus terrendi, nec merum mixtumque Imperium, nec omnimodam jurisdictionem, nec alia, juri territoriali adhærentia, jura, & Regalia in civitate habere, sed omnia illa jura ad Senatum, & ab illo proximè & immediatè ad Imperium spectare. Hactenus Wachmannus.

De libertate hujus civitatis, & an sit Imperialis & Imperio Romano immediatè subjecta, & jure nuper ad Comitia Ratisponensia anno 1641. tanquam Status Imperii vocata, ac sessionem & votum inter cæteras Civitates Imperiales habuerit, inter Archiepiscopum Bremensem & ipsam civitatem non levis est controversia? Pro negativa enim pugnat Archiepiscopus, libertatem verò civitatis defendit Author prodromi, sive Vortrabs gründlichen wahrhafften Berichts/ und Gegen-Remonstration, von der Stadt Bremen Beruffung/ Session und Voto, zu und bey dem Reichstag in Regenspurg / wie dann von dero Statu, &c. Ubi argumenta utriusque partis adducit, & ea, quæ pro Archiepiscopo adducta, refellit. 27

Et quidem pro Archiepiscopo Civitatem Bremensem sibi subjectam esse asserente; hæc adferuntur argumenta quæ breviter recenset Joh. Limnæ. *de jur publ. tom. 4. libr. 7. cap. 7. pag. 202. & seq.* 1. Ex fundatione Episcopatus à Carolo Magno facta, qua Episcopo Jurisdictio & superioritas in civitatem concessa dicitur, de qua Abbas Stadensis *in chron. fol 81. & 82.* M. Adamus Bremensis *histor. Bremens. libr. 1. cap. 9. aliàs 10.* Albert. Crantzius *in metropol. lib. 1. cap. 7. & 8.* 2. Quod Consul & Senatus Bremensis Archiepiscopo homagium præstent. 3. Quod non solum in hodierna homagii formula, sed etiam in aliis actis literariis, Archiepiscopo tribuatur titulus Landes-Herr/ Landes-Fürst/ & Civitati, gehorsame Unterthanen. 4. Quod Archiepiscopus Civitatis Bremensis privilegia confirmet. 5. Quod civitas in literis reversalibus *anno 1246.* Archiepiscopo Gerhardo II. datis, jura & jurisdictionem Archiepiscopi agnoverit, & promiserit, se imposterum contra eandem nihil acturum. 6. Adducitur transactio *anno 1259.* cum Archiepiscopo Hilleboldo facta. 7 Quod Archiepiscopus in civitate hac Advocatum, einen Vogt habeat, & per eundem jurisdictionem, tàm in criminalibus, quàm civilibus negociis exerceat. 8. Quod Senatores Archiepiscopum pro ordinario suo magistratu agnoverint, & alibi exceptione fori declinatoria objecta, ad eundem se remitti petierint. 9. Allegatur quoque transactio Stadensis de *an. 1597.* 10. Nec non transactio *anno 1639.* Stadæ facta. 11. Quod Senatus ad diætas Provinciales, quas Archiepiscopus indicit, compareat, curiæ & judicio provinciali assideat, beschicke die Hoff und Ober Land-Gerichte/ ac inter Status Archiepiscopatus liberos numeretur. 12. Quod ratione quotæ, quam 28

Imperio ad expeditionem Romanam conferre debet, conjungatur cum Archiepiscopatu in matricula Imperii, quæ *anno 1521.* confecta fuit. 13. Quod ad Comitia, nuperis exceptis hactenus non fuerit vocata. 14. Quod Imperator Carolus V. aliquot privilegia, quæ civitas Bremensis in præjudicium Archiepiscopatus obtinuerat, die 11. Maji, anno 1544. cassaverit, & cassatio ista ab Imper. Maximiliano II. reiterata fuerit. Quæ omnia ex parte Archiepiscopi superioritatem, respectu verò civitatis subjectionem arguere videntur, per tradita *d. author. prodrom.* & quæ scripsi *supra lib. 2. c. 5. n. 70.* & ferè *per tot* & alibi passim.

29 Verùm pro civitatis libertate fortiora & sequentia producuntur argumenta I. Quod libero regimine jure utatur, tàm in Ecclesiasticis, quàm Politicis, nec ullæ in iisdem partes Archiepiscopi interveniant; scilicet, quod Magistratum constituat, Consules eligat, alia officia distribuat, ab officialibus suis rationes recipiat, calculum, & quæ ad eundem pertinent, examinet, & quietantias, ut vocant, in securitatem iisdem tradat, negocia & bona communia administret, cives & homagium ab iis recipiat, tribus fieri permittat, privilegia ipsis concedat, Statuta & ordinationes faciat, atque tàm in civilibus, quàm in criminalibus, cognoscendo, exequendo, mero & mixto Imperio utatur; Civitatem vallo & munimentis firmet, armandia necessariis rebus instruat, &c. suo pro usu & libitu, &c. Ex quibus libertatem & immedietatem probari, constat ex traditis *supra libr. 1. c. 12. num. 49. & num. 57.* Confer Klock. *tom. 1. consil. 14. num. 36. & seq.*

30 II. Quod ab Imperatoribus varia Regalia, tàm in terra, quàm in flumine Visurgi, obtinuerit, atque inter illa, jurisdictionem, pacificationem, & protectionem viarum regiarum, ac dicti fluminis, ab utraque ripa, à civitate usque in ipsum mare; jus cudendi monetam argenteam & auream, & huic imprimendi titulum Reipublicæ Bremensis, ac Aquilam Imperii; telonia, jus stapulæ, jus conducendi, & omnia alia habeat, quibus Civitates Imperio immediatè subjectæ exornari solent.

31 III. Quod civitas hæc coram Camera Imperiali, tàm in prima, quàm in secunda instantia conveniri possit, & ab Imp Carolo V. privilegium habeat, ut à sententia judicii civitatis appellari non possit, infra summam *600.* aureorum Rhenensium, vid. Limn. *tom 3. l. P. lib 7. c. 7 n. 3. p. 126. tom. 4. p. 180. l. 5 p. 107. add. infr. n. 61.* ex quo immedietatem probari extra omne est dubium, & probatū *supra l 2. c. 5. n. 180. & libr. 1 cap 12. num. 23.*

32 IV. Quod in variis Imperii matriculis reperiatur, veluti *de annis 1431. 1467. 1471. 1480.* de quibus vide Lehman. *Chron. Spirens. libr 4. c. 5. p. 291. & lib. 7. c. 112. p. 973* Quam certissimam esse notam statum aliquem esse Imperio immediatè subjectum, constat ex traditis *supra libr. 1. d cap. 12. num. 5*

33 V. Quod ante hac ad Imperii comitia fuerit vocata, & in Senatu Civitatum Imperialium sessionem & votum obtinuerit, ex quo itidem ejus libertatem & immedietatem probari, in confesso est, & demonstratum est *supra lib. 1. d. cap. 12. num 21.*

VI Quod contributiones & subsidia, in Imperii necessitatibus, ab eadem immediatè ab Imperatoribus postulata, eaque immediatè Imperio solverit, per tradita *d. cap. 12. n 66.* 34

VII. Quod executiones sententiarum, in Camera Imperiali latarum, civitati aliquoties, una cum aliis Imp Statibus, demandatæ fuerint 35

VIII. Quod libero fœderum jure semper usa, & fœdera non solum cum exteris, sed sæpius etiam cum ipsis Archiepiscopis contraxerit, quo itidem ejusdem libertas & immedietas probatur, per tradita *supra d. lib. 1. c 12 n. 63.* Klock. 1. *consil. 14. num. 45.* 36

IX. Quod simul etiam cum aliis Imper. Statibus *anno 1532.* pacificationi Religionis Norimbergæ subscripserit. Hordleder von Ursachen deß Teutschen Kriegs / *libr 1. c 10. pag. 69.* 37

X. Quod ab Imperatoribus, Principibus & Statibus Imperii, jam olim titulo Civitatis Imperialis honorata fuerit, per tradita *supra d. lib. 1. cap. 12. num. 27. & 28.* 38

Atque hæc immediata Civitatis Bremensis libertas nuper *anno 1648.* in pacificatione Cæsarea-Suecica *§. 10. vers. Civitati verò Bremensi. pag. 48.* (qualiter Sueci h. §. 10. explicare tentaverint, donec disputatio tandem in bellum eruperit, videri potest Limn. *de Iur. publ tom. 5. l. 7. c. 7. pag. 109. usq. 124.*) sequenti modo fuit confirmata, Civitati verò, ejusq; territorio & subditis præsens suus status, libertas, jura & privilegia in Ecclesiasticis & Politicis sine impeditione relinquantur. Si quæ autem ipsi cum Episcopatu, seu Ducatu, aut Capitulis sint, aut imposterum enascantur controversiæ, eæ vel componantur amicabiliter, vel jure terminentur, salvâ interim cuiq; parti sua, quam obtinet, possessione 39

Ad argumenta Archiepiscopi respondet Author d. prodromi, prout refert Limnæ. *d. tom. 4. lib. 7. c. 7.* & quidem ad 1 Constitutione & fundatione Episcopatus, Episcopati nullam civilem jurisdictionem, dominatum, aut superioritatem in civitatem Bremensem, datam vel concessam fuisse, sed pristinam libertatem Civitati relictam, Episcopum verò constitutum, ut populis divini semina verbi traderet, non autem in illos territoriali superioritate inclaresceret. Bremæ quidem sedem Episcopalem constitutam, sed ab illa constitutione ad subjectionem civilem civitatis, argumentum duci non posse. Præterea hoc exemplis Civitatum Coloniæ, Argentorati, Ratisbonæ, Spiræ ac VVormatiæ, ubi ejusmodi sedes quoque constitutæ, libertas tamen civitatibus, & jura, quæ Statui Imperii competunt, salva & incolumia huc usque manserint, confer Klock. *1. consil 14. n. 60. & seqq.* 40

Ad 2. respondet, homagium hoc purum non esse, sed conditionatum, idque tale, quod superioritatem non arguat, nec impediat, quo minus Civitas ejusmodi homagium præstans, Imperii Civitas & Status esse possit. Distinctionem hanc traditam ab Henrico Bruningio *de var. univers. spec. concl. 33.* Joh. Bruningio *de homag. cap. 1. concl. 6.* Besoldo *discurs. polit. 4 dissert.* 41

fert.2. cap.2. §.12.pag.42. fateri quoque Reinkingium *libr. 1. de regim. secul. & Eccles. clas. 5. cap 3. num. 23.* homagium simpliciter & absolutè, non esse fundamentum der Landes-Fürstlichen Obrigkeit/ ubi exempli loco ponit Civitatem Hamburgensem, quæ Regi Daniæ, tanquã Duci Holsatiæ, homagium præstat, neque tamen ei subjugata est. Spiram homagium præstare Episcopo loci, Coloniam Archiepiscopo, utramque tamen liberam Imperii Civitatem audire. In homagii Bremensis actu hæc esse singularia, & notatu digna, quod nec à toto populo, nec à toto Senatu, sed tantum à duobus ex illis, qui eo tempore Camerarii in Senatu sunt, sola manus dextræ elevatione, nullis juramenti verbis accedentibus, nec prius præstetur, quàm Archiepiscopus ante omnia promiserit, hoc civitatis libertatibus, juribus, privilegiis, consuetudinibus, moribus, & quod ab antiquo possedit, fraudi, aut detrimento non futurum. Porrò formulam homagii ostendere, hîc de fidelitate agi, non de subjectione & obedientia. Plura de hoc vide *supra lib.1.cap. 3.n 41. & cap.12.n.204. & seq.* Klock. *1.consil.14. n. 91. & seqq.*

42 Ad 3. respondet, prædicatum Landes-Fürst/ Landes-Herr/ &c. honoris titulos esse, nec ipsam rei veritatem mutare, aut in præjudicium Imperii latius extendi posse; sed ita intelligi debere, ut sit & dicatur Landes-Fürst/ non respectu civitatis, sed illorum bonorum civitatis, quæ ea in territorio Archiepiscopatus possidet, wegen der Land-Güter / so die Stadt im Ertz-Stifft hat. Non esse autem incognitum, dari Status Imperii, qui respectu nonnullorum bonorum immediatè alii, quam Imperio subsunt, die vor sich Stände deß Reichs / und wegen ihrer Landgüter eines andern Herrn Land-Stand / R. A. *de anno 1540.* §. auch den Grafen von Tübingen/ Besold. *part.4 consil.195.n.61.* Gail. *de arrest.c.6.n.14.& 16.* Knichen. *de in vestitur. pact. part. 2. c.5.n.137.* Conf. de hac re plura *supra lib.1.c.13.n.8. & sequent. & cap.12.num. 83. & seq.*

43 Ad 4. resp. Civitatem hanc præcipua jura ipsius Statum concernentia, privilegia & Regalia, ab Imperatoribus habere, atque horum respectu, Episcopo confirmationem nullam esse; reversales autem ipsum dare, homagium antecedentes, hæc civitati salva fore. Habere etiam civitatem alia privilegia in Archiepiscopatu, ex quorum confirmatione tamen non magis superioritas induci possit, quàm ex illa, qua exteri Reges & Respublicæ, Civitatibus Hanseaticis, privilegia, liberum commercium contingentia, confirmant. Privilegia Spirensis civitatis ab Episcopo confirmari, Lehman. *Chron. Spirens. libr.4. cap.13.* Spiram tamen nihilominus Civitatem Imperialem dici & esse. Denique privilegiorum concessionem subjectionem firmiter non arguere, Menoch *in consil.2 causa Finar. num. 105. & 106.* manifestum enim est, esse privilegia sæpe non à subditis, imò à secularibus Principibus, Clericis, qui tamen illorum jurisdictionem agnoscere detrectant, indulgeri. Quid quod una civitas alteri, imò singularibus personis nonnunquam concedat, aut confirmet privilegia.

Ad 5. resp. Reversales istas literas civitati plane incognitas, nec in archivo reperiri, nec à quoquam unquam allegatas, nisi ab Archiepiscopo moderno, & ejusdem antecessore. Continere autem talia, quæ nunquam usu observata, ut proindè dici possit, vel reversales nunquam in rerum natura extitisse, vel contraria, continuata tot seculorum lapsu, observantia, cui ab Archiepiscopo nunquam contradictum, expirasse, & præscriptione explosas fuisse. Extare quoq; reversales, recessus & literas, allegatis reversalibus partim antiquiores, partim ejusdem temporis, partim recentiores, iisdem contradicentes. 44

Ad 6. resp. Transactionem cum Hilleboldo Archiepiscopo, nunquam factam, vel perfectam, cum nullibi ejus originale appareat. Quæ autem ex eadem referuntur, talia non esse, ut superioritatem Archiepiscopo in Civitatem patere possint; cum aut similia, aut majora Episcopis alicubi competant, nihilominus tamen illic superioritate non gaudeant. Spiram liberam Imperii Civitatem esse, licet in ea ab Episcopo dependeant varia officia, das Cammer- Schultheissen- Vogt- Müntzenmeister- und Zoll-Amt / Lehman. *Chron. Spirens. libr 4.c.24.* Coloniam quoque liberam esse, & manere, quamvis Archiepiscopus Elector, ibidem omnem jurisdictionem criminalem, cognoscendo & exequendo exerceat, ac proinde judicem, Graven/ carcerem, lictorem, numellas, carnificem, &c. habeat; & præterea Comites Bentheimenses ibidem habeant, ihre Erbvogten/ *Chron. Colon. antiqu pag.129. in princ. pag.123. in fin. pag.133. in pr. pag.165.* confer *supra libr.1. c.3. num. 44. & seqq.* 45

Ad 7. quod Advocatum Archiepiscopi, den Vogt/ attinet, duo attendenda esse; nimirum quid potestatis circa criminalia habeat, & quid circa civilia. In criminalibus ita observari, ut Senatus solus maleficum capi, & in carcerem, vel custodiam agi, ac pro re nata relaxari faciat, vel ad pœnam mortis condemnet. Quando autem in Senatu conclusum, maleficum morte afficiendum, Senatum hoc, biduo ante executionem, malefico significari mandare, & ante eandem, præter propter spatio quadrantis horæ, vocari ad se curare Advocatum Archiepiscopalem, den Vogt; huic, nudato capite, comparenti, Consulem, qui tunc Senatus Præses est, exponere, maleficum extare ad mortem condemnatum, qui executioni subdi debeat: se itaque advocato denunciare, ut judicio adesse velit. Posthæc ad Senatum vocari carnificem, qui ab eodem officium suum tenet, huic Præsidem mandare, quomodo sententiam pronunciare debeat; tunc Advocatum ad locum solitum se conferre, eo condemnatum ligatis manibus adduci, judicium firmari, malefico, quæ de crimine confessus fuit, secundum Senatus mandatum prælegi, atque eum interrogari, an hæc ita se habere confiteatur? quod si affirmet, ad sententiam propalandam carnificem mandato Senatus se exhibere, qua publicè enunciata, condemnatum statim ad locum supplicii duci, atque secundum normam senten- 46

tiæ à Senatu dictæ, puniri. Camerarium Civitatis, cum aliquot equitibus, ad eundem locum se conferre, & nomina Senatus ibidem executori securitatem publicè proclamare, ut sanctiones criminales ab Imper Carolo V. latæ requirunt. Quod si verò contingat, maleficum ante Advocatum, in judicio crimina inficiari, Advocatum teneri hoc Senatui, in curia congregato, per ministrum Senatorum significare; hunc re accuratè perpensâ, aut mandare maleficum in custodiam retroduci, aut significari Advocato, daß ein Ehrbar Rath die Sicht darzu gebe/ quod idem sit, ac si diceret, non attenta negatione, maleficum morte afficiendum; hoc sequi publicam carnificis sententiæ promulgationem & executionem. Casu, quo Advocatus morbo detinetur, ut judicio præsidere nequeat, aut præesse etiam sanus nolit, Senatum vi privilegii Cæsarei de *anno 1541.* locum, misso illuc aliquo ex suis, supplere, quod privilegium vide *infra n 60.*

47 Civilia quod attinet, evidentissimum esse, Advocatum Archiepiscopi in illis nullas obtinere partes. Hoc quidem olim in usu fuisse, si non nemo coram ipso actionem intentasset, ipse sententiam non tulerit, sed duos cives ex adstantium numero elegerit, quorum industria sententia diceretur. Sententiam hoc modo latam Advocatum, adscitis duobus testibus, ad Senatum detulisse, eculiari juramento interveniente, in fidem rei, executionemque ejusdem ab eodem petiisse. Partibus verò sententiæ contradicentibus, exsoluto numo, ein Bremer Schwaren / ad Senatum ab eodem provocasse; sed postea huc usque Advocati judicium, in civilibus adeò obsoletum, ut vix superfit ejus memoria. Atque hanc Advocati potestatem superioritatis argumentum non esse, ipsa re constare. Jus Advocatiæ superioritatem non includere, Bruning. *de var universf. spec. concl. 37. num 1.* nec universalem jurisdictionem tribuere, Thom. Mich. *de jurisdict concl. 56. lit. d* subjectionem totalem & veram non importare particularia quædam jura, atque ab uno aliquo jure jurisdictionis ad universalem superioritatem argui non posse, Johan. Gœddæ. *2. Marpurg. consf. 28. num. 163. & 164* Besold *dissert. polit. 1. cap. 8. pag. 80. & diss. 3. disc 4. cap 5. pag. 132. §. 12.* VVezlariam liberam Imperii Civitatem esse, & Nordhusium quoque, licet hic Comes Hoënsteinius advocatus sit, Mynsing. *respons. 3. decad. 13 num. 110.* illic Landgravius Hassiæ Darmstadinus, advocatum habeat. Confer quæ dixi *supra. lib. 2. c 24 n. 64. & seq. & supra lib. 1. c. 12. n. 124.* Klock. *1. consil. 14. n 99. & seq.*

48 Ad 8. respondet, non omnes Senatores, sed partem eorum, & quidem in schismate, Archiepiscopi jurisdictionem agnovisse; alteram verò, & majorem partem, exceptiones fori declinatorias opposuisse: Cæsarem quoque remissionem primum ad Archiepiscopum factam, postea revocasse.

49 Quantum Cæsareum antiquum privilegium concernit, quo cavetur, Civitatem Bremensem, si coram Archiepiscopo judicium subire velit, ad aliud judicium nullum vocari, trahique posse, illud coactivum non esse, sed voluntatis liberæ, qua si id fiat, ex eo non nasci præjudicium, nec necessitatem, jus, possessionem, aut præscriptionem ullam, Tiber. Decian. *vol. 2. resp. 41. num. 61.* Minorem partem Senatus, Archiepiscopum suum ordinarium judicem nominasse: Verùm vocabulum, *Ordinarius*, & similia à Senatu prolata, esse merè relativa & enunciativa, proinde nihil, præsertim contra rei evidentiam probare, *l. 6. ubi Dd. ff. de præscript. verb.* Everhard. *consil. 42. num. 9.* Certum quoque esse, minorem Senatus partem voluntariè, vigore privilegii Cæsaris Henrici V. Archiepiscopali cognitioni se submittere voluisse, non autem jure ordinario ad id coactum fuisse. Si quid verò efficaciæ vocabulo ordinarii, tribui hic debeat, Archiepiscopum tunc demum ordinarium dici posse, si Senatus spontè coram illo se sistat, & privilegio, quod in meram privilegiatorum voluntatem collatum, uti velit: Posse enim eo uti, si velit, cogi non posse, si nolit. Nec eam, quæ pro Archiepiscopo allegatur, transactionem Verdensem, factam anno 1568. quod causæ, ex quibus metuitur nasci posse seditiones & motus, deferri ad Episcopum debeant, unquam in praxi observatam, sed civitatem semper Imperatorem, & Cameram Imperialem ordinarios habuisse judices. Hinc per subsecutam, & continuationem antiquæ libertatis, transactionem rejectam & abolitam, Meischner. *tom. 3. Camer. decis. 6. n. 71.* Posse quoque libertatem, triginta, vel ad extremum, quadraginta annorum præscriptione redintegrari, Fichard. *consf. German. 137. n. 8.* Borchold. *ad c. un. quæ sint. regal. num. 19. & seq.* Vultej. *1. feud. c. 9. n. 21.* 50

51 Præterea hanc transactionem factam turbulentissimo tempore, quo non tam exactè omnia verba trutinari potuerint: factam à Senatu, fieri autem ab eodem validè non potuisse in præjudicium Civitatis, & Imperatoris, Surd. *consil. 371. num. 4.* Meischner. *tom. 2. libr. 1. noviss. decis. 9. vers. nunquam fuisse* Rutger. Ruland *decis. jur. contr. quæst. 21. c. venientes. 19 & ibi* gloss. *de jurejur.* Mod. Pistor. *1. consil. 24. num. 26.* Cacheran *decis. 78. num. 13.* Denique verba & sensum transactionis, voluntariam potius jurisdictionis prorogationem, quàm ordinariam jurisdictionem inferre.

52 Ad 9. resp ex transactione Stadensi Archiepiscopo jurisdictionem in Civitatem Bremensem adscribere, esse contra notoriam praxin loqui: Senatui ex immediata civitate mediatam, in præjudicium Imperii, facere non licuisse, nequè tum de hac controversia quicquam actum, confer quæ scripsi *supra lib. 1. c. 18. num 37. & seq.* Klock. *1. consf. 14. n 102. & seq.*

53 Ad 10. de transactione *anno 1639.* Stadæ facta notandum esse, respondet author *d. prodrom* ibi quidē statim in initio tractatuum, Daniæ Regis Legatos, in compellatione ad Deputatos Civitatis Bremensis, verbis, Ertzbischöffliche/Ertzstifftische Stadt/ ut ego capio) usos, sed illis ad Deputatis contradictum fuisse. Ad hæc desiisse quidem Regios Legatos ejusmodi prædica-

dicato uti, varia tamen molitos, quo civitas titulo Imperialis Civitatis, & immediata dependentia ab Imperio cederet: at civitatis Deputatos varia declinantes, tandem consensisse, ut transactioni insereretur, Senatum velle, secundum homagii tenorem, ejusque causa factam antiquorum jurium, morum, consuetudinum, libertatum, privilegiorum confirmationem, Archiepiscopum pro clementissimo suo Principe territoriali, Lands-Fürsten/ & domino agnoscere, ac venerari, addita tamen expressa restrictione, limitatione & reservatione antiquæ libertatis, jurium, consuetudinum, privilegiorum, & omnium earum rerum, quæ temporibus antecedentium Archiepiscoporum tenuerunt. Hoc transactionis Capitulum, Civitatis jus immediatæ dependentiæ ab Imperio, nõ infirmare, idquè indè patere, quod ipsi Regii Legati sanctè contestati tunc fuerint, nullo modo hoc agi, quod civitas juribus suis renunciet, sed intacta illi hæc omnia conservari, cum etiam hoc in præjudicium Imperatoris fieri nequeat. Deputatos quoque, se hoc, non alio sensu, in dictum Capitulum consentire, publicè coram Notario & testibus, & deinde in congressu, coram Legatis Regiis protestatos fuisse. Transactionem hanc Stadensem vide apud Joh Limn. *d. tom. 4. libr. 7. c. 7. fol. 197. & seq.*

54 Ad 11. respondet sæpe dictus author prodromi, Senatum quidem comparere ad diætas provinciales, & adsidere judicio provinciali, sed id non fieri respectu Civitatis Bremensis, verum respectu bonorum, quæ civitas extra sua pomœria, in territorio Archiepiscopi possidet. Atque duplicem respectum in unum idemque subjectum cadere posse, ut respectu bonorum nonnullorum sit, ein Land-Stand/ alio autem respectu, ein Reichs-Stand/ exemplis firmari à Syring. *de pac. relig. concl. 40. lit. a.* & videri posse Dauth. *de testament. num. 50.* Schrader. *1. consil. 3. num. 43.* Everhard. à Middelb. *in top. à tanquam 117. num. 24.* Borgning. Cavalcan. *decis. 27. num. 15. part. 4.* Confer, quæ dixi *supra libr. 1. cap. 3. n. 17. & seq.*

Damit nun Ihr Kön. Majest. der Stadt Bremen getreuen devotion hinfüro so viel mehr gesichert seyn mögen / versprechen und geloben Burgermeister / Rath und gemeine Burgerschafft / für sich und ihre Nachkommen hiemit; daß / gleich wie sie in keinem fœdere wider Ihro Königl. Majest. und dero Lande und Herrschafften / begriffen; Also auch hinfüro / weder heimlich noch öffentlich in einige derogleichen Verbündnussen / wider höchstgemeld. Königl. Majest. oder dero Reiche / Länder und Unterthanen / sich einlassen wollen und sollen.

IV.

Gleicher gestalt / da Burgermeistere / Rath und gemeine Burgerschafft / mercken und erfahren würden / daß der Kön. Maj. zu Schweden / und diesem Hertzogthum / eintzige Gefahr oder Feindseligkeit annahen und fürstehen solte / obligiren sie sich Krafft diesem / Ihre Kön. Maj. oder dero Gouverneurn und Regierung / beyzeit davon zu advertiren und dafür zu warnen / auch mit allem Fleiß und Treu darob zu seyn / daß solches ve hütet / und da dessen in Güte nicht zu hoffen / sondern man die defensions-Mittel ergreiffen müste / bey J. Kön. Majest. als Hertzogen zu Bremen (allermassen wie in einem absonderlichen Neben-Receß daßselbe verfasset werden soll) zu tretten / und alles Unheyl von dem Lande abwenden zu helffen / dahingegen auch Ihro Kön. Majest. sich gnädigst erklären / der Stadt Bremen und dero Burgerschafft / Einhalts obgesagten Neben-Recesses / in eventum wider allen unbillichen Gewalt zu assistiren / dieselbe auch zu schützen und zu vertretten / sodann ihre Commercia, Handel und Gewerbe / zu Wasser und zu Land bestens zu befördern / und ihr Aufnehmen und Wolergehen in allen billichen Dingen Ihro gnädigst angelegen seyn zu lassen.

V.

Weilen auch bey Ihro Kön. Majest. nicht geringen Mißgefallen verursachet hat / und noch mehr Weitläufftigkeit mit der Zeit darob zu besorgen / daß Burgermeistere / Rath und gemeine Burgerschafft der Stadt Bremen / die tempore factæ pacis gewesene Thum-Capitularen / und dero Bedienten / geschützet / so ist für gut befunden / daß E. E. Rath und die Bürgerschafft der Stadt Bremen / nach diesem / keinen von denen vorgedachten Capitularen / Vicarien / oder jemand dergleichen Leute / wegen ihrer prætension an die Geistliche / nunmehr secularisirte Güter / in einiger masse schützen und helffen / sondern sich deßfals neutral bezeigen / und den Thum / die dazu gehörige Curien / Häuser / Wohnungen / Buden und Keller / zusamt denen darinn / nun und ins künfftige wohnenden Kön. Belehnten und Bedienten / oder Eigenthümern / auch Kirchen- und Schuldienern (jedoch daß alle die jenige sich der Burgerlichen Nahrung und Gewerbe enthalten) als von der Stadt civil Jurisdiction gantz eximiret und abgesondert halten / und an ihren Hebungen und Aufkunfften unperturbirt lassen; auch mit keinen consumtien / noch einigen andern ordinar oder extra ordinar-Anlagen beschweren sollen und wollen. Was aber die Thumsheyde und grossen Thumshoff betrifft / sollen diese Plätze / ohne Neuerung / in gegenwärtigem Zustand verbleiben / aber keine Verhinderung an und bey währendem Gottesdienst in der Thumkirchen / darauf verstattet werden.

VI.

Ferner ist außtrücklich verabredet / daß Burgermeistere und Rath / in dem Ertzbischofflichem Palatio zu Bremen / sich alles Arrestirens / Captivirens / und andern Thätligkeiten / gäntzlich enthalten; über den Statt-Voigt durchauß keine Jurisdiction anmassen / demselben auch / wann die Hegung deß peinlichen Nothgerichtes / Beschreiungen und Friedloßlegungen der außgetrettenen Todschläger / ingleichem die Aufflassungen der innerhalb Weichbildes belegenen Häuser / vormahligem Gebrauch und Herkommen nach / beschehen / in solchen actibus hinführo nicht turbiren; ihn den Stadtvoigt auch / in casum vorfallender Ehehafften / in substitutione einer qualificirten Person / hinfürder nicht hindern sollen. Dieweil aber Burgermeister und Rath hiebey berichten / daß allemal ein Bremischer Bürger zu diesem Amt / der gleichwol / bey Annehmung solches Dienstes / seines Burgerrechtes und Eydes sich zu begeben schuldig / bestellet worden / Soll zwar der jetzige Stadtvoigt / citrà tamen præjudicium & consequentiam, bey seinem Amte verbleiben / nach desselben Abstehung aber / mit Ersetzung dessen Stelle / dem obgedachtem Herkommen nach wiederum verfahren werden.

VII.

Als auch / laut der alten Recessen deß Ertzstiffts / nunmehr dieses Hertzogthums Bremen / aufm Capitul Hause / das Hofgericht gehalten worden; soll es hinfüro dabey beständig verbleiben / und keine Verhinderung von der Stadt Bremen daran beschehen; selbe aber biß zu fernerm Vergleich / jemanden ihres Mittels / darzu zu deputiren / oder dabey zu haben nicht gehalten seyn.

VIII.

Damit gleichwol die Königl. Hulde und propension gegen der Stadt Bremen / wegen dieser ergangenen Irrungen / und darauf angewendten hohen Kosten / auch was sonsten diesem Hertzogthum Bremen und Vehrden / und deren Eingesessenen / für Ungelegenheit und Schaden darauß erwachsen / beybehalten / und deßfalls keine neue prætension von Ihro Kön. Majest. zu Schweden / und den Einwohnern dieser Hertzogthümer Bremen und Vehrden / auf der Stadt Bremen ersitzen bleibe / sondern alle particular-Rechnungen / zu einer hohen Summa sich erstreckend / zu einer ablänglichen Erstattung behandelt seyn mögen; überlassen und cediren zur Erbeigenthümlichen ewigen satisfaction, wegen dergleichen An- und Zusprüche / an Ihro Königl. Majest. und dero Reiche Schweden / Bürgermeistere / Rath und gemeine Bürgerschafft der Stadt Bremen / ihre Gerechtigkeit an den Flecken Lehe / wie dasselbe in seinen Gräntzen zu Marsch und Geest begriffen; Und dann das Amt und Hauß Bederkesa / alles zusamt

denen darzu gehörigen Einwohnern/ Adel und Unadel/ Geistlichen und Weltlichen Lehnen/ Juribus patronatus, Ober- und Nider-Gerichten / Ländereyen/ Wiesen/Heiden/Weiden/Trifften/ Hütungen/ Holtzungen/Jagten/Fischereien/ Gebäuden/ Vorwercken/ Mühlen/ Pächten/ Zinsen/ Gülten/ Zehenden/ und allen andern Nutzungen. In Suma mit allen und jeden Rechte un Gerechtigkeiten/activè & passivè,wie/sie die Statt Bremē/ diese in satisfactionem höchstgem. Königl. Majest. übergelassenes Amt / Flecken / Plätze und Oerter gehabt/ besessen/ gebrauchet/ genützet oder haben/besitzen/gebrauchen und geniessen können ; Die auch Ihre Königl. Majest für sich und dero Successores der Reiche Schweden/ohne ferner Zuthun/ Schaden und Gefahr mehrgemeldter Stadt Bremen / wider männigliches An- und Zuspruch / so inn- als ausserhalb Gerichtes selbst zu vertretten angenommen / gestalt Bürgermeistere / Rath und gemeine Bürgerschafft der Stadt Bremen / mit einem ewigen Verzicht demnach versprechen/ für sich/ ihre Successoren, respectivè am Stadt-Regiment/ und bey der gantzen Bürgerschafft/ deren Erben und Nachkommen / nimmermehr hinfüro auf dieselbige einiger prætension, unter was prætext und Schein es auch immer geschehen könne/ sich nicht allein anzumassen/ sondern auch so fort bey Außlieferung der Königlichen ratification dieses Vergleichs/deß Königl. Herrn Legati, Herrn Schering Rosenhans Excell. oder wer sonst an dero Stelle darzu wird bevollmächtiget werden/ alle wegen dieser cedirten Güter/ in Handen habende documenta und Urkunden/Register/ Lehenbrieffe/ richtige Verzeichnus der Adelichen Lehen-Güter im Amt Bederkesa. Ingleichen demselben und dem andern cedirten Ort concernirende acta publica, alle streitige Partheisachen und Acten/so wol für E. E. Raht/ als denen Drossen von diesen Einwohnern geführet / und wie es sonsten Nahmen haben mag/ nichts darauß bescheiden/ bonâ fide außzuantworten ; So bleibt es auch mit der Burg und dem Zoll daselbst/samt darzu gehörigem Zollhause/ und der vom Zöllner ratione officii eingehabten Ländereyen/und was sonst darzu gehöret/ so lange und ferne in gegenwärtigem Stande/ biß Ihr Kön. Majest. dieser Sachen halben/auf der Stadt Bremen underthänigstes Ansuchen / anders und näher sich erklärt/ und man also / dieser wegen / anderweit güt- und gründlich sich verglichen. Unterdessen soll es beym alten Zoll unerhöhet deß Orts gelassen / auch die daselbst ab- und zureisende Leute / durch- oder fürüberfahrende Wägen/ Schiffe und Güter/oder Feurung/ mit sonst nichts beschweret/sondern jederzeit frey und ungehindert passiret werden.

IX.

Hingegen wird das Hauß und Amt Blumenthal/ mit dem Gericht Neukirchen und Vegesack/cum pertinentiis, samt was die Stadt Bremen an Land-Gütern/ Maiern/ und sonsten in diesem Hertzogthum hat/ deroselben in dem Stande und Besitz/ wie sie solches alles und jedes tempore ult. Archiepiscopi gehabt/ gelassen/und ohne Schmälerung dessen/ Ihro Königl. Majest. das Jus territoriale darüber vorbehalten. Denen Richtern zu Leesum und anderen Interessenten/ wegen Vegesack / auch an ihren deßfalls etwan habenden actionibus nichts benommen / sondern gegen die Stadt Bremen / dieselbe gerichtlich außzuführen/ frey gestellet.

X.

Was die vier Gohen / samt dem darzu gehörigem Gerichte Borchfelde betrifft/ darüber zwar die Stadt Bremen das Jus territoriale prætendiret/ an Seiten Ihr Kön. Majest. aber widersprochen wird/ist verglichen und abgeredet / daß solches / zugleich mit dem puncto immedietatis, biß zu ferner composition, nach Einhalt deß ersten Articuls dieses Vergleiches/ außgesetzet/immittelst aber die Stadt auch deßfalls bey ihrem Besitz / so weit und in dem Stande sie denselben vor gegenwärtiger Unruhe gehabt / ohnperturbirt gelassen werden soll. So ist auch der Reichs-Craiß- und Land-Steuren/ und sonst der contributionum halber insgemein/ welche in obgemeldten Gohen nun und ins künfftige abgetragen werden/ beliebet / daß dieselbe/ biß zu anderweit vorbehaltenem Vergleich / ihre Contributiones dem Rath zu Bremen / auf dessen Verordnung jederzeit zwar entrichten / Burgermeistere und Rath aber hingegen schuldig seyn sollen / massen auch dieselbe hiermit vestiglich versprechen / von denen auß besagten Gohen nach und nach erhebenden contributionibus , so offt deren einige angesetzet und erleget werden/von Viertel zu Vierteljahren / den Halbschied an die Königliche Rentkammer zu Stade ohnfehlbar zu liefern / und richtig jederzeit einzuschaffen ; Im übrigen soll der Gutesherrn hergebrachte Gerechtigkeit im Jagen / in selbst eigener Pfändung ihrer Mejere / wegen versessener Landzinsen / und andern Jährlichen præstationum, wie auch im Schiessen und Fischen auf dem Ihrigen / auch admission zu den Teichgerichten / hierdurch nicht geschwächet / sondern denen Königlichen Bedienten und Belehnten oder Eigenthümern/ an Ort und Enden/ da sie einige Land-Güter und Mejere haben oder besitzen / gleich andern Erbexen oder Guts-Herrn ohngeschmälert / und ohne Eintrag gelassen werden.

XI.

Als auch über den zweyen Unter-Stifftern S. S. Vilhadi & Stephani, und S. Anscharii, einige disputen und Irrsalen vorgefallen/ und aber / an Seiten der Stadt Bremen remonstriret worden / daß sie von vielen Jahren einige communion und gewisse Jura in gedachten Stifftern gehabt/ und hergebracht / auch ihre davon gehobene reditus und Abnutzung ad pios usus und dero Kirchen und Schulen Unterhalt angewandt ; So ist verglichen und verabschiedet / daß Bürgermeistere/ Rath und Bürgerschafft / auch dero beyden Kirchen und Kirchenspiele respectivè zu S. Stephani und S. Anscharii daselbst/die jenige Jura und Gerechtigkeiten/ welche sie durch langwirigen Besitz/oder sonst durch gewisse compactata daran hergebracht / und bey deß letztgewesenen Herrn Ertzbischoffs Zeiten würcklich exerciret und genossen haben / allerdings ohngehindert ferner geniessen und behalten sollen / also und dergestalt / weil Ihro Königl. Majestät zu Schweden die subsistentiam d. d. Capitulorum Ihro nicht belieben noch gefallen lassen wollen/ daß/solchem nach bey nechst diesem erfolgender Theilung gemeldter Unter-Stiffter / und dero Curien und Gütere/ in Entstehung anderweiten Vergleiches / sie nach proportion sothanes ihres hergebrachten Rechtens und Besitzes/mit participiren/und daran nicht verkürtzet werden sollen.

Darbey aber dieses außtrucklich veraccordiret / daß die jenige beneficiati, so Ihro Kön. Majest. von dero Antheil / auß diesen beyden Stifftern mit gewissen

wissen Belehnungen begnädiget/ der Stadt Bremen Civil Jurisdiction, consumtien und andern imposten / so la ige und ferne dieselbe keine Bürgerliche Nahrung oder Gewerbe treiben / nicht unterworffen/ sondern frey und exempt jederzeit davon seyn / und keines wegs damit beleget werden sollen.

XII.

Wegen der in der Stadt Bremen angerichteten consumptions-imposten/so weit Ihr Königl. Maj. Underthanen/ bey Zuführung Holtzes und Torffs/ sich darunter beschweret ermessen/ ist verabscheidet/ daß von Bürgermeistern und Rath der Stadt Bremen hinfüro solche Ordnung und Anstalt darinn gemacht werden soll/daß die Leute vom Lande/von dem jenigen/was sie in Bremen zu Kauff bringen / mit kei en imposten beschweret / oder einig Geld deßfalls von ihnen zum ersten Verlag abgefordert / sondern mit freyer Verkauffung zu und wieder außgelassen werden ; auch alle an Königl. Schwedischer Seiten/auf die Stadt Brehmische Fuhr / Schiffe oder Güter / angesetzte retorsions-imposten/ hingegen aufgehaben und gäntzlich abgethan seyn und bleiben sollen.

XIII.

Alldieweil auch / wie bekandt / dieses Hertzogthum Bremen/mit zimlichen Landschulden / so von den hiesigen Ständen/ in statu Archiepiscopatus auf Zinse genommen /und von der Stadt Bremen verschiedentlich in hohen Posten/ zum theil in solidum, zum theil nebenst andern Ständen/jener Zeit mit versichert worden/beschweret ; So erkennen Bürgermeistere/ Rath und gemeine Bürgerschafft der Stadt Bremen sich schuldig und gehalten/zu Fall und in so weit ihre Competentz durch die in solidum unterschriebene obligationes noch nicht absorbiret / die jetztgemeldte dieses Landes gemeine Schulden proportionabiliter mit abzulegen und herbey zu tragen / u d sollen dieselbe über deme mit andern hernach gemachten / oder ferners machenden Schulden dieses Hertzogthums nichts zu schaffen haben / noch wegen derer Zahlung einigsinnes behelliget und beschweret werden.

XIV.

Demnach unter andern / bey dieser Friedenshandlung/Bürgermeistere/Rath und die Bürgerschafft der Stadt Bremen/ wegen der vor etlichen Jahren in ihre Neustadt und dero Vestung eingezogenen/ vom gewesenem Clero daselbst herrührenden Ländereyen / und dahero Ihro Kön. Majest. nunmehr zugewachsenen Anspruchs / auch geforderten satisfaction an Capital und Zinsen/verschiedene Ansuchung gethan/ um selbige Forderung / zu Verhütung fernerer Ansprüche und Streits/bald in diesen/bald in einen andern Punct mit einzuschliessen ; so wird endlich zu contestirung höchstgemeldter Königl. Majest. affection gegen die Stadt Bremen/auß Kön. hoher Milde u d Güte/ die vorgenandte Ländereyen in der Neustadt/ hiermit Bürgermeisteren / Rath und Bürgerschafft der Stadt Bremen Erbeigenthümlich überlassen und eingeraumet/ hinführo dieselbige zu ewigen Tagen für ihr Eigenthum zu besitzen und zu behalten ; ohne daß deßwegen ins künfftige einige weitere prætension wider gemeldte Stadt Bremen soll oder möge gemachet noch angestellet werden.

XV.

Als auch Ihr Kön. Majest. gnädigsten Befehl haben ergehen lassen/ daß / auf zulangenden und nach geschlossenem diesem Vergleich / dero herausgeschickte Völcker alsobald wieder abgeführet werden solten ; So haben Bürgermeistere / Rath und gemeine Bürgerschafft der Stadt Bremen versprochen/ versprechen auch hiemit vestiglich / an statt aller darauf gehender/ oder sonst einigsinnes erforderender Kosten / ein gewisse Summa Geldes / laut darüber besonders außgestalter obligation, innerhalb sechs Wochen à dato dieses unterschriebenen Vergleiches/deß Herrn Legaten Schering Rosenhanes Exc. oder dero Gevollmächtigten/in Hamburg zu erlegen und abzutragen.

XVI.

Auf vorberührte / also beliebte und verglichene Puncten/ sollen also fort auf ergange e Subscription dieses Vergleiches / alle bißhero geführte Fei dseligkeiten gäntzlich cessiren/und allerdings aufgehaben und abgethan ; auch wegen alles dessen / so bißhero verübet und vorgegangen/gegen niemand/ ingemein oder particulier, etwas geandet werde/sondern alles und jedes/per universalem Amnestiam vergeben und vergessen/ dagegen beständiger Friede Ruhe und Einigkeit/ auch respective gnädigst und unterthänigstes Vertrauen/ zwischen Ihro Königl. Majest. und gedachten Bürgermeistern / Rath und Gemeine der Stadt Bremen/ restabiliret und aufgerichtet seyn / auch künfftig treulich und eyferig gehalten ; die Commercia zu Wasser und Lande frey gelassen ; Die Völcker / ausser was ein jeder Theil zu seiner eigenen Besatzung nöthig zu haben erachten wi d / abgedancket und abgeführet ; und die Gefangene hinc inde ohne Rancion oder Entgelt erlassen / und alsofort auf freyen Fuß gestellet werden.

XVII.

Damit nun schließlich alles das jenige / was obgesetzt / seinen völligen vigor, Krafft und Würckung haben möge/ so promittiren mehr hochgemeldter Herr Legat Exc. Ihrer Kön. Majest ratification dieses Vergleiches innerhalb den nechsten dreyen Monaten in hiebey verabredeter Form / in der Stadt Stade ohngeändert einzuschaffen/und mit der von Bürgermeistern/ Rath und Gemeine der Stadt Bremen/ in gleichfalls beliebter Form / ohne Enderung außgefertigter ratification zu commutiren und außzuwechseln.

Dessen allen zu wahrer Urkundt und mehrer Bündigkeit / seynd hierüber drey gleichlautende Recesse verfertiget ; Worvon der eine Ihrer Königl. Majest. zu Schweden gevollmächtigten Herrn Abgesandten Herrn Schering Rosenhan Exc. Der ander dem Königl. Schwedis. Gouvernement allhier ; Der dritte Bürgermeistern / Rath und Bürgerschafft der Stadt Bremen zugestellet / und von hochgemeldtem Herrn Legato mit Hand und Pitschafft bekräfftiget ; So dann von der Stadt Bremen Eingangs genandten Deputirten versiegelt und untergeschrieben / wie auch von denenselben / so im Nahmen der Hochmögenden Herren General-Staaden / ingleichen von denen Erbb. Städten Lübeck und Hamburg/zu diesen sich gutwillig eingefunden / und alle gute officia dabey præstiret haben/als nemlich/ denen WolEdlen/ Gestrengen Herrn Conrad von Boiningen/Rath/Pensionario von Amsterdam / und extraordinari committirten in der Vergaderung der hochgem. Herren General-Staaden der Vereinigten Niederlanden / wegen der Provintz Frießland ; und Herrn Epo von Boptsema/ zu Tanjaburg/committirten zu hochgedachter Vergaderung wegen der Provintz Frießland ; und dem Wolgebornen Herrn/ Rudolff Wilhelm/ Freyherrn zu In- und

Kniephausen/ Edlen Herrn von Lützburg / Bergum und Uplewerth/ committirten wie obgedacht/ wegen der Provintz / wegen der Stadt Gröningen und Ummelanden : So dann denen Edlen / Ehrenvesten/ Hochgelahrten und Wolweisen Herren/Herrn David Gloxino, Herrn Johann Pöppingen/Herrn Johann Müllern/und Herrn Hieronymo Friesen/ respectivè J.U. Doctoribus, Licentiato, Syndicis, und Rathsverwandten der Städte Lübeck und Hamburg/ zum Gezeugnus mit dero Hand und Pitschafften unterzeichnet worden , So geben und geschehen in Stade/ am acht und zwantzigsten Tage/ Monats Novembris, im Jahr nach Christi unsers Erlösers und Seligmachers Geburt / Ein tausend sechshundert vier und funffzig.

Schering Rosenhane.

Johann Wachman/ Doct. — Heinrich Meyer/D.
Georgius Roper/D.
Nicolaus Blancke.
Johann Ariens
Conrad von Boiningen. — Epo von Bootsema.
Rudolff Wilhelm/zu In- und Kniephausen.
David Gloxin, D. — Johann Pöpping.
Johann Müller/D. — Hieronymus Friese.

CAPUT VII.

Buchau am Feder-See / *Buchavia.*

Summaria.

1. *Buchavia Civitas Imperialis, ubi sita.*
2. *Quomodo gubernetur.*
3. *Gynæceum quale habeat.*
4. *A quo hoc conditum.*

1 Buchavia Civitas est Imperialis in Circulo Suevico ad lacum Plumarium, am Feder-See sita, & duobus milliaribus à Biberaco distans, iisdemque privilegiis & juribus, quibus aliæ Civitates Imperiales, gaudet, votum & sessionem in Comitiis & Conventibus tàm Imperialibus, quàm provincialibus habet, ipsique in matricula Imperii duo pedites, sive octo floreni sunt assignati, Joh. Limnæ. *d jur. publ. tom. 4. libr 4. c. 7. fol 573.*

2 A duobus Consulibus, Prætore, Stadt-Amman/ & Senatu gubernatur. Cujus documenta literaria cum olim igne fuerint consumpta, de ejusdem juribus & privilegiis parum referre licet, Matth. Merian. *topograph. Suev. verb.* Buchau.

3 Celebre ibidem habetur, & amplissimum splendidissimumque Gynæceum, sive Virginum sacrarum collegium, in quod nullæ aliæ cooptari solent, quàm quæ illustri genere natæ sunt; quibus tamen ut nubant, vitæque genus suæ mutent, libera potestas est. Conditum

4 hoc Gynæceum esse ferunt à D Adelinda, Hilebrandi Suevorum Ducis filia, quæ marito suo Ottone Comite Caldariense, in pugna cum Hunnis commissa, una cum tribus filiis Beringero, Reginoffo & Crebhardo, miserè ibi trucidato, orbata paulò post quoque superstite Hattone filio quarto ex mœrore animi defuncto, eo ipso in loco, in quo pugnatum est, quem vulgo Planctinam Vallem, Planckthal/ à planctu suæ dominæ & plebis universæ, incolæ dicunt, fanum & sacrarium istud condidit, & in eo maritum cum liberis mœstissima sepelivit, ipsa tandem prima fani illius sui antistita & magistra facta, & in eodem denique sepulchro condita, & in Divarum numerum relata. Post miserandum hujus Gynæcei cinerem, à Ludovico Pio Cæsare, Caroli Magni filio, denuo instauratum, & majoribus possessionibus urbanis & rusticis locupleratum & auctum, Dresser. *Isagog. histor. part. 5. p. 169* Reusn. *de urbib. Imperial. part 2. c. 23* Merian. *topograph. Suev. verb.* Buchaw. De hoc ita scribit Nic. Reusner.

Cade nocens, belloq; ferox dum barbarus Hunnus,
Germanas ferro vastat & igne plagas:
Obvius it contra, patriæ Dux inclytus, hosti
Fortis Otho, jussu, Carole Magne, tuo:
Cumq; tribus natis, decus & tutela suorum,
In medios enses, sævaq; tela ruit.
Multa facit victor, sed fert quoq; vulnera multa,
Et benè pro patria sic cadit in patria:
Quem planctu tristi conjux Adelinda requirens:
Planctinæ Valli nomina longa dedit;
Qua lacui vicina jacet Buchavia dives:
Æternum famæ vivit in orbe decus.

CAPUT VIII.

Buchorn / *Buchornia.*

Summaria.

1. *Unde dicatur.*
2. *Ejus situs.*
3. *Quibus olim subdita.*
4. *Hodie Civitas est Imperialis.*
5. *Parva quidem, sed amœna.*
6. *Est sub protectione Civitatis Uberlingensis.*
7. *Olim in cineres redacta.*

1 BUchorna sive Buchornia, Buchorn / nomen habet à fagina sylva olim ad usque lacum Bodamicum sive Venetum, Acronium & Briguntinum Boden-See dictum, protentia, vom Buchwald / der sich vor Zeiten biß an den Boden-See gezogen. Merian. *topograph. Suev. verb.* Buchorn *fol. 21.* Reusner. *de urb. Imper. part. 2. c. 32.* Limnæ. *de jur. publ. tom. 4. libr. 7. c. 9. f. 216.*

2 Sita est hæc Civitas in Circulo Suevico in labro & ora lacus Acronii ad ostia Schussii, cujus caput est Sorethum, quod ab eo amne Schussenrietum vulgò nominatur Reusner. *d. cap. 32.*

3 Olim subdita fuit Comitibus de Buchorn / quibus deficientibus, in ditionem Comitum Altorffensium & Ravenspurgensium pervenit. Quibus quoque extinctis Imperio se tanquam libera adjunxit, Reusner. *d. l.*

4 Et sic hodie est Civitas Imperialis & soli Imperatori & Imperio Romano subdita, votum & sessionem in Comitiis Imperialibus & Circularibus obtinet, & in matricula Imperii comprehensa, nach dem sie anno 1545. & 1551. um 5. zu Fuß geringert worden / seynd 5. zu Fuß / thut am Geld Monatlich 20. fl. zu Unterhaltung Käyserlichen Cammer-Gerichts soll sie jährlichen geben 30. fl. Merian. *topograph. Suev. verb.* Buchorn / *fol. 21.* Limnæ. *d. l. n. 3.*

5 Parva quidem & exigua est Civitas, sed longâ opulentia clara, & satis amœna, Reusner. *d. c 32.* Hat eine vornehme Grädt und Niderlag der Güter / so von S. Gallen und Steinach über See / und fürter in Schwaben / und zuruck gehen.

6 Est sub protectione Civitatis Uberlingensis, Mager. *de advocat. cap. 5. num. 536.* Ejusque ditio Bomgarten / sub jurisdictione Landvogteiæ Suevicæ, Merian. *d. l.* Limnæ. *d. l. n. 2.*

7 Anno 1291. ab Episcopo Constantiensi & Abbate S. Gallensi occupata, sed non diu detenta & restituta, & Anno 1363, una cum omnibus suis Privilegiis funditus in cineres redacta, postea reædificata fuit, Merian. *d. l.* ubi addit, daß sie anno 1634 von den Schweden sehr fortificirt / aber folgends / nach der Nördlinger Schlacht / von ihnen freywillig verlassen worden.

CAPUT IX.

Colmar / *Colmaria.*

Summaria.

1. *Colmaria unde dicta.*
2. *Ex Argentuariæ ruinis extitisse videtur.*
3. *Argentuaria quænam fuerit.*
4. *Ejus situs.*
5. *Est Civitas Imperialis.*
6. *Ad præfecturam Hagenoensem pertinet.*
7. *Templa & cœnobia à quibus fundata.*
8. *Augustanæ Confessioni addicta.*
9. *Varia damna ab hostibus accepit.*

1 COlmaria unde sic dicta sit, non satis constat. Sunt enim qui Columbariam eam vocant, & sic à Columbarum auspicio eam sic dictam putant. Colmariam ab antiquissima & nobilissima familia Colmariger, sicut illuc vicinum oppidum Gemar à Nobilibus Gemaringer, denominari, censet Beat. Renan. *rer. German.* Alii nomen ejus à Clava Herculis, Kolben / quam in clypeo Urbs ostentat, di-

2 ctam eam augurantur. Sed vetus est opinio, ex veteris Argentuariæ Civitatis ruinis Colmariam extitisse, sicut Selestadium ex Elcebo, Dresser. *Isagog. hist part. 5. p. 191.* Nicol. Reussn. *de urb Imperial. part 1. c. 10. de Colmaria.* Atque inde dictam esse à carbonibus, Colen / quod in cineres sit redacta, vel à foro Carbonario, quod ibi fuerit, ut Colmar-contractum sit à Colmarckt / sicut Weinmar à Weinmarckt / prout putat post Georg. VValther. Joh. Limnæ. *de jur. publ. tom 4. libr. 7. cap. 12.* Dresser. *d. part. 5 pag. 191.*

3 Fuit autem Argentuaria olim Castellum seu præsidium Romanorum, ab Attila postea vastatum, ac præterea Gratiani Augusti victoria, & Alemannorum vel Suevorum, Alsatiam & Helvetiæ bonam partem occupantium, horribili strage nobilitatum, cum ad triginta quinque millia isthic cæsa fuisse referat Ammian. Quod deinde sub Valentiniano III. Augusto, una cum cæteris Galliæ municipiis funditus deletum est, ubi etiamnum hodie vicus extat, cui nomen est Harburgo, Ello flumini imminens, & sacello D. Virginis vulgò notus, cujus transitum ponticulo ligneo olim conjunctam fuisse adhuc apparet, Reusner. *d. cap. 10.* ubi addit, quod in eo vico Comes VVürtembergicus Georgius Reichenwiræ dominus pulchram arcem ædificavit, cum hac inscriptione: In ruinis veteris Argentuariæ, ab Alemannis in hanc provinciam irrumpentibus funditus eversæ (Harburgum ipsi dictitabant) quam Gratiani Augusti victoria, cæsis haud procul hinc XXXV. Alemannorum Lentiensium millibus, anno à Christo nato CCCLXXX. ut D. Hieronymus auctor est, celebriorem reddiderat Civitatem, Antonino Cæsari, Ptolemæo Marcellino, aliisque commemoratum, in ejus ruinis clariss. Georgius Comes à VVürtemberga, &c. hoc ædificium extrui fecit, anno M.D.XLIII. sanè quàm multis Romanæ vetustatis monumentis dum fundamenta locantur, repertis erutisque. Atque ita excidium Argentuariæ peperit Colmariam, ut scribit B. Rhenanus, quam postea vallo & muris cinxisse fertur VVolffelinus, Hagenoæ Præfectus

Cæsareus, cum antea vicus esset mediocris, quod factum esse Imperante Friderico II. Augusto Cæsare Romano circa *annum Christi 1240.* scribit Reusner. *d. cap. 10.* Merian. *topograph. Alsat. verb.* Colmar. *fol. 12.* Dresser. *d. pag. 191.*

4 Sita est hæc Civitas in medio Alsatiæ, loco optimo & fertili, ut & ubertate agrorum & varietate fructuum, magnitudine pascuorum, & multitudine earum rerum, quæ exportantur, facilè omnibus aliis Civitatibus comparari queat.

5 Planities urbis in longum undique porrecta à montibus fermè duobus distat mille passibus, stipata torrentibus compluribus, & amnibus quatuor Lucha, Duro, Fœchta, Eilo, Lauch/ Dur/ Fecht und Ill irrigua, quarum inductionibus terra fœcundior redditur, Reusn. *d. c. 10.*

5 Est Civitas Imperialis & Imperio immediatè subdita, votum & sessionem in Comitiis habet, in matricula Imperii continetur, istAnno 1545. und 1551. um 1. zu Roß / und 9. zu Fuß geringert worden / ist also ihr Anschlag Monatlich zu Roß 4. zu Fuß 10. thut an Geld 168. fl. zu Unterhaltung deß Käyserlichen Cammergerichts hat sie zu geben Jährlich 80. Limnæ. *de jur publ. tom. 4. lib. 7. c. 12.* Eandemque circa *annum 1240.* ex pago Civitatem Imperialem factam fuisse, censet Crusius *annal. Suev. lib. 1. part. 3. c. 15. fol. 49.*

6 Est una ex civitatibus, quæ ad præfecturam, sive Landvogteiam Hagenoensem pertinere dicuntur, de quibus vide *supra lib. 1. cap. 12. num. 177. & seq.*

7 Templa & cœnobia in hac civitate complura sunt, partim à Bertha Francorum Regina, quæ Caroli Magni genitrix fuit; partim ab Adelheide, filia ejus, fundata; sub cujus jurisdictione & Imperio aliquandiu ea civitas fuit, &, ut videtur, dotis nomine ei concessa, Reusner. *d. c. 10. in fin.*

8 In Religionis negotio variis mutationibus obnoxia fuit: Olim Catholicæ Romanæ, deinde Augustanæ Religioni addicta; postea *anno 1627.* Catholicam iterum admittere Cæsareo decreto compulsa fuit. Anno autem 1632. opus Religiosum promovente Dn. Johanne Schmidio Theologo Argentoratensi, optimæ notæ, veram & genuinam Augustanam Confessionem sequi constituit, Merian. *topograph. Alsat. verb.* Colmar. *pag. 12. & 13* Limnæ. *d. t. 4. libr. 7. c. 11. n. 4. add. Apolog. Colmariens. per tot.*

Multum quoque damni civitas hæc olim ab hostibus vicinis perpessa, & præcipuè Rudolphi, & deinde Adolphi Imperat. armis vexata est, propterea, quod contra fidem datam ab eo recesserat, authore urbico Prætore, Walthero Roßelmann/ qui postea à Cæsare Adolpho captus per longum tempus ante Cæsarem, quocunque is proficisceretur, curru est circumvectus, ligatus super totam, erecta manu, in signum perfidiæ, teste Cuspinian. Crus. *annal. Suev. lib. 3. part. 3. c. 11. pag. 175.* Merian. *d. l.* Dresser. *d. part. 5. pag. 191. & seq.* 9

In Colmariam Civitatem sequentia extant epigrammata. 1. Nicolai Reusneri.

Quid non longa dies permutat edaxq; vetustas?
Quæ secum vertit cuncta trahitq; potens.
Quod fuit ante, perit: quod non est, nascitur inde:
Et nullum est, quod non tempore cedat, opus.
Gens modò quæ crescit, decrescit tempore rursus,
Concidit urbs, magnum quæ modò nomen habet.
Troja potens, Sparta fuit Urbs clarissima quondam:
Vile solum Sparta, Troja ruina manet.
Quis Thebas, aut Palladias quis nescit Athenas?
At quid ab his restat nunc, nisi nomen iners?
Pace virens quondam sic Argentuaria, solum
Ostendit tumulos diruta Marte suos.
Latior alterius superest Colmaria proles
Urbis: & ut super hæc sit diuturna, precor.

2. Christophori Coleri, Colmaria, anagram. Loca mira.

Hac ego delitui miles Phœbeius in urbe,
Dum Mars Alsaticis turbat Lotharingus in arvis,
Quos non audivi gemitus à rure? volantes
Quos non perspexi tectis crepitantibus ignes?
Sed tutus salvusq; fui: velut in mare magno
Qui videt insanis obsessos fluctibus: aut qui
Stans in monte procul ferventia prælia cernit.
Salve ô chara mihi patria altera, vos quoq; in illa
Patroni salvete mei: tuque inclyte Lince,
Qui Martis Phœbiq; artes æqualiter urges.
Ast ego pro meritis quæ digna redhostio tantis
Colmaria? anne tuis sat possim laudibus esse?
Grandius illud opus, tibi fœcundissima tellus,
Vel Siculis æquanda satis tibi semper apricis
Vina recocta jugis, Campano digna Falerno:
Quid fontes collesq; loquar, Rhenumq; propinquum?
Quid prisca hic frustra monumenta? Quid Herculis arma?
Urbis honestamentum, urbisq; insignia narrem?
Hoc satis, uberius donec loca mira canamus.

CAPUT X.

Cöln/ *Colonia Agrippina.*

Summaria.

1. *Colonia unde, & quibus nominibus dicta.*
2. *Dicitur caput & Civitas Ubiorum.*
3. *Urbs est antiqua, & ad Rhenum sita.*
4. *Illustris dicitur urbs.*
5. *Ejusdem descriptio Zeilleri.*
6. *Ædes sacræ in ea complures.*
7. *Ad fidem Christianam per quem conversa.*
8. *Insignia Civitatis quænam.*
9. *Corpora trium Regum an & unde habeant.*
10. *Tres coronas unde gerat.*
11. *Civitas hæc à prima sua origine libera.*
12. *Est Civitas Imperialis.*
13. *In matricula Imperii continetur.*
14. *In scamno Rhenano primo loco sedet.*

15. Ori-

15. *Originis est Germanica.*
16. *Est Civitas Hanseatica.*
17. *Inter quatuor Imperii Rusticos refertur.*
18. *Ministri Con[…]lum quale signum gerant.*
19. *Vocatur* die Edle Stadt / *& cives,* freye Königliche Burger.
20. *Gladii potestatem, in ea habet Archiepiscopus Coloniensis.*
21. *Cum quo variæ lites.*
22. *Comites Nuenarii & Bentheimenses, quænam ibi jura habeant.*
23. *Status Reipubl. qualis sit.*
24. *Magistratus Civitatis triplex est.*
25. *Ecclesiasticus qualis.*
26. *Politicus quis.*
27. *Academiæ Gubernator Rector est.*
28. *Regimen Civitatis politicum quale.*
29. *A mulctâ appellatio interdicta est.*
30. *Summa appellabilis quænam sit.*
31. *Scabini judicium exercere tenentur, etiamsi Archiepiscopus regalia nondum obtinuerit.*
32. *Habet jus cudendi monetas.*
33. *Privilegium vectigalis quale habeat.*
34. *Privilegium quoad munitiones.*
35. *Civium Coloniensium seditio.*

1 COlonia, Cölln / inde dicta, quod Romanorum vetus sit Colonia. Joh. Limnæ. *de jur. publ. tom. 3. libr. 7. c. 10. n. 1.* Dicitur etiam Colonia Agrippina, Agrippinensis, vel Agrippinensium, sicuti placet Lipsio *in not. ad* Tacit. *libr. 12. annal. n. 61.* Idque vel à M. Agrippa, quod is Ubios trans Rhenum in fidem suam receperit, Nic. Reusner. *de urbib. Imperial part. 1. c. 1. de Colonia.* Dresser. *Isagog. hist. part. 5. pag. 192.* Vel ab Aggrippina filia Germanici Cæsaris, Claudii conjuge, & Neronis matre, quæ ibidem genita, ut vim suam exteris quoque nationibus ostentaret, in oppidum hoc Ubiorum Coloniam deduxit, & nomen ex vocabulo Coloniæ ipsi indidit, Theodor. Höping. *de jur. insignium, cap. 6. part. 7. num. 1009.* Reusner. *d. cap. 1.* Dresser. *de German. urbib. pag. 192.* Irenic *exeges. Germ lib. 11. pag. 199.* Eandem quoque Claudiam agnominatam esse addit, Höping *d. l.* cum novum non sit, urbes nomina cùm aliundè, tum à conditoribus sumere solitas, uti & ab iis, per quos vel ampliatæ sunt, vel instauratæ. *Et num. 1011.* addit, quod in hanc Coloniam Aulus Vitellius, Othonis pugionem, quo se is occiderat, Marti dedicandum misit, propterea, quod in hac Co-
2 lonia primùm Imperator fuerit salutatus. Unde quoque dicitur civitas & Caput Ubiorum, Limnæ. *d. c. 10. n. 1.* Tacit. *lib 1. annal ibi:* in civitatem Ubiorum, *& lib. 12. ibi:* Veteranos Coloniamque deduci imperat, cui nomen inditum ex vocabulo ipsius, & ibi Lipsius *in comment. pag. 704. & in not. ad* Tacit. German. *in verb. origine erubescunt. pag. 558.* Höping. *de jur. insign. d. cap. 6 n. 1011. & ibi alleg.* Matth Merian. *in topograph. Archiepisc. Coloniens. pag. 41.* ubi ita scribit: Es haben vor Zeiten die Ubii die Wetteraw / und den Westerwald / samt einem Theil Hessenlands / da Marpurg und Giessen ligen / innen gehabt: Weilen sie aber keinen Fried vor den Hessen hatten / so haben sie ums Jahr vor Christi Geburt 35. erlangt / daß sie möchten über Rhein / in Galliam ziehen: Allda auß Vergünstigung Käysers Augusti / ihnen die Felder / so vorhin die Condrusi innen gehabt / auch ein Theil von der Eburnorum und Menapiorum Land / eingeben worden / also daß sie einen guten Theil vom Hertzogthum Gülch / und das Stifft Cölln fast gantz eingehabt haben. Und werden sie / sonders Zweifels / gleich nach ihrer Hinüberkunfft / die Stadt Cölln erbauet haben / dahin nach 85. Jahren / nemlich im Jahr nach Christi Geburt / 50. auß Befelch Juliæ Agrippinæ, einer Tochter Germanici, Käysers Claudii Gemahlin / und Käysers Neronis Mutter / so daselbsten gebohren / ein Römisch erbauendes Volck / oder Colonia, ist geführet worden: Dahero die Stadt Cölln / von denen dahin gesetzten Römern / und ihr der Käyserin Nahme / Colonia Agrippinensis, und die obgedachte Ubii selbsten, nachmals Agrippinenses seyn genennet worden. Und daher vergleicht sich noch dieser da deß H. Römischen Reichs / und Germaniæ Secundæ Haupt-Stadt / Regiment / in vielen Stucken / mit dem vor Zeiten wolangestellten / und gewesten Römischen / wie in dem ersten Theil deß Georgen Braunen Städtbuchs / mit mehrerm hiervon zu lesen.

Urbs hæc antiqua & inter Germanicas am- 3
plissima, ad Rhenum sita est, & hodie formam habet Lunæ dividuæ, cum olim esset formæ quadrati, ut Roma ipsa mater, cui par est quodammodo, & similis loci amœnitate, & populi frequentia, & dignitate magistratuum, & amplitudine opum, & magnificentia ædium sacrarum, & publicorum privatorumque operum splendore atque elegantia; denique sapientiæ ac virtutis bonarumque literarum gloria, ut non immeritò altera Germania Roma appellari posse videatur, Nicol. Reusner. *d. cap. 1. de Colonia.* Eamque notissimam & illustrem 4
Germaniæ Urbem vocat, Dionys. Gothofred. *in not. ad l. fin. §. 2 lit. b. ff. de censib.* Confer Matth. Merian. sive potius Martinum Zeilerum *in topograph. Archiepisc. Coloniens. pag. 43.* ubi de hac civi- 5
tate ita scribit: Anno 1180. ist diese Stadt erweitert worden. Hat jetzt 82. oder 83. Thürn zur Beschützung herum: Item einen doppelten (einer sagt einen truckenen tieffen) Graben / und starcke hohe Mauren / mit bedeckten Gängen, innerhalb derselben auch hin und wieder Weingärten / Aepffel und andere fruchtbare Bäume / schöne Spatziergäng und Lustbarkeiten / in und ausser der Stadt / und 34. Thor. Ist sonsten auch wol erbauet / und stehen sonderlich um das Rahthauß / auf dem Marckt ansehnliche Häuser / ingleichen auch um den Häumarckt. Die Gassen seyn schön weit / und mit breiten Steinen gepflastert.

Theils sagen von 11. Stifftern oder Collegiis Canonicorum, 12. Manns- und 10. Jungfrauen Clöster / und 19. Pfarr-Kirchen / deren theils auch noch Canonicaten und Præbenden haben / so allhie zu finden. Andere setzen 19. Pfarr-Kirchen / 10. Stiffts-Kirchen / 15. Manns Clöster / 22. Jungfrauen Clöster (unter welchen

welchen 8. die auf dem Haupt schwartze Wieslen tragen) 60. oder 59. andere Beginenen oder Nonnen (welche insgemein Schwestern genennet werden/) und alter Weiber Convent/ 30. Capellen/ 2. Gasthäuser oder Hospital / 2. Siechen- oder Krancken-Häuser / 8. Häuser / darinnen Alters halben unvermögene Männer und Weiber versorget werden. Item / ein Findel-Hauß / und das Hauß / darinn man die Unsinnige gefangen hält / so die Cölner das Hundshauß nennen sollen/ etc. Et paulò post: Es ist aber unter den erzehlten Kirchen insonderheit die Ertz-Bischöffliche/oder der Dom zu S. Peter zu besichtigen / so Anno 1248. zu bauen angefangen / aber biß daher nicht außgebauet worden; Sonsten solche/wegen ihrer Weitläuffigkeit und Grösse/alle in Teutschland übertreffen würde/ und könnte solche Kirch unter die Wunderwerck in Europa gezehlet werden. Es wird in solcher / nach altem Herkommen/jedes Jahr der Churfürstlichen Regierung ein neuer Stecken angehangen/ damit andeutend/ wie viel Jahr ein jeglicher Churfürst dem Ertz-Bisthum fürgestanden sey.

Es werden auch hierinnen die Cörper der H. 3. König/wie mans ins gemein nennet/oder der Weisen auß Morgenland/ in einer rings umher mit starcken Eisern vergitterten Capellen / mit vielen stattlichen Pocalen gewiesen/die der Ertz-Bischoff Reinholdus von Dassel/vom Käyser Friderico I. als er Meyland eingenommen/außgebetten/und hieher geführet hat.

Man findet auch da vieler Hertzogen / Fürsten und Bischöffe Monumenta, von Ertz und Alabaster.

Besagter Reinholdus solle auch der Maccabeer Gebeine hieher gebracht haben/ und dieselbe in ihrer eignen Kirchen ligen.

In der eilff tausend Jungfrauen (oder Mägd / so mit S. Ursula sollen seyn erschlagen worden/) Kirchen / seyn etlich tausend Köpff mit Seidengezeug überzogen / und also in der Kirchen auf beyden Seiten/ gar ordentlich in die Höh / in unterschiedliche Kästlein gesetzt.

Et paulò post: In der Kirchen zu allen Aposteln/ ist eine Taffel von einem Weib / so für tod begraben/ aber wieder zu recht kommen ist. Das prächtige Rathhauß/ samt dem hohen herrlich erbaueten/und mit Bildern gezierten Thurn daran / und in solchem Hause die Bildnus deß jenigen Burgermeisters/ welcher einen Löwen mit dem Dolchen umgebracht hat / ist auch für-
6 nemlich zu sehen/ etc. Confer Nicol. Reusn. *de urbib. Imperial. part. 1. c. 1.* ubi dicit, maximum hic esse numerum sacrarum ædium, quarum primaria illa S. Petro consecrata est, & Collegio Sacerdotum ornata nobili atque illustri, quod Ducibus atque Comitibus florentissimum est, quippe cum nemo in hoc cooptari soleat, nisi sedecim probet stemmata stirpis suæ generosæ; quæ non modò Nobilitatis ornamentis, verum etiam virtutum luminibus sit illustris. Sunt & alia septem celeberrima in urbe illa sacerdotum collegia, & innumera ferè, tàm monialium, quàm monachorum cœnobia, & templa fanaque quàm plurima, sepulchris charorum hominum, & reliquiis Sanctorum, ut opinio est, veluti Magorum, Macabæorum, undecim millium Virginum, sancta atque religiosa hactenus habita: denique alia loca infinita misericordiæ & pietatis Christianæ destinata. Ipsa urbs tota septa est muro fossaque triplice; & propugnaculis turribusque munita fortissimis: Foris quoque & vicis, & xystis, hortisque urbanis atque suburbanis, in quibus summa est amœnitas & dignitas, instructissima. Hactenus Reusnerus.

Ad fidem Christianam civitas hæc conversa 7
est per Maternum, S. Petri discipulum, unde insignia ejus referunt imaginem S. Petri, una manu tenentis duas claves, altera librum, cui inscriptum: Sancta Colonia, Romanæ Ecclesiæ fidelis filia, Johan. Limnæ. *de jur. publ. tom. 4. lib. 7. c. 10. num. 4.*

Agrippinenses in signis suis militaribus acies 8
triangulares, à Würtzburgensium aciebus parum discrepantes, primitus habuisse dicuntur. Verum cum etiam ante Ottonis I. tempora ultra quatuor seculorum spacium Franci urbem hanc moderati sint, & sæpius tributaria, & in servilem statum redacta, etiam insigne suum juxta dominorum nutum mutare coacta fuit, post *Chron. Coloniens. VVerdenhag. part. 4. Rerum-publ. Hanset. c. 1. pag. 773.* Atque ita postquam ci- 9
vitas hæc Magorum sive Trium Regum corpora (ut dicitur) accepit, acies in tres coronas sunt mutatæ, servato Francorum colore albo & rubro, idque ad designandos tres Sanctos Magos ab oriente venientes, ac Domini Salvatoris nostri nativitatem devotè venerantes; post Jacob. Curion. *epist. de origin. Franc. fol. 170.* VVilhelm. Eisengrein. *Chronolog. Spiren. pag. 108.* Lehman. *Chron. Spirens. libr. 4. c. 11.* Johan. Limnæ. *tom. 3. de jur. publ. lib. 7. c. 10. num. 4.* Theodor. Höping. *de jur. insign. c. 6. num. 1017. & seq.* ubi addit, originem hujus mutationis eam esse perhiberi, cum Mediolanenses Friderico I. rebellarent, datam fidem non servarent, in Imperatricis ejusque familiam injuriosi ac contumeliosi existerent, factum, ut cum Civitas solo æquaretur, & aratrum hucilluc que circumduceretur, Imperator in hac destructione Principibus & Episcopis corpora Sanctorum donaret. Hos inter Reginaldus Coloniensis Archiepiscopus trium Sanctorum Regum, olim è Persarum Regione Mediolanum translata accepit corpora, eaque Coloniam, ubi adhuc in summo templo monstrantur, transportavit, Felix Fabri Monach. Ulmens. *lib. 1. histor. Suevor. c. 12. fol. 103.* Gobelin. Persona. *in Cosmodrom. ætat. 6. c. 60. pag. 225.* Dubrav. *Bohem. histor. lib. 12. pag. 115.* Abrah. Bucholtz *in Ind. Chronol. anno Christi 1162.* Dresser. *part. 4. Isagog. histor. millen. 6. part. 2. pag. 79. & seq.* Albert. Krantzius *Chron. Saxon. lib. 6. c. 24.* ubi ita se rem habere scribit; operæ autem pretium est, inquiens, enarrare ordinem translationis. Annus erat sexagesimus octavus post centum ac mille, cum Cæsar Fridericus gravissima obsidione urgeret Mediolanum, Cives ad extremam famem perducti, deditionis fecere mentionem, promissa incolumitate civium, Cæsar unum excepit, primarium ex urbe virum, qui rebellionis author diceretur, quem etiam poscebat ad supplicium. Et ubi comperit Abbatissa loci, in quo manebant corpora trium Magorum, germana soror ejus viri, pacta est cum Archiepiscopo Coloniensi Reinholdo vitam fratris

tris (sciebat enim Cives, etsi non leviter dederent hominem ad supplicium, extrema tamen fame pressos necessitati cessuros) & pro munere pollicetur sanctas illas reliquias. Sciens Archiepiscopus indignationem ac implacabilem iram Cæsaris in hominem, honesta fraude circumveniendum putabat Imperatorem, pro munere deposcens, quod Abbatissa exportaret. Cæsar non cogitans quid moliretur, indulsit. Illa fratrem humeris, ut potuit, evexit. Cæsar hoc non permisisse clamitat: Archiepiscopus fidem promissionis efflagitat, nec facilè illum Cæsar contristavit. Ita salvatur ad mortem destinatus, & ille sanctas ex pacto reliquias accepit, quas Coloniam præmisit. De Parthia dudum venerant Constantinopolim, & inde Mediolanum, ubi 671. feruntur annis quievisse.

10 Alii aliter hoc negocium describunt, de quo videatur Theodor. Höping. *de Iur insign. d. c. 6. n. 1018. & seq.* ubi *num. 1022. & seq.* addit, veritati non videri consonans, propter hujusmodi exequiarum translationem Colonienses tres coronas deferre, ubi etiam plura de hisce Magis seu Regibus adducit. Ab his coronis collegium trium coronarum apud Colonienses nomen accepisse, non videtur esse dubium, scribit post Godesc Stewech. *in Comment. ad* Veget. *lib. 2. c. 8. in verb. in tota autem legione. & pag. 134.* Jac. Middendorp. *libr. 3 de Academ. tit. de Gymnas. Colon p. 517.* Höping. *d. c. 6. n. 1027.*

Optimum trium Coronarum hieroglyphicum explicat Nicol Reusner. *tract. de urb. Imperial. part. 1. cap. 1. de Colonia* his verbis.

Quæ tres ostentat clypeo Regina Coronas
Tot urbium Colonia:
Tres ne potestates notat, & quibus eminet ipsa,
Tres dignitates maximas?
Principis una sacri, magni secunda Senatus,
Academiæque tertia.
Fœlix urbs, in qua Pietas, Sapientia, Virtus
Cives coronat splendidos:
Funiculus triplex haut rumpitur: incluta semper
Vrbis Corona, quæ triplex.
Fulgeat: & totum radiis illuminet orbem,
Concordia nodus facit.

Ut ita tres istæ Coronæ, tria civitatis Regimina veluti Archiepiscopi, Magistratus & Academiæ Rectoris denotent. Aliam ex Gelenio horum insignium rationem affert Limnæ. *de jur. publ. tom. 5. libr. 7. c. 10. n. 4. p. 183 seqq.*

11 Hanc Civitatem à prima sua origine liberam extitisse, censet Petr Bert *rer. German. libr. 3. in descript. Civitat. Colon.* Matth. Merian. *in topograph. Archiepisc. Colon. pag 41.* Et ab Hilderico Francorum Rege Romanis primum adempta, post ab Imperatore Ottone I. in libertatem rursus vindicata, & Imperii Germanici urbs facta est, Reusner *de urbib. Imperial part. 1. c. 1.* Limn. *t. 3. de jur. publ lib. 7. c. 10. n. 3.*

12 Estque hæc Civitas Imperialis, & Imperio immediatè subjecta, neminemque superiorem agnoscit, quàm Imperatorem & Imperium, Dresser. *Isagog. histor. millen. 6. part. 2. rubr. de Archiepisc Colon. pag 73.* Oldendorp. *Marpurg. cons. 5. num. 4. vol. 1.*

13 In matriculam Imperii relata est, ist Anno 1545. & 1551. um 5. zu Roß/ und 122. zu Fuß geringert worden / gibt solchem nach Monatlichen zu Roß 25. zu Fuß 200. thut an Geld 1100. fl. zu Unterhaltung deß Käyserlichen Cammer-Gerichts / gibt sie Jährlich 300. fl. Limnæ. *de jur. publ. tom. 4. libr 7. c. 10. num. 8.*

14 In Comitiis sessionem & votum habet & in scamno Rhenano inter omnes civitates primo loco sedet, & respectu hujus scamni eam esse perpetuam Imperii deputatam civitatem, sibi affirmasse D. VValtherum, scribit Limnæ. *d. num. 8. in fin.*

15 Et licet Agrippinenses olim fuerint juris Italici, secundum JCtum Paulum *in l. ult. §. in Germania. 2. ff. de censib. & ibi* Panciról. *in enodat. lib. 2. c. 153.* originis tamen sunt Germanicæ, Lipsius *in not. ad Tacit. German. in verbis: Origine erubescunt. pag. 558.*

16 Colonia quoque civitas est Hanseatica, & illarum, quæ in Belgia inferiore & VVestphalia continentur, caput, quas refert Matth. Merian. *in topograph. Archiepiscop. Colon. pag. 42.*

17 Civitas hæc inter quatuor rusticos Imperii refertur, wird unter die vier Bauren deß Reichs gezehlet / de quibus vide *libr. 1. c. 2. n. 40.*

18 In cujus rei signum famulos Consulum, habitu rustico baculum gestantes, ipsos sequi refert Justus Sinoldt cognom. Schütz. *disput. Basileens. tom. 5. disp. de vicar. Imper. potest. conclus. 21. lit. C.* Mart. Zeiler. *in continuat. itiner. German. c. 21 n. 12. pag. 265.* ubi ait, daß der Burgermeister Knecht in einem Bauren-Kleyd/ einen Stecken tragende/ ihnen nachgehen. De hoc quoque ita scribit Hartman. Maur. *in descript. Coronat. Caroli V.* dum obviam, inquiens, iretur Regi templum intranti, inter reliquos Comites atque Barones, qui Archiepiscopo Coloniensi officii causa præsto erant, Comes de VVitgenstein. & VVilhelmus de Nuyenar, humeris ante Episcopum Coloniensem gestabant duo flagra, quibus frumentum excutitur, albi viridisque coloris. His significatur, Archiepiscopum Coloniensem, velut provinciæ Præsidem, ab Romano Imperatore utile dominium civitatis Coloniensis obtinere. Colonia enim Agrippina, hoc tempore inter urbes rusticas Imperii numeratur. Licet autem non ignorem, prudentissimos huic Imperii subordinationi, sive discretioni, parum fidei, atque momenti tribuere, ne tamen illud penitus commentitium putetur, videantur quæso Annales atque libri Chronicorum civitatis Coloniensis, quomodo, in medio nigræ crucis, Colonus cum flagello depictus sit. Hactenus Maurus. Improbat hoc Matth. Merian. *in d. topograph. Archiepisc. Colon. pag 41.* ubi ait, daß die jenige die Sach nicht recht verstanden/ welche in ihrer Außtheilung/ diese Stadt unter die vier Bauren deß Reichs gesetzt / weilen der Burgermeister Knecht in einem Bauren-Kleyd/ einen Stecken tragende/ ihnen nachgehen; da doch solcher Stecken auch von den Römern seinen Ursprung haben soll.

19 Vocatur hæc Civitas, die Edle Stadt Cölln/ *supra libr. 2. c. 1. n. 6.* & cives Colonienses, dicuntur, Freie Königliche Burger/ *in libr. Statut. Coloniens. pag. 46.* Joh. Limn. *tom. 3. libr. 7. c. 10. n. 10.*

Die Gesellen auf den Handwerckern sollen anderst nicht/dann in beyseyn der geschwornen Meister/ zusammen kommen/ ihre Umfrag halten / und wann sonsten andere Sachen vorfallen/derentwegen man die Meister zusammen zu fordern vonnöthen achtet / so solle solches allezeit zuvor bey den Burgermeistern angebracht/ und Erlaubnus genommen / die ihnen jemand wegen deß Raths zugeben sollen/damit man nichts Widriges wider einen Ehrsamen Rath / und dessen Ordnung fürnemmen könne. Es sollen auch die inngesessene Meister an andere fremde Werckstädt für sich selbsten/ ohn eines E.E. Raths Wissen und Willen nicht schreiben oder gelangen lassen/sondern wann etwas fürfällt/sollen sie vermittels einer Supplication bey E.E. Rath um Intercession oder Promotorial-Schreiben/ die Obrigkeit deß Orts / dahin sie an das Handwerck schreiben wollen/ansuchen/ und darinn bitten / daß die Herrschafft daselbsten ihrer Unterthonen oder ingesessenen Zunfften Meynung und Begehren vorhalten/und was alsdann derselben Erklärung hierauf seye / E.E. Rath in Antwort wieder überschicken wölle. Also und ebenmässiger Gestalt / da je zu Zeiten von andern fremden Orten an die Handwercker zu Franckfurt geschrieben wird / so sollen die Geschworne verbunden seyn/ solich Schreiben alsbald uneröffnet den Burgermeistern fürzubringen/ und fernern Bescheids zu erwarten/ welches der Burgermeister erbrechen/ bey Rath vorlegen/ und dessen Resolution gewärtig seyn. Und sollen sie für sich selbst niemand weder zuschreiben / noch antworten / sondern dieselbige Schreiben in E.E. Raths Schreiberey gefertiget werden. Damit auch solches alles desto gewisser gehalten werde / so soll von keinem Meister / der vor sich selbst arbeiten darff / er sey was Handwercks er wolle / zu Franckfurth gedultet / der nicht wäre zum Burger angenommen. Es soll jhnen auch das Burgerrecht anderst nicht/dann auf das Meisterstuck zugesagt werden. So soll auch kein Handwerck/wie groß und weitläufftig es seye / ihme selbsten Gesetze und Ordnung geben / oder unter sich etwas beschliessen/statuiren oder machen/ sondern soll solches alles vorher E.E. Rath vortragen / und darum bitten/ welcher dann nach Gelegenheit ihres Begehrens sich zu bezeigen wissen wird. Die Ordnungen/ welche ihnen vom Rath gegeben/oder gemacht werden/ sollen allesamt in deß Raths Verwahrung gehalten / und keinem Handwerk zu selbst handen geantwort werden. So viel die Lehrjungen und Gesellen anlangen thut/sollen die Lehrjungen/wann sie aufgedingt/in gewisse Bücher mit Bestimmung der Lehrjahr / bey dem Rathschreiber eingeschrieben/ und nach erstandenen Lehr-Jahren wieder allda ledig gezehlt / die Gesellen durch die geschworne Meister mit Meistern versorget / und soll ohne solch ordenlich Zuschicken / kein Gesell / was Handwercks der seye/ einigem Meister in Arbeit nicht einstehen/ oder ein Meister einigen Gesellen fürdern / noch auch hinwieder ein Gesell von der Arbeit dem Meister in der Wochen/ die nicht vollumb / außstehen / sonsten solle derselbe vor unredlich gehalten werden. Was sonsten bey angeregten Handwercks-Ordnungen ferner in das künfftig vor Verbesserung vorzunemen vor nutzlich ermessen wird/ solches soll dem Rath nach Gelegenheit der Zeit / zu mehren und mindern / frey stehen und vorbehalten seyn / etc.

10 Encomia hujus Civitatis varia refert Henric. Stephan. *in encom. nundin Francofurt per tot.* quæ extat apud Reusner. *de urbib. Imperial. ad fin.* ubi nundinalem eam Musarum Academiam, Francofurtenses Athenas, Musarum nundinas Mercuriales, & totius orbis emporiorum compendium dicit. Quicquid enim dives Oriens, quicquid odoratus Arabs, quicquid delicatus Assyrius, quicquid Africa fertilis, quicquid spaciosa Hispania, quicquid fertilis Gallia potest habere præclarum, ita hic exuberat, quasi hic nascantur omnia, quæ ubique constant esse magnifica, Arumæ. *ad aur. Bull. disc. 1. concl. 35.* ubi ex Petr. Lindeberg ita canit:

Dives opum mundi microcosmos, Martia muris
Germania Aonidum filia Mercurii.
Et clara emporiis & rerum penuaria cella est
Urbs à Francorum sic vocitata vado.
Cui nil Dii superi, cui nil natura negavit,
Nam si quæ desunt, nec sibi mundus habet.

11 Et cum maxima hîc loci sit commoditas, Imperator Fridericus permotus est, quod nundinas antea Moguntiæ haberi solitas Francofurtum transtulerit, quarum initium Comitiis Imperialibus debetur. Nam cum Constantinus Imperator Arelati urbis ejus commoditate motus annuatim Comitia celebrari jusserat, *Constitut. 1.* apud Goldast. *tom. 3. constitut. Imperial.* Carolus verò Magnus annuum istum Conventum Moguntiam transtulisset, Fridericus II. Francofurdiam elegit, & ut rerum omnium copia adesset, propter Conventum nundinæ ordinatæ sunt. Quæ quidem postea intermisso annuo illo Imperiali Conventu solæ manserunt, & quidem usque ad electionem Caroli nostri & Guntheri. Verùm cum Francofurdenses Guntherum in urbem recepissent, nundinas Moguntinensibus Carolus reddidit, quibus Guntherus Fridbergenses nundinas Paschales substituit. Sed postquam Guntherus Carolo cederet, Francofurtensibus Moguntinas autumnales & Fridbergenses Vernales, datis 20 millibus Marcarum, quæ recepta sunt à Judæis, restituit, Crusius *annal. Suev. libr. 5. c. 2. part 3.* Goldast. *d. l.*

12 Sita est hæc Civitas, inquit Henricus Stephani, in eo Germaniæ loco, quo nullus commodior optari queat, si eorum quibus undiq; in eam commeandum est, ratio habeatur Etenim si perpendamus, quibus intervallis distet à quibus-

quibusdam remotioribus oppidis, unde ad se tempore nundinarum tantam hominum multitudinem accire solet, eam veluti centrum in medio positam esse comperiemus; adeò ut quisquis eam ibi condidit (Francorum enim Marcomiri regis filium, hujus urbis non conditorem, sed instauratorem fuisse, & de ejus nomine pro Helenopoli Francofordiam vocatam esse, quidam memoriæ prodiderunt) ei animus aliquid de futuris nundinis præsagisse videri possit: Et saltem nemo sit, qui divina providentia ad eas præparatam illam Urbem, laudemque hanc desponsam ac destinatam ei fuisse, negare ausit. Si verò non solum quali in agro, sed etiam in qua ejus parte sita sit, consideremus, vix alibi melius iis, quæ ad vitam necessaria non incolis tantum, sed etiam advenis forent, instrui posse fatebimur. Præsertim verò Mœnum fluvium, eadem illa divina providentia, cursum, quo ipsum allueret, tenuisse, persuasum nobis esse debet. Eo certè fluvio tantam hominum, tantam mercium multitudinem advehi in eam videmus, ut ambiguum sit, hoc an illo nomine plus illi debeatur. Atque is quamvis ex eorum sit numero, qui & rapidè feruntur, & magnum trahunt agmen aquarum, interim tamen bona fide vehit, quæ sibi credita sunt navigia, ut hac laude certare cum alio quolibet, simulque nundinis ipsis favere dici possit. Quid, quod iis, quæ ex se præbet, commodis non contentus, eundem Rheni, in quem influit, favorem nundinis conciliat; vix enim dici potest, quantam mercium vim ex Rheno acceptam, in urbem suam, id est urbis suæ nundinas importet, quantamque illi vicissim exportatam tradat. Et paulò post: Emporia cætera aliis alia mercibus nobilitantur, at hujus merces si recensere velis, nescias unde sumendum tibi sit initium, vixque ullum mercimonii genus venire tibi in mentem possit, quod ibi statim in promptu, statim ad manum futurum non sit. Atque adeò, si mihi hic quoque parodica immutatione ludere licet.

Tot tibi nostra dabit pulchras Franckfordia merces,
Hac habet, ut dicas, quicquid in orbe fuit,
Gargara quot segetes, quot habet Methymna racemos,
Æquore quot pisces fronde teguntur aves,
Quot cœlum stellas, tot habet Francfordia merces
Mercuriusq; suo prostat in emporio.
Seu caperis nostram peregrè advenientibus urbem,
Ante oculos veniet merx numerosa tuos:
Sive petis merces patrias, tibi mille placebunt:
Coageris voti nescius esse tui.

13 Quamobrem cum tanta, tamque varia sit hujus emporii opulentia; & cætera omnia in se quodammodo complectantur; & ex eo tanquam rivi ex fonte derivari videantur; quemadmodum Roma compendium orbis appellata olim à quodam fuit, sic mihi rectè locutus videor, si Francofordiense emporium, omnium totius orbis emporiorum (absit verbo invidia) compendium vocandum esse dixero. Comparat se ad bellum gerendum Princeps quispiam, comperiet Francofordiense emporium verissimam esse belli (ut de Epheso dictum à Xenophoro fuit) aut etiam Martis, si ita malit appellare, officinam. Ibi equos, ibi armorum varia genera, ibi alia bellica instrumenta inveniet: & quidem tantum singulorum numerum, ut tempus quod alibi in quærendo posuisset, hic in eligendo positurus sit. Quod si commeatum simul providere velit, longius abeundum non erit, ut aliquam saltem ejus partem nanciscatur. Siquidem præter vinorum omnis generis abundantiam, præstò est tanta succidiarum VVestphalicarum copia, ut si alii cibi desint, justo exercitui per aliquot menses alendo satis esse possint. Et paulò post: Quod si quis urbem quampiam omni earum mercium genere, quæ pacis temporibus sunt accommodatæ, instructissimam reddere velit, non solum quascunq; requisierit, sed plerasque etiam, de quibus ne cogitaverit quidem, & de quibus nec ipse, nec alii multi quicquam fando audierint, ibi expositas videbit, idque cum tantâ in unoquoque genere copiâ, ut non è multis Civitatibus, sed ex orbis universi regionibus coactas, congregatasque fuisse crediturus sit. Et paulò post: A nundinis Mercurii (si verum est, illum talibus mercimoniis præesse) ad Musarum nundinas transeo; nisi potius nundinalem quandam Musarum Academiam vocare debeo. Suos enim hæ typographos & bibliopolas in urbem illam eodem nundinarum tempore convocant, eosque secum, Poëtas, Oratores, Historicos, Philosophos adducere jubent: non eos tantùm, quos olim Græcia & Italia genuerunt, sed eos etiam, quos gignunt quotidiè, quæcunque ab illis novem sororibus visuntur regiones. Qui postquam eò omnes convenere, non in ea Germaniæ Civitate, cui nomen est Francfordia, sed in illa totius Græciæ olim florentissima & literarum studiis celeberrima versari tibi videaris: Nisi quis illum, qui rei literariæ destinatus est, vicum, quem typographi & bibliopolæ incolunt, aliquis Francfordienses Athenas appellare malit. Nam quis obsecro, cum se ibi tot, tamque doctorum scriptorum coronâ cingi videbit, Athenis agere se non arbitretur, quo cultores Musarum commigrare quondam solebant, ut Philosophis & cæteris, quos enumeravi, operam darent. Fallitur enim qui hoc in vico, quem Athenas Francofordienses appellari posse dixi, non ipsos Scriptores, sed eorum scripta tantùm visi putat: ad multos quidem certè quod attinet, eorum qui suis scriptis sunt superstites, &c.

De Philoxenia civili ita addit Henric. Stephan. Quid verò (ut à Civitate ad incolas veniam) de Civium, præsertimque magistratuum in peregrinos Comitate dicam? Equidem cum alii multi jus hospitii peregrinis non nisi gravatè concedant, & alicubi non sit hospes ab hospite tutus, illi contra non hospites tantum, sed hospitales se præbere didicerunt. Quamobrem si cui peregrino (etiam si omni amicorum præsidio destitutus sit) aliqua cum cive controversia oriatur, ob quam Judicis auxilium implorare necessum sit, minimè timendum est, ne vel sui minor, quàm illius ratio habeatur, & non æqua lance us ponderetur, vel tot procrastinationibus atque comperendinatio- 14

nationibus negotium prorogetur, ut re infecta domum redire oporteat. Contra enim tanta ibi peregrinorum mercatorum ratio habetur in judicio (nundinarum maximè tempore) ut ne ipsorum quidem urbis pupillorum, ne ipsarum quidem viduarum haberi major possit, adeò ut nihil libertatis, nihil authoritatis adimat peregrinitas, ut in aliis plerisque locis: quinimò prærogativa quadam frui (præsertim quod ad impetrandam brevem controversiæ dijudicationem attinet) atque ita fructuosa potius, quàm damnosa dici queat, &c.

Non minimam splendoris partem, quo inter cæteras Urbes Francofurdum coruscat, tanquam inter stellas Luna minores, privilegia constituunt, quibus ab Imperatoribus affatim honorata dignoscitur, quæ verbotenus refert Dn. Joh. Limnæ. *de jur. publ tom.3 libr.7. cap.16. per tot.* ex quibus summaria tantum capita
15 hic recensere lubet. Atque inter hæc primum prænobile est, quod in hujus Civitatis gremio, ex legis præscripto electio Imperatoris Romano-Germanici fiat, ita ut alibi fieri non debeat. *Aur. Bull. tit. 25. §. invenimus.* Michaël Hainß / *de jur. Civitat. Imperial. conclus. 33. lit. d.* Just. Sinolt. *tom.1. colleg de jur publ. disp.10. conclus.5. lit. A. & de Vicar Imper. potest conclus. 32. lit. d.* Bened. Carpzov. *de Leg. reg. German. cap. 5. sect. 6. num.1. & seq* idque propter verbum *in d. Aur. Bull.* positum, Debet, Soll/ quod est dispositivum, & necessitatem importat, *l. prætor ait. ff. de edend. l sæpè audivi. ff. de offic. præsid.* Besold. *thes. pract. verb.* Sollen. Unde etiam Saxoniæ Elector inter conditiones de Rege Romano eligendo & creando, & hanc addit. Moguntinus Francofurtum collegas ad certum diem convocet, neque sit in ipsius potestate Conventum alio in loco indicere, nisi Collegæ gravibus de causis permittant, Sleidan *de stat. religion libr.8.* Idque ob loci commoditatem & singularem affectionem & benevolentiam, qua hanc Civitatem Carolus IV. fuit prosecutus, Carpzov. *sect 6 num.4 & 6.*

16 Quod si tamen justa aliqua causa subsit, quo minus commodè & sine periculo Francofurtum Electores pervenire queant, quin electio hæc alibi peragi possit, non dubito, veluti si pestis ibidem grassetur, *arg. l. 8. C de testament.* vel alia necessitas urgeat, quæ à legis præscripto excusat, per *l. 5. §. 11 de ff. de oper. nov. nunc.* Quod etiam Aureæ Bullæ *d. tit. 25. §. invenimus.* conveniens est, *ibi*: nisi præmissis omnibus, seu eorum alicui, impedimentum legitimum obviaret, Bened. Carpzov. *de leg reg German. cap. 5. sect 6. num 9.* Ita enim post Auream Bullam, alibi electi sunt Imperatores, quàm Francofurti, veluti Ferdinandus I. Coloniæ, Sleidan. *de stat. religion. libr.7* Maximilianus II. & Rudolphus II. Ratisbonæ, Thuan *histor. libr. 31. & 60.* Sicuti etiam nuper Imperat. Ferdinandum III. & IV. Ratisponæ electum fuisse constat. Quod etiam olim ante Aureæ Bullæ ordinationem obtinuit: ita enim Imperatores Otto II. Aquisgrani, Cuspinian. *in vit. Otton. II.* Henricus II. itidem Aquisgrani, Kranz. *in metrop. lib. 4. cap. 10.* Henricus V. VVormatiæ, Ott. Frisingens. *histor. libr. 1. cap 40.* Lotharius II. Moguntiæ, Frisingens. *d. l. libr. 7. c. p. 17.* Conradus Suevus, Constantiæ electi fuerunt, Frisingens. *de reb. gest. Frider Imperat. libr. 1. cap 2.* Post Aureæ Bullæ verò constitutionem subsequentes Imperatores Francofurti electi sunt, veluti VVenceslaus, Caroli IV. filius, Ludovicus Bavarus, Rupertus Palatinus, Sigismundus, Albertus II. Fridericus III. Maximilia-
nus I. Carolus V. Matthias & Ferdinandus 17
II. Bened. Carpzov. *d. cap. 5. sect. 6. num. 3. & seq.* Quod autem attinet vocem in Civitate, in der Stadt / si eam strictè interpretari velimus, Imperator. Carolum IV. quamplurimos contradictores habiturum, monet Limnæ *d. libr. 7. cap. 16. num. 7.* ubi alios notare scribit, ante *Aur. Bull.* moris fuisse, non in æde D. Bartholomæi, nec in ipsa Francofurdensi civitate, quæ per comitium clausa manebat, sed foris in Campo Regem Romanorum eligere, qui si concordia electus, postea patentibus portis in civitatem admittebatur. Innuit hoc Decretum electionis Ludovici Imper. apud Herward. pro Ludovico contra Bzovium,
part. 1. p. 16. Quod si discordantibus suffragiis 18
duo fortassis electi fuerant, mos erat civibus Francofurdiæ, nullum admittere qui haberet Imperii æmulum, nisi prius urbs aliquam quasi vim passa fuisset; adversarius interim, aut manum cum altero conseruisset, aut divisioni viam invenisset, ita ut unus fortiter regnaret, alter inglorius ac timidus abiret, ut loquitur Octavius de Strada *in vitis Imper part. 3 pag. 467.* Atque indè est, quod legimus, quod alter alterum in agro Francofurdiano sive ante mœnia expectaverit, cum eodem manus conserere paratus. Et addit Limnæ. *ibid. num. 8.* se apud Goldastum 2. der Reichsatz. *pag 87. §. 29* reperire, daß der / so in der Acht deß Kampff-gerichts zu Francken gefallen / auß derselben nicht habe kommen können / weder durch den Pabst / Käyser / Könige / oder Landrichter / wann gleich der Kläger darein bewilliget / sondern habe sein Lebtag darinn verbleiben müssen / und diese Beschwerde tragen / es habe sich dann begeben / daß zween deß Heiligen Römischen Reichsgenossen / und das Heil. Röm Reich mit Heereskrafft zu Franckfurt gelegen / derselbe Echter dahin kommen sey verwapnet auf einem weissen Pferde / und vor beyden Geschickten die Spitz gebrochen / und durchkommen / so er dessen wahre Kundschafft an das Landgericht gebracht / hat ihn der Land-Richter aufrecht auß der Acht lassen müssen. Exempla quoque ejusdem certaminis eorum, qui in Regem Romanorum electi simul fuerunt, historiæ nobis suppeditant, in Henrico Landgravio Thuringiæ, & Conrado, Friderici II. filio, in Ludovico Bavaro & Friderico Austriaco, nec non in Günthero Comite Schwarzburgensi, & Carolo IV. Limnæ. *d. num 8.* Dresser. *d. part. 5 pag. 250. vid. supr. libr. 2. cap. 1. num 20.*

Hinc quoque cum in prandio, quod Maxi- 19
milianus *anno 1486* Aquisgrani post coronationem suam exhiberi fecit, Consules Civitatis Francofurtensis ante Norimbergenses collocati essent, & hi Mareschallum Regis accessissent,

sissent, quærentes cur hoc factum? Ille respondisset, sic ordinatum in suo registro, hocque responsio non contenti Regem ipsum accessissent, hic piè respondisse dicitur, quoniam in Francofurd electi sumus in Regem, ideò modò locum eorum sic habere debent, alio tempore de sessionibus & locis cogitemus, ex Authore *descript. Coronat. Maximil.* apud Freher. *German. rer. scriptor. tom. 2. pag. 34.* Joh: Limnæ. *tom. 4. libr. 7. cap. 16 in fin.*

20 II. Nobilitatem civitatis hujus auget, quod præterquam ex ea, ceu divina quadam officina Imperatores prodeant, ipsa etiam prima Cameræ Imperialis sedes fuerit constituta, Gail. *de pac publ. lib. 2. c. 1. num. 28.* Cujus etiam mentio fit, in der Handhabung deß Land-Friedens zu Worms/ de anno 1495. *tit.* Alle Register und deß Reichs Lehen-Bücher. Quæ licet postea Spiram translata fuerit, id tamen non propter aliquod commissum, sed commoditate & utilitate Imperii id flagitante factum, Limnæ. *d. tom. 3. libr. 7. c. 16. num. 9.*

21 III. Privilegium Francofurdum habet, ut præ reliquis civitatibus gladiatoriæ artis peritis magistri titulum, per suos artifices tribuat, Dresser. *de urbib. German. pag. 250* Quod licet ita intelligat Münster. *Cosmograph. lib 3. c. 401. pag. 929.* Daß keiner an keinem andern Orth/ den Nahmen eines Freyfechters überkommen / und erlangen mög/ denn allein zu Franckfurt / hoc tamen experientiam & communem praxin refutare scribit Limnæ. *d. cap. 16. num 10 & ibid. tom. 5.* ubi refert privilegium der Marxbrüder. *fol. 207.*

22 IV. Civitas hæc Privilegium habet ab Imperatore Henrico de anno 1232. quod nemo ex civibus cogatur filiam vel neptem vel consanguineam suam alicui de curia Imperiali, sive aulico ministro in matrimonium collocare, Limn. *d. l. n.* 11. Quod confirmavit Imperator Richardus anno 1257. Limnæ *num. 12.*

23 V. Imperator Richardus *anno 1257.* libertatem & privilegium Francofurtensibus dedit, 1. quod nullus Civium Francofurtensium per Imperatorem vel ipsius nomine alium pro aliqua pecunia extorquenda ab ipso aliquatenus capiatur. Deinde 2. quod Civitas ab Imperatore & Imperio nullatenus alienari vel separari, sed ea immediatè Imperatori & Imperio reservari debeat. 3. Quod omnia bona & prædia, quæ hactenus cum Civibus Francofurtensibus precariam Imperio persolverunt, quomodocunque ad loca religiosa, vel personas alias Ecclesiasticas vel mundanas devolvi & transferri contingat, sicut ante ad solvendam precariam nihilominus teneantur. 4. Quod quemadmodum ibi Advocatia per Fridericum olim Imperatorem de consensu Principum deposita fuit, permaneat, ut nunc est, fructibus Advocatiæ ipsius Sculteratus officio deputandis, Limnæ. *d. l. num. 12.*

24 VI. Imperator VVilhelmus *anno 1253.* absolvit liberaliter & benigniter Cives Francofurtenses ab obligatione, quam fecerat Nobilibus terræ illius, nec vult eos à modo distrahi, vel obligari sive alienari aut infeudari, sed ad servitia Cæsarea & Imperia conservari, Limnæ. *num. 13.* Et quod Civitas hæc ab Imperatoribus non debeat hypothecari, Consulibus, Senatui & Civibus speciale Privilegium concessit Imperator Carol. IV. anno 1366. Limnæ. *num. 14.*

VII. Richardus Imperator anno 1257. sancivit & promulgavit, quod infra muros Civitatis Francofurtensis nullam munitionem vel Castrum aliquod construere velit, Limnæ. *num. 15.* 25

VIII. Ab Imperatore Ludovico Privilegium habet de amplificanda & munienda Civitate, daß Sie die Stadt erweitern und befestigen möge/ und daß keine Burg noch Festung innerhalb 5. Meilen um Franckfurt erbauet werden soll / auch keine neue Zöll angestellet/ Limn *n. 6. & 17.* 26

IX. Imperatoris Friderici Privilegium, daß der Rath außwendig Franckfurt und Sachsenhausen/ Warten/ Schlagthurn/ Graben und andere Befestungen machen möge/ Limnæ. *num. 18.* 27

X. Imperat. Sigismundi Privilegium, daß der Rath und Burger deß Reichs Panier auffstecken möge/ Limnæ. *num. 19.* 28

XI. Imperatoris Ludovici Privilegium, quo Francofurtenses, Fridbergenses, VVetzflarienses & Geilenhusenses oppidanos ab omni onere exactionum, collectarum, precariarum seu usurarum, quocunque nomine censeatur, ex Regali munificentia bona perpetuo absolvit & libertati condonat, nisi Imperator id supportare non possit, ut tunc Imperatori & Imperio singulis annis mille & sexcentas Marcas denariorum Colonienfium ministrent, werden von allen Exactionen/ Collecten/ Beed und Steuren befreyet: doch da der Käyser solche nicht umgehen köndte / sollen sie ihme und dem Reich jährlich / für alle solche Impossten/ auf S. Martins Tag 1600. Marck Cöllnisch geben/ Limnæ. *d. l. n. 20.* 29

XII. Imperator Fridericus Francofurtensibus confirmat & extendit Privilegium super acidulis, über die warmen Wasser/ Quell und Saltzsude zu Soden/ anno 148?. Limnæ. *n 21.* 30

XIII. Imperatoris Caroli IV. Privilegium de anno 1366. quod Clerici bona sibi concessa intra annum civibus vendere teneantur, daß die Geistliche ihre ligende Güter oder Gülden/ so ihnen zum Seelgeräthe von Weltlichen beschieden worden/ in Jahrsfrist begeben/ und in eines weltlichen Burgers Hand verkauffen müssen / daß auch alle ligende Güter allein von Burgern zu kauffen/ Limnæ. *num. 22.* 31

XIV. Privilegium Imperat. Sigismundi de anno 1416. ne Principes Ecclesiastici vel seculares, Comites, Barones, vel alii, qui non sunt Cives, Francofurti bona immobilia emere possint, daß niemand/ Geistliche oder Weltliche Fürsten/ Graven/ Herren / oder sonst wer es sey/ allhier / Güter kauffen möge / dann allein die Burger und Beysessen/ Limnæ. *num. 23.* 32

XV. Imperatoris Friderici Privilegium, quod universi & singuli ad nundinas Francofurtenses venientes sub Imperatoris & Imperii protectione speciali esse debeant, daß die jenige/ welche die Meß zu Franckfurt besuchen/ in Käys. Maj. und deß Heil. Reichs Schutz und Schirm seyn / Limnæ. *num. 24.* Diploma refert Mager *de Adv. arm. c. 15. n. 118.* 33

XVI.

34 XVI. Imperatoris Ludovici Privilegium de nundinis Paschalibus sive vernalibus, über die Fasten-Meß/daß dieselb vierzehen Tag wehren/ zu dem Marckt/ den sie von alter Gewonheit gehabt haben/ mit allen Rechten und Freyheit / als sie derselbe Zuvorder-Marckt hat / also / daß alle die / die derselben zween Märckt suchen/acht Tag vor/ und acht Tag hinnach in der Käyserl. Majest. und deß Reichs Schutz seyn sollen/rc. de *anno 1330.* Limnæ *num. 25.* Cum declaratione ejusdem Imperat. de *anno 1332.* wie es zu verstehen/wann andern Städten oder Märckten Freyheiten gegeben werden/ gleich Francfurt; daß nemlich es anderst nicht/als Wochenmärckte zu verstehen/ und sich in Irrungen zu Francfurt Rechts erholen mögen/rc. Limnæ *d. l n. 26.* Mager *d. l. n. 119.*

35 XVII. Ejusdem Imperatoris Ludovici Privilegium, quod nec Moguntinensi, nec aliis vicinis civitatibus nundinæ concedi debeant, quæ Francofurtensibus sint nocivæ. Daß weder Maynß noch andern Städten einige Meß gegeben werden solle/ so denen von Franckfurt schädlich/ *de anno 1337.* Limnæ *num. 27.*

36 XVIII. Imperatoris VVenceslai confirmatio & extensio nundinarum Francofurtensium ad quatuordecim dies, daß die Messen vierzehen gantzer Tag wehren sollen/ *de anno 1384.* Limnæ. *num. 28.* Ejusdemque declaratio, quando nundinæ inchoari & finiri debeant, daß die beede Messen angefangen werden/als das von Alters herkommen ist / und daß die Herbst-Meß außgehe und ein Ende nemme an dem Achten Tage/ nach unser Frauen Tag Nativitatis, und die Fasten-Meß außgehe / an dem Freytag vor dem Palmtag / Limnæ. *num. 29.*

37. XIX. Imperatoris Caroli IV. Confirmatio privilegii de protectione & Banno nundinarum Francofurtensium, über die Begleitung der Messen/ auch wider die Acht und Aberacht/ daß dieselben alle/die vorgenante zweene Jährlichen Märckte suchen/ oder suchen werden / ihr Leib und Gut/ in Ihro Käys. Majest. und deß Reichs Schirm / Friede und Geleide bleiben und seyn sollen/ nun und hernach ewiglichen/ als weit ihr Gericht gehet/ eine Meil wegs um Franckfurt in denselben zwo Messen / acht Tage vor der Messe/ und acht Tage nach der Messe / also daß in dasselbe Ihro Käyserl. Majest. Hofgerichte/ noch keinerley ander Gerichte / noch Gebott noch Vorgebott / noch Brieffe/noch Achte/noch Bann / noch Kummer / von Ihro Käys. Majest. noch dero Nachkommen/ noch jemand anders/keinerley Schaden/noch Hinderfall bringen soll/rc. de *anno 1376.* Limnæ. *num. 30.*

38 XX. Imperat. Maximiliani II. Privilegium de jure detractionis, über die Nachsteur und zehenden Pfennig vor dem Abzug / de *anno 1570.* Limnæ. *num. 31.*

39 XXI. Ejusdem Imperat. Privilegium Senatui Francofurtensi super juribus fiscalibus & bonis vacantibus, iisque, quæ ab indignis auferuntur, concessum, de *anno 1572.* Limnæ. *num. 32.*

40 XXII. Imperatoris Ludovici Privilegium de jure monetas cudendi & cambii, daß die Stadt Franckfurth Silberne Müntz schlagen / und Wechsel machen möge / wie sie wölle / de *anno 1346.* Limnæ. *num. 33.* Et Privilegium Imperatoris Sigismundi de *anno 1328.* daß der Rath und Burger zu Franckfurth Silberne Müntz auf Turnes / Englisch und Pfennig schlagen möge/ Limnæ *num. 34.* Ejusdemque Imperat. Sigismundi Privilegium de *anno 1429.* de jure cudendi monetas aureas, daß der Rath zu Franckfurth Gülden Müntz schlagen/ auch Wahrdin und andere darzu anstellen und halten möge/ Limnæ. *num. 35.* Nec non Imperat. Caroli V. Confirmatio Privilegiorum de jure cudendi monetas aureas & argenteas, juxta ordinationem Imperii Augustæ *anno 1555.* factam, Limnæ. *num. 36.*

XXIII. Imperat. Adolphi Privilegium de *anno 1294.* de non evocandis Civibus ad duella, & judicia extranea, quod nemo Consules, Senatum, vel Civem aliquem modo duellico, seu per viam duelli extra Civitatem Francofortensem evocare possit vel debeat. Et quod nullus ipsos, vel ipsorum aliquem pro ullis bonis vel debitis extra dictam civitatem citare possit aliqualiter vel vocare, nisi justitia fuerit denegata, Limnæ. *num. 37.* Ejusdemque Confirmatio ab Imperat. Carolo IV. *anno 1349.* facta, Limnæ. *num. 38. 39. 40. & 41.* 41

XXIV. Habet quoque civitas hæc varia Privilegia de non appellando, quæ refert Limnæ. *d. l. num. 42.* Velut, ne in causis debitorum liquidorum & confessatorum, vel apertorum; item in causis Leibs-Beschädigung betreffend/es seyn Würff/Stich/ Stöß/ Schläge/ Lähme / Beinschröttige oder fliessende Wunden / adeoque omnibus injuriis realibus & verbalibus, item in Irrungen der Gebäuen und Dienstbarkeiten/ bey ihnen Anleidt genant / nec etiam in causis 50. florenis Rhenanis minoribus, appellatio, nullitas, supplicatio vel reductio, interponatur, admitaturve, quæ tamen summa appellationis per Imperatorem Maximilianum II. ad 200. florenos Rhenanos extensa & redacta fuit *anno Christi 1568.* insuperque cautum, quod etiam in reliquis causis minoribus & appellabilibus nulli appellationi deferatur, nisi appellans unum florenum aureum einen Rheinischen Goldgulden/ coram judicio, vor dem Stadt-Gericht deponat, & cautionem pignoratitiam, vel fidejussoriam, vel in eventum juratoriam, und Verhafftung deß Leibs / præstet. Quibus cessantibus sententia executioni mandatur, nec appellatio in Camera Imperiali permittitur ex *Reformat. Francofurt. ad Mœn. t. 44.* Limnæ. *d. l. num. 41. in fin. vid. libr 2. c. 33. n. 169. add.* Blum. *Proceß. Camer. tit. 47. tab. 6. verb* Franckfort. 42

XXV. Imperatoris Maximiliani II. Confirmatio & extensio Privilegii Imperatoris Wenceslai de testamentorum confectione, de *anno 1568.* Da jemand in bemeldter Stadt Franckfurt/ der wäre Burger oder Beysaß daselbst / Manns- oder Frauen-Person/ sein Testament / Besetzung und letzten Willen machen und aufrichten / oder aber denselben ändern/ mehren oder mindern wolte/ daß er solches vor dreyen darzu erbettenen Personen / deß Raths daselbst zu Franckfurth/ die wehren gleich Schöffen/ oder nur Rathspersonen/ und im Fall etwa sterbende Läuffte einfielen/ also daß den Rathspersonen die Schwachen / so zu testiren willens / zu besuchen beschwerlich seyn wolte / alsdann solche Besatzung und Testirung/ vor sonst dreyen Erbarn und Glaubwürdigen Personen/ 43

nen / so geschworne ingesessene Burger daselbst zu Franckfurt/ ob die gleich nicht deß Raths wären/ ebenmässiger Gestalt thun / machen und aufrichten möchte/ und daß also in beeden Fällen solche Testamenta/ Besatzungen und letzte Willen / anderst noch weniger nicht/ Crafft und Bestand haben solten / dann als ob dieselbe vor sieben Zeugen/ nach Ordnung gemeiner beschriebenen Käyserl. Rechten wären gemacht und aufgericht worden/ Limnæ. *num* 43.

44 XXVI. Imperatoris Caroli IV. Confirmatio omnium Privilegiorum , & de electione Scabinorum & Senatorum, nec non de homagio Civium, de *anno* 1366. *ibi* : Wann auch ein Schöffen zu Franckfurt sturbe / oder seinen Schöffenstull auffliesse/ so offt das geschehe / so offt sollen die andern Schöffen zu Franckfurt binnen zweyen Monaten / nach der Zeit / als der Schöffen gestorben wäre/ oder den Schöffenstul aufgelassen hätte / auf den Eyd/ den Sie dem Reich/ und der Stadt zu Franckfurt gethan haben/ einen andern Erbarn Schöffen kiesen / der dem Reiche / und der ehegenanten Stadt sey nutzlich und ehrlich / Wann es auch noth wäre / daß man ein Rathman/oder mehr in den Rath der Stadt Franckfurt kiesen solte/ wie offt das noch geschehe/ so offt sollen die Schöffen / und der gemeine Rath den Rathman kiesen ewetlich / und sollen die Sechse / die die Zunfft und die Gemeinde zu Franckfurt / bißhero etliche Zeit/ in den ehegenanten Rath geantwortet haben / fürbaß nicht mehr in den Rath sitzen/ und sollen die nicht mehr darinn antworten / wann das also von Alters nicht ist gewest/und grossen Schaden und Kost dem Reich und Unser ehegenanten Stadt davon kommen sind/2c. Auch sollen alle Burger und Mittwohner zu Franckfurt/ den Schöffen und dem alten Rath daselbst/ von Unser/ Unsern Nachkommen an dem Reich/wegen Römischer Käyser und Könige/so offt dieselben Schöffen duncket/ daß es noth sey/zu guten Trauwen geloben/und offentlich zu dem Heiligen schwören/ Uns und den ehenanten Unsern Nachkommen an dem Reich / als ihren natürlichen Herrn/ und den Schöffen/ und dem alten Rath zu Franckfurth/ von deß Reichs wegen/ gehorsam und beständig zu seyn / und wider Sie nicht thun / in keine Weiß/2c.

45 XXVII. Ejusdem Imperatoris Caroli IV. Privilegium de *anno* 1366. ne Judæi inter sese Statuta faciant, vel Judicia exerceant, daß die Juden unter ihnen selbsten kein Gesetz machen / noch Gericht anstellen mögen/ Limnæ. *n.* 45.

46 XXVIII. Cardinalis Nicolai declaratio, quod Judæi circulum de croceis filis visibiliter censurum, gestare debeant, cujus diameter communis hominis digito minor non sit, ante pectus, quoad masculos in Veste extrinseca, ita quod omnium eos intuentium oculis appareat: & duæ rigæ blavei coloris in peplo mulierum in signum differentiæ, ut à Christianis discernantur, daß die Juden gelbe Ringe/ihre Weiber aber Blaustreiffte Schleyer tragen sollen / de anno 1452. Limnæ. *n.* 46.

47 XXIX. Sixti Papæ indultum, quod Cives quadragesimalibus & aliis diebus, quibus esus ovorum de jure prohibitus est, ovis, butyro, lacte , caseo & aliis lacticiniis per totum annum impune, & sine aliquo conscientiæ scrupulo, liberè & licitè vesci possint, daß man zu Fasten Zeiten/Butter/Käß/Eyer/ auch nach Gelegenheit/ wann man kranck ist/Fleisch essen möge /Limnæ. *num.* 47.

XXX. Nicolai Papæ confirmatio indulti Pontificis Bonifacii IX de non imponendo interdicto debito pecuniario, de *anno* 1451. Limn. *num.* 48. 48

XXXI. Imperatoris Ludovici Privilegium, de *anno* 1336. ut si quis privilegiis Francofurtensium alibi allegatis fidem habere nolit, eorum productionem Francofurti inspicere teneatur, Daß ob einer diser Stadt Privilegien/so die ausserhalb angezogen/ nicht Glauben zustellen wolt/ derselb alldahin kommen/ und deren Production allda zu gewarten schuldig seyn soll/Limnæ. *num.* 49. 49

XXXII. Transactio inter Archiepiscopum Electorem Moguntinensem, & civitatem Francofurtensem de jure conducendi & navi nundinali, das Marckt-Schiff und Gelaidt betreffend/ de *anno* 1584. Limnæ. *num.* 50. 50

In encomium hujus Civitatis sequentia extant epigrammata,

1. Nicolai Reusneri.

Francorum tibi sive vadum, seu regia prisca,
Seu regio nomen Francia dulce dedit;
Francia te Romana simul Germana frequentat
Sæpius, & merces vendit emitque suas.
Et populos utriusque frequenter Francidos oræ
Cogis, & exerces sic data jura tibi.
Francidos es geminæ sic Francis; ut Helladis Hellas
Vrbs quondam populis Attica clara fuit.

2. Julii Cæsaris Scaligeri.

Multa laboratis debet Francfordia sulcis:
Multa racemiferis vinea culta jugis:
Quid referam, quanta & quæ convexere metalla?
Quæ Mars bellipotens, quæ petit alma Ceres;
Huc Italus patriis miratur partibus orbem;
Advectum stupet huc Gallia magna suum.
Hic oriens, hic terra novis comperta subastris,
Agnoscit Genii semina plena sui.
Nec tamen in brutis sola hæc commercia rebus:
Hic animi æternæ sed cumulantur opes.
Quod si res paucas operosa est dicere merces:
Non magis est cunctas res operosa, dare?

3. Hugonis Favolii.

Fluminis ad Mœni dextram stat condita partem
Clara situ, populoque frequens Francfordia, dives
Mercibus omnigenis, gazisque opulenta superbis:
Dictæ vadum, quondam Francorum voce Latinâ:
Quæ semper studio, & præclaris dedita rebus
Laudis amore fuit, virtutum laude beata.
Huc, cum Verna novo mitescunt tempore sole,
Vel cum Libra graves immittet frondibus Austros,
Confluit omnigenis opibus vaga turba quotannis.
Atq; peregrinis passim fora mercibus explet:
Nam passim ignoto Conchylia capta Canopo
Et prostant tincti vulgenti murice panni.
Quæ Phænissa Tyros mittit, Cadmœaq; Sidon:
Te Lacedæmonium, quæ Vellera clara Tarentum:
Tum quas extremi lanas misere Britanni,
Et piper, & molli spirantia Cinnama ligno,
Flaveq; arundineis crescentia mella frutetis.
Nec minus, ad certos quantum patet area fines,

Libro-

Librorum omne genus paßim percompita prostant;
Plena laboratis habeas ut scrinia chartis:
Vnde tibi dignum & mansurum condere nomen,
Et celebris poßis præconia quærere famæ.

4. Georgii Fabricii.

Qua sua flavicomus pandit modò cornua Mœnus,
Ostentat Turres Francofordia nobilis altas
Vrbs, decus Imperii: quà primos Cæsar honores
Accipit, & titulum regni sceptrumq; reportat,
Lignea tota tamen, nec claris splendida tectis:
Sed claris speciosa viris: Huc sæpe Camœnas
In sua tecta trahit facunda voce Micyllus,
Suspensasq; tenet, Phœbæo numine plenus,

5. Petri Lindebergii.

Dives opum, mundi microcosmus, Martia muris,
Germania Aonidum, filia Mercurii:
Et clara emporio, & rerum penuaria cella est,
Vrbs à Francorum sic vocitata vado.
Cui nil Dii superi, cui nil natura negavit:
Nam si quæ desunt, nec sibi mundus habet.

Aliud.

Nobile Francorum munimen, cujus ab ortu
Vinifera Mœnus mœnia lambit aquâ:
Parte tui occidua vicinus gurgite Rhenus
Adverso portat Bacchica dona vado.
Te circum natura dedit cum saltibus arva,
Vitiferos colles & peramœna prata.
Millia multa tibi balantq; boantq; per agros,
Muneribus certant Liber & alma Ceres.
Intra te saliunt fontes: stant Civibus ædes,
Quas verè dicas tecta superba Ducum.
Stant sacra, æthereæ turres, Domus ampla Senatus,
In qua Cæsareum dant diadema Patres.
Ex nitidis spatiosa viis, campiq; patentes
Aëra dant purum & commoda multa fori.
Custodis varias numeroso fornice merces:
Namq; tibi immensas credidit orbis opes.
Mercurio ut pridem sacra es, sic figere sedem
Debuit hîc etiam noster Apollo suam.
Hoc tibi cum desit, (nihil omni ex parte beatum)
Es tamen Aonii bibliotheca chori.
Hactenus has cœli dotes tibi gratulor esse,
Ac longum ut durent sedula vota dabo.

CAPUT XV.

Fridtberg / *Fridberga.*

Summaria.

1. *Fridberga unde dicta.*
2. *Quando condita.*
3. *Situs ejus.*
4. *Pomeria qualia.*
5. *Equitum Canonicorum splendida domus.*
6. *Inter Castrum & civitatem controversia.*
7. *Castri fundamenta recensentur, & n. 8. 9.*
10. *Pro Civitatis immediata subjectione argumenta referuntur, & n. 11. 12. 13. 14. 15.*
16. *In Imperii matricula continetur.*
17. *Ad Comitia vocatur, seßionem & votum habet.*
18. *Declaratio Civitatum Imperialium.*
19. *Reipubl. Fridbergensis administratio, jurisdictio, &c. penes magistratum est.*
20. *Cives magistratui homagium præstant.*
21. *Insignia Civitatis muris, portis, &c. affixa superioritatem docent.*
22. *Claves civitatis magistratus aßervat.*
23. *Burggravius de Civitate non est investitus.*
24. *Sexumviri quatenus in Senatum cooptentur.*
25. *Acceßorium sequitur naturam sui principalis.*
26. *Consilii causa Sexumviri adhibentur.*
27. *A juribus specialibus ad jus universale non infertur.*
28. *Sculteti officium quale sit Fridbergæ.*
29. *Cives Fridbergenses nec ad duellum, nec ad extranea judicia evocari poßunt.*
30. *Fridbergenses per Imperatorem cogi non poßunt filias suas alicui in matrimonium concedere.*
31. *Nec pecunia ab ipsis extorqueri debet.*
32. *Civitas alienari, vel hypothecari non debet.*
33. *Fœdus cum aliis licitè contrahit.*
34. *Privilegium habet de non extruenda munitione infra Civitatem.*
35. *Bona alienata sub onere collectandi permanere debent.*
36. *Castrenses bona in Civitate emere non poßunt.*
37. *Civitas sub speciali Imperatoris protectione est, & habet jus vectigalis exigendi.*
38. *Cives à vectigalis solutione intra Fridbergam & Francofurtum immunes sunt.*
39. *Pecuniam conducendi habent.*
40. *Item pecuniam molinariam.*
41. *Civitas domum judicialem extruere potest.*
42. *Et librum judicialem conscribere.*
43. *Habet jus reluendi pagos nonnullos.*
44. *Consules mulctas exigunt.*
45. *Reditibus liberè utitur, eosque augere potest.*
46. *Non tenetur recipere Judæos.*
47. *Habet jus stapulæ.*
48. *Bonis Civium nova precaria non imponenda, & Consules jus arrestandi habent.*
49. *Habent nundinas.*

50. Nemo in Civitate domos fabriles, pistorias, absque magistratus concessione extruere potest.

51. Ordinatio magistratus Fridbergensis, & alia privilegia remissivè.

1 FRidberga vetus urbs Imperialis nomen inditum habere fertur ab Imperat. Friderico II. quasi Friderichsberg / ex quo postea contractè Fridberg / Frideberg / Adrian. Roman. *de urbib. præcip. pag. 146.* Reusner. *de urb. Imper. part. 2. c. 18.* Johan. Limnæ. *de jur publ. tom. 3. libr. 7. c. 17. num. 2.*

2 Condita dicitur annis non ita multis post nativitatem Christi, & postmodum circa annum 1211. amplissimis privilegiis, regalibus, gratiis & immunitatibus, propter singularia hospitalitatis erga Cæsares, qui in ea non rarò divertisse leguntur, beneficia, donata, Reusner. *d. cap. 18* Limnæ. *d. l. n. 1.* de quibus paulò post dicetur.

3 Sita est hæc Civitas in VVetteravia, quasi VVedderæ Tempe, nominata, in qua Tacitus & Ptolomæus veteres collocat Usipios & Tencteros, quos supra solitum bellorum decus, Equestris disciplinæ arte præcellere, neque majorem apud Catos peditum, quàm Tencteros Equitum laudem esse commemorat, Reusn. *d. l.* Et sita est in solo fertili & pingui, & quondam celebre nomen obtinuit, tùm ob commercia frequentia, tùm ob antiquæ virtutis studium celebre: Emporium enim olim nobile habuit, quod *anno* demum *Christi 1340.* Francofortum translatum est, quo ipso nunc quoque gaudet propter temporis & loci injuriam, de quo confer *cap. præced. 14. num 12.*

4 Pomeria quoque hujus Civitatis tunc temporis longè ampliora fuisse constat; quæ nunc valdè accisa conspiciuntur, cum per incendia, brevi temporis spacio non semel iterata, tota ferè Civitas in cineres redacta sit, de quo ita Jacob. Mycill. *in hodœpor.*

Mœnia Fridbergæ, non uno Principe tuta;
Francorum Urbs quondam non minus urbe potens.
Cum nondum patrio melior Francfordia Mœno
Undiq; collatas excipiebat opes.

5 Inter alia quoq; Civitas hæc decora Equitum Canonicorum splendida domo; nec non Judæorum Synagoga, in qua fons mirè profundus conspicitur; tum etiam acidulis extra urbem, ut & Stadæ in vicinia, ad Niddam fluvium scaturientibus, celebrata, de quibus ita Nicol. Reusner.

Fridbergæ hic acidos locuples bibit incola fontes,
In quorum ranæ demoriuntur aquis.

6 Contiguum huic Civitati est Castrum, quod vocatur Castrum Cæsaris & Imperii, Käyserl. Mayest. und deß H. Reichs Burg Fridberg / Rosenthal. *de feud. cap. 2. conclus. 78. lit. a.* inter quod & ipsam civitatem acris agitata fuit controversia, an civitas hæc immediata sit Imperii, ejusdemque Status; an verò Castri Burggravio & Condominis subjecta? Cujus delineatio primùm nomine Informationis, postea verò responsi juris, Gründlichen Berichts von allen und jeden der Freyen und Käyserlichen Reichs-Städten / Stand / Regalien / Privilegien / Rechten und Gerechtigkeiten *de anno 1612.* in lucem publicam prodiit. Cujus Author fuisse refertur Johannes Gœddæus, JCtus & Professor Academiæ quondam Marpurgensis, qui pro immedietate civitatis concludit.

Fundamenta, quibus ab utraque parte fuit pugnatum, potiora fuerunt sequentia, & quidem ex parte Burggravii adductum fuit I. quod civitas hæc Burggravium superiorem habeat, idque ex investitura & confirmatione ab Imperatore Carolo V. super electione Johannis Brendels Burggravii *anno 1541.* facta, in qua hæc verba habeantur: und darum den genanten Johann Brendeln / zu deß Heil. Reichs Burggraven bestimmtes Schloß und Stadt Fridberg investirt / confirmirt und bestettet / ꝛc. Et ex mandato Imperatoris Rudolphi II. ad Burggravium, ibi: So entpfehlen Wür / ꝛc. und wöllen / daß du / als Burggrave / Unser und deß Heil Reichs Burg und Stadt Fridberg / ꝛc. ita, ut cum Burggravius de civitate sit investitus, ejus quoque dominus & superior constitutus intelligatur. 7

II. Quod juxta transactionem & constitutionem Imper. Alberti I. inter Castrum & civitatem Fridbergensem *anno 1306.* ex Burgensibus sex in Senatum Fridbergensem eligi debeant, ibi: Zum Ersten sprechen Wür / daß die Burger kysen sullent Sechs Burgman uf ihren Eyd / dieselben Sesse söllin zu ihn gein in den Rath / und welche Sy kysen / die sullen ihn die Burgman entworten / die Sonbar und racher sin / Uns / dem Riche / dem Lande / der Burg / und der Stadt zu Fridberg und dem Gerichte / ꝛc. & inter hos ipse quoque Burggravius tanquam dominus & superior existat, der Oberrichter und Ammtmann / juxta Privilegium Imperat. Caroli V. *de anno 1530* quod extat in *respons. Fridberg. part. 2. privil. 21. pag. 11. ibi*: noch sollen Sy zu keiner Antwort sten vor keinem Richter / oder ymand anders / wy er genant ist / wann nur alleine vor irme rechten Ammtman / ꝛc. Et juxta Regis Ruperti Entschied / zwischen Burg und Stadt Fridberg / *de anno 1410. d. respons. Fridberg. part 2. privileg 47. pag. 30.* Diwile der Burggrave oberster Richter in Burg und Stadt ist / end einen Schultheißen zu setzen hat. Et per tradita VVehner. apud Gylman. *symphor. tom. 6. c. 7. p. 176.* ubi scribit: Friedburg / Keyserliche und deß H. Reichs Burgk / habet suum Burggraven und Burgmanner / coram quibus omnes subditi, incolæ & officiales conveniri debent, nec alio ad extranea judicia trahi possunt aut evocari, una cum privilegio de non arrestando vel impediendo, de *annis 1467. & 1566.* 8

III. Quod Burggravius & Castrenses jura nonnulla specialia in ipsa civitate obtineant, & Burggravius Schultetum constituat, juxta d. Regis Ruperti transactionem, jam allegatam, magistratus autem constitutionem superioritatem probare constet ex dictis *supra libr. 2. cap. 8. num. 10.* 9

Verùm libertatem & immedietatem hujus Civitatis sequentia probant argumenta, & alia, quæ latius persequitur Author *d. respons.* 10

Frid-

Fridbergens. per tot. Veluti I. per Privilegium sive Confirmationem Privilegiorum Civitatis Fridbergensis generalem Imperatoris Richardi de anno 1257. quod refert Author *d. respons. part. 2. privileg. 4.* per verba: Universis Civibus Fridbergensibus, omnes immunitates, libertates, jura & privilegia, ipsis à Divis Imperatoribus & Regibus Romanis, prædecessoribus nostris concessa, & eorum consuetudines approbatas, auctoritate regalis culminis confirmamus, &c. Cujusmodi privilegiorum & immunitatum confirmatio, immediatam superioritatem probat, per dicta *supra libr. 2. c. 5. n. 218.* Idque potissimum per verba subsequentia ab Imperatore paulò post subjecta: simpliciter protestantes, quod Civitatem Fridbergensem, Francofurtensem, &c. à nobis & Imperio nullatenus alienare, seu separare volumus, sed eas immediatè nobis & Imperio reservamus, &c. quæ verba adeò clara, ut nullam interpretationem admittant. Præterquam quod ibidem civitas hæc cum Francofurto æquiparetur, quam Imperialem esse, non habet dubium, & sic de paribus idem habendum judicium.

11 Et cum II. Civitas hæc Regalia, aliasque dignitates & immunitates ab Imperatoribus obtineat, ut paulò post dicetur, consequens eam Imperatori & Imperio immediatè esse subjectam, per tradita Gail. *1. obs. 21. num. 9. vers. secundo.* Noe Meurer *in process. p. 20. cap. item* ein Fürst *eximirt. art 5.* Respons. Fridberg. *part. 1. punct. 1. num. 202.*

12 III. Quia ipsa civitas & Cives precariam, sive Contributiones suas semper Imperio immediatè solverunt, uti videre licet ex prædicti Imperat. Richardi Confirmatione de anno 1257. in verbis: ut omnia bona & prædia, quæ hactenus cum prædictis civibus precariam Imperio persolvebant, &c. ex quo immediatam subjectionem demonstrari probat, author *d. respons. Fridberg. part. 1 punct. 1. n. 10. & seq. & n. 225. & seq. & punct. 2. num. 119. & seq.*

13 IV. Quia Cives Fridbergenses vocantur, dilecti fideles Imperatoris cives, in confirmat. Imperat. Rudolphi I. *de anno 1273. d. respons. Fridb. part. 2. c. 1. ibi:* Dilectis fidelibus nostris Civibus de Fridberg omnia jura, libertates, &c Ex quibus pro nominibus possessivis, Civibus nostris, dominium & jurisdictio superior denotatur, per tradita Tiraquel. *de retract. convent. gloss. 1. §. 2. n. 8.*

14 V. Idem probat Imper. Rudolphi I. transactio de *anno 1285. d. respons. Fridb. part. 2. c. 2.* ubi Castrum & Civitas tanquam duo distincta & separata corpora Imperatori subjecta & sibi invicem opposita transactione componuntur, & quod immediatam subjectionem per continuam reciprocationem parificantur, ibi: Quod nos inter nostros fideles milites Castrenses & Cives de Fridberg, ordinationem, concordiam & securitatem fecimus cum consensu & voluntate partis utriusq. in hunc modum Quod Cives Castrum in Fridberg nunquam destruent, nec Castrenses de Castro expellent, nec Castrum capient, nec recipient, nec retinebunt, nec talia volentibus facere consilium, auxilium seu favorem præstabunt. Milites etiam Civitatem Fridberg nunquam destruent, nec de civitate ipsos cives expellent, nec capient, nec recipient, nec insultum communiter in civitatem facient, nec talia volentibus facere consilium, auxilium seu favorem præstabunt. Et si milites Castrenses, contra cives, vel civitatem prædictam aliquid fecerint prædictorum, tunc ipso facto omnibus libertatibus, & tàm feudis Castrensibus, quam aliis, & omnibus honoribus & juribus, quæ, vel quos ab Imperio tenuerunt, perpetuò carebunt. Et si Cives contra Castrenses milites, vel Castrum aliquid fecerint prædictorum, tunc ipso facto omnibus libertatibus, feudis & omnibus honoribus & juribus, quæ vel quos ab Imperatore tenuerunt, perpetuò carebunt, & in se elegerunt domini Papæ excommunicationem, & nostram proscriptionem faciendam, quando milites Castrenses hoc duxerint requirendum. Adjectum est etiam, quod si inter prædictos milites & Cives, vel eorum familiam aliquæ rixæ vel contentiones seu pugnæ surrexerint, hoc judicari debet, secundum quod in ipsa civitate à retroactis temporibus est consuetum. Promiserunt insuper ex utraque parte, quod postquam nos viam universæ carnis ingressi fuimus, ipsi Castrenses milites nullum ad Castrum prædictum intromittent, per quem ipsi cives, vel eorum civitas lædi valeat vel offendi. Hoc etiam ipsi cives militibus facient è converso, &c. confer *d. respons. Fridberg part. 1. n. 20. & seqq.*

VI. Confirmant hanc civitatis libertatem 15
& immedietatem alia varia variorum Imperatorum privilegia & rescripta Cæsarea, veluti Imper. Caroli IV. mandatum *de anno 1357.* in verbis: In Unser Stadt Fridberg: Unser Burger daselbst: Unser ehegenante Statt: Unser Statt zu Fridberg: Unser ehegenante Statt/ rc. Et in König Ruperti Entschiedt zwischen Burg und Statt Fridberg/ *de anno 1400. ibi*: Uns als einem Römischen König beyständig und gehorsam zu seyn/ zu werden/ nach altem Herkommen/ als Sie bey Unsern Vorfahren an dem Reiche herkommen seynd. Item in König Ruprechts Endtschied *de anno 1410.* ubi in proem. Civitas Fridberg. in oppositione Castri ita describitur: Burgermeister/ Scheffen/ Rate und Burger gemeiniglich/ Unser und deß Heil. Reichs-Statt Friedberg an dem andern Theil. & §. Zum Ersten um den Buwe/ *ibi*: daß nun dieselbe rechte Statt Friedberg in ihren städen Ehren und Wesen/ Uns und dem H. Riche/ als Sie auch allezeit ahn dem Riche herkommen sind/ desto baß behalten werden möge. Et §. Zum Ersten auf einen Articul/ *ibi*: kauffen auch die Burgman behthafftige Häusere oder Höffe in der Statt oder ander Guth/ daß bethafftig oder dinsthafftig were/ dem Riche und Statt/ das soll auch Bethafftig und dinsthafftig verbleiben als vor. Et §. *& ibi*: Were es auch/ daß imands in der Statt Fridberg wonhafftig were/ oder darinn queme wonhafftig zu seyn/ der soll geloben und schweren/ dem Riche und der Statt/ als ein ander Burger. Et §. und darnach/ einem deß Reichs und ihren Mittburgern/ rc. item §. und fürbaß. *ibi*: Daß etliche Burgman und ihre Knechte mancherley Frevel und Unfug in Unser und deß Reichs-Stadt Friedberg ge-

than und begangen habe/ etc. Et circa finem. §. So entscheiden Wür/ etc. uff daß beide obgenante Partheyen/ Burggrave/ Bauwmeister und Burgman Unser und deß Reichs Burg/ und auch Burgermeister/ Scheffen/ Rath und Burger gemeiniglich Unser und deß Reichs-Stadt Friedberg/ Uns und dem H. Reich/ Burg und Statt vorgenant in desto bessern Ehren/ Statt/ Wesen und Bestandt behalten/ etc.

Ex quibus sequentes colliguntur conclusiones, *1.* Castrum & civitatem sibi opponi tanquam duo distincta & separata corpora immediatè Imperio subjecta. *2.* Fridbergam esse Imperatoris & Imperii Civitatem, & ita Imperialem. *3.* Per transactiones Imperatorum non tantum subjectam non esse civitatem Castro, sed hoc etiam sollicitè actum, ut status, dignitas, honor & substantia ejusdem Imperio conservarentur. *4.* Hanc civitatem omni tempore fuisse Imperialem. *5.* Precariam esse Imperii, & per concessionem Imperatorum Civitatis. *6.* Etiam Castrenses oneri hanc precariam solvendi subjectos esse. *7.* Habitantes intra mœnia Civitatis Castrenses obstringi homagio Imperatori & Civitati. *8.* Cives Civitatis Fridbergensis esse Cives Imperii. Quibus omnibus & aliis similibus indubitatò evincitur, civitatem hanc Castrensium sive Burggravii jurisdictioni vel Imperio non esse subjectam, sed hanc Rempublicam esse liberam, Imperialem, & instar aliarum liberarum Rerumpublicarum immediate Imperio Romano subjectam & annexam.

16 VII. Comprobatur quoque immedietas hæc Imperii, quod civitas hæc in matricula Imperii descripta reperitur, & certum sibi peditum numerum adsignatum habet, ut videre licet in matriculis *de anno 1521. 1537. 1541. & 1551.* ubi sedecim ipsi pedites adscripti, eorumque loco in mensem 64. floreni, licet Zeiler. *in contin. uat Itinerarii German.* duodecim tantum numeret pedites, eorumque loco 48. florenos, apud Joh. Limnæ. *de jur. publ. tom. 4. libr 4. cap. 7. n. 50. & lib 7. c 17.* ubi ad Cameræ sustentationem quotannis 32½ florenos exsolvere dicit. Ex hoc autem immediatam Imperii subjectionem probari, diximus *supra lib. 1. c. 12. n. 5.*

17 VIII. Constat quoque civitatem hanc ad Comitia Imperii & conventus circulares semper fuisse vocatam, comparuisse & in iisdem votum & sessionem obtinuisse, prout constat ex subscriptionibus Imperii Recessuum *de annis 1527. 1529. 1530. 1533. 1541. 1542. 1545. 1551. 1559. 1566. 1570. 1582. 1594. 1603. 1613. & 1641.* Author *d. respons. Fridbergens. part. 1. num. 205. & punct. 2. num. 58. & 118.* Ex quo itidem immedietatem probari, dictum est *supra d. libr. 1. c. 12. n. 21.* Nec remoratur, quod in Comitiis Augustanis *anno 1555.* Civitatis Fridbergensis nomine Johann Brendel von Homburg Burggravius comparuit, quia hoc non ipsius Burggravii, sed civitatis nomine factum ejusdemque vices ipsum gessisse, ipsa Recessus subscriptio docet, utpotè quæ non in Comitum, sed ipsarum Civitatum Imperialium numero & loco facta legitur, aliud autem est, vices alicujus gerere, & aliud proprio nomine comparere, & sic à separatis & diversis malè fit illatio, Author *d. respons. Fridberg. part. 1. punct. 1. num. 207. & seq.*

Ex quo etiam nata fuisse videtur declaratio Civitatum Imperialium, quam ex Dn. Walthero refert Dn. Limnæ. *de jur. publ. tom. 4. libr. 7. c. 17.* hisce verbis: Nachdem E. E. Raths der Stadt Fridberg Gesandter abermahls um Stimm und Session bey den Erbarn Stätten schrifftlich und Mündlich angehalten/ und man sich hierauf erinnert/ was derohalben hievor anno 1545. auch fürkommen und verabschiedet/ ist von ihme/ dem Gesandten/ fernerer nothwendiger Bericht eingenommen worden/ wie die Gelegenheit der Stadt Fridberg/ und desselben Rathsessen geschaffen/ und wem die Personen deß Raths verpflichtet/ und darauf auch sonsten allerhand Ursachen bedacht und bewogen/ dieweil vermeldter Rath durch die Römische Käyserliche Majestät/ unsern allergnädigsten Herrn/ so wol als andere Erbare Frey- und Reichs-Städte/ zu den Reichs/ deßgleichen auch Craißtägen beschrieben/ und neben ihnen in den Reichs-Räthen zugelassen worden/ daß sich nicht wol ziemen wolte/ Sie bey den Erbarn Frey- und Reichs-Städten/ in den Berathschlagungen der gemeinen Reichs-Handlungen/ außzuschliessen/ derowegen ihme/ dem Friedbergischen Gesandten/ in gemeiner der Erbarn Städt Versamlung dieser Bescheid mündlich gegeben worden: Es wäre den Erbarn Städten auf sein Ansuchen/ zu Erhaltung mehrer Freundschafft/ nicht zu wider/ daß ein E. E. Rath der Stadt Fridberg hinfüro an ihre Abgesandte/ doch allein zu den Rathschlägen der gemeinen Reichs-Sachen und Handlungen dieser der Erbarn Städt Versamlungen Verordnete/ denen Sie dann auch Stimm und Session dißfalls/ doch außgeschlossen der Erbarn Städt particular Anligen und Sachen vergönnen wolten/ und also/ wie Sie zu den Reichstägen beschrieben und erfordert/ sie der Enden auch seyn/ und ihre Gesandte im Städt-Rath haben möchte/ neben ihnen in Reichs-Sachen zu handlen und zu schliessen helffen: Doch wollen sie sich versehen/ E. E. Rath werde jederzeit solche Personen schicken/ so ihnen mit Pflichten verwandt/ und der Stadt zugethan/ oder da sie Befelch geben wolten/ alsdann andere/ und solche darzu fürnehmen/ so ohne das in der Erbarn Städt-Rath/ und denselben zugethan wären.

IX. Adhæc Reipublicæ hujus, ejusdemq; juris & justitiæ administratio, in cognoscendo & judicando, tam in criminalibus, quàm civilibus causis, ad Consules & Senatum unicè spectat, stehet einig und allein bey den Burgerlichen Raths-Gliedern und Schöffen/ damit Burggraf und Sechser nichts zu thun haben/ Author *d. resp. Fridberg. part. 1. punct. 2. num. 122.* quod infallibile argumentum superioritatis esse probatum est *supra lib. 1. c. 12. n. 57.* Et licet Burggravius in vim adjuvandæ executionis pro judice superiore, vor einen Oberrichter/ adducatur, hoc tamen non jure superioritatis, sed potius onus quoddam servitutis importare, & sic propter necessitatem exequendi longè inferius esse, quam munus judicandi, probat Author *d. respons. Fridberg. part. 1. punct. 2. num. 124. & punct. 4. num. 1. & seq.* 19

X. Porrò Cives non Burggravio sed Consulibus & magistratui juramentum subjectionis & obedientiæ præstant, prout docet formula homagii apud Author *d. respons. Fridberg.* 20

berg.part.1 punct.5.num.2. & part 2.c.44. per Privilegium Imperat. VVenceslai de anno 1398. cavetur, daß alle Burger und Beysassen zu Fridtberg/auch dero Söhne/so 14. Jahr alt seyn/ Ihrer Käyserl. Majest. dem Heil. Reiche und der Stadt Pflicht leisten sollen. Imò juxta sententiam anno 1424. latam & ab authore *d. respons. Fridberg. part. 2. c 60.* relatam, ipsi Burgenses, in Civitate Fridbergensi habitantes Consuli & Senatoribus homagium præstare tenentur, ibi: Wolle Herr Gilbracht obgenant by ihn sitzen und wohnen / so solle he ye geloben und schwören/ und von sinen Höffen und Gärten yn thun/ als ander/ die in deß Riches und irme Befange gelegen syn/als Sie ihn dan in besonder Heyde von etlichen Burgern geschuldiget han/ rc.

21 XI. Insignia quoque portis, muris, aliisq; locis publicis affixa, superioritatem probare, probatum est *supra lib.1.c.12.num.39.& seq.* At verò in templis, sacellis, curiis, portis aliisque locis publicis non Burggraviorum, sed ipsius Civitatis Fridbergensis insignia affixa reperiuntur, teste authore *respons. Fridb. part.1. punct. 2.num.125.* Höping. *de jur. insign. c.6. num.1036.* ubi insignia ejus esse dicit, ut cum reliquis Imperialibus Civitatibus, Aquilam bicipitem nigram, cujus pectori impositus ex albo & nigro rectà divisus clypeus, descendente colore, Monachis Bernhardinis celebri, habeat.

22 XII. Facit quoque, quod claves Civitatis, portarum aliarumque rerum, non Burggravio & Sexumviris Castrensibus, sed Consulibus & Senatui concredantur & tradantur, quod superioritatis symbolum esse docet, *arg. §. item si quis merce. l de rer.divis.l.clavibus.74.ff.de contrah. empt.* Thom. Michaël *de jurisdict. concl.53.lit.e.* Ex quibus omnibus & aliis consimilibus, civitatem hanc non Burggraviis, sed Imperio Romano immediatè subjectam esse concludit Author *d.respons.Fridberg part.1.punct.1.n.330.in fin.& punct.2 num.128.*

23 Quibus non adversantur, *supra n.10.* in contrarium adducta, nam quod 1. Burggravius de ipsa civitate sit investitus, ipsa investitura non probat, & si id factum, nullo jure id procedere, latè demonstrat Author *d.resp Fridb.part.1.punct. 1.n.237.& seqq.*

24 Quod 2. de Sexumviris Castrensibus adducitur, & hi in Senatum cooptantur, per hoc nulla Burggravio superioritas adquisita intelligitur, cum hi non per Burggravium, sive Burgenses, sed per ipsos Cives in Senatum eligantur, & horum minor sit numerus, quam reliquorum Senatorum ex Civibus electorum viginti quatuor, interque hos Consul primum locum obtineat, atque hi etiam absque Sexumviris istis Castrensibus precariam imponant, aliasque causas Civitatis peragant. Author *d. respons.Fridb.part.1.punct.1.num.47 & seqq.* idque ex ipsis verbis apparet, ubi dispositum, daß die Sechser sollen zu ihnen (den Burgern) gehen in den Rath/ ex quibus apparet, Senatum, ut antea, ita etiam imposterum, Civitatis & Civium Senatum & Magistratum permanere, & principale corpus constituere, Sexumviros autem istos, ipsis consilii tantum causa accedere, cum enim quærimus quid cui accedat, illud spectamus, quid cujus rei ordinandæ causa adhibeatur, ut accessio cedat principali, *l. cum autem. 20. §. perveniamus.ff.de aur.& arg.legat.* & accessorium 25 sequatur naturam sui principalis, *d.§.perveniamus.l.cum principalis.178.& l.nihil 171.ff.de reg.jur.* etiamsi accessorium sit nobilius suo principali, *§.tamen alienam purpuram. l.de rer. divis. l. sed in emptione.34.pr.ff.de contrah emp.* Eosque consi- 26 lii tantum causa adhibitos esse, probant verba: daß sie sollen Söhnbar und Rathbar seyn/der Käyserl. Majest. dem Reich/dem Land/der Burg und der Statt zu Friedberg/und deren Gerichte. Quod etiam probat juramentum, quod Castrenses hi electi Cōsulibus præstare tenentur, *ibi*: Sumlichen und friedlichen zu allen Sachen zu kommen / und das Gericht helffen zu handhaben / by Freyheit und Gnaden/ als das herkommen ist/ und in alle Sachen das beste zu rathen/dem Armen als dem Richen/ referente Auth. *d.respons.Fridberg part.2.c.67.* quod longè minus & inferius esse intelligitur, quam habere directorium, jurisdictionem & imperium, qui enim consilii causa assident, suo nomine nihil agunt, adeò ut ne libellis quidem subscribere possint, *l. 2. C. de assessor.* sed tantum consilium suggerunt judicantibus, ex quo etiam Consiliarii vocantur, *l.5.ff.de assessor.l.3.C.eod.* & adsessores non sunt magistratus, sed Consiliarii & Comites magistratuum, vide latè Auth. *d. resp. Fridberg part.1 punct 1 n.57.& seq.& punct.4.n.1.& seq.* ubi quid de titulis istis, Oberrichter & Amtmann / sentiendum sit, latè exponit, quo me brevitatis studio refero.

Quod 3. de juribus specialibus in Burggra- 27 vii & Schulteti constitutione adducitur, non magni est momenti, cum ex juribus nonnullis specialibus, ad jus superioritatis universale, non concludi, demonstratum sit *supra lib.1.c.12. n.44.& seq.* Et Schulteti officium nihil aliud sit, quam sententiarum à Consulibus & Senatoribus latarum executio, & Privilegiorum conservatio, prout ex ipsius juramento ab Author. *d respons.Fridberg.part.2.c.66.* relato, satis apertè demonstratur, quod ita habet: Wer zu einem Schultheissen dieser deß H. Reichs-Statt Friedberg Gerichts gesetzet/ gewehlet und geordnet würd/ der soll dem Herrn alten Burgermeister / mit Hand gegebener Treue versprechen und zusagen / auch mit aufgereckten Fingern zu GOtt und den heiligen Evangelien geloben und schweren/ daß er soll und wolle das Gericht ehrbarlich/ treulich und fleissig besitzen/ das jenig / so durch die Schöffen erkennet wird / der Gebür / und Rechtlicher Ordnung nach exequiren / auch das Gericht und gemeine Statt bey alten Herkommen/Genaden/ Freyheiten/Privilegien/ Recht und Gerechtigkeiten handhabē/ und denselben zuwider nichts vornehmen/und das nicht unterlassen/ um Lieb noch Leid/ Freundschafft/ Feindschafft/ Sipschafft/ Magschafft/ Gunst/ Forcht/ Verheissung/ Gabe/ Gelt/oder Geltswerth/ oder um ichts/ das sich einigem Nutz vergleichen mag / wie solches genent/oder erdacht werden möchte/Auch keiner Parthey/ so im Gericht handelt/gegen der andern rathen/ Anweisung geben / noch dieselbige gefährlicher Weiß warnen/ deßgleichen die Heimligkeiten deß Gerichts niemanden offenbaren/und solle ihne in allen Punctes dises Aydes/ kein ander Pflicht oder Bündnus hindern/ auch sonsten alles

alles anders thun und lassen/das einem frommen/redlichen / und unpartheyischen Schultheissen gebühret / alles/rc. Atque ita Sculretus jurat Consuli, nomine Scabinorum, de exequendis ipsorum sententiis, & hoc judicium jurisdictionale Civitatis Fridbergensis duodecim constituitur Scabinis, Sculteto & actuario. Jus ordinandi Sculterum in judicio Imperiali Fridbergensi Imperator Albertus Burggravio cessit, adhibito consilio Scabinorum. Scabini seipsos eligunt & confirmant, remoto Burggravio, electique jurant sibi ipsis, non adscito Burggravio aut Sexumviris. Et hi Scabini cognoscunt & sententiam dicunt, de omnibus & universis causis criminalibus & civilibus, prorsus remoto Burggravio, Sexumviris & Sculteto, de quibus vide Author. *d. resp. Fridb. part. 1 punct. 12. n. 1. & seqq. per tot.*

28 Varia hæc Civitas Fridbergensis ab Imperatoribus adquisivit Jura & Privilegia, quæ refert Author *d. respons. Fridb. part. 2 per tot.* inter quæ primaria sunt I. quod nemo Consules, Senatum, vel Cives Fridbergenses modo duellico, vel per viam duelli extra Civitatem Fridberg citare possit vel debeat evocare: Et quod nullus eos vel aliquem eorum, pro ullis bonis vel debitis extra dictam civitatem Fridberg citare possit aliqualiter vel evocare, nisi prius in civitate Fridberg sibi fuerit justitia denegata, juxta Privilegium Imper. Rudolphi I. *de anno 1291.* Adolphi *de anno 1293.* Alberti *de anno 1299.* Caroli IV. *de anno 1350.* Friderici, *de anno 1442.* Caroli V. *de anno 1533.* Rudolphi, *de anno 1582.* ubi id etiam ad Judæos Fridbergæ habitantes extensum reperitur, cujusmodi Privilegia extant *d. resp. Fridb. part. 2. c. 3. 8 10. 21 49 50. & 57.* & apud Joh. Limn. *de jur. publ. tom. 3 lib. 7. c. 17. n. 5.*

29 II. Quod nemo ex Civibus Fridbergensibus filiam, vel neptem sive consanguineam in uxorem alicui tradere per Imperatorem absq; suo pleno consensu aliquatenus compellatur, ex privilegio Imper. Richardi de *anno 1257. d. resp. Fridberg. part. 2. c. 4.* Limnæ. *d. l. n. 6.*

31 III. Quod nullus prædictorum Civium per ipsum Imperatorem Richardum, vel per aliquem alium ipsius nomine, pro aliqua pecunia extorquenda, singulariter ab ipso aliquatenus capiatur, *de Privileg. c 4.* Limn. *d. n. 6.*

32 IV. Quod Civitatis Fridbergensis, Francofurdensis, Wetzlariensis & Gelnhusiensis ab Imperatore & Imperio nullatenus alienari, seu separari, vel hypothecari, sed ex immediatè Imperatori & Imperio reservari debeant, *d. privileg.* Richardi de *anno 1257.* & Imperat. Ludovici de *anno 13.7. d. respons. part 2 c. 4 & 16* Limnæ. *d. num. 6.* Et si aliis Civitas Fridbergensis fuerit oppignorata, nihilominus tamen sub protectione Imperatoris permanere, juribusque suis uti debeat, ex privilegio & obligatione Imperat. Caroli IV. de *anno 1349. d. respons part. 2 c. 20.* Limn. *d. cap. 17. n. 7.*

33 V. Quod Civitas hæc cum Principibus, Comitibus, Baronibus & Civitatibus fœdus liberè contrahere possit, d. Privileg. Caroli IV. *de anno 1349.*

34 VI. Quod infra muros Civitatis Fridbergensis nulla munitio vel Castrum construi debeat, per Privilegium Imperat. Richardi de *anno 1257. d. respons. cap. 5.* Limnæ. *d. cap. 17. n. 8.*

VII. Ut omnia bona & prædia, quæ hacte- 35
nus cum Civibus Fridbergensibus precariam Imperio persolverunt, quomodocunque ad loca religiosorum, vel personas Ecclesiasticas, vel mundanas, devolvi & transferri contingat, ipsa ad solvendam precariam, sicut ante, nihilominus teneantur, *d. privileg. Imper. Richardi de anno 1257.* Adolphi, *de anno 1293.* Alberti, *de anno 1299* Ludovici, *de anno 1346.* Quæ refert. d. Author. *respons. Fridb part. 2. c. 4. 7 11. & 17* Limnæ. *d. l num. 9.*

VIII. Ne Castrenses domos, vel prædia in 36
Civitate Fridbergensi emant, nec Cives ullo modo molestent, ex Privilegio Imper. Caroli IV. de *anno 1357.* & de *anno 1363. d. respons. cap. 24. & c. 20.* Limnæ. *d. c 17 n. 14.* Neque etiam Cives ipsis annuos reditus perpetuos, vel alia bona immobilia vendant, ex privilegio Imp. Wenceslai de *anno 1382. d. respons. cap. 35.*

IX. Sub speciali Imperatoris & Imperii pro- 37
tectione existit, per Privilegium Imper. Ruperti de *anno 1400. d. respons. cap. 45.*

X. Privilegium habet juris vectigalis, ita ut non solventes etiam in alieno territorio detinere possint, daß sie von allen gelasten Karren und Wagen/ sy fahren durch die Stadt zu Friedberg/ oder ober die egenante Brückin / mit Penden one Frebel inne yglichen Gerichten darzu halden mogen / daß sie das egenant Wege-Gelt yn geben / nach Lute Unser Keyserlichen Brieffe/ dy sie darobir haben/ab Imperat. Carolo IV. de *anno 1361.* apud Author. *d. respons. Fridberg. cap 25.*

XI. Fridbergenses in via publica intra Frid- 38
bergam & Francofurdum à vectigalis solutione sunt immunes, daß die von Friedberg uff der Strassen zwischen Franckfurt und Friedberg keinen Zoll oder Weggelt geben sollen / ex privilegio Imperat. Wenceslai de *anno 394.* apud *d. resp. cap. 38.* Limnæ. *d. c. 17. n. 17.*

XIII. Jus habent exigendi pecuniam con- 39
ducendi, das Gleidgelt/daß Sie allen den/die yn das egenant Geleitsgeld entfüren/ir Pherde/Wagene/und yre Kauffmanschafft / die sie füren/ uff allen Strassen und in allen Gerichten/uffhalden/und die zu Friedeberg ynfüren mogen/und die da behalten/als lange biß sie der Statt zu Frideberg ir Geleitsgelt bezahlen/und yn darzu Besserunge thun/ als den Rat zu Friedeberg darum tzitlich dunckeт / ab Imperat. Carolo IV. de *anno 1367.* Wenceslai de *anno 1387. d. respons. c 28. & 37.* Limnæ. *d. c. 17. n. 19.*

XIII. Jus habet exigendi pecuniam moli- 40
nariam, daß Sie Malgelt in ihrer Statt setzen/und auch abnemmen sollen und mögen / wenn sie wollen / und als offt ihr das fugt / ohn aller Burgman/ und aller Menschlichs Irrung und Hindernusse / und soll auch mit demselben Malgelt niemand nichts zeschaffen / noch zu thun haben / dann sie/ und sollen dasselb Malgelt in ihrer Statt Ringmaur und Nutzen wenden und kären / ex privilegio Imperat. Ludovici de *anno 1346.* & Caroli IV. de *anno 1374. d. respons. cap. 18. & 32.* Limnæ. *d. cap. 17. num. 10. & 11.*

41 XIV. Jus habent extruendi domum judicialem, ein Gerichthauß/ in eaque sententias ferendi, ab Imper. Carolo IV. *de anno 1368. d. resp. c. 29.* Limn. *d. c. 17. n. 16.*

42 XV. Nec non librum judicialem conscribendi ipsique sententias inserendi, Ein Gerichts-Buch zu halten/ à d. Imp Carolo IV. *de anno 1367. d. respons. c. 28.* Limnæ. *d. l. num. 15.*

43 XVI. Ex concessione Imper. Caroli IV. jus habet Civitas Fridbergensis reluendi, die Gerichte und Dörffer/ Ochstadt/ Holler/ Melbach/ und Heyenheim/ quocunque tempore velint, de *anno 1374.* & Caroli V. de *anno 1541. d. respons. cap. 30. & 52.*

44 XVII. Consules habent jus exigendi mulctas, nec Burggravius jus habet capiendi cives, nisi ex speciali Imperatoris mandato, nec hoc, si civis ad Aulam Cæsaream provocet, daß die Burgermeister der Burger Frevel zu straffen haben/ der Burggraff aber keinen Burger anzugreiffen habe/ er habe dann dessen Käyserlichen Special-Befelch/ und ob er gleich einen besondern Befelch deßwegen hätte/ so soll er doch keinen Burger angreiffen/ der sich an dem Käyserlichen Hoff zu Recht erböte/ ex Privilegio Imper. Caroli IV. de *anno 1374. d. respons. Fridberg. part. 2. c 31.*

45 XVIII. Civitas reditibus & censibus liberè uti, eosque sine impedimento Burggravii augere potest, daß die Stadt alle ihre Rente und Gefelle ihrem Wolgefallen nud Nutzen nach/ ohne der Burg Eintrag und Hinderung gesteigern möge/ ex Privilegio Imp. Wenceslai de *anno 1385. d. respons. c. 36.* Limnæ. *d. c. 17. n. 12.*

46 XIX. Non tenetur Judæos in civitatem recipere, nisi prius homagium præstiterint, daß Burgermeister und Rath zu Frideberg/ keinen Juden daselbst anzunemmen schuldig/ er habe dann zuforderst der Röm. Käyserl. Majest. dem Heil. Reiche und der Stadt/ gleich andern Burgern Huldigung und Gehorsam geschworen/ ex ordinatione Imper. Wenceslai de *anno 1394. d. resp. Fridb. part. 2. c. 39. & c. 71.*

47 XX. Habet jus stapulæ, die Niderlage/ & ne Burgenses & incolæ vina alia, quam sibi nata vendere possint, daß der Burggrave/ Burgmann/ Gärtner und Undersassen kein Wein schencken sollen/ ausserhalb dessen/ so ihnen selbst wächst/ ex Privilegio Imper. Wenceslai de *anno 1395. d. respons. cap. 40.* Limnæ. *d. c. 17. n. 18.*

48 XXI. Quod nemo Fridbergensium bonis novam precariam imponere, & Consules arresta imponere possint, Daß ihr und gemeiner Statt und Burgerschafft Güter/ der Sie bißher frey/ unbeschwert in Inhaben und Posseß gewesen/ und hergebracht/ in was Obrigkeiten/ oder Gebiethen dieselben gelegen wären/ von allen und jeden fremden Obrigkeiten und Gebiethen aller Schatzung/ Steuren/ Beden/ und allen andern Satzungen/ Dienstbarkeiten/ Neuerungen und Beschwerden erlassen/ und damit keiner nicht beladen noch bekümmert werden/ darzu daß Sie ain jede Person/ oder eines jeden Güter/ es wäre um Schulden/ Spruch/ Anforderung/ oder ander dergleichen Sachen/ Händel/ in Unser und deß Heil. Reichs-Stadt Fridberg und ir Jurisdiction, durch sie selbst/ oder auf iemands andern Anruffen und Begehren/ Rechtlich arrestiren/ bekümmern und verbieten möchten/ ꝛc. ut habet Privilegium Imper. Caroli V. *de anno 1541. & de anno 1545.* apud Author *d. respons. Fridberg. part. 2. cap. 51. & 53.* Limnæ. *d. c 17. num. 21.*

XXII. Ab Imperat. Carolo V. *anno 1530.* 49
Privilegium obtinuit binarum nundinarum, darzu ihnen und allen/ die solche Jahrmärckt mit ihren Gewerben/ Handlungen/ Haab und Gütern besuchen/ dahyn und davon ziehen/ und so lang sie uf dem Marckt seyn/ alle Gnad/ Freyheit/ Sicherheit/ Recht und Gerechtigkeit/ wie andere Jahrmärckt im Heil. Reich haben/ gegeben/ ꝛc. *d. respons. cap. 54.* Quibus postea *anno 1582.* alias duas addidit Imper. Rudolphus II. *d. respons. c. 58.* Limnæ. *d. c. 17. n. 13.*

XXIII. Quod nemo Civium in Civitate 50
Fridbergensi domos Fabriles, pistorias & tinctorias sine consensu magistratus extruere, & si extructæ nocivæ videantur, magistratus easdem tollere possit, daß fürbaß mehr von keinem Burger oder Innwohner/ oder iemanden anders in der Stadt zu Fridberg kein Schmitten/ Backhauß oder Ferberhauß/ gemacht werden solle in keine Weiß/ es sey dann/ daß mit Wissen und Urlaub der Schöpffen/ Rath und Burger daselbst geschehe/ und als sie das jhn und der Statt bequemlich seyn dünckt/ und were es Sach/ daß ein Schmitten/ Backhauß/ oder Ferberhauß/ in der ehegenanten Statt gemacht were/ und die Schöpffen und Rath/ oder Burger bedeuchte/ daß das der Stadt nicht bequemlich were/ das sollen und mögen dieselbe Schöpffen und Rath der Burger abthun/ von allermenniglich ungehindert/ ꝛc. ex Privilegio Imperat. VVenceslai de *anno 1397.* apud *d.* Author *respons. Fridberg. part. 2. c 42.* Limnæ. *d. c. 17. num. 20.* Fridburg Käyserl. und deß H. Reichs Burg/ habet suum Burggravium und Burgmänner/ coram quibus omnes & incolæ & officiales conveniendi, ita ut aliò ad forensia Judicia non evocantur, unà cum privilegio de non arrestando vel non impediendo. Anno 1467. 1566. Blum. *Proceß. Cameral. tit. 47. tab. 6. vers. Fridberg.*

Ordinationem Senatus Fridbergensis, vide 51
apud Author *d. respons. Fridberg. part. 2. c. 61.* ubi etiam alia Privilegia & transactiones reperiuntur, veluti Imperat. Alberti Söhnbrieff und Vereinigung zwischen Burg und Stadt Fridberg de anno 5299. *cap. 12.* Imper. Ludovici Sühn: und Begnadigungsbrieff zwischen Burg und Statt/ de anno 1332. *cap. 15.* Ducis Ruperti Archidapiferi Endtschiedt/ und daß in specie die Stadt/ ohne die Sechs Burgmanne/ ihre Rente/ Gefelle/ Bede/ Kriege/ die Geistlichkeit/ Hospitalien/ Bewerschreiber/ Dienere/ und anders bestellen/ zu Fürsten und Herren reiten und schicken/ Reichs-Craiß- und andere Tage besuchen mögen/ und da die Burgmanne Burgerliche Güter an sich kauffen/ daß sie davon Beede und Dienste gleich andern erstatten sollen/ de anno 1378. *d. respons. cap. 34.* Vertrag de anno 1387. so durch Underhandlung etlicher beederseits erbettener Freunde zwischen Burg und Stadt mit deren beiden guten Wissen und Willen uffgerichtet worden/ *d. respons. cap. 69.* Vertrag von den Käyserlichen Commissarien anno 1571. vergangen/ wegen der Sandgaß/ Judenschafft/ gefänglicher Verstrickung/ und anders/ *d. respons. cap. 64.* Ritter-Ayd/ so von denen Sechs erwöhlten Burgmannen im Stadt-Rath dem Burgermeister der Stadt Fridberg in die Hand gelobet würd/ *d. l. cap. 65.* Schultheissen Ayd/ so er dem Burgermeister der Statt

Fridberg

Fridberg in die Hand geloben/ und zu GOtt schweren muß/ *cap. 66.* Alter Burger Ayd/ so undenckliche Zeit in Ubung gewesen/ und von allen Burgern gelobet werden müssen/ *cap. 67.*

In encomium Civitatis Fridbergensis hoc epigramma extat Nic. Reusneri:

Francia clara viris, nec equis obscura putatur:
Sic equitum palmam fert quoq; Francus eques.
Tertia Saxonibus, Suevis datur altera palma;
Ad Cattos pedites propria palma manet.
Francorum vetus illa parens gens Tenctera fertur
Suevis & Cattis Saxonibusq; potens.
Quos circumfusos habet omni ex parte colonos,
Marte ferox, animis sæva, manuq; valens.
Seu Salæ, Mæni seu ripas propter amœni:
Seu qua Fridbergæ mœnia parva jacent.
Hac equites alios tantum nunc anteit omnes:
Ante citos quantum Pegasus ivit equos.

CAPUT XIV.

Gelnhausen/ *Gelnhusa.*

Summaria.

1. *Gelnhusa ubi sita, & unde nomen habet.*
2. *Nobiles in ea arcem habent splendidam, & quænam ejus conditio.*
3. *Castrensium Nobilium, & Civitatis Privilegia non sunt confundenda.*
4. *Civitas ab arce est separata, & Civitas Imperialis.*
5. *Non debet ab Imperio alienari.*
6. *In Imperii Matricula continetur.*
7. *In Comitiis comparet.*
8. *Olim oppignorata fuit Comitibus de* Schwartzenburg.
9. *Patronos tutelares quos habeat.*
10. *Gelnhusia ubi convenienda.*

1 GElnhusa, Gelnhausen/ aliis Gailhausen/ Civitas quoque est Imperialis, in Hassia sita, vineis, segetibus omnique victus commoditate, & fructuum ubertate nobilis, unde quoque nomen Gailhausen/ sive Gailnhausen accepisse videtur.

2 Sedem & domicilium in hac civitate multos jam annos homines Nobiles & Provinciæ illius illustres quamplurimi hactenus habuerunt, idque ob loci oportunitatem, aliasque externas commoditates, qui in eadem Civitate arcem habent veterem & splendidam, Imperatoris Friderici I. opere extructam, una cum temp'is quibusdam & cœnobiis amplissimis. Cujusmodi Nobiles arcem istam sive Burgum inhabitantes dicuntur die Ganerben zu Gelnhausen/ cujus castri eandem omninò conditionem esse cum castro Fridbergensi, putat Jacob. VVerner. *Kyllinger. de Ganerb. castror. discurs. 19. n. 31.* ubi ait, quod condomini ejus iisdem fruuntur Privilegiis, ex singulari concessione Imper. Caroli IV. *anno 1366.* facta, cujus confirmatio à Friderico III. *anno 1471.* insecuta, & in cæteris æquali cum Fridbergensibus jure utuntur. Solos enim Nobiles recipiunt, & in dictis Privilegiis suis vocantur die Edlen/ Strengen und Vesten/ & in consignatione der Craiß-Hülff de anno 1532. nominantur die Ritterschafft deß Schloß Geilhausen/ Kyllinger. *d. l. num. 32. & seq.*

3 Quamvis autem VVehner. apud Gylman. *symphor. tom. 6. c. 7. §. 14. fol. 176. & seq.* Privilegia Castrensium cum Civitatis Privilegiis confundat, quasi hæc civitati concessa fuerint, erroneum tamen illud esse demonstrat Kyllinger. *d. discurs. 19. num. 37.* cum neque civium, neque civitatis in concessionibus ab ipso adductis ullo verbo, sed tantum der Burggraven/ Bawmeister/ Burgmänner und Beysassen deß Heil. Reichs-Schloß zu Gelnhausen mentio fiat.

Est enim Civitas Gelnhusana ab arce separata, & Imperio instar Fridbergensis Civitatis, per se subjecta, & singulare dicasterium habet, Kyllinger *d. l. num. 38.* Limnæ. *d. jur. publ. tom. 3. libr. 7. cap. 20. num. 3.* Quod indè satis apertè probatur, quod Imperator Rupertus eam, suam & Imperii Civitatem, Unser und deß Reichs-Statt/ nominat, eique *anno 1406* mandat, ut de Imperii precariis, sive Steuris castro Gelnhusano singulis annis 40. florenos exsolvat, sicuti ex Zeiler. *continuat. Itin. German. cap. 1. pag. 34* refert Joh. Limnæ. *de jur. publ. tom. 4. libr. 4. c. 7. n. 51. pag. 569.* ubi etiam addit, quod *anno 1402.* una cum reliquis Civitatibus Imperialibus ad Comitia Norimbergensia vocata fuerit, Zeiler. *d. l.* Eademque ab Imperatore Friderico III. inter Civitates Imperiales nominatim refertur, *15. Februarii anno 1454.* in decreto inter Civitatem Gelnhusanam & Judæum quendam castri Gelnhusani subditum, *ibi:* Unser und deß Heil. Reichs Lieben getreuen Burgermeister und Rath/ Unser und deß Heil. Reichs-Statt Gelnhausen/ &c. quod extat apud Gylman. symphor. *tom. 6. c. 7. §. 14. fol. 180.* & Joh. Limnæ. *de jur. publ. tom. 3. libr. 7. c. 20. fol. 321. & seq.* Idem quoque indè demonstratur, quod civitas hæc, sicuti Francofurdum, VVetzlaria, & Fridberga ab Imperio non debeat alienari vel hypothecari, sed Imperatori & Imperio perpetuò reservari, sicuti *cap. praeced. 15. n. 32.* dictum est. 5

Estque hæc Civitas in Matricula Imperii comprehensa, & anno 1545. & 1551. ad duos equites & 15. pedites usque moderata, ist anno 1455. & 1551. um 1. zu Roß/ und 6 zu Fuß geringert worden/ gibt solchem nach Monatlichen zu Roß 2. zu Fuß 15. thut an Gelt 84 fl. zu Unterhaltung Käyserl. Cammergerichts jährlichen 35. fl. Ex Zeiler. *contin. Itin. Germ.* Limn. *de jur. publ. tom. 2. lib. 4. c. 7. fol. 162.* 6

In

7 In Comitiis quoque comparet, votumque & sessionem obtinet, prout in nuperis Comitiis Ratisponensibus *anno 1641. & 54.* Legati Civitatis Francofurdensis ipsius nomine comparuerunt, votumque & sessionem obtinuerunt.

8 Hanc Civitatem Imperat. Carolus IV. anno 1349. Comiti Gunthero de Schwartzenburg/ oppignoravit, qui eandem Electori Palatino, & Comiti Hanaw Müntzenberg pro octo mille florenis sub jure reluendi vendidit. Et licet septimo anno post oppignorationem mandatum sit Civitati, ut una cum aliis Electorem Coloniensem conducere debeat, & ut *infra libr 4. cap. 1. num. 50. & seq,* dictum, jus oppignorationis, sive hypothecæ dominium & jurisdictionem non tribuat, nihilominus tamen Elector Palatinus, & Comites Hanovienses eam eximere conantur, de quo lis in Camera Imperiali adhuc indecisa pendet, Johan Limnæ. *d. jur. publ. tom. 4. libr 4. c. 7 n. 51. fol. 569.*

9 Patronos quoque tutelares esse Palatinum Rheni, & Comites Hanoviæ, patriæ suæ Gelnhusanæ, quam jure pignoris teneant, & sub ipsorum umbra & clientela quiescere Civitatem, scribit Reipubl. Gelnhusanæ Syndicus Melchior VVeissenburger *in præfat. ad tabul. ordin. Cameræ.* Limnæ. *de jur. publ tom. 4. libr. 7. c. 20.* Quo nomine tamen Civitatem hanc ita monuit Caspar Bruschius:

Ut servare tuas Aquilas Gelnhusia possis
Si sapis indomito nimium ne fide leoni.

10 Civitatem Gelnhausen/ cum suo Burgman/ & Burgleute privilegiatam esse, contra forensia judicia, & Cives conveniri debere coram Burggravio, eodem modo, ut de Fridberga dixerat ex Privilegio de *anno 1366.* & *1471.* confirmato, scribit VVehner. apud Gylman. *Symphor. tom 6. cap. 7. d. §. 14. fol. 176.* ubi addit, quod Cives Gelnhusenses evocati, avocari possint & remitti debeant, ejusque præjudicium extare de *anno 1472 & anno 1454.* Blum *Proceß. Camer. tit. 47. tab. 6. verb.* Gelnhausen.

De hac Civitate sequentia extant Epigrammata.

1. Georgii Fabricii.

Qui nescit sacram Bromio Cereriq; Gelhusam,
Imperii sacri, Cattorum, in finibus, urbem:
Cujus dum templum lustramus, forte querelas
Fundentem legimus Christum, & sic ore loquentem:
Sum lux, nemo cupit talem cognoscere lucem:
Sum via, nostra tamen sequitur Vestigia nemo:
Sum pius & placidus, nemo vult fidere nobis:
Sum rerum, cœlique potens, me nemo veretur.
Possidet hic amplas animis concordibus ædes
Libera Nobilitas, & magnis sæpè timenda
Principibus, quæ non trepidè sua jura tuetur.

2. Nicolai Reusnerii

Vitiferos colles Gelnhusa ostentat, & ædem
Insignem cultu divitiisque sacram.
Cæsaris hinc arcem Friderici nomine Primi:
Quæ magnum decus est urbis, & alter honos.
Et Mariæ sylvam, sedem Vestalibus aptam:
Et Cœli Tempe semper amœna sacri.
Cynthius in Drusi sublimi vertice natus,
Amne sua pulcras lambit utrimque domos.

CAPUT XVII.

Gemündt/ Schwäbisch Gemünd/ *Gemunda Suevorum.*

Summaria.

1. *Gemunda unde dicta.*
2. *Quomodo primum appellata, & ejus situs.*
3. *Olim Prætorium fuit Ducum Sueviæ.*
4. *A quo condita.*
5. *Est Civitas Imperialis, in Matricula continetur, & ad Comitia vocatur.*
6. *Ejus Insignia.*
7. *Regimen Civitatis olim fuit penes Nobiles.*
8. *Henricus Leo ibidem proscriptus.*
9. *A nobilibus olim exculta.*
10. *Monasteria ibidem quænam.*
11. *Templa quænam.*
12. *Monasterium Augustini Eremitarum à quo conditum.*
13. *Cœnobium fœminarum extra urbem à quo ædificatum.*
12. *Uti & templum primarium.*
15. *Cives mercaturam exercent.*
16. *Judices primæ Instantiæ habet.*

1 Gemunda, Gamunda, Gamundia, Gemündt/ Gamündt/ Gmündt/ Schwäbisch Gemündt/ ex eo dicta, quod in Circulo Sueviæ sita, & ad differentiam aliarum Civitatum & pagorum hoc nomine insignitorum, & ita dicta, quasi gaudia mundi, propter ludos Equestres, aliasque festivitates, quas Sueviæ proceres olim ibi exercuerunt, quod adhuc indicant fossæ jaculatoriæ & torneatoriæ, quæ ibidem adhuc extant reliquæ, der Schießgrab unter dem Augustiner Closter/ der Turniergraben. Nicol. Reusner. *de urbib. Imper. part. 2. c. 15.* Dresser. *Isagog histor. part. 5 pag. 269.* vel ab annulo Friderici conjugis ibidem deperdito & reperto: Nam cum Friderici Antiqui conjux Agnes annulum desponsationis suæ illo in loco perdidisset, magnoque inde dolore affecta esset, maritus publico scripto munus egregium repertori promisisse, ac simul oppidi ædificationem, ubi annulus esset repertus, vovisse dicitur. Tandem ergo diu quæsitus, ibi repertus est, ubi nunc Gamundia cernitur. Cujus oppidi tunc initium factum, &

Gamünda vocata putatur, à voce Friderici illa: Gaude Munde, annulus repertus est, ficuti ex Chronic. Lorchensi refert Cruſ. *annal. Suev. libr. 9. part. 2. c. 4.* Reuſn. *d. c. 15.* Alii Gamundam à Mundio, Schutz/ dictam putant, Merian. *in topograph. Suev. verb.* Gemundt / quod minus verisimile videtur.

2 Primum Civitas hæc nomen habuit Keysers Gereut / quasi à Cæſare locus eruncatus & excultus. Deinde dicta eſt Thiergarte / ſive vivarium & hortus ferarum, ob loci amœnitatem. Unde rivus per forum ibi fluens, Thiereich vocatur, Dreſſer. *d. part. 5. pag. 270.* Reuſn. *d. c. 15.* Joh. Limnæ. *de jur. publ. tom. 3. c. 18. n. 1.* in ipſo aditu & ore Remiſiæ amnis in Circulo & parte Sueviæ, ubi ante tempora Caroli Magni Ethnici Germani habitaverunt, poſita, ex quo nomen hoc accepit, quod ſit quaſi oſtium rivulorum in Remiſiam, die Rems/ profluentium, Reuſner. *d. cap. 15. in princ. & in med.*

3 Olim fuit municipium & Prætorium Ducum Sueviæ, qui ex nobiliſſima Gibellinorum veterum familia oriundi, & Barones liberi à Staufio caſtro montano, Hohen Stauffen / cognominati, & poſtea in Principum numerum ab Imperatore Henrico IV. cooptati, & tandem ob virtutem & rerum geſtarum gloriam, Imperatores Romani facti ſunt, poſt quorum obitum civitas hæc in poteſtatem & ditionem Romani Imperii venit, in eaque hactenus firmiter perſtitit. Cruſ. *Suevic. annal. lib. 9. part 2. c. 4.* Lehman. *Chron. Spirenſ. lib. 4. c. 4. pag. 288.* Reuſn. *d. cap. 15.* ubi primordia ejusdem nonnullos ad *annum Christi 8.4.* referre addit.

4 Innotuiſſe hæc Civitas putatur ſub Friderico Antiquo, vel Friderico Unoculo Duce Suevico, circa *annum Christi 1090. & 1110.* qui eandem muro cinxiſſe fertur. Cruſ. *annal. Suevic. libr 9 part. 2. c. 4. in princ.* Dreſſer. *d. l.* Aucta poſtea eſt ſub Ducibus Sueviæ, præſertim Conrado III. Romanorum Rege & Imperatore Friderico Barbaroſſa, Cruſ. *d. l.* Reuſn. *d. c. 15.* Familiæ hujus habitatio quondam fuit in arce Hohenſtauffa, & Lorcha, nec non in pago Walthuſa, ubi ſuum habebat tabularium & Cancellariam. Ab his Gamundia jure Civitatis, aliisque Privilegiis quàm plurimis donata & adornata eſt, ſicuti & aliæ hujus regionis Civitates multæ, quæ initia ſuorum incrementorum & ornamentorum inclitæ huic familiæ accepta referunt, Cruſ. & Reuſn. *d. l.*

5 Civitatem hanc eſſe Imperialem, & Imperio Romano immediatè ſubjectam extra dubium eſt, cum in Matricula Imperii comprehenſa, uti ipſæ Matriculæ oſtendunt. Et quamvis alii Gemundæ tres tantum Equites, & viginti quinque pedites, vel in numerata pecunia centum & triginta ſex florenos adſcribant, in recentioribus tamen Codicibus ipſi adſcribuntur centum, & ſeptuaginta ſex floreni, uti videre licet apud Wehner *pract. obſ. verb. Matricul. pag 492.* Limnæ. *tom. 2. libr. 4. cap 7. fol. 158. & tom. 4. libr. 4. cap. 7. fol. 567. & libr. 7. cap. 18.* ubi ait, quod in ſuis Codicibus inveniat, Daß/ nach dem dieſe Stadt anno 1551. um 2. zu Roß / und 10. zu Fuß geringert worden / haben ſie Monatlich zu geben 3. zu Roß / und 35. zu Fuß/ oder an Gelt 176. fl. Zu Unterhaltung deß Käyſerlichen Cammergerichts habe ſie beyzutragen 75. fl. Eandem quoque ad Comitia vocari, in iisque ſeſſionem & votum, & quidem in ſcamno Suevico XIII in Conventibus verò circularibus locum obtinere, ipſa experientia & Imperii Receſſus atteſtantur.

Inſignibus donata eſt monocerote in Campo albo, Cruſ. *annal. Suevic. libr. 9 part. 2. cap. 4. fol. 317. in princ.* 6

Regimen hujus Civitatis olim fuit penes Nobiles, quorum quamplures ibidem habitarunt familiæ, quas refert Cruſ. *d. l.* Verùm cum poſtea inter Nobiles & præcipuas familias ex ambitione diſcordiæ eſſent natæ, anno 1248. regimen ab illis ad populum devenit, qui ſibi magiſtratus ſuo arbitratu idoneos legit, qui Rempublicam moderantur, Reuſn. *d. c. 15* Draco *de orig. & jur. Patrit. libr. 3 c. 4. n 14.* Arcesque circa Gamundam, Eitafoffen/ Bregenberg/ Eitzelsburg/ Rinderbach/ Wolffsthal confractæ ſunt, Cruſ. *d cap. 4. pag 317.* 7

Anno 1175. in hac urbe ab Imperatore Friderico II. Henricus Leo proſcriptus & damnatus, ſcribit Reuſner. *de urbib. Imper. d. part. 2. cap. 15.* 8

A Nobilibus & honoratis perſonis Civitas hæc vehementer fuit exculta, & aucta monaſteriis, templis, & aliis rebus ad ornatum & cultum neceſſariis, Dreſſer. *de German. urbib. pag. 70.* 9

Monaſteria ibidem extant 1. S. Auguſtini, 2. Nonnarum, ſive virginum Veſtalium domus adjuncta ægrotos curantium. 3. Dominicanorum. 4. Nudipedum, ſive Monachorum diſcalceatorum. 5. Extra Civitatem proximè Gynæcæum clauſum, olim amplius centum Monialium. 10

Templa in ea ſunt 1. S Mariæ. 2. S. Johannis. 3. S. Viti 4. S. Michaëlis. 5 S. Sebaldi. 6. Fanum Hoſpitalis. 7. Sacellum S. Nicolai. 8. Sacellum S. Georgii. Cruſius *d. cap. 4 fol. 317.* 11

Monaſterium Auguſtini Eremitarum à Rege Conrado fundatum. Minorum ſive Nudipedum à Nobili viro VValthero Rinderbachio conditum, in quo S. Franciſci diſcipulus, frater David humatus dicitur, Cruſ *d. l.* 12

Extra oppidum Cœnobium fœminarum Auguſtinianæ diſciplinæ, nunc ſub Prædicatoribus, ſive Dominicanis, circa annum 1240. à Civibus Gamundianis Schaupenſibus ædificatum fuit. 13

Templum primarium egregiorum Civium liberalitate conditum, & S. Cruci, ac B. virgini Mariæ dedicatum: Et olim jus Eccleſiæ Gamundianæ ad Cœnobium Lorchenſe pertinuiſſe, refert Cruſius, *d. cap. 4. fol. 317.* 14

Cum autem nullum Gamundiæ flumen ſit navigabile, nec via aliqua regia populoſa, nec vitifera magnopere terra, Cives mercaturam exercent, eamque in longinquas regiones deducunt. Opificia præcipua ſunt fœniſeciorum, & globulorum ex cryſtallo, ſuccino, oſſibus, ligno, quorum numero Religioſi preces metiuntur, 15

untur, uti refert ex Chron Lorchiens. Reusn. *d. c. 15.* & Crus. *d. cap. 4. ad fin.*

16 Ab Imperat. Friderico IV. *anno 1475.* Judices primæ instantiæ Civitas hæc habet, daß man sie vor ihrem Reichs Schultheissen / und vier oder sechs Rathsherren auß den nachfolgenden Stätten/Ulm/Eßlingen/ Schwäbischen Hall/ Dünckelspühl/ Nördlingen / Giengen und Bopfingen / suchen oder verklagen muß. Welches Privilegium anno 1609. den 28. Aprill bey dem Cammer-Gericht zu Speyr insinuiret/ und den 12. Junii desselben Jahrs allda acceptiret worden/ ex Zeiler. *in contin. Itiner. German. cap. 25. num. 15. pag. 335.* Limnæ. *de jur. publ. tom. 4. libr. 7. cap. 18.*

De hac Civitate sequens est Epigramma,
Nicolai Reusneri.

Os rivulorum, quà Remisus patet
Labentium tot vallibus ex cavis:
Pretorium fertur Gemunda,
Clara fuisse Ducum potentum,
Quas magna passim Suevia jactitat
Staufâ creatos arce sub inclytâ:
Quæ monte sublimi coruscans
Sidera vertice tangit altâ.
Par hic Ducum sit compositum bene
Fridericus olim Cæsar, & alter huic
Cognominis, vixere belli
Laude pares studiisq́, pacis.
Fortuna virtutis pariter comes
Belli secundos his dedit exitus:
Laudemq́, & optatum potentis
Imperii decus arrogavit.

CAPUT XVIII.

Gengenbach / *Gengenbachium.*

Summaria.

1. *Ubi situm & à quo conditum.*
2. *Est Civitas Imperialis, & in Matricula continetur.*
3. *Ad Comitia vocatur.*

1 Gengenbachium vetus quoque Imperii Romani municipium est, idque, unà cum cœnobio adjuncto ad amnem Cynthium Pirminius Treborcorum Præsul *anno Christi 1224.* condidisse fertur, Reusner. *de urbib. Imperial. part. 1. cap. 24.* Quod factum fuisse circa *annum Christi 724.* refert Dresser. *Isagog. histor part. 5. pag. 272.* Alii verò conditorem ejus asserunt Richardum, Ducem Zaringiæ; nonnulli verò Rutharium Comitem sub Pipino Francorum Rege, Reusner. *d. l.* Finitima est Offenburga, à quo uno distat milliari, & ab Argentorato tribus.

Imperialem hanc esse civitatem ipsa Imperii 2
ostendit Matricula, in qua descripta reperitur, Limnæ. *de jur. publ. tom. 4. lib. 7. c. 21.* ubi ait: Gengenbach ist Anno 1545. & 1551. um 21. zu Fuß geringert worden/ gibt solchem nach Monatlich allein zu Fuß 15. thut an Gelt 60. fl. Zu Unterhaltung deß Kåyserlichen Cammergerichts hat sie zu geben jährlich 17. fl. Ad 3
Comitia vocatur, in iisque votum & sessionem habet, sicuti Recessuum subscriptiones demonstrant, & quidem nuperrimi de *anno 1641.* ubi Rotwielensium Legatus Matthias Sterner / Consul ipsius nomine comparuit.

CAPUT XIX.

Giengen/ *Gienga.*

Summaria.

1. *Gienga ubi sita.*
2. *Monasterium Herbertingense in ea olim habuit jus patronatus.*
3. *Civitas hæc olim Comitibus de* Helffenstein *in feudum concessa.*
4. *Hodie est Civitas Imperialis.*

1 Giengam, Giengen / Ptolomæo etiam Rhiusianam appellatam fuisse, plerosque arbitrari, refert Nicol. Reusner. *de urbib. Imperial part. 2. cap. 26.* Et est Civitas Rhetiæ secundæ, ad Brentium amnem, an der Brentz/ sita. Cujusmodi locus satis est fertilis & amœnus, piscibus optimis, & maximè tructis & thymallis, quos Brentius amnis alit, abundans, in cujus ripa ad decem millia passuum à Danubio fluvio & Brentii ostio, ejusdem cognominis vicus adjacet, in cujus parte editiore aliquando Romanorum præsidium contra Alemannos fuisse, quod posterior ætas & Christiana Religio in sacram ædem convertit, scribit ex Althamero, Reusner. *d. l.* ubi Romanos in iis locis fuisse arguit ex lapide intrinsecus muro inserto, cum hac inscriptione: In H. D. D. Apollini Granno Bajenius Victor, & Bajenius Victorinus filius ejus ex jussu signum cum base. Idemque docere numismata, quæ inter arandum ab agricolis eruuntur, & quod ipsius templi structura mirandam quandam vetustatem referat. Nam foris per muri gyrum sunt ad ducentos fermè lapides excisi variarum imaginum miri operis, & gentilis antiquitatis indices, ut sunt Regum, Reginarum, virorum, mulierum, centauro-

taurorum effigies, avium item varia genera, Aquilæ, Pelicani, Grues, Ciconiæ, Struthiones, Auritæ, Basilisci, Galli, Gallinæ & aliæ. Animalia præterea, Leones, Tauri, Cervi, Canes Venatici, Apri, Pardi, Pantheræ, Porci, Simiæ, Lepores, Hirci, Feles, Asini; monstra insuper marina, Sirenes, pisces, cancri, araneæ, testudines; denique & labyrinthi, rosæ, lilia, flores, folia, & alia multa, quæ omnia à Romanis facta esse verisimile est, non à Germanis, cum nihil Christiani operis in eo cernatur, ut hæc ex Andr. Althamero refert Cruf. *d. l.* Celebris quoque Civitas hæc thermis & domo hospitali amplissima, Reus. *d. l.*

2 Monasterium Herbertingense in hac civitate, ab antiquo jus habet Patronatus, Giengenses verò sub Abbate Henrico Hitzlero cœnobium hoc spoliarunt & incenderunt, propter quod à Papa Nicolao Romam citati, donec tandem *anno 1453.* à Comite Palatino Rheni res fuit composita, Merian. *topograph. Suev. verb.* Giengen.

3 Civitatem hanc *anno 1354.* ab Imperatore Carolo IV. cum consensu Electorum, Comitibus de Helffenstein fuisse alienatam & in feudum nobile concessam, sequens demonstrat homagium, quod refert Besold. *thes. pract. verb.* Reichs-Statt. *ibi*: Ich Hans Hutter / Claß Lechner / zu diesen Zeiten Burgermeister / Conrad Bruner / Beringer Zeulen / Peter Kustel / Heintz Dinckel / Utz Contz Menne / Ytel Leo / Contz Lechner / Rueff Wientz / Hans Mörlen / Hans Schule / Peter Gongler / und der Rath aller / und auch die Gemeinden / alle der Statt zu Giengen / Arm und Reich / verjehen offentlich an diesem Brieff / für uns und alle unsere Nachkommen / wann das ist / daß der Allerdurchleuchtigste Fürste / unser gnädiger Herr / der Römisch König Carl / zu allen Zeiten Mehrer deß Reichs / und König zu Böheim / mit guttem Fürsatz / von gar rechter Sach wegen / mit Rath / Willen und gantzer Gunst aller Chur-Fürsten deß Heil. Römischen Reichs / und auch mit Rath der Dinstherren / und der Edlen / auch deß H. Reichs / ergeben und verliehen hat / die Burg und Statt Giengen / den Edlen unsern gnädigen Herrn / Graff Ulrichen dem Eltern / und Graff Ulrichen dem Jüngern / beeden Grafen zu Helffenstein / und allen ihren Erben / mit allen Rechten und Nutzen / die zu derselben Burg und Statt / und darein gehörend / daß sie dieselben Burg und Statt Giengen / und auch ihr Erben haben sollen und müssen immer und ewiglich / für ein Recht Edel Erblehen von dem Heil Reich / als die Brieff sagend / die die vorgenanten unsere Herren von Helffenstein / von dem vorgeschriebenem unserm Herrn / dem Römischen König / und von allen Churfürsten hondt / und die die wür alle gantz und gerechte von Worth zu Worth verhöret / und gelesen haben. Nun haben wür angesehen den rechten redlichen Fürsatz / unsers obgenanten Herrn deß Römischen Königs / und auch aller Churfursten / und daß Sie die Gaube und das Leihen / mit allem Rechten woll gethun mochten / davon haben wür alle / Arm und Reich gehuldet / denselben unsern Herren von Helffenstein / und allen ihren Erben / für unsere rechte Herren / und haben auch alle / Arm und Reich der vorgenanten Statt zu Giengen williglich und unbezwinglichen zu den Heiligen gelehrten Ayd geschworen / mit aufgehobenen Fingern / daß wür und alle unsere Nachkommen / dieselbe unsere Herren von Helffenstein / und alle ihre Erben haben sollen immer und ewiglichen / für unsere rechte Herren / und daß fürbaß niemand kein Recht zu uns haben soll / dann Sie / noch sollen auch fürbaß niemand erkennen für unsere rechte Herren / dann Sie allein / und all ihr Erben. Dieser Sach aller seynd Gezeuge / die Edlen unsere gnädige Herren / Graff Ludwig von Oetingen / Graff Ulrich von Würtemberge / Hertzog Friderich von Teck / Graff Wilhelm von Kirchberg / und der Veste Ritter Herr Brun Gusse von Brentz / die alle / bey allen diesen vorgeschriebenen Sachen / den offtgenanten unsern Herren von Helffenstein / und allen ihren Erben / von uns und allen unsern Nachkommen / steth und gantz bleibe / und nimmer überfahren werd / Geben wür diesen Brieff versigelt / mit unser Statt zu Giengen Insigel / das offentlich daran hanget / der geben ist zu Giengen / an St. Paulus Abend / als er bekehret worden / da man zahlt / von Gottes Geburt M.CCC. darnach in dem LIV. Jar.

Verùm hujusmodi alienationes Civitatum Imperialium hodie fieri non posse, latè probavimus, *libr. 2 cap. 31. per tot.* Et postea Civitas hæc in libertatem sese vindicavit, eandemque hodie Civitatem esse Imperialem & Imperatori & Imperio immediatè subjectam, Imperii docet matricula, dann diese Statt ist anno 1545. & 1551. um 1. zu Roß / und 1. zu Fuß geringert worden / gibt also nach ihrem Anschlag Monatlich 1. zu Roß / und 12. zu Fuß / thut an Gelt 60. fl. Zu Underhaltung deß Käyserlichen Cammer-Gerichts jährlich 30 fl. Et quod ad Comitia vocetur, in iisdemque votum & sessionem habeat, ipsorum Recessuum subscriptiones probant. 4

Quam durè & dire Civitas hæc bellicis hisce tumultibus habita, & tandem *anno 1634.* Marte & Vulcano consumpta sit, describit Martin. Zeil. apud Merian. *in topograph. Suev. verb.* Giengen. 5

CAPUT XX.

Goßlar / *Goslaria.*

Summaria.

1. *Goslaria unde dicatur.*
2. *Pagus olim fuit, postea urbs facta.*
3. *Venis metallicis scatet, & Regio Palatio.*
4. *A Camera Imperiali proscripta.*
5. *Est Imperii Civitas.*
6. *In matricula continetur.*
7. *Goslarienses à Vectigalibus immunes.*

Goslaria

1 GOslaria à Gosa fluvio in Hercinia & Saxonia, ad quem sita est, ita dicta videtur, Reusner. *de urbib. Imperial. part 1 c. 14.*

2 Antiqua & celebris urbs hæc ab antiquo pagus tantum fuit, sed Imper. Henricus Auceps ex minutis quibusdam gurgustiis eam urbem fecit, & postquam ab Ottone Rege, clandestino introitu occupata esset, *anno Christi 1201.* Imperator Henricus eam munivit, fossa muroque sepiit, ac delubris spaciisque communibus distinxit, jureque Civitatis & legibus communivit, Dresser *de urbib. German pag. 277.* Reusner. *d. c. 14 in fin.*

Fructibus & frugibus varia est, venis argentariis & plumbariis scatet, quas Ramelli cujusdam equi ungulâ olim erupisse ferunt, ex quo monti Ramello nomen inditum est, Reusner. *d. l.*

3 Auri quoque fodinas hic quondam fuisse constat, quas Otto Magnus Imperator aperuisse, iisque tantopere ditatus fuisse scribitur, ut in ejus rei memoriam tria sacerdotum collegia, & Palatium Regium magnifico opere extruxerit, Reusner. *d. c 14.* quod adhuc hodie Cæsareum Palatium inde vocatur, quod aliquot Reges & Imperatores ibi sedem suam habuerint, Joh Limnæ *de jur. publ. tom 3. libr. 7. cap. 19. num. 2.* Cluten. *syllog. rer. quotid. concl. 26. lit. D.* Ex quo Albert. Schaffnaburgensis sub anno 1070. hanc villam Regiam vocat, quam pro late domestico Teutonici Reges incolere sint soliti, eandemque clarissimum Regni domicilium appellat.

4 Hæc Civitas, cum à Duce Brunsuicensi accusata fuisset, quod Cives ejus armata manu irruentes in cœnobium Montis Gregorii, idem flammis subjecissent, prehensosque in eo Ducis ministros & officiales neci dedissent, anno 1541 à Camera Imperiali proscripta fuit, proscriptionis verò executio modis omnibus à Johanne Friderico Electore Saxoniæ, cui urbs confœderata erat, impedita fuit, Dresser. *d. l pag. 278.* Limnæ. *d. c. 19. n 4.* Vide Hortleder. *de caus. bell. German. lib 4. c. 46. per tot. & seq.* ubi latè de controversia inter Ducem Henricum Brunsuicensem & Civitatem Goslariensem agit. Confer Nicol Rucker. *inter varia consilia anno 1589. Francofurti impressa tom. 1. consil 27. per tot.*

5 Quamvis autem in hac Civitate Duces Brunsuicenses insignia jura obtineant, neque tamen Principi ipsi subjecta, sed libera Imperii Civitas est, Matth. Stephan. *de jurisdict lib 2. part. 2. c. 1. n 25.* de qua re vide plura *supra lib. 1. c 3. n. 8. & seq.*

Quod etiam Imperatores in privilegiis huic civitati datis attestantur, & asserunt nominatim, eam nobile Imperii membrum esse, & Cives Goslarienses non debere ad aliena judicia vocari, sed in palatio Cæsareo ibidem existente, conveniri, Cluten. *d. concl. 26. lit. D.* Sixtin. *de regal. libr. 2. c. 17. n. 23.* Et hanc civitatem esse Imperialem & Imperio Romano-Germanico subjectam, extra dubium positum esse censeo, 6
cum in Imperii albo & matricula descripta reperiatur, ad Comitia vocetur, in iisque votum & sessionem habeat, der Stadt Goßlar Anschlag / nach dem sie anno 1545. und 1551. um 3. zu Fuß geringert worden / ist verblieben 100. zu Fuß / oder 400. fl. Anno 1559. ist sie auf zehen Jahr bey 30. zu Fuß zu lassen bewilliget worden / das wäre an Gelt 120. fl. Zu Unterhaltung deß Käyserlichen Cammergerichts hat sie Jährlich geben sollen 102½. fl. Johan. Limnæ. *de jur. publ. tom 2. lib. 4. c. 7. pag. 165 & tom. 4 libr. 7. c. 19. pag. 229.* Et nuper adhuc *anno 1654.* ad Comitia Ratisbonensia vocata & per Laurentium Duve Syndicum suum comparuit. Sicuti etiam ab ipsis Imperatoribus in Privilegiis huic civitati concessis aliisque diplomatibus, & rescriptis variis, Imperatoris & Imperii Civitas, & Cives Imperatoris & Imperii fideles vocantur. Unser und deß H. Reichs-Statt / Unser und deß Reichs lieben Getreuen / Burgermeister und Rath der Stadt Goßlar / rc. sicuti inter alia videre licet ex rescripto moratorio Imperatoris Ferdinandi II. die *16. Aprilis, anno 1624.* Civitati huic concesso, apud Joh. Limnæ. *de jur publ. tom 3. lib. 7. c. 19. pag. 304. & seq.*

Goslarienses quoque per antiquissimum Cæsareum Privilegium, per totum Imperium, tribus tantum Civitatibus exceptis, immunes esse à Vectigalibus, testatur Sixtin. *de regalib. libr. 1 cap 5. num. 71.* Goßlar hat Käyserl. chen Schutz- und Schirm-Brieff / cum inserto Privilegio contra arresta, prod. Spiræ 8. Novemb. 1585. Blum. *proc. Camer. tit. 47. tab. 6. verb. Goslar.* 7

In Goslariam Epigrammata.

1. Petri Lindebergii.

Hercinia nitet urbs sylvæ, qua quæritur auri
Lamina, venaq; argenti, semenq; metalli,
Et prona aurifluo Goslaria colle superbit.

2. Euricii Cordi.

Quæ sita de clivi Goslaria valle latebas:
Vix è vicinis conspicienda jugis:
Ardua jam sublime ferens super astra cacumen
Perpetuos toto cernis in orbe dies.
Scilicet hac sacri munus solet esse Poëtæ:
Vt nequeat, vitam cui dedit ille, mori.

CAPUT XXI.

Hagenaw / *Hagenoa.*

Summaria.

1. Hagenoa inter Imperii pagos refertur.
2. Ejus situs.
3. A quo condita.
4. Hospitale in Ecclesiam conversum.
5. Ærarium fuit Alsatiæ.
6. Fama de Imperat. Friderici lecto.
7. Præfectura Hagenoensis.
8. Quinam Reipubl. gubernacula teneant.

9. *Insignia Civitatis.*
10. *Continetur in Imperii Matricula.*
11. *An à Judicio Hagenoensi provinciali liceat appellare.*
12. *Qui confirmat, nihil innovat.*
13. *Hagenoa ab Imperio non debet alienari.*
14. *Castra Henrici II. Francorum Regis ad Hagenoam.*

1 HAgenoa olim vici instar fuit, non oppidi, arcem habens oppositam, ceu domicilium, & receptaculum eorum, qui in saltibus ac nemoribus, quibus urbs undique est cincta, æstivare venarique solebant. Unde adhuc quoque inter quatuor Romani Imperii vicos, sive pagos refertur, unter die vier Reichsdörffer/ Reusner. *de urbib. Imperial. part. 1 c. 9.* Johan. Limnæ. *de jur. publ. tom. 3. lib. 7. cap. 22. n. 1.*

2 Sita est hæc Civitas in Alsatia, intra Matram & Sornam fluvios, die Motter und Sorna/ quatuor milliaribus à Civitate Straßburg distans, saltibus & nemoribus undique cincta, Reusn. *d. l.* Merian. *topogr. Alsat fol. 19.*

3 Primum autem Imperator Fridericus Ænobarbus, sive Barbarossa *anno Christi 1164.* muro eam cinxit, agrisque & ædificiis auxit; nam & ipse, & ante ipsum pater ipsius Fridericus Unioculus ibi in arce libenter conversatus est, quæ ante hac extra oppidum fuit, sed ipsius beneficio nunc in media ferè Civitate conspicitur, qui etiam Cæsareum ibi condidit Palatium, rubro marmore exornatum, & in eo tria sub uno tecto sacella fecit, in quibus Imperii insignia, coronam, sceptrum, pomum, gladium Caroli Magni & alia asservavit: Quæ tamen postea circa annum 1219. mortuo ejus filio Philippo Rege ab Episcopo Spirensi, civibus insciis, in arcem Trifelsium ad amnem Queicham, translata sunt, Dresser. *de urbib. German. pag. 288.* Reusner. *d. cap. 9.* Limnæ. *d. cap. 22. num. 3. & seq.*

4 Hospitale quoque vetus, sive Xenodochium ab eodem Cæsare extra urbem ædificatum, quod deinceps intra Civitatem receptum, in Ecclesiam Parochialem conversum est. Cujus exemplo postea Fridericus II. Imperator delubrum & Fanum magnificum ibi extruxit, Reusner, *d. l.*

5 Imperator Fridericus I. & alii Cæsares Cameram sive ærarium commune totius Alsatiæ, ein Rent-Cammer/ sive Rent-Amt deß gantzen Elsaß/ ibidem instituerunt, Limnæ. *d. cap. 12. num. 9.* Merian. *topograph. Alsat. verb.* Hagenaw/ *fol. 19.* ubi etiam addit, quod supremo loco palatii istius lapidea sedes adhuc conspiciatur judicialis Gerichtstul/ ubi Imperator Fridericus sederit & judicium exercuerit.

6 Fabula vulgo orta fuit, Friderico singulis noctibus lectum sternendum esse Trifelsis, & Cæsareæ Lothariæ, ad quiescendum, nam Hagenoæ vivum ipsum surreptum esse, Reusner. *d. l.*

7 Hagenoa præfectura nunc est Imperii Romano Germanici, una cum aliis oppidis huic conjunctis & quasi incorporatis, de quibus *libr. 1. cap. 12. num. 175. & seq.* Hanc autem præfecturam hujus, aliarumque Civitatum juribus, libertati & immedietati nihil quicquam adimere, sed Civitates hasce Imperatori & Imperio immediatè subjectas esse, pluribus demonstravi, *supra d. cap. 12. num. 192. & seq.*

Fridericus Barbarossa multa huic Civitati Privilegia, atque Reipubl. duodecim dedit Scabinos, ex quibus Prætorem elegit, cujus jurisdictio amplissima. Verùm cum Scabini tempore Caroli IV. potestate sua abuterentur, Cæsareo indulto iisdem additi fuerunt alii, ex opificum grege numero viginti quatuor, quod & hodie observatur, & singulis annis, singulisque mensibus quaternis ex Scabinis Prætor, & ex viginti quatuor istis Mareschallus eligitur, qui Reipublicæ gubernacula tenet, Hertzog. *in Chron. Alsat. libr. 9 cap. 2. pag. 150.* Et quoties Imperator huic Civitati Præfectum dat, is cujuscunque dignitatis fuerit, primò civitati juramento promittere adstringitur, se illorum libertati & privilegiis locum daturum omnibus. 8

Insignia hujus Civitatis sunt Rosa, Limnæ *d. jur. publ. tom. 4. libr. 7. cap. 22.* 9

In Imperii Matricula continetur, ist Anno 1545. und 1551. um 2. zu Roß / und 6. zu Fuß geringert worden / gibt solchem nach Monatlich zu Roß 6. zu Fuß 30. thut an Gelt 192. fl. gibt jährlich zu Unterhaltung deß Käyserlichen Cammer-Gerichts 80. fl. 10

Von dem Käyserlichen Land-Gericht auf der Lauben zu Hagenaw non licet appellare, ob Privilegium Cæsareum *de anno 1497.* uti refert Petr. Frider. Mindan. *de process. lib. libr 1. in fin pag 199.* Contrarium testatur Wehnerus apud Gylman. symphor. *tom. 3. decis. seu præjud. Camer. verb. privilegium pag. 275. & seq.* ubi ita scribit: Hagenaw/ quæ Camera & Civitas est Imperii, statuto cavetur, ne quis à judicio Prætoris, vom Gericht auf der Lauben alio provocet, vel appellet; Pro decisione sequens Votum D. W. in causa Ursulæ G contra Daniel, und Friederichen H. perpendendum. Ex actis in causa Rauschart contra Scharpffenaw. Item Rauschart contra Kolben/ꝛc. Item Geiselheim contra Kandtweiler / apparet, appellatum fuisse vom Gericht zu Hagenaw ad Cameram, & contra dictos judices non tantum emanasse Compulsoriales, sed etiam definitive fuisse pronunciatum, quamvis hæc eadem privilegia, quæ in hac causa producuntur vel allegantur, etiam tunc judicialiter exhibita fuerunt. Quare ob dicta præjudicia, & quod Hagenoenses his acquieverunt hactenus, nunc aliter pronunciari non posse videtur, cum Camera in longissimi temporis possessione fuerit, & adhuc sit recipienda. Ex mandato Maximiliani I. de dato 1511. producto, in causa Rauschart contra Kolben apertè colligitur, 11

ligitur, voluisse etiam Hagenoënses Maximiliani tempore isto prætenso Privilegio uti, neque Cameram tamen id attendisse, sed supra dictas causas, & fortasse ante hac plures, de quibus jam non constat nobis, recepisse, ex ea forte causa, ut conjecturare licet, quod Privilegium Friderici Imperatoris nullam planè appellationis mentionem faciat. Et cum jurisdictioni Imperii præjudicet, si appellationes non recipiantur, illud minimè extendendum. Deinde etiam quod confirmationi Maximiliani, tenor hujus Privilegii integrè non sit insertus, quod in Confirmatione Privilegiorum requiritur, Dd. *in auth. si quis in aliquo C. de edend.* Balth. *in l. falsus C. de furt.* Neque videtur etiam Maximilianus Imperator, per dictam confirmationem dare voluisse Privilegium de novo, cum non dixit, se tale Privilegium de novo dare, sed quod tantum confirmare voluerit illud, quod per Fridericum datum fuerat. Quæ verba non inducunt novum jus, sed conservant antiquum jus. Nihil autem in antiquo dictum fuit de non appellando, ita ut hæc confirmatio non sit attendenda, & qui confirmat,
12 nihil innovat, *c. inter dilectos § partim. x. de fide instrum.* Specul. *in tit. de instrum. edit. §. nunc autem. num. 1.* Imò ex principio hujus confirmationis expresè constat, narrasse Hagenoenses per Legatos sese per Frider. ita privilegiatos, ut appellari ab ipsis non possit, ad quæ narrata confirmatio subsecuta, cum tamen in Privilegio Friderici non inveniatur, ut sic clarè appareat, confirmationem per falsa narrata impetratam. Præterea judices Hagenoenses in supra dictis tribus causis, atque etiam in hac nostra causa ad emanatas compulsoriales, semper ediderunt acta, & sic prætenso Privilegio, si quod habuissent, præjudicarunt. Et quamvis hoc cum protestatione fecerint, fuit autem hic actus sine dubio protestationi contrarius. Neque refert etiam, quod hujus Privilegii insinuatio anno 71. facta in Camera, cum hæc insinuatio ultra insinuationem sive notificationem nihil videatur operari, & Imperio, & cuivis, si quid habeat, quod opponat, contra dictum privilegium sit reservatum. Quare non obstantibus exceptionibus, his pro pura acceptata compensatis expensis propter Privilegium & insinuationem, quæ fuisset deneganda. Possunt etiam hæc verba: Von dem Urthel so allda gesprochen und erkandt/ beruffen/ und davon entziehen/ confirmatioque inserta, intelligi non de appellationibus à definitiva, sed si quis forum declinare, & in Hagenaw juri stare nollet. Qui intellectus non absonus, si præcedentia narrata diligenter considerentur, & hoc quoque ponderetur, quod plura sub se habent oppida, quibus Hagenoënses jus dicunt. Præjudicia etiam ista tantò magis sunt ponderanda, daß die von Hagenaw kein Revision darüber angestellt. Sententia. In Sachen Ursula G. verordnete Curatorn, in actis benant / wider Daniel und Friderich die Hecker/ ist die am 22. Aprill Anno 1574. beschehene Kriegsbefestigung vorgewendter Einreden unverhindert/ pro pura angenommen/ die Gerichtskosten/ diß Puncten halben auffgelauffen / auß bewegenden Ursachen gegen einander compensirend und vergleichend/ *25. Augusti anno 1575.* Recentiora præjudicia extant, ubi processus contra dictum Gericht zu Hagenaw fuerunt decreti in causa Stossern contra die Müntzherrn zu Hagenaw *5. Septemb. anno 1591.* Et in causa Hohenburg contra die Müntzherrn zu Hagenaw/ *3. Octobr. anno 91.* ubi appellationis processus, citatio, & Compulsoriales, & utroque casu etiam inhibitio decreta. Hactenus Gylmannus, quæ etiam verbotenus repetit Symphor *tom. 6. cap. 7. §. 17. pag. 182. & cap. 8 §. 7. pag. 249. & seq.*

Hagenoam ab Imperatore Richardo *anno 1257.* obtinuisse Privilegium, quod ab Imperio nullo modo alienari debeat, idque ad Imperatore Carolo IV. *anno 1347.* renovatum esse, refert Klock. *1 cons. 37 n. 70.* 13

Castra ad Hagenoam sua locavit Henricus II. Francorum Rex, cum Carolo V. de Imperio dimicaturus; magno illius Civitatis malo & incommodo, Reúsner. *d. cap. 9 in fin.* Et circa *annum 1212* Imperator Fridericus II. Civitatem hanc, quod Imperatori Ottoni IV. homagium præstitisset, obsidione cinxit & occupavit, & ob fidem Ottoni præstitam & fideliter servatam, in gratiam recepit, Merian. *d. topograph. Alsat. pag. 20.* ubi etiam addit, quasnam novissimis belli tumultibus fuerit perpessa calamitates. vid. Instr. Pacis Cæsar. Gall. *artic. x. §. 8. vers. Tertiò. & §. 17. vers.* Rex Christianissimus *add. supr. libr. 1. cap. 12. n. 201. vers. deniq.* 14

De hac Civitate sequens extat Epigramma.

1. Richardi Bartholini Perusini.

Trojani quis non miretur Agenoris urbem?
Nomine corrupto. quæ nunc Hagenoia dicta est:
Fertur enim Cadmus jussu vagus exul ab oris
Phœnicum, Europam quærens & furta Tonantis,
Hunc coluisse locum, atq; sui de nomine gentem
Appellasse patris: qua etiam gentilibus aris
Sacra repertores celebrant Pœnicia divos.
Hanc pretio memorāt emptam, magniq; revulsam
Imperio Austriada, multisq; fluentibus annis
Dura Palatini perpessam sceptra Tyranni.

2. Nicolai Reusneri.

Montibus Alsatia jacet urbs Hagenoa potentis,
Inclyta Principibus Cæsaribusq; sacris.
Cadmus Agenorides patris (si credere fas est)
Phœnicum linquens nomine dixit agros:
Sed fides ratio nulla est, nam rectius urbem
Arbitror à saltu nomen habere sacro:
Creber roboribus passim qui crescit & ornis:
Ornorum Tempe sic Hagenoa refert:
Quam Cæsar quondam Fridericus amavit uterq;
Mœnia qui struxit templaq; sancta pius:
Si quando sacra susciperet jucunda Diana,
Et canibus saltus cingeret atq; feras.
Floreat, & longos fœlix urbs duret in annos:
Sit pestis, Martis sit procul inde metus.

CAPUT XXII.

Hall/ Schwäbisch Hall/ *Halla Sueviæ.*

Summaria.

1. *Hallæ situs.*
2. *Unde dicta.*
3. *Hallæ cornu monocerotis inventum.*
4. *Puteus è quo aqua salsa hauritur, qualis.*
5. *Civitatis origo.*
6. *Multa ibidem olim arces extiterunt.*
7. *Præsidium fuit adversus Francos.*
8. *Iudicium ibidem olim duellicum fuit.*
9. *Quomodo hoc constitutum, & num. 10. 11. 12. & seq.*
18. *Quis judicii hujus author.*
19. *Civitatis ditionem viva sepes ambit, & quanta sit.*
20. *Emit Castrum* Eltershofen *&* Limburg.
21. *Quanam Civitatis sint partes.*
22. *Parochiale templum cupro tectum & quale sit.*
23. *Vexillum Hallense in expeditionibus Imperii.*
24. *Est Civitas Imperialis & in Matricula continetur.*
25. *Regimen Civitatis quale, & num. 26.*
27. *Habet jus cudendi monetam, indeque* Heller *nomen obtinent.*
28. *Privilegiata est contra judicia extranea.*
29. *Privilegium appellationis.*

1 HAlla, sive Hala Civitas vetus est imperii ad Cocharum fluvium inter sublimes & præruptos montes sita, & natura loci adeò munita, ut nusquam circa ipsam in viciniis castra ulla desigi, nec machinæ bellicæ ad quatiendos muros commodè admoveri & collocari queant, teste Nicol. Reusner. *de urbib. Imper. part. 2. c. 7. in princ.* Cognomento dicitur Schwäbisch Hall/ quod in Circulo Sueviæ sita, & ad differentiam aliarum civitatum & pagorum hoc nomine dictorum.

2 Halla ita dicta fuit à salsis lacunis, in Græcis enim ἅλς sal est, & Halissonis quoque vocabulum apud Ptolomæum legitur, ubi de fontibus salsa aqua fluentibus ad amnem Cocharum mentionem facit, quo vocabulo corrupto ipse Halam & Halbronam significat, secundum Joh Herold. *in lib. de stat. legion. veter. German. c. 10.* Ex quo Latinis ortum fuit Sal, & Germanis Saltz/ Joh. Limnæ. *de jur. publ. tom 3. libr. 7. c 24. n 1.* Constat enim in eo loco olim terram sylvosam, asperam & incultam, nec satis tutam à latronibus, ac ubi nunc salina est, quam Sulam vocant, ante sexcentos annos, vel non paulò amplius, vallem fuisse una cum lacuna aquæ patentis, quo feræ bestiæ subindè currentes, salsuginis lingendæ causa, incolis postea salinas in notitiam adduxerunt, Reusner. *d. cap. 7.* Crus. *annal. Suev. libr 7. part 2. c. 5. fol. 226.* Atque Halæ nomen indè est, quod Franci occidui, Rheni accolæ, cum sal in suum usum indè auferrent, dixerunt, salsum Hinc elixatores salis, primam syllabam loco accommodarunt, Hall pro Sal nominantes, posteriorem syllabam Sum, fonti salario, Suln/ appellantes, Crusius *annal. Suev. lib 7. part 2. c. 5. pag. 226* Joh. Limnæ. *de jur. publ. tom 4. libr. 7. c. 24. pag. 237* ubi ex Soli vaga quadam charta, à Dn. VValthero sibi communicata, ita scribit. Es haben die Galli, die dazumal am Rheinstrom gesessen/ diß Saltz zu jhrer Haußhaltung geholet/ wie man noch solches Saltz am Rheinstrom suchet. Diese haben den Saltzbrunnen versucht/ ihrer Sprach nach gesprochen Salsum, das ist/ Herb. Also haben die Saltzsieder/ der Sprach ungewohnet/ die Silben zertheilet/ und die erste Silbe dem Orth deß Siedens zugeeignet/ für das Sall/ Hall gesagt/ die andere Silbe/ für Sum, den Saltzbrunnen/ Suln/ genant/ also ist biß auf diesen Tag dieser Nahm deß Orts Saltz zu sieden/ das Hall genant/ und der Brunn die Suln. Sed à septem arcibus, quæ tunc ibi erant, locus nuncupatus est, ad septem arces vel pyrgos, quarum præcipua nomen habebat Hal, indeque nomen huic urbi inhæsit, Cruf. *d. cap. 5. pag. 226.*

Multas autem olim feras bestias & varias hisce locis extitisse, inde conjecturare licet, quod multa post secula Hallæ in effossione terræ cornu Monocerotis repertum fuit, Cruf. *d. cap. 5 pag 226* 3

Unus hodie hic fons sive puteus cernitur, perpetua scaturigine ebulliens, ex quo quindecim haustoriis aqua salsa hauritur, eaque canalibus in salarias sartagines, quæ in salaris tabernaculis sunt, defluit. Sunt autem circa centum & undecim tales sartagines, elixando sali servientes, unde multis hominibus Civitatis, alimonium & victus suppetit. Crusius *d. cap. 5.* 4

Ad has lacunas salinarias auspiciis veterum Comitum Schongoiorum, sive VVesthæmiorum, sub quorum ditione illæ tunc fuerunt, primùm aliquot casæ positæ, in quibus sal rudiore adhuc forma elixaretur, ex his deindè progressu temporis villa & vicus, & hinc pagus & oppidum extitit. Post fœliciter aucto, una cum opere salinario, ejusque commodis, civitatis nomine, & sedes Nobilium esse cœpit, qui præter alias domus, etiam septem turres lapideas, sive castra inædificarunt, quæ nunc etiam ibi adhuc visuntur, ex quibus Septburgium, 5

gium, zum Siebenbürgen/ appellatum, Cruſ. *d. c. 5. pag. 226.*

6 Arces aliæ in hoc diſtrictu ſupra quadraginta fuerunt; quarum nonnullæ reſtant, cæteræ aut belli, aut dominorum ſuorum extinctione collapſæ. Hæcque regio ante Civitatem conditam locus fuit ſylveſter, ubi Nobilium domicilia erant in arcibus prædictis, antequam ſe Romano Imperio ſubjeciſſent, habitabantque ibi in montibus & paluſtribus locis, Venatu, pecore, piſcibus, donec regione repurgata, villa & oppidum Hala factum eſt, Cruſius *annal. Suev. d. libr. 7. part. 2. c. 5.* Et licet ager durior ſit, exaratur tamen & excolitur inde, quantum ſatis eſt, frumenti & vini. Cruſ. *d. l.*

7 Præſidium olim fuit Suevis adverſus Francos, ludis, torneamentis, ſingularibusque certaminibus nobilitata.

8 Quicunque Nobiles per Monomachiam, ſive Duellum, vindictæ cupiditatem explere voluerunt, his à Cæſaribus tanquam paleſtræ locus fuit datus, ubi de fama & capite decertarent, idque certis legibus, quarum authorem fuiſſe Imperatorem Caracallam, qui eodem in loco ludos Germanis fecerit, & Duelli hujus Judicium ad Senatum populumque Hallenſem tranſtulerit, conſentaneum eſſe ſcribit Dreſſer. *de urbib. German. pag. 295* Cruſius *Suevic. annal. lib. paralipom. c. 15. pag. 62.* ubi de Legibus hujus Monomachiæ ex Münſter. *Coſmogr. libr. 3. c. 302. & 305.* vel juxta meum exemplar, *cap. 291.* ſequentia refert. Cauſa certaminis ſuſcipiendi erat, ſi quis famam & exiſtimationem ſuam judicaret læſam ab altero, ut eam victoria de ipſo vindicaret; vel ut uterque ſuam innocentiam ſic demonſtret.

9 Quando inter eos convenerat, velle pugnare, petebant per literas à Senatu Halenſi locum tutum ſibi dari ad decertandum. Senatus eis reſpondebat; ſibi dolere ipſorum diſſidium, & ferro decernendi propoſitum, hortabaturque, ut ratione meliore, quàm ſanguinis profuſione, rem tranſigerent. Illis à propoſito non diſcedentibus, iterum ad eundem modum Senatus reſpondebat. Inſtantibus verò tertium diem conſtituebat, quo ambo venirent, controverſiamque ſuam exponerent. Quo facto, rurſum Senatus nihil intentatum, ad illam componendam ſibi reliqui faciebat. Quo non ſuccedente, hæc jam fiebant. Locum eis promittebat Senatus ad certum diem intra urbem (ut forum, aut alium locum) defenſionemque, ne qua ipſis injuria inferretur.

10 Locus carceribus muniebatur, arenaque perfundebatur. Dimicaturi jurejurando adſtricti erant ad certas leges, ut, de non majore Comitatu in urbem introducendo; pugnando ex equis, aut pedeſtri certamine, paribus armis, de quibus inter eos conveniſſet. Utrique tugurium altrinſecus erigebatur, in quo cum binis ſtipatoribus ſuis eſſent. Ponebatur ad utriusque tugurium, feretrum cum candelis, pannus funebris, & alia funeribus uſitata.

11 Concedebatur utrique ad confitendum peccata ſua Sacerdos. Utrique æqualis tuitio promittebatur. Voce Præconis vetabatur, ne quis alterutrum juvaret acclamatione, nutu, aut alio indicio ſub pœna mox infligenda, manus ſcilicet dextræ, & pedis ſiniſtri, truncatione.

Claudebantur interim omnes portæ, turri- 12
bus & mœnibus præſidia armata imponebantur, plateæ urbis catenis & repagulis interſepiebantur.

Interdicebatur hoc ſpectaculo mulieribus 13
& puellis, pueris item minoribus duodecim annorum.

Tum ad præſtitutam horam veniebant, qui 14
certaturi erant, armati, cum ſuis confeſſionum auſcultatoribus & ſtipulatoribus uterque in tugurium ſuum.

Permutatio fiebat ſtipatorum, qui in utriuſ- 15
que tugurio omnia diligenter luſtrarent, ne ulla fraus ſubeſſet.

Egreſſi è ſuis locis, poſtquam proclamatum 16
eſſet ab aliquo, in mediis ſtante carceribus, modicis intervallis interjectis; primò, ſecundò, tertiò, ad tertiam vocem inter ſe alter alterum adoriebantur.

Ibi qui vulneratus alteri ſe dedebat, ſi de ca- 17
ptivitate, equite digna, aut de certa pecuniæ ſumma certabatur, is habebatur deinceps infamis, per omnem vitam, nec amplius ei licebat neque equum conſcendere, neque barbam tondere neque arma geſtare, neque ad ullos accedere honores. Qui verò interficiebatur, honeſtam ſepulturam conſequebatur, & victori jam ſatis ſuperque ſuus conſtabat honos.

Duellici hujus judicii authorem non Cara- 18
callam*, ut vult Dreſſerus, ſed Imperatorem Carolum IV. fuiſſe, & vitio typographi Imperat. Caracallæ nomen poſitum fuiſſe pro Caroli, cenſet Joh. Limnæ. *de jur. publ. tom. 3 libr. 7. cap. 24. num. 4.* Sed idem hoc Caracallæ adſcribit, Cruſ. *Suev. annal. part. 1. libr. 4 c. 12.* ubi ſcribit, Caracallam vitam urbanam peroſum, circum ſuum Romanum nonnihil ſibi in hoc ipſo loco effinxiſſe, & ludos & munera Germanis, ut rem eis antea non viſam, atque mirandam, edidiſſe. Huic rei teſtimonio videri leges Duelli, quorum Judex ſit S. P. Q. Halenſis, Antonium voluiſſe talibus rebus conciliare ſibi Germanos, ut eorum opera poſſet uti. Exempla hujusmodi bellatorum, vide apud Cruſ. *annal. Suev libr. 6. part. 3. c. 8. pag. 330. & libr. paralip. cap. 15. pag. 63.* Quod autem duella hæc illicita ſint, ſingulari diſſertatione docui.

Civitas hæc agrum, ſeu ditionem, ſive terri- 19
torium habet per magni milliarii Germanici quoquo verſus, idque foſſa & viva ſepes, ein Landgrab und Hegzaune/ ambit, Cruſ. *Suev. annal. d. libr. 7 part. 2. c. 5 pag. 226* Imperat. enim Rupertus huic civitati libertatem vivæ circumſepis, die Freyheit über Heg und Schleg/ per totam ejus ditionem ſingulari privilegio à cæteris poſtea Imperatoribus confirmato, conceſſit, quo cavetur, ut omnes intra hoc ſepimentum comprehenſi, ſartum tectum illud ſervare, neque diſrumpere debeant, ſub pœna qninquaginta marcarum auri, partim civitati, partim fiſco Cæſareo applicandarum, Cruſ. *d. l. libr. 6. part 3. cap.*

cap.8.pag.331. Reusner. *de urbib. Imper. d.part. 2. cap.7.* Et hoc territorium vocatur, der Rostngarten/ Zeiler. *in addit ad Chron. Suev. verb.* Hall/ *pag. 542.* Alii tamen territorium hujus civitatis ad duo milliaria extendunt, Zeiler. apud Merian. *topograph. Suev. pag. 40. & in Chron. Suev. pag. 292.*

20 Anno 1540. Civitatem hanc Castrum Eltershofen und Limburg emisse, testatur, Zeiler. *d. l.* ubi ait: Es hat auch die Statt viel außgestanden/ darneben auch seine Güter/ und darunter Anno 1540. das Schloß Eltershofen/ von Melchior Senfften/ um drey tausend Gülden; Item/ das Schloß Limburg von Herrn Erasmo von Limburg / um vier tausend Gülden/ zu samt dem Dorff/ unter der Burg genant/ so eine Kirchen und Spital hat/ erkaufft/ welches Dorff der Häller Vorstadt worden ist: Deßwegen dann Anno 1543. das Limpurgische Thor zu Hall / so bey die 150. Jahr zugebauet war/ wieder dieser Vorstadt halber/ eröffnet wird. Hat sonsten sieben Thor/ und drey Pförtlein/ und gehören ihr die Städtlein/ samt zugehörigen Schlössern / Velberg / dritthalb Stund von Hall/ gegen Rottenburg warts gelegen/ und Ilßhofen/ um efähr ein Meil von Velberg / und ein Meil von Creilsheim.

21 Fluvius Cocherus, Cocher/ Hallam Civitatem in duas partes dividit; in urbem & suburbium, quæ ambæ ponte Carnificis, sic dicto, conjunguntur: ubi hic pons suburbium attingit, ibi ædes S. Johannis est, ubi urbem, ibi scaturigo salis est, quæ Sula vocatur, & civitati huic ortum dedit, Crusius *d. libr. 7. part 2. cap. 5.* Propioribus ad nos temporibus tres sunt Hallæ partes, propter quas Consules ejus Civitatum Magistri, Stättmeister/ vocantur, Crus. *d. cap. 5.* Prima pars vocatur, vetus Hala, alt Hall / ubi templum S. Michaëlis est, & Jacobeum sive Nudipedum monasterium ædificatum à Westensis Comitibus, antequam Halla jura civitatis obtineret, deinde à Templariorum ordine habitatum, & his *anno 1306* deletis, à Nudipedibus obtentum. Secunda Pars, über den Cocher/ dicitur, ubi Johanniticum fanum, & Commendatura, & D. Catharinæ ædes sunt. Tertia Gelbingera platea, die Gelbinger Gaß/ ubi forum boarium est, & pecuarium, Crus. *d l.*

22 Parochiale D. Michaëlis templum Cupro tectum, & situm est in foro, à quo gradibus quadraginta quatuor circum constructis lapideis, ad longos è ferro cancellos ascenditur, & trans eos in Cœmiterium templi itur. Horum graduum latitudo infra est centum, septuaginta & duorum pedum; in medio, centum & quadraginta, supra verò octuaginta pedum. A Cœmiterio in Ecclesiam septem gradus; ab Ecclesia in chorum octo gradus; à choro, usque ad supremam aram tres gradus Columnæ chori decem sunt, & duæ portæ. Item unum adytum, sive sacristia & novem sacella. Ipsius Ecclesiæ, seu longæ domus, decem columnæ, & tres portæ, Crus. *d. cap. 5 pag. 226.*

23 In expeditionibus Imperii, signum sive vexillum Hallensium inter antecursores & rorarios, in dem Vorzug / und dem verlohrnen Hauffen/ duos habet colores, rubrum & flavum, quod symbolum vitæ & mortis est. Crus. *d. pag. 226.*

Hanc Civitatem esse Imperialem & Imperio 24
immediatè subjectam, nemo est qui ambigit, ad Comitia enim vocatur, in iisque votum & sessionem habet, & in imperio albo, seu Matricula descripta est, confer Joh. Limnæ. *d jur. publ. tom. 4. lib. 7. cap 24. p. 234.* ubi scribit: Schwäbischen Hall/ mit dem Schloß Limpurg/ gibt dem alten Anschlag nach monatlichen zu Roß 10. zu Fuß 80. thut an Gelt 440. fl. zu Unterhaltung deß Keyserlichen Cammergerichts Jährlichen 156. fl. Es soll diese Stadt Anno 1567. auf fünff Jahr lang moderiret worden seyn/ daher sie von dem alten Anschlag nur zwey Drittheil tragen wollen. Und schreibet Zeiler. *supra ad libr. 4. cap. 7. num. 67.* unter den Reichs-Städten/ *num. 10.* daß diese Sach *anno 1602.* noch in Camera anhengig gewesen/ und habe *anno 1734* nicht mehr/ als zwey Drittheil/ nemlich 293. fl. 20. kr. monatlich contribuiret. Eben diese Stadt hat *anno 1555.* auf dem Reichstag zu Augspurg um Ringerung der Anschläg angesuchet/ und dessen Ursachen eingeführet / quas videre licet apud Limnæ. *d. l.*

De regimine hujus civitatis ex solivaga qua- 25
dam charta, ante centum & plures annos expressa ita scribit Limnæ. *d. cap. 24. pag. 238.* Nach dem Hall zu einer Stadt erbauet / dieweil zu und um Hall sehr viel Adels gesessen / hat man erstlich von dem Adel/ und alten Erbarn Geschlechtern den hohen und obern Rath verordnet / darinnen nicht allein gesessen die / so in der Stadt / sondern auch die in den Schlössern auf dem Land / so tuchtich darzu gewesen / in wichtigen Sachen gemeiner Statt und Landschafft vorgestanden / also daß man sagt/ es seyen zu selber Zeit neun Ritter in den Rath gangen / derhalben man noch neun Zeichen in den Rath leutet. Neben dem hat man einen untern Rath gehabt / welcher gemeine Burgerliche Sachen außzurichten Befelch gehabt/ darzu die gemeinen Burger erwehlet waren / wie jezo der einiger Rath am Donnerstag gehalten wird / und hat ein jeder Rath sein besonder Siegel / der eine die Hand/ der ander das Creutz. Diß Regiment hat etlich hundert Jahr gewähret. Nachdem aber der Wahl halber sich Zwytracht in diesem Regiment erhebt/ hat Käyser Ludwig anno Domini 1340. durch Graff Ulrichen von Würtemberg/ als Commissarium, diß Regiment verordnet/ also daß hinfort nur ein Rath zu Hall soll seyn/ darinn von den alten Geschlechtern Sieben/ von den andern gemeinen Burgern zwölff erwehlet/ und gesetzt werden sollen/ auß denen allen soll der Stättmeister erwehlet werden. Also braucht forthin ein Erbar Rath beede Siegel. Diß Regiment wehret noch: Dazumal wären von den Achtzig Geschlechtern Wappengenossen zu Hall/ die zum Theil abgestorben/ etliche herauß kommen/ seithero/ und zwar der mehrer Theil/ die andern wohnen noch in der Stadt.

Hodie Senatus Hallensis viginti quatuor 26
constat personis, inter quas duo sunt Consules, Stättmeister dicti, qui per vices administrationem habent, & quinque primarii Senatores, die Fünffer / ad quos causæ graviores, & quæ celerem expeditionem requirunt, pertinent, Zeiler. apud Merian. *topograph Suev. pag. 291. & 292.*

Hallenses Privilegium habent cudendi mo- 27
netam auream & argenteam, in qua est manus

sonæ Sacro sanctæ Triadis, Crusius *d. cap. 5.* Historicè autem manus superiorem primi Senatorum Ordinis potestatem; Crux inferiorem secundi Ordinis Senatum & Judicum dignitatem. Aquila verò immediatam Imperii subjectionem designat, Höping. *de jur. insign. cap. 6. n. 1038.* Et ab hac Civitate nomen traxisse monetam illam minutam, quæ Heller/ sive Haller/ dicitur, quod magna olim ejus hic cusa fuerit copia, Besold. *thesaur pract. verb.* Heller/ vel, ut alii putant, dici, quasi Halber Pfenning/ Goldast. *rer. Aleman. tom. 1. part. 2. pag. 394.*

28 Civitas hæc, ejusque Cives privilegiati sunt contra das Landgericht deß Hertzogthums Francken zu Würtzburg/ omniaque alia judicia extranea, sive Clerici sint, sive laici, & conveniendi sunt coram Civitatis judice, vor dem Schultheissen und Richter zu Hall. Quod si Senatus & Consul Hallensis ob causas, vel bona Reipubl. conveniendus, illud coram Sculteto, vor deß Reichs Schultheissen zu Hall fieri debet, cui ad petitionem actoris Senatus adjungit quinque, vel septem ex Senatoribus proximarum trium Civitatum Imperialium. Quodque hi quinque vel septem, vel major pars cum Sculteto definierit, id ratum firmumque est, nec ulterius procedi potest, nisi justitia dolosè protracta, vel denegata fuerit, ex Privilegio Imp. Maximiliani I. *de anno 1495. & anno 1571.* ab Imperatore Carolo V. confirmato, quod Hallenses vicinos suos, qui cum Hallensibus negociantur, ob debita quotidiana in urbe Hallensi arrestare & convenire queant, ita, ut nec evocari debeant vel possint, Gylman. *symphor. tom. 6. cap. 7. §. 18. pag. 183.* ubi ipsa Privilegia refert, & Limnæ. *d. tom 4. libr. 7. cap. 24. num. 9.*

Anno 1567. hoc Privilegio munita est hæc Civitas, ne ab ipsius sententiis appelletur, nisi summa 200. florenos excedat, Gylman. *d. l.* Limnæ. *d. num. 9.* Blum. *Proceß. Camer. tit. 47. tab. 6. verb.* Hall. 29

De Halla Civitate hoc extat Epigramma

Nicolai Reusneri.

Sol & Sal duo sunt humanæ commoda vitæ
Maxima: Sol vegetat, Sal bene corpus alit.
Sol cœlum radiis illustrat, cætera vincens
Sidera, lux, vita visq; , vigorq; brevis,
Sal positas mensas exornat, cætera vincens
Condimenta; Cibus nec sapit absq; sale.
Quo majus laudis decus urbs nunc Halla mereris,
Unde venit duplicis copia tanta Salis.
At superat decus hoc, eadem sapientia & artis
Prædita quod fueris justitiaq; Sale.
Hic animi cibus est, at corporis ille; beata
Urbs animis pariter corporibusq; vigens.
Quod si nec pietas desit, Sal utile terra;
Justitia Christo Sole micante, sat est.

CAPUT XXIII.

Heilbrun/ *Heilprunna.*

Summaria.

1. *Heilbrunna unde dicatur, & num. 2.*
3. *Ejus situs.*
4. *Olim fuit pagus.*
5. *Quando Civitas facta & muris circumdata, & num. 6.*
7. *Est Civitas Imperialis, & in Matricula continetur.*
8. *Respublica benè constituta & florens Ecclesia.*
9. *Templi Cathedralis qualis structura.*
10. *Curia cum horologio satis splendida.*
11. *Civitas bene munita tres habet portas.*
12. *Pagos habet quatuor.*
13. *Piscis in pago* Böckingen *captus qualis.*
14. *Bello aliquando depopulata.*
15. *Torneamenta ibidem habita.*
16. *Privilegia habet varia, & quænam.*
17. *Dissensio Magistratus & Civium Cæsaris sententia composita, ejusq; tenor.*

1 HEilbronna, Haylbronna, Hailprunna, Heilbrun/ Haylbron/ Halbrun/ sic dicta, quasi fons salutis, à copia saluberrimorum fontium, quorum aquis sanari consueverunt infirmi, alii potu, alii lavatione, Johan. Limnæ. *de jur. publ. tom. 3. libr. 7. cap. 25. num. 1.* Crus. *annal. Suev. libr. 8. part. 2. cap. 6. pag. 261 & libr. paralip. cap. 15.* Zeiler. *Chron. Suev. verb.* Hailbron/ *fol. 286.* Reusner. *de urb. Imper. part. 2. cap. 13.* ubi attestatur saluberrimorum horum fontium scaturigines amplius ducentas in hac urbe reperiri, Crus. *annal. Suev. lib. 12. part. 3 cap. 31. pag. 795. princ.* Inter quos eminet non procul à summo templo fons exuberantissima scaturigine pulcherrimus, septem grandibus fistulis erumpens, quem salutiferum vocant, cui hoc distichum inscriptum conspicitur:

Fonte salutifero bullantes undiq; Venæ
Monstrant æterni munera sancta Dei.

Quod Germanicè ita versum extat:

Ein liebes Kind/ ein schöner Nam/
Schicken sich recht und wol zusam/
Drum dann auch die hiesige Stadt/
Ein so sehr schönen Nahmen hat/
Daß solche Heilbrun wurd genant/
Von guten Wassern wohl bekant/
Dieweil allda durch sieben Rohr/
Z'nechst bey der Kirch springet hervor/

Ein

Ein köstlich Brun/lieblich und g'sund/
Der frisch erquicket Zung und Mund.
Zeiler. *d. Chron. Suev. verb.* Hailbrun. *fol. 287.*

2 Alii civitatem hanc dictam putant, quasi salis fons, id est, Hall/oder Saltzbrun/Ptolomæo *Halisson*, Reusn. *d. cap. 13.* Nam & Johann. Herold. *in lib. de stat. Legion. in veter. German. cap. 10.* ubi de Halprun agit, putat, vocabulum *Hallisone* Ptolomæi, corruptum esse, pro Saltzbron/id est, Halbrunn/ quia Ptolomæus de fontibus salsâ aquâ profluentibus, ad amnem Cocharum, mentionem faciat, ubi Hala scilicet Suevica sit, & Halprunnum, Ptolomæum, ut exteræ nationis, non potuisse dicere Halprun, sed fecisse Halizonem, Crus. *Suev. annal part 1. lib. 4. cap. 12. pag. 92.*

3 Sita est hæc Civitas in Circulo Suevico ad meridionalem Nicri, seu Necari ripam, situ peramœno, solo frugifera, vini proventu læta, ex qua tanquam ex augusto quodam & salutari fonte, in multas provincias longè exportatur, & quasi derivatur optimum vinum, ut verè sit ea quasi fons salubris totius provinciæ, imò Germaniæ universæ, Reusn. *cap. 13.* Sita enim sub temperato Solstitio ac cœlesti signo Libræ, nec nimio Solis igni, nec septentrionali frigori subjecta, ad votum & optatum clementis aëris, Cœlique temperiei mitioris, auræque salubrioris, in quadrifida campi planitie, non quidem in sterili sabulo, sed solo verè solido, non palustri, aut uliginoso, sed fertili, inter dominatus & latifundia inclyta Archipalatinatus Rhenani Electoralis, Magistri Ordinis Teutonici, & Ducum VVürtembergiæ, ad navigabile Nicri flumen, medium fermè locum obtinens, vicinum sibi agnoscens Craichoviæ tractum, cujus quasi horreum & caput esse videtur.

4 Civitas hæc antequam civitatis Privilegia & jura obtinuit pagus fuit, Beccinga vetus appellitata, sita ab amne Nicri ad dimidium lapidem ferè, sed sine longæ moræ interventu, ad planitiem multò laxiorem, & ad ripam fluminis ipsam translata, quod factum dicitur *anno 1082.*

5 Permissu Imp. Henrici IV. primitus incincta fuit mœnibus, & jura civitatis unâ accepit, in cujus fidem hæc adfertur circumstantia, quod hæc civitas jam ante sub archiregimine & Imperiali gubernaculo hujus Henrici avi in flore ac pretio habita fuerit, atque ita ipsius Majestati placuerit, ut ejusdem Principis proavia Adelhaidis Princeps & Augusta Serenissima non dedignata fuerit, anno Christi incarnati *1037.* pro dicendo jure, & eruenda veritatis medulla, vel perhibendo testimonio, quosdam incolas nobiles, sive è Patriciatus genere oriundos à civitate hac evocare, eorumque dicta jurata fundationi Oringanæ Ecclesiæ inserere. Unde apparet, sub illo seculo inserviisse jam tum Patritios hujus Civitatis Ducum Sueviæ & Franciæ aulis ac curiis maximè illustribus.

6 In Civitatis formam redacta nonnullis videtur *anno 1085.* secundum Munsterum & Crus. *annal. Suev. libr. 8. part. 2. c. 6. pag. 260.* vel ut alii volunt, *anno 1129.* vel *anno 1240.* sub Imperatore Friderico II. à quo inter Imperii Civitates relata esse fertur, Reusn. *de urbib. Imperial. part. 2 cap. 13.* Zeiler. *in Chron. Suev. pag. 286.* Crus. *d. l.* Dresser. *part. 5. Isag. hist. pag. 315.* Sub quo etiam *anno 1282.* novis muris cincta perhibetur, ad quorum extructionem, & negocii maturationem Friderici II. sororium, & Henrici IV. generum VVolfframum Craichgoviæ Comitem multum præstitisse Sebastianus Francus memorat. Anno 1135. Conradus III. Imperator Romanus civitatem hanc matriculæ Imperiali adscribere, & inserere jussit, ut membrum à suo corpore nusquam & nunquam divellendum.

Atque ita Civitatem hanc esse Imperialem, & Imperio immediate subditam, ipsa Imperii probat matricula, cui inscripta, ist Anno 1545. & 1551. um zween zu Roß/ und 20. zu Fuß geringert worden/ gibt solchem nach Monatlich zu Roß 4. zu Fuß 40. thut an Gelt 208 fl. Ad Comitia & Conventus provinciales vocatur, in iisdem votum & sessionem habet. 7

Copiis & opibus satis locuples est civitas, Cives benè morati, & Respublica rectè constituta, florens quoque Ecclesia & Schola Religionis Orthodoxæ, & Augustanæ Confessionis, bonarumque literarum studiis, Reusner. *d. cap. 13.* 8

In hac quoque civitate conspicere licet templi augusti & Cathedralis fabricam augustam Deo unidicatam, licet in Papismo superstitioso majores nostri, ex mera simplicitate inducti, aut potius à Clero fanatico seducti & stolidi facti, divo Kiliano, natione Britanno, viro religioso & apud Herbipolin Præsuli votiva fuerit facta. Ad hujus templi oram & fimbriam propè vestibulum plani & quadrati fori alto vertice prospiciens, structura admodum venusta ad radicem fundi & soli ibidem quàm firmissime fixa, lapide undecunq; solido & quadrato ad miraculum usque admirando artificio educta, cæterum manibus artificum in faciem & angulos ita formata, ut nusquam ferè unius atque alterius Compaginis junctura appareat, cujus pinnæ impositus conspicitur gigas totus lapideus, semicataphractus & semipaludatus miræ magnitudinis ac molis corporeæ perone seu petaso merè saxeo & cristato caput obtegens, circa femur accinctus stricto acinace, gestans insuper in vola dextræ sarissam, seu hostile præpilatum & instar vexilli vento totum volatile, cujus gigantis capiti seu potius pileo ad umbonem rotato nundinarum tempore, & quoties adlubescit, solent lapicidæ, parietarii, sutores, fabri cupriarii, ejusque farinæ opifices excitatiores planis insistere pedibus, vexillum, in cujus umbone flavo, præter fasciolas vel lemniscos utrinq; obtortos aquila nigricans effigiatur circumagere in signum, sæpè etiam cululum vino expletum expotare conspiciente, & ob audaciam tantam obstupescente plebis multitudine. 9

Curiam hæc civitas habet valde elegantem, è regione templi & turris illius majoris in foro ipso ad lævum latus sitam, referunt quod *anno 1530.* nocte media per exortum incendium alia 10

curia cum archivo & omni librorum strue ac annalium, actorumque illic prostantium penitus exusta & consumpta fuerit; ita ut de reliquiis nihil solidi ac certi etiamnum appareat. Hujus curiæ ornamentum ac decus singulare se exhibet in artificiosa & mirè ingeniosa horologii Astronomici fabrica.

11 Ipsa Civitas benè munita, tres habet portas, quarum una dicitur Fleiniana, quæ meridiem versus, ad vicum Fleinum ducit. Altera Sulmontia, Boream versus, ad oppidum Sulmont deducens juxta Nicrum. Tertia in medio, Pontana, à ponte lapideo, qui Civitatis mœnia & ripam Nicri oppositam conjungit, occasum versus, Crus. *annal. Suev. lib. 12. part. 3. c. 31.*

12 Pagi Hailbronensium sunt quatuor, Flein/ vineis & vinitoribus abundans. 2. Böckingen/ qui est agricultura celebris. 3. Franckenbach/ venationibus & aucupio nobilis, & 4. Neckergartach/ Nicro proximus, cujus incolæ piscationibus dediti, Crus. *d. l.*

13 Anno *1497* in prædicto pago Böckingen/ in vivario quodam, lupus piscis celebris, qui in eo ad ducentos, sexaginta & septem annos fuisse dicitur, captus fuit, referente Zeil. *in Chron. Suev. pag. 288.* Lehman. *Chron. Spirens. lib. 5. c. 83. fol. 592.* refert hunc piscem Anno *1230. 5. Octobr.* ab Imp. Friderico Barbarossa huic stagno impositum fuisse.

14 Anno *1388.* bello civili cum Suevicis & Rhenensibus Civitatibus confœderatis gesto, à Proceribus civitas hæc obsessa & depopulata fuit, & postea anno *1525.* bello rustico à seditiosis occupata, & in ea Teutonica præsertim domus, aliaque bona sacerdotum direpta sunt, Dresser. *part. 5. hist. pag. 315.* Reusner. *de urbib. Imperial. part. 2. cap. 3.* Zeiler. *in Chron. Suev. pag. 288. & ibid. appendic. pag. 541.* ubi addit, quam varias novissimis hisce belli tumultibus fortunas sit perpessa.

15 Anno *1408.* Nobiles Sueviæ torneamenta in hac Civitate habuerunt, conventusque alii nobiliores hîc celebrati fuerunt, Crus. *d. part. 3. libr. 6. cap. 8. pag. 332.*

16 Varia hæc Civitas ab Imperatoribus habet Privilegia, veluti I. quod non debeat hypothecari vel alienari, *infra n. 18.* II. Quod damnificantes & refractarios punire possit, *n. 19.* III. Latrones & homicidas dolosos & voluntarios ex ædibus Teutonicis extrahere potest, *num. 20.* IV. Cives Heilbrunnenses in prima instantia ad extranea judicia evocari nequeunt, *num. 21.* V. Senatus Heilbrunnensis cives suos ad alia judicia citatos evocare potest, *n. 27.* VI. Imperator cives Heilbronnenses à collectis & muneribus civilibus eximere non valet, *n. 22.* VII. Senatus & cives à judicio Cæsareo Rotwilensi & aliis provincialibus exempti sunt, *num. 24.* VIII. Uti & à judicio provinciali Franconiæ *n. 25.* IX. Judæi civibus Heilbronnensibus mutuum dare prohibentur, *n. 26.* X. Privilegium Heilbrunnense de Nicro avertendo & aliò ducendo, *n. 27.* XI. Uti & in Nicro ædificando & pontem superinstruendo, *n. 28.* XII. Habet Privilegium nundinarum ad instar Civitatis Francofurtensis, *n. 29.* quarum binæ singulis annis celebrantur, veluti die Philippi Jacobi Apostolorum, qui incidit in Calendas Maji, deinde die Kiliani *8. Julii.*

Anno *1650.* mense Augusto maxima pars 17
plebis, cum Magistratus, non obstante omni magnis interposita sumptibus sollicitudine, Temperamentum Palatinum, propter evacuationem fortalitii Franckenthaliæ ex parte Regis Hispaniarum recusatam, vigore Recessus Executionis Norimbergensis suscipere cogeretur, tædio hujus ita vocati Temperamenti incitata ad Imperatoriam Majestatem provocavit, & ibidem obtenta Cæsarea Commissione ad Dn. Carolum Ludovicum Electorem Palatinum, & Dn. Eberhardum VVürtembergiæ Ducem, maximas querelas coram dominis subdelegatis contra Magistratum in genere, & aliquot ejus principaliora membra protulit, easque magno & sumptuoso conatu prosecuta fuit; Verùm cum Magistratus innocentiam suam satis superque demonstrasset, & calumnias plebis liquidò probasset, Cæsarea Majestas, ad quam per Dominos Commissarios totum negocium fuerat remissum, subsequentem sententiam decisoriam publicare justo conveniens judicavit.

DEr Röm. Keyserlichen/ auch zu Hungarn und Böheim Königl. Majestät/ unserm Allergnädigsten Herren ist gehorsamist referiret worden/ was von dem Monat Septembris an deß längst verwichenen Sechzehenhundert und Funfftzigsten Jahrs/ von Burgermeister und Rath dero und deß Heiligen Reichs-Stadt Heylbrunn/ wider den mehren Theils zusammen getrettener Burger daselbst/ und von diesen hinwiederum gegen jene/ nicht allein bey dem Keyserlichen Reichs Hof-Rath klagend vor: und angebracht/ Sondern auch in deren darauf von Ihrer Keyserlichen Majestät auf Herrn Carl Ludwigs/ Pfaltzgraffens bey Rhein und Churfürstens/ und Herrn Eberhardtens Hertzogens zu Würtembergs/ ꝛc. Chur- und Fürstl. Durchl. und Gnaden/ angeordneten Keyserlichen Commission, allerseits so münd- als Schrifftlich/ in gewisser Weitläufftigkeit an- und außgeführet/ gütlich vorgeschlagen/ auch sonsten tractirt und verhandelt worden: Darauf haben Ihre Keys. Majest. was Sie vor dißmal/ denen vorkommenen Klagen nach/ und auf Anleitung hochermelter dero gewesener Keyserl. Herren Commissariorum, zu wieder Auffricht: und Erhaltung gemeiner Stadt Friedens und Wolstands/ nöthig und diensam erachtet/ in eine besondere neue Ordnung verfassen lassen/ welche hinfüro alle Jahr/ samt andern ältern und neuen offentlich verlesen/ derselben gestracks nachgelebet/ und keinem darwider zu thun oder zu handeln gestattet werden solle.

Als auch Zweitens in reiffer Erwegung der Actorum befunden worden/ daß der mehrer Theil der zusammen getrettenen Burger/ so wol wider den gesamten Magistrat/ als etliche desselben Mittels insonderheit abgefasster Klag-Articul/ entweder unzulässig und unerheblich/ viel wol gar unerfindlich/ oder doch mit angehenckten/ bösen/ gefährlichen Umständen/ auß bitterem Neid/ Haß und Rachgierde/ aufs gehässigst aufgemutzet/ So gereichet Ihrer Keys. Majest. solche Ungebühr/ zu Ungnädigem Mißfallen/ hätten auch wol Ursach/ die Angebere nicht allein mit Einforderung deren/ von den

Der sieben Caploneyen Pfleger.

Herr Johann Schraudolph/ }
Herr Jacob Völck/ } Catholisch.

Sonder Siechen-Pfleger.

Herr Caspar Bachschmid/ Augsp. Conf.
Herr Jacob Völckh/ Catholisch.

Der sieben vacierenden Pfründen.

Herr Burgermeister Leonhard Föhr/ Augsp. Conf.
Herr Tobias Schmid/ Augsp. Conf.

Täfelins-Pfleg.

Herr Burgermeister David Eitel Lauber/ A. C.
Herr Bartholome Bourauß/ Augsp. Conf.

Hormännisch Spend.

Hormännischer Vogt zu Guetenberg/ Aug. Conf.

Seelhauß-Pfleger.

Herr Johann Schraudolph/ }
Herr Jacob Völck. } Catholisch.

Cappel-Pfleger.

Herr Johann Yele/ }
Herr Jacob Völck/ } Catholisch.
Herr Georg Wörlin/ }
Herr Joseph Loher/ } Augsp. Confession.

Der Honoldischen Prædicatur und Stifftungs-Pfleger.

Herr Georg Wörlin/ }
Herr Veit Gayrhalder/ } Augsp. Confession.

Pfleger über das Platterhauß.

Herr Martin Lauber/ }
Herr Caspar Bachschmid/ } Augsp. Confess.

Vatter im Platterhauß.

Martin Müller/ Augsp. Confess.

Spittalmeister.

Herr Pangratz Seuther/ Augspurgischer Confession.

Spittal-

Spittalschreiber.
Herr Hanns Georg Kohler/ Augsp. Conf.
Spittal-Pfleger.
Herr Caspar Bachschmid/ } Augsp. Conf.
Herr Bartholome Bourauß/ }
Spittal-Müller.
Andreas Mair.
Spittal Beck.
Joseph Gayrhalder/ Jung.
Spittal Keller.
Ist zum Becken und Keller zugleich bestellt.
Spittal Bawmeister.
Vacat.
Haußhalter zu Mertzensried.
Similiter.
Meßner bey S. Martin.
Johannes Habermüller/ Catholisch.
Meßner bey S. Blasin.
Jacob Prost/ Catholisch.
Meßner bey unser Frawen.
Jacob Bürckholtz/ Schäffler/ Augsp. Conf.
Meßner bey S. Sebastian.
Jacob Probst/ Catholisch.
Meßner zur H. Dreyfaltigkeit.
Hans Bawhoff/ Augsp. Conf.

De hac Civitate metricè ita scribit
Nicolaus Reusnerus.

Fons Cavinorum. scatebris amœnis
Late, Camporum: juga qui propinqua
Alpium spectas, & amœna pulchris
Mœnia castris.
Quo tuas laudes resonabo plectro,
Dives urbs agris, opibusq; firma,
Et viris præstans, Alemaniæq;
Gloria magna?
Namq; tu magni celebris fuisti
Diva Victoris genitrix StrigelI:
Sueviæ qui flos, Alemaniæq;
Lux fuit ingens.
Ille Musarum Charitumq; cœtus
Et Comes dulcis fuit, & Patronus,
Mellis & Suadæ pariter medulla,
Osq; leporis.
Bonrideris nunc eadem superbis,
Jure consultis pariter disertis
Atq; cordatis simul, & Rodolpho
Consule magno:
Magna laus hæc est (mihi crede,) fama
Magna; sic Rheni superas & Istri
Splendidas urbes, celebri incolarum
Nomine clara.

CAPUT XXVII.

Keysersberg/ *Cæsareamontanum.*

Summaria.

1. *Vbi sita.*
2. *Loci amœnitas & fertilitas.*
3. *Quando Civitas facta.*
4. *Est Civitas Imperialis.*

1 CÆsaris Mons, Cæsarea montanum, Keysersberg/ urbs est Trebocorum in Alsatia Imperialis, sita propè Reichenweyer/ in loco saluberrimo & fertilissimo, & bonitate agrorum, magnitudineque fructuum, imprimis verò Falerni vini & defruti optimi copia abundans, unde cor & medulla Alsatiæ vulgò appellitatur, Reusner. *de urbib. Imper. part. 1. cap.*
2 *20.* Et cum hujus loci amœnitas & commoditas sit maxima, & regio in Alsatia fertilissima & fructuosissima; ex quam plurimis advenis & convenis Sequanis, Austrasiis, Allobrogibus semper hactenus fuit frequentata, Reusner. *d. l.*
3 Muro & fossa munitum fuit primùm hoc municipium & in Civitatem ex pago redactum, sub Imperatore Friderico II. à Wolfelino urbi Hagenoæ Præfecto Imperatorio, qui, uti refert Samf. Hertzog *in Chron. Alsat.* prædives factus in malam gratiam Imperatoris Friderici incidens, reste interfectus fuisse dicitur, Zeiler. apud Merian. *topograph. Alsatiæ. pag. 21.*
4 Civitas hæc est Imperialis & Imperio Romano-Germanico immediatè subdita, ad Comitia provincialia & Imperialia vocatur, in iisdem votum & sessionem habet, & in Matricula Imperii comprehenditur. Keysersberg ist Anno 1545. und 1551. um 1. zu Roß/ und 24. zu Fuß geringert worden/ soll also monatlich geben zu Roß 2. zu Fuß 15. thut an Gelt 84. fl. zu Unterhaltung deß Käyserlichen Cammergerichts jährlich 25. fl. Limnæ. *de jur publ. tom. 4. lib. 7. post. cap. 17.* Quamvis enim Civitas hæc inter alias ad Landvogreiam Hagenoensem spectet, hoc tamen nihil quicquam impedire, quo minus sit Imperialis & Imperio immediate subjecta, dictum est *supra libr. 1. cap. 12. num. 192. & seq.*

In laudem hujus Civitatis sequentia
extant epigrammata.

1. Abrahami Lœscheri.

Urbs populosa jacet, firmis circumdata muris
Ardua conspicuis turribus, arte potens.
Sublimis, frugumq; ferax, dilecta colonis,
Inclyta Cæsareo nomine, dives opum.
Hic ubi maturas Alsatia colligit uvas,
Excipit & plenis dulcia musta cadis.
Hic ubi granifera Alsatia fundit aristas,
Et dat in exhausto pinguia farra sinu.
Quam qui Cinyphiis præfert, aut comparat arvis,
Discrepat à Vero (res probat ipsa) parum.
Qui Methymnæos dicit superare racemos,
Et nil judicio fallitur inde meo.
Hac est Geileri natalis terra, simulq;
Hinc ortus traxit zellius ille suos,
Primus Pontificum Argentinæ dogmata damnans,
Ausus in assuetam voce sonare fidem.

2. Nicolai Reusneri.

Fons est cor vitæ; sine vita, quid nisi tetrum
Cadaver est corpus, quod haud
Amplius sibi commodat suisq;.
Lex anima est urbis, cor agri, bona copia frugum,
Quod si nihil ferat boni,
Haud magis sibi commodat suisq;.
Sic cor Teutoniæ sic vita est ora Trebocum,
Tot legibus, tot frugibus,
Quæ bonis sibi commodat suisq;.
Atqui cor cordis, vitæfit vita Trebocum
Mons Cæsaris, provinciis
Tot ferens bona semper universis.

(o)

CAPUT XXVIII.

Kempten / Campidonum.

Summaria.

1. *Campidonum unde originem habeat.*
2. *Ejus situs.*
3. *Antiquissima est Civitas.*
4. *Olim devastata.*
5. *Abbati Campidonensi paruit, & quomodo libera facta.*
6. *Cives Campidonenses arcem Hillermontanam occupant, & Abbatem de gradibus dejiciunt.*
7. *Quænam hujus causa.*
8. *Abbas rem ad Cæsarem defert.*
9. *Civitas jus cudendi monetam habet.*
10. *Castrum Hillermont unde dictum, & à quo conditum.*
11. *Abbas inter Principes Imperii numeratur.*
12. *Est Civitas Imperialis, & in Matricula continetur.*
13. *Insignia ejus.*
14. *Quænam ejus olim familia.*
15. *Status Reipubl. qualis sit.*
16. *Civium commercia quænam.*
17. *Augustanam Confessionem profitetur.*
18. *Suburbium quale, & quot portæ.*
19. *Privilegium appellationis.*
20. *Motus Scalteriani, & bellica calamitates quænam.*

1 Campidonum, Campodunum, Campidona à veteri Cretica Civitate originem duxisse, indeque nomen habuisse videtur, quod Creticani exules facti à Capitaneo castri Imperatoris Tiberii Gilarmont sive Hillermonte (hodie die Burckhalden/ dicti) impetraverint, ut ipsis locus iste planus sive Campus propè castrum hoc situs donaretur, ubi postea pagum ex eo oppidum hoc condiderunt, eique nomen Campodunum indiderunt, Reusner. *de urbib. Imperial part. 2. cap. 10. circa med.* Zeiler. *in Chron. Suev pag. 308.* & apud Merian. *topograph. Suev. pag. 46.* Cujus nominis etiam in Surichgovia arx & pagus est, ubi quondam Barones erant, de Kempten dicti. Cruf. *Suevic. annal. libr. 12 part. 1. cap. 2.*

2 Sita est hæc Civitas in Almangavia, sive Algoia, quæ montosa, aspera & frigida regio est, Dresser. *Isagog. hist. part. 5. pag. 178.* Cruf. *Suev annal. libr. Paralip. cap. 19 pag. 84.* propè Memmingam, Isnam; Leutkircham & Kauffbeuram, Cruf. *d. l. pag. 83.*

3 Antiquissima hæc est Civitas, cum ducentis ante Christum annis, ibi Cisæ vel Isidis Deæ fanum extiterit, cum nondum oppidum, sed pagus esset, Cruf. *Suev. annal. lib. 12. part. 1. c. 2. pag. 316.* cujus antiquitas etiam exindè constat, quod Caspar. Bruschius *de monaster. pag. 29.* scribit, anno 800. præter Augustam, Pfullendorffium & Campidunum, nullæ ferè in Suevia extiterint Civitates, sed complures pagi, Zeil. *in append. Chron. Suev pag. 557.* Reperiuntur quoque circa ipsam Civitatem antiquæ Romanorum monetæ, ex quo colligitur ad Romanos eam olim pertinuisse, quod etiam ex lapidibus murorum sæpè effossis colligitur; nec non ex argenteis cochlearibus, aliisque Instrumentis quorum usus in sacrificiis fuit, Cruf. *Suev. annal. lib. paralip. cap. 19. fol. 83.*

Ab Attila olim devastata, & à Regibus Francorum funditus eversa dicitur, ut indè propter serpentes & vermes asperos, ibi repertos Vermeta, sive Vermetica dicta, sed postea restaurata fuerit, Zeiler. *Chron. Suev. pag 306.* & apud Merian. *topograph. Suev. pag. 46* 4

Olim Civitas hæc Abbati Campidunensi paruit, sed postea libera facta, de quo ita scribit Bruschius *de monaster. pag. 25.* Erat ibi arx vetustissima, in vicina colle Hillermontana, à profluente flumine Hylaro ita dicta; quam hoc tempore, disjectam etiam & vastatam, die Burghald appellare solent, avita ejus sedes fuit Sueviæ Ducum, ad tempora usque Caroli Magni. Paruit arx, unà cum oppido Abbatibus: Et anno Christi 910 cœnobium, oppidum & castrum direptum & vastatum fuit ab Hunnis, Circa annum 1336, Burchardus Abbas fugit ex Cœnobio, propter implacabiles discordias Conventualium, quibus datus est à Romano Pontifice Commissarius, Episcopus Constantiensis, is gubernatorem Cœnobio præfecit, aliquandiu in arce Hillermontana sedentem, sacerdotem ac præpositum Conradum Clangenbergerum. cui concubina, Rosina Lattmerina, arcam plenam literis & diplomatibus subtrahens, literas eas quibusdam vicinis, desideranter eas petentibus 5

tibus vendidit. His literis adjuti, & animosiores facti Campidonenses Cives, & tali Præposito ad clavum sedente, qui homo ignavus, populo etiam Campidonensi ad omnia conniventi, nimium æquus & propitius erat, strenue jam laborarunt, in cõstruendis & absolvendis urbis suæ munitionibus, turribus ac mœnibus. Quibus ex voto completis, cœpit Campidonum erigere cristas, & dici jam, appellariq; Civitas, quæ prius non clausa, sed semper Abbati aperta, & omnibus hominibus, omnibus momentis pervia erat. Tunc ad se trahere & rapere multas Abbatiæ libertates & imunitates, quasdam etiam cum favore & consensu Conventualium Dominorum consequi cœpit. Sub hoc ipso Præposito amisit Abbas claves & portas Civitatis, quæ semper fuerant prius in manu Abbatis. In summa, ut multa breviter dicantur; Præpositus iste infidelis extitit & infœlix, ac admodum noxius Cœnobii ipsius Administrator; quod uni Constantiensi Episcopo Nicolao & fratrum discordiis acceptum fertur.

6 Henricus à Mittelberg eligitur *anno 1356.* sub Clemente VI. Pontifice Maximo. Sedit plerumque in arce Hillermontana, hodie Burghalden dicta. Ibat plerumq; alba indutus tunica, cui pilosa crumena semper ad latus pendebat, ita solebat singulis diebus Eques descendere ex arce in Cœnobium, & ibi omnium Sanctorum templo sacrum audire. Accidit autem aliquando, ut descendente Abbate & custodibus arcis non admodũ fideliter vigilantibus, arx præter spem & exspectationem Abbatis, nihil violentum metuentis, à Civibus circa vesperam occuparetur, & direpta everteretur, ipso die 8. Martini, cum invitati fuissent omnes Senatores & præcipui Cives ad peragenda solemni pompa, & opiparo Convivio vinosa Christianorum festa Martinalia. Abbas in arcem rediens è templo, ab ingratis convivis suis deprehensus, statim dejectus dicitur è gradibus à duobus Civibus, Bustaro & Senatore Otocaro, sed elapsus est fuga ad Schweighusium, ubi cõscenso equo rustico, concomitantibus eum aliquibus ministris, Isnam adhuc ea nocte pervenit incolumis. In hac arcis seditiosa eversione amissa est arca plena literis & diplomatibus, quam Cives incendio delerunt. Postero die eligebant sibi Campidonenses primum Consulem Henricum Scultetum, qui etiam diem hunc postea diu solemnem, & magistratibus novis creandis dicatum, quasi festum diem habuere ad tempora ista usque ad Abbatis Johannis de Ryetheym.

7 Causa hujus rebellionis ac fœdæ vastationis hæc civibus in ore erat, quod ab Abbatis servis & ministerialibus filiæ civium vi in arcem pertractæ & vitiatæ fuissent.

8 Abbas Henricus re ad Cæsarem Carolum IV. delata, effecit, ut S. P. Q. Campidonensis, & magnam mulctam numerare, & arcem liberè reddere cogeretur, sive reædificandam eam, sive ita desertam relinquendam, quam tamen paulò post idem Abbas Reipublicæ prædictæ in universum vendidit. Hactenus Bruschius, & ex hoc Besold. *thes. pract. verb.* Reichs-Stadt/ Joh. Limn. *de jur. publ. tom. 4. l. 7. c. 18.* Conf. Crus. *Suev annal. l. 4 part. 3. c. 11. in fin.* ubi addit, quod mœnibus & muris ita perfectis, Campidunum oppidi nomen acceperit, quoniam ante hæc alicubi tantum muros habuerit, multisque locis pervium fuerit, præsertim Abbati & monachis, *l. 5. part. 3. c. 5. pag. 264. & seq.* ubi ait; putabantur antea Cãpidonenses infœlices esse, ut proverbio diceretur; Habe dir der Kempter Unglück/ sed Hillermontium adepti, posthac successu rerum creverunt. Et idem Crus. *libr. Paraleip. c. 19. pag. 83.* ubi ait, quod Campidonum *anno 1525.* grandi pecunia se ab Abbate, & conventu monasterii sui redemit, & in plenam libertatem vindicavit, cui accedit Zeiler. *in Chron. Suevic. pag. 307.* ubi ait; Und dieweil theils Äbbte allhie/ die Stadt ihnen zu unterwerffen/ sich unterstanden/ so hat Käyser Maximilianus I. die Strittigkeit zwischen der Stadt/ und dem Prælaten/ gänzlich entschieden/ und darauf der Stadt Anno 1510. die Müntz-Freyheit verliehen/ und hat hernach die Stadt dem Abbt Sebastian von Breittenstein/ mit Käysers Caroli V. und Pabsts Clementis VII. Confirmation, alle Recht und Gerechtigkeit / so das Stifft an die Stadt jemahlen prætendiret/ vor zwey und dreissig tausend Rheinische Gulden abgekaufft/ etc. Reusner. *de urbib. Imper. part. 2. c. 10.* ubi ait; quod Civitas ab Abbate se grandi ære alieno redimens, in plenam vindicans libertatem, tandem *anno Christi 1525* in potestatem & ditionem Sacri Romani Imperii venerit, 9

Castrum hoc Montanum Ilaromons Hillermont, ab Ilera amne ibi profluente, & monte, in quo positum, ita dictum, à Seveno quodam Tyranno, cum ingenti hominum multitudine in hæc loca perveniente, primò conditum esse fertur, quod multis post annis, ab Herminio quodam Duce auctum & amplificatum, Herminium appellari cœperit, tandem à Druso Germanico funditus deletum, & ab Esmero Suevorum Principe, qui Primus Christi doctrinam amplexus est, denuò instauratum, sed iterum à civibus Campidonensibus, ut jam dictum, destructum & extinctum, sicuti rudera, & vestigia quædam castri illius veteris in colle quodam alto prope urbem adhuc conspiciuntur, cui nomen hodie est Burghalda, die Burghalden. Reusner. *d. l.* Fanum ibi vetus Cisæ Deæ gentilis in eodem colle conditum à Suevis, post à barbarica suspicione repurgatum, & à Sylvestro I. Pontifice Max. anno 316. Christo Servatori, Philippo item & Jacobo Apostolis dedicatum, Reusner. *d. cap. 10* Castrum hoc sedes antiqua fuit Principum & Ducum Sueviæ, inter quos magni nominis fuit Hildebrandus, cujus filia Hildegardis in matrimonium collocata fuit Carolo Magno, qui inter Germanos Primus imperavit, fundatrix in eo antiquissimi fani ac sacerdotii, à qua, & cum in vivis esset, prædiis locupletatum amplissimis, omniumque rerum affluentibus copiis ditatum, & post mortem ejus honore sepulturæ magnificè splendideque exornatum est, Reusner. *d cap. 10.* Hujus Monasterii Abbas inter Principes Imperii re- 10 11

 fertur,

fertur, & monachi ex Nobilibus tantùm leguntur familiis, quas indè ab octo avis demonstrare possunt. Parochias sub se habet septuaginta duas & peramplam ditionem, multosque Beneficiarios sive Vasallos ex proceribus & Nobilitate, Cruf. *Suev. annal. libr. Paraleip. cap. 19. pag. 84.* Ad hujus monasterii ædificationem gigantes duos Sancinonem & Celebrandum lapides apportasse fabula est, cujus meminit Zeiler. *in Chron. Suev. append. pag. 558.*

12 Civitas hæc est Imperialis & Imperio Romano-Germanico immediatè subjecta, ad Comitia Imperialia & Circularia vocatur, votum & sessionem in iisdem obtinet, & in Imperii albo seu Matricula continetur, der Stadt Kempten Reichs Anschlag / nachdem sie anno 1545. & 1551. um 6. zu Fuß geringert worden / ist monatlich 3. zu Roß / und 30. zu Fuß / thut an Gelt 156. fl. Zu Unterhaltung deß Käyserlichen Cammer-Gerichts gibt sie jährlich 60. fl. Joh. Limnæ. *de jur publ. tom. 4. libr. 7. cap. 11.*

13 Insignium loco ab Imperatore Friderico IV. ipsi cum bellicosos & Cæsaribus gratos aleret Cives, concessa est Aquila biceps, cum corona Cæsarea, alternis cum campo divisa in nigrum & flavum colorem. Olim clypeum habuit ex dimidia parte album, & dimidia glaucum, nunc obliteratum, Cruf. *annal. Suevic. libr. paraleip. cap. 19 pag. 83.* Höping. *de jur. insign. cap. 6. num. 1007.* A quo etiam Imperatore obtinuit Privilegium signandi cum cera rubra, Zeiler. *in Chron. Suev. pag. 307.* & apud Merian. *topograph. Suev. pag. 46.*

14 Multæ hanc civitatem olim veteres incoluerunt familiæ, veluti Bomberg / Weissenbach / Kellerstein / Vogt / Eichman / Gabler / quarum monumenta, in fenestris templi, & sepulchralibus saxis adhuc extare scribit, Cruf. *d. paraleip. cap. 19. pag. 83.*

15 Rempublicam hanc administrant Consules & Senatores ac Tribuni plebis, sicuti in aliis Civitatibus Aristocraticè & democraticè mixtis, Cruf. *d. pag. 83.* Reusner *d. cap. 10. ad fin.* Der gantze grosse Rath allhie bestehet auf 58. Personen / nemlich 22. deß kleinen Raths / (darunter 2. Burgermeister und 3. Geheime) 16. deß Gerichts (ausser deß Stadt Ammans) und 20. von der Gemeind / auß allen 8. Zunfften. Zeiler. *in append. Chron. Suev. pag. 557.*

16 Cives, genus hominum animosum & forte esse scribit, Cruf. *d. pag. 83.* qui lintneariam exercent negociationem, cum quotannis ibi multorum millium aureorum linei panni texantur, & quidem circiter 12500. panni tantùm intra mœnia, pretii amplius 200000. florenorum, qui in Italiam, Galliam, Turciam, & alio exportantur & distrahuntur, referente Cruf. *paraleip. d. pag. 83.* Interquiescunt in hac urbe, & promoventur merces, quæ frequenter ex Italia in Belgium, & ex Belgio in Italiam, mittuntur, ist eine grosse Niderlage der Güter allda / eademque salis ratio est, quod ex Tyroli in Helvetiam vehitur, Cruf. *d. pag. 83.*

Anno 1530. in Comitiis Augustanis Augustanam Confessionem amplexa & confessa est, quam adhuc fovet, & templum ejus parochiale à S. Magno nomen obtinet, Cruf. *d. l.* Zeiler. *d. append. Chron. pag. 307.* 17

Urbs, suburbium sibi ponte sublicio per amnem Ilarum, qui ex Alpibus oritur, annexum habet, cujusmodi amnis, die Iler / inter ipsam civitatem & suburbium profluit, dimidio milliari à civitate navigabilis existit, Cruf. *d. l.* & Zeiler. *pag. 308.* Portæ urbis sex sunt, Closter-Thor / Furder Thor / Metzger Thor / Pheilen Thürlein / Brennengassen Thor / Neustetter Thor / suburbii vero tres, Sicher Thor / Steinrinner Thor / Brucken Thor / Cruf. *d. l.* 18

Juxta ordinationem Civitatis judiciariam vidua, mariti obærati claves judici tradere tenetur, deß in Schulden gerathenen Manns Wittwe muß die Schlüssel aufflegen / Zeiler. *d. append. Chron. pag. 557.* Et juxta Privilegium Cæsareum appellatio in causis injuriarum planè non admittitur, Zeil. *d. l.* 19

Anno 1545. difficiles motus in hac civitate excitavit M. Rudolphus Schalter / Pastor, contra magistratum, propter causam aliquam privatam rei nummariæ judicialiter cognitam & decisam, quæ res tandem per Episcopum Constantiensem, Ducem Würtembergensem & Civitatem Ulmensem transactione composita, & Schalterus unà cum Advocato suo, Civitate exire jussus fuit, Zeiler. *d. l. fol. 558.* 20

Quanta bellicis hisce tumultibus novissimis ab anno 1628. usque ad pacificationem anno 1648. Osnabrugis factam, mala fuerit perpessa, refert Zeiler. apud Merian. *topograph Suevic. pag. 45. & in Chron. Suev. pag. 307. & in ejus append. pag. 558. & seq.* Varias controversias hujus civitatis exhibet Klock. *vol. 3. cons. 149.*

In Campidonum sequens est epigramma

Nicolai Reusneri.

Quâ Sueviæ sedes fuit quondam Ducum,
Sublime Campidoni possidens jugum
Circumflui piscosa Ileri ad flumina;
Hiltgardis illa magna, conjux Caroli
Regina Magni, & Hildebrandi filia,
Potentis universa Sueviæ Ducis,
Fanum Deo collegiumq; nobile
Sacrat; sepulchrum corporis sanctum sui,
Illustre sanctitatis, innocentiæ,
Constantiæ fidei monimentum suæ.
Sic Adrianus Pontifex, sic Carolus
Magnus ratum vult esse; sic Præsul regit
Primus, Rolando natus, Andelgarius;
Probante Rege hoc Carolo proavunculo;
Jus utriusq; cui dat ensis Pontifex,
Romamq; Campidonum dicit alteram.

CAPUT

CAPUT XXIX.

Landaw / *Landavia.*

Summaria.

1. *Vnde dicta.*
2. *Ejus situs.*
3. *Olim destructa, sed restaurata & amplior facta.*
4. *Pagos tres habet.*
5. *Olim Civitati Spirensi oppignorata.*
6. *Ad Landvogteiam Hagenoensem spectat.*
7. *Litem libertatis ipsi movet Episcopus Spirensis.*
8. *Eam Imperio immediate subjectam esse demonstratur, & continetur in Imperii Matricula.*
9. *Ad Comitia vocatur.*
10. *Uti & ad Conventus Circulares.*
11. *Ab omnibus Imperii Statibus pro Imperiali Civitate agnita.*
12. *Solum Imperatorem superiorem recognoscit.*
13. *Omnimodam habet jurisdictionem, & liberum Reipubl. regimen, & num. 14.*
15. *Collectas, &c. imperat.*
16. *Appellationes ad Cameram deferuntur.*
17. *In prima Instantia in Camera convenitur.*
18. *Episcopus nullum actum jurisdictionalem in hac Civitate exercuit.*
19. *Episcopi fundamentum refertur oppignorationis.*
20. *Ad id respondetur.*
21. *Pretium oppignorationis Episcopo restitutum.*
22. *Privilegium habet contra extranea tribunalia.*
23. *Privilegium Imperat. Ludovici IV.*
24. *Imperat. Maximiliani I. Decretum, & num. 25.*
26. *Ejusdem absolutio à juramento.*
27. *Episcopi Spirensis quietatio.*

1 LAndavium, Landavum, Landavia, Landaw / Imperii Civitas ab amœnitate loci, von einer lustigen Awen / & Provincia, Land deß gantzen Landes Awen / dicta videtur, cum ibidem ex montosis sylvis Vogesi in locum amœnum, pratum & pascuam quasi totius provinciæ nobilem & amabilem pervenitur, ubi ad duo milliaria in circuitu, olim ad trecentum & quinquaginta arces, vici & pagi fuerunt, qui nundinas hebdomadales & annales Landavienses frequentarunt; Zeiler. apud Merian. *in topograph. Alsat. pag.* 22. Lehman. *Chron. Spirens. libr. 4. cap. 9. pag. 898.*

2 Est Civitas trans Rhenana ad montes Vogesi versus sita, in confinibus Alsatiæ frumento, vino, pabulo abundans, fructibus varia, opere & præsidio munita; Queicho amne irrigua, castellis & vicis innumeris undique circumsepta; unde perpetua est earum rerum, quibus urbs indiget vel abundat, importatio & exportatio, magno cum quæstu fructuque Civium & totius provinciæ, Reusner. *de urbib. Imper. part.* 1. *cap.* 12.

3 Per Attilam destructa, & postea per Alemanicum Ducem Landfried dictum, restaurata, & circa annum Christi tribus pagis adaucta dicitur, Zeiler. apud Merian. *d. l.* Fuit enim olim hæc Civitas multo in augustiorem locum conclusa, quàm nunc conspicitur, pomerium ejus deinde auctum est, augescente indies ipsâ Civitate & civium multitudine, ob loci amœnitatem & agrorum ubertatem, omniumq; rerum abundantiam, inclusis intra mœnia tribus pagis finitimis, in ea Civitatis parte, quæ ad D. Justinum nuncupatur, Reusner. *d. cap.* 12. Lehman. *Chron. Spirens. lib. 4. cap. 9. pag. 298.*

Pagos habet tres, inter quos pagus Danheim 4
ab Imperatore Adolpho Civitati donatus dicitur, Zeil. apud Merian. *topograph. Alsat. pag.* 22. Klock. *v.* 1. *Cons.* 29. *n.* 231. §. deßgleichen.

Olim ante *annos* 700. à Franconiæ Ducibus 5
regio hæc possessa & gubernata fuit, antequam ad Imperium Romanum pervenit, Zeiler. *d. l.* In dissidio inter Ludovicum IV. & Fridericum III. Landavienses à partibus Bavaricis stantibus, multa mala inferebant, propterea Ludovicus Bavarus ipsos pro 5500. libris Hallensibus Civitati Spirensi oppignoravit & mulctavit, Zeil. *d. l.* ubi etiam addit, quod Imperat Carolus V. anno 1552. Hagenoâ Landaviam pervenerit, & ibidem, propter loci amœnitatem, per sedecim annos permanserit.

Civitas hæc licet in ipsa Alsatia non sit sita, 6
& in confinibus ejus, cum tamen ad Landvogteiam Hagenoensem pertineat, & juxta constitutionem Imper. Caroli V. de anno 1521. quam refert Limnæ. *de jur. publ. tom. 4. libr 7. cap. 28.* Civitas & membrum dictæ Landvogteiæ permanere debeat, ideò inter Civitates Alsatiæ refertur, & Cives Landavienses, iisdem libertatibus, immunitatibus & juribus gaudere debent, quibus Cives Hagenoenses, juxta Privilegium Imper. Rudolphi de anno 1291. quod extat apud Limnæ. *d. l.*

Quamvis autem huic Civitati, uti & Weissen- 7
burgo ad Rhenum Archiepiscopus & Elector Trevirensis, respectu quo Episcopus Spirensis, & Præpositus Weissenburgensis est, de immediata subjectione litem nuper anno 1647. in conventu Osnabrugensi & Monasteriensi moverit,

verit, ipsæ tamen libertatem suam & immediatam Imperii subjectionem singulari scripto, Gründliche und beständige Deduction, daß deß Heiligen Reichs Städte Weissenburg am Rhein und Landaw / ihren immediat Stand / Session und Stimmen / bey dem Heil. Röm. Reich und dessen Versamlungen / gleich andern immediat Reichs-Ständen von unfürdencklichen Jahren / wol und löblich herbracht haben / rc. & rescriptis Cæsareis, transactionibus & ex inveterata observantia satis apertè demonstraverunt, & imprimis hisce fun-
8 damentis, 1. quod in Imperii Matricula contineantur, & in ea certam sibi adscriptam summam equitum & peditum habeant, & quidem Landaw ist Anno 1545. & 1551. um 4. zu Fuß geringert worden / gibt solchem nach Monatlich zu Roß 2. zu Fuß 18. thut an Gelt 96. fl. zu Underhaltung deß Cammer-Gerichts jährlich 45. fl. Joh. Limnæ. *d. tom.* 4. *libr.* 7. *cap.* 28. *in fin.* de Weissenburgo vide *infra cap.* 56.

9 2. Ad Comitia semper hactenus fuerunt convocatæ & in iisdem sæpius comparuerunt, sessionem & votum obtinuerunt, sicuti de vocatione constat ex literis Cæsareis originalibus adhuc in manibus earum extantibus, prout vocatæ fuerunt 1. Novembris *anno* 1520. ad Comitia Wormatiensia, 5. *Septemb. anno* 1523. Norinbergam, 8. *Decembris*, 1532. Ratisbonam, 20. *Augusti. anno* 1535. & 29. *Aprilis anno* 1539. Wormatiam, 14. *Septembris anno* 1540. & 15. *Martii an.* 1546. Ratisbonam, 16. *Octobris* 1542. 14. *Novembr.* 1543. 13. *Martij* 1550. 22 *Januarii* 1554. 12. *Octobr.* 1565. & 1. *Februarii anno* 1570. Spiram, 13. *Novembr.* 1575. & 12. *Octobris anno* 1584. Ratisbonam & Dunchelspuhlam, 10. *Januarii* 1594. 23. *Augusti* 1597. 12. *Augusti* 1602. 7. *Septembr.* 1607. 29. *Decembr.* 1612 & 26. *Maij anno* 1640. Ratisbonam. In quibus etiam ipsos comparuisse constat ex ipsorum Recessuum Imperialium subscriptione, veluti Weissenburgum *anno* 1500. & utræque Civitates, *in annis* 1521. 1529. 1530. 1541. 1544. 1545. 1555. 1567 1582. 1594. & 1603.

10 Idem etiam obtinet in convocatione & comparitione ad Conventus Circulares & Probationum monetalium, quo nomine complures actus adduci & demonstrari possent, si opus foret. Imò etiam nuper ad conventum Pacificationis Osnabrugensis & Monasteriensis à Cæsarea Majestate convocatæ fuerunt 29. *Augusti anno* 1645. & in iisdem per Legatos suos comparuerunt.

11 Imò, 3. non solùm ab Imperatoribus, Electoribus, Principibus aliisque Imperii Statibus, omnibus, sed etiam ab ipsis Episcopis Spirensibus, pro liberis & immediatis Imperii Civitatibus & Statibus semper hactenus, sine ullâ contradictione, agniti & habiti fuerunt.

12 4. Neminem nisi ipsum Imperatorem & Imperium pro superiore agnoverunt, & in Rescriptis, Privilegiis, Mandatis, transactionibus aliisque literis Cæsareis, Imperatoris & Imperii fideles, Unser und deß Reichs liebe Getrewe vocantur.

13 5. Superioritatem territorialem, omnimodamque jurisdictionem in Cives suos obtinent & exercent, juraque sua Regalia, immunitatem, Privilegia, libertatem aliaque jura ab ipso Imperatore unicè & immediatè impetrarunt, nec quicquam simile ab Episcopo Spirensi vel petierunt, vel obtinuerunt.

6. Ipsæ hæ Civitates in Civitatibus & pagis, 14
omnibusque ditionibus suis, vi jurium territorialium, Regalium, Privilegiorum & omnimodæ jurisdictionis & libertatis, quo ad ipsum Episcopum, liberum Rerumpublicarum suarum habent Regimen & administrationem, Senatum liberè constituunt, aliosque actus jurisdictionales exercent.

7. Collectas, Steuras & Contributiones Im- 15
peratori & Imperio, sicuti reliqui Status liberi & immediati, immediatè solvunt.

8. Appellationes ab ipsarum judiciorum Se- 16
natus sententiis vel ad Cameram Imperialem, vel ad ipsum Imperatorem immediatè & unicè deferuntur.

9. Ipsæ Civitates hæ duæ in prima instantia, 17
non alibi, quam in Camera Imperiali, vel aulâ Cæsarea conveniri possunt, prout etiam ipsi Episcopi Spirenses & Præpositi Weissenburgenses ipsas in Camera Imperiali convenerunt, & ibidem processus, sine ulla contradictione vel protestatione, instituerunt, & ibi adhuc causæ indecisæ pendent.

Et denique 10. ipsi Episcopi & Præpositi nul- 18
lo unquam tempore in hisce civitatibus ullum aliquem actum jurisdictionalem exercuerunt, homagium nunquam receperunt, legem nullam præscripserunt, collectas non receperunt, mulctas nullas indixerunt vel acceperunt, appellationes nullæ ad ipsos delatæ, mandata ab ipsis nulla facta, nec aliqua comparitio secuta, delectus nullos, lustrationesve ipsi instituerũt, vel aliqua sequela facta, nec ullum alium actũ aliquem exercuerunt, ex quo aliqualis ipsorum jurisdictio præsumi possit. Ex prædictis autem actibus & argumentis libertatem & immedietatem Civitatum harum apertè & liquidò probari demonstrat Author *dict. deductionis pag.* 11. *& seq.* & constat ex traditis *supra libr.* 1 *cap.* 12. *per tot.* quo me brevitatis studio remitto.

Immediatam hanc Imperii subjectionem & 19
libertatem Civitatis Landaviensis apertè quidem impugnare non ausus est Archiepiscopus Trevirensis, respectu Episcopatus Spirensis, in protestatione sua 31. *Augusti anno* 1647. coram Notario & testibus facta, sed prætendit, quod postquam Civitas hæc ab Imperatore Ludovico Bavaro Episcopo Spirensi pro certâ pecuniæ summâ, & partim ex gratiâ Cæsarea fuerit oppignorata, & Episcopatus in civitatis possessione ad tempus quoddam fuerit constitutus, Civitas possessionem suam ultra memorialem libertatis suæ docere, & vigore Recessus Imperii *de anno* 1548. §. wann auch ein außgezogner 56. *& seq.* se in ea conservari petere non possit, sed ipse Episcopus potius jus habeat, cum ipse pecuniam istam oppignorationis nondum receperit, sed de possessione sua vi dejectus sit, restitutionem ante omnia petere valeat.

Verum author *d. deductionis* ad hoc respon- 20
det, civitatem Landaviensem oppignorationem hanc non negare, ejusque occasionem hanc asserit,

asserit, quod postquam Imperator Ludovicus IV. Bavarus cum Friderico Pulchro Alberti Austriaci filio, de electione diu bellum gessisset, & Fridericum superasset, ac contra Civitatem Landaviensem odium singulare propterea accepisset, quod una cum Civitatibus ad Landvogteiam Hagenoensem spectantibus aliisque confœderatis ab Austriacis partibus stetisset, ipsam civitati Spirensi, quæ ab ipsius partibus steterat, pro 5000. libris Hallensibus oppignoraverit, postea vero Civitati Spirensi aliam gratiam fecerit, oppignorationem hanc pro quinque millibus Hallensibus in Episcopum Spirensem transtulerit, ex quo tamen causam directi dominii & superioritatis non mutaverit, cum pignus dominii causam non mutet, ut dictum *infra lib. 4. cap. 1. num. 55.* sed immediata hæc subjectio, durante hac oppignoratione per ipsum Imperatorem Ludovicum confirmata fuerit, sicuti, ipsius literæ *infra num. 23.* relatæ docent.

Oppignoratio hæc usque ad Imperat. Maximiliani I. tempora duravit, & cum oppignorata civitas ab Episcopo nimium premeretur, Imperator Landvogteiæ Hagenoensis Præfecto Casparo Baroni von Mörßberg und Befort / mandavit anno 1509. ut Civitatem Landaviensem in libertate sua tueatur & contra vim injustam defendat, ut videre licet, *infra num. 24.* ac ipse
21 tandem Imperator anno 1511 civitatem quinq; mille libris Hallensibus redemit, à juramento, quo ipsi Episcopo obligata erat, liberavit, & in pristinam libertatem restituit, sicuti apparet ex documentis *infra num. 25 26.* relatis. Et quamvis propter illiquidum, quod ultra 5000. libras Hallenses pro roboratione oppignorationis factæ summæ titulis lucrativis Episcopatus ab Imperatore obtinuit, idque indicare noluit, lites postea judicialiter fuerint motæ, & cum Imperii jura concernerent, ad comitia tum proximè subsecutura, totam hanc causam Imperator remiserit, eaque usque ad Episcopi Philippi mortem indecisa remanserit, postea tamen ab ipsius successore Georgio Episcopo anno 1517. transacta, pro integra oppignorationis summa quietantia plenaria data, literarum oppignorationis restitutio facta, & ipsa Civitas in pristinam suam libertatem omnimodam redintegrata & restituta fuit, prout videre *infra num. 27.* Quod etiam attestatur Guilielm. Eisengrein *in Chron. Spirens. fol. 250.* ubi ita habetur: Emicho ex Comitibus de Leiningen & VVestrasia, Comes in Forbach & Riringen / Dominus in Lamsheim / & Durckheim / Nemetum Antistes, anno 1314. decernitur: Huic Ludovicus Imperator Dux Bavariæ impignoravit Landaviam pro certæ pecuniæ summa, quam divus Maximilianus dato multo ære ab Episcopatu liberam rursus exemit.

22 De VVeissenburgo, vide *infra cap. 56.*

Cives Landavienses zu Landaw / privilegati sunt contra omnia forensia tribunalia, ita, ut nullibi vel conveniri possint, vel arrestari, nisi coram Sculteto & judicio der Stadt Landaw / cujus privilegia Cæsarea de annis 1349. 1415. & 1565. extare scribit Gylman. *symphor. tom. 6. cap. 7. §. 24. pag. 190.* vid. Blum. *Proceß. Camer. tit. 47. tab. 6. rubr.* Landaw / *fol. 366.*

Imperatoris Ludovici IV. literæ de anno 1346. quod Civitas Landaw eadem Privilegia habere debeat, quibus Hagenoa gaudet. 23

WJr Ludwig von GOttes Gnaden Römischer Käyser / zu allen Zeiten Mehrer deß Reichs / Bekennen offentlich mit diesem Brieffe / daß Uns die Weisen und bescheiden Leute / die Schöpffen / der Rath und die Burger gemeinlichen zu Landaw / Unser liebe Getrewe / kundtlichen beweiset hand / mit Brieffen und Urkunden Römischer König und Käyser / Unserer Vorfahren seligen / **die Wür Jhn auch mit Unsern Käyserlichen Gnaden und Brieffen bestät haben** / daß dieselben Burger und die Statt zu Landaw / alle die Recht / Gnade und Freyheit hat / die Unsern und deß Reichs Burgern und der Stadt zu Landaw / von Römischen Königen und Käysern / und von uns verschriben und gegeben sind. Und darumb wollen Wür / und gebieten vöstiglichen bey Unsern Hulden / daß man in allen Stücken / wo sie an die von Landaw gefordert werden / und wo sie deß bedörffen / Jhre Recht und Freyheit zu beweisen / Nachvolge und in Nachvolger und Uberhörer gebe / in die Statt zu Hagenaw / und Wir dieselben Burger von Hagenaw weisend / daß ihr Statt Recht habe und gefreyt seye / daß sie von Landaw auch bey denselben Rechten und Freyheiten beleiben / und als die von Landaw / damit ihr Recht und Freyheit zubracht und beweiset / zu gleicher Weise / als ob sie das in ihrer Statt von Stück zu Stück zubracht hetten und beweiset / **was auch die vorgenanten Burger und die Statt zu Landaw besonderlicher Genad und Freyheit von Uns und Unsern Vorfahren hand / daß sie mit ihren besondern Brieffen mögent beweisen / wollen Wür / daß in derselben Gnade und Freyheit unzerbrochenlich und ohne allermänniglichs Widerrede und Jrrung beleiben und behalten werden.** Und deß zu Urkund / geben Wir mit Unserm Käyserlichen Jnsiegel versigelten diesen Brieff / der geben ist zu Speyer am Montag nach unser Frawen Tag / als sie gebohren ward / nach Christes Geburt / Druzehenhundert Jahr / darnach in dem Sechs und viertzigsten Jahr / in dem zwey und dreissigsten Jahre Unsers Reichs / und in dem Neunzehenden deß Keyserthums.

Imperatoris Maximiliani I. Decretum de anno 1509. quod Præfectus Hagenoensis Civitatem Landaviensem in libertate sua immediata tueri debeat. 24

WJr Maximilian / Erwöhlter von GOttes Gnaden / Römischer Keyser / zu allen Zeiten Mehrer deß Reichs / in Germanien / auch zu Hungarn / Dalmatien / Croatien / rc. König / Ertz-Hertzog zu Oesterreich / Hertzog zu Burgundt / zu Braband und Pfaltzgrave / rc. Enbieten dem Edlen / Unsern und deß Reichs lieben Getrewen Casparn / Freyherrn zu Mörßberg und Befort / Unserm Landvogt im

Nidern

Nidern Elsaß / Unser Gnad und alles gut. Edler / lieber / getreuer / Uns ist glaublichen angelangt / wie **Unser und deß Reichs lieben getrewen Burgermeister und Rath der Stadt Landaw / in viel und mannigfaltig Weg wider Recht und alle Billigkeit angelangt / beschwert und umgetrieben / und dardurch in Kosten und Schaden geführet werden** / das Jhn zu Nachtheil und Verderben gereichen solle / und Uns darauf demüthiglich angeruffen und gebetten / ihnen Unser Keyserlich Hülff und Fürsehung hierinn gnädiglich mitzutheilen. Weil nun die berührt Stadt Landaw Uns und dem Heiligen Reich ohne Mittel zugehörig / deßhalb Wür / wiewol dieses dieser Zeit andern verpfändet und zugestellt / so nicht desto minder beym Recht und Billicheit zu handhaben / und ihr Wohlfart und Aufnehmen zu fürdern billich geneigt seyn; Darum so befehlen Wür dir hiemit ernstlichen gebietend / **daß du die bemeldten Burgermeister / Rath und Gemeinde zu Landaw / und alle die / so ihnen verwandt seyn / oder zu versprechen stehend / sammentlich und sonderlich / auff Jhr Erfordern / Ansuchen und Begehren / von Unsern wegen und in Unserm Nahmen / bey Recht und Billicheit handhabest / und vor Gewaltsam und unbillichem Fürnehmen schutzest / schirmest und vertheidingest / und von niemand / wer der sey / beschweren / dringen oder beleidigen lassest** / sondern ihnen in allen ihren obligenden Notturfften / hilfflich / rathlich und beyständig seyest / und deß nicht lassest noch weigerst / daran thust du Unser ernstlich Meinung. Geben in Unser und deß H. Reichs Stadt Ulm / am dritten Tag deß Monats May / nach Christi Geburth Funffzehenhundert und im Neundten / Unser Reiche deß Römischen im Vier und zwantzigsten / und deß Hungarischen im Zwantzigsten Jahren.

25 Ejusdem Imper. Maximiliani I. Decretum & Testimonium de anno 1551 quod Civitatem Landaviensem quinque mille Hallensibus ab Episcopo Spirensi redemerit, & juramento liberaverit.

Wir Maximilian / von Gottes Gnaden / erwöhlter Römischer Keyser / zu allen Zeiten Mehrer deß Reichs / in Germanien / auch zu Hungarn / Dalmatien / Croatien / 2c. König / Ertz-Hertzog zu Oesterreich / Hertzog zu Burgund / zu Braband und Pfaltzgrave / 2c. Entbieten Unsern und deß Reichs lieben getrewen Burgermeister / Rath und gantzer Gemeind / Unser und deß Heil. Reichs Stadt Landaw / Unser Gnad und alles guts / liebe Getrewe: Als dieselb Stadt von weyland Unsern Vorfahren am Reich / dem Stifft zu Speyr um **fünff tausend Pfund Heller** verpfändet ist / und Wir die mit Erlegung solches Pfandschillings jetzt wiederum an Uns und das Heilige Reiche gelöst / und Euch dardurch der Gelübd und Eyde / damit Jhr demselben Stifft bißher verwant gewesen seyt / gäntzlichen entlediget / und davon insonderheit absolvirt haben / Jnhalt Unsers Keyserlichen Brieffs deßhalben ußgegangen. Demnach gebieten Wür Euch bey den Pflichten / damit Jhr Uns und dem Heil. Reiche natürlichen verwandt seyt / und Vermeidung Unser und deß Reichs schweren Ungnad und Straff / von Römischer Keyserlichen Macht ernstlich mit diesem Brieffe / und wollen / daß Jhr dem Edlen und Unserm und deß Reichs lieben Getrewen Caspurn / Freyherrn zu Mörßberg und Befort / Unserm Landvogt / und Hans Heinrichen Armstorffer / Unserm Zinßmeister zu Hagenaw / sammentlich oder sonderlich an Unser statt / und in Unsern Namen gelobet und schwöret / Uns und dem Heiligen Reiche / als euer rechten Herrschafft / mit und neben andern Stätten / in Unser und deß Reichs Landvogtey Hagenaw / getrew / gehorsam / und gewärtig zu seyn / zu dienen und zu thun als sich gebührt / und hierinnen nicht ungehorsamlich erscheinen / dardurch Wür nicht geursacht werden / ein ander Weg gegen Euch zu handlen / daran thut ihr Unser ernstliche Meinung. Geben zu Gengenbach / am Ein und zwantzigsten Tage deß Monats Aprilis / nach Christi Geburt Funffzehenhundert und im Eilfften / Unser Reiche deß Römischen im Sechs und zwantzigsten / und deß Hungarischen im Ein und zwantzigsten Jahren.

Ejusdem Imperat. absolutio à juramento, quo Civitas Landaviensis Episcopo obligata fuerat, de anno 1511. 26

Wir Maximilian / von Gottes Gnaden erwöhlter Römischer Keyser / zu allen Zeiten Mehrer deß Reichs / 2c. Bekennen als Unser und deß Heil. Reichs Stadt Landaw / von weiland Unsern Vorfahren am Reiche dem Stifft zu Speyr um **fünff tausend Pfund Heller verpfändet worden ist** / und Wür die mit Erledigung solches Pfandschillings jetzt wiederum an Uns und das Reiche gelöst / daß Wür dadurch Unser und deß Reichs lieb getrew Burgermeister / Rath und Gemeind derselben Stadt Landaw / der Gelübd und Eyde / damit Sie demselben Stifft verwandt gewesen seyn / gäntzlichen absolvirt und entlediget haben / absolviren und entledigen Sie der auch von Römischer Keyserlichen Macht Vollkommenheit wissentlich in Crafft diß Brieffs / der zu Urkundt mit Unserm Keyserlichen anhangendem Jnsigel besigelt und geben ist zu Gengenbach / am Neunzehenden Tage deß Monats Aprilis / nach Christi Geburt Funffzehenhundert und im Eilfften / Unserer Reiche / deß Römischen im Sechs und zwantzigsten / und deß Hungarischen im Zwey und zwantzigsten Jahren.

Episcopi Spirensis quietatio, quod Imperator Maximilianus I. Civitatem Landaviensem quindecim millibus, florenorum Rhenanorum redemerit, & libertati restituerit, de anno 1517.

Wir Georg von GOttes Gnad Bischoff zu Speyr / Pfaltzgrave bey Rhein / und Hertzoge in Beyrn / Und Wir Dechant und Capitul deß Thum-Stiffts daselbst / bekennen sammentlich und insonderheit für Uns und alle Unsere Nachkommen / ehegemeltes Stiffts / und thun kundt allermenniglich mit diesem Brieffe / Nach deme der Allerdurchleuchtigst / Großmächtigst Fürst und Herr / Herr Maximilian Römischer Keyser / unser Allergnädigster Herr / die Statt Landaw mit aller Jhrer Zugehörung / Nutzen / Renten / Gefällen / Stadtsteuren / Märcken / Burglehen / 27

ken/und aller andern Obrigkeit/ Hoch- und Nidern Gerichten / wie Wür dann die Unzher von Römischen Keysern und Königen / auch Ihrer Keyserl. Majest. Pfandsweiß innegehabt und herbracht/wiederum mit **Unserm guten Wissen und Willen um fünfzehen tausend Gulden Rheinisch zu Seiner Keys. Maj. und dem Heiligen Reich gelößt/ welches Pfandschillings Wür dann zu gutem völligen Unsern Vernügen wohlbezahlet und ußgericht sind** / auch alle die Pfandbrieffe/so Wür über die Stadt Landaw und andere Pfandstücke sagende inngehabt/zu benanter Keyserlichen Maj. Handen und Gewalt überlifert und hinuß gegeben/also daß die Uns und Unserm Stifft / auch Unsern Nachkommen nicht mehr nutz oder gut seyn sollen: So sagen Wür darauf für Uns und Unsere Nachkommen/ die bemelt Römische Keyserl. Majest. Unsern Allergnädigsten Herren / für sich und alle Ihrer Majestät Nachkommen Römische Könige und Keysern am Reiche / **deß vorbestimmten wohlbezahlten Pfandschillings der funffzehen tausend Gulden Rheinisch hiemit gantz freye / quit / ledig und loß**; Wür sagen auch Burgermeister / Rhäte und gantze Gemeinde der Stadt Landaw / und alle ihre Innwohner und Burger frey/ ledig und loß/ aller der Gerechtigkeit/so Wür bißher zu ihnen gehabt/und noch haben möchten / **Verzeihen Uns auch für Uns und Unsere Nachkommen in Krafft diß Brieffs aller Anforderung und Gerechtigkeit/ so Wür der angezeigten Verpfändung halben an die vorbemeldte Stadt Landaw mit aller Zugehörung / wie vor bestimmt gehabt haben / und biß auf diesen Tag gehabt haben möchten/in der allerbesten Forme/so das nach Vermöge aller Rechten am allerkräfftigsten beschehen und bestehen mag/Weisen sie damit wieder an die Römische Keys. Majestät / unsern Allergnädigsten Herren und das Heilige Reich/ in bester Forme / wie Wür das thun könnten oder solten.** Wir und Unsere Nachkommen sollen und wollen auch angezeigter und erlößter Verpfändung halben/und was deren anhangen möchte / auch aller anderer Außzüge / und sonderlich deß / daß Wür sprechen möchten / Wür weren der vorangezeigten Funffzehen tausend Guldin Pfandschillings nicht wohl bezahlt / oder hätten die nicht zu Unser und Unsers Stiffts guten Nutzen empfangen und gewendt/ kein weitere Anforderung mehr an die Römisch Keyserl. Majest. noch die Stadt Landaw und die Ihren haben/ sondern Uns dero gänztlich und gar hiemit verziegen und begeben haben. Dann Uns und Unsere Nachkommen nichts darwider beschirmen noch behelffen solle / weder Freyheit noch Gnade von Unsern heiligen Vättern den Päbsten/Römischen Königen und Käysern/auch allen andern Freyheiten/ damit Unser Stifft jezt gefreyet/ begnadet/ oder künfftiglich erwerben/ und das dem zuwider überkommen möchten/ dann Wür Uns deß alles mit samt dem Rechten gemeiner Verzeihung widersprechende/hiemit in Krafft diß Brieffs gänzlich verzigen und begeben haben wöllen/ alle Gefährd und Argelist hierinn vermitten/ und das zu einem offenen wahren Urkundt / Uns und Unsere Nachkommen aller obgeschriebener Dinge hiemit vestiglich zu halten und zu übersagen / so haben Wür Bischoff Georg obgenandt Unser Insigel: Und Wür Dechan und Capitul deß vorgemelten Stiffts/ Unsers gemeinen Capitels Insigel thun hencken an diesen Verzigs- und Quittungs-Brieffe/ der geben ist uf den Ersten Tage Aprilis, Anno Domini millesimo quingentesimo decimo septimo.

In Landaviam Epigramma hoc extat

Nicolaus Reusnerus.

Quod læti facunda parens Landavia Bacchi,
Quod frugum fructusq́; ferax, quod culta tot agris,
Præsidiis quod firma suis, opibusq́; superba est,
Magna quidem laus est, at laus est major habenda,
Quod studiosa Dei, veræ pietatis amatrix,
Quod legum cultrix, quod justi Præses & æqui,
Quod disciplinæ custos, & pacis alumna
Dicitur; hac omnes superat laus unica laudes.

CAPUT XXX.

Leutkirch / *Leutkircha.*

Summaria.

1. *Ubi sita, & unde nomen habeat.*
2. *Templum ibidem quando extructum.*
3. *Senatus qualis.*
4. *Est Civitas Imperialis.*
5. *Cives qualem negociationem exerceant.*
6. *Privilegium exigendi vectigalis habet.*

1 LEukircha, Leutkircha, Leutkirch/ sita est in Algoia ad amnem Eschach/ in planitie, prope quam tamen mons est der Hochberg dictus, ubi quondam castrum zum rothen Fahn/ sive Bolanda nuncupatum extitit, quod Romanorum VVilpartus, exulis cujusdam Romani Curii filius quartus extruxisse, & Leutkircham dixisse fertur, referente ex Thoma Leyrer *in Chron. Suev.* qui ipsum Imperatorem dicit, Zeiler. *in Chron. Suev. pag. 315.* ubi tamen addit, verisimilius esse, Civitatem hanc à templo ibidem extructo, quod totius provinciæ id commune fuerit, & plures homines ibidem convenerint, quasi plurium hominum templum dictum fuisse, daß die Pfarrkirch allhie zu S. Martin / deß gantzen daselbst herum gelegnen Landes Pfarrkirch gewesen sey/ so noch viel Kirchen uf dem Lande unter sich/ und grosses Einkommen hat/ und daher von so vielen Leuthen/ die dahin pfärrich / sie/ und also folgends auch die dabey auffkommene Stadt / den Nahmen Leuthkirch bekommen habe/ quasi vieler Leuth Kirch.

2 Quando autem templum hoc ædificari cœperit, non constat, verisimile tamen est, id tunc temporis extructum fuisse, cum Suevia ad Christianismum fuit conversa, Zeiler. *d. l.* Ejus loco hodie aliud templum magnum extat, quod Catholici in Landvogteia juxta transactionem de *anno 1562.* tenent, & *anno 1514.* ædificari cœpit, ad cujus constructionem Parochiani in civitatem, vel cultus divini, vel mercatus, aliave de causa adeuntes, lapides adportasse & advexisse feruntur. Templum in quo Augustanæ Confessioni addicti cultum suum sacrum exercent, *14. Martii anno 1613.* extrui cœpit, ad cujus constructionem Cives liberaliter operam & pecuniam suam contulerunt, reliqui sumptus ex communi civitatis ærario collati fuerunt, & *1. Februarii Anno 1615.* opus perfectum & Sacræ Trinitati addictum fuit, Zeil. *d. Chron. Suev. pag. 318.*

3 Senatus hujus Civitatis maximam in partem Augustanæ Confessioni addictus est, & duodecim personis constat, ex quibus duo sunt Consules, unus Prætor, & novem Senatores, qui omnia Civitatis negotia peragunt, Zeiler. *d. l. pag. 317.*

Est Civitas Imperialis, & Imperio immediatè 4
subdita, ad Comitia vocatur, in iisdem comparet, votum & sessionem habet, & in Imperii albo, sive Matricula continetur, ist anno 1545. & 1551. um 1. zu Roß/ und 4. zu Fuß geringert worden/ gibt solchem nach monatlich zu Roß 1. (Zeiler. setzet nichts zu Roß) zu Fuß 14 (Zeiler setzet 10.) thut an Gelt 68. fl. gibt Jährlich zu Underhaltung deß Käyserlichen Cammer-Gerichts 37½. fl. Limnæ. *de jur. publ. tom. 4. libr. 7. cap. 30. pag. 247.*

Cives agriculturam & linteariam negociationem exercent, eaque se suosque alunt, quæ 5
ante bellicas hasce calamitates admodum erat frequens. Civitas nobile jus venandi habet, ex singulari Privilegio etiam in ipsa Landvogteia, teste Zeil. *d. Chron. Suev. pag. 318.*

Privilegium ab Imperatore Maximiliano I. 6
anno 1514. exigendi vectigal adquisivit, cujus tenorem refert Johan. Limn. *de jur. publ. tom. 4. lib. 7. cap. 30.*

(o)

CAPUT XXXI.

Lindaw/ *Lindavia.*

Summaria.

1. Lindavia unde nomen habeat?
2. Ejus situs.
3. Est quasi Venetia quædam Suevia.
4. Lacus ambitus qualis.
5. Origo Civitatis unde.
6. An Aeschach *antiqua Civitas in hanc translata.*
7. Murus gentilium vetustior, quàm structura Cœnobii.
8. Lindaviæ asylum quale.
9. Civitas an Abbatissæ & postea Sueviæ Ducibus subdita fuerit.
10. Quod negatur, & ad Comitem Bregantinum pertinuisse demonstratur.
11 Murus gentilitius & castrum monasterio non conveniunt.
12. Abbatissa superioritatis signa nulla habet.
13. Est Civis Lindaviensis.
14. Quomodo à Bregantinis liberata Civitas, & num. 15. 16.
17. Quidam tantùm Cives Lindavienses Abbatissæ emphyteutæ sunt.
18. Olim tota ferè Civitas conflagravit.
19. Civitatis commoditas & amœnitas.
20. Parochiale templum quando extructum.
21. Ejus cura & jus patronatus ad Civitatem pertinet.
22. Est Civitas Imperialis, & in Imperii Matricula continetur, & in comitiis comparet.
23. Comitia ibidem celebrata.
24. Habet jura territorialia, regalia, vectigalia, &c.
25. Collectas exigit & Imp immediatè solvit.
26. Statuta liberè condit.
27. Habet jus cudendi monetam, & exigendi vectigal.
28. Habet Vogteiam, quæ alienari nequit, & num. 50.
29. A judiciis provincialibus exempta est, & num. 51. 54.
30. Homo servilis conditionis Lindaviæ per annum subsistens, liber fit, & num 52.
31. Cœnobium prædium adquirens intra annum id vendere tenetur, & num. 53.
32. Debitores beneficiis juris renunciantes ubique locorum conveniri possunt, & n. 55.
33. Bona collectis semel subdita, perpetuò obligata manent.
34. Habet & alia Privilegia.
35. Regimen Civitatis quale sit.
36. Error Reusneri detegitur.
37. Seditio Lindaviensis qualis, & num. 56. & 57.
38. Civitas distributa in octo tribus.
39. Abbatissa in pagis quibusdam Lindaviensibus quatuor hobas colonarias habet.
40. Harum Advocatia ab Imperatoribus variè oppignorata & tandem ad Lindavienses rediit.
41. Privilegium de advocatia hobarum istarum

rum non alienanda, vel oppignoranda, sed Civitati relinquenda.

42. *Comiti Montfortensi earum reluitio concessa, quo nomine varia lis orta.*

43. Keelen-Höff *& Keller / quid sint, & num. 44. 45.*

46. *Ecclesiastici etiam in alienis territoriis hobas colonarias habent, & num. 47.*

48. *Cellæ quid.*

49. *Ex tenore pacificationis Osnabrugensis oppignorationes, & pagi adempti Civitati restituendi sunt.*

58. *Recessus Executionis contra Abbatissam.*

59. *Recessus Executionis* wegen der Keelen-Höff.

1 Lindavia, Lindavum, Lindoia, Lindovia, Lindaugia, & Lendaugia, Lindaw/ à tiliis in pratis & Insula ibidem olim magna copia repertis, ita dicta videtur, von den Linden/ & à pratis, sive pascuis, vulgo Aw/ quasi Linden Aw / & contracte Lindaw/ Reusner. *de urbib. Imperial part. 2. c. 18.* Johan. Limnæ. *de jur. publ. tom. 3. libr. 7. c. 9. n. 2.* Id quod etiam Civitatis hujus insignia demonstrant, de quibus *infra n. 35.* Alii etiam ab appulsu, vom Anländen/ dictam putant, propterea, quod Adalbertus de Rorbach / Caroli Magni cognatus, è tempestate periculosa in hanc Insulam elapsus, ibidem monasterium condidit, idque ab appulsu, vom Anländen / oder Zulendung in diese Aw/ Lindaw/ quasi Lindaugiam appellavit, ex quo postea Lindavia dicta, Cruf. *annal. Suev. libr. Paralipom. cap. 20. pag. 85.* Martin. Zeiler. *Chron. pag. 321.*

2 Sita est hæc Civitas, non ad lacum Bodamicum, sed in ipsa Insula lacus Acronii, sive Bodamici, quem Acronium Bodensee/ Beccanus, Plinius Brigantinum, Bregentzer See/ vulgus Constantiensem, den Costantzer See/ nominat, Cruf. & Reusner. *d. loc.* Situ est communito, omnique ex parte ad aspectum præclaro, fluctibus undarum tota circumfusa, omnique aditu circumcisa atque dirempta, ut nulla sui parte continentem tangat, in qua ponte lapideo *290.* passuum, ante bellum tricennale pons erat totus lapideus, nunc ferè tertiam, partem tantùm, rursum oræ crepidinique annectitur, ex altera verò parte pars oppidi, quæ appellatur Insula, ad occidentem conversa, vineis undique consita, fossâ muroque disjuncta augusto, ponte rursus duplici adjungitur atque continetur,

3 Cruf. *d. l.* & ita quasi Venetia quædam Sueviæ est, das Schwäbische / sive das Teutsche Venedig/ Zeiler. *in contin. itiner German. cap. 15. num. 27. pag. 340.* in cujus prope finibus positum, Algoiæ & Helvetiæ conterminum est: Respicit ab ortu Algoiam, ab occasu Helvetiam, à meridie Rhætiam, & ex parte Italiam, à Septentrionibus Sueviam, Cruf *d. cap. 20. in princ.* Et putatur ea esse, in qua Privignus Augusti Tiberius castra & navale contra Vindelicos habuerit, Cruf. *d. cap. 20.* Et cum aquis undique circumdata, non ita facilè expugnari & occupari potest, sicuti *anno 1647.* à Suecis ad novem septimanas, re infecta, obsidione cincta fuit, cum *anno 1631.* suburbium ad pontem unâ cum multis ædificiis, majoris fortalitii causa, Suecis appropinquantibus demolitum fuisset.

4 Lacus hujus Bodamici ambitus amplius trecentorum stadiorum, trajectus autem ferè ducentorum: Et Insulam habet, ex qua Tiberius navali pugna cum Vindelicis pugnavit, Strabo *lib. 4.* Per quem lacum vehuntur navigia præalta, ampla, ponderosa, earumque multa quotidie ferè, velis albis, Lindaviam, multis cum hominibus & mercibus ex Rhætia, Helvetia, Italia, & importatur vinum, frumentum & alia. Aqua lacus dulcis & pellucida, & piscium varii generis feracissima, quæ licet per totum lacum non congelescat, hoc tamen accidisse *anno 1573.* ut transeuntibus loco navium, onustissimis etiam plaustris opus fuerit, refert Cruf. *d. cap. 20. in med.*

De origine hujus Civitatis non constat, & 5 cum aliis multis Civitatibus, aliisque rebus innumeris hoc commune habet, ut ortum suum nesciat, orta tamen sit, & manserit, Auctor *actor. Lindaviens. pag. 86. in fin. & seq.* Et quidem con- 6 stat Lindaviam ex Civitate antiqua Aeschach/ in Insulam hanc translatam esse, d. Author *actor. Lindaviens. pag. 548. circa med.* cum & Strabo referat, à Romanis Insulam hanc, in qua urbs sita est, Rhætis devictis, fuisse occupatam, ex eoque loco munito Drusi fratrem Tiberium contra Vindelicos bellum gessisse, & sic oppidum recentia tunc initia habuisse, quam Romani occupatam muniverint, ut sibi contra Vindelicos propugnaculo esset, idque circa Imperatoris Octaviani tempora, id quod etiam vetustissimus murus, qui pedestri itinere oppidum ingredientibus ad dextram est, & Gentilium murus, die Heydenmaur vocatur, nec non vetustissimum munimentum, die Burg dictum, denotant, & Romanorum opus demonstrant, quo etiam veteribus temporibus contra Alemannos usi fuerunt; hi verò postea loco potiti, Romani nominis odio, eidem vastationem intulerunt, Crusius, *Suev. annal. libr. 2. paraleip. cap. 20.* ubi addit, quod deinde *anno 810.* circiter, Adalbertus de Rorbach / Caroli Magni cognatus, à tempestate periculosa in hanc Insulam delapsus, Monasterium Divæ virgini, ex voto condidit, ubi Nobiles virgines receptæ sunt, quæ nubere possent, confirmato autem hoc cœnobio circa *annum 866.* ab Imperatore Ludovico II. quibusdam immunitatibus, multisque adhuc peregrinationibus, religionis ergo fientibus, ædificia etiam aliorum accesserunt, veluti Cauponum & Institorum, & deinceps vicus inde & successu temporis oppidum factum est, ex Brusch. Cruf. *annal Suev. lib 9. part. 2. c. 10. pag. 473. princ.* Reusner. *de urbib Imperial. d part 2. c. 18.* Limnæ. *de jur. publ. tom. 3. lib. 7. c 29 n. 4.* Author *actor. Lindaviens. fol 31.* ubi ait, daß 1. die Insul Lindaw / lang vor Erbauung deß

Stiffts bewohnet/ und gen Aeschach in solche Insul ge-
hörig gewesen sey. 2. Daß dem Stifft niemahls der
gantzen Insul Grund und Boden / sondern nur ein
portion, oder Theil daran überlassen/ und daß 3. noch
viel weniger dem Stifft / die weltliche Superiorität/
oder universalis Jurisdictio über solche Insul ver-
gabet; Am allerwenigsten aber 4. ihme dem Stifft ei-
nig Jus territoriale, oder auch eine Leibeigenschafft
über die in solche immigrirende Aeschacher/ eingeräu-
met oder nachgesehen worden; Sondern daß 5. die
Stadt ihr Autonomiam, oder eigene Obrigkeit in
die Insul mitgebracht/ und biß dato unter dem Namen
Lindaw/ besten Vermögens erhalten hab. Et *pag.87.*
in princ. & fol.36 post princ. itemque *fol. 548.* tra-
dit, quod ex rotulo ab ipsa Abbatissa exhibito,
constet, Æschacenses ante Monasterii funda-
tionem extitisse, & parochiale templum ad Di-
vum Petrum, in Insula situm, ducentis annis
Monasterio prius ac vetustius, ad ipsos Æscha-
censes spectasse; denique ipsos post extructio-
nem Monasterii exactis ducentorum præter
propter annis, Coloniam in Insulam juxta Mo-
nasterium duxisse. Et murum istum Gentilium,
die Heidenmaur/ itemq; die Burg/ longè vetustio-
rem esse, quàm structuram Cœnobii, ac tempore
Romanorum, vel à Tiberio Nerone, vel Con-
7 stantio, Constantini Magni filio, pro præsidio
& receptaculo, contra ipsorum hostes Vinde-
licos extructum, ipsumque murum & castrum
non solum extitisse, sed alia quoque ædificia
ibidem posita, atq; inde postea Civitatem origi-
nem duxisse, verisimile esse, demonstrat Author
actor. Lindaviens. pag.31. in fin. & seq. cujus rei ex-
empla adducit Lauingen/ Gundelfingen/ Dillingen/
Weissenhorn/ Hochstat/ Donawert und Güntzburg/
Joh Basil. Herold. *de Roman. in Rhæt. litor. statio-*
nib. Et extant ad lacum Bodamicum Bregentz/
Arbon und Costantz/ de quibus Beat. Rhenan. *rer.*
German. lib.1. princ. Stump. *Chron Helvet. libr.30. c.*
36. & libr.5. c.9. & 10. Et Cives Æschavienses li-
bertatem suam secum in Insulam Lindavien-
sem transtulisse, eamque à Comite Hugone von
Bregentz emisse, docet d. Author *actor. Lindav.*
pag.57. & seq.
8 In cœnobio Lindaviensi asylum est, imò to
tum oppidum hodie pro asylo est naviganti-
bus, qui vim tempestatis patiuntur, quibus Ci-
vium opitulatur humanitas, ut portum tutò
consequantur, Reusner. *d. cap.18.*
9 Civitatem hanc Abbatissæ monasterii subje-
ctam fuisse, deinde à Sueviæ Ducibus posses-
sam, sub tutelam & potestatem Imperii Roma-
ni pervenisse, censent Reusner. *d. l.* Limnæ. *d.*
tom.3. lib.7. c.29. n.4. secuti Crusium *annal. Suev.*
part.3. libr.2 cap.15. Dresser. *Isagog. histor. part.5. de*
præcip. German. urb. rubr. Lindavia. & ex eo Le-
henman. *Chron. Spirens. libr.4. cap.4. f.288.* §. Lin-
davium Bodensee. Verùm hosce errare, & Lin-
daviam Abbatissæ, & Ducibus Sueviæ nun-
quam subjectam fuisse, latè demonstrat Author
actor. Lindav. pag.40. ubi notat, apud illos scrip-
tores, ex quibus Crusius prætensam hanc sub-
jectionem exstruere cupiat, ne jota quidem hac
de re reperiri, adeoque Crusium hac in parte
planè singularem esse, imò assertionem ejus
ex Privilegio Imper. Rudolphi I. in quo jam
tum *anno 1275.* Lindaviam pervetustam esse
Imperii Civitatem, profitetur, refelli. Et *pag.*
565. ubi ait, quod in prætenso privilegio mo-
nasterii, ubi bonorum ejus mentio fit, nihil de
ullo Burgo vel oppido, (vel etiam de tota Insu-
la, *fol.33.*) dicatur; sed tantum de Ecclesiis, cur- 10
tibus, aut locis vel agris, seu reliquis possessioni-
bus, quæ memorato monasterio subjaceant.
Deinde notum est, Hermannum Sueviæ Du-
cem *anno 948.* Lindaugiam exussisse, & Brigan-
tium vi cœpisse, Guler. *in Rhæt. libr.8. fol 106. in*
fin. procul dubio omissurus, si Lindaugia ad
monasterium illud, & non ad Comitem Bri-
gantinum pertinuisset. Præterea ipse Crusius
annal. Suev. part.2. libr.4. cap.1. pag.100 refert, Jo-
hannem Comitem Lindaugiensem (is verò
non alius, quàm Brigantinus) sub signis Hen-
rici Aucupis Cæsaris (non Hermanni Ducis
Sueviæ) militasse contra Vandalos *anno 936.* Et
dum Rex Rudolphus I. libertates à D. recorda-
tionis Imperatoribus & Regibus suis prædeces-
soribus, Lindaugiensibus, tanquam civibus
Imperii, traditas & concessas allegat; quos a-
lios, nisi Cæsares ex Sueviæ Ducum familia
prognatos intelligit? Porrò quis credat, Lin-
daugienses à Montfortiis ægrè ac vix redem-
ptos, statim se muliebri Imperio iterum manci-
passe? Aut Duces Sueviæ, religiosissimos Prin-
cipes, Cives istos monasterio ereptos sibi vindi-
casse? Denique si vel ad monasterium, vel Du-
catum Sueviæ peculiariter pertinuerunt Lin-
daugienses, cur Advocatia vel Kasten-Vogtey
urbis, tanquam antea (non nuper) ad Imperi-
um pertinens, à D. Rudolpho confirmata est.
Adde quod supra dictus murus gentilitius ro- 11
bustissimus, die Heydenmaur/ itemque die Burg/
Monasterio virginum minime conveniunt, &
evidenter probant, munitam adeò Insulam
Monasterio nequaquam subfuisse, sed saltem 12
ejus partem, quantum videlicet ejus opus fuit
Monasterio, eidem attributam fuisse. Cui ac-
cedit quod Abbatissa nulla superioritatis ali-
cujus territorialis signa in Civitate hac obti-
neat, hat wegen der Gefängnus/ Stock/ Galgen oder
einige andere Signa oder umbram Jurisdictionis,
ut in actis Lindaviensibus passim videre est:
Hingegen hat die Stadt auf dem Closter-Thurn die
Nachtwach/ den Nachschlag und andere Jura, davon in
gedachten Actis Lindaviensibus, und im Lindawi-
schen Friedens-Executions Recess zu sehen. Et 13
quamvis Abbatissa Principissæ titulo gaudeat,
nihilominus tamen ad trecentos ferè annos
Civis Lindaviensis extitit, & Civitati annuam
Steuram exsolvit.
Verius igitur est, Civitatem, sive villam Ae- 14
schach/ & ex ea natam Lindaviam, primitus Co-
mitibus Bregantinis paruisse, & ab iisdem,
& quidem Hugone Comite Bregantino li-
bertatem accepisse & emisse quadraginta &
duabus marcis auri & argenti, prout attestan-
tur d. Author *actor. Lindaviens. pag. 57. ad fin. &*
pag 613. in med. Besold. *thes. pract. verb.* Lin-
daw. *pag.521. & seq.* Münster *Cosmograph. libr.3.*
cap.239. pag.788. ubi ita scribit: Solchem nach ha-
ben sich dem Closter nach viel Wohnungen / Kra-
mer und Würthshäuser / und der Leibleuth ab dem
Land

Land in die Insul gezogen / und ist mit der Zeit ein Castel oder Fleck nicht weit von dannen gegen Mittnacht am Gestadt gelegen/ (jetzund Ischacha genant) abgangen/ und die Burger desselben Orts / haben sich auß Rath eines under ihnen/mit Nahmen Schönsteins von ihrem Halßherrn Hugs / Graffen zu Bregentz/ um 42. Marck / halb Gold und halb Silbers (auß welchem Gelt/ als zwischen gemeltem Graffen und denen von Embs Uneinigkeit entstund/das Schloß Bodtman von erst unden am See erbawen und erneuert soll worden seyn) abgelöset und ledig erkaufft/2c.

15 Idem quoque habetur *in Chron.* Thom. Lyreri, ubi legitur; Das Haug (deß Herrn von Bregantz Sohn) was in seinem Castel Lindaw / das lag danzumahl nicht im See/ da hat einer von Embs eine Tochter/ hieß Eva/die was gar schön/ der nam die und macht sie schwanger / da was ein Mann in der Stadt gesessen / hieß Schönstein/ der gab denen von Lindaw den Rath/ daß sie mit ihrem Herrn Hugo redten/ daß er etwa viel Gelts von ihnen nemme/und sie frey sagte/ so wolten sie ihme helffen/ daß er ein Vestin und Wohnung bauwete/ und sein lieb Frawen darauf setzete/ daß sie sicher wer/daß sein Freund ihr nicht leyd theten/ das trieben sie so lang / daß er mit ihnen eins ward um 42. Marck/halb Gold und halb Silber/ damit bawet er ein Vest/hieß Bodtman/ da sein Vatter starb/ da nahm er sie zur Ehe/ und hat mit ihr drey Söhne / und wolten die Herrn von Rothensan nicht Erb lassen seyn/er war gar einfeltig/ und der von Rothensan überkam mit ihm um das Erb/und gab ihme Melchingen seines Bruders auß der seligen Reichenaw/ Fluchthauß/ und gab dem Abt darum 21. Marck Silbers/und nam Bregentz ein mit allem Land und Zugehör.

16 Idem ex anonymo quodam in collectaneis manuscriptis refert Besold. *d.verb.* Lindaw. *pag. 522.* his verbis: Hugo, Hugonis Comitis Brigantini filius, sub Henrico III. floruit; quo tempore Cives Lindoviæ continua inundatione lacus afflicti, liberantes se à potestate Comitis 42. marcis argenti, relictis ædibus in Insulam Lyndoviensem se receperunt, ubi monasterium fuerat Canonissarum liberarum, ab Adelberto Comite à Buchhorn naufragium evadente, constructum, cui ædiculas conjungentes affluentibus ex locis aliis compluribus, brevi oppidum effecere, quod hodie Imperiale est, & Lindovia dicitur. Alii autumant, Lindaviensis Civitatis fuisse occasionem, quod compressisset Nobilem è Bodmen, fugiens iram patris, Lindovienses accepta pecunia exemisset *anno 1166.* Et addit Besold. *d. l.* ex similibus fragmentis privatis manuscriptis, Zur selbigen Zeit / anno scilicet 1066. war ein Stadt vor der Insul gelegen/biß an den See herab gebawet/ die hieß Eschach/ und gehörte dem Graffen von Bregentz/ die verbrann gantz und gar. Da war ein Burger daselbst N. Schönstein/der rieth/man solte sie von dem Graffen kauffen/und ledig machen/das geschach und gaben dem Graffen 42. Marck/ halb Silber und halb Gold/ das nam Graff Haug von Bregentz/ und bauwet/ oder bevestiget damit Bodman/damit er von denen von Embs sicher wäre/ dann dieselbe ihme von wegen eines Heuraths bevehden. Als nun diß geschehen / seynd die Burger auß dem verbrandten Castell Eschach in die Insul zur Abtissin geruckt / und ihre Emphyteuten worden: Dahero dann noch der Bodenzinß auf den Häusern / die sie nicht von der Fraw Abtissin frey gemacht haben/ stehet/ und damit auch die newe Stadt desto mehr zunemme/ist das Closter auch zu einer Freyung gemacht worden. Anno 1076. addit Besoldus, ist Lindaw das Castel / das da noch nicht in der See stund / consilio deß Schönsteins / vom jungen Graff Haugen von Bregentz (der doch Montfortisch war) frey erkaufft worden/um 52. Marck/halb Silber/ halb Gold/ von welchem Gelt darnach Bodtman/ das Schloß erbauet worden. Hactenus Besoldus, 17
cujus tamen sententia de Civibus Lindaviensibus, quod videlicet Abbatissæ seu monasterii Emphyteutæ effecti fuerint, si indefinitè, seu universaliter de omnibus civibus intelligatur, falsa esse deprehenditur ex iis, quæ supra ex actis Lindaviensibus allegata sunt. Cur enim non tota Insula, sed saltem aliqua ejusdem pars Monasterio, ut supra dictum, à fundatore dotis nomine attributa fuerit, ideò non omnes, sed aliquæ saltem ædes, videlicet illæ, quæ isti parti consensu Abbatissæ inædificatæ fuerunt, censiticæ factæ sunt & eo nomine Abbatissæ certum quendam censum annuum, exiguum licet, puta trium, quatuor vel quinque solidorum (vulgo Schilling/ so 14. gemeine Pfenning macht) quotannis solvunt. Sunt quidem etiam aliquæ aliæ domus; nec non prædia & vineæ quædam civium Lindaviensium, quæ Abbatissæ censiticæ vel emphyteuticæ sunt: Verùm hæc onera & reditus non ex prima fundatione Monasterii originem habent, sed demum successu temporis, per donationes mortis causa, sive per legata ad pias cuasas, alisve modis, idque ferè clam & in præjudicium Privilegii à Rudolpho I. Lindaviensibus concessi, à Monasterio impetratæ sunt, ut notat Auctor *actor. Lindav. fol. 34. post princ. & fol. 391. circa med.*

Die *7. Martii Anno 1264.* tota fere conflagravit, Crus. *annal. Suev. libr. 2. part. 3. c. 15. ad fin.* Idemque *anno 1347.* contigisse, ventoque magno & incendio in oppido Lindaviensi coortis, multas domos & homines paucis horis conflagrasse, idem refert Crusius *libr. 5. part. 3 c. 1.* Et Lindaviam *anno 1048.* concrematam esse *nonar. Julii*, scribit Heppidan. cœnobit. *in annalib.* Et Guler. *in Rhæt. lib. 8. fol. 106. in fin.* refert, quod *anno 948.* Sueviæ Dux Hermannus Lindoviam incéderit, & castrum Bregantinum, Imperatoris Ottonis auxilio occupaverit. Cujusmodi combustiones an de Cœnobio, an verò de Civitate Lindaviensi intelligendæ sint, incertum est, confer Author. *actorum Lindav. pag. 216. in med.* 18

Civitas hæc multis egregiis ædificiis est ornata, aquis, castro, mœnibus, turribus, palis circumfixis, armamentario denique instructissimo præclarè munita. Habet in territorio suo præcipuè septentrionem versus agros, prata, hortos, montes vitiferos, pagosque multos, unà cum arce Giessen, quæ tribus horis à Civitate distat, & ad eandem proprio jure pertinet, in ejusdemque territorio complures Nobilium ædes & habitationes reperiuntur. 19

Aër salubris est, quoniam æstate terram copiosa aqua tegit, hyeme etiamsi aqua aliquatenus evanescit, sole ad Austrum recedente, evaporatio nulla est pestifera, frigore sordes constringente. Multi quoq; intra oppidum fontes sunt aquæ salubris, quæ tubis è mediterraneo solo longe inducuntur; Amœnitas & salubritas loci magna, ventis perflabilis.

20 Anno 1180. Parochiale templum S. Stephani è regione Marianæ Basilicæ situm, ædificari cœptum esse, ex Bruschio Crusius *annal. Suev. lib. 9. part. 2 cap 10.* refert. Etsi verò de tempore ex actis Lindaviensibus nihil constet, illud tamen certum est, quod cives Æschacenses conflagrato oppido Aeschach / cum autonomia sua, post ducentos à fundatione Monasterii annos, adeoque circiter annum Christi millesimum, in Insulam Lindaw transportatâ, insuper etiam templum suum D. Stephano sacrum eò transtulerint, atque hoc parochiale templum, è contra supra memoratum templumPetrinum, diu ante fundationem Monasterii in Insula ædificatum & à Civibus Æschacensibus ante combustionem oppidi Aeschach frequentatum, filiam S. Stephani esse voluerint, *Acta Lindav. fol. 548.*

21 Hujus templi aliarumque Ecclesiarum & Hospitalis, Advocatiæ cura & administratio ad ipsum Civitatis Consulem & Magistratum unicè pertinet, qui ipsis è Senatu & Civibus singulares curatores & Inspectores præficit, Auctor *actor. Lind. pag. 40. in princ.* ubi scribit, das ad oculum zu belegen / daß Burgermeister und Rath zu Lindaw über S. Stephans Pfarrkirchen / über das Barfüsser Closter / über der Schwestern Samblung / über die Caplaney zu S. Peter / über die Closman / über den Spital / etc. à prima ipsorum origine, die weltliche Superiorität und Verpflegschafft ihrer Güter / hergebracht / etc. & *pag. 225. post med. & pag 560 post princ.* sicuti etiam ipsum jus patronatus ad Civitatem spectat. Author *d. act. Lindav. pag. 158. in fin.* ubi etiam notandum, quod Ecclesia filialis ad D. Petrum hodie non frequentetur, & sine usu & exercitio existat; E contra Cives, qui ad unum omnes Augustanæ Confessioni addicti, templum parochiale ad D. Stephanum, nec non Minoritanorum monachorum die Barfüsser Kirch frequentant, extra urbem autem exercitium Augustanæ Confessionis à Senatu in duobus pagis Lindaviensis territorii sustinetur & colitur.

22 Civitatem hanc esse Imperialem, & Imperio Romano-Germanico immediatè subjectam, ipsa Imperii Matricula, cui inscripta; manifestè probat, sicuti & ipsi Recessus Imperii, ex quibus apparet, eam ad Comitia vocatam, in iisdem comparuisse, votum & sessionem habuisse; ist anno 1545. und 1551. um 3. zu Roß / und 32. zu Fuß geringert worden / gibt solchem nach monatlich zu Roß 3. zu Fuß 40. thut an Gelt 196. fl. Zu Unterhaltung deß Cammergerichts / gibt sie jährlichen 100. fl. Joh. Limnæ. *de jur. publ. tom. 4 lib. 7. c. 29. p. 244. n 3.* In nuperis Comitiis Ratisponensibus *an. 1641. & 1654.* uti & in conventu Pacificationis Osnabrugensis *an. 1648.* Legatum suum habuit, Virum Nobilissimum & experientissimum D. Valentinum Heiderum, cujus parens Daniel Heider, JC. & hujus urbis per *46. annos* Consiliarius & Syndicus fidelissimus, sæpe memorata Acta Lindaviensia, magnâ industria, nec minore labore conscripsit, & rarò exemplo binos filios, prænominatum nempe Valentinum & Jacobum, utrumque juris utriusq; Doctorem (illũ quidem per septendecim, hunc verò per septem annos) collegas habuit & post se superstites reliquit.

Anno 1496. Lindaviæ Comitia sunt celebrata, 23 quorum initium die Martis ante nativitatem Mariæ, & finis Jovis post Dominicam Esto mihi *anno 1497.* in quibus Ordinatio Cameræ Imperialis concepta fuit.

Proprium & certum suum habet territori- 24 um, non tantum intra ipsam Civitatem & ipsa mœnia, vel potius septa & palos suos, sed etiam extra civitatem ipsam, Author *actor. Lindav. p. 71. in med. & p. 625. circa med.* & in eo regalia, jurisdictionalia, oppidalia & libertatis jura omnia, d. Author *pag. 63. in med.* nec non Vectigalia, jus conducendi, Forestæ aliaque similia, d. Auth. *pag. 106. in med. & seq & p. 113. & seq.*

Collectas tam ordinarias, quàm extraordi- 25 narias civibus suis & bonorum possessoribus, imponit, & ab iisdem exigit, d. Author *pag. 103. in fin* easque Imperiales scilicet, Imperatori & Imperio, sicuti aliæ civitates Imperiales immediatè adhuc, sicuti olim solvit: *anno 1415.* ab Imperatore Sigismundo singulari Privilegio obtinuit, ut imposterum pro ordinaria collecta, sive Steura Imperii, Reichssteur / ducentas libras Hallenses solvat, d. Auth. *actor. Lindav. pag. 631. post princ.* Zeiler. *Chron. Suev. pag. 575. Vid. sup. 2. 17. 22.*

Statuta præterea liberè hactenus condidit, 26 *d. Auth pag. 89. & seq.* nec non proclamata & edicta publica, etiam in pagis Aeschach / Schönaw / Rickenbach / Ober-Reitnaw promanavit, d. Auth. *pag. 134. post princ.*

Alia quoque quàm plurima ob virtutem Pri- 27 vilegia ab Imperatoribus impetravit, veluti jus cudendi monetam, Nic. Reusn. *de urbib. Imper. part. 2. cap. 18.* & exigendi vectigal, *d. act. Lindav. pag. 450. in med.*

Ipsa Civitas Vogteiam, die Casten Vogtey / ha- 28 bet, quam alienari non debere, singulari Privilegio cavit Imper. Rudolphus *anno 1275.* de quo *infra num. 50.*

A judiciis provincialibus exemptionem ha- 29 bet, & ipsa, ejusque cives ad extranea judicia extrahi, nec alibi conveniri debent, nisi coram Advocato, & Judice suo substituto, in Palatio Dominæ Abbatissæ, eaq; præsente, juxta Privilegium *infra num. 51.* relatum. Et hodie tantum coram Prætore & Judicibus, dem Amman und Richtern / nisi justitia protracta vel denegata fuerit, juxta Privilegium Imper. Sigismundi *de anno 1415. infra num. 54.* Et juxta Privilegium Imperat. Friderici *de anno 1442.* kan ein Rath / Burger / und deß Spitals eigene Leuth nicht für deß Reichs Hoff-Rothweilisch oder andere Land- und Gericht geladen; sondern Gemeine Stadt Lindaw soll vor der Stadt Costantz / Uberlingen / Ravenspurg / oder St. Gallen / pro arbitrio & opinione Senatus, beklagt; ihr Burger aber und Spitals-Leuth vor Amman

man

man und Richtern zu Lindaw selbs Rechtlich ersucht
werden.

30 Quando extraneus servilis conditionis ho-
mo in civem recipitur, idemq; per unius anni
spatium, sine impetitione, & repetitione Domi-
ni sui in civitate commoratur, domino id sci-
ente, liber evadit, *infra d. privil. num. 52.*

31 Si alicui de Cœnobio, vel aliis personis reli-
giosis, prædium quoddam concedatur, id intra
anni spatium vendere tenetur; quod si neglexe-
rit facere, proprietas prædii ad tradentis hære-
des liberè transit, *d. privileg. num. 53.*

32 Habet quoque civitas hæc hoc Privilegium,
ut debitores in obligationibus suis, beneficiis
juris renunciantes, etiam extra Civitatem arre-
stare, & pignora ab ipsis capere, eaq; in ipsam
Civitatem vel portare, vel ducere, & tamdiu de-
tinere possint, donec debitum exsolutum fue-
rit, *d. privil. Imper. Sigismundi infra n. 55.*

33 Eadem & alia varia Privilegia obtinet, velu-
ti ab Imperatore Ludovico IV. de *anno 1338.* daß
alle Güter/ die hiebevor in die Stadt gesteuret haben/ in
dero Steur verbleiben sollen/ sie werden gleich wessen sie
wöllen. Ex juxta d. Imperat. Ludovici Privile-
gium *de anno 1345.* sollen alle Leuth/ sie seyen reich oder
arm/ Mann oder Frawen/ Edel oder Ohnedel/ jung o-
der alt/ die in der Stadt Lindaw seßhafft seyn/ aller Fäll/
Bänn/ Haupt-Recht und Erbschafft ledig seyn/ allein
dem Closter seine Recht vorbehalten. Item Crafft Ma-
ximiliani I. Privilegii *de anno 1518.* mag die Stadt
Lindaw ihre Feind biß in fremde territoria persequi-
ren/ suchen/ und von dannen nach Lindaw führen. Ver-
mög Caroli IV. Freyheit *de anno 1348.* kan die Stadt
Lindaw vor sich oder vor das Reich nicht verkaufft/ ver-
setzt/ noch verpfändet werden/ und ob solches beschehen
wurde/ solle es kein Krafft haben. Item was dem Reich
von der Stadt Lindaw gewohnlicher Steur bißher er-
gangen/ solle ihr erlassen seyn. Sie mag auch diese Frey-
heiten mit andern Städten/ die dergleichen Privilegia
haben/ de facto defendiren/ Conf. *supra c. 13. n. 54.*

Es hat auch diese Stadt mehr andere Privilegia/
als wegen Erbauung der Mühlen von Käyser Fride-
rico III. wegen deß Puncti appellationis von Ma-
ximiliano I. *de anno 1512.* wegen der Nachstewer/
von höchstgedachtem Maximiliano I. *de anno 1518.*
wegen deß Abzugs von denen an fremde Orth fallenden
Erbschafften von Käyser Carolo V. *de anno 1521.* we-
gen der Juden Contracten/ von Käyser Ferdinan-
do I. *de dato 1559.* Item wegen der Peinlichen Pro-
ceß von König Friderich *de anno 1521.* Zu deme/ so ist
dieser Stadt altes Herkommen/ Gewohnheit und
Recht/ daß kein Gast dem andern zu Lindaw in der
Stadt nichts verhafften mag. Dargegen ist hier/ als in
einer Gräntz und Frontier-Stadt/ je und allezeit her-
kommen/ und in offentlicher Ubung/ um Schulden/
Frevel und dergleichen Sachen/ so sich in ihrem Terri-
torio zutragen/ die Benachbarte und andere außwen-
dige Schuldener und Sächer/ oder ihre mit sich habende
mobilia, sonderlich aber Wahren/ damit man ihr
Statt zu brauchen pflegt/ in Arrest zu nemmen/ oder
anzuhalten. Welches Herkommen und Gewonheit
auch mit andern der Stadt Privilegien/ von Uhralten/
und etlich hundert Jahr her/ von jederzeit regierenden
Röm. Käysern und Königen/ allergnädigst und viel-
fältig confirmiret und gevestet worden. Es wurd
auch solche sonderbare Satzung und Herkommen/ wider
andere Stände General-Befreyungen für Kummer
und Arrest/ so etwan einer oder der ander/ seiner Under-
thonen halber/ von Röm. Käysern außwürckt/ manu-
tenirt und gehandhabet.

Singulare quoque, quoad Civitatis regimen 35
& administrationem liberam, privilegium ab
Imperatore Rudolpho Habsburgensi obtinuit,
de quo Nic. Reusn. *de urbib. Imperial. part. 2. c. 18.*
Ita scribit: Post conflagrationem ejus (Linda-
viæ) *an. 1275.* à Rudolpho Habsburgio Roma-
norum Rege multis donata Privilegiis; à quo
adversus Abbatissæ sententiam demum Con-
sulis & Prætoris suo arbitratu eligendi jus ea
obtinuit, qui cũ Senatu liberè jurisdictionem
exercet, sed in gravioribus negociis, puta Reli-
gionis, fœderis aut belli, inconsulto populo, &
octo tribunis plebis, nihil ageret, ne scilicet ty-
rannis aut seditio existeret; id quod *anno 1396.*
extitit, quo supplicium de pluribus civibus
sumptum est, & Patriciis in ordinem coactis,
Tribunitia potestas in Senatu prævalere cœpit,
Crus. *annal. Suev lib. 2. part 3. cap. 15 ad fin. & lib 6. c.
5 pag. 321.* Quod etiam testatur Münster. *Cosmo-
graph. libr. 3. cap. 239. pag. mihi 788.* ubi ita scribit:
Welche zu den Tägen/ da die Hertzogen auß Schwaben
das Käyserthum gewaltiglich regiret haben/ in deß H.
Römischen Reichs Kast-Vogtey aufgenommen/ nach-
gehender Zeit durch ihr Dapfferkeit und Gehorsame/ sehr
viel löblicher und guter Freyheiten/ wider das Gotts-
hauß und Abtissin Gedancken/ nicht weniger noch
schlechter/ dann andere Freye Reichs-Stätt/ auch Re-
galia zu müntzen/ und über das Blut zu richten/ samt
einer grünen Linden in einem weissen Schild/ zu einem
Wappen von Römischen Käysern und Königen; für-
nemlich aber/ daß sie im Jahr Christi 1264. auf den 7.
Martii gar auß- und abgebrunnen/ von löblicher Ge-
dächtnus König Rudolph Graffen von Habsburg dar-
auf im Jahr 1275. die höchsten und besten von wegen
Leibeigener Leuth und fremden Gerichten überkommen
und erlangt hat/ also daß nun daselbst ein Ersame Ge-
meind/ ohne alle Bevögtung/ jährlich einen Burger-
meister und Stadt Amman/ auch ihr selber/ jetzt von
den Geschlechtern/ oder Sünfzen Junckern/ dann von
Handswercks/ oder auch Rebleuthen/ ihres Gefallens
ermehret/ und erwehlet/ so samt einem Erbarn Rath und
Gericht/ darzu auch von ihr erkohren/ hohe und nidere
Obrigkeit und Gerichtszwäng/ in ihren Gebieten und
Bännen in Stadt und Land haben. Doch was groß-
wichtiger Händel/ als Religions-Sachen/ neue Bund-
genossen/ Enderung der Satzungen/ und dergleichen
ernsthafftiges Fürfallen/ haben genandte Herrn/ ohne der
Gemeind/ und Acht Zunfften Verwilligung (damit
nicht weiter ein Tyranney und Aufflauff/ wie etwan
zuvor im 1300. Jahr/ da die Zunfftmeister wider die
Sunfftzen Herrn erst eingetrungen/ beschehen/ under ih-
nen sich erhebe) keinen Gewalt.

Monendum tamen hîc, *Primò* errare Reusne- 36
rum, dum urbem jus eligendi Consulis & Præ-
toris à Rudolpho I. contra Abbatissæ senten-
tiam impetrasse scribit: Ex supra dictis enim
pater, Abbatissæ nihil juris aut jurisdictionis in
urbem unquam fuisse, sed hanc liberas ædes
quoad Abbatissam, inde ab ovo translationis
suæ in Insulam habuisse. *Secundo* Prætoris offi-
cium in eo spectari, quod Judicio urbano
(Stadt-Gericht) præsit, Senatui verò non nisi

in dijudicatione causarum criminalium intersit. Est tamen in libera facultate Senatus, eum etiam in aliis causis gravioribus, si libet, in consilium adhibere, quod quidem rarissimè fieri solet. Tertiò notandum, quod de seditione *anni 1395.* Crusius & Münsterus, eam scilicet contra Patricios excitatam, atque hos ea propter in ordinem redactos fuisse, econtra Tribunos plebis exin prævalere cœpisse, tradunt, falsum & contra fidem documentorum Lindaviensium esse. Etsi enim Henricus Reinoldus tunc Consul, ejusque filius Petrus (ob homicidium in exilium missus, at paulò post, ope patris, in urbem, insalutato Senatu reversus) auctores seditionis, ex Patritia gente fuerint, & unà cum Conrado Bruggero, Henrici Reinoldi genero, & aliis complicibus, qui partim ex Patricio, partim ex plebeio ordine erant, capite luerint: tamen non omnes Patritii prædictis Reinoldis, sed ferè Senatui, cujus etiam membra erant, adhæserunt; ipsa etiam seditio non inter Patritios & plebeios, sed à prædictis Reinoldis contra magistratum mota est. Proinde etiam sedato post, interventu Civitatum quarundam Imperialium Lindaviensibus tum confœderatarum (videlicet Constantiæ, Uberlingæ, Sangalli, Ravensburgi, Wangæ, & Buchornæ,) tumultu, de forma Reipublicæ nihil immutatum fuit: Tribuni quippe suum quem ante in Senatu habuerunt locum, obtinuerint; ad summos tamen Magistratus, videlicet Consulatum, Præturam, nunquam evecti fuêre, sed hos soli Patritii, tam ante, quàm post exortam seditionem gesserunt; quin hi etiam in numerum Assessorum Tribunalis Cæsarei Sueviæ (quod seculo XIII. in hac urbe usque annum Christi 1440. habitum fuisse creditur) cooptati fuerunt; cujusmodi judiciorum Imperialium Assessores olim ex ordine Comitum, Baronum, Equitum, Nobilium, & insignium personarum eligi solebant, si credimus Auctori deß Salmansweilischen Gegenberichts/ *fol. 147.*

37 Cæterum de seditione prædicta extat in archivo Lindaviensi relatio Historica manuscripta, quàm unà cum Recessu vicinarum urbium fœderatarum hujus tumultus causâ confecto, qui in Archivo Imperialis urbis Wangæ reperitur, retento idiomate isti sæculo familiari, huc ad calcem *num. 56. & 57.* adscribere placuit.

38 Distincta est hæc Civitas in octo tribus, ist in Acht Zünffte/ und den Sünffzen/ Geschlechter oder Burgerstuben außgetheilet. Author *actor. Lindav. pag. 87.* Domus enim illa, in qua conventus Patritiarum & Nobilium familiarum peraguntur, vocatur zum Sünffzen. In hanc enim urbem ab aliquot seculis multæ Nobiles ac Patritiæ familiæ, utpote in locum munitum ac tutum, se receperunt, earumque non paucæ à duodecimo & decimo tertio seculo ibi floruerunt, societatis Patritiæ zun Sünffzen participes, veluti:

Die Aedelint/ Amman/
Apfelbrunner/ Von Arben/
Artower/
Von Asch/
Barbaroß/
Batzen/
Birchtil/
Blarer/
Blaser/
Blätsch/
Bombrott/
Bonöl/
Brähin/
Brender/
Brugger/
in der Bündt/
vom Bühel/
Butzel/
Burgraver/
Buthler von Sellhill/
Dieterich/
Eckolt/
Ehinger/
von Elnhofen/
von Ebersperg/
von Fladung/
Frigen/
Funcken/
Furtenbach/
Führer/
Gebsen/
von Gesträß/
Geßler/
Gögel/
von Grimmenstein/
Gudersther/
Haintzel/
Hahnen/
Halder von Mollenberg/
Hartzer/
Helwer/
Heider/
Herbolder/
von Höchst/
von Hochdorff/
Hundbiß/
von Kirchen/
Kröl/
Kützi/
von Künsegg/
Kurtzen von Senfftnau/
Litscher/
von Magolsperg/
Mayger genannt Müttelsee/
Mayhoffer von Freyenthurn/
von Menlißhofen/
Mauting/
Milwin/
Müntzer/
Nagel/
Necker/
von Neidegg/
von Nietstein/
am Orth/
von Ostrach/
Pammwolff/
Pappus von Tratzberg/
Pfältzer/
Pfanner/
Pfänder/
Preaentzer/
von Raitnau/
Rader/
von Randeck/
von Rebstein/
Rehmen/
Thoman genannt Hagelstein.
Varenbüler.

Et aliæ plures, quarum pleræque interierunt, aliquæ ad majorem dignitatem evectæ, quædam in alias terras migrarunt, paucæ adhuc superstites sunt. 39

Cæterum Monasterium, sive Abbatissa in quatuor pagis Lindaviensibus zu Raitnaw/ Schönaw/ Aeschach und Rickenbach/ hobas colonarias, sive Curtes, seu mansos possidet, quæ ibi loci Keelenhöff/ sive Meyerhöff vocari amant. Horum Advocatia, sive Vogteia *an. 1334.* ab Imperatore Ludovico, ut à parte Monasterii prætenditur, Comiti Hugoni Brigantino pro 200. argenti marcis, & postea *anno 1364.* ab Imper. Carolo IV. Comitibus Helfensteiniis, unà cum aliis juribus pro *3000.* libris Hallẽsibus oppignorata, ab his ad Civitatem Ulmensem *anno 1382.* devenit, quæ eosdem Imper. Wenceslao cessit, à quo postea *anno 1394.* Mercken von Schellenberg 100 florenis denuò oppignorata, eademq; summa aliquoties aucta, & tandem *anno 1430.* florenis 1300. exsolutis ad ipsam Civitatem Lindaviensem rediit, prout videre licet apud Auctor *actor. Lindav. pag. 1. & seq.* Quorum mansorum sive hobarum nomine postea inter ipsam Civitatem & Abbatissam Lindaviensem, quoad 40

quoad jurisdictionem territorialem & jura dictæ Advocatiæ oppignoratæ sæpe lis mota, sed annis 1451. 1460. 1471. & 1491. amicabiliter composita fuit, d. Author *actor. Lindav. pag. 2.*

41 Et quamvis Imperator Maximilianus Johanni de Königseck hujusmodi hobas redimendi facultatem concesserit, cum tamen Civitas Imperatori demonstrasset hobas istas reditus 20. florenos annuos non excedere, & in ipso meditullio territorii Lindaviensis sitas esse; itaque forte, si Advocatia istarum hobarum penes alium quemvis, quam Senatum Lindaviensem resideat, ut perpetuam litis materiam subministret, Imperator Civitati annuit, & exsolutis ab ea Königseggio, centum florenis, civitati promisit, quod hubæ hujusmodi, die Keelenhöff imposterum alienari, hypothecari, vel redimi non debeant, nisi ab ipso Imperatore, & ad manus ipsius Imperii, sicuti constat ex literis Imperatoris Maximiliani de anno 1500. ad Civitatem Lindaviensem datis, quæ extant in *actis Lindav. pag. 502. & seq.* hoc tenore:

Maximilian von Gottes Gnaden / Römischer König/rc. Lieben Getrewen/Als Wür vormahls Unserm getrewen lieben Hansen von Künsegk / Unserm Rath und Vogdt zu Feldtkirch/auß sondern Gnaden/ um seines getrewen Verdienens willen / gegönnt haben etlich Höff/so ihr von uns und dem H. Reich Pfandweiß inhabt/ von euch zu lösen / bericht Uns jetzt derselb Hanß von Künsegk/wie ihr zu beider Seith aller Irrung und Spenn/so sich zwischen ohr enthalten / vertragen wurden/in der Gestalt/ wann Wür euch verschrieben/ dieselben Höff/ nyemands/ dann zu Unsern Handen zu lösen/zu gestatten / Dieweil nun Unser Brauch und Gewonheit nicht ist/ ychtz/ so dem H. Reich zugehört/dermassen zu verschreiben/oder hinzugeben/ begehren Wür an euch mit Fleiß/ihr wöllet euch nichts destminder mit dem gemelten Hansen von Künsegk/ der berührten Irrung halb/nach zimlichen Dingen gütlichen vertragen/ und so das beschehen ist/ **so wollen Wür zulassen/ daß die genandten Höff Euch beleiben/und hinfüro niemands rechtlich gestatten/ die von Euch zu lösen** / Und ob Wür in Vergeßlichkeit desselben etwas nachmahls darwider außgehen liessen/sollet ihr Uns mit diesem Unserm Brieff ersuchen/ so wöllen Wür Uns allweg gnädiglich und gebürlich gegen Euch halten. Geben zu Augspurg am Mittwochen nach dem Sontag Quasimodogeniti, anno Dom. 1500. Unser Reiche deß Römischen im funffzehenden / und deß Hungarischen im aindlefften Jahren.

Ad mandatum Domini Regis.

Unsern und deß Reichs lieben Getrewen Burgermeister und Rath der Stadt Lindaw.

42 Hoc tamen non attento, Imperator Ferdinandus II. *anno 1628.* Hugoni Comiti de Montfort Advocatiam istam Civitati *anno 1430.* nomine Imperii oppignoratam concessit, qui exsoluto urbi oppignorationis pretio (vulgò den Pfandschilling) non solum Advocatiam, quæ sola ad Imperium spectat, sed etiam pagos loco hobarum ibi sitarum, occupavit & apprehendit. Quo nomine Primùm cum præfato Comite Montfortio, & postea cum Serenissima Domo Austriaca (cui Comes in *anno 1638.* jura sua cessit) nec non separatim etiam cum Abbatissa civitati diuturna controversia intercessit, in qua Abbatissa, cujus hobæ istæ Colonariæ sunt, earum proprietate non contenta, etiam jurisdictionem earum, contra Civitatem & Imperium prætendere præsumpsit; è contra Montfortius jurisdictionem Imperio asserere nisus; Civitas verò id egit, ut eam sibi vindicaret, & ex capite Spolii restitutionem recuperaret, demonstrans, hobarum proprietatem ad Abbatissam, jurisdictionem earum ad Civitatem, ad Imperium verò saltem earum Advocatiam pertinere. Præterea Civitas prolixè evicit, totos istos quatuor pagos, ab aliquot seculis, adeoq; diu antequam Advocatia Imperialis istarum hobarum sibi oppignoraretur, territorio Lindaviensi subjectos fuisse; atque mansos istos, 43 sive hobas hujusmodi non esse integros pagos, sed privatos & singulares tantùm mansos, quantum nimirum unus cum uno pare boum in anno laborare potest, per notata *in c. 1. x. de censib. & in usib. feud. si de invest. feud. content. cap. 1. §. pen.* Bart. *ad l. si ita. ff. de aur. & arg. legat.* Wehner. *pract. obs. verb.* Kelnhoff / *& verb.* Manßmat. Besold. *thes. pract. verb.* Keelenhoff/ ubi ait, quod veteres Ecclesiis instituendis & donandis olim mansos ferè attribuerint, in alimoniam videlicet Presbyteri, qui Ecclesiæ Præpositus esset. Sicuti & olim habuerunt Curtes, id est, Keelenhöff/ sive Renthöff/ in villis, ad quas census, reditusque dabantur ad monasteria perferendi, Wehner. *d. verb.* Kelnhöff/ubi addit, ea causa id genus mansus Ecclesiis fundatis attributos Kelnhöffe/ veteres dixêre, à stomacho scilicet & gulæ parte, quam Germani Kählen appellamus. Mansus ergo dixere Franci & Alemanni, einen Hoff/ es were ein erschetziger Hoff/oder Erblehen Hoff/ oder frey und Schupfflehen Hoff. Et paulò post, durat, inquit, adhuc vox illa Kälenhoff. Et extat lex Caroli Imper. qua cavebat, ne parochiæ sine mansis instituerentur, mansos autem vocabant villulas cum prædiis, quæ singulæ singulis Ecclesiis fuissent attributæ, omni quidem onere exemptæ, nisi quod Ecclesiæ deberetur, Kälenhöff Goldastus *tom 3. rer. Aleman. fol. 14. & fol. 147.* ubi dicit, Abbates olim habuisse Curtes, id est Kälenhöff in villis, ad quas census reditusque dabantur ad monasteria perferendi. Sic quo- 44 queidem Goldast. *in animadvers. ad Paranes. Germanicas Tyrolis Scotorum Regis fol. 441.* latè deducit, Cölnhöff hobam, hobarumque cultores colonos fuisse dictos, & addit: Vim retinet vox nostratis Keller/ quæ corrupta est à vulgo, cum antiquitus fuerit Cölner/ Colonarius, qui reditus à Colonis exigit, quemve Austriæ Archiduces in superioris Alemanniæ partibus Huobmeister/hobarum magistrum nuncupant. Ut majores sive villici interdum curtiles dicuntur, ita isti coloni semper casati, Casales, Casali, Hoffleuth/

leuth/ qui ut hodie, ita olim vel libertini erant, ac plerumque servi. Et postea subjungit Goldastus in veteri libro Hirsaugiensi de donatione Dietmari militis *anno 1503.* illic (in Franconia) LX. jugera unam hobam faciebant, sed hobæ ibi sex faciebant Hirsaugiensibus XII. hobas, apud Crus. *part.2. annal. Suev.* Ego verò sic habeo, itaque observavi apud Scriptores, hobam non certæ mensuræ terram esse, sed indefinitæ, pro cujusque loci commodo atque oportunitate. Disparitatem nunc quoque est, ut cernas, in Zinßhoff/ Gülthoff/ Cölnhoff/ censuali, tributali, servili. Vox hobæ migrata à Germanis in Hoff/ nominum sublato discrimine. Hactenus Goldastus.

45 Sumitur ergo addit Besold. *d.l.* Cölnhoff/ pro manso & hoba colonaria, für ein Hub/ oder Hoffguth/ darauff ein Keller oder Meyer sitzt/ dahero dann in dieser Landsarth/ Cöllen/ oder Meyerhöff/ pro synonimis genommen werden. Es haben auch dergleichen gemeiniglich die Geistlichen in andern territoriis, und setzen darauf einen Meyer / welcher zu Zeiten etwas von der Jurisdiction ipsorum nomine par-

46 ticipiret. Also hat das löbliche Gottshauß Reichenaw in der Stadt Dutlingen/ so anjetzo dem Hertzogthum Würtemberg incorporiret/ einen Cölnhoff/ so der Besitzer Erblehen/ und wohlgedachtem Gottshauß jährlich einen Canonem reichen und gehöret zu solchem Hoff ein Antheil deß Zehenden / wie auch andere

47 Güter. Nicht weniger hat das Stifft zu Lindaw in einem Dorff / so etwan denen von Bodman zuständig gewest/ hernacher uff die Reichs-Stadt Uberlingen gelangt/ einen Keelnhoff/ Crafft dessen dem gedachtem

48 Stifft ein Antheil der Straffen gebühren ; Und eben dieses/ so in dem Schwabenland Keelnhoff genant wird/ das thut man in andern Orthen Cellas denominiren; de quibus Christophorus Browerus *lib. 1. Fuldens. antiquit. cap.7* ita scribit: Cum Regum liberalitate & Christianorum fidelium prompto in nascentis hic pietatis cultores benefaciendi studio, prædia fundi, villæque complures, jam tum monasterii opibus accessissent; quo fructuosior & fidelior horum esset administratio, majorum authoritate, consilioque provisum est, ut cultioribus fertilibusque locis, Presbyteros & monachos præficerent, & ad continendum in officio servos & colonos ritè gubernando, inibi Ecclesias exstruerent. Hos verò Presbyteros, Præpositos vocabant, quorum id munus erat, Parochorum instar verorum, congregationi Fuldensi ministrare sumptum, & præbere ad victum cultumque necessaria; reficere domesticos, ultrò citroque commeantes, hospitio excipere peregrinos. Ut igitur apud priscos & latinè loquentes, rarius cella pro cubiculo secreto, plerumque verò & sæpissimè pro penu & apotheca sumitur, in qua res esculentæ & poculentæ conduntur, ex qua vicissim promuntur; ita majores Fuldensium, cellam appellavere, in qua penus, frumentum & annonam sepositam habebant, ad usum, & fratrum & hospitum. Quæ quidem cellæ à frugi patribus familiâs, juxtaque religiosis viris habitatæ, altrices & nutrices quædam erant cœtus monastici.

Sic quoque Rudolphus in Rabani actis primùm testatur, prædia per diversas sparsa provincias, sic ab illo administrata, ut alia per Laicos, alia verò, præsertim, quæ Ecclesiis instructæ, Presbyteris procuranda atque disponenda committeret. Et idem alio loco Cellarum usum aperit, in Anthado Presbytero, quem & Præpositum scribit fuisse locorum monasterio subjacentium, & id habuisse muneris, ut statis temporibus inde necessaria fratribus subministraret. Atque ita videtur ad provisionem ejusmodi cellarum, certas Hobas, sive mansos fuisse destinatos, planè cum nostris, quæ Kölnhöff vocitantur, convenientes, Besold. *d. verb.* Keelnhoff *in fin.*

Post multa, lis ista tandem in pacificatione nupera Osnabrugensi & Monasteriensi decisa, 49 ac conventum est, civitati Lindaw redditâ sorte, oppignorationem istam Imperialem durante bello ipsi ademptam, vigore Capitulationis Cæsareæ, illicò & plenariè restituendam, & quietam ac tranquillam ejusdem possessionem civitati relinquendam esse, ut apparet ex Instrumento Pacis Cæsareo-Suecico, *art. 5. §. 9. vers. omnia quoque, ad fin.* Confer *supra lib. 2. c. 31. n. 70.*

Privilegium Imperatoris Rudolphi I. de anno 1275.

De Vogteia Lindaviensi non alienanda, & Privilegio fori.

RUdolphus Dei gratia Romanorum Rex, semper Augustus, universis Sacri Romani Imperii fidelibus, gratiam suam & omne bonum. Dignum judicat nostra Serenitas, ut illorum vota gratiosius admittamus, & eorum desideriis benignius occupemus, qui Sacri Romani Imperii Principibus, Divæ recordationis Imperatoribus & Regibus, fidelius adhæserunt, nec ab ipsorum servitiis aliquatenus se averterunt. Cum itaque dilectos, fideles nostros & Imperii cives Lindaugienses tales fuisse, & nunc esse fide cognoverimus occulta, eademque experimentis certioribus sint probata, nos eosdem prosequentes affectu gratiæ specialis, jura & libertates iisdem à Divæ recordationis Imperatoribus & Regibus, nostris prædecessoribus ipsis traditas & concessas, præsentibus innovamus, innovatas hujus nostræ Majestatis decreti munimine confirmamus. Promittimus 50 itaque dictis civibus pro munere gratiæ specialis, quod nos Advocatiam, nobis & Imperio attinentem, quæ vulgariter dicitur Castfogit, nunquam alienabimus, obligabimus aut commutabimus. Volentes idipsum à nostris successoribus inconvulsum, perpetuitate temporis observari. Item statuimus, quod nullus Judex 51 publicus, nec Dux, neq; Comes, aut quislibet ex judiciaria potestate, ipsos super possessionibus, juri forensi ipsorum Civitatis subjacentibus, & in aliis causis secularibus quibuscunque, nisi coram Advocato, vel suo Judice substituto, in Palatio Dominæ Abbatissæ, & præsente Domina Abbatissa, poterit aliquatenus convenire. Præterea proscriptio Advocati Ducis, Comitis,

vel

vel alterius Judicis, ratione judicii cujuscunq;
ipsorum civium intrare nō debet, vel attingere
Civitatem. Ipsorum etiam civitas tali jure &
libertate uti debet, videlicet quod quicunque
extraneus servilis conditionis à prædictis civi-
bus recipitur in concivem, si idem per spatium
unius anni, sine impetitione & repetitione Do-
mini sui in dictorum civium civitate commo-
ratur, ita si ipsum Dominus scit in oppido resi-
dentem, deinceps liber & solutus ab omni ser-
vitio sui Domini penitus permanebit. Si au-
tem ab eodem cive recepto, servitium à suo Do-
mino postulatur, ita tamen, si infra terminum
illius primi anni convincitur de jure ad servi-
tutem pertinente, quicquid Advocato de ipso
nomine servitii dabitur, dominus in tertia par-
te penitus contentus esse tenetur. Insuper si
proprius alicujus domini convictus ad servi-
tutem, in sæpe dictorum Civium moritur Civi-
tate, Domino tertia pars rerum mobilium ce-
det, ita si ibi carnales hæredes esse videntur. Si
non, tunc Domino medietas mobilium assigna-
tur. Idem si aliquis homo Advocatitius in
ipsorum civitate est residens, Advocato de sua
persona aliquod servitium facere non tenetur;
si autem idem homo Advocatitius viam carnis
ingressus fuit, universæ Ecclesiæ ad quam spe
ctare videtur, quicquid Juris eadem Ecclesia
in ipso vel in aliis, qui sunt ejusdem conditio-
53 nis habere videtur, dabitur sine dolo. Quicun-
que etiam aliquod prædium ad forum perti-
nens eorundem civitatis, ratione emptionis vel
hæreditatis, per spatium unius anni, & unius
diei in quieta tenet possessione, ita si infra ter-
minum prædictum secundum juris formam
non contradicitur reclamando, illo reclaman-
te in provincia existente, de cætero id prædium
pacificè possidebit. Nullus etiam miles nec
monachus prædium aliquod in civitate prædi-
ctorum civium hæreditario jure acquirere po-
terit, nec tenere. Et si aliquod prædium ali-
cui Cœnobio, vel aliis personis religiosis, dabi-
tur propter Deum, infra terminum unius anni
vendere tenentur; quod si facere neglexerint,
ex tunc proprietas ejusdem prædii, ad hæredes
proximo tradentis succedet libere & quietè.
Quicunque etiam puer, cum rebus propriis à
suis parentibus separatus, sine carnali hærede
de hac luce emigrabit, eadem hæreditas in pa-
trem vel in matrem cadet evidenter. Si autem
ibi parentes esse non videntur, tunc in proxi-
mum hæredem, sive ille sit ex parte patris, sive
matris, de jure cadet hæreditas ante dicta. Præ-
dicta omnia & singula ob favorem civitatis, &
civium Lindaviensium, confirmamus & ro-
boramus in perpetuum duratura. In cujus rei
testimonium præsens scriptum Sigilli nostri
munimine jussimus roborari. Datum apud
Nümberch V. Nonas Martii, Indictione tertia,
anno Domini M. CC. LXXV. Regni vero no-
stri anno secundo.

Privilegium Imper:toris Sigismun-di de anno 1415.

8. *A quo condita Civitas.*
9. *Olim quibus subdita.*
10. *Quis ejus formam primam constituerit.*
11. *Quando Imperio adjuncta.*
12. *Ab Imperatore Henrico V. capta & direpta.*
13. *A Rege Bohemiæ, quænam bona feudi titulo, & quænam alia bona obtineat.*
14. *Ejus præclarum elogium Caroli V.*
15. *- - - Hassiæ Landgravii.*
16. *Totius Europæ Ornamentum.*
17. *Bombardæ & Trybock hic inventæ dicuntur.*
18. *Elogium Ioh. Limnæi de hac Civitate.*
19. *Florere quando cœperit.*
20. *Reipublicæ hujus Status hodie Aristocraticus.*
21. *Norimbergenses unde suum statum habeant.*
22. *Draconis de hoc Iudicium.*
23. *Besoldi Reipubl. hujus descriptio.*
24. *Et Caspari Baumgartneri.*
25. *Tredecim ibi Consules, & totidem Scabini, ex quibus singulis mensibus duo Consulatum administrant.*
26. *Scabinorum Officium.*
27. *Vbinam singulæ causæ agantur.*
28. *Senatus legendi modus qualis.*
29. *Duumviri,* Losungs-Herren.
30. *Triumviri.*
31. *Scholarchæ.*
32. *Eleemosynis Præpositi.*
33. *Prætores pupillorum & viduarum.*
34. *Præfecti Provinciales.*
35. *Tribuni Militares.*
36. *Aediles.*
37. *Quænam hic judicia habeantur.*
38. *Magistratus Norimbergensis an jurisdictionem criminalem ab Episcopo Argentinensi obtineat & quid hoc nomine eò mittat, uti & de Francofurtensi judicio vulgo* Pfeiffer-gericht.
39. *Tres Civitatis Ordines.*
40. *Patricii quotuplices.*
41. Rathsfähige Geschlechter *quinam sint,* Un-Rathsfähige *quinam.*
42. *Quinam Patricii Norimbergenses Henricum Imperatorem Norimberga decedentem comitati fuerint.*
43. *Lites cum vicinis Principibus quas habeat.*
44. *De Burggraviatu Norimbergensi.*
45. *Burggravii quinam olim fuerint.*
46. *Hodie nulli sunt Burggravii.*
47. *Error Noldenii.*
48. *Norimberga Civitas est Imperialis & in Matricula continetur.*
49. *Alias Civitates ad Conventus convocat, & in Civitatum Senatu Secretarium habet.*
50. *Insignia Civitatis quænam.*
51. *Cameræ Imperialis Judicium Norimbergæ primum institutum.*
52. *Prima Curia Imperialis hîc habenda.*
53. *Insignia Imperialia ibidem asservantur præcipua.*
54. *Filios immorigeros quomodo coërcere parentes hîc possint.*
55. *Privilegium quoad testamenta condenda.*
56. *Privilegium Imperatoris Friderici II. variis capitibus constans.*
57. *Primæ instantiæ Judices quos habeat.*
58. *Privilegium appellationis.*
59. *Privilegium quoad Judæos.*
60. *Privilegium de non extruendis munitionibus intra unum miliare â Civitate.*
61. *Privilegium Imperatoris Caroli IV. varia capita concernens.*
62. *De non extruendis novis ædificiis & cauponis prope Norimbergam.*
63. *De Gymnasio Altorfensi.*
64. *Gymnasium hoc in universitatem erectum.*
65. *Rescripta & Decreta, quæ sunt Norimbergensium Privilegiis, &c. contraria, nullarum sunt virium.*
66. *Civitas habet jus cudendi monetam.*
67. *De Banco publico remissivè.*
68. *Privilegium habet, quod non teneatur in Civitatem recipere, qui Civis esse, vel civica onera supportare recusat.*

1 Norimberga, sive Noriberga, quam Natalis Comes Noreiam, & Ptolomæus Segudunum, vocat, unde nomen habeat, non satis constat. Quibusdam placet, quod nomen hoc adepta sit à Norico limite, quasi Noricus mons, Reusner. *de urbib. Imperial. part.* 2. *cap.* 3. Joh. Limnæ. *de jur. publ. tom.* 3. *lib.* 7. *cap.* 35. *n.* 3. ubi eorum sibi opinionem placere scribit, qui Norimbergam, Noricorum, vel Noricum interpretantur montem, quo nomine etiam in Epitaphio Ruperti Comitis Palatini, & Imperatoris Heidelbergæ in Ecclesia S. Claræ sit, Heberer *in servit. Aegypt. libr.* 1. *cap.* 2. *pag.* 15. Postquam enim Hunni, ut aliis plerisque, ita etiam Noricis, maxima sæpius inferrent damna, de securitatis sibi prospicere loco, atque huc, ubi nunc Noriberga est, confluere cœperunt, Limnæ. *d. n.* 3. Dresser. *Isagog. histor. part.* 5. *de German. urbib. pag.* 466. Alii eam conditam & dictam putant à Norico Herculis Primogenito, quasi Norici montem, Aventin. *annal. Bojar. lib.* 1. *pag.* 14. Alii Noribergam Neronis castrum dici malunt, quod scilicet Tiberius Nero bellum Regi Thuringiæ illaturus, eo loci castra statuerit, Gerard. Mercator *in not. ad Atlantem Majorem pag.* 254. ubi de hac Civitate ita scribit: Civitas licet pervetusta non sit, tamen castrũ ejus in edito colle situm, quod olim castrum Noricum fuit appellatum, est antiquum, constructum enim à Claudio Tiberio Imperatore, unde etiam Neronis castrum dictum fuit. Unde quidam putant, in hæc usque loca penetrasse Drusum aut Tiberium, & in his locis Noricos devicisse, aream que ibi condidisse, quos tamen veteris Geographiæ, sive historiarum non satis gnaros fuisse, scribit ex Petr. Bert. *in Geograph. German. libr.* 3. *fol.* 631. Johan. Limnæ. *tom* 4. *lib.* 7. *cap.* 35. *num.* 2.

2 Sita est hæc Civitas in Circulo Franconico, in confinio Norici & Franciæ, super utramque Pegnesi die Pegnitz ripam qui urbem interluit, & paulò infra urbem concurrens cum Regneso Regnitz prono ad Mœnum fertur alveo. Reusner. *d. cap.* 3.

3 Ad collem sita est naturâ firmum, in quo arces, sive castra duo sunt; Unum aliquot Imperatorum, aut domicilium, aut diversorium fuit, in quo Fridericus III. hortos olim pensiles constituisse, idque à Civitate separari aut alienari non debere scribit Sixtin. *de regal. libr.* 2. *cap.* 17. *num.* 24. Reusner. *de. urbib. Imperial. part.* 2. *cap.* 3. ubi ait: Castrum in urbe est loco edito & præcelso positum, & mirificis molibus contra vim atque impetum hostium munitum, præsidium Reipubl. tutissimum, Regum Cæsarumq; Romanorum augustta domus atque sedes magnifica, quorum Præfecti in eo castro nomine ipsorum jurisdictionem multis annis administrare soliti sunt, ex quo Burggravii Norimbergenses nuncupati, quod hodie tamen formam arcis sive castri non exhibet, sed domus frumentariæ, quarum aliæ quoque Civitatis sunt, in quibus trecentorum annorum frumentarios acervos sibi demonstratos refert Kirchner. *de republ. disput.* 21. *thes.* 1. *lit.* 1.

4 Quod autem castrum illud Norimbergense pro Palatio habendum esse putant, Sixtin. *de regal. libr.* 2. *cap.* 17. *num.* 24. Bocer. *de. regal. cap.* 2. *num.* 162. cum Norimbergense oppidum regalem, seu primam curiam nominet Carolus IV. ex traditionibus antiquorum, à tempore cujus non extat memoria in contrarium, in *Aur. Bull. cap.* 25. *vers. non licet autem.* Arnisæ. *de jurib. Majest. libr.* 2. *cap.* 5. *num.* 5. id non arridet Limnæo *d. tom.* 4. *libr.* 7. *cap.* 35. *num.* 6. propterea, quod arx ista Norimbergensis, à nullo, quod ipse meminerit, Imperatorum unquam palatii nomine affecta, sed non solum ab illis, sed etiam communiter, castrum, ac ab Urbano Pontifice, multum solemne castrum Imperiale, appellata fuerit, & adhuc hodie vulgo dicatur die Vesten. Non autem negat, idem castrum Imperatoribus aliquandiu pro palatio servisse, quod vel ipsi incoluerint, vel illi, quos juxta *l. quicunque.* 17. *C. de oper. publ.* legitimus Imperatoriæ Majestatis usus, & Reipublicæ disciplina delegit, & vocavit, Käyserlichelands-Vögte/oder Castellã oder Reichs-Amptman und Pfleger/ quibus appellationibus diversis Imperatores usos fuisse ex aliis notat Zeiler. *in continuat. itiner. German. cap.* 4. *num.* 12. *pag.* 59. Nec Arnisæi sententiam probare videtur Aurea Bulla, cum illius *cap.* 25. §. *invenimus.* 5. testimonium tantum perhibeat, à tempore, cujus contrarii tunc non habebatur memoria, in oppido Nurembergensi primam regalem curiam cujusque Regis Romanorum habitam fuisse, indeque disponat, ut idem in futurum quoque observetur, minimè verò Norimbergense oppidum, regalem, seu primam curiam nominet. Præterea non sequitur, in hac Civitate, primam, secundam vel tertiam curiam, sive secundum Aureæ Bullæ mentem, Comitia habere debet, vel habet Imperator Romanorum; ergò in illa Civitate, Imperator vel Rex Romanorum habet curiam, sive palatium, vel ædes sibi propriè reservatas, cum palatium nihil aliud sit, quàm ædes in usum Imperatoris comparatæ, & ab omni privatorum usu, & communi habitatione exceptæ, *l. nulli judicum* 14. *C. de offic. rector. provinc. l. quicunque* 17. *C. de oper. publ. l. unic. C. de palat.* Bocer. *de regal. d. cap.* 2. *num.* 162. 5

Castrum hoc sub Imperatore Carolo V. non modo renovatũ, sed & amplificatũ multis modis fuisse, ut arx invictissima Imperii, & munitissimus ad salutem omnium & præsertim Imperatorum portus habitus, refert Reusner. *de urbib. Imper part.* 2. *cap.* 3. *in fin.* Münster. *Cosmograph. lib.* 3. *cap.* 373. ubi ait, quod Norimbergenses *anno Christi* 1538. Imperatore Carolo V. regnante Castrum hoc ex fundamento renovaverint, ampliaverint, & contra omnem vim hostilem muniverint, aureamque & argenteam monetam cuderint, & fundamento supposuerint, cujus inscriptionem ibidem refert. 6

Solum hujus Civitatis aliquanto est horridius & arenosum, & locum medium fermè non solum Germaniæ (unde etiam ejus umbilicus dici meruit;) sed etiam Europæ exstimavit Conradus Celtes. Et cum terra sit arenosa, & non adeò frugifera, incolæ eo sunt ingeniosiores, & subtilioribus artibus dediti. Münster. *Comograph. libr.* 5. *cap.* 473. Confer *supra libr.* 1. *cap.* 7. *num.* 16. 7

Conditam primùm Civitatem hanc fuisse à Norico primogenito Herculis filio, refert Aventin. 1. *annal. Bojar. pag.* 14. Vel à Noricis in Hercynia 8

silva,

silva, ut eo tanquam in latebras profugerent, cum ab Hunnis Germania latè vastaretur, Höping. *de jur. insign. cap. 6. num.* 1055. Münster. *Cosmograph. lib. 3. cap.* 373. Dresser. *d. part. 5. pag.* 466.

9 Subditam eam olim fuisse Alberto Franconiæ Duci, & post ejus mortem Imperio accessisse sub Imperat. Ludovico III. refert Gerard. Mercator *in Atlant. Major. pag.* 254. quam tamen opinionem à reliquis recedere scribit Limnæ. *d. tom.* 3. *lib.* 7. *cap.* 35. *n.* 6. Olim quoque eam Sueviæ Ducibus paruisse, & sub Imperatore Friderico I. ab eorum Imperio liberatam, & libertatem accepisse, refert Leheman. *Chron. Spirens. lib.* 4. *cap.* 4. *pag.* 287.

10 Henricum Bavarum Civitatis hujus formam primùm constituisse, templo Aegidii ornasse, jura dedisse, atque castrum ampliore muro cinxisse, nonnulli tradunt, Besold. *de Aristocrat. cap.* 3. *num.* 3. Stephanus Vinandus Pighius *in Hercul. prodic. pag.* 89. quod tamen utrumque Ludovico III. Imperatori ascribit Dresser. *d. part.* 5. *pag.* 467. Reusner. *d. cap.* 3. *in princ.* ubi scribit, , quod urbs sit opulentissima & potentissima, eademque publicis & privatis operibus longè splendidissima atque ornatissima; mœnibus quoque validissimis, & propugnaculis turribusque munita firmissimis, quorum fundamenta primùm jecisse scribitur Ludovicus III. Imperator; qui sublato Alberto Comite Franciæ, urbem à dominatu & potentia ipsius ereptam, Imperio Romano subjecit, eamque præterea sacra æde primaria, quæ ad Divum Aegidium est, ornatam, operibus munitionibusque præclare sepsit.

11 Imperio adjuncta, & libertatis charactere insignita fuit, secundum manuscriptum Noricorum Chronicum, tempore Conradi I. Imperatoris, circa *annum.* 913. vel ut alii volunt, Conradi II. circa *annum.* 1027. Pighius *d. l.* Irenic. *lib.* 3. *exeges. German. cap. ult. pag.* 101. Dresser. *de urbib. German. pag.* 467. Besold. *de Aristocrat. cap.* 3. *num* 3. ubi Conradum II. Imperio eam conjunxisse, liberamque declarasse scribit, confer Münster. *Cosmographi. lib.* 3. *cap.* 373. *msc.* 319.

12 Ab Imperatore Henr. V. patri suo Imperatori Henrico IV. cui urbs hæc semper fidissima fuit, rebellante, post aliquot oppugnationes capta & direpta, soloque æquata, annis ferè quadraginta vasta & desolata jacuit; donec à Conrado III. Imperatore, cum Augusta ibi sedem suam habente rursus instaurata, & ambitu simul, ædificiisque ac templis aucta fuit, anno 1139. à quo Scotorum vetus cœnobium in S. Aegidii honorem ex ruderibus excitatum, Benedictini Ordinis monachis fuit assignatum.

13 Civitas hæc feudi titulo à Rege Bohemiæ obtinet Herspruck/ Lauff und Velden: Item die Schlösser/ Hohenstein und Haußeck/ Zeiler. *in continuat. itiner. German. cap.* 4. *pag.* 509. Ad eandem quoq; pervenerunt alia quoque bona, & Inter alia Altorff/ quod Musis, & Lichtenau/ quod Marti dicatum, Limnæ. *tom.* 4. *lib.* 7. *cap.* 35. *pag.* 268. Ejusdemque Cives nonnullos prata, agros, decimas, villas, census, &c. etiam in aliorum territoriis ab Imperio Romano, immediatè in feudum obtinere, refert Autor *actor. Lindaviens. pag.* 337. *post med. & pag.* 509. *& seq.*

Imperator Carolus V. Civitatem hanc, die fürnehmste und bestgelegenste Statt des Reichs desselbigen Lands/ dixit in decreto cassationis der Zöll und Gleidt/ apud Goldast *tom.* 2. der Reichs-Satzungen/ *pag.* 74. Sicuti olim Roma, communis quædam orbis officina dicta legitur, idem encomium si Norimbergæ tribuam, ne latum unguem à veritate recesserim, inquit Limnæ. *tom.* 3. *lib.* 7. *cap.* 37. *num.* 6. Non enim tantum quicquid orbis parat, in urbe hac, tanquam in compendio visitur, verum & ipsa non Europæis modo, sed plerisque sublunaribus exquisitas submittit merces, ut proverbium inde natum sit: Nürnberger Hand/ gehet durch alle Land. 14

15 Philippus Hassiæ Landgravius, Princeps Germaniæ prudentissimus, cum Reipubl. Noricæ Legatus, Philippus Geuderus, apud ipsum rem, ob quam eo missus, laudabiliter confecisset, ad suos conversus tale judicium tulisse fertur; se non existimare, Venetorum Senatui Norimbergensem postponendum, si plures Philippos Geuderos habeat, Scipio Gentilis *in laud. funebr. Hieronymi Paumgartneri pag.* 15.

16 Norimberga omnium Civitatum Imperialium maxima, & domestica disciplina clarissima censetur à Bodin. *method. histor. cap.* 6. *pag.* 303. Norimbergam urbem non Germaniæ modo, sed etiam totius Europæ, imò orbis terrarum ornamentum vocat Mutius *Chron. German. lib.* 17. *apud Pistor. tom.* 2. *German script. pag.* 138. Amplissimæ & ferè Principis in Imperio Germanico Reipublicæ Norimbergensis Gubernatorum prudentiam & constantiam totus terrarum orbis dilaudans admiratur, Goldast. *in replica pro Imperio cap.* 37. *pag.* 381

17 Sub Imperatore Othone *anno* 1212. machinam bellicam, quam Germani vocant Trybock/ Norimbergæ inventam fuisse, & postea alio tempore bombardas, refert Mutius *d. Chron. German. libr.* 19. apud Pistor. *d. tom.* 2. *German. scriptor. pag.* 175.

18 De hac Civitate ita scribit Johan. Limnæ. *de jur. publ. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 100. Hæc namque, inquiens, inter Civitates Imperiales egregia & haud postrema locanda sede. Hic Imperialia ornamenta, tanquam apud bonæ fidei custodem deposita, adservantur. Hic tot comitia, tot torneamenta, tot Imperatorum nuptialia solemnia habita & celebrata, quot vix ullibi. Hæc tot servitia Imperatoribus præstitit, ut exinde præmii loco, multa Privilegia, compluresque nunc habeat ab Imperatoribus nobilitatos Patricios incolas, qui tanta sapientia belluam illam multorum capitum regunt & moderantur. Hanc verò non domi intra delitias quærunt, non patrio trahunt ex fumo, sed spontaneo exilio, longinquis peregrinationibus eam sibi parandam statuunt. Nihil enim gratiæ dabo, nihil auribus, sed dicam quid res est. Illos per annos, quibus in Italia substiti, in Galliis commoratus sum, in Angliam hospes adveni, provinciasque inferioris Germaniæ oculis usurpavi, ex sola hac Civitate, tanquam ad officinas solidæ prudentiæ missos juvenes numeravi præter propter triginta, animo & corpore prudentissimos, Hactenus Limnæus.

Ita ut verè de hac Civitate dici possit:

Hac non Germanis est ulla celebrior oris,

Seu leges spectes & sancti jura Senatus,
Et sic unanimi viventes fœdere Cives,
Sive tot Artifices claros: æquandaque priscis
Ingenia, & varios juvenumq; senumq; labores.

19 Florere cœpit hæc Civitas maximè opibus & potentia, sub Imperatoribus Germanicis & Saxonibus, cum multæ in ea familiæ nobiles & illustres sua haberent domicilia, quo tempore urbs ab arce non ultra Pegnesum porrigebatur: Mercatorum & negotiatorum frequentia *anno* 1300. cœpit, Nicol. Reusn. *de urbib. Imperial. part.* 2. *cap.* 3.

20 Status hujus Reipubl. olim popularis fuit, hodie verò Aristocraticus existit, cui discordia civilis & seditio causam præbuit, & hic Status ab Imperare Carolo IV. introductus, qui plurimum ea urbe delectatus, eamque amplificavit, & in civili tumultu, pacata Republica, novum Senatum abrogavit, & veterem restituit, de auctoribus supplicium sumpsit, & tribunatum plebis in perpetum abolevit. Dresser. *d. part.* 5. *p.* 469. Reusn. *d. cap.* 3 *ad fin.* Besoldus *in discurs. de Aristocrat. cap.* 2. *n.* 3. tradit, quod Norimbergæ, ut & Venetiis, Oligarchiam conspicere liceat: quod sine dubio non de corrupta, sed de illa Oligarchia, quæ sine vitio ad paucorum numerum restricta est, intelligi debere, monet Limnæ. *tom.* 4. *lib.* 7. *cap.* 35. *n.* 8.

21 Credibile est Norimbergenses Reipublicæ suæ formam à variis petiisse, ita ut alii Venetam, alii Valentinianensem in Hannonia, alii Bruxellanam matricem Norimbergensis nominaverint. De Bruxellana testatur Petr. Bert. *lib.* 1. *tab. Geogr. cont. in descript. Comitat. Hannon. pag.* 182. Guilelmus Zenocarus à Schawenberg *de Reipubl. vita, morib. &c. Caroli V. lib.* 2. *pag.* 93. Non mirum, inquiens, si Nuremberga à Bruxellana Civitate, quemadmodum olim Roma ab Athenis & Sparta, formam Magistratuum, Legumque ad Rempublicam gerendam, petierit, eique ob eam causam adhuc quotannis ensem maximum gratitudinis ergo dono mittat. Norimberga enim, ut in umbilico Germaniæ sita est, ita umbilicum virtutis, perfectionemque mensurarum semper est consectata, & ab omni tumultu, religionis novæ causa, abstinuit, Cæsarique Carolo semper fuit, una ex omnibus Germaniæ Civitatibus, addictissima. Communiter ad formam Reipubl. Venetæ compositam eam esse credunt, & missos Venetias à Norimbergensibus Legatos, per quos leges peterentur, testantur Bembus *histor. Venet. libr.* 7. Josephus Mattheac. *ragion. polit. pag.* 86. Bodin. *de republ. lib.* 2. *cap.* 6. Annibal Scotus *lib.* 2. *comment. ad Tacit. pag.* 113. *n.* 19. ubi ait: Norimbergenses ad inclytam Venetorum Rempublicam Legatos miserunt, leges petitum, queis tàm in pace, quàm bello uterentur. Nicolaus Rittershusius *in orat. parental. Johannis Friderici Lœffelholzii fol.* 3. ita scribens: Ut inter omnes Germaniæ Respublicas sola Norimbergensis cum Veneta comparari potest, ita isti Reipubl. de tutelaribus legibus confirmari voluit, quas Leonhardus Lauretanus Dux Senatui transmisit, in triginta quinque capita redactas, juxta literas ad Senatum 9. Novembr. 1506. datas, quo etiam anno collegium tutelare Norimbergæ erectum & constitutum fuit. Et quod hic de tutelaribus legibus, id de omnibus legibus & statutis refert ex Scoto Gio. Nicolo Doglioni & Gio Battista Leon. Joh. Limnæ. *tom.* 4. *lib.* 7. *cap.* 35 *n.* 9.

De hujus Reipublicæ forma, & statu scribit Johan. Jacob. Draco *de orig. & jur. patricior. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 15. constare, ab eo tempore, quo Caroli IV. auspiciis, rerum gubernacula in patriciorum manus pervenerunt, pulcherrimam extitisse Aristocratiam, non ex ditioribus, sed nobilioribus conflatam, licet democratici regiminis speciosa simulachra singulari prudentia admixta propè appareant. Ubi non tempero mihi, quin apponam egregium Irenici encomium, de Norimberga hæc proferentis: Viget ibi Respubl. nulli Germaniæ universæ conferenda, cujus laudi accedit, quod hæc non sutoribus, quibus ultra crepidam non licet, consita sit, verùm viris partim, quibus rerum cognitionem experientia ac longa peregrinatio peperit, partim, qui sese nobilioribus doctrinis totum destinaverunt, & qui à primis cunabulis, aut tenerioribus annis, multorum hominum mores viderunt & urbes. Illic itaque Senatores administrandæ, conservandæ, propagandæ, Reipubl. causa nati, hoc unum agunt negotium, egregiè Reipubl. consulant, nullis aliis addicti negotiis, Francisc. Irenic. *in exeg. German. lib.* 3. *cap.* 105. 22

De statu hujus Reipublicæ ex Pighio *in Hercule Prodicio*, Besoldus *de Aristocrat. cap.* 3. *num.* 3. scribit, tres in ea urbe ordines esse; Patrum videlicet, Mercatorum & operariorum, sive Plebis. Ex familiis veteribus honoratioribusque, semper Senatus corpus, sive Patrum collegium suppleri: idemque constare sex & viginti viris. Ex his tredecim Magistros civium appellari, & de republica simul consultare: alios tredecim linguâ populari Scabinos dici, & festis ferè diebus Jurisdictionem inter Cives exercere; assidentibus semper Stipendiariis Jurisconsultis tribus. Leges avitas sic velle, ne quis professione Jurisperitus, aut titulo Doctor, ad Senatum aut reipublicæ gubernacula admittatur. 23

Ex bifariam sic diviso collegio Consules utrinque singulis mensibus renovari, ut unus semper ex unaquaque parte semel in Anno per Mensem integrum Lunarem, cum Insignibus summi Magistratus prodeat: atque illa per Lunationes tredecim cum annua Solis conversione in orbem redeant.

Esse quinque Viros ex eodem ordine, qui crimina inquirunt, dijudicant & noxios puniunt.

Esse Prætorem suburbanum, qui Rusticis ac Paganis Reipublicæ subjectis jus dicit.

Quæstores item ærarios ex eodem ordine duos annuatim creari, senio, fide ac probitate conspicuos, qui vectigalium ac redituum totius Civitatis curam gerunt, pecunias publicas recipiunt ac dispensant.

Dictos omnes Magistratus, cæterosque alicujus potestatis ex Senatu & solo Patriciorum ordine constitui.

Ducentos duntaxat ex tribus ordinibus, ac tota Civitate quotannis nominari, qui semel in anno, & ubi res arduæ postulant, à Magistratibus convocati coëunt, & in commune consultant.

Mercatorum ordinem licet amplissimum, à publicis oneribus liberum esse, atque immunitatibus multis gaudere: ideoque privatas opes negotiationi-

tiationibus variis ex Europa non solùm, sed etiam extremis orbis terrarum regionibus ac Insulis, eò velut in horreum congeri. Operariorum atque artificum, , qui postremus & plebejus est ordo, nulla admitti in ube cōveticula, vel concilia publica aut privata; non epulas solemnes aut cōvivia festiva multorum, nisi religionis aut exequiarū causâ: Pacietenim publicæ id pernitiosum, arbitrari ipsos, eo quod sæpius compertum est, factiones, seditionesque periculosas pullulare ex similibus plebejorum congressibus, dùm ebrii inter se de Republicâ disputant; easdemque multis urbibus libertatem ademisse calamitates ingentes attulisse.

Quod si quæ inter plebejos simultas aut dissensio fuerit orta, non ad Artium Decanos, aut operariorum primarios eam deferri, sed ad ipsum Senatū: qui confestim duos arbitros legit, qui rem cognoscât, & privato Colloquio pacē & concordiā tentent. Quæ si conciliari nequit, controversiam ad Senatum evocari, ibidemque partibus, causâ dijudicatâ, non sine gravi mulctâ silentium imponi.

Magna severitate pugans, rixas, injurias & vim privatis illatam, quietis publicæ conservandæ causâ compesci, ita ut in Quinqueviralì illo judicio Minoa & Rhadamanthum suas urnas assiduè movere, quis diceret: idipsum in officio plebem quàm maximam continere.

A Majoribus traditum esse dixit, Fridericum III. Imperatorem ex Italia Norimbergam redeuntem, ingentis obviam ubique effusæ plebis admiratione motum, interrogasse quendam ex Senatu sibi proximè adequitantem: quânam arte vel industriâ tantam multitudinem à seditionibus aut tumultu continere possent? Verbis, & verberibus: atque ita breviter insinuasse, bonos, & ingenuos cives facilè verbis ac rationibus duci posse: pravos & serviles, mulctis atque pœnis gravibus compesci debere; id quod Imper. Ferdinando adscribit Dresser. *Isagog. histor. part. 5. pag.* 468.

24 Pinguiorem Reipubl. Norimbergensis Status descriptionem exhibet Casparus Baumgartnerus Patricius Noricus, *in Oratione funebri Bartholomæi Pœmeri, Reipubl. ejusdem Triumviri Anno* 1592. *Altorffii habita, pag.* 29. quam ex eo, suppresso tamen nomine, refert Wehner. apud Gylman. *symphor. tom.* 6. *cap.* 7. *pag.* 202. & ex hoc Johan. Limnæ. *de jur. publ. tom.* 3 *lib.* 7. *cap.* 3. *num.* 9. quæ ita habet: Amplissimus ordo constat personis quadraginta duabus. Plebeis octo patent subsellia, cætera Patricii occupant.

25 Horum tredecim Consules dicuntur, 13. des Raths / totidem Scabini. 13. Schöpffen / utrique Consulares sunt, singulisque Lunaribus Mensibus ex iis duo Consulatū administrant; Reliqui amplissimo Nominatorum antiquorum nomine, ut & plebei opifices, clarent, 16. Alte genannte; Jam ex Consulibus & Scabinis tredecim Seniores, totidem Juniores fiunt Consules Alte und Junge Burgermeister / illi colligēdis in Senatu votis vacant: Hi jura Civibus, & nonnunquam certis casibus, etiam peregrinis reddunt; Siq; talia negotia incidant, quæ Senatus authoritate decidi æquum putent, patribus ea proponunt, eorumque jussa fideliter exequuntur.

26 Scabini prætereà carceribus publicis asservatos, ad præscriptam à Senatu pro personarum ac factorum qualitate normam, aliquando civiliter solùm, sæpius criminaliter carnifice & tortore (Nachrichter &c.) præsentibus examinant: Illorum responsa Senatui referunt, & horum vicissim decreta gnaviter, privatim aliquandò, sæpius publicè administrant.

Minores causæ in Senatu terminantur, sitzen der Raht / graviores in Consilio Electiore, Außschuß / Gravissimæ per Collegium Septemvirorum, Herrn Aeltere / quibus interdum Reipublicæ temporibus ita ferentibus octavus, pari dignitate, authoritate, aggregatur, uti factum est *Anno.* 1589. & illa tempestate qua Princeps Illustrissimus, Brandenburg. Marchio Albertus, obsidione cinxit urbem Norimb. Senatoribus porrò plebis, Raht bey dem Rechten / non singulis diebus, sed certis tantùm vicibus, in Curiam veniendi jus est, raroque adeò dicunt sententias, plerunque pedibus in reliquorum, utpotè prudentium magis, placita concedentes. 27

Senatus verò legendi mos hic observatur: 28 Profesto Paschatis die, simul ac Senatus consurrexit, Senatores omnes privati redduntur, Triumviris exceptis, & iis qui quintùm consulatu funguntur: ne scil. si quis forsitan tumultus excitaretur, sine legitimo Magistratu esset Respubl. essent etiam qui disceptantibus de jure civibus responderent; solenni Paschatis festo, publicè per totam urbem in templis ante factam concionem, preces ad Deum Opt. Max. insigni Civium pietate & frequentia funduntur, ut iis pro perpetua sua bonitate media in ira, misericordiæ suæ memor noxia à nobis quæque nostraq; patria velit avertere, & eorum quos feriis Paschæ secundis Magnum consilium, genannte des grössern Rahts / quod ex quadringentis plerunque vel circiter Civibus constat, novi Senatus Electores designaturum esset, mentes, Sancto suo Spiritu ita collustrare, quò ii in recensendo vetere Senatu, & in demortuorum stationem cooptandi aliis, nihil gratiæ, odio dent nihil: Verum solum spectent numinis Divini gloriam, Reipublicæ dignitatem & communem Civitatis salutem. Die postmodum festi Paschalis secundo, divinis officiis ubip iè operatum, Magni quos vocant Consilii nominati, ante Curiæ vestibulum conveniunt, voller Raht / ubi primū ab ærarii scriba juramenti recitatur formula, quo Reipubl. ii devincti sunt. Hinc in Curiam, ad eos qui Senatus anno superiore Electores fuerunt, ordine evocantur, coram quibus profitentur, quibus ex Dominorum septemviror. Collegio futuram Senatus novi lectionem velint demandari. Cautum verò legibus est, uti duo tantùm, ex Consulibus unus, alter ex Scabinis, nec ii qui eodem anno honorem eundem gesserunt, nominentur. Horum suffragia ubi collecta sunt, à prioris anni Electoribus publicantur, & constituuntur illi, qui plura adepti sunt suffragia, Senatus novi Electores, Wöhler des neuen Rahts / quibus per veteris suffragationem Senatus, tres adjiciuntur ex iis Patriciis, quos diximus, nominatos antiquos dici. Quod honoris illis ob præcisum Consulatus honorem habetur; Inde Consilium dimittitur. Quinque viri autem è vestigio considentes partem recensent veteris Senatus, Consules nimirum & Scabinos, sique aliqui eo anno defuncti sint, eorum loca idoneis per-

perſonis ſupplent. Et hæc ſic acta poſtero die publicantur. Hinc Senatores ſolenni prius præſtito juramento, ſecundum patriam conſuetudinem ex jure & æquo ſe Civibus Jus dicturos, ſatis gnaros, conſimili ratione ſupremum illum, eundem & omniſcium Judicem olim de ſe judicaturum, Curiam ingrediuntur, & præmiſſis ſacris precibus, quibus Spiritus Sancti numen in noſtra devocari vota, ex alto ſolet, Reipubl. negotia, viribus qui novis pertractare denuò incipiunt, Antiquos nominatos, tam blebejos quàm Patricios plerunque reſcribunt; ſique ex iis forſitan quidam demortui ſint, aut in Superiorem Conſulum vel Scabinorum ordinem tranſcripti, ſubſellia horum idoneis perſonis ſupplent.

29 Exin eorum officiorum, quæ perſpectæ tantùm prudentiæ ac integritatis Senatoribus permitti ſolent, & triduo illo æquè vacârunt, refectionem ſuſcipiunt. Ea autem varia ſunt, 1. quidem dignitatis, ſolicitudinum & authoritatis gradum Duumviri ſuſtinent, Loſung-Herren.

30 His alius adjunctus, Triumviratum conſtituit, ſive ſupremæ Civitatis Capitaneatum, drey Obriſten Hauptleute.

31 Ab his dignitate proximi Scholarchæ habentur.

32 Veniunt jam nominandi publicis Eleemoſynis Præpoſiti, Allmoß-Herren.

33 Hos ii ſequuntur Prætores, quibus viduarum eſt & pupillorum, ne quid illorum perſonis & facultatibus per fraudem & inſidias improborum injuriæ inferatur, injuncta tutela, oberſte Herren Vormunder.

34 Sunt & provinciales Præfecti, qui oppidorum & arcium, quæ huic parent Metropoli, patrocinium ſuſcipere jubentur, Landpfleger.

35 Tribunis verò militaribus injungitur, ut ſi quid bellici timoris ingruat, quæ facto ſint opus adminiſtrent, & præterea publicis merentes ſtipendiis exſolvant, Kriegs-Herren.

36 Similiter & ſylvis, publicisve Præpoſiti ædificiis, omnia ſarta tecta ut ſint, procurant, Waldherren/ Bauherren und Banmeiſter.

37 Tandem duo ſunt judicia conſtituta, in quorum altero injuriarum cauſæ, tàm reales quàm verbales civiles, Fünffer-Gericht, opificum altero, Handwercksrug/ controverſiæ, ſi quæ ex ordinationibus publicæ utilitatis cauſa ſingulis opificiis à Senatu præſcriptis, ortæ ſint: utrobique nullo ſervato judiciali proceſſu, ſummariè Aſſeſſorum ex fide deciduntur. Et ab his appellare aliò non licet, niſi ad Senatum ipſum, per modum ſupplicationis: id quod tamen rariſſimè accidit, rarius etiam judicata reſcinduntur. Hactenus Baumgartnerus.

De judiciis, quæ Norimbergæ habentur, ita ſcribit wehner. *pract. obſerv. verb.* Gericht *p.* 217.

1. Das StadtGericht.

2. Das Frohnbotten-Gericht / an welchem geringſchätzige Sachen / auff ſechs Gulden werth in Gold verrichtet werden.

3. Das Bauren-Gericht.

4. Das Baugericht.

5. Das Straff-oder Fünffer-Gericht / an welchem Schmach-Sachen gehandelt werden/ remota appellatione.

6. Das Rug-Gericht/ wegen der Handwercks-Rugen/ und ihren Ordnungen / und anderer Verbrechung wegen.

7. Das Forſt- und Zeidel-Gericht/ betreffend die Forſthuben/ Zeidelgütter/ WaldRecht und derſelben Pfändungen.

Cyriacus Spangenberg im Adelſpiegel *part.* 1. 38
lib. 10. *cap.* 18. *pag.* 308. *in fin. & ſeq.* ſcribit: Die Stadt Nürmberg nimpt das Halßgericht vom Biſchoff zu Straßburg/ als dem Landgraven zu Elſas zu Lehen/ und ſchicket deſſen zum Zeugnuß jährlich gen Straßburg in die Wage ein ſcharff-ſpitz-Schwerdt/ da auff der einen Seiten ein gülden Marienbild / auff der andern Sanct Georgen Bildnuß geätzet / und zwo lincke Handſchuh / ſtarck und gut / wol heran biß an Ellnbogen gehend / und einen Meiſter-Stab / oder baculum, beneben einem Gulden. Geben ſonſt von ihrer Waar/ ſo durch Straßburg gehet/ vom Centner mehr nicht dann einen Heller. Verum hæc omnia non Epiſcopo, ſed Civitati Argentinenſi, mitti, nec in recognitionem meri Imperii, ſed partim propter liberum commercium, partim ob alias cauſas, quæ ipſum lateant, ſcribit Joh. Limnæ. *de jur. pub. tom.* 4. *libr.* 7. *cap.* 35. *num.* 18. ubi etiam *cap.* 3. *num.* 15. *pag.* 153. refert, ſibi Argentinæ relatum eſſe, daß in der Johannis-Meß/ auff einen gewiſſen Tag / in dem Zollkeller daſelbſten/ von der Stadt Nürnberg gelifert werde/ ein breiter Degen / zween lincke Handſchuh von Leder/ und ein Haſelner geſchählter Stab biß auff den Handgriff / einer Straßburgiſchen Elen lang/ und eine Sonnen-Cron zu verzehren: Im Fall ſolches nicht abgerichtet würde/ dörffte kein Burger dahin handlen/ oder ſeine Waaren allda verkauffen, *vid. infr. c.* 51. *n.* 88.

Cui non abſimile eſt, das Pfeiffergericht zu Franckfurt/ de quo Ludovicus von Hornigk *in tract. de poſtar. jur.* ita ſcribit: Das Pfeiffergericht iſt ein ſehr altes Herkommen / und hat den Nahmen dahero/ weil die drey Städt / Nürnberg / Wormbs und Bamberg (doch allein die alte Stadt) jährlichen in der Herbſtmeß/ den nechſten Gerichtstag vor Mariæ Geburt/ vor ſitzendem Gericht von des Heil. Reichs/ und Stadtgerichts Schultheiſſen/ als zu deſſen Ambt ſolches von Alters hero gehörig/ ihre Zoll-Freyheiten/ ſo ſie allhie zu Franckfurt haben/ mit Pfeiffen auffholen müſſen. Gegen ſolche Zollbefreyung geben obbemeldte drey Städte / und jede beſonder / dem Schultheiſſen einen weiſſen höltzernen Becher / ein Pfund Pfeffer/ einen alten weiſſen Biberhut / zween weiſſe Handſchuh / und ein weiß Stäblein: den Hut oder Filtz/ welchen Wormbs allein gibt/ löſen ſie jedesmals mit einem Goldgulden wiederumb auß/ und verbleiben ſolche Stück des Schultheiſſen; Die Pfeiffer unterhält allein die Stadt Nürnberg/ hergegen geben andere Städte deroſelben ein gewiſſes: Und hat vorzeiten eine jede Stadt ihre eigene Pfeiffer gehabt. Die von Honigen oder Hoingen / haben vor Alters ſolche Zollbefreyung auch gehabt / und mit ebenmäſſigen Ceremonien und Solemnitäten auffholen müſſen/ habens aber (gleich denen von Cölln) verſaumet / und dieſelbe damit verlohren.

Ordines hujus Civitatis tres ſunt, Patricio- 39
rum, Mercatorum & Opificum.

Patricii alii dicuntur Adeliche Geſchlechter/ alii 40
Erbare Geſchlechter/ quorum illi, die Adeliche/ vocantur

tur die Rathsfähige / die Erbare aber Unrathsfähige Geſchlechter.

41 Rathsfähige Geſchlechter ſequentes ordine Alphabetico *anno* 1614. Altorfii publicè exhibuit Adamus Piccartus: 1. Die Baumgärtner / 2. Böheimb / 3. Dörrer / 4. Ebener / 5. Führer / 6. Geuder / 7. Grundherrn / 8. Groland / 9. Haller / 10. Holtzſchucher / 11. Harßdörffer / 12. Im Hoff / 13. Kreſſen / 14. Köler / 15. Löffelholtz / 16. Müffel / 17. Nutzel / 18. Pömer / 19. Pfintzig / 20. Rieder / 21. Stromer / 22. Schurſtab / 23. Starcken / 24. Schlüſſelfelder / 25. Tetzel / 26. Tucher / 27. Volkamer / 28. Welſer. *Limn. t.* 5. *f.* 285. hic addit Topler.

Unrathsfähige Geſchlechter / ſequentes refert: 1. Bloben / 2. Baldinger / 3. Camerarii, 4. Gugel / 5. Heldt / 6. Köber / 7. Költzer / 8. Oertel / 9. Oelhaffen / 10. Scheurl / 11. Stockhamer / 12. Schmidner / 13. Scherel / 14. Schlaudersbach / 15. Schleucher / 16. Sitzinger / 17. Thill / 18. Topler / 19. Trainer / 20. Waldſtrömer. Alium Catalogum Patriciorum Noricorum 1. Rathsfähige / 2. Adeliche doch Unrathsfähige / 3. Abgeſtorbene Rathsfähige Geſchlechter / *Vid. apud Limn. in Nor. ad libr.* 7. *c.* 35. *num.* 11. 7. 7. *P. tom.* 5. *f.* 285. Quod etiam teſtatur. Bodin. *de republ. libr.* 2. *cap.* 6. ubi refert Norinbergæ ex innumerabili Civium multitudine, octo tantùm & vigintitribus (ſeu familias) ab antiqua Civium ſtirpe, honorum ac Imperii participes eſſe.

42 De Patriciis Norimbergenſibus *in libro Torneamentorum pag.* 111. legitur, quod Imperatori Henrico Norimberga diſcedenti egregio comitatu adfuerint Patricii Norimbergenſes, die Waldſtrömer mit 16. Pferdten / die Grundeherrn mit 13. Pferdten / die Volckhamer mit 13. Pferdten / die Köler mit 9. Pferdten / die Rutzen / die Eber mit 15. Pferd. die Nortwen mit 8. Pferdten / die Sigwein mit 11. Pferdten / die Tötzel mit 9. Pferdten / die Schurſtab mit 11. Pferd. die Sachſen mit 5 Pferdten / die Holtzſchucher mit 12. Pferdten / die Eſthalawer mit 8. Pferdten / die Steinlinger mit 12. Pferdten / die Lämlein mit 6. Pf. die Ammon mit 6. Pferdten / die Eunherrn mit 8. Pf. die Bruſtern mit 7. Pferdten / die Kipper mit 8. Pferd. die Ingram mit 3. Pferdten / die Haller mit 19. Pferd. die Vörthel mit 13. Pferdten / die Bilgram von Eibe mit 11. Pferdten / die Rietherrn mit 10. Pferd. die Muffel mit 14. Pferd. die Mendel mit 10. Pferdten / die Zenner mit 5. Pferdten / die Tucher mit 14. Pferd. die Grueber mit 14. Pferdten / die Schützen mit 9. Pf. die Böheim mit 9. Pferdten / die Reinsberger mit 12. Pferdten / die Eiſenwanger mit 10. Pferdten / die Ellwanger mit 6. Pferdten / die Schlitwitzer mit 4. Pferd. die Drachen mit 6. Pferdten / die Stromeyer mit 18. Pferdten / ſo dieſer Zeit Stromer und Nutzel genant werden / wann diß ihr erſte Adeliche Räiß war / die ſie dem Käyſer gen Werth (Donawärt) dienten / nachdem ſie der Käyſer gewapnet und geadelt hat. Auff dieſen Ritt erlangten die Adelichen Geſchlecht in Nürnberg gar einen gnädigen Käyſer / wann ſie im Feld gar geſchickt waren / und ſich ſo dienſthafft hielten / daß Ihr Majeſtät eigener Bewegnuß all Geſchlecht / wie die mit Nahmen hiebevor angezeiget / und verzeichnet ſtehn / und auff dieſer Räiß gedienet haben / mit ſondern Gnaden und Freyheiten von neuem geehret / und erhaben hat / alſo und dergeſtalt / wo ſie ſich der Adenlichen Tugend / und Freyheitem ihres Adenlichen Stands fürbaßhin halten wöllen / und gemeiner Burgerſchafft der Statt Nürnberg allen ihren Handel und Gewerb frey laſſen / ſich das nicht bekümmern / wie ſie bißdaher gethan haben / in ſolcher Maß erhöcht die Käyſerl. Majeſt. dieſe Geſchlecht alle in ihrem Adenlichen Stand / erhebt und freyet ſie von neuem in allen Ehrlichen und Adelichen Dingen / daß Sie allen Edlen Geſchlechtern auff dem Land (in des Käyſerl. Reichs Gebiete) gleich gehalten werden ſollen / Sie mögen auch mit allen Rittermäſſigen Geſchlechtern Thurniren / Rennen / Stechen im Feld / und anderen Orten / zu Schimpff und Ernſt / ſich anderm Adel gleich halten: Sie ſollen auch zu allen Adenlichen Sachen gezogen und gebraucht werden / unverhindert allermänniglich / bey Verlierung und Vermeidung Käyſ. Majeſt. Ungnad und ſchwerer Straff / ꝛc.

Lites huic Civitati cum vicinis Principibus 43
variæ ſunt, præcipuè verò cum Marchionibus Brandenburgicis, Burggraviis Norimbergenſibus, & cum Bavariæ Ducibus, Rheni Comitibus Palatinis, ex quibus hi Civitates, Lauff / Altorff / Herßpruck / & loca nonnulla alia repetere conati ſunt, quo nomine cum Johannes Caſimirus Comes Palatinus Rheni & Dux Bavariæ Norimbergenſibus dicam ſcriberet, hi *An.* 1590. in Camera Imperiali jus ſibi competens articulato libello tutati ſunt, quem refert Johan. Limn. *de jur. publ. tom.* 4. *lib.* 7. *cap.* 35. *ſub num.* 18. *pag.* 268. *& ſeq.* ubi *pag.* 297. *n.* 4. etiam intra pomeria Norimbergæ litem nuper motam ab ordine Teutonico, notum eſſe, & acta puplicè edita teſtes eſſe ære proniores, addit. De bello Norimbergenſium cum Alberto Marchione Brandenburgico videatur Münſter, *Coſmograph. libr.* 3. *cap.* 374.

De Burggraviatu Norimbergenſi ita ſcribit 44
Münſter *Coſmograph. libr.* 3. *cap.* 374. Als das Käyſerthumb an die Teutſchen komen iſt / möchte man es nie gnug ſchmücken / ehren und zieren: dann da ſetzt man viel Grad in Weltlichen und Geiſtlichen Adel. Man macht Hertzogen / Landgrafen / Marggrafen / Burggrafen / Pfaltzgrafen / Gefürſtete Grafen / ſchlechte Grafen / Ritter und Edlen / und mancherley Ständ / damit das Käyſerthumb herrlich und groß gehalten würde. Zu letzt wurden die ſieben Churfürſten auch geſetzt. Alſo ward gen Nürnberg auch eine Vogtey des Käyſerthumbs geſetzt / und nemlich die Burggrafſchafft / Anno Chriſti 911. vom Käyſer Conraden / oder wie die andern ſagen / Anno Chriſti 1194. vom Käyſer Heinrichen / der die Statt ließ umbmauren / und St. Gilgen Kirchen bauet. Und als das Hertzogthumb Voitland hinter Bamberg außſtarb / ward dem Burggrafen von Nürnberg auch ein gut Theil darvon. Anno Chriſti 1275. und umb dieſelbige zeit / ſtarb auß der Burggrafen Stammen zu Nürnberg / und übergab Käyſer Rudolff von Habſpurg die Burggraffſchafft Graf Friderichen von Zollern / der ſeine Schweſter zu der Ehe hatte. Nach dieſem Friderichen / erbte ſein Sohn Friderich der ander die Burggraffſchafft. Nach ihm kam ſein Sohn Johannes. Auff Johannem kam ſein Sohn Friderich der Dritte / auff dieſen ward ſein Sohn Friderich der Vierdte Burggraffe. Zu dieſen Zeiten ward die Marggraffſchafft Brandenburg erbloß / und erwarb ſie Burggraff Friderich von Nürnberg der Vierdte von Käyſer Sigmund zu Coſtnitz im Concilio Anno 1417. wie-

wol er dem Käyser ein groß Geld dargegen geschenckt/ das er von den Nürnbergern auffbracht / denen seine Gerechtigkeit die er in der Stadt hatte / übergab / und nichts ohne den blossen Titul darvon behielt/ und also nahm dazumal die Burggraffschafft zu Nürnbeg ein End.

45 Erant autem olim Burggravii, quibus Arcis sive Castri alicujus Imperii, Reichsburgen custodia commissa fuit, quasi Comites Civitatis dicti, ab antiquo Burgo, quod oppidum muris cinctum, & portis clausum denotat, secundum Griphiandr. *de VVeichbild. Saxon. cap. 62. num. 5.* Quamvis autem Burggravii olim officiales fuerint temporales, & ex arbitrio Imperatorum constituti, postea tamen perpetui Castellani Præfecti sive Judices certi alicujus Præsidii sive castri, einer Vestung des Reichs facti. Et quidem Burggravius Norimbergensis ab Imperatore Rudolpho I. sororis filius Fridericus Comes Zollerensis jure hæreditario constitutus est, à quo Marchionum Brandenburgicorum propagata familia, quibus officium illud continua hactenus serie successionis in feudum concessum fuit, Reusner. *de urbib. Imper. part. 2. cap. 3.* Burggraviorum magna fuit dignitas, adeò, ut in Civilibus, Marchionibus quoque jus dicere potuerint, secundum Speculum Saxonicum, *part. 3. art. 52.* De quibus Albin. *in Chron. Misnens.* ita scribit: Die Burggrafen seynd von den Käysern gemeinlich nur zu den Bisthümern gesetzt worden/ den Stifften und Kirchen/ als Verwalter der Gerichte/ welche die Bischöffe damals nicht gehabt / beyzuwohnen/ und dieselben so es vonnöthen/ auch wider Gewalt zu vertheidigen. Et tales olim præcipui erant quatuor, Stromburgensis, Norimbergensis, Magdeburgensis & Reineccensis, Johan. Limnæ. *tom. 2. libr. 4. cap. 4. num. 82. & seq.* Et quamvis hunc titulum quidam Principes adhuc dum usurpent, veluti Saxoniæ, qui se appellant Burggravium Magdeburgi, & Marchiones Brandeburgenses, qui Burggravii Norimbergensis titulum tenent, de quibus Kyllinger. *de Ganerb. castror. discurs. 3. num. 148. & seq.*

46 Hodie tamen nulli amplius sunt Burggravii, cum Imperatores in urbibus Imperialibus nulla amplius castra propria habeant, teste Nolden. *de stat. nobil. cap. 8. num. 172.* ubi *num. 173.* addit, quod titulus Burggravii Norimbergensis ad Electorem & Marchiones Brandenburgenses pertineat, sine re, & nomine tantùm, cum Fridericus Burggravius Norimbergensis, castrum suum in Nürnberg/ ab Imperatore Sigismundo, Marchio Brandenburgensis creatus, civibus vendidit, quod statim ab ipsis dirutum fuit, & in illius locum domus frumentaria extructa, teste Joan. Cochlæ. *in descript. German,*
47 *cap. 5.* Verùm in hoc errare Noldenium, nec imaginarios & titulares tantum hos esse Burggravios, inde patere, scribit Joh. Limnæ. *de jur. publ. tom. 2. lib. 4. cap. 4. num 83.* daß Fridericus der Fünffte Burggraff zu Nürnberg/ als ihm vom Käyser Sigismundo die Marck Brandenburg / besambt der Chur/ verliehen worden/ und er deßwegen eine doppelte Summ Gelds außzuzahlen / benantlichen biß in die 400000. fl. zwar habe anno 1427. am Abend Johannis Baptistæ alle hiernach gesetzte Gerechtigkeit/ so ihm in der Stadt Nürnberg zuständig / die Burg/ die Wag/ des Schultheissen Ambt / zween Wäld/ und vier Dörffer mit zweyen Mühlen übergeben/ und verkaufft gedachter Stadt / umb 240000. Gulden: Jedoch mit Vorbehalt des Tittels Geistlicher und Weltlicher Lehen / des Landgerichts/ des Burggrafthumbs/ der Wildbahn und Geleit ausser der Stadt/ und anderer Regalien mehr.

Civitatem hanc esse imperialem, & Imperio 48
Romano-Germanico immediatè subjectam, nemo est, qui dubitet, idque Imperii Matricula satis apertè demonstrat, dann sie ligt in des Reichs Anschlag umb 40. zu Roß/ und zweyhundert und fünffzig zu Fuß/ thut an Geld ein tausend vierhundert und achtzig Gulden. Gibt zu Unterhaltung des Käyserlichen Cammer-Gerichts jährlich dreyhundert Gulden/ teste. Joh. Limnæo *de jur. publ. tom. 4. libr. 7. cap. 35. pag. 279.* Doch ist anno 1557. bey dem Moderations-Tag verabschiedet worden / daß sie die nechsten fünff Jahr nicht mehr dann ⅓ dieses Anschlags geben/ aber nach Außgang solcher Anzahl Jahr sollen sie bey diesem gantzen Anschlag bleiben / referente Limn. *tom. 2. libr. 4. cap. 7. pag. 155.*

Est una ex Civitatibus alias ad Conventus 49
convocantibus, eine Außschreibende Stadt/ de quibus *supr. libr. 2 cap. 11. n. 9. & 10.* Et à Civitatibus Imperialibus impetravit, quod ipsi liceat in Comitiis Secretarium in Senatu Civitatum ad mensam Directorii ponere, daß sie ihren Secretarium einen im Stadtrath zum Directorio setzen/ der gleichfals sein Protocol hält / welches biß daher keiner Stadt zugelassen/ referente Leheman. *Chron. Spirens. lib. 7. cap. 124. pag. 1017.*

In Insignibus Civitas hæc flavi coloris Aqui- 50
lam, caput facie virginis decorum, flavisque crinibus ornatum & coronatum, in cæruleo clypeo gestat, Hôping. *de jur. Insign. cap. 6. num. 1056.* ubi addit Aldrov. *lib. 1. Ornith. tit. usus Aquilæ in Insign. pag. 104.* putare, Insigne hujus Civitatis esse semiaquilam, & causam, cur Aquila hæc virgineo capite præemineat, hactenus se quæsivisse, sed invenire haut potuisse, & scribere quidem Johan. Heidf. *in Sphing. Theol. Phil. cap. 17. pag. 532. edit. octov.* Imperatorem quendam Aquilam virgineo deformatam capite urbi Norimbergensi in signum & monimentum dedisse, quia fœminæ maritis essent imperiosæ & andromachæ, viri autem uxoriæ potestati parerent; quod si ita esset, idem de utraque Roma & Constantinopoli, mundi capitibus, citra tamen verum, dicendum foret, quod caput mulieris galeatum cum sceptro vel hasta præferant, Guid. Pancir. *l. 1. thes. var. lect. c. 18.* Freher. *in not. ad. Andlo l. 1. Imp. Rom. c. 11. in verb. nova Roma. p. 155.* Et in Civitatis Embdonæ clypeo idem caput pictum cernitur apud Braun. *l. 2. Civitat. orb. num. 32.* Verisimiliorem causam hujus insignis refert Zeilerus *in itiner. German. cap. 4. p. 108.* ubi ita scribit: Der Stadt Nürnberg Wappen ist zweyerley; Dann erstlich ist das Wappen mit dem halben schwartzen Adler im gelben Felde/ und drey rothe und weisse Strähmen/ das rechte alte Nürnberger-Wappen/ welches vor der Zerstörung die Stadt gebraucht hat. Weilen aber damahlen das Schloß nicht gewonnen worden/ noch von dem alten Käyser Henrico dem Vierdten abweichen wollen/ so ist diese Stadt einer Jungfrau würdig erachtet / und ihr folgends von dem Käyser ein neues Wappen / mit dem Jungfrauen-Kopff/

sampt einer Cron und gantzen Adlers Leib / gegeben worden / so zu gemeiner Stadt Insigel gebraucht wird. So viel aber das dritte / nemblich des Gerichts Insigel / so ist dasselbe allwegen für sich selbst gewesen / und darinnen keine Enderung vorgenommen worden.

Imperatorem Rudolphum I. Cameræ Impe-
51 rialis supremum judicium Norimbergæ primùm instituisse, ejusque primum Præsidem factum fuisse, domicilium suum ibidem tunc habentem, Adolphum Comitem Nassovium, postea Imperatorem electum, refert Reusner. *de urbib. Imperial. part.* 2. *cap.* 3.

52 Privilegia varia hæc Civitas ab Imperatoribus obtinet I. quod Imperator primam suam curiam regalem, seu prima Comitia Norimbergæ habere debeat, de qua *lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 24. II. Quod Insig-
53 nia Imperialia, quæ ad Regum & Imperatorum Romanorum coronationem spectant, maxima ex parte ipsius custodiæ concredita ibidem asserventur. Joh. Limnæ. *de jur. publ. tom.* 3. *libr.* 7. *cap.* 35. *num.* 11. ubi eadem refert, quod nimirum habeat I. Coronam Regalem, intra cujus ambitum mitra Episcopalis, bicorni cacumine exsurgit, ad partem anticam seu frontem corona illa crucem habet, quinque bene magnis adamantibus distinctam, quam longa series unionum seu margaritarum, ad formam crucis perficit: In parte postica seu occipitio, duæ appendiculæ sunt, auro tortili phrygiatæ, ac rubra bysso, quæ fimbriolis aureis terminantur. Tota autem aurea est, ac per circuitum pretiosissimarum gemmarum, divite copia rubinorum, smaragdorum, adamantum, unionum dispuncta, quæ gratiosissimam lucem ex se diffundunt. Habet præterea semicirculum aureum, medium hiatum mitræ dispescentem, sursum instar ansæ repandum, & utrinque in se reflexū, qui aureā in apice crucem gestat. Deinde Dalmaticam vestem S. Caroli M. pretiosis margaritis distinctam. Sunt autem ex auro tortili, cum sublegimine flavo serico, phrygiatæ ejus fimbriæ, & manicarum limbi unionibus auroque bracteati, intus bysso carmesino suffulta. Tertio Cappam choralem, mantum seu mantellum sive paludamentum Cæsareum, cui phrygio opere intextæ sunt aquilæ aureæ, habet præterea duas grandes aquilas intertextas ex nigro serico. Oras illius ambit bene lata fimbria gemmario opere texta superbissimo rutilante, ubi smaragdi, adamantes, saphyri, chyri soliti &c. grandiores videntur. In pluvialis illius seu paludamenti posteriore parte inter Scapulas à cervice adusque baltheum, capuciū seu riciniū est dependulū, in quo rutilantissimi lapides seriatim positi, & cumprimis Caroli M. facies, cui cœlesti Patris imago incumbit. A latere utriusq; imaginis geminæ columnæ Herculis in mōtib. Calpe & Abyla consistūt, intra quas se Oceanus Atlanticus in mare mediterraneum angusto freto ac faucibus contractis infundit; ubi balenæ affabrè expressæ, smaragdos & uniones eructant, inter undosas tumultuosi maris procellas. Pendet ex illo capitio nodus aureus filamentis aureis sparsus, usque quaque fluidus, ac ingenti Saphyro coruscus. Quartò stolam auream, ex auro tortili, ac flavo filo serico phrygiatam, in cujus extremitatibus cruces ex meris margaritis formatæ spectantur. Quintò amiculum rubri coloris. Sexto, Chirothecas unionibus ornatas, & puro bracteato auro textas. Septimò, sandalia, calceos seu socculos duos aureos, villoso cocco quoque rubricatos. Octavò tibialia, seu ocreas ejusdem verè Magni Cæsaris & sancti, quas brussechinas vocant, paululū supra genua adscendentes: reliqua passim nota sunt, ut longiore descriptione non sit opus. Nonò, Zonam coriaceam, cum retinaculo ejusdem aureo. Decimò, pomum, comiti gestabile Palatino. Undecimò, sceptrum, quod Marchio fert Brandenburgicus aureum. Duodecimò, gladium S. Caroli Magni à Duce Saxoniæ, ut Electore Mareschallo præferri solitum. Mathenesius *lib.* 3. *de Coronat. Ferdinand. II. pag.* 88. confer *supra lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 23.

III. Hoc Privilegium ab Imperatore Ludo- 54
vico anno 1320. obtinuisse dicitur, quod parentes filios immorigeros & inobedientes, carcere, turre coërcere, & vivos in profluentem demergere possint, quod Privilegium terribile & antiquum juris rigorem, quo parentibus jus vitæ & necis in liberos competebat, sapit, & meritò parentes eo non utuntur, per *l.* 2. *ff. ad L. Cornel. de sicar. l. Divus Hadrianus.* 5. *ff. de Leg. Pompej. de parricid. l. C. de his, qui parent. vel liber. occid.*

IV. Norimbergensibus ab Imperatoribus in- 55
signe hoc Privilegium confirmatum refertur, quod valeant testamenta civium Norimbergensium, à duobus signatoribus, qui personam publicam sustinent, signata. Rittershus. *in exposit. Novell. part.* 6. *cap.* 1. *num.* 9. Limnæ. *d. tom.* 3. *libr.* 7. *cap.* 35. *num.* 15.

V. Ab Imperatore Friderico II. varia Privi- 56
legia obtinuerunt Norimbergenses, quæ refert ex Goldast. *tom.* 1. *constit. Imper. pag.* 291. Johan. Limnæ. *d. cap.* 35. *num.* 16. hisce verbis: Ad evidentiam igitur specialis gratiæ ac dilectionis, quam gerimus, ad carissimam Civitatem nostram Nürenberg. antiqua jura à divis prædecessoribus &c. nostris eidem loco tradita, non solummodo confirmamus; imò si quem habere videntur defectum, cum locus ille nec habeat vineta, neque navigia, imò in durissimo situs fundo, de mera benignitate supplemus. 2. Statuentes & pro futuris immutabiliter observari facientes, quod quilibet ejusdem loci civis, nullum habere debeat advocatum, præterquam nos & nostros Successores Romanorum Reges & Imperatores. 3. Item quicunque civis antedictæ civitatis fecerit se alicujus Muntmann / tàm civis ille, quā qui hoc modo receperit eū, gratiā nostrā demeruit; & in utroque pax non violatur. 4. Item nemo aliquem civem loci illius duello impetere debet, in toto Romano Imperio. 5. Item quicunque alicui civi Norimbergensi aliqua bona sua sive prædia sive feuda obligaverit aut impignoraverit, quocunque illa bona obligata devolventur, sive ad dominos sive ad hæredes, civis ille cui antea fuerunt obligata, in quieta maneat possessione, quousque à successore redimantur. 6. Item quicunque aliquem Norimbergensem bonis suis prædiis sive feudis quocunque modo inbeneficiaverit, si forte dominus feudi aliquo tempore illi feudum negaverit, vel si aliquis ipsum civem super hoc impetierit, & civis cum suis concivibus testimonio legitimo comprobaverit se esse inbeneficiatum, in quieta permaneat possessione. 7. Item nullus dominus aliquem Norimberg-

bergensem compellere debet ad jus quod appellatur Lehenrecht. 8. Item quicunque dominus aut creditor alicui Norimbergensi accommodata reddere renuerit, mansionarius illius, aut mercator, vel suus Vogtman erit pignus Norimbergensibus. 9. Nullus Norimbergensis sit alicujus hominis gaphant de jure, nec unus mercator pro alio. 10. Item quicquid aliquis Norimbergensis ibidem deliquit, pro quo delicto puniendus esset, in persona aut rebus si satisfecerit Sculteto nostro, nulli amplius respondere debet, de hoc delicto, & gratiam nostram recipiet. 11. Ad hæc civibus sæpè dictis talis gratia pro jure ab omnibus prædecessoribus nostris inclytis Romanorum Regibus tradita dignoscitur, quam nos quoque approbamus, ut si Dominus Imperii Steúram ab ipsis exigit, non particulatim sed in communi quilibet pro posse suo persolvere debeat. 12. Item in nundinis Werde (Dona-Werdensibus) civis Norimbergensis cum denariis Norimbergensibus de jure cambiet, & nemo prohibebit. 13 Similiter in nundinis Nordlingensibus cum denariis Norimbergensib. ement & cambient aurū & argentū, & magister monetæ Norimbergensis illucibit, si voluerit, & denarios suæ monetæ ibi formabit.

57 VI. Primæ instantiæ judices habet Civitates **Windsheim und Weissenburg/** coram quibus convenienda est civitas Norimbergensis, exceptis tamen casibus Cameræ Imperiali reservatis, ad quam etiam appellationes deferendæ, juxta Privilegium *de anno* 1540. quod refert Limnæ. *d. tom 3. lib. 7. cap. 35. num. 23. Blum. Proc. Cam. tab.* 47. *fol.* 366.

58 VII. A Senatu Norimbergensi plane non appellatur **vom Straff-oder Fünffer-Gericht** / coram quo injuriæ tam reales, quàm civiles **Hader-und Schmachsachen** / aguntur, & in quo nec Procurator admittitur, Reformat. Norica *tit.* 1. *leg.* 5. *fol.* 5 & juxta Privilegium Imperatoris Friderici de *anno* 1470. quod refert Limnæ. *d. cap.* 35. *num.* 21. Nec in causis ædificiorum, **vom Baugericht** / *Reformat. d. tit.* 1. *leg.* 4. *tit.* 26. *leg.* 15. & *tit.* 10. *leg.* 2. & 3. Sicuti nec in causis mercatorum, **der Kauffhandler / so kauffen und verkauffen** / societatum & in aliis 600. florenos non excedentibus, *d. Reform. Noric. tit.* 10. *leg.* 3. §. **Es soll auch.** ex Privilegio Imper. Maximiliãi *de anno* 1520. quod extat apud Limnæ. *d. cap.* 53. Non quoque appellatur à Senatu Norimbergensi, nisi summa, de qua agitur. 600. florenos excedat. In causis autem appellabilibus, pars appellans intra decennium personaliter coram Senatu comparere, juramentum appellationis & cautionem præstare tenetur, & appellationem intra certum & præfinitum tempus introducere, juxta prædictum Privilegium Imperatoris Maximiliani *de anno* 1520 *vid. Blum. Process. Cameral. tit.* 47. *tab.* 6 *verb. Nürenberg.*

59 VIII. Habet quoque Civitas Norimbergensis Privilegium non solum, quod Judæos recipere non teneatur, sed etiam quod ejus Cives & incolæ cum ipsis Judæis contrahere non possint, / **daß kein Jud oder Jüdin / oder jemand von ihretwegen / bemeldter Stadt Nürnberg / Burgern / Dienern / Leuten / Hindersassen / Underthanen / Zugehörigen und Verwandten / in der Stadt / oder auff dem Land gesessnen / noch auch ihren Weibern / Kindern / Ehehalten / Dienstbotten und Haußgesind / weder auff ligende unbewegliche / eigene / Bestand oder Lehen / noch auch auff fahrende und bewegliche Güter / noch auff andere Underpfand / Brieffe oder Verschreibung / noch auch auff ihren Trauen und Glauben / weder mit / oder ohne Wucher / weder wenig noch viel / ohne ihr Burgermeister und Raht zu Nürnberg Vorwissen und Erlaubnus / nicht leyhen noch fürstrecken auch mit ihnen nichts tauschen / wechseln / noch einige Anlehen / noch andere Contráct / wie die Nahmen haben mügen / benannt oder unbenannt / ohne allein / was zu täglicher Nahrung und Notturfft / von fahrender Hab und baar Gelt erkaufft wird / auch die freyen auffrichtigen Handtierungen und** Commercien/ **in den freyen offenen Messen und Jahrmärckten außgenommen / weder mündlich noch schrifftlich / heimlich noch offentlich / umb was Sachen das wäre / oder seyn möchte / nicht eingehen / 2c.** secundum tenorem Privilegii Imper. Maximiliani II. *de anno* 1573. relati à Joh. Limnæ. *d. cap.* 35. *num.* 24. *Exemptos quoque cives Noricos à Judicio Rotwilensi quoad contract. cum Judæis initos refert Blum. d. l.* 60

IX. Ab Imperatore Carolo IV. *anno* 1378. Privilegium obtinuit, quod nemo intra unum miliare à Civitate Norimbergensi, Civitatem, castrum. &c. de novo extruere possit, **daß niemand / in welcherley Adel / Ehren / Würden / oder Wesen der sey / Er sey Fürst / Geistlich oder Weltlich / Graff / Dinstman / Ritter oder Knecht / auch wer der sey / fürbaß mehr in einer Meil umb Nürnberg auff alle Orth zu zehlen / keinerley Statt / Marckt / Vesten / Schloß / Burg / Burgliche Gebäu / oder keinerley Vestunge / mit Mauren oder Gräben / und auch darzu keinerley Statt-Recht / Marckt-Recht / Halßgericht und Freyheit von Neues / die von Alters bißhero nicht gewesen / und geruhiglichen herbracht seyn / machen / bauen / auffrichten / haben noch erwerben soll / oder möge / in keine Weiß / und ob die jemand machen / bauen / auffrichten / haben oder erwerben wolt / das sollen und mögen die obgenanten Burgermeister / Raht und Burger zu Nürnberg / von des Reichs wegen unterstehen / wenden und abwehren / 2c.** Quod ex Goldast. **Reichs-Satzungen** *part.* 2. *fol.* 66. refert Limnæ. *d. cap.* 35. *num.* 27. 61

X. Idem Imperator Carolus IV. *anno* 1347. hæc Civitati & Civibus Norimbergicis concessit Privilegia 1. quod si Civis quidam tale delictum perpetraverit, pro quo mortis pœna ipsi imposita, hæredes ipsius bona ejus salva obtinere, nec ea confiscari debeant, **daß desselben Erben fürbaß keinen Schaden dulden sollen an ihrem Guth vom Richter umb die Sach / darum man ihme des Leben genommen hat.** 2. Quod si capitale delictum perpetrans Civis aufugiat, bona ipsius pro pæna delicti obligata esse debent, **so sollen seine Gelder / den er gelden soll / an desselben Guth stehen / mit ihrer Gülde / als ferne das ihnen vergolten werde.** 3. Quod nullus latro vel homicida dolosus ullo asyli jure ibidem gaudere debeat, **Soll keiner Freyung geniessen / weder zu S. Gilgen / zu dem Teutschen Hauß / noch auff der Burg / noch an keiner Statt / wann ob er dahin fliehe / so möge ihn der Schulthes und die Burger auß der Freyung nehmen / ohn alle Buß und Pöen.** 4. Prætori concessit jus conducendi in viis publicis, peregrinantes defendendi, latrones & viarũ grassatores capiendi,

per-

persequendi & Norimbergam ducendi / daß der Schultheiß zu Nürnberg auff des Reichs Strassen beleiten und beschirmen soll und mag / alle die darauff reitten / wandeln oder gehen / und wo er schädlicher Leuth / Räuber oder Brenner gewahr wird / den soll er und mag ihn nachfolgen / und die halten und benöten mit Gewalt / oder wie er mag / ob er sie begreiffet / daß den / die sie beschädiget haben / an Leib oder an Guth / und sonder dem Lande Recht von ihm geschehe / nach der Stadt Recht / und mag auch die gen Nürnberg führen ohne alle Hinderung / &c. 6. Quod incendidium minantes æquè puniri debeant, ac si incendium intulissent, welcher einen trohet zuverbrennen / und mit Recht von ihme nemmen will / und wer des fährlichen Bott ist / und darumb begriffen wurd / daß man über die richten soll gleicher Weise / als ob sie den Brand gethon hätten / und wer auch dieselben Mordbrenner wissentlich beherbet / ärtzt oder träncket / und die darumb begriffen werden / über die soll man auch richten / als über einen Mordtbrenner durch Recht. 6. Si hospes Cauponi, vel alius alii quicquam custodiendum credidit, is autem rem istam abstulerit, tanquam prædo, als ein Räuber / puniri debet. 7. Quod nefarii pabulatores pro prædonibus habendi & puniendi sint, daß alles frevenlichen Füttern für ein Raub gehalten und gestraffet werden solle. Cujusmodi Privilegium ex *d.* Goldast. *d. part.* 2. *pag.* 358. refert Limnæ. *d. cap.* 35. *num.* 28.

62 XI. Imperator Fridericus III. *anno* 1464. hoc Norimbergensibus indulsit Privilegium, quod nemo nova ædificia & Caupones intra miliare prope Norimbergam extruere debeat vel possit, daß kein neu Gebäu auch Schenckstatt bey einer Meilwegs / rings umb Nürnberg gelegen / fürgenommen und auffgerichtet werden mögen / &c. quod privilegium extat apud Goldast. *d. part.* 2. *pag.* 358. & Limnæ. *d. cap.* 35. *n.* 29. ubi etiam *n.* 30. refert Imperat. Friderici III. confirmationem de *anno* 1476. über die Auffsatzung der Landvögte auff die Stadt Nürnberg gehabte hohe Obrigkeit / über die Forst und Zeittel-Gericht.

63 XII. Cum Norimbergenses ludum literarium sive scholam particularem in oppido suo Altorff non sine gravi sumptu instituissent, eamque tam ædificiis necessariis, quàm multis insignibus artium liberalium & Philosophiæ Professoribus, aliunde accersitis, instruxissent & ornassent, indeque factum esset, ut schola ista, cujus leve fuerat initium, ita florere cœperit, ut à plurimis locis & regionibus, non vicinis solum, sed etiam longissimè dissitis, multorum tàm Comitum & Baronum, quàm Nobilium, aliorumque clarorum virorum liberi, ad eam studiorum causa confluerent, Imp. Rodolphus II. ut adolescentium studiis & felicibus progressibus, melius consuleretur, adhibito maturo consilio, animoque deliberato, ex certa scientia & de Cæsareæ potestatis plenitudine memoratæ Scholæ Altorfinæ, speciale hoc Privilegium, authoritatem & gratiam concessit, quod deinceps ejusdem Rector, Visitatores aut Professores & personæ idoneæ, ad id per Senatum & ejus successores, vel quibus id ipsi demandarunt, deputandæ possint & valeant in prædicta Schola & Gymnasio, in Philosophia & artibus sive scientiis liberalibus, publice legere & lectiones, disputationes & repetiones publicas facere, conclusiones palam sustinere, & prædictas scientias docere, interpretari, glossare & dilucidare, omnesque actus Scholasticos exercere, &c. & præterea, ut per Collegia Professorum electi & ad id idonei, & præ cæteris excellentiores Studiosi, Baccalaurei & Magistri artium & Philosophiæ, pro cujusque scientia & doctrinâ creari, & hujusmodi dignitatibus insigniri, nec non Biretti impositione, & annuli aurei, ac osculi traditione, cæterisque consuetis solemnitatibus, investiri, & consueta ornamenta atque insignia dignitatum præfatarum eis tradi & conferri possint, &c.

Hoc Gymnasium Altorfinum postea 3. *Octobr. anno* 1622. Imperator Ferdinandus II. in 64
Academiam sive Universitatem, erexit, statuitque & ordinavit, ut per Collegia Doctorum seu Professorum, electi & idonei, & præ cæteris excellentiores, si qui ad sumendam palmam certaminis sui habiles judicati fuerint, instituto prius, per ipsos Doctores & Professores, in facultatibus prædictis, & ritu, in cæteris Universitatibus observari solitis, rigoroso & diligenti examine, (in quo conscientias ipsorum Professorum onerari vult Imperator:) in liberalibus Artibus & Philosophia, nec non Medicina, utroque Jure, eos, qui examini se submittere voluerint, atque pro more & juxta Statuta, Scholarchis, per aliquos graves & honestos viros, præsentari se fecerint, ad ipsum examen admitti, & invocata Spiritus Sancti gratia examinari, & si hoc modo habiles, idonei & sufficientes reperti, atque judicati fuerint, in supra nominatis facultatibus, Baccalaurei aut Magistri, vel Licentiati, vel Doctores, quin etiam Poetæ Laureati, pro uniuscujusque Scientia & Doctrina, creari, & hujusmodi dignitatibus insigniri, nec non Biretti, vel corollæ Laureæ impositione, & annuli & osculi traditione, cæterisque consuetis solemnitatibus investiri, & solita ornamenta, atque insignia dignitatum prædictarum eis tradi ac conferri possint. Quodque Poetæ Laureati, ac Magistri, vel Licentiati, sive Doctores, in eadem Academia promoti & promovendi, debeant & possint, in omnibus locis & terris, quin & Tribunalibus, Judiciis & Consistoriis, Sacri Romani Imperii liberè, omnes actus, tàm ad Judicum & Assessorum, quam Professorum officia pertinentes, judicandi, de jure respondendi, legendi, docendi, interpretandi, & glossandi, facere & exercere, quos cæteri Judices & Assessores, Professores, Baccalaurei, Magistri, Licentiati & Doctores, nec non Poetæ Laureati in aliis studiis privilegiatis, promoti & insigniti, exercent, & exercere possunt & debent, de jure, vel consuetudine. Præterea Imperator eandem Academiam in suam ac Successorum suorum Romanorum Imperatorum & Regum singularem protectionem, Salvoguardiam atque Patrocinium recipit simulque decernit, quod Scholastici, ac ibidem dignitatem, titulum, seu gratiam aliquam assumentes, gaudeant & potiantur, utique frui, gaudere & potiri possint ac debeant, omnibus & quibuscunque gratiis, honoribus, dignitatibus, præeminentiis, immunitatibus, Privilegiis, Franchisis, concessionibus, favoribus & indultis, ac aliis quibuslibet, quibus Universitas Coloni-

lonienſis, Viennenſis, Tubingenſis, Friburgenſis, Ingonſtadienſis, Argentinenſis, ac alia Studia privilegiata, nec non Doctores, Licentiati, Magiſtri, Baccalaurei, & Scholaſtici, in ſupra dictarum Facultatum una vel altera iſthic promoti, aut aliqua dignitate, ſeu gradu inſigniti, gaudent, utuntur, fruuntur, & potiuntur, quomodo libet, conſuetudine vel de jure. Non obſtantibus aliquibus Privilegiis, indultis prærogativis, gratiis, ſtatutis, ordinationibus, legibus, conſtitutionib., reformationibus, exemptionibus, aut aliis quibuscunque in contrarium facientibus, &c.

65 XIII. Imperator Carolus IV. *anno* 1350. ſingulari Decreto ordinavit, quod omnia reſcripta, Decreta & Privilegia aliis cujuscumque ordinis Statibus conceſſa, quæ Norimbergenſium Privilegiis, indultis & longævis conſuetudinibus contraria ſunt & derogant, nullarum ſint virium, ipſisque nihil quicquam derogare vel præjudicare debeant, Daß wann jemand/ wie die geheiſſen wären / in welchen Würden und Ehren / und Weſen man ſie erkennete / Reichen oder Armen / einerley Brieff geben / damit der Stadt und Burger zu Nürnberg Recht/ Freyheit/ Gnade und gute Gewonheit / die Sie von Römiſchen Kåyſern und Königen / auch von Jhro Kåyſerl. Majeſt. herbracht haben / bekräncket / geſchwächt oder beſchädiget werden möchten / in keinerley Weiß / daß alle ſolche Brieff / Gnade und Gab / wie und in welcher Weiß ſie darum geben / und gemacht ſeyn / und in welchen Sinnen oder Worten ſie begrieffen ſind/ oder hernach begrieffen / oder gemacht wurden / den obgenannten Burgern / Jhre Erben und Nachkommen / und derſelben Stadt zu Nürnberg / keinen Schaden bringen; Wann Jhro Majeſt. dieſelben Brieff und Gnad / die ihnen ſchädlich wären / mit dero Kåyſerlichen Gewalt / und mit rechten Wiſſen / gar und gäntzlich tödten und vernichten. Quod Decretum videre licet apud Joh. Limnæ. *de jur. publ. tom.* 4.
66 *libr.* 7. *cap.* 35. *num.* 11. *pag.* 289.

XIV. Habet quoque hæc Civitas jus cudendi monetam auream & argenteam, id quod nummi aurei & argentei ab ipſa cauſi publicè docent.

De Banco publico nuper à Norimbergenſibus inſtituto, vide Joh. Limnæ. *d. libr.* 7. *cap.* 35. *pag.*
69 280. *& ſeqq.*

XV. Singulari quoque Privilegio Imperatoris Friderici III. gaudet, quod neminem in Civitatem recipere teneantur vel debeant, qui Civis eſſe vel onera civica ſupportare, nolit, quod ita ſe
68 habet:

Wir Friderich von Gottes Gnaden / Röm. Kåyſer zu allen Zeiten Mehrer des Reichs zu Hungarn/ ꝛc. König/ ꝛc. bekennen für Uns / und alle unſere Nachkommmen am Reiche/ Römiſche Kåyſer und König / und thun kund allermenniglich mit dieſem Brieff/ zu ewiger Gedächtnüß/ als weiland unſer Vorfahr am Reich Kåyſer Carl der Vierdte / löblicher Gedächtnuß/ in ſeinen Königlichen Würden und Gewalt geſetzt/ und dem Schultheiſſen/ Rath und den Bürgern gemeinniglich unſer und des Reichs Stadt Nürnberg ewiglich zu halten gebotten und befohlen hat/ daß alle die/ ſo Gut/ Erbzinß/ Häuſer/ Gült oder Rechte/ in der gemelten Stadt Nürnberg haben/ und der Stadt genieſſen / ſie ſeyen geſeſſen in der Stadt/ oder unter den Herren/ oder in den Freyungen/ daß die mit denſelben Schultheiſſen / Rath und Bürgern/ und der gemelten Stadt/ Loſung/ Steur und allerley Gebürde/ ſo dieſelben von Nürnberg aufffetzen / und die Stadt Nürnberg angehet/ gleich andern Burgern mittragen und leiden / und der in keine Weiß ledig ſeyn ſolten oder bleiben / als das dieſelben unſers Vorfahrns Kåyſer Carls Königliche Brieff / des Datum ſtehet zu Maintz/ nach Chriſti Geburt 1300. Jahr/ und darnach in dem 54. Jahr/ an St. Johannis Tag/ des H. Zwölffbotten und Evangeliſten/ ſeines Reichs im 8. Jahr/ des glaublichen Vidimus und Tranſſumpt Wir geſehen haben/ klärlichen außweiſt/ daß wir ſolch unſers Vorfahren Kåyſers Carln Geſetz/ Gebott und Befehl billich und zimblich ſeyn erfinden/ und darumb/ als Römiſcher Kåyſer / zu Förderung und Auffenthalt gemeines Nutz der gemelten Stadt Nürnberg / ſo haben wir mit wohlbedachtem Muth/ gutem zeitigen Rath/ auch auß eigener Bewegnuß unſers Kåyſerlichen Gewalts Vollkommenheit/ und rechtem Wiſſen/ ſolch obberührtes unſers Vorfahren/ Kåyſers Carls Geſetz/ Gebott und Befelch/ gnädiglich confirmirt und beſtättet / und von neuem geordnet und geſetzt/ daß alle Burger und Jnnwohner/ auch alle die / ſo Erbzinß / Gült / Häuſer / oder Recht in der Stadt Nürnberg oder auſſerhalb haben/ alle und jegliche Loſung / Steur und andere Aufffatzung/ ſo durch die Erſamen/ unſer und des Reichs lieben getreuen Burgermeiſter und Rath daſelbſt auffgeſetzt ſeyn/ oder je zu Zeiten zu Notturfft und Nutz der Stadt auffgeſetzt werden/ an die Ende / da das von Raths wegen einzunehmen befohlen wird / geben und reichen/ und darinnen die Jnnwohner den Burgern gleich mittragen/ leiden und pflüchtig / und des in keinerley Weiß und Wege/ nicht frey noch ledig ſeyn ſollen/ confirmirn, beſtätten / auch ordnen und ſetzen ſolches alſo vom neuen/ alles auß Röm. Kåyſerlicher Macht/ Vollkommenheit und eigener Bewegnuß/ wiſſentlich in Krafft diß Brieffs/ und wollen / daß ſolches alſo alles zu ewigen Zeiten kräfftig und mächtig ſeyn/ ſtät bleiben/ und durch die genanten von Nürnberg alſo gehalten und gehandhabet werden ſollen/ und wider das alles und jedes ſolle nicht ſeyn / außgelegt oder verſtanden noch gebraucht werden keinerley unſer noch des Reichs Statut/ Geſetz/ Gnad/ Freyheit/ privilegia, Reichsordnung noch Gewonheit/ ſo gegeben worden/ oder hinfüro gegeben würden/ uñ ſonſten ichts/ das dawider ſeyn / wie jemand das erdencken oder fürnehmen / dann Wir das alles / ſo viel das oder jedes hinwider ſeyn mögen/ jetzt alsdann / und dann als jetzt von obberührter Unſer Kåyſerl. Macht/ Vollkommenheit auffheben/ vernichten/ und abthun/ wiſſentlich in Krafft dieſes Brieffs: Und gebiethen darauff allen und jeglichen Unſern und des H. Reichs Churfürſten/ Fürſten / Geiſtlichen und weltlichen Prälaten/ Grafen / Freyen / Herren / Rittern / Knechten / Vögten/ Pflegern/ Verweſern / Amptleuthen / Schultheiſſen/ Burgermeiſtern/ Richtern / Burgern und Gemeinden / und ſonſt allen andern Unſern und des Reichs Unterthanen / und Getreuen / in was Würden/ Stands/ oder Weſens die ſeyn/ von obbeſtimmter Unſerer Keyſerlichen Macht/ Vollkommenheit / ernſtlich und feſtiglich mit dieſem Brieff/ daß ſie die obgenanten Burgermeiſter und Rath und ihre Nachkommen/ der gemelten Stadt Nürnberg / an dem obberührten Kåyſer Carls Geſetz / Gebot und Befelch / und an dieſer Unſer Keyſerlichen Confirmation, Verneuung/ Ordnung

nung und Satzung nicht hindern noch irren / noch jemands zu thun gestatten / in kein Weise / sondern Sie von Unsern und des Reichs wegen dabey handhaben / schützen und schirmen / als lieb einem jeden sey / Unser und des Reichs schwere Ungnad / und darzu eine Poen / nemlich / fünfftzig Marck löthigs Golds / zu vermeyden / ein jeder / so offt er freventlich darwider thät / halb in Unser und des Reichs Cammer / und den andern halben Theil / den obgenanten Burgermeister und Rath / oder ihren Nachkommen der Stadt Nürnberg / unablässlich zubezahlen verfallen seyn solle. Mit Urkund diß Brieffs / besigelt mit Unser Keyserl. Maj. anhangendem Insigel. Geben zu Andernach / am 19. Tag des Monats Januarii / nach Christi Geburt Vierzehenhundert und im Fünff und Sibenzigsten / Unserer Reiche des Römischen im Fünff und Dreyssigsten / des Keyserthums im Drey und Zwantzigsten / und des Hungarischen im Sechzehenden Jahr.

Varia Civitatis Norimbergensis leguntur Elogia, veluti

I. Helii Eobani Hessi.

Felix ante alias urbes Vrbs Norica salve;
Dives opum, fœcunda viris, pulcherrima cultu:
Et belli studiis asperrima militiæq;:
Nobilibus clara ingeniis, quacunque per artes
Ire libet: seu naturæ secreta latentis,
Seu te multiplices Zonas, & climata mundi
Astrorumque juvat casus cognoscere & ortus:
Nusquam culta magis floret divina Mathesis?
Seu numeris opus est, seu mensi partibus orbis;
Seu ratione operum videas certantia mille
Ingenia artificum: Parat hic ductura sub altum
Æthera prærup tas ærata volumina, moles:
Ille mathematico certas in pulvere metas
Destinat, & radio nunquam fallente gubernat.
Quid rupti tormenta sonos imitantia cœli?
Quid Polycletæa statuas haud arte minores
Cætera quid memorem? quorum me turba fatigat.
Quid pulchras arces loquar? & quid mœnia firma?
Tectaque marmoreis surgentia pulcra columnis?
Marmore quale solet producere Norica tellus.
Arcibus æternis haud quaquam vile locandis;
Naturæ ingenio quodam, quo namque recisum est
Tempore, molle fluit facile & tractabile ferro:
Postquam auras tetigit superas (mirabile dictu)
Durescit magis atque magis, roburque manendo
Concipit, & senio superat durante juventam.
Hoc lapide assurgunt civilia tecta per omnes,
Æquatis certo regionibus ordine, partes:
Magnorum dicas æquare Palatia Regum.
Publica quid referam longis opera edita ab annis;
Quid nova semper adhuc surgentia? qualibus inde
Et quibus aërias, templorum culmina, turres?
Murorum impositas fossis ingentibus arces;
Horrea, fana, lacus, fontes, tot suspiciendis
Hospitibus loca, tot sumptus in publica egenis,
Ægrotisque alimenta, domos, medicamina, curas?
Fortunata tuis meritis Respublica, cujus
Iura regit sapiens tranquilla in pace Senatus:
Legibus hinc firmata suis Respublica: nullos
Fortunæ insultus metuit: sic viribus omnes
In casus firmata suis, sibi sola superque
Est satis: hinc quoque privatis accessio rebus:
Hinc fovet unanimes stabilis concordia cives.
Prætereo sanctos in publica commoda mores
Impositos, vitæque datas communis habenas:
Præscriptoque pudicitiam se fine tuentem,
Legitimi vetitam temerare cubilia lecti,
Christicolas animos, & relligionis amorem,
Cultaque præcipuè divini oracula verbi,
Ipsa tacere volet, nec enim sibi laudibus istis
Vrbs placet, aut ullos istis ex rebus honores
Arrogat: ipsa sui testis sibi proxima sensus.

II. Hugonis Favolii.

Felix ante alias urbes Vrbs Norica Berga,
Mœnia magnificis attollit ahenea muris:
Quam rapidus circum lambit Pegnesus arenis,
Per mediumque secat, fluvio & profundit amœno.
Cui Piber, atque citis madido delapsus ab Austro
Rednitius celerans mox sese passibus infert:
Confestimque tribus coit alveus amnibus unus;
Et pariter sociis coalescunt flumina ripis:
Donec Bambergæ muros & mœnia linquant,
Ac simul in Mœnum sinuoso gurgite tendant.
Vrbs opulenta, potens, validis circumdata muris,
Et florens, proprias & facta opulenta per artes;
Norica nomen habet, juncti à cognomine castri,
Dives opum, fœcunda viris: laus, gloria, robur
Militiæ: cultrix veræ pietatis: amatrix
Justitiæ: & verum studiorum hoc tempore asylum:
Quam fovet unanimis populi concordia felix,
Legibus & firmata suis Respublica: cujus
Jura regit sapiens, tranquillâ pace Senatus,
Quæ nunc exilio pulsis, sibi provida Musis
Hospitium dedit, & profugis patefecit asylum:
Ingenuasque auget, cumulat, fovet, erigit artes,
Ac studiis proprium reddit, quem debet, honorem.

III. Petri Lindebergii:

Artificum mater, virtutum sedula custos.
Teutoniæ centrum, sancti tutela pudoris,
Norimberga potens: quâ non præstantior ulla
Pace fovere viros, & juncto cernere Marte,
Hostesque intrepido potis est propellere ferro.
Obstupui tremulo obtutu, ceu rusticus agrum
Qui fodiens reperit monstrosi ponderis aurum:
Vt trepidus congesta armamentaria vidi,
Innatamque fidem, notæ pietatis amorem,
Indomitos muros, instarque palatia regum,
Ædes ablectas, & parti appensa tropæa,
Augustis monumenta tholis, infixaque cedro:
Vt claros virtute viros, virtute Senatum,
Pubentesque senum, canos juvenumque labores,
Et quas innumeras hæc continet unica merces.
Hic viget integritas? hic sedem Astræa locavit:
Mussat Eris, Bellona latet: Mars exsulat omnis:
Pax calet, ac vitium strictis inhibetur habenis;
Tum civis summam, Ars vires, Prudentia metam
Exsuperat; subitoque hic vincere vota facultas.

IV. Georgii Sabini.

Quam secat undosis Pegnesus flexibus urbem,
Edita gens forti Norica Marte colit.
Hæc sibi congesto circumdedit aggere muros,
Moles qui superant urbs Patavina tuas.
Ardua consurgunt quadrato mœnia saxo:
Mœnia bellaci non capienda manu,
Tota licet Scyticas adducat Thracica vires,
Teutonibus diram sæpè minata necem.

Amplas hujus opes excelsaque facta referrem:
Ni cantata tuis versibus, Hesse, foret.
Splendida magnorum nam sive palatia regum,
Sive quis artifices, sive requirat opes:
Sive peregrinas merces, ac dona Canopi,
Quæ procul Ægeum per mare nauta vehit:
Non habet his ullam Germania mœnibus urbem,
Tota nec Arctoo terra sub axe, parem.

V. Jacobi Micylli.

Norica quæ Phrygio jactat se nomine tellus:
Artibus, & cultis inclyta terra viris:
Urbs fuit egregiis hæc semper dedita rebus:
Inventrix operum, laudis amore flagrans.
Et quæcunque aliquo virtutis nomine fulgent:
Hæc illa ante alias ingeniosa colit.

VI. Joannis Schosseri.

Est locus, extremo quâ limite Norica tellus,
Spectat in Herciniis robora densa jugis,
Lustraque Sudetum: quorum radice sub imâ
Jugera finitimus Culta Mariscus arat.
Illic innumeras inter Pegnesus arenas
Volvitur: & sterilem flumine findit humum.
Pegnesus, celebri qui nomine tangit olympum,
Irrigat & magnas Noridos urbis opes.
Sceptra sed Augustus quo tempore Cæsar habebat,
Illius ad ripas accola nullus erat.
Sola frequentabant desertas numina lymphas:
Quæ nemorum latebras, & juga celsa colunt.
Druse, tuus frater, valido munimine turrim
Fertur in hoc primum constituisse loco.
Tunc ubi Tyrigetûm bellacibus arma Suevis,
Romanisque simul sæva timenda forent,
Hic sua castra locans, in gentibus agmina fossis
Cinxit, & Arctoo tutus ab hoste fuit.
Post hæc armorum validis jam viribus auctus,
Indixit patriæ tristia bella meæ,
Et secum Bavaros, Gallosque ad prælia duxit,
Quosque vago populos flumine Rhenus alit.
Non potuit tantas Turingia frangere vires:
Præbuit Ausoniæ colla premenda jugo.
Ergo recesserunt conjunctis agmina signis,
Effera Pannoniæ quo caperetur humus.
Norica turris erat fugientibus apta Colonis,
Et fossas intra jam locus urbis erat.
Commoditas placuit, tuti placuere recessus,
Et subito crevit tempore fama loci.
Scilicet hic mercator opes, discrimine belli
Transtulit, atque novâ civis in urbe fuit.
Huc venere viri generoso stemmate nati,
Et pictas auro composuêre domos.
At cum nulla queant defendere mœnia Cives,
Qui sine præscriptis legibus illa tenent,
Constituere patres, sanctum legêre Senatum,
Subdita cui populi cætera turba foret.
Nec mora, sanxerunt communia vincula, leges,
Justitiam studiis & coluêre piis.
Talibus auspiciis Respublica Norica crevit,
Et meruit primas inter habere locum.
Carolus hanc Cæsar coluit magis omnibus unam,
Cui Magni titulum bellica dextra dedit,
Ceu testantur ibi, longos servata per annos
Arma, triumphali quæ tulit ipse manu,
Quodque comis diadema tulit, distinctaque gemmis
Pallia, Germanæ, sceptraque, gentis honos.
Sæpius hic traxisse moras fortissimus Otto
Dicitur, Ausoniam quando petivit humum.
Suevicus hic habitasse suâ cum Conjuge fertur
Cæsar, ad extremum qui mare fecit iter;
Nec minus Henricus, qui dictus nomine tali
Sextus in Augusta sede Monarcha fuit.
Quid referam summa præstantem laude Rudolphum,
Quem dedit Habsburgæ clara propago domus?
Ille sibi peperit cum pulsis ocia bellis,
Incoluit muros Noricaberga tuos.
Hic habuit regni gazas, hic tempore pacis
Distribuit populis jura suprema suis.

VII. Sebastiani Schefferi.

Noriberga viris & viribus inclyta salve!
Salve Teutonici Roma vetusta soli!
Ceu benè perpetuo felix Respublica floret,
Consilio patrum quam sapiente regis.
Dum gravibus pœnis, & verbis mollibus uti
Arte gubernandi dexteriore, soles.
Ipsa tamen cedit tibi Roma profana dicatæ
Cultibus in castâ relligione sacris,
Quam juvat hospitium civile sub urbibus illis,
Quas homines gaudent, quas habitare Dii.

VIII. Georgii Fabricii.

Nobilis excelsas urbs monstrat Norica turres
Teutonicis quâ non est ulla celebrior oris,
Ceu leges spectes & sancti jura Senatus,
Et sic unanimi viventes fœdere Cives:
Sive tot artifices claros, æquandaque priscis
Ingenia & varios juvenumque senumque labores.
Sed ne nos humili minuamus carmine laudes,
Mœonio vati dicendas: contrahe vela
Musa, nec Hessiaco te credas dicere plura
Posse Sene, aut Franco, veterum qui primus honorem
Daphneâ meruit viridem de fronde coronam.

CAPUT XXXIX.

Ober Ehenheim / *Superius Ehenhæmium.*

Summaria,

1. *Duplex Ehenhæmium.*
2. Ober-Ehenheim *est Civitas Imperialis, & in Imperii Matricula continetur.*
3. *Ad Comitia vocatur, & ad Landvogteiam Hagenoensem spectat.*

Ehen-

1 EHenhæmium Civitas etiam est Imperialis, & ab aliis Nehenheim dicta. Est autem duplex Ehenhæmium, aliud superius Ober-Ehenheim/ alterũ inferius, Unter Ehenheim/ quorum posterius inter Alsatiæ Civitates refert Samson Hertzog. *Alsat. Chron. libr. 3. cap. 10.* addens, quod oppidum hoc Nobiles de Landsperg/ una cum pago Episcopatu ab Argentoratensi in feudum recognoscant, idque Armenianos, vulgò Armeniacken/ Armen Gecken cum conditione occupasse, referente Merian. *typograph. Alsat. verb.* Ehenheim/ *pag. 15.* ubi addit hodie pagum, sed benè munitum esse.

2 Superius vero Ehenhæmium Oben Ehenheim ad fluvium Egrum, Egers/ in Alsatia situm, & tribus milliaribus ab Argentorato distans, Civitatem Imperialem esse, Imperii matricula, in qua reperitur, testatur, ist anno 1545. und 1551. umb 1. zu Roß/ und 17. zu Fuß geringert worden/ soll solchem nach monatlich geben/ zu Roß 2. zu Fuß 14. thut an Gelt 80. Gulden. Zu Underhaltung des Kåyserlichen Cammergerichts soll sie jährlich geben 47½. fl. vel secundum aliam consignationem 27½. Johan. Limnæ. *de jur. publ. tom. 4. libr. 7. cap. 38.*

Ad Comitia vocatur, & in illis votum & sessionem in scamno Rhenano habet, prout Imperii Recessus docent, & in nuperis comitiis de *an.* 1654. comparuit. Ad Vogteiam Hagenoensem pertinet, de qua vide *supra libr. 1. cap. 12. n. 175. & seqq.* 3

CAPUT XL.

Offenburg/ *Offenburgum.*

Summaria.

1. *Unde nomen habeat.*
2. *Ejus situs.*
3. *Regio hæc qualis sit.*
4. *Civitas bene constructa & munita.*
5. *A quo condita.*
6. *Oppignorata olim Marchioni Badensi.*
7. *Est Civitas Imperialis, in Matricula continetur, & ad Comitia vocatur.*

1 OFfeburgum, Offenburgum, Offenburg/ quasi Offonis conditoris Pyrgum, sive Burgum vel Castellum ita dictum. Reusner. *de urbib. Imperial. part. 3. cap. 23.* Vulgò etiam dicta Offenweiler quasi Offonis willera, Offonis villa, Mart. Zeiler. *in topograph. Suev. verb.* Offenburg. *pag. 339.*

2 Sita est hæc Civitas in Circulo Suevico in Brisgovia, ad amnem Cynthium, in Brißgeuer Thal an der Künzig/ Zeiler. & Reusner. *d. l.*

3 Regio quidem hæc parva est, sed læta admodum & fertilis, vinique aliorumque fructuum ferax, quæ ab incolis Mortenavia, die Mordnau/ Mordenau/ dicitur, à latronum scilicet frequentia, cum adhucdum locus ille latroniciis sit famosus, propter situs sui inter Rhenum & montes commoditatem, Reusner. *d. l.*

4 Civitas quoque ipsa parva quidem, & non adeò ampla, sed bene munita & constructa, & à Civitate Argentoratensi duobus miliaribus distans.

5 Condidisse hanc Civitatem primum fertur quidam Offo Anglus, qui fidei Christianæ propagandæ studio in Germaniam profectus, Rheno transito, ad ripam fluvii Schüttaræ Schüttern cœnobium, (quod Offonis cella dictum fuit,) & non procul inde civitatem hanc construxit, quod postea opibus & fortunis auctum Sacri Romani Imperii municipium factum est, Reusner. *d. cap. 23.* Offo hic ex familia Regum Anglorum natus, & ab Austrasiæ Rege provinciæ huic præpositus fuisse fertur, cujus moneta ibidem adhuc monstratur, vulgo die alten Offenburger und Englische Pfenning genannt/ & *anno* 1626. Argentinæ, dum ibidem Cœnobium St. Claræ sacrum destrueretur, reperta fuit, Zeiler. *d. topograph. Suev. verb.* Offenburg/ *pag.* 339.

Oppignorata fuit hæc Civitas Marchioni Badensi, sed ab Antistite Argentoratensi redempta, *an.* 1330. Reusner. *d. cap. 23.* Zeiler. *d. pag. 339. in fin.* ubi addit; Es habe etwan der Bischoff zu Straßburg/ auch der Marggraff zu Baden / deme sie vom Reich versetzt und wieder vom Bistumb Straßburg erlöset worden/ da zugebieten gehabt / und solle vom Bischoff Wilhelm zu Straßburg dem Käyser Ruprechten das halbe Theil an Offenburg gegeben worden seyn; wiewol sich in einer Straßburgerischen Chronic befindet/ daß Offenburg und Gengenbach noch anno 1428. dem Stifft Straßburg gehöret haben. 6

Civitatem hanc esse Imperialem & Imperio Romano immediate parere, ipsa Matricula probat, in qua descripta & pensa reperitur, ist anno 1545. und 1551. umb 15. zu Fuß geringert worden / gibt solchem nach monatlich 30. zu Fuß/ thut an Gelt 120. fl. von Zeilero *in continuat. itiner. German.* wird vermeldet/ daß in der Craiß-Verzeichnuß von anno 1602. hero/ nur 80. fl. gefunden worden / werden also umb ⅓. moderiret worden seyn: Soll zum Underhalt des Käyserlichen Cammergerichts jährlich beytragen 17. fl. als das Anschlag Register anzeiget/ Johan. Limnæ. *de jur. publ. tom. 4. libr. 4. cap. 38.* ubi attestatur, daß er unter den Reichs-actis de anno 1547. und 1548. in einer Verzeichnuß 42½. finde. Vocatur quoque ad Comitia aliosque conventus Imperii publicos & Circulares, in iisque votum & sessionem habet, sicuti Imperii Recessuum subscriptiones docent, & in nuperrimis Comitiis anno 1654. Legatum suum habuit Johann. Witisch Städtmeistern. 7

Huic Civitati sequens Epigramma conscripsit

Nicolaus Reusnerus.

Osso dedit nomen, cultumque fidemque Deorum,
Quam Cynthius alluit, urbi.
Quid majus potuit dare? catera nempe ministrat,
Fœlix huic terra Trebocum
Patria, frumentum, vinum, fructusque: tuetur
Fortis Germania vindex;
Parva sit urbs quamvis magnam satis esse fatebor,
Qua tot bona possidet una.

CAPUT XLI.

Pfullendorff / *Pfullendorffium.*

Summaria.

1. *Pfullendorffium quibus olim paruerit.*
2. *Est Civitas Imperialis.*

1 PFulledorfium, Pfullendorffium, quod Ptolomæo Bragodurum dictum, juxta opinionem Bertii & Pirckheimeri, referente Zeiler. *topograph. Suev. verb.* Pfullendorff / *fol.* 344. & Reusner. *de urbib. Imperial. part.* 2. *cap.* 33. & 34. olim Comitibus de Pfullendorff paruisse dicitur, sicuti colligere licet ex Crus. *annal. Suev. part.* 2. *lib.* 9. *cap.* 14. *ad fin.* ubi scribit, quod in Augia divite, Reichenau / Abbatiam *anno* 1132. consecutus Ludovicus, Comes à Pfullendorff / Suevus. Huic cum quadrienniū præfuisset, trucidatus est à ministris suis, indutus omni Pontificali habitu, Tutlingæ, ad Danubium, in ejus oppidi templo. Sepultus in Basilica Augiæ majore, ante sacellum Laurentii. Ubi autem nunc est patibulum Pfullendorfense, fuit olim sedes horum Comitum; quam Domina quædam Pfullendorfensis, una cum oppido obliguriviſſe fertur, meris trutarum (nobilium apud nos piscium) jecinoribus, Forellen-Lebern / Brusch. Zeiler. *topograph. Suev. verb.* Pfullendorff / *pag.* 344. ubi refert: Graff Rudolph von Pfullendorff / der nur eine Tochter / hat sich bereden lassen / daß er dem Käyser Friderico I. die Graffschafft Pfullendorff / und die Kasten-Vogtey des Bisthumbs Chur / wie sie von ihme Graff Rudolph von Bregentz gehabet / sampt allen den Reichs-Lehen / übergab / und starb erhernach anno 1180. sein besagte Tochter Itha / hatte Graff Adelbertum III. zu Habspurg / deme der Käyser sonsten Ergetzligkeit thate / Joh. Guler. *in descript. Rhæt. lib.* 9. *fol.* 33.

Sita est hæc Civitas in Hegoia, sive Hegœa, loco fertili, ad rivum Cellam, an dem Wasser Cell. Oppidum parvum est, Imperio Romano-Germanico immediatè subjectum, Catholicæ Religioni addictum, & Suevico Circulo adjunctum. Ad comitia vocatur, & in iis votum & sessionem habet, & in Matricula, seu Imperii Albo continetur, ist anno 1545. und 1551. umb 1. zu Roß / und 20. zu Fuß geringert worden / gibt monatlich zu Roß 2. zu Fuß 20. thut an Gelt 104. fl. Zu Underhaltung des Käyserlichen Cammergerichts jährlichen $37\frac{1}{2}$. fl Limnæus *de jur. publ. tom.* 2. 4. *cap.* 7. *pag.* 158. & *tom.* 4. *libr.* 7. *post. cap.* 38. *pag.* 291. *De controversia cum Comitibus à Zollern, mandati* der Pfandung. *vid. Klok. vot. Cameral. relat.* 116. 2

CAPUT XLII.

Ravenspurg / *Ravenspurgum.*

Summaria.

1. *Ravenspurgum quomodo olim dictum.*
2. *Ejus situs.*
3. *Quomodo muris circumdata, & Civitas facta, ejusque descriptio.*
4. *Est Civitas mixta Catholicæ Religioni & Augustanæ Confessioni addicta.*
5. *Turris tibicinaria anno* 1552. *concidit.*
6. *Torneamentum hic habitum.*
7. *Recessus Executionis.*

1 RAvenspurgum olim, sub Carolo Magno, Gravenspurgum Gravenspurg / dictum fuisse, nonnulli volunt, Reusner. *de urbib. Imper. part.* 2. *cap.* 21. quod nimirum ea fuerit arx quædam Comitum Altorfensium, quæ adhuc eminet in monte urbi finitimo, qui S. Vito sacer est, Sanct Veitsberg / conversa ad Austrum, infinita altitudine, à Saturnino quodam Sueviæ Principe condita, quæ postea principalis ipsius successorum sedes fuit, & in eadem arce magnus ille Hildebrandus, Suevorum Dux, habitasse fertur, cujus filia Hildegardis Caroli Magni Imperatoris conjux fuit, Reusner. *d. l.* Et infra hanc arcem vicus quidam extitit Gravenau / vel Travenau dictus, ex quo Civitas hæc postea nata & nomen accepisse videtur, Limn. *de jur. publ. tom.* 3. *libr.* 7. *cap.* 41 Zeiler. *in topograph. Suev. verb.* Ravenspurg / *fol.* 350.

Sita est hæc Civitas in Algoia ad Schussium amnem, in Valle peramœna, & jugis passim vitiferis, ab ea præsertim parte, qua Eurum spectat, septa & circumdata, Reusner. *d. cap.* 21.

Civitas elegans & satis pulchra est, & *anno* 1100. muris primum circumdata fertur, Zeiler. *d. verb.* Ravenspurg. *pag.* 350. Hanc civitatem satis luculenter describit Martin. Crusius *annal. Suevic. lib.* 8. *part.* 2. *cap.* 16. *pag.* 303. ex Epistola quadam M. Johannis Rouchii Ecclesiastis Ravenspurgensis *anno* 1588. ad ipsum exarata, his verbis: Ravenspurgi ambitus æquat

æquat ambitum vestræ Reutlingæ. Figura ferè est τετράγωνος: Quia Orientem & Septentrionem versus, magis κοιλώδης & τρίγωνος. Non eam ad partem, qua oppidum nonnihil assurgit in clivum, vineas habentem; cui clivo extra mœnia arx, das Landhauß/ superstructa est, ad Ortum; & ex parte opposita, spectat inter Septentrionem, atque Occasum. Forma τετράγωνος, non exactâ desinit. Ad Ortum superior porta est, das Oberthor; ubi angusta vallis, in qua suburbium, Oelschwang nomine, & χαρτοπώλια quinque. Ibi etiam aquæductus, Wasserstuben/ ex quo 140. fontes in oppidum derivantur. Ad Meridiem porta, quæ vocatur Käßlins Thor. Ad Occasum Constantiam versus, porta infima, das Unter Thor/ und das Mettelins Thor; ibi suburbium Pfannenstiel dictum. Hac ad bombardæ ictum, præterfluit amnis Schussa, in valle satis lata & amœna: Ad Septentrionem D. Virginis porta à templo vicino, unser Frauen Thor. Qua in parte non ita longè situm est VVeingartense Cœnobium, cum adjacente pago Altorff: Unde VValdschamitur, Biberacum, Memmingam, Ulmam. Ad Australem, Augia minor cernitur, die weiß/ oder hinder Ow/ vineas habens, prout fert loci natura, satis fertiles, ad lacum Brigantinum descendentes. Turris quædam è regione arcis ad Orientem prædictæ sita est altissima, prisci operis, vulgò Meelsack dicta, à figura saxi farinarii. In medio item Civitatis turris τετράγωνος, sublimis, tubicinaria dicta, der Blaser-Thurn/ quam an. 1552. ventus dejecit, sed est restituta. Extra oppidum περίπατος est arboribus fructuosis consitus, atque ideo longè omnium, tempore præsertim verno, amœnissimus & jucundissimus. Habet oppidum, commoda templa, habet Carmelitarum Monasterium, habet Curiam honestam, Xenodochium liberale, turres & munitiones fortissimas, & alia necessaria. Cives eminentiores, Gelderici, Schidelitii, Fabri, Sculteti, Hindershofii, Senneri, Teschleri, & quidam alii. Hactenus Crusius.

4 Cum Civitas hæc inter mixtas sit Civitates, in qua utraque Religio Catholica, & Augustana Confessio exercetur, de ea in Instrumento Pacis Cæsareo-Suevico *artic.* 5. §. *Deinde.* ita cautum & dispositum est: Ravenspurgi duo sint Consules, Catholicus unus, alter Augustanæ Confessionis, quatuor secretioris consilii, æquali numero utriusque Religionis. Eadem etiam æqualitas circa Senatum, Judicium urbanum, Præfecturam ærarii, ut & alia omnia officia, dignitates & munera publica observetur. Quoad Præturam judicii verò, Syndicatum & Secretarios Senatus & Judicii, nec non quoad alia hujusmodi officia, quæ uni tantum personæ committuntur, alternatio perpetuo observetur, ita ut demortuo Catholico semper Augustanæ Confessioni addictus, & viceversa, succedat. Quantum ad modum electionis & votorum pluralitatem, nec non curam Templorum ac Scholarum, itemque anniversariam prælectionem hujus dispositionis attinet, idem quod de Augusta dictum est, observetur. Qua de re videatur Recessus Executionis de *anno* 1649. ex quo cum Reipubl. hujus status plenius cognoscatur, ipsum ad calcem hic adjicere placuit, *num.* 7.

5 Notatu dignum est, quod scribitur, Ravenspurgi *anno* 1552. turrem Tubicinariam, der Blaser-Thurn/ hora diei secunda concidisse, in qua cum tres homines invenirentur, nihil mali accidit Tubicini, sed uxor ejus gravida, tertio demum die mortua, & filius sedecim annorum obruti perierunt, prout ex Crus. refert Reusner. *d. cap.* 21. Zeiler. *d. verb.* Ravenspurg / *fol.* 351. ubi refert ejus loco aliam extructam, eique hos versiculos inscriptos esse:

Zu einem Wunder allhie steht geschrieben/
Daß der Blaser ist lebendig blieben.

Est hæc Civitas Imperialis & Imperio immediatè subdita, ad comitia, & conventus circulares Sueviæ, vocatur, in iisdem votum & sessionem habet, & Imperii albo inserta, ist anno 1545. und 1551. umb 1. zu Roß / und 27. zu Fuß geringert worden/ gibt also monathlich 3. zu Roß / und 40. zu Fuß/ thut an Gelt 196. Gulden. Zu Unterhaltung des Käyserlichen Cammer Gerichts soll es jährlich beytragen 67½ fl. Joh. Limnæ. *tom.* 4. *libr.* 7. *cap.* 41.

Anno 1311. Ordo Equestris Sueviæ in hac Civitate torneamenta solemnia instituit, ut videre licet apud Münster. *Cosmograph. libr.* 3. *cap.* 358. Es hat zu Ravenspurg nostro seculo Burgermeister gehabt und noch/ welche zu Rittern des Ordens St. Jacobi de Spada, und zu Röm. Käyserl. Majest. Rhäten gewürdigt worden/ und sind noch allda vornehme Patricii, als Besserer/ Rothen/ von Schreckenstein/ Hyrus/ Göldrich/ von Deuring/ von Burgau / Schultheiß Gallen von Humelberg/ Gaist von Wildegg/ Prechten/ Reuchlen von Meldegg/ rc. 6

Ravenspurgischer Executions-Receß.

DEr Röm. Käys. auch zu Hungarn und Boheimb Königl. Majest. zur Execution des allgemeinen Friedenschlusses in des Heiligen Reichs Stadt Ravenspurg Subdelegirte Commissarii, thun hiemit kund und zu wissen jedermänniglich/ sonderlich aber denen solches zuwissen nöthig: demnach vermittelst Göttlicher Gnaden/ zwischen allerhöchstgedachter Röm. Käyserl. Majest. unserm allergnädigsten Käyser und Herren/ rc. auch beeder alliirten Königlichen Cronen Franckreich und Schweden/ So dann des Heil. Römischen Reichs Chur: Fürsten und Ständen/ ein allgemeiner durchgehender Fried geschlossen/ unterschrieben/ und den 25. (15.) Octobr. des jüngstverwichenen sechzehenhundert acht und viertzigsten Jahrs/ in beeden/ zu den Universal-Tractaten bestimmten Städten Münster und Oßnabrugk/ solemniter publicirt / auch nunmehr durch eingeschickte Käys. und Kön. Ratificationes, allerseits confirmiret/ und unter andern auch außtrucklich bedinget worden/ daß sobalden die darüber auffgerichte Instrumenta Pacis, von denen Herren Käyserl. und Königl. Plenipotentiariis, wie auch Churfürsten und Ständen Gevollmächtigten und Abgesandten unterschrieben/ alles das jenige/ so darinnen begriffen/ exequirt/ und würcklich vollzogen werden solte/ zu solchem Ende auch / allerhöchstgedachte Röm. Käyserl. Majestät obhabenden allerhöchsten Käyserlichen Ampts wegen/ offene Edicta in das Heil. Römische Reich außgehen / und allen den jenigen / welche Vermög solcher allgemeinen Friedenshandlung / et- 7

Dessen alles zu warhaffter Gezeugnuß und Urkund / haben Wir Unserer Facultät gewöhnlich Insigel hieunten offentlich auffgetruckt. Actum in Collegio nostro, Sambstags/ den sieben und zwantzigsten Martii, Anno Sechszehen hundert vier und zwantzig.

IN REVTLINGAM
Epigramma
Nicolai Reusneri.

Quam sociat Lex & Pietas, & in agmina cogit,
Vrbs laudem sola meretur:
Scilicet hæc vera est Ninive, collecta Jehovæ:
Sic urbs cum legibus æquis,
Pulchra domus, speciosa domus, domus agmine plena,
Cœlesti digna favore.
Sic legum nervis sociata, & munere Verbi,
Vrbs es, Rutelinga, sacrati.
Felix laude tua, Ninives sic nomine felix:
Cujus spectata periclis
Sancta fuit pietas, & multis casibus æqui
Longa observantia juris.
Sint, precor, inviolata diu tam fœdera sancta,
Præsenti numine Divûm.

CAPUT XLV.

Roßheim / *Conshæmium.*

Summaria.

1. *Conshæmii situs.*
2. *Quando muro circumdata.*
3. *Prætoris officium ad quem spectet.*
4. *Incendio conflagravit.*
5. *Est civitas Imperialis.*

1 Conshæmium, Roßheim / Imperialis quoque est Civitas, sita in Alsatia, loco frugifero & fructuoso, propè Obern-Ehenheim / & Molßheim / Zeiler. *in Topogr. Alsat. verb.* Roßheim / *p. 33.*

2 Muro & fossa circumdata fuisse fertur tempore Imperat. Friderici II. Reusner. *de urbib. Imper. part. 1. c. 21.*

3 Ad Vogteiam Hagenoensem pertinet, de qua vide *lib. 1. cap. 12. num. 175. & seq.*

Prætoris officium, das Reichs-Schultheissen-Ampt / in hac Civitate, hodiernis adhuc temporibus, penes privatam familiam Rumelinorum, jure hæreditario, ac feudi Imperialis titulo persistit; quod anno 1624. providus & discretus vir Dn. Franciscus Bernardus Rumelin, Archigrammateus Benfeldensis, jure etiam confiscandi (quod rarissimum) admixto, administravit, & in prædicto oppido Roßheim suo loco Subscultetum ordinavit & constituit, referente Martin. Mager. *de advocat. c. 2. num. 221.*

4 Anno 1385. hæc Civitas incendio conflagravit, ex incuria puellæ cujusdam, cujus carbones ex alienis ædibus petiti in platea in stramen decidentes, Civitatem ita incenderunt, ut ea, unà cum templis, campanis, turribus, & octuaginta hominibus tota ferè, & triginta tantùm ædibus superstitibus, flammis exusta fuerit, ubi etiam pons conflagravit, & aqua per Civitatem profluens per ignem adeò calefacta, ut ad extinguendum hauriri non potuerit, teste Zeiler. *in Topogr. Alsat. verb.* Roßheim / *pag. 33.* ubi etiam refert, quod *anno 1220.* magna cohors Italorum ex Lotharingia hanc Civitatem occupaverint, qui tamen vino somnoque sepulti, à civibus & aliis occisi fuerint.

Civitatem hanc Imperialem, & Imperio Romano-Germanico immediate subjectam esse; 5
Imperii Matricula docet, in qua descripta & certam summam adsignatam habet: Und ist der Stadt Roßheim Monatlicher Anschlag 1. zu Roß / und 3. zu Fuß / thut an Geld 24. fl. Soll sonsten zum Unterhalt deß Käiserl. Cammergerichts geben 25. fl. Johan. Limn. *tom. 4. de jure publ. libr. 7. post cap. 44.* In Comitiis comparet, votumque & sessionem habet, ut Imperii Recessuum subscriptiones docent.

CAPUT XLVI.

Rotenburg an der Tauber / *Roteburgum ad Tuberim.*

Summaria.

1. *Rotenburgum unde dictum.*
2. *Ejus situs & fertilitas.*
3. *Cella penaria & alumna Religionis.*
4. *Olim Franconiæ Ducibus paruit, & ab his ad Imperium pervenit.*
5. *Qualis sit Reipubl. Status.*
6. *Turpe est Reipublicæ suæ formam & jus ignorare.*
7. *Pro statu Democratico argumenta.*
8. *Rotenburgi peregrini etiam ad Senatus officia promoventur.*
9. *Nota Democratiæ, ubi magistratus non est perpetuus.*
10. *Consulatus Rotenburgi est semestris.*
11. *Senatus exterior potiora officia constituit.*
12. *Norimbergæ & Argentinæ quomodo Magistratus eligatur.*
13. *Ad potiora negotia Civium delectus Rotemburgi requiritur.*
14. *In Aristocratia generis dignitas, &c. requiritur in Senatoribus.*
15. *In Democratia cavetur, ne summa officia Patriciis, &c. conferantur.*
16. *Reipublicæ Rotemburgicæ constitutio ad pauciores personas redacta, quæ est nota Aristocratiæ.*
17. *In electione Senatorum Rotemburg. eruditiorum, & aliorum optimatum habetur ratio.*

18. *Pauca opificia aristocratiam non obscurant.*
19. *Aristocratiæ signum est, ubi Jura Majestatis & Regalia, sine populi suffragio exercentur, & num. 20.*
21. *Delecta populi pars Senatum eligit, qui tamen perpetuus est.*
22. *Pro statu mixto argumenta referuntur.*
23. *Reipublicæ Rotemburgensis status aliquando fuit aristocraticus.*
24. *Post seditionem motam, & Patriciis nonnullis secedentibus, plebei adjuncti sunt Senatores, indeque status mixtus factus videtur.*
25. *Quod etiam in aliis Civitatibus contigit.*
26. *Aristocratia prædominatur hic democratiæ.*
27. *Ubi democratia conspiciatur.*
28. *Plerarumque Rerumpublicarum in Imperio mixtus status.*
29. *Est hæc civitas Imperialis, & in albo Imperii conscripta.*
30. *Ad Comitia vocatur, in iisque votum & sessionem habet.*
31. *Rotemburgum olim fuit Burggraviatus, postea Ducatus.*
32. *Privilegium Rudolphi I. quibus constet capitibus.*
33. *Quod ab Imperatore Ludovico IV. auctum.*
34. *Habet accisam vini.*
35. *Primæ Instantiæ Judices quos habeat.*
36. *Ab extraneis Judiciis Rotemburgenses sunt exempti.*
37. *A vectigali Herbipolensi,* dem Gulden-Zoll / *sunt immunes, & num. 38.*
39. *Jura hujus Civitatis, quæ in confinibus habet, Imper. Maximilianus I. confirmavit.*
40. *Statutorum Rotemb. confirmatio.*
41. *Privilegium appellationis.*
42. *Choreæ Pastorum,* Der Hirten Tantz.

1 ROtenburgum, Rotenburg an der Tauber / à turrium & tegularum rubore sic dictum esse, censet Joh. Limn. *de jur. publ. tom. 3. lib. 7. cap. 43. num. 1.* quasi rubrum Burgum.

2 Quæ civitas est elegans, in Circulo Franconico, loco edito & amœno, maximeque fertili & copioso sita, & Solymorum urbi antiquæ, ipso situ, quam proximè respondens; cujus in sede ima Vallis est, quæ amne alluitur Tubaro, der Tauber / versus Aquilonem; circa quam agri, lucique sunt jucundi, & vineta præclara, ut maxima hic sit omnium rerum copia & ubertas, præsertim aquarum perennium, quibus tamen in sublimi loco posita Civitatis pars aliquantulum laborat, ut testatur
3 Reusner. *de urbib. Imp. part. 2. cap. 8.* Unde etiam cella quædam penaria totius Franconiæ, & cæterarum nationum propinquarum nutrix dicitur, Reusner. *d. l.* Dresser. *de urbib. Germ. pag. 526.* Estque alumna quædam Religionis & bonarum artium, id quod ornamentum Civitatis longè maximum & pulcherrimum, Reusner *d. loc.* imò utilissimum, cum exinde oriantur & educentur viri literatissimi & prudentissimi, qui Ecclesiæ & Reipubl. præsunt, eamque gubernant & administrant.

4 Olim Civitatem hanc Franconiæ Ducibus paruisse, & his deficientibus, in fidem & clientelam Sacri Imperii Romani, Auctore Friderico I. Augusto, se contulisse, *anno Christi 1172.* in ejusque amicitia, hactenus eam perpetuò mansisse, neque ab eo semel receptam, unquam postea defecisse, scribit Reusn. *d. l.* Joh. Limn. *d. tom. 3. cap. 43. & tom. 4. num. 2.* ubi ex Lehman. *Chron. Spirens. lib. 4. cap. 4. pag. 288.* refert; Die Stadt Rotenburg an der Tauber haben die Hertzogen in Schwaben in ihrem Gewalt gehabt / und Käiser Conrad der III. seinen Sohn Friederichen zum Hertzogen dahin verordnet / der bey den Historicis auch Friederich Hertzog zu Rotenburg genannt wird / Otto de S. Blasio *cap. 18.* Nach dessen Absterben hat Käiser Friederich seinen Sohn Conradum, mit der Stadt und Hertzogthum belehnet / dieweil aber derselb auch nicht lang gelebet / hat bemeldter Käiser die Stadt dem Reich zugewandt / anno 1172. quamvis alii ponant *annum 1191.* annotante ex Dn. Gualt. Limnæ. *d. tom. 4. pag. 304. in fin.*

Qualis sit hujus Reipubl. status, colligitur ex
iis, quæ sibi Dn. Georg. Christoph. Walterum, 5
Civitatis hujus Consiliarium & Syndicum vigilantissimum, communicasse, scribit Limnæ. *d. tom. lib. 7. cap. 43. pag. 300. & seq.* quæ cum non tantum ad hujus, sed & aliarum Civitatum Imperialium, præsertim Argentoratensis, Norimbergensis, Ulmensis, statum cognoscendum conducunt,
huc transferre placet, quæ ita se habent: Cum 6
turpe sit, & dedecorosum Patricio, & omni, qui in studiis politicis, præsertim Reipublicæ statum concernentibus, operatur, formam suæ Reipublicæ ignorare, in qua versatur, ut Pomponius hoc de suo mihi largiatur, *in l. 2. §. 43. ff. de O. J.* & hoc ab omnibus cordatis unicè quæratur, ut omnes bono Reipubl. nati, ea gnava opera indagent, quæ Reipubl. suæ, in qua aliquando cum familia victuri sunt, cognitu necessaria esse prospiciant, quemadmodum Aristoteles *libr. 4. polit. cap. 1.* protestatur, se non fingere Rempubl. ut Platonem fecisse compertum est, vel ut superiori seculo Thomas Morus Utopiam scripsit, sed præcepta sua politica, jam à se observatis accommodare velle, uti etiam non tam Respubl. in genere, sed in specie, Spartanorum & Atheniensium examinavit *libr. 2. polit.* & conqueritur facundissimus Lansius *in tract. de Academ. pag. 12.* perverso more Academicos hodie studia tractare, cum plerique Hispanorum, Gallorum, Italorum, mores & instituta scrutentur, & interim, quod caput rei, Germaniam suam, in

qua

qua tamen olim victuri sint, sicco pede prætereant, aliarum rerum curiosi, suarum negligentes. Ad
7 declinandam ergò hanc seculi perversitatem, ante omnia patriæ dulcissimæ, Reipubl. Imperialis Rotenburgensis ad Tubarim, statum, formam & normam sub incudem revocare, & ad præcepta universalia politica sobriè examinare proposui, inquirendo, quæ forma Reipublicæ ibidem præemineat, & per vias contrarias ad scopum transiendo.

8 Democratiæ schema illam Rempubl. præ se ferre, videtur evincere 1. illud, quod ad officia Consulatus & assessuram Senatus pervenire possunt extranei, & alienigenæ. Tradunt autem Politici, & ex contrapositione veræ Aristocratiæ manifestum evadit, ad statum ἀρίστων nullo modo promoveri posse peregrinos, sed solum patricios & originarios, vel quorum parentes diu in Republ. vixere. Exemplo esse potest Noribergensium Respubl. (quæ tamen est idea aristocraticæ Reipubl.) ubi nemo in Senatum, multò minus ad præcipua officia promoveri potest, nisi Patricio genere natus, & quidem non promiscuè quivis Patricius, sed qui ex familia singulari, Senatus munere gaudente, prodit. Noribergæ ex Civium innumerabili multitudine, octo tantum & viginti tres, seu familiæ ab antiqua civium stirpe, honorum ac Imperii participes sunt, Bodin. *de Republ. lib. 2. cap. 6. num. 226. in fin.* Steph. Pighius *in Hercule prodicio fol. 88.* Arnisæ. *de Republ. libr. 2. cap. 4. sect. 2. num. 43.* Eodem modo Augustæ Vindelicorum & Ulmæ, ad officia primaria Præfecturæ Civitatis, Senioratus, Consulatus, nemo adspirare potest, nisi indigena & Patricio genere satus: & omninò ubi aristocratiæ forma viget, ibi peregrini sunt ab officiis primariis, imò Senatu toto exclusi. Econtra Rotenburgi, etiam peregrinis ad Senatus & Consulatus officia patet aditus, in tantum, ut sæpius dimidia pars Senatorum ex alienigenis constiterit.

9 Accedit 2. quod Democratiam arguat, ubi officia primaria Senatus non sunt perpetua, sed mutabilia: propriam autem esse notam Democratiæ, summos & intimos honores esse temporarios, Tholosanus testis est *lib. 5. de rep. cap. 5.* Lambert. Danæ. *lib. 6. polit. cap. 5.*

10 Consulatus autem est modo semestris, quæsturæ, præsidatus, ut & præfecturæ nosodochiales annuæ; imò, secundum ordinationem electionis, quovis anno mutari debent personæ, imò possunt ad dimidiam partem Senatus loco moveri: E contrario, ubi Aristocratia viget, primaria Reipublicæ officia sunt perpetua, personæ non mutantur, sed morientibus aliæ substituuntur, sicut iterum exemplo potest esse illustris Noriberga, teste Casparo Baumgartnero apud Wehner. *tom. 6. Symphor. cap. 7. §. 34.*

11 Superest 3. clarius argumentum Democratiam stabiliendi, quod Senatus exterior (constans quadraginta viris, ex plebe, & aliis civibus collectis) totam civitatem repræsentans, potiora officia, Consulum, Quæstorum, Ædilium, eligat & constituat, cui etiam electi officiarii jurare tenentur. Ubi etiam Magistratus à populo constituitur, atque ita ab eodem autoritatem suam sumere tenetur, Democratiam arguit, per notata Besoldi *de Democrat. cap. 1. num. 1.* Ita non fieri solet in Aristocratiis. Noribergæ, 12
major Senatus minimè Senatum eligit & constituit, sed hoc contentus esse debet, ut ex interiore & secretiore Senatu, unum vel alterum eligat, qui Electores, die Wehler/ dicti, postmodum Senatores constituunt, eliguntque, teste eodem Patricio apud Wehner. *dict. loc. §. 34.* Argentinæ verò, Senatores eliguntur à Scabinis, nempè cum è singulis tribubus, quarum viginti tota plebs circumscripta est, singuli in Senatum adsciscantur, Scabini, constituti in iisdem tribubus, easdem repræsentantes, eos legunt.

Si 4. in causis momentosis Reipublicæ, quales sunt belligerandi, fœdera pangendi, Civitatis muniendæ, majorum & extra ordinem indicendarum collectationum quæstiones, similesque, Senatus ordinarius tenetur Civium delectum, & qui eos repræsentant, convocare, eorum consensum implorare, hæc iterum ad Democratiam viam patefaciunt, uti Thucidides *l. 6. de bell. Pelopones. cap. 2. num. 1.* testatur, Athenienses popularem statum habentes, populi consilium requisivisse, an bellum adversus Siculos suscipiendum, item an adversus Lacedæmonios offensivè belligerandum. *libr. 1.* Eodem modo Argentoratensis Respublica tenetur Scabinorum consilium explorare, an bellum gerendum, an fœdera ineunda, Bernegger. *in Comment. ad Thucid. lib. 6. cap. 1. num. 1. & in quæst. ad Tacit. Germ. cent. 2. decad. 6. quæst. 5.* quod etiam Rotenburgi continuè fieri solet, imò ita consuevit ab initio. 13

Aristocratia secundum Etymologiam ἀρίστους Reipubl. præficit, eos scilicet, quos generis dignitas, opum fulgor, virtutum gloria, sapientiæ ratio extollit, ut Bodin. *de Republ. lib. 3. cap. 8.* testatur. Constat autem ex Chronicis, quod à tempore seditionis *Anno 1451.* commotæ, nulla certa electio optimatum continuavit; quemadmodum enim ante seditionem Patricii & Nobiles in Senatum lecti, ita post eam vigore sanctionis pragmaticæ, constitutum est, ut dimidiata pars Senatus ex ordine Patriciorum posthac sumatur, altera pars ex plebe suppleretur, quod tractu temporis ita invaluit, ut tandem Patricii, ad unum omnes, vel discesserint, (quod exemplo Löffelholziorum & Topplerorum Noribergam secedentium demonstrari potest) vel ad prædia suburbana se contulerint, pleraq; autem pars planè, ex carentia posterorum, extincta sit. Examinetur ergo forma Reipubl. talis ex traditis Politicorum, ubi dimidia pars Senatus ex Patriciorum ordine, altera ex plebe deligitur, & deprehendetur, eam Aristocratiis nullo modo adsimilari posse. Econtra Democratici cavent, ne summa officia Patriciis, & antiquis familiis concedantur, ea enim ratione popularia imperia in Aristocratiam successu temporis converti putant, teste Besold. *discurs. de arcan. Rerumpubl. cap. 2. num. 7.* Christ. Liebenthal. *disp. de trib. form. Rerump. thes. 95.* Civitates (ajens) Germaniæ in Democratiam sunt 14 15

sunt prolapsæ, partim amovendo à gubernaculis, partim opprimendo vetustiores nobilium familias, ita in arctum coegerunt, ut quàm paucissimæ nobiles familiæ in iis civitatibus compareant: exemplo nobis sunt Lubeca, Brema, Brunsviga, Magdeburgum, Francofurtum. Monstrentur ergò tales Aristocratiæ formæ, ubi Senatus partim ex Patriciis, partim ex plebeis constet, & tum habebunt Aristocratiæ defensores quod volent. Noriberga, omnium Aristocraticarum Regina, (quicquid in contrarium adducat Arnisæ. *libr. 2. polit. relect. cap. 6. num. 2.* seductus Gifanii errore, in *Comm. ad 2. polit. Aristot. cap. ult.* sibique ipsi contrarius *d. libr. 2. cap. 4. sect. 4. num. 42.* ubi ait, Norimbergensium Rempubl. sublatis tribuum juribus, ad gubernationem Aristocraticam, qua adhuc utuntur, deduxit Carolus IV. Peucer. *libr. 5. Chronic.*) certè ex Patriciis, & quidem non omnibus, sed selectioribus, ab Impp. præ aliis nominatis, Senatum suum constituit, quod facit Augusta Vindelicorum, Lubeca, Francofurtum, Lunæburgum, quam omnium purissimam Aristocratiam retinuisse testatur Arnisæus, *de Republ. libr. 2. cap. 4. sect. 2. n. 44.* ubi non tantùm ad arcana Reip. ex plebeis nemo admittatur, sed etiam ne sanguis quidem cum iis commisceatur, & paucæ aliæ, unde ab his ad nostram argumentari velle, valdè erit durum, ne dicam planè absurdum.

16 Sed & tenendum est, quid pro Aristocratia stabilienda in medium adferri possit; & quidem 1. ex illo talis judicabitur, quia Reip. constitutio ad pauciores personas redacta est, quod alias notam characteristicam Aristocratiæ præ se fert, Bodino teste *lib. 2. de Repub. c. 6. n. 704.* Aristocratia, quæ habet pauciores optimates, diuturnior habetur, præsertim quando illa paucitas per gradus in pauciores se implicat, & potestatis qualitas tandem ad paucissimos dilabitur; si quidem Senatus ordinarius hujus Reip. sedecim personis constat, quæ ipsæ tandem in quinque Consules implicantur, penes quos est summa rei. Eodem modo Noribergæ numerosior Senatorum ordo, primo in XIII. juniores, secundo in XIII. seniores Consules constringitur, ex quibus, Senioribus sc. constant VII viri, III viri, II viri, penes quos est Censoria potestas & suprema dignitas. Ita Augustæ Vindelicorum Senatus in multos subdividitur gradus; præter enim Senatores sunt Coss. post VII viri, & ex his ipsis duo Præfecti civitatis tandem constituuntur, adeò ut potestas tandem in paucissimos desinat.

17 2. In hâc etiam Rep. in electione Senatorum, vel maximè eorum habetur ratio, qui eruditionis laude, experientia, sapientia, & aliis animi dotibus, alios antecedunt; quod si interdum unus vel alter idiota & plebeius cæteris adjungitur, hoc tamen aristocratiam non obscuriorem efficit, quia non perpetuum, nec æqualiter considerari necesse est; nec etiam perfectas aristocratias opifices planè omnes Senatu excludere certum est, quomodo Noribergæ octo ex certis opificiis in Senatum legi patet. Idem liquet Augustæ, Francofurti, Ulmæ, ubi ali-

18 quot opificia in Senatum cooptantur. Dico, aliquot & pauca opificia aristocratiam non obscurare; sed ubi omnibus artificibus, sine discrimine, aditus patet ad senatoria munera, ex ἰσονομίᾳ quadam, & æquabili partitione, quod Argentinæ practicatur in XX. tribubus civium, quarum una suppeditare potest lanium, alia pistorem, sartorem alia, alia sutorem, alia fabrum lignarium, alia fabrum ferrarium & sic deinceps; hoc inquam, democratiam lucidissimè arguit.

Sed ad 3. rationem deveniamus; Hoc indubium est, eam Remp. quæ jura Majestatis & regalia, 19
indivisa, sine populi suffragio & communicatione exercet, & iis solùm potitur, aristocratiæ formam præ se ferre; nam quarum Civitatum jura Majestatis, inter Senatum & populum divisa sunt, minimè omnium Respublica, sed Rerumpl. corruptiones appellari debere, putat Bodin. *lib. 2. de Republ. c. 1. n. 184. in f.* & Arnisæo teste, *de Rep. l. 2. c. 6. sect. 1. n. 38.* Jurium Majestatis ad unum vel plures agglutinatio, constituit formam Reipubl. Rotemburgi autem omnia omnia jura Majestatica, seu regalia, dignitatis & fisci, solus & unicus Senatus optimo titulo & consensu possidet, exercet & tuetur, nec consensum Senatus subalterni rogare cogitur, ex quo ipso Aristocratiæ titulo etiam gaudebit.

Quod 4. inductione specierum solidius declarabitur: Potestas asservandi portarum claves penes 20
Coss. est, & cui eas ille in specie committit; dispensationes vectigalium, nomothesia, dicœothesia, in civilibus & criminalibus, tàm quoad cognitionem, quàm executionem, penes ordinarium est Senatum: ideò cum plebs nihil participet de hisce, signum erit clarum ad optimatum regimen hanc Rempublicam optimè accedere.

Quod si 5. objicitur, delectam populi partem, 21
i. e. exteriorem Senatum, cives etiam repræsentantem, Senatum eligere, & ideò Democratiis adscribendam status formam: tùm commodè responderi potest, hoc ferendæ electionis axioma aristocratiam minimè tollere, nam & ibi plebs optimates seligit, nihilominus aristocraticis juribus salvis manentibus. Discrimen ergò hoc à politicis connotatum, non insuper habendum, ubi plebs eligit op- 22
timates, perpetuùm manentes, seu fixos, tùm est aristocratia, manetque; ubi autem ad certum tempus, annum, biennium, Senatui præficiuntur & rursus mutantur, tùm democratiam arguit, quod Besold. *de form. Rerumpubl. & in specie de Arist. cap. 2. n. 2.* pulchrè deducit. Rotenburgi autem Senatores semel lecti, tales manent quàm diu vivunt, & Consules nunquam suam dignitatem semel collatam deponunt, nisi quod in præsidatu mutent. Concludo ergò, civitatis hujus formam ad Aristocratiam accedere. Nam Argentinæ (quod ut & hactenus exempli loco addendum erat) Senatores biennio elapso successores accipiunt, inque Scabinorum arbitrio positum est, velint e Senatorio munere semel functum iterum legere, an præterire.

Ex hisce brevi manu adductis, manifestum redditur, Reipubl. Rotemburgensis formam & Democraticam & Aristocraticam esse, taliterq; defendi posse. Restat, ut quæ mea mens sit paucis etiam adaperiatur.

Ego; trutinatis hisce, pro utraque forma al- 23
latis rationibus, confirmor in ea opinione, quæ statum mixtum ex hac Republicâ elicere putat; monendum autem est ante omnia, Reipubl. alicujus ab initio constitutionem ad hanc vel illam formam alligari posse, & ita alligatam manere tàm diu, donec temporis successu, per factiones & alios solœcismos politicos, status in

alias

alias formas degenerat: quales tamen παρεκβάσεις καὶ φθοραὶ, digressiones & aberrationes sive vitiositates Rerump. non sunt rectæ earum species, sicuti docent Melchior Junius *part. 1. qq. polit. 2.* Christian. Matthias *Colleg polit. 1. disp. 6. in pr.* Besold. *de Monarch. c. 1. in fin.* Unde ut ex Monarchia tyrannis, ita ex Aristocratia, male applicata, Oligarchia & Democratia, ex Democratia Ὀχλοκρατία nascitur. Quicunque Status Rerump. sobriè & accuratè indagare & examinare cupit, eum rejectis παρεκβάσεσι, ceu malis accidentibus, leges fundamentales, & quæ non tam ἐκ ποσοῦ, quam καὶ ποιοῦ, in quotidiano regimine, laudata consuetudine exercentur, ad amussim æstimare, & ad lydium lapidem revocare debebit.

Ad docendum ergò statum mixtum Rotemburgensis Reip. distinguo primum tempora, secundo gubernationis plusquam centenariæ, imò ad ducentos annos extensæ momenta. Et ratione illius concedo, imò adstruo, quod in hac Republ. secundum Privilegia Friderici I. Ænobarbi, qui hanc Civitatem, postquam antea sub potestate Ducum Sueviæ diu fuit, Imperio asseruit *Anno Chri-*
23 *sti 1172.* teste Lehenmanno *lib. 4. Chronic. Spirens. cap. 4.* quamvis alii ponant *annum 1191.* aristocra-
24 tica forma locum habuerit, ubi meri Patricii Senatum repræsentarunt. Mota verò seditione à Civibus, Nobilioribus familiis multum infestis, *anno Christi 1541.* Patriciis ut plurimum secedentibus, res tandem, anno post natum Christum *1455.* intervenientibus aliis Civitatibus vicinis & transactionem urgentibus, (fuerunt autem mediatores propter Augustam, Ulricus Langmantel; propter Ulmam Johannes Ehinger; Nordlinga misit Johannem Brœzler; Hala Suevorum, Ludovicum Sesslerum & Conradum Senften; Dunckelspula Johann Berlern; Windshemium, Conrad Fornbach, & Justum Zellern) eo decisa, hactenusque inconcussa stetit & exercita est, ut Patriciis aliquot plebeji in Senatu adjungerentur, unde status mixtus prodiit.

25 Id quod illis temporibus, etiam aliis civitatibus, in quibus plebs Nobiliores tolerare non potuit, contigit, inde facilis descensus aristocratiæ in democratiam, aut statum planè mixtum fuit. De Argentinensi Republ. res per orbem pervulgata, & multis Chronicis, inprimis Bernhardi Hertzogs/ comprobata: de Erphurdenbus testatur Johan. Binhardus in der Thüringischen Chronic. *Anno 1509.* Idem asserit Christoph. Lehenmannus *lib. 9. Chron. Spirens. cap. 1.* de Spirensibus, ubi Equitibus & Nobilibus secedentibus, Respubl. tandem ad plebejos & opifices devoluta est. Respectu ultramemorialis regiminis, & gubernationis usque ad moderna nostra tempora, intrepidè ex fundamentis politicis adsero, Reipub. formam, ut nunc est, mixtam esse ex aristocratia & democratia, ita quidem & in tantum, ut aristocratia præponderet; æqualem enim mixturam nullibi inveniri, dubio caret, & defenditur à Lipsio *libr. 3. Polit. cap. 2.* Kirchnero *de Republ. disp. 3. Coroll. ult.*

26 Aristocratiam prædominantem subinfero ex illo, quia omnia penè jura Majestatis & Imperii (secundum quæ de forma Reipubl. unicè statuendum est, Arnold. Clapmar. *libr. 6. de Arcan. Rerump. cap. 15.* Henning. Arnisæ. *supr. citat. loc. pag. 878.*) penes optimates permanent, & perpetuo resident. Ab illis (ut aliquot exempla illustrationis ergò interspergam) non licet appellare, (nisi ad Cæsaream Majestatem, & quidem observandis solemnibus, in Privilegio Cæsareo *anno 1576.* expressis) moderantur res sine discrimine omnes, sine consensu plebis, aut plebem repræsentantium. Quod si verò hoc interdum, ut supra pluribus exemplis indicatum, in causis momentosis fieri assolet, executio tamen illorum Consiliorum unicè penes optimates, aut Senatum ordinarium, constitit, & planè plebs aliàs nihil participat cum jure status.

Democratiam autem concedo, ratione ele- 27
ctionis, Cives enim Senatus exterioris eligunt optimates, quod tamen ipsum aristocratiæ parum adimit; haud enim insolens est & rarum, ubi in aristocratiis jus eligendi penes plurimos stat, & inde à Civium ordine dependet. Accedit ad Democratiam & hoc μνημόσυνον, quod ad ratiocinia publica, seu Civitatis, audienda, etiam ex Civium ordine aliquot vocentur; item quod Senatus exterior in vitam, mores & administrationem optimatum indagare possit & debeat, eosque reformare; item quod Consul exterior adjungatur interiori ordini, quod officiis Civitatis primariis, Quæsturæ, Præturæ, & Ædilitio muneri, ex secundo civium ordine etiam præficiantur, ut ita plebem & cives universos repræsentent. Non minima etiam Democratiæ nota est, quod, quem modo diximus, ad subsellia patrum & ordinariorum delectus, ex exteriori ordine, *Consul vota colligat, neque tamen suum addat, quod in aristocratiis præsidentis munus est*, qui omnium sententias rogans, votum suum postremò subjungit, & ita majora efficit: hîc verò regens Consul, primum à dicto exteriori, seu secundario Consule, quæsitus, sententiam suam enunciat, cæteris suo ordine subsequentibus. Optimates itidem singulis annis jurant ordini Senatorum secundario, seu cives repræsentanti, & hic reciprocè primatibus juramentum præstat: quæ certè omnia in aristocratiis inaudita sunt & inconsueta.

Ex hisce ita deductis satis planum evadere arbitror, Rempublicam Rotenburgicam mixtum statum in se continere, ita tamen, ut aristocratia emineat, & democratia in certis quibusdam actibus intermixta sit. Et hæc plerarumque in Imperio Ro-
mano Rerumpublicarum forma est, paucissimis ex- 28
ceptis, quæ unicam solamque, eamque perfectam & puram putam aristocratiam docere queunt, attestãte Keckermann. *Systém. pol. lib. 2. cap. 5.* Deum toto cordis affectu veneror, ut (cum bono civi vel maximè conveniat, præsentem Reipubl. statum boni consulere, & quantum fieri potest, in melius interpretari, Grutero teste, *discurs. 3. Tacit.* & cum Agrippa & Mœcenas contenderent, utrum principatum retineri satius esset, an populo reddi? hujus sententiæ acquievit Augustus, non esse præsentem statum mutandum, apud. Cassium *lib. 52. hist.*) Rempubl. hanc patriam, in hoc statu, in quo nunc est, quam diutissimè conservare, omnes insidiantes, & ad interitum viam præparantes, φθορὰς averruncare, æmulationes, diffidentiam, invidiam, odia intestina resecare, studium inserviendi absque privato affectu, & αἰσχροκερδία, implantare, concordiam & harmonicam omnium rerum gratiam

con-

conciliare dignetur, Amen. Hactenus VValtherus.

29 Civitatem hanc Imperialem esse, & Imperio & Imperatori immediatè parere, nemo ambigit, est enim Imperii Matriculæ inserta, & in ea certam sibi adsignatam summam habet, ist anno 1545. & 1551. umb 1. zu Roß/ und 2. zu Fuß geringert worden/ hat also monatlich zu geben 10. zu Roß/ zu Fuß 65. thut an Geld 380. fl. zu Underhaltung des Käyserlichen Cammergerichts hat sie jährlich zuerlegen 90. fl. Limnæ. *tom. 4. libr. 7. cap. 43. pag. 307.*

30 Ad Comitia vocatur, votum & sessionem in iisdem habet, sequitur Nördlingam & antecedit Halam. Et licet Uberlinga & Rothvvila Rotenburgicis de præcedentia quæstionem moverint, acta tamen Imperii, & imprimis Civitatum, testari, quod Rotenburgum hasce duas sessione præcedat, ut patet ex Stätt-Abschieden de *annis 1481. 1522. 1528. 1535. 1541. 1543. 1548. 1550. 1555. 1557. 1580. 1582. & 1583. 1584. 1586. & 1666.* scribit Limnæ. *d. l.*

31 Rotenburgum olim Burggraviatum, & tandem Ducatum celebrem fuisse, judiciumque provinciale habuisse, scribit Franc. Irenicus *rer. German. lib. 3. cap. 99. & 112.* & Gylman. *Symphor. tom. 1. part. 3. vot. 23. num. 70.* Springsfeld. *de appennag. cap. 3. num. 135.* Intelligendum autem hoc esse de Burggraviis, Ducibus & Comitibus Rotenburgensibus, & non de ipsa Civitate, his enim extinctis, Civitas beneficio Friderici I. ad Imperium pervenit, sicuti ex Dn. VValthero Syndico Rotenburgensi, monet Limnæ. *d. tom. 4. libr. 7. cap. 43. pag. 306.* Et hoc judicium provinciale, cum Præfectura Imperatoris, dem Reichs-Richter-Ampt/ tempore Ruperti Imperatoris Civitati pro octo millibus florenorum oppignoratum, teste Bernh. Hertzog. *lib. 7. Chron. Alsat. cap. 5.* Imò tandem venditum, & titulo proprietatis redemptum fuit, prout testantur Georg. Eberhard. *tom. 1. consil. 56. in princip. & passim.* Mager. *de advoc. cap. 2. num. 216. & 217.*

32 Varia hæc Civitas ab Imperatoribus impetravit Privilegia, veluti I. ab Imperatore Rudolpho I. *anno 1274.* Quod 1. omnes Cives & inhabitatores Rotenburgenses Imperatoris & Imperii perpetua tuitione & patrocinio speciali gaudeant, & ad alieni fori judicium trahi non debeant. 2. Quod Centæ judicium secundum antiquam & approbatã consuetudinem in suo vigore permanere debeat. 3. Si quis de Civitate proscribatur, id Imperatoriæ Curiæ denunciari, & absolvi non debeat, nisi in loco proscriptionis. 4. Quod Cives & incolæ exactiones & precarias suas, juxta morem antiquum Imperatoris exsolvere debeant. 5. Quod nullus extraneus civem Rotenburgensem ad duellum provocare debeat. 6. Quod omnes ad nundinas Rotenburgenses ter in anno euntes & redeuntes ad unum miliare sub pleno sint Imperii securitatis & pacis conductu. Et 7. ut pascua & viæ eorum secundum antiquos terminos protendantur, &c. quod Privilegium uti & alia ex Dn. VValtheri communicatione refert Dn. Limnæ. *d. tom. 4. lib. 7. cap. 43. pag. 307.*

33 II. Cujusmodi Privilegium postea à subsequentibus Imperatoribus, Alberto & Henrico, confirmatum, Imperator Ludovicus IV. *anno 1331.* in hunc modum auxit, quod 1. Statuta & leges condere & abrogare possint, daß Sie Stadtrecht/ Gesaz und Gebott/ die Ihr Käyserl. Majest. dem Reich/ und gemeinen Rechten nicht widrig/ setzen/ ordnen/ auch wieder abnehmen mögen. 2. Feuda ipsis Imperialia confirmavit, & quod eorũ nomine nemo, nisi coram Imperatore ipsos convenire debeat, daß Sie darumb vor niemand anders/ dann vor Ihr Käys. Majest. und deroselben Nachkommen am Reich/ dem Klager antworten sollen. 3. Quod Nobiles Cives etiam in provincia commorantes, defendere & tueri possint, daß Sie alle Erbare Edelleuth/ die auff dem Land sitzen/ und ihre Burger seynd/ an allen Städten und umb alle Sachen / gegen allermänniglich versprechen/ und auch verantworten mögen/ als andere ihre Mitburgere/ die bey ihnen in der Stadt gesessen seynd. 4. Quod novum suum Hospitale, unà cum hominibus & bonis Imperatoris & Imperii nomine protegere possint & debeant, daß Sie das neue Spital zu Rotenburg an seinen Leuthen von Ihro Majest. und des Reichs wegen ewiglich schirmen und versprechen sollen und mögen. 5. Quod causarum, quæ coram Civitatis judicio provinciali agitantur, decisiones & sententiæ etiam in Aulico Imperatoris Judicio firmæ & validæ esse debeant, was vor ihrem/ der Stadt Landgericht zu Rotenburg erklagt und erlanget/ daß man ihn deßwegen bestettigen soll vor Ihro Maj. Hoffgericht/ also daß es Macht und Krafft haben soll/ allen den/ die es von ihres Landgerichts wegen fordern/ mit Landgerichts Brieffen/ ꝛc. & quod nullum Privilegium contra hujusmodi Judicium provinciale vim aliquã habere debeat, daß ihn an der Handlung desselben Landgerichts keinerley Freyung oder Gnad/ die Ihr Majest. jemand gethan hätten/ in keine Weiß Schaden oder Hinderfall bringen soll/ wann ihro Meynung und Gebott ist/ daß Sie es Ihr Majest. und dem Reich fürbaß halten und behalten/ als es vormals uff Ihr Maj. und das Reich kommen ist/ ꝛc. Quod extat apud Limnæ. *d. l. pag. 308. & seq.*

III. Imperator Carolus IV. Civitati huic concessit vectigal, sive accisiam vini, das Umbgeld/ quod Imperator Rupertus postea *anno 1400.* confirmavit, de quo Limnæ. *d. l. pag. 313.* 34

IV. Ex Imperatoris Sigismundi concessione *de anno 1422.* privilegiatos & primæ Instantiæ judices habet Rotenburgum, ex tribus civitatibus 35 vicinis, tres, quinque vel septem Senatores, coram quibus ipsa civitas, omnesque ejus cives conveniri possunt, also/ daß wann es Sach wäre/ daß jemand zu den Bürgern zu Rotenburg gemeiniglichen ichts zu sprechen hätte / so mögen sie auß den nechsten dreyen/ Ihro Majest. und des Reichs Städten / die umb sie gelegen seyn / auß welcher sie wollen / Drey / Fünff oder Sieben von derselben Städten Räthen / fordern und nemmen / und uff dieselben in der Stadt zu Rotenburg / für Ihr Majest. und des Reichs Amptmann / der dann daselbst zu Zeiten seyn würdet / gerecht werden / und daran einem jeglichen Kläger soll benügen/ und so mögen auch allwege umb eine jegliche Klage und Sach/ zween der geschwornen Räthe / zu Rotenburg die Gemeine in derselben Stadt / in dem Rechten vertretten/ und verantworten. Auch wäre es Sach/ daß dheyne verleumbte schädliche Leuth / in derselben Stadt zu Rotenburg zu Gefängnüß gebracht würden/

den/ und die nicht Anklåger håtten/ wann und wie dann der Rath daselbst/ oder der mehrer Theil des Raths auff ihre Ayde erkennen/ daß selbige Leut todwürdig wåren/ daß sie dann zu ihn richten mögen/ und mit ihn fahren/ darnach sie erkennen/ daß sie verschuld/ und verworgt håtten/ 2c. Limnæ. *d. cap.* 43. *fol.* 313.

36 V. Imperator Maximilianus II. Anno 1576. prædictum fori Privilegium confirmavit, & Rotemburgenses Cives in & extra civitatem commorantes, ab extraneis Rotvvilensi, Westphalicis, aliisque extraneis judiciis exemit, his verbis: Daß nun hinfüro weder jetzt gemeldte Burgermeister und Rath zu Rotenburg/ und ihre Burger/ noch auch derselben Underthanen/ Undersåssen/ Diener und Verwandten/ in der Stadt und auff dem Land/ umb keinerley Sachen/ Spruch oder Anforderung willen/ es treffe an Ehr/ Leib/ Schulden/ Haab und Güter/ weder für unser und des heiligen Reichs Hoffgericht zu Rotweil/ noch einig Land-Westphålisch/ oder ander dergleichen frembde/ oder außlåndische Gericht/ wie die genañt/ und wo die gelegen seyn/ oder gehalten werden/ (doch die Sachen und Fåll/ so in unser erneurten Hoffgerichts-Ordnung zu Rotweil/ under dem fünfften Titul/ des andern Theils/ außtrucklich begriffen seynd/ außgenommen:) nicht fürgeheischen/ geladen/ daselbst beklagt/ noch ichts wider sie/ ihre Leib/ Haab und Güter gericht/ geurtheilt/ procedirt/ oder fürgefahren werden solle/ in keinerley Weiß/ Sondern wer zu ihnen gemeinlich/ oder ihr einem insonderheit/ oder ihren Haab und Gütern/ einig Spruch/ Klag und Anforderung håtte/ oder zu haben vermeynte/ oder gewinnen/ wer der/ oder warumb das wåre/ der oder dieselbe sollen das Recht in erster Instantz gegen ermelten Burgermeister und Rath zu Rotenburg/ deßgleichen gegen ihren Haab und Gütern ligenden und fahrenden/ ohne alles Mittel/ Krafft angeregter ihrer habenden Freyheit/ vor ihren gefreyten ordentlichen Richtern/ oder vor uns und unsern Nachkommen am Reiche/ Römischen Kåysern und Königen/ oder unserm und ihrem Kåyserlichen und Königlichen Cammergericht/ im heiligen Reiche/ oder denen Obrigkeiten und Gerichten/ darinnen sie mit ihrem Heimwesen und Gütern jederzeit gesessen und gelegen seyn/ und dann gegen ihren Burgern/ Dienern/ Underthanen und Verwandten/ auff dem Land und in der Stadt/ allein von ihnen/ und ihren Nachkoñen/ als ihrer ordentlichen Obrigkeit/ oder dahin sie die ernandten von Rotenburg und ihre Nachkommen/ zu Recht weisen und stellen wurden/ und sonst niendert anderswo suchen und fürnemmen/ dahin sie auch ein jeder Richter/ auff mehrgemelter Burgermeister und Rath zu Rotenburg/ und ihre Nachkommen Abfordern/ zu Recht weisen solle/ es wåre dann Sach/ daß den Klågern auff ihr Ansuchen/ das Recht an berürten Orten kümmerlichen versagt/ oder gefåhrlichen verzogen wurde/ in welchem Fall/ der oder dieselben/ als dann das Recht gegen ihnen suchen mögen/ an den Enden und Gerichten/ da ihnen das füglich/ und sich solches gebüret. Johan. Limnæ. *d. l. fol.* 321. *& seq.*

37 VI. Ab Imperatore Friderico III. *an.* 1463. Privilegium obtinuit, quod à Vectigali Episcopo Herbipolensi concesso, vulgo dem Gulden-Zoll an der Tauber und Vorbach/ immunis esse debeat; Daß sie/ die ihren/ ihre Hindersessen/ und die ihnen zu versprechen stehen/ sie seyen Geistlich oder/ Weltlich/ in der Stadt oder auff dem Land gesessen/ von den Weinen/ so sie an der Tauber/ der Vorbach und an den Enden daselbsten umb kauffen/ oder sonst von dannen zu ihn führen/ und bringen werden/ nun hinfüro ewiglich solcher Gulden-Zoll/ so ihnen zu geben auffgesetzt und zu nemmen erlaubt und erlangert seyn solle/ gantz ledig und müssig/ und die zu geben nicht schuldig oder pflichtig seyn/ noch von ihnen genommen/ oder gefordert werden sollen/ in einig Weiß/ 2c. Limnæ. *d. l. pag.* 315.

VII. Quod Privilegium etiam ab Imperatore Carolo V. *an.* 1521. una cum aliis, & in specie, quod ab extraneis judiciis immunes esse, & novis Vectigalibus gravari non debeant Rotenburgenses, confirmatum extat apud Limn. *d. l. pag.* 319. *& seq.* 38

VIII. Ad hæc Imperator Maximilianus I. *an.* 1507. huic Civitati omnia sua Jura, præsertim verò ea, quæ in confinibus circa septa, turres & quoad jus venandi, videlicet die Landwehr/ mit Thürnen/ Riegel/ Hage/ Gråben und kleine Waldwerck/ longissimo tempore obtinuit, aliaque Privilegia der Välgen/ Steuren/ Reisen/ Bottmåssigkeit/ 2c. confirmavit, uti videre licet apud Limnæ. *d. l. pag.* 317. *& seq.* 39

IX. Imperator quoque Maximilianus II. *an.* 1576. Rotenburgensibus varia sua Statuta & Jura municipalia confirmavit, veluti de receptione novorum Civium, de obligationum validitate & infirmitate, de pœnis prodigorum & otiosorum, de præcedentia creditorum, &c. quæ refert Limnæ. *d. l. pag.* 329. *& seq.* 40

X. Idem Imperator Maximilianus II. *an.* 1576. ipsi Civitati Privilegium de non appellando, & ne à sententiis Senatus appelletur, nisi summa, de qua agitur 200. florenos excedat, concessit, In reliquis verò causis ad Cameram Imperialem, vel Imperatorem appellantes, juramentum appellationis & cautionis præstare tenentur, Wehner. apud Gylman. *Symphor. tom.* 6. *cap.* 7. § 38. *pag.* 220. & videre licet ex ipso Privilegio, quod refert Limnæ. *d. l. pag.* 333. *& seq.* Est Rotemburgi certa inter Pastores consuetudo, quod omnes ferè, quotquot sunt Pastores, circa tria milliaria ab ambitu urbis in Ecclesia D. Bartholomæi conveniunt, ibique prius instituto processu in Ecclesiam St. Wolffgangi, ex qua rectà hospitium aurei agni, zum Gulden Lamb/ petunt, hilaritatis officia exercent, & in foro publicam saltationem instituunt, vulgo der Hirtentantz/ in quam nullus ex mechanicis admittitur, quod si vero eo audaciæ progrediatur, ut se intrudere velit, conjicitur in den Röhrkasten/ vulgo den Herterich/ uti refert Johann. Theodor Sprenger. *de jur. ædific. in Stat. Imper. detin. verb. Rotemburgum. pag.* 450. Cui non absimilis est Saltatio opilionum, der Schåffertantz/ quæ singulis annis Gröningæ in Ducatu Würtembergico, Marck Gröningen/ in festo D. Bartholomæi, in campo publico, ab ejus loci opilionibus institui solet, pro acquirendo vervece. 41 42

In Civitatem Rotenburgum hæc extant Epigrammata.

1. Pauli Melissi.

Qua fluit arctatas per Valles Tuber amœnus,
Rasaque ab illisis saxa fragosa sonant,
Illic turrito Roteburgica mœnia surgunt
Culmine, vitiferis undique cincta jugis:
Mœnia, quæ similem (si verò credere dignum est)
Ad Solyma perhibent ædificata modum.

2. Nicolai Reusneri.

Urbs urbium Solyma omnium sanctissima,
Beata cœlitûm domus:
Regina mundi, domina rerum maxima:
Urbs sola terrarum Dea;
Urbs urbium omnium profanatissima;
Sedes nefanda Dæmonum;
Cloaca mundi jam, cadaver urbis est,
Totius orbis dedecus,
Cur? pacis & salutis haut curans bona,
Fores Deo clausit suas:
At tu, situ Solymæ modo urbis æmula,
Edocta fatali malo:
Pandis fores portasque jam Christo hospiti,
Multâ inclyto victoria:
Dum vera Veri sacra propugnas Dei:
Sanctamque dum profers fidem
Ad posteros: almæque pacis commoda
Curas, salute cum tua.
Hæc vera sanctitas, hæc est felicitas:
Hac itur in cœlum via.
Beata Civitas, legum cultrix Dei,
Sanctique gnara fœderis:
Semper decus, semper manebit laus tua,
Vivat in omne seculum.

CAPUT XLVII.

Rotweil / *Rotwila.*

Summaria,

1. *Rotvvila quomodo & unde dicatur.*
2. *Ejus situs.*
3. *Principio pagus fuit, postea Civitas facta, quæ aliquoties sedem mutavit.*
4. *Consistorium Cæsaris hic institutum.*
5. *Fœdus cum Helvetiis contraxit.*
6. *Est Civitas Imperialis.*
7. *Cera flava sigillat.*

1 ROtwila, Rotweil/ Rottwill/ quam Glarean. *in panegyr.* Erythropolin nominat, referente Zeiler. *in topograph. Suev. verb.* Rotweil. Et Ptolomæus Taxgœtium, quasi τάξεων γαῖα, id est, cohortium terra, aut mansio, teste Reusner. *de urbib. Imperial. part.* 2. *cap.* 11. Unde etiam Germanicè Rottweil / dicitur à Rott/ id est, cohorte, & will / seu vill / id est, villa, quasi cohortium, puta Cimbricarum, Villa, sive mansio, Reusner. *d. l.* Limnæ. *de jur. publ. tom.* 3. *libr.* 7. *cap.* 40. *num.* 1. quia cohortes Cimbricæ à Romanis olim cæsæ & profligatæ, tandem hoc loco consedisse feruntur, Reusner. & Limnæ. *d. l.* ex Münster. Cruf. annal. Suev. *lib.* 10. *part.* 2. *cap.* 11. *pag.* 413. Dresler. *Isagog. hist. part.* 5. *pag.* 528. *& seq.*

2 Sita est hæc Civitas in Circulo Sueviæ ad caput fluminis Nicri, sive Neccari in Rhætia, sub montibus Arbonæ, in veteri sede Regia Vangionum, Reusner. & Cruf. *d. l.* Stumpf. *Chron. Helvet. libr.* 5. *cap.* 39. Et Civitas ipsa satis magna, agroque victui sufficiente prædita, & civibus viris fortibus instructa. Stumpf. & Reusner. *d. l.*

3 Principio pagus fuit hæc Civitas, ex quo etiam adhuc inter quatuor Imperii pagos refertur à Cruf. *d. cap.* 11. de quibus *libr.* 1. *cap.* 2. *n.* 40. Postea Civitas facta, & quater sedem suam mutavit: Primo constructa erat ultra Neccarum, cum adhuc pagus esset. Sed cum pateretur multa damna à torrente Preimio ejusque crebras inundationes, in alteram Neccari ripam translata fuit, quæ antiqua adhuc vocatur Civitas. Deinde post conflagrationem oppidum hoc in edito, & postea iterum in editiore loco positum fuit, quem situm tum habuit, quando Conradus III. coactus fuit ad Hohenbergensem Comitem Henricum fugere, in arcem ejus, & ejusdem consilio, Lotharium timentis, inde per unum milliare ad Rotwilenses confugere; ubi etiam fossa, & maceria contra vim ac impetum hostium firmata, & virgulteo sepimento undique communita, ut aditus ad eam difficilis esse soleat, Mart. Cruf. *annal. Suev. libr.* 10. *part.* 2. *ca.* 11. *p.* 413. Münster. *Cosmogr. libr.* 3. *cap.* 306. Reus. *d. cap.* 11.

Et cum Imperator hic Conradus III. cum Lothario Saxone pro Imperio dimicaret, & in urbe hac tutos recessus haberet, singularis præmii & beneficii causa, Consistorium Imperiale ibidem instituit, in quo essent duodecim Equestris ordinis Assessores, aut si haberi non possent, cives, quibus auctoritate Imperatoria præsidet ceu Quæstor & Judex summus Comes Sultzensis, quod officium ei, & toti ipsius familiæ & posteritati pro feudo constitutum est. Münster. Cruf. & Reusner. *d. l.* De quo judicio vide *lib.* 2. *cap.* 33. *num.* 224. *& seq.* 4

HæcCivitas cum ab Eberhardo Primo Würtembergensium Duce nimium premeretur, fœdus cum Helvetiis contraxit, quod postea an. 1519. confœderati renovarunt, & perpetuò observandum firmarunt, Münster. *d. cap.* 306. Cruf. *d. c.* 11. Dresser. *d. part.* 5. *pag.* 528. 5

Est Civitas Imperialis, in Comitiis votum & sessionem habet, & in Imperii Matricula continetur, ligt in des Reichs Anschlag / nach dem sie Anno 1545. und 1551. umb 61. zu Fuß geringert / mit 3. zu Roß und 61. zu Fuß / thut an Geld 280. fl. Zu Underhaltung des Käyserlichen Cammergerichts hat sie zu geben 70. fl. oder wie die Reichs-Acta de anno 1547. und 1548. vermögen / 90. fl. Limnæ. *de jur. publ. tom.* 4. *l.* 7. *c.* 40. 6

Cera flava eam sigillare, refert Zeiler. *in topograph. Suev. verb.* Rottweil / in quo tamen fallitur, cum non Civitas, sed judicium Rottvvilense cera flava utatur.

In Rotvvilam Epigramma.

Nic. Reusneri.

Summa quidem Deus est cœli terræque potestas:
At administros is potestatis suæ
Selectos habet in terris, Regesque Ducesque,
Ac Judices, mundi velut quosdam Deos.

Quæ

Quæ fiunt, oculus non omnia perspicit unus:
Sic ordines Magistratus habent suos:
Sic consultores proprios habet omne tribunal:
Sic Spira lectos, sic Rottvvila Judices:
Quorum supremus medio stat in agmine Judex,
Si quando causas & negotia judicant.
Quæ populis dent jura suis, examinat, inde
Fraudem malorum vimque punit judicum.
Justus enim Deus est: æquum probat, odit iniquum,
Æquum dat æquo judici se judicem.

CAPUT XLVIII.

Schletstadt / Selestadium.

Summaria.

1. *Selestadii varia nomina.*
2. *Unde ortum habeat.*
3. *Pagus olim fuit.*
4. *Quando & à quo Civitas facta.*
5. *Ejus situs.*
6. *Antiqua est Civitas.*
7. *Præpositura & fanum S. Fidei.*
8. *Beatus Rhenanus hic sepultus.*
9. *Nobiles & Patriciæ familiæ quænam hic habitaverint.*
10. *Prætoris officium quomodo ad Civitatem pervenerit.*
11. *Senatus ab antiquo qualis.*
12. *Est Civitas Imperialis.*
13. *Ejus insignia quæ.*

1 Selestadium, Seletstadium, Slecestadium, Slecistat, Selcestadt, Germanis Schletstadt / Latinis dicta Argentaria, sive Argentuaria, Seleva vel Seleutia, Reusner. *de urbib. Imperial. part.* 1. *cap.* 11. Höping. *de jur. insign. cap.* 6. *num.* 1062. Zeiler. *in topograph. Alsat. verb.* Schletstadt. Helvetum quoque Antonium dictum fuit, Reusner. *d. l.* Et cum ad fluvium, die Ell/ oder Ill Civitas hæc sita, quasi stadium, sive portus Elli dicta videtur.

2 Ortum habet ex Elcebi illius veteris ab Ello, die Ell/ oder Ill/ & Cebo amnibus sic cognominati, ruinis & ruderibus, post calamitosam illam Attilæ vastationem, Reusner. *d. l.* Johan. Limnæ. *tom.* 3. *libr.* 7. *cap.* 45. *num.* 1. De quo Ptolomæus, & publica inscriptio hæc extat in municipio: Respublica decori, & ornamento Sacri Romani Imperii consultura non minus, quam suo: Cujus municipium, & vicus honoratior Slecestadium, ob antiquitatem singularem, & Elcebi illius veteris, apud Cl. Ptolomæum, inter tribunorũ oppida annotati, celebritatem, à priscis Francorum, Austrasianorum, Germanorum Regum, & Imper. temporibus esse meruit: transgressarum olim melioribus tandem auspiciis è trans-Rhenana Germania gentium, sub calamitosissimam illam Attilæ vastationem, nova Colonia F. F. M. D. C. XXIIX. referente Reusner. *d. l.*

3 Pagus olim fuit, unde quoque in veteri illa Imperii divisione in quaterniones, inter quatuor Imperii pagos refertur, de qua *lib.* 8. *cap.* 2. *num.* 40. Postea muro & fossa circumdata dicitur à Wolffelino, Præfecto sive Legato Imperatoris Friderici

4 II. *anno* 1216. Et tandem ab Imperat. Rudolpho I. sub jus & potestatem Imperii Romani redacta, Reusn. & Limnæ. *d. l.*

5 Sita est hæc Civitas in Alsatia, ad Ellum fluvium, loco satis fertili, frugifero & amœno.

6 Antiquam hanc Civitatem, vel locum celebrem fuisse, inde colligitur, quod Carolus Magnus *anno* 775. festum nativitatis Christi ibidem celebrasse scribitur, Zeiler *d. topograph. verb.* Schletstadt/ Ubi etiam refert, quod nonnulli putent ibidem locorum Mercurii templum extitisse, in quo & Julius Cæsar suo ritu sacrificaverit, & S. Maternus, Germanorum Apostolus, Ethnicorum Germanorum idola in abyssum quendam relegaverit, ejusque rei antiquitates & indicia in sylvis & collibus plurima reperta fuerint.

In hac Civitate præpositura & fanum extat 7
S. Fidei consecratum; in quo sacellum ad instar sepulchri Dominici, quod Hierosolymæ est, constructum, opus Friderici II. Cæsaris, & fratrum ipsius, una cum matre Hildegarde Sueviæ Regina; à quibus magnis vectigalibus, prædiorumque fructibus, omniumque rerum affluentibus copiis liberalissime fuit ditatum *anno Christi* 1094. Reusner. *d. l.* Zeiler. *de verb.* Schletstadt/ ubi testatur, daß Hildegardis Hertzogin auß Schwaben An. 1041. ein Tempel allhie/ nach der Form des H. Grabs/ gebauet/ welchen sie bald hernach der Jungfrauen St. Fides/ oder St. Trewen/ gewidmet/ und Mönch darein gesetzt hat. Ist folgends zu einer Probstey Benedictiner-Ordens worden. Käyser Rodolphus I. hat solcher Probstey zu St. Fiden / den völligen Zoll allhie / gegen Außtauschung der gantzen Gericht der Stadt anno 1281. widerfahren lassen. Dann der Probst zu St. Fidis, vor diesem viel Gerechtigkeit allhie/ in Bestellung der Aempter und sonsten/ gehabt hat; Aber gemeldter Käyser Rudolph hat die Stadt völlig unter das Römische Reich gezogen. Folgends solle zun Zeiten Käysers Alberti / auch dem Probst obgedachter Zoll gemindert worden / und anfangs auff den halben/ hernach auff ein Drittheil derselbe kommen seyn.

Beatus Rhenanus, qui anno 1542. Argentinæ 8
mortuus, huc in patriam suam translatus in templo sepultus requiescit. Zeiler. *d. l.*

Nobiles quoque ac Patriciæ olim hic habita- 9
runt familiæ, veluti, die Münster / die Schnurfensack/ die Waffler von Eckerich/ die Rappenköpff/ die Onefro, die von Wickersheim / die von Heimberg/ die von Hohenstein und Rathsamhausen / von Boßheim/ von Still / von Tanck / ꝛc. Quarum nonnullæ adhuc extant, Zeiler. *d. l.* Ex quibus etiam Prætor & Senatus ex parte constitutus fuit, cujusmodi offi- 10
cium postea Imperii feudum factum. Nam primis quidem temporibus Prætorem huic Civitati Imperator

62 Spirensibus varia Privilegia concessit, quæ refert Lehman. *Chron. Spirens. d. cap.* 22. *pag.* 351. & liberavit. 1. ab omni telonio Civitatis. 2. Nummos, quos vulgò Banpfenning/ cum illis, quos appellarunt Schatzpfenning/ & piper de navibus exactum ipsis remisit. 3. Concessit, ut nullus Civis extra urbis ambitum Advocati sui placitum requirere cogatur. 4. Nullus Præfectus aut alicujus Domini Nuncius à panificis vel macellariis, vel aliquo genere hominum in Civitate, supellectilem aliquam præsumat illis invitis accipere. 5. Nullus Præfectus vinum, quod appellatur, Bannwein/ præsumat vendere, aut alicujus civis navim, ad opus sui Domini invito illo accipere. 6. Ut nihil accipiatur ab his, qui res proprias propriis, seu conductis navibus transvehunt. 7. Monetam nulla potestas in levius, aut deterius imminuat aliqua ratione, nisi communi Civium consilio permutet. 8. Nullus ab eis telonium in toto Episcopatu, aut in locis fiscalibus, id est, ad utilitatem Imperatoris singulariter pertinentibus extorqueat. 9. Si quis curtem aut domum per annum & diem, sine contradictione possederit, nulli hoc interim scienti ultra inde respondeat. 10. Causam in Civitate inceptam, non Episcopus aut alia potestas extra Civitatem determinari compellat.

V. Henricus Romanorum Rex *anno* 1233. 27
Civibus Spirensibus talem gratiam fecit, ut absque qualibet exactione telonii cum bonis suis apud Oppenheim transeant in descensu & ascensu liberè & quietè, Lehman. *libr.* 5. *cap.* 86. *pag.* 595. Limn. *d. tom.* 3. *libr.* 7. *c.* 46. *n.* 12.

VI. Imperator Rudolphus I. *anno* 1285. Ci- 28
vitati Spirensi fori Privilegium concessit, quo Cives Spirenses coram aliis, quam suæ Civitatis judiciis conveniri prohibentur, Lehman. *d. libr.* 5. *cap.* 116. *pag.* 646. Limnæ. *d. l. num.* 13.

VII. Consimile Privilegium ipsis concessit 29
Imper. Adolphus An. 1297. quod scilicet nemo eosdem ad Imperatorem vel ejusdem judicium qualecunque extra Civitatem evocare debeat, quamdiu parati sunt in Civitate sua, de se querelantibus justitiam exhibere, Lehman. *d. libr.* 5. *cap.* 125. *pag.* 864. Limnæ. *n.* 15.

VIII. Idem concessit Imperator Ludovicus 30
IV. An. 1315. & quod Præfectus jurare debeat Civium Spirensium Privilegia observare, & quod Civitas Judæos in Cives recipere possit, quos velit, daß niemand auff derselben Burger Leib oder Gut außwendig ihrer Stadt klage/ vor kein Gericht/ alldieweil sie Rechtens gehorsamb seyn zu thun in ihrer Stadt. Item daß Ihro Majestät kein Landvogt gesetzen in ihre Gegen/ derselbe Landvogt schwöre dann vor den Burgern zu den Heiligen/ zu halten unverbrüchlichen denselben Burgern von Speyr ihre Freyheit/ Handfeste/ Recht und Gnad die sie haben/ rc. Item/ daß sie empfahen mögen zu Burgern in ihre Stadt Juden/ welche das begehren/ rc. Item daß den Speyrbach/ so durch ihre Stadt lauffet/ abwenden solle/ rc. Lehman. *Chron. Spirens. libr.* 7. *cap.* 21. *pag.* 758. Limnæ. *n.* 17.

IX. Speciale quoque Civitati Spirensi Pri- 31
vilegium concessit Imper. Adolphus *anno* 1287. quoad aquam, quæ Speyrbach dicitur, & per Civitatem fluit, quod nemo eam divertere & alio deducere, vel ut ibi perfluat, impedire, & quod moliendinum ibi apud Recholtz destrui & aboleri debeat, Lehman. *d. libr.* 5. *cap.* 124. *pag.* 663. Limnæ. *num.* 14. Quod etiam Imperator Wenceslaus An. 1398. fieri prohibuit, & cum incolæ apud Wintzingen eam divertere conati, & molendi-

lendina, propè pagum Schiffer Statt/und zum neuen Hoff extructa essent, mandavit, daß die Mahlmühlen auff dem Weg bey der Schiffer Statt/ und zum neuen Hoff abgethan/ abgebrochen und niedergelegt werden gänßlich/ mit allem Gebäu derselben Mühlen/ und daß fürbaß mehr keine Mühl oder ander Bau/ das die vorgenanten von Speyer an ihre Bach geleidigen/gehindern/ oder geschädigen möchte/ an denselben Enden/ oder anderstwo auff dem vorgenanten abgebrochen Wasser/ und dem Stande nimmermehr gemacht/ noch gebauet soll werden/ Lehman. *d. lib. 7. cap. 71. p. 849.* Limnæ. *num. 23.*

32 X. Imper. Albertus *anno 1301.* Spirensibus confirmavit accisias vini, Ungeltum, ut eo cursu & modo, quibus antiquitus obtinuerunt, recipere & colligere in futurum possint, Lehman. *d. libr. 7. cap. 3. pag 1718.* Limnæ. *num. 16.*

33 XI. Ex Privilegio Imp. Ludovici *de anno 1315.* Cives Spirenses feuda accipere & jus cum aliis vasallis dicere possint, daß die Bürger zu Speyer Lehenbar mögen seyn/und Urthel mögen sprechen/ mit den Rittern allenthalben/ Lehman. *d. libr. 7. cap. 21. p. 759.* Limnæ. *num. 18.*

34 XII. Prædicta Privilegia Spirensibus confirmavit Imperator Carolus IV. *anno 1347.* in hunc modum: Wir Carle von Gottes Gnaden Römischer König/zu allen Zeiten Mehrer des Reichs/ und König zu Böhmen/thun kund allen denen/ die diesen Brieff immersehend/oder hörend lesen/daß wir hand angesehen Treu und Stätigkeit/die Wir gänßlichen befunden hant/ an den weisen Leuten/ den Bürgern von Speyer/und hant gemercket Costen und Schaden/ die sie gelitten hant in grossen Diensten/ die sie dem Reich getreulich gethan hant/ davon Wir sie billich lieben und ehren hinwieder solent/ mit sonderlichen Gnaden und Liebdnus/und darumb/ so hant Wir ihn diese Freyheit/ Gnad und Recht geben/von Unserm Königlichen Gewalt/ vor Uns und alle Unsere Nachkommen/ Käyser und Könige von Rom/die ewiglich stet sollent bleiben unverbrochenlich/also hienach geschrieben stat.

Wir geloben denselbigen Bürgern / daß Wir nimmer keinen Landvogt setzen in ihr Gegend/ derselbe Landvogt schwöre dann vor den Burgern zu den Heyligen/zu halten unverbrochenlich denselben Burgern von Speyer ihr Freyheit/ Handvesten/ Recht und Gnade/die sie hant von Päpsten/ Keysern/ Königen von Rom und Bischoffen/ und von Uns selber/und auch ihr Gericht / und Gewonheit/ das sie bißher bracht hant/und daß er sie daran schirme/ und ihn richte umb die Poen / die Wir darüber gesetzet hant/als an andern Unsern Briefen steht geschrieben.

Wir wollen auch/und setzen und gebieten / daß niemand auff derselben Burger Leib oder Gut ußwendig ihrer Stadt klage vor kein Gericht/ alldieweil sie Rechtes gehorsamb seynd zu thun in ihrer Stadt.

Wir geloben auch/daß Wir/ noch keiner Unser Nachkommen/keinen/ der von ihrs Gerichtes wegen verweiset ist / von ihrer Stadt immer wieder in ihr Stadt setzen noch führen.

Wir geben ihn auch die Macht und die Gewalt / daß sie empfahen mögen zu Burgern in ihr Stadt/Juden/welche des begehren/ohne alle Irrunge/und setzen darauff ein Poen/ wer das immer geirrete / daß der hundert Pfund Golds schuldig seyn soll zu geben / halb Unser Cammer / und halb der Stadt.

Wir freyen ihn auch ihr Bach / die durch ihr Stadt rinnet / und setzen darauff die Poen/zwanßig Marck Silbers/lauters und löttiges/ ihr Stadt Gewichtes/ also wer die Bach von ihrem rechten Fluß und Künse kehrte oder weisete / daß der / also dicker das thut / die zwanßig Marck Silbers schuldig ist zu geben/halb Unser Cammer / und halb der Stadt.

Wir wollen auch und erlaubent denselben Burgern/ ist daß sie jemand angreifft an ihr Leib oder an ihr Gut/ und nicht Recht in ihr Stadt heischen und nemmen von ihn wolte/daß sie/ an den sie rechen mögent an ihr Leib und an ihr Gut / wem und wie ihn das füget / und sollent darumb keinen Frevel noch Heimsuche/ noch kein andere Poen verwürcket han/ noch schuldig seyn.

Wir wollent auch/und gebieten/ wer nicht baulich und heblich sitzet in Stätten stetiglichen/ daß niemand den soll für ein Burger haben oder verantworten.

Wir sagen auch für Uns und alle Unsere Nachkommen / dieselbe Burgere und ihr Stadt nu und ewiglich ledig und frey alles Dienstes und Hülff über das Gebürg gegen Lamparten.

Wir geben ihnen auch freyen Gewalt und ganße Macht/ihren Erben ihr Gut zu lassen/ oder für ihre Seel zu setzen/oder wem sie wollen zu geben/ woodér in welchen Gerichten das Gut gelegen ist.

Wir freyen auch dieselben Burger von Speyr mit diesem Brieff von Unserm Königlichen Gewalt/ daß sie Lehenbar seyn mögent mit den Rittern allenthalben.

Wir wollen auch/ daß dieselbigen Burgere frey ledig sey sollent aller Grundruhr/ wanne sie unrecht ist und widertheilt ist von Unsern Vorfahren. Wir wollen auch/ daß keiner derselben Burger getrungen werde seines Landvogts Gericht zu suchen ußwendig der Stätt Umbgänge.

Wir wollen auch nicht / daß einer derselben Burger einerley Schaßunge / die ußwendig der Stadt uff sein Gut/es sey ligend oder fahrend/gesetzet wird/geben solle.

Es soll auch niemand keinen Zoll von ihnen nemmen wider ihren Willen in allem dem Bisthum/ auch nicht an den Stätten/ die zu des Reichs Nuß sonderlich hörend.

Wer einen Hoff oder ein Hauß Jahr und Tag ohne Widerrede besessen hat/ der ist niemand/ der das dazwischen wüste/darüber schuldig zu antworten.

Ein Sache/ die in der Stadt zu Speyr jetzund ist angefangen/die soll kein Bischoff oder anders kein Gewalt nicht bedringen / daß man sie ußwendig der Stadt vollend zu Ende bringe.

Und zu einem wahren Urkund aller der vorgeschriebenen Dinge/ so geben Wir ihn diesen Brieff besigelt mit Unserm Königlichen Insigel / der geben ward zu Wissenburg / da man zalte von Gottes Geburt/Dreyzehenhundert Jahr/und Siben und viertzig Jahr/an dem heiligen Weihenacht Abend/in dem andern Jahr Unserer Reiche.

XIII. Cum *anno 1348.* & sequenti, in Gallia, 35
Italia & Germania magna infectio exorta & plurimi homines eadem mortui, ejusque nomine Judæi maximè suspecti fuissent, quod fontes & aquas

Veneno infecissent, & propterea torti, ex dolore id confessi essent, miserrimè passim in Civitatibus Imperialibus ad Rhenum trucidati sunt, Spiræ autem Judæi in omnibus suis seipsos combusserunt, aliqui per populum interfecti sunt, Sabbatho post Epiphaniam Domini anno 1349. & in plateis mortui jacuerunt, aliqui etiam effugerunt cremationem, qui reservabantur & baptizabantur. Populus etiam Spirensis timens aërem infici ex fœtore cadaverum in plateis jacentium, fecerunt eadem in vasis vacuis vinosis includi & in Rhenum deduci. Consules etiam Civitatis edictum fecerunt publicum, ne quis de populo domus Judæorum ingrederetur, & vicos Judæorum firmarunt, ne quis introire posset, & totum thesaurum per Judæos absconditum quæsiverunt, & repertum conservarunt, prout refert ex M. Albert. *in Chron.* Lehman. *l. 7. cap. 42. pag. 788.* Cum autem Senatus Spirensis hujus cædis & incendii causa non esset, nec id prohibere potuisset, & magnum damnum ipsa Civitas inde sensisset, Imperator Carolus IV. anno 1319. ipsi bona Judæorum interfectorum concessit, ipsosque Judæos, qui superstites, & qui in ipsa Civitate in futurum recepti fuerint, ipsi Civitati proprios, in remunerationem damni illati, singulari Privilegio donavit, & juri suo renunciavit, his verbis: Auff dieselbe Geschicht und Gethat / und auch auff alles das Gut / das ihn denselben Burgern von Speyr / in dem Brandt und nach dem Brandt worden were / oder noch werden möchte / es sey ligend oder fahrend / verziehen haben / und verzeihen lauterlichen / ellglichen und einfeltiglichen / an diesem gegenwertigen Brieff / für Uns und alle Unsere Nachkommen / also daß Wir oder jemand anders darumb nimmer Ansprach / noch Forderung an Sie gehaben sollen / mit Gericht / oder ohne Gericht / nun oder hernach ewiglich / in keine Weiß / ohne alle Gefehrde. Und darzu wann Wir wol wissen / daß Sie ihres grossen Schaden damit doch nicht ergetzet mogen werden / so han Wir von Unserm Kuniglichen Gewalt / für Uns und all Unsere Nachkommen / denselben Burgern / der Stadt und der Gemein gemeiniglichen zu Speyer / zu ihr Stadt Nutzen geben / und gebent mit diesem Brieff / die Judenhäuser / Hofestätt / Boden und Baw / und alles das derselben Jüdischheit zu Speyr gemeinlichen / oder sonderlichen zugehörte / wie die Gut genant seind / in der Stadt / oder in der Vorstadt zu Speyr gelegen / Also daß Sie dieselben Burgere / und die Stadt zu Speyr / daran ihrer Stadt Nutz gemeinlichen fürwenden sollent und mögent / und mit demselben Gutten allen thun und lassen / nach ihrem Willen / ohne alle Irrung und Widerrede Unser und eines jeglichen / ohne alle Gefehrde. Were auch / daß denselben Burgern / und der Stadt zu Speyr nu oder hernach fügete Juden zu haben in ihrer Stadt / das an ihn stehen soll / was Juden dann hernach bey ihnen wohnen werdent / die geben Wir ihn ewiglich zu ihrer Stadt Nutz / für Uns und alle Unsere Nachkommen / also / daß dieselben Juden mit Leib und Gut ihr derselben Burger / und der Stadt zu Speyr eigen sind / und seyn sollent / ohne alle Widerrede eines jeglichen / und ohne alle Gefehrde / rc. Lehman. *Chron. Spirens. d. lib. 7. cap. 42. pag. 789.* Limnæ *num. 20.*

Adhuc dum hodie Spiræ in ædibus Pastoris im dem Pfarrhauß / conspicitur balneum Judæorum, & ex destructis ipsorum ædibus muri Civitatum restaurati, prout testantur lapides Hebraicâ Scripturâ notati, qui in muris adhuc conspiciuntur.

XIV. Ab Imperatore Wenceslao anno 1378. Privilegium habent 1. quod incolarum bona æquè ac Civium collectare possint, pro murorum Civitatis refectione, daß Sie der Innwohner in ihrer Stadt Güter gleich derselben Burger Güter / mit Steur und Schatzung mögen besetzen / wann und zu welcher Zeit / das dem Rath und gemeiner Stadt Speyer Noth wurd seyn, das auff der Stadt Mauren / Zwingern und Graben / bawen / mauren und machen / zu aller derselben Stadt Nothdurfft. 2. Quod pro utilitate defensione Civitatis in aqua Speyerbach in Civitate & pomœrio ædificare & fortificationes extruere possint, daß Sie zu der Stadt Besserung und Vestigkeit willen / auff die Bach in der Stadt und Vorstadt bawen und Vestigkeit machen mögen / zu ihr und der Stadt Nutz und Nothdurfft. 3. Quod vini mensuram vel augere, vel minuere possint, daß Sie auch sollen und mögen die Weinmaß zu Speyer mindern und mehren / zu Nothdurfft der Stadt / wann und wie offt sie dessen werden bedörffen / doch also / daß ein jeglich Fuder und Ohm bleibe / als es von Alters herkommen ist / Lehman. *d. libr. 7. cap. 57 pag. 821.* Limnæ *num. 21.* 36

XV. Imperator Wenceslaus anno 1397. Spirensibus confirmavit Privilegium & consuetudinem antiquam, quod possint aliorum Dominorum homines proprios & officiales, qui ad rationes reddendas non sunt adstricti, in Cives recipere, daß Sie anderer Herrschafft Leibeigne und unverrechnete Amptleute zu Burgern mag annemmen / Lehman. *d. libr. 7. cap. 70. pag. 847.* Limnæ. *num. 22.* Anno 1381. Spiræ Clerici quamplures & conventus quatuor Monasteriorum ordinis Carmelitarum, S. Augustini, Dominici & Francisci in civium numerum recepti sunt, ex Lehenmann. *refert. Mager d. Advocat. c. 3. n. 89. fol. 78.* 37

XVI. Imperator Fridericus III. anno 1455. huic Civitati Privilegium concessit, quod alluviones Rheni ipsius pascuis & juribus aliis nocere non debeant, ob das geschehe / daß das Wasser der Rhein / zwischen der Stadt Speyer und derselben Marckt / als ferre oder als weit die gehet / theilen wurde / wie sich dann das begebe / daß dann solches den vorgenanten von Speyer / und ihren Nachkommen daselbst / keinen Schaden an derselben Weyden und Gründe / biß an die vorgemeldte ihre March bringen / und sich der niemands mit Gebauen / oder in einig ander Weiß wider ihren Willen underziehen / noch gebrauchen solle und möge / sondern dieselben Weyden / Gründe und Wörde auff beyden vorgemeldten Theilen der vorgenanten Stadt Speyer seyn und bleiben sollen / der zu gebrauchen und zugeniessen / in massen sie der bißher genossen und gebraucht haben / von allermänniglich ungehindert / Lehman. *d. libr. 7. cap. 102. pag. 925.* Limnæ. *n. 24.* 38

XVII. Imperator Maximilianus II. Anno 1566. Spirensi Civitati indulsit gabellam Detractionis, & quod à Civibus aliò migrantibus & ab extraneis, hæreditatem in Civitate Spirensi recipientibus, decimam partem recipere possint, daß 39

Sie

Sie und ihre Nachkommen von allen und jeden Burgern/ Manns und Weibspersonen/ Wittiben und Burgerskindern/ so auß der Burgerschafft bey Zeit und Leben ihrer Eltern/ auch nach deren Todt/ auß der Stadt Ehelichen verheyrath/ oder sonst mit ihrem Bürgerlichen Ansitz/ an andere Ort verrucken werden/ oder denen Außländischen/ so etwas in der Stadt und derselben Landwehr ererben/ und mit sich an andere Ort bringen und führen/ gar niemand außgenommen/ nun hinfüro ewiglich/ von allen und jeden derselben Barschafften/ Haab und Gütern/ welcherley die seyn möchten/ so sie also/ wie obstehet/ auß der Stadt in frembde Herrschafften und Gebieth führen/ allwegen den zehenden Pfenning/ nach gleichmässigem Anschlag/ zu Abzug und Nachsteur/ haben und nehmen sollen und mögen/ die auch ein jeder Burger und Einwohner der Stadt Speyer/ er sey Mann/ Frauen Personen/ Wittwen/ oder andere/ so gemeldten von Speyer ohne das Steurbar/ und sich mit ihrer Wohnung in andere Ort begeben/ deßgleichen derselben Kinder/ so wie obgemelt/ ausser der Stadt sich verheyrathen/ und was ihnen zu Ehesteur/ oder Erbfall/ von ihren Eltern/ also Bürgerlichen Gütern/ es sey ligend/ fahrend/ beweglich oder unbeweglich/ folgt/ zu geben/ auch die Außländer/ so etwas in der Stadt ererben/ und mit sich an andere Ort nemmen werden/ von solchen ihren Burgerlichen und andern Gütern zu erlegen und zu bezahlen schuldig seyn sollen/ sonder alle Gefehrde/ Einred und Hinderung/ etc. Limnæ. *d. cap. 46. n. 25.*

In Civitatem Spirensem varia extant Epigrammata, quorum præcipua hæc sunt.

1. Jacobi Mycilli.

Flumine qua medio Rhenus, regnator aquarum,
Celtica Germano separat arva solo:
Hic veteres olim fama est habitasse Nemetes:
Vallibus egressos Martia silva, tuis.
Tempore, quo ripam Rex Ariovistus utramque
Proximaq; Helvetiis regna tenebat agris.
Urbem ipsam Grajo dixerunt nomine Spiram:
Castrorum sedes seu fuit ista vetus.
Sive alia est ratio, neque cognita vocis origo:
Ceu malè multorum nomine tecta latent.
Huc deferre suas solita est Germania lites:
Hæc fora sunt terræ publica Teutonicæ.
Hic illos videas, quos purpura vestit & aurum,
Qui legum nexus & vaga jura tenent.
Ad quos ex omni venientes orbe clientes:
Quos vis aut hominum noxia facta premunt:
Solliciti rerum quærunt responsa suarum;
Consiliumque malis, auxiliumq; petunt.
Nec magis antiquis celebrata est Delphica Peitho;
Aut claros, aut Lycij templa vetusta Dei;
Quam terras hodie memoratur Spira per omnes,
Quà Sol Eous lucet & Hesperius.

2. Georgij Fabricij.

Quæ notat Argolica pugnantem voce cohortem,
Spira urbs est Rheni: Veteri de nomine lis est:
Sed certum fortes illam tenuisse Nemetes:
Ampla loco, tectis ornata, augustaq; templo;
Quod sex Cæsaribus tribuit commune sepulchrum.
Hæc nunc Imperij totius jura tuetur,
Et rigidam Minos hic versat & Aeacus urnam.

3. Theodori Reismanni.

Rhenus ut eximias urbes fœcundaque regna
Alluat; uberius nihil est aut pulchrius urbe
Spira, seu turres fora, mœnia, templa, plateas,
Seu cives fortesque viros, magnumque Senatum,
Sive Sacerdotes celebres, sanctumq; tribunal
Imperij spectes, & majestate ferendum.

4. Georgij Sabini.

Urbs antiqua jacet, celebri contermina Rheno,
Vangionum longè non ea distat humo:
Nescio qui Nemetes hanc incoluisse feruntur:
Sunt ibi Francorum busta quaterna Ducum.
Filius hîc, Pater hîc, Avus hîc, Provavus jacet isthic,
Marmora visuris inspicienda patent;
Surgit ubi Diva templum venerabile matris;
Quæ sacra virgineo pondera ventre tulit.
Cæsareis sedes fuit illa cohortibus olim;
Nomen ob id Grajum Spira vocata tenet.

CAPUT LI.

Straßburg/ *Argentoratum.*

Summaria.

1. Argentoratum quibus nominibus, & unde sic dictum, & num. 2. 3. 4. 5. 6.
7. Populi hujus loci Triboci dicti.
8. Ejus situs.
9. Qualis sit urbs.
10. Est antiquissima.
11. Præclara & ampla.
12. Olim Episcopatu claruit.
13. Summum templum quale, ejusq; turris.
14. Horologium quale.
15. Pons Rhenanus.
16. Palatium.
17. Xenodochium, Orphanotrophium, &c.
18. Granaria qualia sint.
19. Gymnasium & Universitas.
20. A quo condita Civitas.
21. Eversa & readificata.
22. Quibus olim subdita.
23. Quot sint tribus Argentinæ, earumq; ædes.
24. Tribuum Scabini.

25. *Tribuum Iudicium quodnam.*
26. *Reipubl. administratio olim penes Nobiles fuit, hodie verò apud Ammeisterum.*
27. *Nobiles quoq; adhucdum in Senatum eliguntur, & Stattmeisteri, qui Nobiles sunt, mandata promanant.*
28. *Ammeisterus ex quibus eligatur, ubi Bodini error notatur.*
29. *Senatus quomodo eligatur.*
30. *Penes quem Argentinæ sit merum Imperium, ubi VVehneri error detegitur.*
31. *Major Senatus quis.*
32. *Tredecimvirorum officium.*
33. *Quindecimvirorum officium.*
34. *Tredecim & Quindecimviri quando conveniant, & quæ negotia peragant.*
35. Oberzunfft Herr *quis.*
36. *Triumvirorum officium.*
37. *Stabulo Præfectorum officium.*
38. *Senatus minoris officium.*
39. *In Iudicio Civitatis, Scultetorum & Septemvirorum, quænam peragantur.*
40. *Tria hæc Iudicia quibus constent personis.*
41. *Consistorium matrimoniale.*
42. *Iudicium tutelare, clienterale & reductionis, & n. 43. 44.*
45. *Quodnam Senatorum & Iudicum salarium.*
46. *Advocatos & Procuratores quotnam habeat.*
47. *Qualis Reipubl. hujus sit Status, & n. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54.*
55. *Est Augustanæ Confessioni addicta.*
56. *Est Civitas Imperialis, in Comitijs comparet, & in matricula continetur.*
57. *Ejus insignia.*
58. *Vexillum Civitatis.*
59. *Quando novus Consul eligatur, & qumodo Iuramentum præstetur.*
60. *Imperatori Civitas homagium non præstat.*
61. *Nec ipsi ad tributum tenetur.*
62. *Insigne in expeditionibus Romanis.*
63. *In Imperatoris & Imperij speciali protectione est.*
64. *Habet jus cudendi monetam.*
65. *Civitas dedicata D. Mariæ.*
66. *Ius habet nundinarum.*
67. *Pons Rhenanus.*
68. *Argentinenses ab extraneis judiciis exempti, & n. 69.*
70. *Primus arrestum imponens alijs non prafertur.*
71. *Privilegium fori an Ecclesiasticos etiam comprehendat.*
72. *Iudices primæ Instantiæ habet.*
73. *Iuramentum à Civitate in judiciis quomodo præstetur.*
74. *Documentis Civitatis quomodo fides habeatur.*
75. *Summa appellabilis quænam sit, & quale Iuramentum appellans præstet.*
76. *Bona Civium in alienis territoriis à collectis quatenus immunia.*
77. *Ius assumendi Cives.*
78. *Habet jus recipiendi bannitos.*
79. *Et jus exigendi telonium, & n. 80.*
81. *Vti & jus condendi Statuta.*
82. *Confirmatio juris quoad bona feudalia, &c.*
83. *Et juris arrestandi.*
84. *Bona naufragium passorum ne confiscentur.*
85. *Ius successionis nepotum in bonis patruorum.*
86. *Conservator Privilegiorum Argentinensium quis.*
87. *Privilegium contra Iudæos.*
88. *Quænam Argentinam mittant Norimbergenses in nundinis.*

1 Argentina, Argentoratum, Straßburg / variis olim nominibus appellatum, variasque derivationes habet. Nonnulli enim Argentinam à conditore suo Trebata, Trebesburgum, sive Tyrasburgum vocatam putant, Adrian. Roman. *pag.* 154. Münster. *Cosmograph. libr.* 3. *cap.* 150.

2 2. Dicta aliquando fuit Toratum, & postea Toratoburgum, referente Nic. Reusner, *de urbib. Imperial. part.* 1. *cap.* 3. Ex quo etiam Beat. Rhenan. *rer. Germ. libr.* 3. *p.* 164. putat Argentoratum Alemannos primoribus duabus syllabis amputatis, & litera S. sibili causa adjecta, de suo verò Burgum adnectentes, Storatburgum & Stratiburgum appellasse, quæ tamen originatio durior est, quàm ut admittatur, Johan. Limnæ. *de jur. publ. tom.* 3. *libr.* 7. *cap.* 3. *num.* 3.

3 3. Alij ab Austrasia hanc Civitatem Straßburg dictam volunt, Lazius *libr.* 1. *geneal. Austriac. cap.* 2. *pag.* 47.

4. Sunt, qui eandem nomen habere putant à fluvio Egers / sive Argens / qui per Civitatem Ober Ehenheim transit; & in pago Grafenhagen in Illum labitur, cum ora antiqua Civitatis Argentorati, sive Argentraut ad pagum istum sese extenderit, indeq; Argentoratum, Straßburg factum, referente Zeiler. in *topograph. Alsat. verb.* Straßburg. *pag.* 86. *in fin. & seq.* 4

5. Argentoratum, sive Argentina Civitas dicta videtur, ab argento, sive censibus; cum enim Julius Cæsar universam provinciam Helvetiorum & Heduorum perdomuisset, trajecto Rheno, hanc quoque Civitatem sibi subjecit, & subjectæ Consulem & Quæstorem dedit, qui in ea Cameram Romanorum, sive ærarium publicum pro tributis exsolvendis, propter Rheni commoditatem, erexerunt; unde etiam quibusdam Silbertina, Silberthal voca- 5

ta,

ta, Reusner. *d. cap.* 3. Limnæ. *d. cap.* 3. *num.* 3. Lehman. *Chron. Spirens. libr.* 1. *cap.* 31. *pag.* 50. Matth. Dresser. *Isagog. hist. part* 5. *pag* 124. Quæ tamen notatio propterea aliis displicet, quod ærario Præfectus, sive Quæstor Galliæ Belgicæ Treveris sedem suam habuerit, & ærarium constituerit, Zeiler, *d. l. pag.* 37.

6 6. Strasburgum, sive Straßburg/ dicta videtur, vel à Tyrisburgo, inflexo paululum nomine, vel à platearum numero ex capacitate, ut vult Gerard. Mercator *in Atlante major. pag.* 239. Vel, quod verosimilius, à platea, quod olim Attila Hunnorum ille Tyrannus, flagellum Dei, & orbis vera pestis, cum è Sicambrorum finibus egressus, omni penè Germania peragrata, Argentinam funditus everterit, mœnibus in quatuor decussatim vias dirutis, ita ut omni ex parte pateret, & longam per eam fecerit plateam, der eine grosse Strasse dadurch gemachet habe / quæ opinio ferè communis eamque sequuntur Adrian. Roman. Lehman. *Chron. Spirens. libr.* 1. *cap.* 31 *pag.* 50. Dresser. *Isagog. histor. part.* 5. *pag.* 124. *& seq.* Münster. *d. l.* Limn. *d. num.* 3. Reusn. *d. cap.* 3. Cujusmodi via, sive platea longa etiamnum hodie extat, & ita vocatur, die lange Straß / von der weissen Thurn Pforten an / biß zu Sanct Andreas. Quam tamen devastationem alii Ottoni Magno Cæsari attribuunt, propterea, quod Regi Franciæ, cum quo ille bellum gerebat, adhæsisset, à quo idcirco urbs postea Straßburg cognominata, quasi multivia foret Civitas, Reusner. *d. l.*

7 Populi hujus loci dicti fuerunt Tribocci, sive Tribucci, Triboces ex Germania oriundi, qui Mediomatricos expulerunt, & magnam partem in Gallia, etiam ante tempora Ariovisti & Julii Cæsaris occuparunt, Zeiler. *topogr. Alsat. verb.* Straßburg. *pag* 37.

8 Sita est hæc Civitas in Alsatiæ umbilico, loco plano, fœlici, fertili, omnibusque rebus ita instructa, ut videatur luxuriantis naturæ benignitas in hoc loco opes deliciasque suas unicè ostentare voluisse, & nulla alia Germaniæ civitas hac sit fertilior, *Zeiler. d. l pag.* 37. Ex quo etiam Alsatia Elsaß/ dicitur quasi nobilis terra, Edel Saß. Allabuntur urbem maxima commoditate quatuor flumina, vinum, pisces, ligna, aliaque quàm plurima per mediam Civitatem portui applicantia; Rhenus scilicet, Kizinga, Ellus & Bruscha, der Rhein / die Kintzich/ die Jll und die Breusch.

9 Civitas celeberrima, splendida & potens est, sanctitate Religionis, Magistratuum prudentia, & studiorum ubertate inclyta, ita ut quibusdam haut immeritò compendium orbis ac propugnaculum quoddam & armamentarium universæ Germaniæ, Reusner. *d. l.* tutissimaque omnium Germaniæ urbium dicta, Joh. Ant. Magin. *part.* 2. *Geograph. German. Magn. descript.* 7. *tit. Alsatia, pag.* 7. *& seq.*

10 Urbs est antiquissima, & si antiquitas nobilitatem commendat, citra omnem controversiæ aleam hæc nobilissima est, semperque Imperio fidissima fuit, prout Imperator Maximilianus I. eam laudat, daß Sie sey ein alter getreuer Stand des Reichs/eine vornehme/gute/weit und breit bekandte Stadt / und des Orts des heiligen Reichs starcke Vormaur/die den Ehrlichen/Löblichen und Ruhmwürdigen Fußstapffen ihrer Altfordern / jederweilen treulich nachgefolget / in Mannlicher Dapfferkeit/ Auffrichtigkeit/Redlichkeit / alter Teutscher Kühnheit / und unerschrockener Standhafftigkeit/ prout refert Zeiler *d. pag.* 37.

Civitas ampla & magna est, & præclaris ædificiis Principum, Comitum, Baronum & Nobilium nobilitata, aliasque ditiones & nobilia bona extra pomœria possidet, veluti die Herrschafft Barr/ das Schloß und Ampt Wasselheim / das Schloß und Ampt Herrenstein/sammt zuhörigen Dörffern/ Dettweiler / und Dassenheim; Item Marlenheim; die Flecken Dorolsheim/Jllkirch/das Dorff Bürcken/ Jttenheim Schilcken / Zehenacker/auch etliche über-Rheinische Dörffer / Merian. *topograph. Alsat. verb.* Straßburg. *pag.* 41. 11

Claruit hæc Civitas olim Episcopatu, qui inter cæteros Rhenani tractus Nobilissimus dicitur, Lehman. *Chron. Spirens. libr.* 1. *cap.* 28. *pag* 48. ubi ex Bruschio scribit, Es sey ein gemeiner Nahmen / daß die Landschafft am Rhein von wegen der Bißthümb/ so daran gelegen / die Pfaffengaß genennet werde/ und unter denselben das Bißthumb Chur das obrist/ darumb daß es am Ursprung des Rheins gelegen: Costantz das gröst / erst oder weitleufftigst / seitemahlen es 1800. Pfarren und 400. Klöster im Begrieff haben solle; Basel das lustigste / Straßburg das Edelste; Speyer das Heiligst oder andächtigst; Worms das armbste; Maintz das Würdigste / weil es nach Rom / der heilige Stuhl zu Maintz / vom Pabst Gregorio dem Dritten genandt; Trier das älliste; Cölln das Reicheste. 12

Aedificia hujus Civitatis quod attinet, inter ea præstantissimum est summum templum, vulgò das Münster / structurâ & elegantiâ sua dignissimum, ut inter mundi miracula, haut postremum obtineat locum, quod etiam Schadæus integro libello descripsit. De quo etiam Merian. *in topograph. Alsat. d. verb.* Straßburg. *pag.* 37. *ad fin.* scribit, daß es zun Zeiten des Ersten Christlichen Königs in Franckreich Clodovæi, oder Ludwigs / des Grossen / mehrertheils hültzern gewesen / dessen Fundament man anno 1015. hinweg zu raumen / und nach einem tieffen guten Fundament zu graben / und solches mit Erlen Pfälen ins Wasser zu schlagen und zu legen anfienge; mit welcher Arbeit man in dreyzehen Jahren / biß unter das Dach kam; aber folgends gieng es langsamb damit her / also daß diese Kirch allererst anno 1277. ausser des Thurns gar auffgebauet ward. Das folgende Jahr fieng man an das Fundament zum Thurn zu legen / und wurde anno 1277. auff dasselbe der erste Stein von dem Bischoff Conrado gelegt: Ervvinus von Steinbach war Baumeister/ der anno 1318. gestorben; dessen Sohn Johannes den Bau fast biß zum Wächterhäußlein auffgeführet/und anno 1339. diß Leben geendet hat. An seine statt kam Johann Hiltz von Cölln / der verfertiget die vier Schnecken / sammt dem Thurn / biß an den Helm; so anno 1365. geschehen; darauff er bald gestorben. anno 1439. wurde das Creutz und Knopff auf den Helm des Thurns gesetzet / und also derselbe einmahl vollendet / nach dem man allein an ihme 163. Jahr/und am gantzen Münster / wie es jetzt stehet/ 670 Jahr gebauet hatte. 13

Die Höhe dieses Thurns wird ungleich bey den Scribenten gesetzet. Des Münsters Werckmeister / Hans Thomas Ulberger / hat in dem Abmessen befunden 489. Schuh und 8. Zoll.

Der Knopff ist Achteckicht / hat im Umbkreiß vier Schuch und sechs Zoll breit.

Etliche zehlen 653. Staffel von unten hinauff / daß er also höher / als der zu Landshut / wiewol denselben Theils für den höchsten in Teutschland halten wollen.

Es seynd nicht allein die vier / sondern auch die acht Schnecken so künstlich und durchsichtig erbauet / daß einer die Leut auff und absteigen sehen kan / &c. Hactenus Merian.

De hac turri Argentinensi vide *infra epigramma. I.*

Hæc turris secto lapide tam affabrè exstructa; cui par nulla vel magnitudine, vel firmitate operis, vel artificio in Asia & Europa invenitur.

14 In hoc templo horologium illud cernitur, ad quod nec Memphitici labores, aut quæcunque tot seculorum ingenia fecerunt, comparanda sunt. In hoc uno opere exprimitur, quicquid in æterno & perpetuo superiorum domuum motu miramur. Hîc imitatione collectum, quod ne oculis quidem colligitur; adeò, ut unus istius operis aspectus, facilè longa itineris dispendia mereatur, confer Merian. *d.l.p.38.*

15 Pons Rhenanus propè Civitatem positus, die Rhein-Brück / licet ligneus tantùm, nec elegans sit, magnum tamen, utile, & nobile opus est, hat 68. Joch / und jedes Joch 22. Schritt / thut 3794. Werckschuch.

16 Est quoq; in hac Civitate Palatium, die Pfaltz / sive curia Judicialis, ædificium ergregium, *an. 1321.* extructum, in quo Senatus congregatur, & judicia exercentur. Cui nuper accessit, der neue Bau / cujus fundamentum anno 1582. jactum refert Merian. *d. loc. p.39.*

17 Xenodochium sive Hospitale in hac urbe celeberrimum habetur ditissimum, & optimè constitutum, quod anno 1398. extructum, in quo singularis Medicinæ habetur Doctor, & Pharmacopolium, & ante postremas belli calamitates quamplurimi homines extranei, Galli, Itali & alii hospites invalidi, opisque indigi recepti & sustentati fuerunt, de quo vide Merian. *d.p.39.* ubi scribit, daß der Hospital vor diesem Krieg so viel Gefäll gehabt / daß jährlich auff 20. in 30000 frembde Menschen darinnen über Nacht haben gespeiset werden mögen. Est in hac urbe Orphanotrophium, in quo Orphani sive parentibus & facultatibus idoneis destituti sustentantur & enutriuntur. Est Nosodochium, sive Nosocomium, in quo omnium penè nationum ægroti & intolerabili insaniæ æstu jactati reficiuntur. Est Brephotrophium, in quo infantes impiè expositi benignè aluntur & educantur. Sunt insuper multa alia loca, in quibus magnificentiæ, pietatis, liberalitatis & beneficentiæ, tùm erga alios, tùm maximè literatos & literarum studiosos signa plurima deprehenduntur, confer Merian. *d.l.*

18 Granaria quoque in hac Civitate habentur optimè instructa. Sicuti etiam armamentarium armis, munitionibus, tormentis, aliisque instrumentis bellicis ex abundanti munitum.

Argentinæ anno 1538. à Senatu Gymnasium 19 institutum, ex quo postea permissu & Privilegio Imperatoris, Maximiliani II. anno 1566. Academia & tandem per Privilegium Imperatoris Ferdinandi II. anno 1621. Universitas facta, cujusmodi Privilegia Cæsarea refert Joh. Limnæ. *de jur. publ. tom. 3. libr 7. cap. 3. p. 100. & seq.* Et cum hic quam plurima exercitia vigeant & doceantur, veluti Equitationes, pugillationes, saltationes, instrumentales & vocales Musicæ, & alia, quibus Scholastica juventus delectatur & erudiri solet, ideò à plurimis non solum vicinis, sed etiam longè dissitis locis & regionibus, multorum tam Comitum & Baronum, quàm Nobilium aliorumque clarorum virorum liberi, ad eam studiorum causa confluunt, & Universitatem hanc celeberrimam efficiunt.

Condita hæc Civitas primum putatur, à Tre- 20 beta seu Treviro, Nini filio Reusner. *de urbib. Imper. part. 1. cap. 3.* Merian. *d. topograph. Alsat. verb.* Straßburg. *p. 37.* ubi ait: Es kommen Theils in ihren Gedancken dahin / daß sie vermeynen / nachdeme Trebeta Nini Sohn / die Stadt Trier erbauet / daß viel andere hernach über Meer herauß kommen / welche die Städt / Cölln / Maintz / Wormbs / Straßburg und Basel auffgerichtet / die mehr als zwölff hundert Jahr vor Christi Geburt den Trierern unterworffen gewesen seyen.

Postquam autem Argentina ab Attila fundi- 21 tus eversa & devastata, ab Henrico II. iterum reædificata, & operibus munitionibusque ita septa, ut modò sit propugnaculum quoddam & armamentarium universæ Germaniæ, Reusner. *d. c. 3.*

Primùm quidem Trevirorum Dominio subjecta & tributaria fuisse dicitur. Deinde Romanorum & Alemannorum jugo pressa, donec horum magna copia in agro Argentinensi à Juliano, antequam Cæsar factus, anno 357. cæsa, ipsorumque Rex Chonodonomarius captus fuerit. Et cum successu temporis Romanorum & Alemannorum potestas hisce locis diminuta, in Francorum potestatem, & tandem ad Imperium Romano-Germanicum pervenit, Reusner. *d.l.* Merian. *d. p. 39.* Münster. *Cosmogr. libr. 3. c. 150.*

Cives Argentoratenses distributi sunt in viginti duas tribus, Zunfften / quarum duæ Nobilibus, reliquæ viginti aliis civibus constant, quarum singulæ proprias suas ædes tribunitias, vulgò Zunfftstuben / possident. 22

Et Nobilium quidem ædium tribunitiarum, seu in quibus conveniunt, una dicitur Mühlstein / altera Hohensteg / & Nobili cuique licet, utri ex duabus magis lubitum est, se associare. Qui artem aliquam Mechanicam exercent, aut opificum nomine cluent, ad suam vocantur tribum: Cæteri cives, qui suis proventibus vivunt, nec Mechanica tractant, quales sunt ministri Ecclesiarum, Professores artium liberalium, qui in Universitate ibidem constituta docent, Doctores, Præceptores item classici, juxtaque omnes alii, quibus liberale otium propitio Jove contigit, prout cuique horum libitum fuerit, ad hanc vel illam tribum accedunt. 23

I. Prima civium tribus dicitur Encker / & est nautarum, der Schiffleut Zunfft.

II. Spiegel / Mercatorum, der Kauffleut / Hutmacher / Krämer und Seckler.

III.

III. Blum/Lanionum, Metzgerstube.

IV. Freyburger/hospitum, der Würth Stube.

V. Tücher/Textorum, Wüllenweber/Leinenweber/Sergenweber/Hosenstricker/Färber und Tuchscherer.

VI. Lucern/molitorum & tonsorum, Barbierer/Müller/Kornwerffer.

VII. Möhrin/Salsariorum & restionum, Saltzmesser/Seyler/Altgewandter/Käuffler/Biersieder/Faßzieher/Kärchelzieher/Taglöhner.

VIII. Steltz/aurifabrorum, impressorum & compactorum librorum, Buchtrucker/Mahler/Goldschmid/Glaser Buchbinder allerley Künstler.

IX. Becker/Pistorum, Becker allein.

X. Kürßner Pellionum, Kürßner allein.

XI. Kieffer/Vietorum & ficulariorum, Kieffer/Kübler/Bender.

XII. Gärber/Cerdonum, Gärber/Weißgärber/Rothgärber/Pergamenter/Sattler.

XIII. Weinsticher/rusticis constat, qui ob ætatem è rure in civitatem commigrant, & gustatores vini vocantur, Weinsticher/und mehrentheils vom Land in die Stadt gezogene Leut.

XIV. Schneider/Sartorum, Schneider und Seidensticker.

XV. Schmid/Fabrorum ferrariorum omnis generis, & balneatorum, Schmid/Hufschmid/Kantengiesser/Schlosser/Büchsenschmied/Uhrenmacher/Zirckelschmid/Ringler/Hafftenmacher/Gürtler/Rothgiesser/Nadler/Messerschmid Scheidenmacher Kupfferschmid/Sporer/Windenmacher/Pittschafftgraber/Bader/Kohlenmesser.

XVI. Schuhmacher/Sutorum, Schuster/Altreisser oder Schuhflicker.

XVII. Fischer Piscatorum, Fischer allein.

XVIII. Zimmerleut/Fabrorum lignariorum cujuscunque generis, Zimmerleut/Wagner/Schreiner Drechsler.

XIX. Gärtner/hortulanorum, seu agricolarum, diese haben drey unterschiedliche Zunfftstuben/die Erste unter den Wagnern/die Andere in der Steinstraß/die Dritte in der Krautenaw.

XX. Maurer Cæmentariorum, Maurer/Steinmetzer/Haffner/Mörtelrührer ꝛc.

24 Horum viginti tribuum unaquæque quindecim habet præcipuos, qui Scabini vocantur. Ex his unaquæque tribus sibi altero quoque anno, sic ut optio sit penes Scabinos Tribus, Senatorem eligit, cujus dignitas tantum biennium durat, nisi post biennium eligatur denuò, sic tamen id comparatum est, non ut finito demum biennio totus mutetur Senatus, sed singulis annis dimidia ejus pars decedat, reliqua accedat. Atque ita quotannis de novo ex viginti tribubus, Senatus, qui major vocatur, sic tamen constituitur, ut dimidia ejus pars de priori reliqua sit.

25 Singulis quoq; annis in omnibus tribubus novum constituitur judicium, idque fit à judicio decedente, vom alten abgehenden Gericht/ quorum plerumq; sunt undecim vel tredecim, coram quibus contribunalium negocia, & quæ ipsorum opificia concernunt, aguntur. Ex his si aliquis decedat, vel propter commissum aliquod dimittitur sive removetur, alius Scabinus eligitur. Laniones autem & Sartores perpetuum obtinent judicium.

Ipsum Senatum & Reipublicæ administratores quod attinet, summa rerum administratio, ac Reipublicæ gubernacula, longo temporis intervallo, penes Nobiles fuerunt, sed postquam hi elatiores facti, potestate sua abuterentur, & formam Reipubl. in Oligarchiam transmutare conarentur, & inter se invicem dissidia alere, eademque anno 1332. inter familias Nobiles von Müllenheim & Zornen in cædes abire cœpissent, plebei sibi tam probè vigilarunt, ut duce Pistore quodam, quem postea primum constituerunt consulem, honesta verborum prætensione, tanquam bonæ fidei custodes, & sequestri, à Nobilibus claves, sigillum, atque Civitatis vexillum receperint. Post hæc communis securitatis memores, novum sibi, ex sui ordinis viris, Senatū constituerunt, & anno 1333. primum Ammeisterum Burchardum Zwinger qui pistor, duxque & author hujus negotii erat, elegerunt, qui anno 1346. diem obiit. Senatus hic licet septenas per vices variis Constitutionibus, prout rerum vices fuerunt, fuerit immutatus, nunquam tamen ad primam is rediit faciem, sed huc usque adeò Nobilium decurtata & imminuta permansit potestas, usque adeò, ut quotannis, 8. Januarii, auff dem Schwertag juri suo, quod antiquitus in constitutione Senatus obtinuerunt, renunciare consueverint, Jo. Limn *de jur. publ tom. 3. lib. 7. c 3 n. 7.* confer *supra libr. 1 c 8. n. 47.* 26

Et quamvis etiamnū hodie Senatus Argentoratensis pro tertia parte ex Nobilibus constet, & ex his sex Prætores, vulgò Stättmeister/ eligantur, quorum quatuor per annum gubernent, & singulis semestribus unus præsit, & altero anno duo reliqui, cum duobus remanentibus substituantur & nomine Prætoris, des Stättmeisters omnia Reipublicæ mandata, edicta, sententiæ & literæ promanent, & hujusmodi Prætores perpetui sint, nisi justa de causa dimittantur, & deponantur, penes hos tamen minor est potestas, sed summa rerum penes Ammeisterum residet. 27

Ammeisterus non ex Nobilibus, sed ex aliis honestis familiis eligitur, quorum itidem sex sunt, & cujusque officium per integrum annum durat. Ubi monendum est, falsum esse illud Bodini, & aliorum sequacium, qui scribunt, Ammeisterum non eligi, nisi à cerdonibus aut coriariis, vel id genus sordidis opificibus stirpem ducat, id quod D. Berneggerus *inter quæst miscellan. ad Taciti German. quæst. 55. circa fin.* his refutat verbis: Quo loco facere non possum, quin contradicam calumniæ Johannis Bodini, viri judicio, sicubi ab affectibus est immunis, admirabili summoque prædìti, cum iis abripitur (abripitur autem sæpius) ultra veri lineam progredi soliti. Sic autem ille *libr. 6. de Republ. cap. 4.* Argentinenses cæsa ac prostrata Nobilitate, cum Imperium populare invasissent, legem communibus suffragiis tulerunt, ne quis summos in Civitate Magistratus adipisceretur, nisi à cerdonibus, aut coriariis, aut id genus sordidis opificibus stirpem traxisset. Quamquam hoc à Bodino dictum nihil est mirum, cui Gallo Germani: 28

Nos viles pulli nati infelicibus ovis,

ut Poëta loquitur, vili semper sumus: Sed idem prodi publico scripto ab homine Germano, præcipuo ætate nostra Politico, qui & urbē & in ea ἀξιοθέατα, coram se vidisse scribit, id verò est quod miremur.

Causam errori, si non malignior aliquis affectus, saltem intellecta malè verba quædam præbuerunt, ex literis quotannis in Comitiis Consularibus, sive Chirotonia, publicè prælegi solitis, cum pro more Senatus in pegmate, juxta Cathedrale templum erecto, juramentum universo populo, in area subjecta stanti, & hic vicissim illi præstat. Dum enim illis literis dicitur, Consulem integritatis atque prudentiæ spectatæ virum, eligendum esse, von den Handwercken / scire debebant, Argentoratensi more loquendi, die Handwerck / appellari tribus, in quas tam Patricii, quàm plebei referuntur, exclusis Nobilibus, qui separatos suos conventus habent, ita ut vocabulum illud opponatur Nobilibus, omnesque Cives ignobiles (si modò ullus virtute præditus, ignobilis dicendus est) von den Handwercken esse dicantur, &c.

29 Senatus, ut jam dictum, ex viginti tribubus constitutus major Senatus dicitur, der grosse Rath / & penes hos viginti Senatores ex tribuum Scabinis collectos, optio est eligendi Consulem, vulgò Ammeister / qui summum in Civitate sequenti anno jus habet, & in omnibus primus sententiam dicere rogatur. Ad hanc Consulis electionem nemo præter hosce viginti Senatores admittitur, non tamen congregati Consulem nominant, sed à singulis sejunctim calculi colliguntur. Consul electus viginti Senatoribus se adjungit, cum quibus decem ex Nobilitate Civitatis colligit, qui Senatoribus aggregantur, & sic demum major Senatus completur, sic ut Consule primum, decem Nobilibus, viginti deinde aliis civibus, constet. Ex decem hisce Nobilibus, quatuor ordinantur Prætores, quorum unusquisque quarta anni parte, & non diutius, conquirit sententias, primumque semper Consulem, deinde reliquos, quos lubet, sive Nobiles, sive ignobiles Senatores, sententiam dicere rogat.

30 Major hic Senatus causas tractat Criminales, testamentarias, atrocium injuriarum, prælationum, causas pecuniarias, quæ summam 600. florenorum excedunt; Curatores quoque & tutores ordinat, Cives recipit, & dimittit. Et hic Senatus diebus Martis & Solis, assidentibus Advocatis, convocatur. Consulis Magistratus annuus est; Senatoris verò duorum annorum; nec licet functum Consulem iterum eligere ante Sexennium. Nec, ut dictum est, Consul eligitur ex Nobilibus, sed tantùm è Scabinis reliquarum tribuum aliquis, penes quem, ut dictum, summa rerum potestas residet, etiam in causis criminalibus.

Ex quo Wehneri detegitur error, apud Gylman. Symphor. *tom. 6. cap. 7. §. 2. pag. 146.* ubi scribit, in urbe Straßburg merum Imperium habere Prætorem, hunc enim post criminis cognitionem in reum confitentem sententiam proferre, pronunciare & imperare, ut puniatur, & quamvis criminalis jurisdictio semper penes Senatum maneat, nec mandari possit, tamen si Prætor ordinarius absit, alium substitui, & sic quodammodò merum Imperium demandari, &c. Si quidem hoc experientia refutat, quando enim criminalis terminus, ein peinlicher Rechtstag / adversus maleficum habetur, & mors jam denunciata, non Prætor, der Stättmeister / sed Consul regens, der Ammeister / sententiam pronunciat, Prætor præfatur quidem, hunc præsentem maleficum coram judicio sisti jussum, & jam ipsius crimina publicè prælectum iri, ut omnibus innotescant: Tum Secretarius rerum criminalium, der Blutschreiber articulos criminales publicè prælegit, lectis illis, à Prætore malefica persona denuo rogatur, an isthæc delicta confiteatur? quæ si denuo confiteatur, tandem Consul regens der Ammeister sententiam pronunciat, quod propter transgressiones istas maleficus hoc vel illo mortis genere affici, & per carnificem ad locum supplicii deduci debeat. Error Wehneri ex dictis Obrechti *tract. de jurisdict. c. 5. n. 30.* unde ea desumpsit, natus esse videtur, ubi Prætoris voce usus, per quem fortè Consulem intellexisse videtur, cui tamen stylus dicendi reclamat, & ex prædictis verius esse videtur, neq; Prætorem, Stättmeister / neq; Consulem, Ammeister in hac Civitate merum Imperium obtinere: Non Prætorem, cum Consul mortis sententiam pronunciet, nec Consulem, cum sententiam non ex se, vel per se & suo nomine, sed vicario ore Senatus loquatur, hisce verbis: hat ein Ehrsamer Rath erkennt / ita ut verum sit, majorem Senatum tractare causas criminales, ut ex Dn. Dachtlero loquitur Limnæus, *de jur. publ. tom 3. lib. 7. c. 3. n. 5.* seu, ut Berneggerus solum Magistratus jus gladii, causarumq; criminalium cognitionem obtinere, seu ut Obrecht. *d. l.* habet, in hac Civitate criminalem jurisdictionem majorem Senatum habere, quam solus exerceat, Limnæ. *d. loc. tom. 4. num. 5.*

Major hic Senatus, propter jus, quod in eligendo Consulem habet, pro primo quidem habetur; 31
sunt tamen, qui ipsum authoritate, & ob id quoque, quod perpetui sunt, præcedunt.

Et primùm quidem Tredecimviri, die Dreyzehner / quibus quatuor Nobiles genere, octo alii Cives, & decimustertius Consul, cujusq; anni adsidet, coram quo Senatu tractantur ea, quæ ad rem bellicam pertinent, & ad Civitatem, vel fœderibus, vel ædificiis muniendam, spectant, & arcana Civitatis, quæ cum aliis Civitatibus & Principibus habet, & Privilegia his credita sunt. Ad hunc quoq; Senatum provocationes & appellationes fiunt, in omnibus iis, quæ à majori Senatu, & aliis, quæ inferius referentur, judiciis deciduntur: Sunt enim ab Imperiali Camera ad hoc subdelegati, & ubi summa, de qua lis est, minor est 600. nummis aureis, nulli licet ad Cameram Imperialem Spirensem provocare, ubi verò summa major est, appellanti optio datur, vel Spiram transeundi, vel horum judicio acquiescendi. Ad hos quoq; pertinet emptio equorum, conscriptio Equitum stipendiariorum. Ab his etiam Civium & extraneorum recipiuntur & audiuntur libelli supplices, petitiones & cujuscunq; generis propositiones, quæ ad forum judiciale nondū pervenerunt. 32

Est quoq; alius Magistratus Quindecimvirorum, der Funffzehner / qui etiam perpetuus est, & è quinq; de Nobilitate, & decem aliis Civibus constans, (inter quos unus Prætoris, Stättmeisters officio fungitur) deligitur. Hi Quindecimviri primùm sunt Censores morum & Inspectores; ut omnes illi, qui publicis funguntur muneribus, rectè ac fideliter suum officium faciant & exequantur, ita ut etiam Consulem de officio suo admonendi jus habeant. Deinde his licet delinquentes civiliter coërcere, atque etiam pro qualitate delicti carceri mancipare, 33

cipare, vel mulcta pecuniaria afficere. Incumbit quoque his œconomia Civitatis, veluti cura seu administratio ærarij, monetæ, cambij, annonæ publicæ; cellæ vinariæ, rei frumentariæ, vectigalium & similium rerum necessariarum. Præterea ex Quindecimviris constituuntur Aediles perpetui, quorum duo sunt Nobiles, duo Ignobiles: Nec non singulares Præfecti incendiis, & cæteris negotiis publicis, & sic horum jurisdictio latè patet. Atque hi duo ordines sunt perpetui, nec mutantur, ut Senatores, nisi aliquis ipsorum vel vita excedat, vel ad Consulatum, vel ab inferiore ad superiorem ordinem evehatur.

34 Superiores hi ordines Tredecim & Quindecimvirorum diebus Lunæ, Mercurii & Sabbathi congregantur Senatui, & conjunctim de gravioribus Civitatis negotiis agunt & cognoscunt, & hic Magistratus omnium summus est, & vocatur congregatio Senatus & viginti unius, Rath und ein und zwanzig.

35 Ex Scabinis, seu non Nobilibus, horumque Tredecim, seu Quindecimvirorum, cuivis Tribui unus præficitur, qui supremus Dominus nuncupatur, der Zünfft Ober Herr. Et quia Tribuum numerus hosce superat, reliquis Tribubus præficiuntur alij prudentia præstantes, qui etiam supremi vocantur Tribus Domini, Oberzunfftmeister. Superior hic der Oberherr / Oberzunfftmeister / plerumque Consul, vel alius ex Senatoribus, ein Ammeister / Dreyzehner / Funffzehener / oder Ein und zwantziger.

36 Sunt quoque Triumviri, ut nomen denotat, tres, qui ærario præsunt, Dreyer des Pfenning Thurns / quorum quotannis unus amovetur, & alius in ejus locum subrogatur, & hi omnes Scabini sunt, non Nobiles.

84 XXVI. Sæpe dictus Imperator Sigismundus anno 1433. Civitati Argentinensi, ipsiusque Civibus Privilegium concessit, ne naufragium passorum bona confiscentur, daß ihre Kauffleut / die auff dem Wasser fahren / an welche Stadt die Schiffung kommt / were daß die Schiffung von Geschichten bräch / oder auff den Grund käme / die also mit ihrem Gut verfahren weren / die sollen keinen Schaden leiden an ihrem Gut / und sollen darumb nicht verbunden seyn zu geben von Grundruhe / und soll die Schiffung und die Güter behalten seyn / denen die Sie vor angehörten / ehe dann die Grundruhe geschehen / und darwider soll nicht seyn / kein Gewonheit des Lands / Stadt oder Gegend / da die Grundruhe geschehe / Limnæ. n. 36.

85 XXVII. Imperator Maximilianus I. anno 1508. Argentinensibus jus suum antiquum, quo in successione ab intestato, nepotes à patruorum & matruelium hæreditate excluduntur, ac fratres & sorores ex uno, cum illis, qui utroque latere conjuncti sunt, admittuntur, confirmavit, hat der Stadt Straßburg ihr alt Herkommen und Gewonheit declariret und confirmiret / dergestalt / als allenthalben im Heiligen Reich von gemeinen Rechten und löblicher Gewonheit / alle Erbgüter / an den Enden / da sich der Fall begiebet / gerechtfertigkeit werden / und die Stadt Straßburg / und ihr Fordern / daß also über Menschen gedencken / in geruhigem Gebrauch gewesen / und ihnen aber durch etliche etwas Irrung und Inbruch geschehen / also daß die Enckel und Kindskinder / ihr abgestorbenen Vatter oder Mutter Geschwistrigt zu erben unterstanden / auch die Geschwistrigte von beyden Theilen / die von einem Theil an ihrer Erbschafft außzuschliessen / über das die Ordnung des heiligen Reichs und Satzung solches nicht zulassen / auch kein Meldung davon thete / alles wider Stadt alt Herkommen und Gebrauch / auch ihre Freyheiten und Privilegien / der Erbfall halber / wie obstehet / gnädiglich confirmiret und bestettiget / gesetzet und verordnet / daß die gemeldten Meister und Rath der Stadt Straßburg / nun füranhin nach solchen ihren alten Herkommen / Gebrauch / Freyheit und Privilegien / sprechen / urtheilen und procediren sollen und mögen / &c. Limnæ. n. 38.

86 XXVIII. Imperator Maximilianus I. anno 1494. Conservatorem Privilegiorum Argentinensium constituit Judicem & Assessores judicii Rotvvilensis, daß Sie alle und jede Personen / so der Stadt Straßburg an ihren Freyheiten / Obrigkeit und Gerechtigkeit / Ingriff oder Hinderung zu thun unterstehen / und bemeldtem Hoffgericht durch die von Straßburg / Ihr Nachkommen / oder ihr Anwald angezeigt wurden / auff benante Tag Rechtlich für sie heischen und laden / sie in solchen Sachen eigentlich und nach Nothdurfft gegen einander verhören / und wofern sie im Recht erfinden / daß deren von Straßburg Widerparthey / wider solch ihr Freyheit und Gerechtigkeit unbillicher Weiß gethan / und damit die Poen darinn begreiffen / verwürcket haben / alsdann auff dieselb Poen mit Recht handlen / urtheilen und richten / und zu Einbringung solcher Poen mit nothdürfftigen Processen wider sie vollfahren und procediren &c. Welches Privilegium dann auch von Käyser Rudolpho II. anno 1582. dahin extendiret / daß neben dem Käyserl. Hoffgericht zu Rothweil / auch das Käyserliche Cammergericht zu Speyr schuldig seyn soll die Stadt Straßburg auff ihr Anruffen / bey ihren Freyheiten zu handhaben / und wider die turbatores derselben / sie seyn was Stand sie wöllen / nothwendige Procesß zu erkennen / &c. Limnæ. n. 39.

XXIX. Habet quoque Civitas hæc ab Imper. Maximiliano II. de anno 1570. Privilegium contra 87
Judæos, ne hi cum Civibus Argentinensibus quicquam contrahant, & negotientur, sub pœna privationis rei, de qua contractum fuit, nisi quoad esculenta, & quæ ad victum necessarium pertinent, & quæ nundinis publicis peraguntur, daß nun hinfüro kein Jud oder Judin gedachter von Straßburg Burgern / Innwohnern / Hindersassen / Unterthanen / Zugehörigen und Verwandten / in der Stadt / oder auff dem Land / die sie jetzt haben / oder künfftig bekommen werden / und allen denen / so ihnen / oder den ihren / mit Pflichten / Eyden und sonsten verwandt seyn und zugethan / noch auch derselben Weib / Kindern / Ehehalten / Dienstbotten / Haußgesind / weder auff liegende / unbewegliche / eigene / bestandene / noch auff andere Unterpfand / Brieff / oder Verschreibung / noch auff ihr Trauen und Glauben / weder mit noch ohne Wucher / weder wenig noch viel / ohn ihr der von Straßburg / Vorwissen und Erlaubnuß / nicht leyhen noch fürstrecken / auch mit ihnen nichts tauschen / wechslen / noch einige Anlehern / oder andere Conträct / wie die Namen haben mögen / benant und unbenant (ohne allein was zur täglichen Nothdurfft und Nahrung / von fahrenden Haab umb bar Geld erkaufft / und verkaufft wird / auch die freyen Handthierung und Commercien in den freyen offenen Jahrmärckten und Messen außgenommen) weder mündlich noch schrifftlich / heimlich noch offentlich / umb was Sach das were / oder seyn möchte / nicht eingehen / noch auch solches Anlehens getroffene Contract / Obligation und Handlung halben / so nach Publication dieser Freyheit / ohne Vorwissen und Bewilligung / gedachter Meister und Rath der Stadt Straßburg / oder ihren Nachkomen / als obstehet / gemacht werden / ohn angesehen dieselben mit Handgegebener Treu und Glauben / auch geschwornen Eyden bestettiget werden / vor Ihr Käyserlichen Majestät und des Heil. Reichs Hoffgericht / nicht fürfordern / beklagen / noch jetzt auff solch der Juden Furfordern und Klagen erkant / gericht und geurtheilet werden / &c. und da dem zuwider gehandelt / die Juden oder Judin das Hauptguth des dargeliehenen /

oder außgezahlten Gelds sammt darauß folgender Schuld/verwürcket und verfallen haben/und solches vielgemeldtem Meister und Rath / und ihren Nachkommenden / und gemeiner Stadt Straßburg zum besten / und ohn Verhinderung bleiben/ꝛc. Limnæ. num. 40. Blum. d. l.

88 Argentinæ sibi relatum esse scribit Johan. Limnæ, de jur. publ. tom. 4. libr. 7. cap. 3. num. 3 pag 153. Daß in der Johannes Meß / auff einen gewissen Tag/ in dem Zollkeller daselbsten / von der Stadt Nürnberg gelifert werde ein breiter Degen / zween lincke Handschuch von Leder / und ein haselner geschelter Stab/biß auff den Handgrieff/ einer Straßburgischen Elen lang/und eine Sonnen Cron zuverehren; Im Fall solches nicht abgerichtet wurde/ dörffe kein Nürnberger dahin handeln / oder seine Waaren allda verkauffen/ꝛc. de quo confer dicta supra cap 38. num. 38. Gleichermassen müsse die Stadt Franckfurt in der Johannis Meß/ denen Straßburgern liefern lassen / einen Becher von gewissem Holtz/ darinnen ein Anzahl Pfefferkörner/und etliche Muscatnüß / geschehe gleichfalls wegen der Handlung/ Limnæ. d. l. Anno 1581. per machinationes Roberti Hevii Malaregii ferè in manus Gu.siorum pervenit Thuan. histor. lib. 74.

In Argentinam Urbem Epigrammata extant plurima, inter quæ hæc sunt.

1. Nicodem. Frischlini.

Urbs antiqua jacet (primi coluêre Treböces)
Argentoratum, ripis contermina Rheni,
Dives opum & nulli veterum virtute secunda,
Sive fidem spectes & Relligionis honorem,
Sive forum, canosque patres, sanctumque Senatum,
Iustitiæque decus, seu limina culta Lycei,
Insignesque viros, seu duro mœnia saxo
Condita & armatas adversa in prœlia vires,
Marmoreasque domos, atque ardua tecta domorum.
Hac templum augustum, cælataque turris in urbe
Vertice prospiciens alto (mirabile visu)
Surgit & excelsum caput inter nubila condit,
Tota toreumatibus, pictisque excisa columnis.
Tota patens luci, & leni perflabilis aurâ,
Et cono insignis galea & testudine circum
Quadruplici septa, & nullo violabilis ictu,
Prima solo posuit quondam fundamina duro
Steinbachia natus de gente Ervinus, & omne
Ad galeam deduxit opus & testudine sepsit,
Tempore quo Imperii gessit Rudolphus habenas
Habsburgus, Comitum Germanus origine Cæsar.
Nunc illam multis servantque foventque minores
Impensis, magnoque locant in honore, suosque
Majores hac laude æquant, nam fulmine tactam
Sæpius immensi repararunt sumptibus æris,
Jamque adeò nuper foribus qua maxima templi
Stant adita Austrinis, sociâ testudine junctâ
Excelso fabricam posuerunt pariete muri
Intus, ut exactas mortalibus indicet horas,
Et solis, Lunæque vias, noctesque diesque,
Et menses, fastosque in longum digerat ævum,
Mirum opus Ingenii, mirandaque arte paratum,
Quale laboriferi nescisset radere tornus
Praxiteles: Cous nec depinxisset Apelles,
Nec Polycletæus duxisset in ære Caminus:
Quale nec Ætnæis olim Telchines in antris.
Nec rigidus Steropes, nec qui polit arma Tonanti
Mulciber, æternâ potuisset fingere massâ,
Quale nec hoc toto usquam conspexit in orbe
Nec facilè adspiciet, seu Gallica regna pererret,
Seu totam Italiam lustret, seu Teutonis orbem,
Viribus Ingenii superantem climata mundi
Totius invisat, seu Persica rura peragret,
Sive adeat Lybien atque ultima littora Thulès.

2. Ejusdem.

Salve Urbs, Aonidum cultrix operosa sororum,
Et veræ pietatis amans, & pacis alumna,
Argentoratum, Germanæ gloria terræ:
O præclara domus virtutum, ô Juris Asylum,
Justitiæq; sacer portus, fidei anchora sacra!
Salve Urbs illustris, toto celeberrima mundo,
Æternumq; vale magni domus inclyta Christi,
Tu pietatis opes, verbi & cælestis honorem
Immenso asservas studio, ne rure Trebocum
Infelix lolium & steriles dominentur avenæ,
Utque piâ maneant in religione nepotes:
Tu studia & sacras immensis sumptibus artes
Impensisque foves, magnoque in honore Lycæum
Cæsareo ornatum nuper diplomate, ponis,
Insignesque viros, totus quos suscipit orbis,
Ingenuæ patria præponis in Urbe juventæ,
Ut studium moresque regant, & facta priorum
Edoceant, quæ norma boni, qui limes honesti
Monstrent, inque patrum vestigia ducere perstent,
Eloquiique vias Ciceroniaque arma disertis
Vocibus expediant & cultu divite linguas
Forment, & doctis sermonibus ora figurent.
Tu mirabile opus, quo non præstantius ullum
Ulla prior vidit mundi sub finibus ætas,
Immenso ædificas sumptu, cœlique meatus
Astrorumq; vias argento imitaris & auro,
Ut quæ sunt humili procul à tellure remota
Humanisque negata oculis, & pervia Solis
Motibus hic propius videat Germana juventus.
Salve iterum, atque iterum toto clarissima mundo
Urbs, decus Alsatiæ & Germanæ gloria terræ,
Quasq; tibi canimus Nicrao carmine laudes
Accipe Diva tuas, & miti respice vultu.
Sic tua crudeli nunquam pulsentur ab hoste
Mœnia, nec sævæ videant contagia pestis:
Nec te dira fames, nec te penuria vexet,
Sed tua sit Cererisq; ferax, laticisque Lyæi
Terra, domosq; tuas spirabilis ætheris aura
Recreet & niveis pax aurea protegat alis.

3. Guilelmi Xilandri.

A te principium, tibi gloria desinet omnis
Argentina, viris opibusq; amplissima justis:
Doctorum cœtu, sed & exornata virorum,
Qui colit illustres, plantat, fovet, educat artes,
Laudabunt alii ferientem culmine nubes
Pyramida, & templi structuram, & grandia saxa,
Grande opus, & raro sumptu, rarâ arte paratum.
Sunt quos cincta juvant immanibus oppida muris
Aggeribus fossaq; & mœnibus addita moles
Portarum stupet hic ædes stratasq; plateas

Egre-

Egregie, & lympham tubulos largo ore vomentes
Compita per, vicosq; atque atria pulcra domorum;
Cætera quæ cultas extant memoranda per urbes
Omnia jam cantata. Et quæ gens, natio, tellus
Argentina tuas nescit clarissima dotes?
Sed non ulla magis cœlo te gloria tollit,
Quam quod barbariem, rursum sua regna minantem
Degenerum fretam studiis operaque virorum
Rejicis, & patriâ pulchris conatibus arces,
Quo tibi permultum Germania nomine debet.
Nunc quoque magnifico facta hæc tibi machina sumptu
Accedit cumulo laudum res magna tuarum,
Omne ferens punctum, quia miscuit utile pulchro,
Cujus vix ipso cum tempore fama peribit.

4. Martini Crusii.

Argentina Urbes inter celeberrima salve,
Non sine re nomen tibi, sed magis aurea verè es,
In mundo sunt hæc: corpus, natura, anima & mens
Vitaque & ens: indunt vim proxima quæq; priori,
Corpus alit natura, anima hanc tenet, ast animam mens
Mentem vita fovet, sed vita ligatur ab ente.
Mœnia sic tibi sunt, & opes, plebs atque Senatus,
Et Schola, Relligioque viget prius omne sequenti.
Mœnia stant opibus, plebs has fovet, hancq; Senatus,
Quem Schola dat, sed perficitur Schola Relligione.
Argentina vale, lumen Germanidos oræ.
Præfulgens Microcosme, Deus te servet ab hoste.

5. Johannis Stigelii.

Argentum fulvo quantum preciosius ære,
Tantum Germanis Urbibus una prior
Argentina, domus Doctorum clara virorum,
Quam lavat irriguis Brusca salubris aquis.
Quæ quia Romanis collata tributa legebat
Nomen ab argento nobile nacta tenet.

6. Jacobi Mycilli.

Sum genitus, veteres qua dividit Ella Treboces,
Quaque secat lenis fertile Brusca solum;
Hinc pater amborum generoso flumine Rhenus
Excipit effusas aurifer omnis aquas.
Argentoratum per longam nobile ripam
Ostentat, claris mœnia culta viris.
Ardua sublimi surgens super æthera turri
Atq; movens ipsos eminus ore deos.
Quæ veteri quondam dictus de nomine Juli,
Germanas Latio milite fudit opes.

7. Johan. Pedionei.

Alsatiis caput & longè clarissima terris
Urbs jacet; & triplici circumdata mœnia muro,
Robore fossarum ingenti, miro aggere muros
Cincta; rigata tribus circumque intraque fluentis.
Ipsa potens veterumque tenens se more parentum
Jura dat, ex terris nunquam gens dedita sceptris.
Argentoratum prisci dixere coloni,
Atque hodie Latium tenet, urbs argentea nomen.

8. Petri Lindebergii.

Viribus atque viris Argentina inclyta præstat,
Arte simulque valet, Marte simulque viget.
Arma urbi connata, animus conterminus astris,
Mœniaque Herculea non capienda manu.
Pace tua, alma parens, hæc dicam, Teutona tellus,
Vix urbs, vix urbs est firmior ulla tibi.

9. Michaelis Beutheri, Turris Argentinensis.

Torrida Pyramidum jactat miracula Memphis,
Commendat turrim laudibus alta Pharos,
Assyrii veterem jactant Babylona potentes,
Et Medi celebrant tecta superba Cyri.
Laudibus immodicis Ephesina templa Dianæ,
Tarpeias arces vulgus agreste canit.
Et Mausolei celebratur fama sepulcri,
Quod Cares pridem celsa per astra ferunt
Si tamen hanc spectes turrim, cogêre fateri
Illam Pyramides inter habere locum.

10. Bernhardi Molleri.

Cedant Pyramides, Mausoli regia cedant
Busta, colosseo cedat honore Rhodus:
Clara Semiramio concedant mœnia fastu,
Clarior haut toto surgit in orbe labor.
Non qui marmoribus insistunt curribus horti,
Non Ephesus, tanti non labyrinthus erit,
Ut decus excelsæ rimentur nobile turris
Argentorati quæ micat urbe decens.
Invidiosa fuit Tarpeia gloria rupis
Prabuit Aegypto numinis illa fidem.
Candida si tanta spectetur gloria turris
Qui Capitolini fata tonantis agent.

CAPUT LII.

Türckheim/ *Turckhæmium.*

Summaria.

1. *Unde dicatur.*
2. *Ejus situs.*
3. *Muro quando circumdata.*
4. *Est Civitas Imperialis, & in Matricula reperitur.*

1 Dürckenheim aliis Türckheim/ Hieronymo Gebvvilero vocatur Oppidum Thuringi, causam tamen hujus notationis ignorans. Unde quoque Germanicum ejus nomen Türckheim/ quasi Thuringi domus, Thuringi Heim/ sive Heimat/ idem sit, quod domus, natum esse videtur. Reusnerus *de urbib. Imper. part. 1 cap. 22.* Conshæmium vocat.

2 Sita est hæc Civitas in Alsatia, loco satis fertili, fructuoso & amœno.

3 Muro & fossa munita primùm hæc Civitas creditur, tempore Imperatoris Friderici II. à Wolfelino urbi Hagenoæ Præfecto Imperatorio, ad quam Præfecturam adhuc pertinet, quod tamen ipsius immediatetem non impedire dictum est, *libr. 1. cap. 12. num. 175. & seqq.*

Imperialem enim hanc esse, indè patescit, quod ad Comitia vocatur, in iisdemque votum & sessionem habet, & in Imperii Matricula continetur, Türckheim/ sive Dürckheim/ ist anno 1545. und 1551. umb 1. zu Roß/ und 4. zu Fuß geringert worden/ gibt solchem nach monatlich allein zu Fuß 5. thut an Geld 20. fl. Soll geben zu Unterhaltung des Käyserlichen Cammergerichts/ 25. fl. Limnæ. *tom. 4. lib. 7. post. cap. 48.* 4

CAPUT LIII.

Uberlingen/ *Uberlinga.*

Summaria.

1. *Unde sic vocata.*
2. *Ubi sita.*
3. *Sedes olim fuit Sueviæ Ducum.*
4. *Ejus descriptio Zeileri.*
5. *Ejus commoditas.*
6. *Est Civitas Imperialis.*
7. *Ejus insignia quæ.*
8. *In Protectione habet* Buchorn.
9. *Privilegium appellationis, & quod ipsius Statutis etiam clerici teneantur.*

1 Uberlinga, sive Yberlinga, olim Iburinga, hodie Uberlingen/ dicta à trajectu antiquissimo & navium statione, quæ illuc appellere solent, quasi Uberlenden/ Reusner. *de urbib. Imperial. part. 2. cap. 30.*

2 Sita enim est hæc Civitas in lacu Bodamico ad navigandum, & mercibus vel importandis, vel exportandis valdè oportuno, & usitatissimo. Cum enim & vini & frumenti, omniumque aliarum rerum, quas natura desiderat, abundantiam & copiam urbs hæc suppeditet, multis ex locis populares eò excurrere, vina, frumenta & alia necessaria ibidem vel vendere, vel emere, & aliò per mare Podamicum transferre solent. Ex quo etiam Respublica non mediocre commodum sentit, eumque in finem domum publicam habet destinatam, quæ hospitibus quovis tempore patet. Reusner. *d. cap. 30.* Joh. Limnæ. *de. jur. publ. tom 3. libr. 7. cap. 49.* Dresser. *Isagog. histor. part. 5. p. 579.*

3 Sedes olim fuit hæc Civitas regia & curia Sueviæ Ducum, à quorum servitute deinceps, post eorum obitum, soluta & in libertatem vindicata, *Anno Christi* 1267. in Imperii Romani tutelam & præsidium recepta est, Reusner. *d. l.* Limnæ. *d. cap. 49.*

4 De hac Civitate hæc sibi communicasse Dm. Johannem Henricum von Pflaumern/ Jurium Doctorem & Reipubl. Consulem, scribit Zeiler. *in topograph. Suev. verb.* Uberlingen. *pag. 380.* Die Reichsstadt Uberlingen ligt zwo Stund unter Mörspurg/ an dem tieffen BodenSee / mit fruchtbaren Bäumen/ und Weinbergen umbfangen/ und ist von der Natur sonderbar begnadet/ in dem Sie auff einem hohen Steinfelsen situiret/ welcher sich zu allerhand Gebäuen gar ring brechen und gebrauchen läßt: Welcher Steinbruch zumahlen der Stadt zu ihrer Befestigung dienet/ denn je mehr Stein an der Mauren hinweg gebrochen werden/ je tieffer werden die Gräben/ so gantz verwunderlich/ und etlicher Orten an der Höhe einen Kirchenthurn übertreffen. Mit dergleichen Gräben ist die gantze Stadt von aussen beschlossen/ und wird inwendig von einander in drey Theil abgeschnitten; als die untere Stadt/ die Obere/ und den Gallerberg/ so mit Reben überzogen/ und den Nahmen hat von dem Frauen Clösterlein zu S. Gallen/ welches zur Gedächtnüß desselbigen Abts von nachbenanter Hertzog Cuntzen Tochter Fridburga erbauet/ hernach verändert/ und unterhalb des Bergs gesetzet worden.

5 Die treffentliche Gelegenheit dieses Orts/ hat den alten Hertzogen in Schwaben sowohl beliebet/ daß sie gewöhnlich allda Hof gehalten/ wie von Hertzog Cuntzen oder Conrad/ Jacobus Manlius bezeuget/ daß er umb das Jahr Christi 600. zu Uberlingen residiret/ dessen Müntzen die Cuntzen Pfenning genant/ über etlich hundert Jahr hernach den Namen behalten/ darauff ein Löw gepräget/ wie solchen die Stadt Uberlingen noch in ihren Wappen führet/ und nach deme Sie den Römischen Käysern/ und heiligen Reich ihre Treu und Dienst/ bey jeden Occasionen/ sonderlich aber anno 1525. in dem Baurenkrieg/ ansehenlich bewiesen/ als hat Sie zur offenen und ewigen Gezeugnuß erlanget/ daß Sie auch ob dem Helm einen Löwen mit blossem Schwerdt führen thut. Ist nach Abgang der Hertzogen in Schwaben zu dem Reich kommen anno 1267. Besitzet auff dem Land die Schlösser/ HohenBodman/ Ramsperg und Ittendorff/ so ihren besondern Adel gehabt. Der Hospital in dieser Stadt/ wird unter die Reichste Schwaben gezehlet/ dessen wie auch gemeiner Stadt Einkommen/ durch kluge verständige Haußhaltung/ sich so weit gebessert/ daß bey der Reichs Matricul dieser Stadt/ ein fast Fürstenmässiger Anschlag/ benantlich Sechs zu Roß/ und Sechzig zu Fuß einfachen Römerzug geschöpffet worden.

Demnach sie auch eine bequeme sichere Schiff-

lendin hat / und allen Umbländen wohl gelegen ist/ wird dahin wochentlich zu Friedenszeiten ein überauß grosse Menge allerley Früchten/und von dannen über See nach Costantz/Lindaw/Bregentz/in das Thurgöw und Rheinthal / und gar biß in Churwahlen verführet. Darumb auch dieser Fruchtmarckt mit besondern Käyserlichen Privilegiis befreyet/und bewehret worden/ꝛc. Et paulò post: Im Jahr 1332. haben die Juden zu Uberlingen eines Ledergerbers Sohn/ Frey genant/ von des Christlichen Glaubens wegen gemartert/und den Todten Leichnamb vor der Stadt in den Brunnen zu S. Ulrichen geworffen; als aber diese Mordthat offenbar worden / hat man die Juden auß ihren Häusern/alle zusammen in die Beckerzunfft getrieben / und sammt dem Hauß an einem Hauffen verbrandt/ deren bey dreyhundert gewesen. Darauff auch unter andern Stadtsatzungen versehen/und alle Jahr offentlich verlesen wird / daß man zu ewiger Zeit keine Juden einlassen solle/ꝛc.

6 Civitatem hanc Imperialem, & Imperio Romano immediatè subditam esse, non videtur habere dubium. Ad Comitia enim ab Imperatore vocatur, in iisdem votum & sessionem habet, & in Imperii Matricula continetur, certamque summam Equitum & Peditum, sicuti aliæ Civitates Imperiales, aliique Status adsignatam habet, ist anno 1545. und 1551. umb 4. zu Roß/ und 18. zu Fuß geringert worden / soll also geben 6 zu Roß und zu Fuß 60. thut monatlich an Geld 312. fl. Zu Unterhaltung des Käyserlichen Cammergerichts jährlich 116. und einen halben Gülden.

7 Olim in Insignibus Leonem habuit, nunc Aquilam gestat: Cujus causa hæc esse videtur, quod Uberlingæ olim Sueviæ Duces resederint, inter quos Gonzo nummos cudebat, qui longo postea tempore nominati sunt Gonzonii nummi, Guntzenpfenning/ in quibus cum imago Leonis esset, qua licet & Uberlingenses usi fuerint; attamen postquam eorum Civitas Imperio Romano subjectionis præstitit fidem, mutationem quoque insignium pro more subsecutam, conjectura est verisimilis, Martin. Crus. *annal. Suevic. libr. 10. part. 1. cap. 6. pag. 263.*

8 Civitatem Imperialem Buchorn/ in Protectione habet, ut dictum est *supra cap. 8. n. 6.*

9 Uberlingensis hæc Civitas, inter alia, ab Imperatore Carolo V. anno 1530. hæc obtinuit Privilegia, 1. quod à superiori Civitatis Judicio, non nisi, præstito prius Juramento appellationis malitiosè non interpositæ, ad Civitatem vel Friburgensem, vel Rotvvilensem, vel Ravensburgensem appellare liceat. 2. Quod Cives Uberlingenses etiam extraneorum bona extra Civitatem in alienis Judiciis tueri possint, prout in ipsa Civitate. 3. Quod Legibus & Statutis Civitatis Uberlingensis etiam Ecclesiasticorum & Xenodochiorum bona intra & extra Civitatem subjecta esse debeant. Erstlich daß ein jeder Burger und Burgerin zu Uberlingen / so von einer Urthel vor dem Ober Stadtgericht daselbsten ergangen/appellirt/dieselb appellation, nachdem er ein gelehrten Eyd geschworen / daß dieselb appellation nicht für Gefahr/noch Verzug/allein auß Nothdurfft gethan haben / nach dem Recht und Statuten der Stadt Freyburg in Brißgau / oder der Stadt Rotweil und Ravenspurg/ die ein Ersamer Rath zu Uberlingen / einen jeder Zeit anzeigen und benennen würdet/vollziehen / und alles das/ so von dem Rath zu Freyburg/ Rotweil oder Ravenspurg / mit Urthel erkant und zu recht gesprochen wird / daß dasselb steet und ungeweigert/von beeden Partheyen gehalten werden/und wann der Appellant verlustig wird/gemeiner Stadt Uberlingen 10. Pfund Pfenning für Buß abzutragen verfallen seyn/ und in die Stadt Uberlingen nicht mehr kommen soll/ die seyen dann zuvor bezahlt worden.

Zum Andern/ daß ein jeder Burger und Innwohner zu Uberlingen ein jeden Frembden und Außwendigen sein Haab und Guth ausserhalb der Stadt Uberlingen/und derselben ihrer Burger / auch Spital und aller ander Gottshäuser daselbst Gerichten und Gebiethen/Gezwängen und Bannen/ umb seine Anforderung woll zu recht helffen mögen / aller der massen/als sie bißher in der Stadt Uberlingen/ und ihrem Stadgericht gethan / und im Brauch und Ubung gehabt/noch haben sollen/ unverhindert allermenniglichs.

Zum Dritten/daß Burgermeister und Rath zu Uberlingen/die jetzt seynd/ oder künfftig seyn werden/ oder der mehrer Theil unter ihnen/der Stadt Uberlingen Außwendigen/auch ihrer Burger / Spital/ und anderer Gottshäuser/ihnen zugehörig / Gebiethen/ Gerichten/Zwingen/Bännen / und derselben Etter/ in allen Sachen setzen und ordiniren mögen / was sie nach Erkantnuß des Raths daselbst/ oder des mehren Theils unter ihnen/auff ihr Eyd/Nothdurfft und besser gethan/dann gelassen / beduncken seyn wird / und was Sie dann also setzen/ ordnen/ erkennen / das soll in demselben ihren Außwendigen/auch ihrer Burger-Spitäln/und andern Gottshäuser / wie vorstehet/ Gebiethen/Gerichten/Bännen und Zwingen / und derselben Etter daselbst von jederman gehalten / gegeben und vollnführet werden/ ohne Ein- und Widerred/auch Versaumbnuß allermenniglichs/ allermaß/ Gestalt und Recht/wie sie in der Stadt zu Uberlingen anzusehen und zu thun vom alten hergebracht und gethan haben/und hinfüro auch wol thun und gebrauchen mögen / von allermenniglich unverhindert/ꝛc. Limnæ. *tom. 3. lib. 7. cap. 49. n. 2.*

Epigramma in Uberlingam.

Nicolai Reusneri.

Si desit pietas, ut subsit copia magna:
Plus urbi deerit, quàm suberit, domi.
Nam si qua pietas sanctissima floret in urbe;
Hanc nunquam bonitas destituit Dei:
Sufficit omne bonum larga cui gratia dextrâ:
Et cornu beat hanc copia divite.
Felix urbs, utrumque bonum cui contulit ille
Rerum Rex Dominus maximus omnium.

CAPUT LIV.

Ulm / *Ulma.*

Summaria.

1. Ulma quomodo & unde dicatur, & n. 2. 3. 4.
5. Ejus situs.
6. Montes prope Civitatem non habet.
7. Inter quatuor Imperii pagos quare referatur.
8. Quan-

8. Quando mœnibus cincta.
9. Civitatis antiquitas.
10. Olim ad Monasterium Divit-augiense pertinuit.
11. Quomodo se à Monasterio redemerit.
12. A quo condita Civitas.
13. Quænam incommoda passa.
14. A quonam restaurata & amplior facta.
15. Portum navigabilem habet.
16. Quænam gravia opera ab Ulmensibus peracta.
17. Emerunt Comitatum Helffenstein.
18. Redemerunt Albeck/ *&* Leipheim *emerunt.*
19. Templum parochiale extra urbem positum, in urbem quare translatum, & quomodo extructum.
20. Altaria quotnam habeat.
21. Organum musicum quale.
22. Augustana Confessioni addicti Cives.
23. Quando Christiana Religio hic doceri cœperit.
24. Commercia Civitatis.
25. Regio quanta sit.
26. Patritiorum catalogus.
27. Forma Reipubl. qualis, & à quibus administretur, & qualis sit Senatus.
28. Advocatiam habet in Monasteriis Seflingen *&* Wengen.
29. Imperialis est Civitas.
30. In Matricula continetur.
31. Civitatum Imperialium Suevici scamni archivum Ulmæ asservatur.
32. Insignia Civitatis quæ.
33. Privilegiata est contra extranea judicia.
34. Gaudent Privilegio de non appellando intra certam summam.
35. Judices primæ Instantiæ habet.
36. Habet Privilegium collectandi personas Ecclesiasticas, & Clericos.
37. Similiter recipiendi bannitos.
38. Non possunt propter Imperium oppignorari neque vendi: quod Privilegium ad omnes Imper. Civitates circuli Suevici Carolus IV. extendit.
39. Judæi cum Civibus & subditis nec contrahere, nec Judæi eos desuper ullibi convenire possunt, relegantur etiam nec amplius recipiuntur à Magistratu.
40. Privilegio gaudent, quod nundinas celebrare possint.
41. Signatura Subdelegatorum Commissariorum.

1 VLma variis nominibus in historiis appellata reperitur. Ptolomæus eam Alcimœnium appellare videtur, Nic. Reusner. *de urbib. Imperial. part. 2. cap. 4. in princ.* Philipp. Cluverius vult, quod olim Samulocenis vocata fuerit, referente Zeiler. *topograph. Suev. verb.* Ulm/ *in princ.* Postea, sicuti & hodie Ulma plerisque vocatur, Ulm.

2 Nominis autem hujus variæ referuntur originationes: Alii enim ab Hulmigeris sive Bructeris, huc olim profectis, Preussen / ejus conditoribus ita dictam putant; unde quoque in vetustis literis Hulma, non Ulma legitur, Martin. Cruf. *annal. Suevic. libr. 3. part. 3. pag. 189.* Reusner. *d. cap. 4.*

3 Nonnulli ab Uligine, sive terra humida, deducunt, moti illo distiche:

Nomen quod latio desumptum est fonte, quod apta
Ulmetis posita est, plena hac uligine terra.

4 Verisimilius esse videtur, eam ab Ulmis arboribus, von den Ulmen oder Rüstbäumen / Jälben oder Welden/ nomen accepisse, quia etiamnum platea quædam ibi sit, nod multum à Blavio distans, quæ Ulmer Gaß dicatur, quasi olim multæ ibi steterint Ulmi, ordini & ritu salicum positæ, Cruf. *Suevic. annal. libr. paraleip. cap. 16. pag. 64. & libr. 6. part. 1. cap. 9. pag. 153.* Ex quo etiam Ulmenses Ulmigeros vocat Aeneas Sylv. & Ulmaneres, Plin. 4. *libr. 17.*

5 Sita est hæc Civitas in Circulo Suevico ad Danubium, loco satis fertili, frugifero, & omni frumenti genere abundante, nisi quod vinetis careat. Danubio alluitur, qui primùm ibi navigabilis, Ilaro & Blavo receptis, efficitur.

6 Nullos circum se habet montes; excepto illo, qui ad Septentrionem est, & vocatur S. Michaëlis, mons fertilissimus, & à damno dando urbi remotior, Cruf. *annal. Suev. lib. paralip. cap. 16. pag. 65.* ubi addit, quod loco peramœno sita, formam non planè circularem referens, quippe paulò longior, quam latior, qualis ovi propemodum figura est. Fœlix Faber Monachus quondam Ulmensis refert, eam passus ambulatorios continere 6400. cum vetus urbs, ante Conradi Imperatoris tempora 2100. habuerit: Quod spacium, si novum propugnaculum Danubii excipias, etiam nostræ ætati satis congruere, refert Crusius *d. l.*

Mœnibus caruisse usque ad *annum Christi 1300.* 7 & ideò pagum dictam, fossa & sepibus tantum circumdatam, refert Reusner. *d. cap. 4.* Ex quo etiamnum hodie in Romani Imperii distributione, inter quatuor Imperii pagos refertur, *de quo libr. 1. cap. 2. num. 40.* Et ab Imperatore Carolo Magno Villa Regia, & aliquid Regalis dignitatis habens dicitur, in literis Donationis, Monasterio Divitis Augiæ, factæ, de qua paulò post dicetur. Et Imperator Fridericus I. Barbarossa in Bulla de limitibus Diœceseos Constantinensis, anno 1155. data, & quæ habetur *in Chron. vel antiquitat. Episcopat. Constantiens.* à Joh. Pistor. inter *rer. German vet. script. edit pag 623.* Ulmam Villam suam nominat. A qua tamen opinione discedere Dm. Waltherum Syndicum Rotenburgensem, monet, Johan. Limnæ. *de jur. publ. tom. 4. libr. 7. cap. 50. sub num. 2.* tum quod Fridericus I. Barbarossa dictus, qui anno 1152. regnavit, Ulmam, apud Gunther. Ligurin. *lib 5. vers. 504.* suam nominet:

Totus apud nostram coiens exercitus Ulmam,

tum quod priori traditione admissâ, Ulma ferè inter omnes Civitates ultimo loco ad imperium venisset, quod vix de tanta urbe præsumendum, multò minus credendum sit: Et quod præterea de eadem H. Mutius *Germ. Chron. lib. 17.* apud Pistor. *tom. 2. Germ. script. p. 135.* ita scribat: Lotharius Imperator Ulmam vix expugnavit. Verum, post mortem Lotha-

Lotharii, Conradus Imper. eam urbem, propter singularem virtutem & constantiam amans, magnificentius ædificari jussit, quàm antea fuerat, privilegiis & agri latitudine, villis monasteriis, eam egregiè donavit & ornavit. Quæ omnia hodie possident Ulmenses, feliciter aucta, & in majus provecta: nimirum tam prosperè crescere, & tamdiu durare, quæ tam laudabiliter originem habuerunt. Ut ita videatur Villa & oppidum promiscuè, & pro synonimis usurpari, sicuti Geneva & Civitas & Villa nuncupatur apud Besold. *in discurs.* 4. *de Reipubl. Statu subaltern. cap.* 7. *num.* 7. *pag.* 183. *&* 184. Et ita Carolus Magnus in donatione Divitaugiensi Monasterio *anno* 813. facta, Ulmam quidem villam suam regalem vocat: E contra Carolus Crassus oppidum vocat; dum *anno* 883. omnia confirmat, quæ patre suo Monialibus Tigurinis, in oppido Ulma concessa, sicuti perhibet Vadian. apud Goldast. *rer. Aleman. tom.* 3. *fol.* 152.

8 Et quamvis Ulma tandem sub Ottone I. propter crebras Ungarorum irruptiones, mœnibus cæterisque munimentis cincta dicatur, Stumpf. *libr.* 6. *cap.* 16. Crus. *annal. Suev part* 2. *lib.* 1 *cap.* 6. *fol* 80. *in fin.* Nihilominus tamen post illa indiscriminatim apud Scriptores, & villa & oppidum indigitatur Auctor *actor. Lindaviens. fol.* 566. ubi etiam addit, quod hoc modo, non tantum in Caroli III. Grossi, literis monasterio superiori Ratisbonæ *anno* 1386. datis, quas post Aventin. & Hund. exhibet Crus. *annal. Suev. part.* 2. *lib* 3. *cap* 2. *fol* 68. sed etiam in fundatione monasterii Alpirspachensis, quam refert Editor *document. monaster. in Ducat. Würtemb. rubr. Alpirspach. pag.* 238. mentio fit villæ, quæ Rotvvila dicitur, quæ modo sub Romanis Civitas & oppidum fuit, Münster. *Cosmograph. libr.* 3. 320. & à Conrado in præfatione ordinationis Rotvvilensis, quæ *anno* primum 1147. exorta, des Heil. Reichs-Stadt Rotweil/nominetur.

9 Antiquitas hujus Civitatis inde colligitur, quod in theatro urbium ponitur Ulma ad *annum Christi* 346. referente Crus. *annal. Suevic libr.* 6. *part* 1. *cap.* 9. *in princ.* ubi addit, quod Sebastianus Francus ex Felice Fabri, ibi olim Monacho dicat, eam longè ante Domini nativitatem fuisse, (pagum videlicet adhuc, cum Germania nondum non oppida habuerit) quod Amazones quondam peregrinatæ sint Ulmam. Ex quo etiam ab Amazonibus, sive Asiatis, Ulmam vocatam esse, quibusdam visum fuit, ut innuit Crus. *in libr. paralip. cap.* 16. Qui etiam *libr.* 9. *part.* 1. *cap.* 13. *in fin.* refert, quod *anno* 600. & circa, in Ulmæ oppido Suevico (quod tunc parvum erat, ut castrum) habitabant tantùm divites & Nobiles Cives; sed extra in suburbanis casis fabri, & alii opifices. Extra quoque erant fana, absque campanis, & cœmiterium. Ita intra oppidum summa erat tranquillitas, foràs verò rejectus omnis strepitus, & quod illiberale erat. In vicis quoque seu pagis, non tantùm erant rustici, sed & primariorum Ulmensium pecora, &c.

10 Imperator Carolus Magnus *anno* 813. Civitatem hanc, utpote Francis adhuc subjectam, & metu rebellionis mœnibus cingi nondum permissam, villam tamen suam Regalem dictam, pro animæ suæ, ac parentum suorum remedio, ad monasterium, quod constructum est in insula, quæ in Alemanniæ partibus sita, Sinthleohesuna vocatur; hodie Augia Dives, sive Divitaugium, vulgò Reichenaw/ cum omnibus appendicibus suis & locis adjacentibus, tradidit, atque transfudit, ut fratres ibidem regulariter subsistentes & divino operi die noctéq; jugiter insudantes, assiduis suis precibus Deum sibi propitium facere dignentur, sicuti videre licet ex donationis diplomate, apud Johan. Naucler. *2 vol. gener.* 27. Crus. *annal. Suev. libr.* 1 *part.* 2. *c.* 7. ubi ideo id factum fuisse, ex Felic. Fabr. refert, quod Imperator magnam paupertatem Ulmensium, videns, eam levaret, & ut ex nobilioribus possent in id monasterium recipi, qui vellent. Tantò etiam fœliciores se existimabant Ulmenses, quantò religiosioribus viris subjecti essent, talesq; magis etiam honorabantur in nobilium Conventibus. Ecclesiæ itaque jura, ex omnibus rebus decimas, tributa, pensiones, Augiæ Abbas & Conventus, per suos Præfectos inde accipiebat. Sex aut septem Monachos Ulmæ habitantes habebat, & claves portarum in manu ejus erant.

Verùm multis post annis magna vi pecuniæ re- 11
dempta, sui juris iterum facta est, auctoritatem suam interponente Friderico III. Reusner. *de urbib. Imp. lib.* 2. *c.* 4 Lehman. *Chron. Spir. lib.* 4. *c.* 4. *fol.* 287. Alii eam sub Imperatore Ludovico Bavaro, pecuniis prudenter datis paulatim sese in libertatem vindicasse, scribunt, de quo confer *supra lib.* 1. *c.* 6. *n* 20. ex quo potestate accepta urbs ipsa sibi deinde Senatum, Consules & Tribunos creavit, Crus. *annal. Suev. part.* 3. *lib.* 4. *cap.* 15. *pag.* 247. *in fin. & seq.* ubi ita scribit: Ab ipso (Ludovico Bavaro,) impetraverunt Ulmenses, ut solverentur jugo Divitaugensis Monasterii. Itaque deinde sibi Senatum, Consules & Tribunos plebis potestate à Cæsare accepta, fecerunt, anno circiter 1346. Brevi post literas jurisjurandi, à Civibus præstandi, composuerunt, quas ipsorum posteri ad meliorem formam reduxerunt. Ita tunc ferè omninò in libertatem, à Richenoensi Abbate se vindicarunt. Adhuc tamen Monachis eos infestantibus, Carolus IV. postea eis Privilegia Ludovici confirmavit. Nondum vexare desinentibus Claustralibus, in Concilio Constantiensi & Basileensi, tandem Fridericus III. Ulmam omninò liberavit; cum ea Monachis dedit grandem pecuniam. Felix Fabri *libr.* 2. *histor. Suev. cap.* 2. *p.* 236. ubi ita scribit: Sic ergo Ulmenses longo tempore sub jugo Monachorum, & regimine eorum degebant, eosque tanquam Dominos suos recognoscebant, & ministri eorum voluntarii erant, quandiu Monachi ministri Dei devoti manserunt. Tandem autem Religione tepescente, Deo permittente, tepuit in Ulmensibus amor & affectus ac obedientia ad Monachos illos. Videbant enim, quod de bonis eorum nutriebatur superbia, cum multorum scandalo.

Civitatem hanc circa *annum* 910. propter Ungarorum frequentes irruptiones & grassationes crudelissimas, mœnibus, cæterisque munimentis, cinctam & firmatam esse, refert Crusius *d. l. lib.* 3. *part.* 2. *cap.* 6. *pag.* 80. *in fin. & seq.* Licet eam fossa tantum & sepibus circumdatam, mœnibus caruisse usque ad *annum Christi* 1300. scribat Reusner. *de urbib. Imper. part.* 2. *cap.* 4.

Condita fertur hæc Civitas ab Hulmigeris, sive 12
Brutaris, vulgò Borussis, von den Preussen/ qui olim huc commigrarunt, Reusner. *d. cap.* 4.

Eadem incommoda, quæ tota Suevia tempore 13
Clodovei Magni Francorum Regis *anno Christi* 500.

perpes-

perpessa fuit, hæc quoque Civitas sensit, & non modò vastata, sed etiam in servitutem redacta fuit, è quibus malis vix longis temporibus respirare potuit, Crus. annal. Suev. libr. paralipom. cap 16. pag. 64.

14 Postquam autem Conradus Franconiæ & Sueviæ Dux victoriam de Welfone adeptus, an. 1140. Ulmam à Lothario dirutam, instaurari jussit, quod studiosè à Civibus, se rursum colligentibus, factum, ipsaque urbs triplo major, quàm ante hac fuerat, facta, ex Sebast. Franc. in Chron. Cruf. annal. d. lib. 10. part. 2. cap. 4 in princ. Ex quo tempore, & cum à Divitaugiæ Abbate liberata, jam magis magisq; emergere, & incrementa capere cœpit, usque eo, ut non facilè aliis Imperii Civitatibus cedere videatur, sive urbem ipsam spectes, & ejus munitionem, armamentariumque; sive agri magnitudinem, & gubernationis formam atque vim, fœlixque judicari possit, utpotè sibi sufficiens ipsa, tùm pacis, tùm belli temporibus, ut scribit Cruf. d. libr. paralipom. cap. 16 pag. 64. in fin. ubi pag. seq. addit, quod muris ab omni parte claudatur fortissimis, extra quos fossæ sint præaltæ, loco quarum, Austrum versus Danubius sit, qui novam munitionem anno 1564. inchoatam, utrinque includat. Verùm hodie ab anno 1605. longè munitior, & fortior facta, ita ut contra vim hostilem satis sufficiens videatur.

15 Portum habet navigabilem non contemnendum, ad quem naves onerariæ per æstatem è Bavaria adverso flumine subvectæ, appelluntur; frumento, sale, ferro, & id genus aliis, onustæ. Sed & ratibus, quæ homines & merces vehunt, singulis propè septimanis, magno numero in Bavariam & Austriam decurritur. Ilaro amne, ligna ex Algangoia, ad ædificandum & cremandum, magno Civitatis commodo advehuntur, Cruf. d. lib paral. cap. 16 pag. 65.

16 Felix Fabri Monachus Ulmensis in Chron. manuscript. refert, quinque grandia opera ab Ulmensibus peracta esse, 1 Civitatem muro circumdatam. 2. Templum fundatum D. Virginis. 3. Perpessos obsidionem & pugnas. 4. Dominia in gyro, pura Comitatus, emisse. Civitatem redemisse. Muros ædificasse anno 1300. Hostes eis fuisse Duces Bavaros, Duces Austriæ, Duces de Teck, Comites de Würtemberg.

17 Eodem tempore, emerunt Comitatum Helfensteinensem, & eo pertinentia. Illo tempore Comitatum, addit, ter artibus quibusdam ab eis ablatum (quando multos hostes h. buerint) & semper tamen restitutum utcunque, quousque contractus fuerit per Papam, per Imperatorem, & Electores, confirmatus, & sigillis munitus.

18 Albeccum Comites de Werdenberg impignorarunt Judæis, sed Ulmenses de manibus eorum redemerunt, Imperatoris consensu impetrato, &c. Felix Fabri histor Suev. libr 2 cap 4. ubi etiam refert, quendam Werdenbergensem Comitem, libis dulciariis, quas accipiebat ab Ulmensibus, Albeccensem Comitatum infumsisse.

Lepheimium quidam putant non fuisse Comitatum, sed oppidum & arcem, de Nobilibus à Riethaim, cum alia arce, etiam Riethaim dicta, posterius empta, & ita ad Ulmenses pervenisse, &c. sicuti ex d. Felice Fabri refert Cruf. Annal. Suev. libr. 5. part. 3 cap. 11. ad fin. ubi pag. 289. & seq. templum Ulmense ita describit:

Ulmensium templum parochiale omnium 19
Sanctorum, antehac extra urbem steterat, amplissimum; sed hoc anno Christi 1377. dejectum est (ut ex Felice Fabri etiam Bruschius refert in Wengen Cœnobio) & solo complanato, in urbem est translatum. Timuerunt enim Ulmenses, ne festis diebus universo populo in suburbio sacris operante, urbs perfidia & proditione aliqua interciperetur. Deinde ideò, quod pauci opulentiorum Civium exire ad parochialem Ecclesiam, sed plerumque ad Cœnobia intra urbem sita, commeare soliti essent, eoque suam libertatem & eelemosynas convertere, sepulchra denique sua & posterorum, ibi constituere. Emptori gitur justo spacio, partim à S. Claræ monialibus (quarum Cœnobium ibi stabat, eis olim gratis concessum) & Franciscanis Monachis; partim verò à Würtembergensi Comite, qui propter Bebenhusanos Monachos, aliquid tunc juris in Civitate habebat, sed libenter anduebat, admirans magnanimitatem Ulmensium, qui tam stupendum opus, suis viribus perficiendum suscepissent) atque illo spatio pulchrè æquato, & repurgato, fundamenta futuri maximi templi, strenuè fodi cœpta sunt, 464. in circuitu passuum, profunditate horrenda, In quæ primus lapis, ab urbis Clero, & S. P. Q. singulari reverentia pompa, concinentium voce, positus est, die Junii ultimo eodem hoc anno. Lapidem forcipe & funibus demissum, stantes in fundamentorum fossis exceperunt Ludovicus Crato, sive Craffto, Consul & quidam Nobiles Civitatis. Demittebant autem eundem Johannes Ehinger, cognomento Habfastus, & Conradus Bessererus, urbis Duces, aliique primarii Senatores & Patricii; cantante Clero, populo orante, variis Musicorum generibus sonantibus. Posito hoc lapide, secuta sunt hæc. Obtulit illicò super eum, tanquam in aram, centum Rhenenses aureos Ludov. Crato. Cujus exemplum multi alii imitantes Nobiles & Senatores, & plebei singuli sua munera, in auro & argento, ad ejusdem Basilicæ ædificationem liberaliter contulêre. Ita permagna vis pecuniæ collecta est. Alii servos & equos suos, ad tàm laudabile opus commodabant. Quod exædificatum & absolutum est centum & undecim annis, nempe 1488. Domini anno, habens altam crassam turrim. Dedicatum fuit divæ Virgini matri, habuitque LI. altaria.
Nullum enim nec longius, nec latius, nec altius, in 20
tota Germania fanum est. Longitudo duntaxat ejus, à Choro usq; ad extremum passuum 304. est. Consumpta in ejus constructione sunt, ultra ea, quæ liberali manu ædificata, novies centena aureorum millia, &c. & paulò post: In eo ipso (puta templo Ulmensi) ad chorum, egregiam Monstrantiam (ut vocant locum, ubi hostia servabatur) lapideam idem Nobilis Habfastus Ehinger suis impensis anno 1381.
3. Idus Maii, faciendam curavit. Et paulò post: Or- 21
ganum deniq; Musicum anno 1376. usq; ad 1378. admirandi laboris artificiique ædificatum est, quod ajunt habere 1690. Fistulas, & 27. Registra. Maxima fistularum capax est mensuratum vini 315. Quo numero vini optimi, quod in foro tunc inveniri potuit, opifex illius Organi donatus à Magnifico

co Magistratu est, nec non 900. florenis, ultra laboris artificiique mercedem debitam.

Imperator Maximilianus Lingens hoc opus *anno* 1492. invisisse, & ex magnifica, præcelsaque turri conscensâ, semi pede tantum in turri, cum ea nondũ corona vel ambitu cincta esset, eique semipedi, pede altero præposito, intrepidè despexisse perhibetur, cujus nomen adhuc marmori incisum in ea legitur, Crus. *d. l.*

De hoc templo, turri & Organo confer. Zeil. *in topog. Suev. verb.* Ulm. ubi etiam novum templum ad S. Trinitatem, ejusque Organum describit.

Fuerunt & alia olim Collegia & Sacella in urbe Ulmensi magna ex parte abolita, vel in alios usus conversa, de quibus Crus. *in lib. paralip. cap 16. pag. 66. & seq.* & Zeiler. *d. topograph. verb.* Ulm. ubi inter alia refert, die Barfüsser Kirchen/ darbey der Wittiben und Waisen Pfleg-Ampt Hauß/ und der Burgerliche Allmosenkasten/ oder Hauß. Item das Spital/ und in demselben die Kirch zum H. Geist/ das Jungfraw Collegium, oder Convent/ so man die Samblung nennet/ in welchem eine gewisse Anzahl Geschlechter Töchtern underhalten werde/ die sich gleichwol/ wann sie wöllen/ verheyrathen mögen. Item das Sünden Hauß/ Seelhauß/ und ausser der Stadt/ das Siechenhauß. Von weltlichen Gebäuen ist sonderlich das Rathhauß allda/ der Newe Baw/ das Stewrhauß/ das renovierte Schwörhauß/ das Zeughauß/ Armamentarium, der Werck oder Zimmerhoff/ die Wasserstuben/ das Kornhauß/ die Speycher und Fruchtbehalter/ das Schuch- und vor diesem Tantz- und Comödien Hauß/ die Obere/ oder Burger und Geschlechter Stuben/ die Untere/ oder Kauffleuth-Stuben/ rc. So haben auch etliche Clöster da ihre Höff/ als Salmonsweil/ Keyßheim/ Elchingen/ Rockenburg/ Wiblingen/ Uhrspring/ rc. deren Hofmeister dem Magistrat gehorsam seyn müssen.

22 Utraque Religio Romano-Catholica, & quidem in Cœnobio Wengensi, & domo Teutonica, im Teutschen Hauß/ wie An. 1624. primo Januar. hergebracht/ & Augustana Confessio, in summo templo, aliisque templis exercetur, huicque omnes ferè Cives addicti sunt.

23 Quando autem Christiana Religio hîc doceri cœperit, incertum est, de qua ita Zeilerus *in topograph. Suev. verb.* Ulm *pag. mihi, 408.* Es schreibet zwar Thomas Lyrer von Ranckwil/ in seiner Teutschen Schwäbischen anno 1486. zu Ulm gedruckten Chronic/ daß der Römer Curius, den er einen Keyser nennet/ der Christlichen Religion halber von Rom weichen müssen/ und mit den Seinigen in Rhætiam kommen sey/ sich hernach mehrers außgebreitet/ und einen seiner Söhn zum Vorsteher der Kirchen eines Flecken nicht fern von Ulm/ so er Kirchberg genant/ gemacht/ den aber auch ein Heidnischer Herr/ Nahmens Saturninus/ so zu Ravenspurg gewohnet/ und auch Ulm gehabt/ verjagt/ welchen Curius wieder vertrieben/ denselben mit der Zeit umbgebracht/ und zu Ulm eine Kirch erbawet/ und mit Priestern versehen/ und Ulm dem Herculi von Wüllenstädten geben habe; deme aber die Ulmer nicht haben wöllen gehorsam seyn/ die auch das Christenthumb von sich gestossen/ wären aber wieder zum Brett getrieben worden. Aber hiervon haben beglaubte Scribenten nichts: wiewol kein Zweiffel/ es werden/ nach dem S. Gallus, S. Othmarus, S. Magnus, S. Birminius, und andere/ die Christliche Religion/ mit Eyfer/ in dem Oberland gelehrt/ und was vor ihnen Paternus, S. Lando, S. Maxentius, S. Maximus, und andere angefangen/ starck fortgetrieben/ auch die Ulmer zeitlich zum Christlichen Glauben bekehret worden seyn/ rc.

24 Quamvis autem ditio Ulmensis non sit vinifera, vinum tamen magna copia ex Rheni, Neccari, lacus Podamici & Rhetiæ partibus eò, & exinde in Bavariam, & Austriam transvehitur. Sicuti etiam alia cõmercia ibidem exercentur, ipsaq; urbs olim ante turbas bellicas opibus florẽs, & copiis locuples fuit.

25 Regio in longitudinem sex milliaria, in latitudinem, quatuor patet, confer Zeiler. *d. topograph. verb.* Ulm. ubi refert, daß die Stadt Ulm neben den dreyen Städtlein Geißlingen/ Albeck/ und Leipheim/ und dem Schloß Ravenstein/ schöne Flecken und Dörffer/ und darunter den sehr schönen und grossen Flecken Langenau/ zwo Meil von der Stadt gelegen/ daselbsten drey Kirchen seyn/ item Altheim/ Stubersheim/ Wain/ (so ein besondere Herrschafft) Bermeringen/ Bernstadt/ Ballendorff/ Nellingen/ Kuchen/ Giengen/ Altenstadt/ Steissen/ Uhrspring/ Launsheim/ Luitshausen/ Weidenstädten/ Auffhausen/ und andere mehr habe.

26 Ab Imperatore Carolo V. *die 29. Octobris anno* 1552. Ulmæ sequentes familias singulari diplomate in Patritiorum album receptas, & nobilitatas esse à fide dignis percepi, nimirum, die Löwen/ Ehinger/ Besserer/ Rothen/ Krafften/ Neüdthardten/ Ströhlin/ Lieber/ Römen/ Ungelten/ Gensburger/ Stamler/ Schaden/ Schermer/ Geßler/ Raihing/ und Baldinger.

27 Forma Reipubl. Ulmensis Aristocratica est, & ab Optimatibus administratur, Senatoresq; habet, qui ex ordine Patritio & plebeio constant, quorum prudentia universæ res, tum in Urbe, tum in Agro administrantur, dum singulis sua certa munera attributa sunt, Crusius *annal. Suev. libr. paralip. cap. 16.* Veluti 1. sunt Duumviri, quos vulgò Seniores vocant, die Aeltere Herrn/ die zween Raths Aeltere/ so als Präsidenten im Rath seyn/ und an welche die fürnembste Sachen gelangen/ und diese seyn Patricii.

2. Tres viri Consulares, die drey Burgermeister/ so auch Adelichen Geschlechts seyn/ deren einer ein gantzes Jahr regieret/ und beständig in dieser Würde verbleibet/ biß er stirbet/ oder zu Raths-Aeltern Herrn erwehlet wird.

3. Quinque viri, die fünff Geheimen/ deren drey Geschlechter/ und zween von der Gemeind/ und mit den zween Herrn Raths-Aeltern/ den Geheimen Rath machen/ und ihren besondern Secretarium haben.

4. Duo Provinciales, die zween Herrschafft Pfleger/ an welche der Underthanen auff dem Land Sachen gelangen/ so auch Geschlechter seynd.

5. Tres Quæstores, drey Städtrechner/ oder Steurherrn/ so alles Einkommen und Außgeben underhanden haben/ deren einer von der Gemeind/ welche auch auff gute Sitten und Policey-Ordnung/ und dergleichen sehen.

6. Duo militarium negociorum Consiliarii & Legati, zween Kriegsherrn/ deren einer ein Patricius, und ist newlich in wehrenden Kriegszeiten solches Ampt verstärcket worden/ also daß in wichtigen Sachen etliche dem Kriegs-Rath beywohnen.

7. Curatores duo Hospitales, zween Spital-Pfleger/ deren einer ein Patricius.

8. Tres rerum pupillarium Curatores, drey obriste Vormunder oder Pfleger / vor welchen die Vormunder oder Pfleger der Wittiben und Weisen Rechnung thun müssen/ derē zween von der Gemeind seynd.

9. Tres Aediles sacri, drey Kirchen Bawpfleger/ oder Kirchen- und Schulherrn/ so man ins gemein die Herrn auff der Hütten nennet / deren einer von der Gemeind ist; und diese haben in wichtigen hohen Sachen / die die Religion und geistlichen Stand anlangen/ noch andere drey Oberherrn/ welche man die Religionsherrn/ das ist/ die geistliche Räth zu nennen pflegt/ deren auch einer von der Gemeind ist.

1548. Civitati VVormatiensi concessit, ut Judæos intra biennium Civitate excedere juberent: Daß sie

sie gedachte bey ihnen biß daher gesessene Judenschafft / nach Verscheinung berührter zweyen Jahr von jetzigem künfftigen S. Georgen Tag/ des neun und viertzigsten Jahrs anzurechnen (in welchen die Juden ihre Schulden einbringen und richtig machen sollen:) auß der Stadt Wormbs außschaffen mögen/ und ferner / oder länger darinn nicht gedulden/ auch damit wider Uns und das Heilige Reich nicht gefrevelt/ gehandelt / noch gethan haben / sondern die Judenschafft auch solche Zeit alsbald die Stadt raumen / und sich derselben gäntzlich zu enthalten/ und zu entäussern/ schuldig seyn/ und sie hierinn Unserer Vorfahren / Römischen Käysern und Königen / auch Unsere ihnen mitgetheilte Gnaden/ Freyheiten / Schutz und Schirm nicht fürtragen/ noch sie sich deren herwieder gebrauchen/ oder behelffen/ ꝛc. Limnæ. *d. l. fol. 372. & seq.* ubi addit, quo minus Judæi Civitate expellerentur, opposuisse se Episcopum loci, & cum eodem Dominos de Thalburg/ & indè processum in Camera natum esse.

20 VIII. Propter constantem & insignem fidem & devotionem quam Wormatienses sibi præstiterunt, Henricus IV. Romanorum Rex *anno 1073.* ipsis telonium, sive Zoll / quod in omnibus locis regiæ potestati assignatur, videlicet Franckfurth / Bopparten/ Hammerstein/ Drutmondt/ Goslarie, Angere, & Wormatienses, ne ulterius solvant, remisit, in Principum suorum, scilicet Dietmari Annaburgensis Metropolitani, Ebboni Numbergensis, Dietrici Vierdunensis, Hermanni Bambergensis, Burchardi Basilensis, Episcoporum, cæterorumque Christi fidelium, præsentia firmavit, &c. Limnæ. *d. tom. 4. lib. 7. cap. 56. in fin.*

In VVormatiam Epigrammata.

1. Nicolai Reusneri.

Vangionum vetus urbs, magno contermina Rheno,
Werdomatum cur te natio prisca vocat?
Sive quod illustri quondam sim condita Nimphæ:
Seu quod sum Rheni filia, Nympha, soror.
Nam quæ turrigeris sic extant mœnibus urbes:
Quid sunt Virginei pars nisi pulcra chori?

2. Guntheri Ligurini.

Vangionum celebri quondam cognomine dicta
Mœnia Wormatiæ, gelido qua gurgite Rhenus
Gallica Germanis opponit rura colonis:
Utraque frugeris tellus uberrima campis:
Utraque vinetis exuberat: utraque pomis,
Piscibus, atque feris, & cunctis rebus edendis.

3. Davidis Sigemundi.

Vangionum celebri quondam cognomine dictam,
Incola Wormatiam nomine turba vocat.
Arva Ceres hujus complexa patentibus agris,
Occupat: at colles palmite Bache tegis.
Hic olim moti de relligione tumultus:
Juraque communi conciliantur ope.

4. Bernhardi Molleri.

Limite Vangiones Wormatia continet amplo;
Vangiones Rheni læva venustat aquis.
Urbs licet extremo fluvii non margine surgat;
Haut tamen à Rheno longius ipsa manet.
Hanc Berbetomagum perhibent dixisse vetustos,
Arguit hoc ratio nominis atque loci.

CAPUT LXIII.

Zell am Hammerspach / *Zella.*

Summaria.

1. *Zella ubi sita, & unde sic dicta,*
2. *Est Civitas Imperialis, & Matriculæ inserta.*

1 ZElla, Zell am Hammerspach / unde sic dicta, & à quo condita sit, non constat, nisi quoad differentiam illius Civitatis, quæ jacet ad lacum Bodamicum. Sita est in finibus circuli Suevici ad Mortenaviam, in der Mordnau / Rhenum versus, vetusque Imperii Romani municipium est, Reusner. *de urbib. Imperial. part. 1. cap. 25.* Vulgò etiam am Harmenspach dicitur, ad differentiam aliarum Civitatum & Pagorum, qui hoc nomine Cellæ dicuntur, Zeiler. *in topograph. Suev. verb.* Zell.

Est hæc Civitas Imperialis, ad Comitia vocatur, 2 sessionem & votum in iisdem habet, & Imperii albo, sive Matriculæ inserta est, Zell am Hammerspach ist anno 1445. und 1551. umb 12. zu Fuß geringert worden / soll also monatlich geben 10. zu Fuß/ thut an Geld 40. fl. und zum Unterhalt des Käyserlichen Cammer-Gerichts jährlich 8½. fl. Limnæ. *tom. 4. libr. 7. post. cap. 56.* Privilegiata est contra extranea judicia. Blum. *Supplic. Cameral. tit. 8. de mandat. numer. 25.*

FINIS LIBRI TERTII.

LIBER

LIBER QUARTUS.

CONTINENS CIVITATES, RESPUBLICAS, PROVINCIAS ET REGNA, UNA CUM CIVITATIBUS AB IMPERIO ROMANO-GERMANICO AVULSA.

Caput. I.

De Civitatibus Imperialibus ab Imperio Romano avulsis, & nunc aliis Statibus vel plenè, vel certis conditionibus subjectis

Summaria.

1. *Magnitudo Imperij Romani quanam olim fuerit?*
2. *Aquila Romana quomodo hodie deplumata?*
3. *Quinam Aquilam deplumârint?*
4. *Avulsæ ab Imperio sunt Civitates,* Alßheim.
5. Altenburg.
6. *Ammersvveyerum.*
7. *Antonacum,* Andernach.
8. *Antvverpia, & n. 9.*
10. *Aurasia, Orange.*
11. *Astensis civitas.*
12. *Bambergum ejusq; insignia.*
13. *Basilaa unde dicatur.*
14. *Basileenses olim piscatores Imperij fuerunt.*
15. *Berna.*
16. *Bileken.*
17. *Bisantium hactenus Imperialis fuit civitas.*
18. *Dubitatum olim, an ad Conventus Civitatum particulares admittenda.*
19. *Nuper quo pacto ad Hispaniarum Regem pervenerit?*
20. Bobenhausen.
21. *Bononia.*
22. *Boppart, quomodo ad Episcopum Trevirensem pervenerit?*
23. *Brackel exempta ab Episcopo Paderbornensi.*
24. *Bregentia Austriæ Archiducibus subdita.*
25. *Brunsvviga unde sic dicta.*
26. *Quod Duci Brunsuicensi hodie subdita argumenta recensentur.*
27. *Argumenta pro libertate civitatis adferuntur.*
28. *Civitas hæc mixtam civitatum speciem obtinet.*
29. *Brisacum.*
30. *Cameracum.*
31. *Chemnitium.*
32. *Curia Rhetiæ civitas.*
33. *Constantia quomodo ab Imperio avulsa, & domui Austriacæ subjecta?*
34. *Constantienses proscripti.*
35. *Imperatoris Ferdinandi I. literæ ad Status Circuli Suevici.*
36. *Statuum contradictio.*
37. *Imperatoris duplicæ.*
38. *Triplicæ Statuum Circuli.*
39. *Crema Proscripta.*
40. *Dantiscum in Poloniæ Regis clientela est.*
41. *Deventer.*
42. Deůren *ad Duces Juliacenses pertinet.*
43. *Donavverda unde dicta, & cui olim subdita?*
44. *Hactenus Imperij civitas.*
45. *Quando & quomodo libertatem amisit? & 46.*
47. Duißberg *unde dicta?*
48. *Olim Imperialis.*
49. *Hodie ad Duces Juliacenses spectat.*
50. *Egra olim Imperialis.*
51. *Postea Regi Bohemiæ oppignorata.*
52. *Oppignoratio non eximit ab immediata subjectione.*
53. *Egra hodie quanam jura obtineat?*
54. *Quoad quid ad Coronã Bohemiæ pertinet.*
55. *Non valet pignoris datio, ut dominium rei in creditorem transeat.*

56. Jus pignoris Religionis mutationem non tribuit.
57. Assecuratio Electoris Saxonici.
58. Elbinga & Gedanum hodie sub Regis Poloniæ protectione est.
59. Embdanum ad Belgas transiit.
60. Erphordia olim Imperalis civitas.
61. Eandem sibi subjectam esse asserit Archiepiscopus Moguntinensis.
62. Ejus insignia.
63. In protectione Electoris Saxonici existit.
64. Essena civitas.
65. Feldkirch.
66. Franckfurth an der Oder.
67. Freyburg.
68. S. Gallen.
69. Geneva, Genff/ omnimoda libertate gaudet.
70. Genua, janua olim Imperialis.
71. Goßlaria.
72. Göttinga.
73. Groninga Frislandia.
74. Hallæ Thuringæ.
75. Hāburgū Imperii in matricula cōtinetur.
76. Unde dicatur?
77. Varios olim dominos habuit.
78. Holsatiæ Duces hanc civitatem sibi subjectam esse contendunt, & quibus rationibus?
79. Sententia Cameræ refertur.
80. Aqua revisio petita.
81. Ad mixtas refertur civitates.
82. Hildesia.
83. Civitas Hirsfeldensis ad Abbatiam istā, & sic domum Cassellanam spectat.
84. Ingelhcmium ab Electore Palatino detinetur.
85. Kaiserslauttern.
86. Lemgovia.
87. Limpurgum.
88. Luca hodie superiorem non recognoscit.
89. Lüneburgum.
90. Lucern.
91. Lustraw & Meglets.
92. Magdeburgum unde dicatur?
93. Imperium recognoscit.
94. Magdeburgo privilegia sua in Instrumento pacis confirmata.
95. Certis legibus devincta est Archiepiscopo Magdeburgensi
96. Privilegium Ottonis I. refertur.
97. Nec non privilegium de extruendo fortalitio.
98. Excidii Magdeburgensis descriptio Lotichii.
99. Mantua Imperii civitas.
100. Dux Mantuæ Imperii vasallus.
101. Hodie Imperii majest. comiter observat.
102. Mastricetum oppidum liberum.
103. Metis, Tullum, & Verodonum olim Imperii civitates.
104. Hodie Galliarum Regi parent.
105. Modena Duci Ferrariensi in feudum concessa.
106. Moguntia unde nomen habeat?
107. Olim civitas fuit Imperialis.
108. Hodie ad Archiepiscopum Moguntinensem spectat.
109. Mülhusium Sundgoviæ per Helvetios exempta.
110. Neomagium.
111. Neuen Marck in Palatinatu superiori.
112. Vesalia hodie Ducibus Juliacensibus & Clivensibus paret.
113. Odernhemium.
114. Oppenheimium hodie Elector Palatinus obtinet.
115. Paderbornam Episcopus tenet.
116. Parma variam sensit fortunam.
117. Patavium, Passaw.
118. Pisa Florentinorū jurisdictioni paret.
119. Quetlinburgum Abbatissa tenet.
120. Rense.
121. Rostochium olim Imperialis civitas.
122. Habet jus cudendæ monetæ.
123. Hanc urbem Duces Megapolitani sibi subjectā asserunt, & quibus argumentis?
124. Salisburgum Episcopo paret.
125. Saræpontum olim Imperialis, hodie exempta.
126. Schafhusia hodie Helvetiæ civitatibus adnumeratur.
127. Sena olim Imperialis jus suum in Cosmum Florentiæ Ducem transtulit.
128. Sundium hodie à Pomeraniæ Ducibus tenetur.
129. Susatum olim Romano Imperio paruit.
130. Hodie Ducum Juliacensium & Clivensium successores detinent.
131. Solodurum Helvetiorum fœderi se associavit.
132. Treviris olim Imperialis.
133. Sed Archiepiscopo Trevirēsi adjudicata.
134. Verda hodie Episcopo Verdensi paret.
135. Verona & Vincentia hodie Venetorum parent Imperio.
136. Warburgū Episcopo Paderbornēsi obedit.
137. Vesalia Electori Trevirensi vendita.
138. Weissenhornia hodie Comitibus Fuggeris paret.
139. Vienna olim fuit Imperialis.
140. Tigurina Helvetiorū Imperiū agnoscit.
141. Zwiccaviam Marchio Misniæ bellica vi sibi subjecit.

Quàm

QVàm maximum, longè latèque extensum fuerit olim Imperium Romanum, ex Historicis cõstat, ita, ut Trajano imperante, longitudo ejusdem fuerit nonaginta gradunum, latitudo verò ejusdem ab æquinoctiali septentrionalem versus, ad quadraginta minimum ac quinque gradus extensum, Kirchner. *de republ. disput. 3. corol. 7. lit. a.* Ubi gradui cuilibet Geographi assignãt milliaria sexaginta, vel Germanica mediocria quindecim, & trecentena milliaria totius Orbis circulum absolvunt, Casp. Klock, *de ærar. lib. 1. cap. 4. n. 56.* Sub suo enim Imperio Trajanus tenuit, in Asia, Colchidem, Tyberiam, Albaniam, Pontum, Bosphorum, Cappadociam, Galatiam, Bithyniam, Armeniam, Syriam, Arabiam, Palæstinam, Ciliciam, Pamphyliam, Lydiam, & Asiam totam minorem: In Africa, Ægyptum, Cireniacam, Marmaricam, Gethuliam, Africam propriam, Numidiam, Mauritaniam, aliasque minores aut ignotiores: In Europa, Italiam, Hispanias, Gallias, Alpes, Rhætiam, Noricum, Illyricum, Macedoniam, Epirum, Græciam, Thraciam, Mœsiam, Daciam, Pannoniam, Lipsius *lib. 1. de magnit. Rom. cap. 3. pag. 20. seq.* Verùm quod de peculio privatorum enunciat Marcianus *in l. peculium, 40. in princ. ff. de pecul.* id simile esse homini, nasci, crescere, decrescere, mori, hoc quoque non incommodè de Imperii Romani peculio, & appertinentibus ditionibus dici potest; Sicuti enim in summam magnitudinem excrevit, ejusque reditus maximi fuerunt, ita ut tempore Imperatoris Friderici Barbarossæ ad sexaginta auri tonnas in Germania & Italia, sese extenderint, *supra lib. 2. cap. 17. n. 20.* Ita etiam successu temporis decrevit, & à successoribus in tantum evisceratum est Imperium, & Aquila ita deplumata est, ut cæteris animantibus sic contemptui, & propriis pennis nihil efficere possit, Cranz. *chron. Saxon. lib. 10. cap. 8.* Besold. *de ærar. cap. 2. num. 4.* 2 Præter quos de hac Aquilæ deplumatione conqueruntur, Cuspinian. *in Carolo IV.* Æneas Sylv. *histor. Bohem. cap. 33. ad fin.* Choppin. *de doman. lib. 2. cap. 14. num. 12. in fin.* Petr. de Andlo *de Imper. Roman. libr. 2. cap. 18.* Petr. Gregor. Thosan. *de republ. lib. 25. cap. 1. n. 15.* Munster *Cosmograph. lib. 2. & 3.*

3 Deplumarunt Aquilam Romanam Turca, Rex Galliæ, Hispaniæ, Poloniæ, Daniæ, Principes Italiæ, Veneti, Lotharingius, Helvetij, Belgæ, & quincunque alii. Ubi nunc Italia, Britannia, Neapolis, Sicilia, & alia quàm plurima nobilia Imperii membra, quæ Romani olim Imperatoris fuerunt, nunc aliis accreverunt? Imò à tempore Imperatoris Rudolphi I. vel ultra 200. Status & Provinciæ à sola Regia Aquisgranensi sede avulsæ leguntur, Goldast. *in præfat.* der Reichs-Handelungen.

Inter ipsas Civitates Imperiales quàm plurimæ existunt, quæ olim Imperatori & Imperio immediate paruerunt, sed nunc ab Imperio Romano avulsæ, vel aliis exteris Regibus & principibus, Imperium non recognoscentibus, vel ipsis Imperii Principibus & Statibus parent, & sic ut variis mediis temporis tractu civitatum Imperialium numerus crevit, de quibus *supra lib. 1. cap. 6. num. 18. & seq.* ita quoque postea variis ex causis decrevit, ut ad numerum priorem si respiciamus, hodiernus cum illo collatus, perquam sit exiguus, de quo Bilibaldus Pirckheimerus *in epistol. ad Johan. Baptistam Egnatium Venet. de censur. Rerumpubl. German.* ita scribit: Pluribus, inquiens, Rebuspublicis atque potentibus fuit olim ornata Germania, quarum major pars pessundata est, tùm Tyrannorum violentia, cùm regiminis perversitate, præcipuè verò illas afflixit Episcoporum insolentia ac avaritia, non secus ac flamma quædam cuncta hauriens. Cum enim Imperatores prisci, Principum consilio pernicioso, jus, quod ipsi in civitatibus habebant Imperialibus, Episcopis concessissent, illi haud segniter tanto munere usi sunt, sed cum primùm plebem contra optimates instigassent, brevi eos ubique ejecêre, ac inde stulto oppresso populo, omnia suæ ditioni subjecere. Nec secus Tyranni egêre cum iis civitatibus, quas vel vi oppresserant, vel pignoris loco, vel precariò à Cæsaribus acceperant, quamvis non vi defuerint, quæ sibi consulere, ac vim illam repellere ausæ fuerint. Scilicet amici juxta atque inimici Imperii Germanici, atque adeò etiam ipsi Imperatores numerum Imperialium civitatum, iniqua decurtarunt falce, &c. referente Joh. Limnæ. *de jur. publ. tom. 3. libr. 7. cap. 1. n. 39.*

Enumeratis igitur civitatibus Imperio Romano-Germanico adhuc immediatè parentibus, paucis quoque nunc referam eas, quæ ab Imperio hoc avulsæ sunt, aliisve Imperii Statibus subjacent, quales sunt.

I. Alßheim / sive Alßheimb. Quam civitatem in Imperii registris, sive matriculis antiquis reperiri, & ab Imperatoribus, præsertim Carolo V. ipsius Regalia, aliaque jura libertatis confirmata, eamque propè Pfedersheim sitam esse, refert ex Zeileri *Itinerarii German. continuat. cap. 1. pag. 34.* Limnæ *tom. 4. lib. 4. cap. 7. fol. 182.* Eaque nunc Electorem Palatinum superiorem recognoscit. 4

II. Altenburg. Altenburgum olim civitatem Imperialem fuisse, & *anno Christi 1308.* Fridericum Misniæ Marchionen eam bellica vi sibi subjecisse, testatur Albin. *Chron. Misni. tit. 15. pag. 398.* Limnæ. *de jur. publ. tom. 3. lib. 7. c. 1. n. 39. in fin.* 5

III. Ammersweyer. Ammersweyerum Alsatiæ civitatem, inter oppida Imperialia refert Nicolaus Reusnerus *de urbib. Imperial. lib. 1. cap. 20. & seq.* 6

IV. Andernach. Antonacum, Antoniacum, Antuniacum, Antennacum, Antenacum in antiquis Imperii Registris & matriculis reperiri, & ab Imperatoribus Regalium & libertatum suarum confirmationem accepisse, testatur ex Zeileri *itiner. contin. cap. 1. pag. 34.* Limnæ. *d. tom. 4. lib. 4. cap. 7. fol. 582.* 7

V. Antwerpen / Antorff, Antwerpia olim quoque fuit civitas Imperialis, teste Thuan. *histor. lib. 41. pag. 76.* 8

9 *VI.* Münster. *in Cosmograph. lib. 3. cap. 24.* & Marchionatus sacri Imperii caput, ex quo etiam pluribus fruitur privilegiis, sed hodie se pro meritis ab Imperii jurisdictiono exemit, Joh. Limnæ. *de jur. publ. lib. 1. cap. 9. n. 15.*

10 *VII.* Arausien/ Orange/ Arausiensis, sive Aurasiensis urbs, *Orange*, olim Imperio Franco-Germanico subjecta, ut ex Bulla Aurea Academiæ, ejus institutionem complectente, uti & ex monetarum Imperii insignibus cusarum & tabellionum privilegiis, qui Imperiali authoritate instrumenta publica conficiebant, probat Thuan. *histor. lib. 30. fol 593.* Hodie supremi Principatus titulo cum sua ditione insignitur, Limnæ. *d. cap. 9. n. 16.*

11 *VIII.* Asten. Astensem civitatem olim Imperio subjectam, ab Imperatore summa Principis jura obtinuisse, testatur ex Alex. Laudens. *respons. 31. n. 38. lib. 1.* Dn. Joach. Cluten. *syllog. rer. quotid. concl. 15. lit. b.*

12 *IX.* Bamberg. Bamburgum, Bambergam, sive etiam Papebergam, inter liberas Imperii civitates refert Matth. Stephan. *de juris. lib. 2. part. 2. cap. 1. n. 85.* cum enim in ejus insignibus vir armatus, dextra vexillum ferens, in quo Orbis imago appareat, & in ejus superficie crux, sinistra verò scutum cum Aquila, expansis alis & pedibus divaricatis tenens, cernatur, ex Aldrovand. *lib. 2. Ornith. cap. 2.* Höping. *de jur. insign. cap. 6. part. 7. § 4. n. 1082.* ideò ex hac Aquilæ delatione inter oppida imperialia eam refert Aldrovand. *d. lib. 1. tit. usus Aquilar. in insignib. pag. 97.* Hodie Episcopali dignitate celebris urbs est, centrum Germaniæ obsidere dicta, nomenque habens à Baba Ottonis filia, de qua vulgò dicitur, quod muro non sit cingenda, quod S. Cunigundis eam serico filo pro muro circumdederit, Höping. *d. l. n. 1078.*

13 *X.* Basel. Basilæa amplissima Rauracorum urbs, caput Civitatum Imperii liberarum, ex Augustæ Romanæ Coloniæ cineribus tanquam Phœnix enata & exstructa, nomen à Basilisco, qui insignibus hujus urbis adpingitur, invenisse à quibusdam putatur, ut refert Höping. *de jur. insign. d. cap. 6. n. 999.* ubi tamen *n. 1000.* verius esse putat, eam vel à Romano quodam Principe conditore ejus, vel à Regia magnificentia, quam præ se fert, descendere, Georg. Braun. *lib. 1. Civit. Orb. terr. n. 32. & lib. 2. n. 40.* Dresser. *part. 5 Isagog. histor. de precip. Germ. urb. voc. Basilea*
14 *pag. 141. seq.* Et cum Basilienses piscatores Imperii facti, aliorum in Imperio similia officia subeuntium exemplo, insignibus suis hodiernis Anchoram præferre, refert Freher. *ad* Petr. de Andlo *lib. 2. de Imper. Rom. cap. 15. verb. magister coquinæ de Nortenberg. pag. 201.* Eamque paucos ante annos Imperialem fuisse, matricula docet, ubi ipsi decem Equites & centum & octoginta pedites assignati, ut refert ex Zeiler. Limnæ. *de jur. publ. tom. 4. lib 4. cap. 7. fol. 568.* Verum *anno 1501. & 1502.* certo & perpetuo fœdere in Helvetiorum clientelarem concessit amicitiam, Pontus Heuterus *in vet. & nov. Belgic. histor. lib. 2 cap. 2. pag. 78.* & cum reliquis Helvetiis ab Imperio se exemit, de quibus *infra cap. seq. n. 30. & seq.*

15 *XI.* Bern. Bernam inter civitates Imperiaeles refert Münster. *Cosmogr. lib. 3. cap. 24.*

XII. Bileken/ Billich/ Billiche. Hanc ci- 16
vitatem inter Imperiales, quæ in antiquis Imperii Registris & matriculis inveniatur, refert ex Zeiler. *in contin. itiner. German. cap. 1. pag. 34.* Limnæ. *d. cap. 7. fol. 582.* eamque ab Imperatore Rudolpho I. privilegiis & libertatibus donatam esse testatur Matth. Merian. *in topograph. Archiepisc. Trevirens. fol 37.* Et hodie eandem pignoris jure obtinere Electorem Palatinum, refert Zeiler. *d. l.* 17

XIII. Bisants. Bizantium, Bisantium, Vesontio Cæsari, Visontio Antonino, Vesuntium Ammiano hodie Besançon, olim quoq; Chrysopolis dictam, civitatem Imperialem in Circulo Rhenano Superiore hactenus fuisse, plures matriculæ docent, & de ea ex Zeiler. *Itiner. contin. cap. 1.* Joh. Limnæ. *d. tom. 4. lib. 4. cap. 7. fol. 572.* ita scribit: Bisants/ 7. zu Roß/ 30. zu Fuß/ hat auff dem Reichstag *anno 1551.* possessionem, vel quasi, libertatis prætentirt/ und ist daher die Sach ad Cameram erwachsen/ und dieweil damahlen von den Ständen deß Reichs ein decretum ergangen/ daß biß zu Außtrag der Sachen/ unterdessen/ der Contribution halben/ der Fiscal nicht wider sie procediren solle; So vermeynte sie sich dessen zu behelffen/ und wolte ferner nicht contribuiren/ biß *anno 1601.* da sie sich der 98. jährigen Hülff halber/ mit zwey tausend Cronen wieder hat sehen lassen/ *Anno 1579.* suchte sie das Burgerrecht bey der Statt Bern/ wurde ihr aber/ damit Spanien nicht offendiret werden möchte/ abgeschlagen/ aber von Freyburg und Solothurn auf etliche Jahr bewilliget/ Michael Statler in der Schweitz. Chron. *lib. 6. part. 2. fol. 267.*

Dubitatum olim fuit, an Bisantium ad 18
Conventum particularem Civitatum Imperialium admitti deberet? Verùm cum ejusdem Reipublic. Legatus Verrutius Chambert L. L. Doctor in diæta Civitatum Esslingæ *anno 1571.* categoricè respondisset, Bisantium superiorem neminem recognoscere, nisi immediatè Cæsaream Majestatem, & per nullum alium, nisi per suum proprium, & à tota universitate per viginti octo viros electum magistratum, constantem quatuordecim gubernatoribus, regi: cum Hispaniæ autem Rege nullum aliud ipsis intercedere vinculum, quam quod ex fœdere, ad Senatus instantiam, ille tempore belli Rempublicam defendere teneretur; Civitates Imperiales hoc intellecto, junctimque considerato, quod *anno 1523.* Comitiis Civitatum, ac *anno 1526.* Imperii quoque interfuisset, eam pro membro sui corporis agnoverunt, & eidem sessionem in scamno Rhenano, post Hagenovienses, assignarunt, hac à Legatis, stipulata manu, firmata cautione, ut Civitatum communia acta, transactiones, consilia & arcana, semper in secreto custodiret, & contributiones, si quæ Civitatum consensu imponerentur, pro rata sua conferret. Additum etiam, ut imposterum ad Conventus mitterentur Legati Germanicæ linguæ periti, prout refert ex Dn. Georg. Christoph. Walther. Johan. Limnæ. *de jur. publ. tom. 4. libr. 7. cap. 6. pag. 161. & seq.*

In nupteis quoque Comitiis Ratisbonensibus *anno 1641.* per Legatum suum Danielem Che-

Chevannay de Danielibus J. U. D. & civitatis Congubernatorem comparuit, sessionem & votum habuit, & Recessui subscripsit.

19 Verum & hæc civitas nuper *anno 1651.* cum Hispanus miles è Franckentalio deduceretur, ab Imperio Romano, speciali pacto, avulsa, & ad Hispaniarum Regem pervenit, sicuti ex sequenti diplomate Cæsareo, ejusque ab Electoribus, reliquisque Imperii Statibus facta confirmatio demonstrat.

Diploma Cæsareum, de dato Viennæ 15. Maij Anno 1651. unà cum Elect. Consensu de 23. Maij. 1651. super transscriptione Civitatis Bysantinæ.

NOs infra scripti Sacri Romani Imperii Principes Electores, omnibus & singulis præsentes Literas nostras lecturis, aut legi audituris notum esse volumus, cum perductis haud ita pridem divini Numinis auspicio ad finem tractatibus Norimbergæ super exequendâ Pace ante hàc Monasterii & Ossnabrugæ Westphalorum conclusâ institutis, circa restitutionem civitatis Franckhentaliensis non exiguam adhuc difficultatem superesse deprehensum fuerit, circa hoc negotium verò inter Sacram Cæsaream Majestatem Ferdinandum Tertium hujus nominis, Imperatorem Semper Augustum, & serenissimum ac potentissimum Regem Hispaniarum Catholicum in eum, qui sequitur, modum conventum, civitasque Imperialis Bysantina, cum supremo dominio & omnibus juribus superioritatis præfato Regi Catholico Philippo Quarto, ejusque Successoribus & Hæredibus, Ducibus Burgundiæ in perpetuum (Salvo tamen Electorum Principum & Statuum Imperii assensu) transcripta, tradita & consignata, desuperque Speciale Cæsareum Diploma subnexi tenoris erectum & extraditum fuerit:

NOs Ferdinandus Tertius, divina favente Clementia, Electus Romanorum Imperator semper Augustus, &c. Titulus major, &c. agnoscimus & notum facimus tenore præsentium universis, cum Tractatus super exequendâ pace Monasteriensi & Ossnabrugensi ante hàc Norimbergæ instituti, divino Numine propitio, ad felicem tandem exitum pervenerint, & quæ utrinque mutuo benè placito conventa sunt, ipsi quoque executioni eatenùs demandata fuerint, ut in præsentiarum difficultas haud exigua circa evacuationem civitatis Franckentalensis superesse deprehendatur, ad ejus verò restitutionem Serenissimus & Potentissimus Hispaniarum Rex Catholicus, pro singulari, quo erga nos & Sacrum Romanum Imperium, ejusdemque plenariam tranquillitatem, fertur studio, benevolam Regii sui animi propensionem non semel contestatus sit, quod nos proinde ad contestandam vicissim grati animi nostri significationem, animo benè deliberato, & prævio nostrorum & Sacri Romani Imperii Electorum accedente consilio & consensu deque Cæsareæ Majestatis nostræ plenitudine, pro nobis & Successoribus nostris Romanorum Imperatoribus & Regibus, Serenissimo & potentissimo Domino, Domino Philippo Quarto, Hispaniarum Regi Catholico, ejusque Successoribus & Hæredibus civitatem nostram Imperialem Bysantinam cum supremo Dominio & omnibus juribus superioritatis (ita ut deinceps *à nostrâ & Sacri Imperii jurisdictione omninò exempta intelligatur,* & in absolutâ Serenissimi & potentissimi Regis Catholici potestate & jurisdictione, inter cæteras Circuli Burgundici ad eundem spectantes Provincias & terras, parique protectionis ab Imperio vigore antiquorum Pactorum compententis jure possidendo existat & comprehendatur) perpetuis post hàc temporibus possidendam & tenendam transscribimus & consignamus, renunciantes omnibus juribus, actionibus & Regaliis, quæ nos & Prædecessores nostri indictam Civitatem Bysantinam quomodocunque habuimus, & habere potuimus, plenissimè & perfectissimè, ejusque cives & incolas ab omni juramento, homagio, fidelitate & obligatione, quibus hucusque nobis & Sacro Romano Imperio immediatè devincti erant, absolvimus, liberamus atque exoneramus, & ab omni ejusmodi obligatione liberatos, absolutos, atque exoneratos declaramus, volentes & consentientes, ut omnes & singuli cives & incolæ deinceps dicto Serenissimo & potentissimo Hispaniarum Regi Catholico, ejusque successoribus pareant, conventa fidelitatis Sacramenta & Homagia dicant, cæteraque omnia & singula præstent, ad quæ hactenùs nobis & Imperio Romano præstanda de jure & consuetudine tenebantur, promittentes fide ac verbo nostro Imperiali, nos pro majori Serenissimi & potentissimi Regis, ejusque successorum securitate, tum firmiore etiam præsentium robore effecturos, ut huic transscriptioni & consignationi, omnium etiam cæterorum Principum & Statuum Imperii Assensus (utpotè in negotio publicam Imperii, & singulorum salutem concernente) in proximis Imperii Comitiis accedat. Harum testimonio literarum manu nostrâ subscriptarum, & sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum. Datæ in civitate nostrâ *Vienna 15. Mensis Maij. Anno 1651.*

Forma Diplomatis,

Transscriptionis Bisontii, approbata ab Excellentissimo Dn. Dn. Oratore Hispanico, die 16. Maij, Anno 1653.

QUod nos idcirco à Sacrâ Cæsareâ Majestate in hunc finem, & pro impartiendo nostro consensu, tamque in negotio, publicam & singularem Sacri Romani Imperii salutem & tranquillitatem concernente, specialiter requisiti, pro jure nobis unà cum cæteris Imperii Statibus competente, indictum Cæsareum Diploma, eoque contentam civitatis Bysontinæ transscriptionem pro nobis & successoribus in omnibus & singulis suis Articulis consentimus, promittentes insuper nos in id omni studio collaboraturos, quò in proximis Comitiis Imperialibus, reliquorum quoque Principum & Statuum Impe-

ImperiiConsensus transscriptioni huic accedat, in cujus rei fidem & testimonium, patentes hasce literas propriâ manum nostrarum subscriptione, & sigillorum nostrorum munimine firmari curavimus, Datæ 25. *Maij. Anno 1651.*

(L.S.) Johannes Philippus Elector Archiepiscopus Moguntinus, Episcopus Herbipol.
(L.S.) Maximilianus Henricus Elector Coloniensis.
(L.S.) Maximilianus Elector Bavariæ.
(L.S.) Johannes Georgius Elect. Saxon:
(L.S.) Fridericus Wilhelmus Elector. Brandenburg:
(L.S.) Carolus Ludovicus Palatinus Elect.

SAcri Romani Imperii Electores Principes & Status, in hisce Imperii Comitiis congregati, eorumque, qui absunt, Plenipotentiarii Legati & Deputati, universis & singulis præsentes Literas lecturis, vel legi audituris, & quorum interest, vel quomodolibet interesse potest, notum testatumque faciunt publicè, cum post Pacem Monasterii & Oßnabrugæ Westphalorum, ante quinque annos conclusam, ut & desuper Norimbergæ absolutos executionis tractatus circa civitatis & fortalitii Franckenthalensis restitutionem maxima, periculosissima & ferè insuperabilis remanserit difficultas, eamque pro stabiliendâ communi Imperii tranquillitate, & avertendis, quæ contra hærebant & eminebant, damnis & periculis, Sacra Cæsarea Majestas FERDINANDUS TERTIUS hujus nominis, Imperator semper Augustus, cum Serenissimo & Potentissimo Rege Hispaniarum Catholico, mediante Imperialis civitatis Bysontinæ transscriptione amicabiliter superârit, & salvo Sacri Romani Imperii, Electorum, Principum & Statuum ad eandem necessario, libero & solemni assensu, speciale desuper Diploma Cæsareum in eum erexerit & extradiderit modum & tenorem, ut sequitur:

NOs Ferdinandus Tertius, &c. quod id in hisce Sacri Romani Imperii universalibus Comitiis productum, Diploma hodierna die à Cæsarea Majestate tribus Electorum Principum & Statuum Collegiis ritè propositum, & ab iisdem maturè deliberatum, perpensâque negotii qualitate, unanimi omnium Electorum, Principum & Statuum consensu conclusum, statutumq; fuerit, per Franckentaliæ restitutionem, prætacto modo, obtentam, non tantum Domini Electoris Palatini cives & subditi, quatuorque viciniores Circuli â maximo Contributionum & aliarum militarium oppressionum onere, civitasque Imperialis Hailbronn â sumptuoso præsidio liberati fuerint, sed etiam inter altissimè memoratum Catholicum Regem, & Sacrum Romanum Imperium constans amicitia & publica tranquillitas stabilita, quod dicta Cæsareæ Majestatis, prævio Dominorum Electorum consensu, facta transscriptio, cessio, traditio & consignatio Imperialis civitatis Bisontinæ, ejusdemque districtus & Territorii summè necessaria, fuerit, & publicæ saluti expediat, ideoque ab omnibus & singulis Imperii Statibus communi calculo in eo, quo facta est, tenore, in omnibus & singulis punctis, Articulis & clausulis plenissimè sit acceptanda, approbanda, confirmanda, & ratificanda, prout etiam hisce patentibus Literis taliter acceptatur, approbatur, confirmatur & ratificatur, salvis tamen Domini Archi-Episcopi Bisontini Status, ejusdemque Capituli liberâ Imperii immediate, juribus, privilegiis, & immunitatibus; salvis item de cæteræ præfatæ civitatis Bisontinæ antiquitus ab Imperatoribus ac Regibus Romanis hucusque competentibus, Privilegiis, concessionibus, & immunitatibus præsenti transscriptioni non adversantibus, omnibusque aliis in Diplomate Cæsareo contentis. Prout etiam per expressum reservatur, quod hæc transscriptio, ejusdemque subsecutus consensus futuris temporibus aliis Imperii civitatibus non nocebit, nec pro exemplo allegabitur, aut in ullam consequentiam trahetur.

In cujus rei, omniumque & singulorum prædictorum inviolabilem fidem, & perpetuum robur ac testimonium, omnium Sacri Romani Imperii Electorum, Principum, ac Statuum nomine non tantùm ex more, sed ad id specialiter requisiti, legitimati & authentisati ordinarii Deputati, huic publico transscriptionis & cessionis instrumento subscripserunt, & idem sigilla sua apposuerunt. Ratisbonæ, in Comitiis Imperii Universalibus, die &c. &c.

Transscriptio der Statt Bysantz/ und der Frey: und Reichs-Stätt *Reservation.*

SO viel die translation, oder nunmehr transscription der Statt Bysantz/ und ertheilten Consensum der Ständ belangend/ so kombt zwar den Reichs-Stätten etwas schmertzlichen vor/ daß abermal ein solches vornehmes Reichs-Stättisch Glied von dem Corpore & Collegio abgerissen/ und die Einwilligung post vulneratam causam & re non amplius integrâ, von denen Ständen erst eingeholet/ und ein so sonderbahres kostbares Lytrum vor Franckenthal hingegeben werden sollen/ welches contra Jura Imperii & Statuum, nec non libertatem in Instrumento Pacis firmiter stabilitam nicht wenig lauffet/ und böse consequentias nach sich ziehen kan/ dieweil es aber nunmehr so weit: und die Cron Spanien allbereit in possessionem vel quasi kommen/ und die Römische Kayserl. Majestät und das Hochlöbliche Chur-Fürstl. Collegium ihren schrifftlichen consensum darein geben/ und die Statt Bysantz nichts darwider eingebracht/ also tacitum consensum von Ihr gegeben zu haben scheinet/ muß man es wohl dißmal dahin gestellet seyn lassen; Geleben aber der unterthänigsten/ und unterthänigen Zuversicht/ es werde solches in keine consequentiam nicht gezogen/ dergleichen dismembrationes verhütet/ und hingegen denen Erb-Frey- und Reichs-Stätten in ihren Angelegenheiten und manutenenz ihrer Jurium gnädigst und gnädig entgegen gangen werden.

XIV. Bo-

20 *XIV.* **Bobenhausen.** Hæc civitas *anno 1521.* ab Imperatore Carolo V. confirmationem & infeudationem meri Imperii, **die Belehnung mit dem Blutban/ über das Blut zurichten/** impetravit, eamque hodie Comites de **Hanaw Liechtemberg** à Corona Bohemiæ in feudum recognoscunt & obtinent, teste Joh. Limnæo *d. tom. 4. lib. 4. cap. 7. fol. 581.*

21 *XV.* **Bononien.** Bononia olim Imperialis, hodie Pontifici subest. Alciat. *lib. 7. consil. 3. n. 1.*

22 *XVI.* **Boppart/** sive **Poppart/** Imperator Henricus VII. civitatem hanc Imperialem fratri suo Balduino Archiepiscopo Treverensi oppignoravit, qui, cum ipsi obedire recusaret, vi eam aggressus portas confregit, & magnam ejus partem, una cum suburbio combussit, ex quo cives ipsi perpetuam obedientiam & fidelitatem jurarunt, libertati, juribusque & privilegiis renunciarunt: Et cum anno 1494. clam iterum privilegia quædam Archiepiscopi juribus adversa impetrassent, Achiepiscopus Johannes Marchio Badensis civitatem iterum obsidione cinxit, & ad homagium præstandum coëgit, à quo tamen denuò recessit, uti ex chronic. Trevirens. *part. 15. fol. 208.* refert Matth. Merian. *Topograph. Archiepiscopat. Trevirens. fol. 30. vers.* **Kayser Heinrich.** Civitatem hanc inter Imperiales refert Munster. *Cosmograph. lib. 3. cap. 24.*

23 *XVII.* **Brackell.** Hæc civitas in antiquis Imperii matriculis summam præscriptam habet duos Equites & sex pedites, sicuti videre licet apud Limnæ. *tom. 2. lib. 4. cap. 7. fol. 121. & tom. 4. fol. 573.* Quam exemit Episcopus Paderbornensis, & lis desuper adhuc in Camera Imperiali indefinita pendet, **Reinking.** *de regim. sec. lib. 1. class. c. 4. 21. in fin.* Limnæ. *d. tom. 4. lib. 1. cap. 7. fol. 71.*

24 *XVIII.* **Bregentz.** Hanc quoque civitatem olim Imperialem fuisse, & in Imperii Registris antiquis reperiri, ex **Zeiler.** *itinerar. contin. cap. 1. pag. 84.* refert Limnæ. *d. tom. 4. fol. 582.* Quæ hodie Austriæ Archiducibus subjecta est, Matth. Merian. *topograph. Suev. verb.* **Bregentz.** *fol. 19. seq.*

25 *XIX.* **Braunschweig.** Brunsuigum, Brunsuiga sive Brunopolis, à Brunone & Tanquardo Fratribus Wittekindi abnepotibus, Saxoniæ ducibus extrui cœpta, & à Brunone ita dicta, an adhuc hodie Imperialis & libera sit civitas, an verò Ducibus Brunsuicensibus subjecta, acriter inter ipsos Duces & Civitatem non penna tantum, sed & bipenni disceptatum hactenus fuit, & adhuc sub judice lis est, & in utramque par-
26 tem varia opuscula in lucem prodierunt. Et hanc civitatem sibi subjectam, & se in ea superioritatem territorialem, & jura inde dependentia habere, Duces Brunsuicenses hisce rationibus evincere conati sunt, 1. quod ipsi civitatem hanc olim primum condiderint, & Bruno civitati, ejusque frater Tanquardus palatio Ducali Tanquarderodæ nomen dederint. 2. Quod Ducum Brunsuicensium insignia, imagines, statuæ portis & publicis civitatis ædibus, portis muris adpicta, adpositæ & insculptæ fuerint, & partim adhuc hodie in signum & characterem superioritatis extent. 3. Quod Duces civitatem hanc tanquam propriam & hæreditariam, **als ihr Erb- und Eigenthumb** possederint, & ab Imperatoribus, postea in feudum susceperint. 4. Quod eandem tanquam propriam & hæreditariam contra alios, seque ex ea defenderint, ut proprietarii & territorii Domini, **als Eigenthumbs-Herren und Landes-Fürsten.** 5 Quod ipsi Duces collegiorum nonnullorum decuriones, **etliche Siebenmeister/** dictæ civitatis, tanquam rebelles puniverint, & Senatum de novo confirmaverint. 6. Quod in eadem Aulam suam tenuerint, palatium instructum habuerint, sepulchra familiaria obtinuerint, mandata, edicta, &c. quibus obtemperare adstricta civitas, inibi affixerint, nec non Conventus Provinciales & judicia in ea tenuerint. 7. Quod civitatem ad servitia & sequelam, **Dienst und Folge/** vocaverint, eaque se obedientem præstare obligata fuerit. 8. Quod Duces Judæos in civitatem conduxerint, **daß Sie die Juden in die Statt vergleitet/ die Landwehr zu bauen der Statt vergönnet/ auch die verfeste Burger/ und andere wieder in die Statt zu nemmen/ und zu schicken Macht gehabt.** 9. Quod civitati insignia concesserint privilegia. 10. Quod omne, quod hodie Senatus habere desiderat, ab antiquo Ducum proprium & hæreditarium fuerit, atque ex speciali gratia Senatui fuerit concessum, & respectivè in feudum datum. 11. Quod pastores & Ecclesiarum ministri ad vacans ministerium nominati à civitate ad Ducum consistorium, tanquam ad examen destinatum locum, transmitti debeant. 12. Quod Ducum bona, tanquam territorii Principum, in civitate à teloniis sint immunia. 13. Quod nullus in civem Brunsuicensem assumi possit, nec ibi tolerari debeat, nisi una cum juramento, quod civitati præstitit, antea se territorii Principi, tanquam subditus, homagio & stipulatione obstrinxerit. 14. Quod Duces Senatum & civitatum pro delicti genere, quandoque rebelles & infideles proclamaverint. 15. Quod non semel, sed sæpius Senatus civitatis Brunsuigæ, sigillo proprio, roboratis literis, transactionibus, reversalibus, & aliis missivis, Duces Brunsuicenses pro territorii Dominis, **vor Landes-Fürsten/** atque **dero über sie zustehende Landes-Fürstliche Hoch- und Obrigkeit/** agnoverint, suamque simul debitam subjectionem & obedientiam palàm fuerint professi. 16. Quod civitas Brunsuiga Principi suo, Duci Brunsuicensi, homagium præstiterit, etiam antequam controversiæ ullæ decisæ, **unangesehen schon nicht alle Sachen verglichen und vertragen gewesen.** 17. Quod Brunsuicensis civitas unà & æque cum reliquis Ducatus ejusdem Ordinibus Duci contribuerit, **Land- und Fräulin-Steur erleget/** etiam aliquando ante præstitum homagium. 18. Quod civitas contributionis suæ quotam ad bellum Turcicum, **zu Wolffenbüttel in die Renterey eingelieffert.** 19. Quod Senatus civitatis ab antiquo usque ad diætas Ducatus Provinciales, **die Landtage/** tanquam Status Provinciæ comparuerit, **zu dem Außschuß der Landschafften unter den Stätten verordnet/ und Landtags-Abscheid und andere Verfassung/ als ein Mitgliedt der Land-Stände/ machen helffen/ dieselbe**

selbe versigelt/ und von wegen der andern Städte in Verwahrung gehabt / und noch haben. 20. Quod civitas semper judicem agnoverit Ducem, atque à sententiis Senatus Brunsuicensis, tenquam Status ditionis Brunsuicensis, ad vetustas singulares Austregas, & accordata Ducatus Wolffenbuttelensis in obortis controversiis sese conformaverit, atque iisdem æquè ac Austregiis Imperii contra Principem & Dominum suum Ducem Brunsuicensem, lineæ Wolffenbutelianæ, fuerint usi, ad easdemque provocaverint. Quæ ita refert Joh. Limnæ. *de jur. publ. lib. 5. cap. 6. n. 6. seqq.*

27 Quæ pro Civiratis juribus & libertate faciunt, adducit idem Limnæ. *de jur. publ. tom. 3. lib. 7. cap. 9.* eandemque adhuc Imperialem & Statum Imperii immediatum esse contendit, Joh. Dauth. apud Casp. Klok. *tom. 3. consil. 134. per tot.* quæ videre licet quæ Limnæ. *4. jur. publ. tom. 5. lib. 7. c. 9. fol. 133. seqq.* his rationibus, 1. quod status ipsius in libero Consulari & senatorio regimine hactenus semper, etiam antequam Ducatus Brunsuicensis fuerit constitutus, constiterit. 2. Quod merum mixtumque imperium cum omnimoda jurisdictione obtineat. 3. Quod Respublica hæc omnia regalia, etiam sublimis status exerceat. 4 Quod civitas Brunsuicensis, nemine aut concurrente, aut præter sacram Cæsaream Majestatem confirmante, liberrimè suos creet magistratus. 5. Quod libet ipsius status à Cæsarea Majestate hactenus semper confirmatus & reservatus. 6. Quod matriculis Imperii antiquis inserta, de quo *supra lib. 1. cap. 3. n. 57.* Quod habeat jus armorum, arma civibus suis imperet, lustrationes atque delectus faciat, & jure sequelæ utatur. 8. Jus statuendi & leges condendi habeat. 9. Monetas cudat, & duabus Aquilis signet. 10. Quod civitas hæc habeat jus fisci, pœnarumque & mulctarum compendia 11. Quod indictionem habeat tam personalium, quàm realium, tam ordinariorum, quam extraordinariorum munerum, & collectarum. 12. Jus habeat conducendi in suo territorio, Regum personis exceptis & Principum, quos & ipsi Duces & ipsa civitas juxta transactionem de *anno 1553. & 1569.* simul conducunt. vid. Limnæ. *ad A. B. c. 1. §. 11. O. 12. n. 5. 135.* 13. Quod jus vectigalium omnium tam in suo territorio, quam in ipsa civitate, uni & soli magistratui competat. 14. Quod appellationes à civitate Brunsuicensi ad Cameram Imperialem immediatè deferantur. Et quamvis à civitate ad Duces aliquando appellatum, id non jure subjectionis. sed pacti & transactionis factum, prout à plerisque Vandaliæ civitatibus, Rostochiensi, Stralsundiana, more majorum Lubecam appelletur, sed inde non protinus eæ Lubecæ subditæ sint. 15. Quod civitas Brunsuicensis per multa secula jus fœderum habeat cum civitatibus præsertim Hanseaticis. 16. Quod habeat jus autonomiæ, die freye Religions-Ubung/ & Ordinationes Ecclesiasticas liberè sanciendi. 17. Quod à subditis homagium recipiat; Et quamvis civitas Ducibus quoque homagium præstet, id tamen tum demum fiat, quando omnia inter ipsam & Duces composita, wann aller Widerwille verglichen / quandoque ipsi Duces prius promiserunt, sie bey allen Gerechtigkeiten verbleiben zu lassen / und zu defendiren/die Privilegia bestättiget/und darüber zween Revers zugestellet: 18. Quod in homagii præstatione, pactis & transactionibus cum Ducibus initis, immediata civitatis libertas nominatim reservetur. Relationes & vota contraria in pº Banni vid. apud Casp. Klok. *votor. Cameral. relat. 166. & 167. à fol. 962. usq. ad f. 987.*

Quicquid autem sit, ex præmissis facilè 28 constat, quod hæc & aliæ civitates Saxonicæ non omninò sint liberæ, sed mixtam quandam speciem constituant, nihilomnius tamen sint Imperiales & pro Statibus Imperii habeantur, prout demonstratum est *supra lib. 1. cap. 3. per tot.*

XX. Breysach. Brisacum in antiquis quo- 29 que Imperii matriculis sive registris reperitur, & *anno 1521.* ab Imperatore Carolo V. ipsius privilegia confirmata esse, refert Matth. Merian. *topograph. Alsatiæ. pag. 9.* Joh. Limnæ, *de jur. publ. tom. 4. lib. 4. cap. 7. fol. 582.*

XXI. Camerich. Cameracum in Circulo 30 Burgundico, in antiquis Imperii matriculis, Equites duos & pedites octodecim assignatos habet, ut videre licet apud Limnæ, *de jur. publ. tom. 2. lib. 4. cap. 7. fol. 101. & 167. & tom. 4. fol. 220. cap. 12. lib. 7. & supra lib. 1. cap. 3. n. 57.* Postea tamen contra pactum cum Glodio II. Franciæ Rege initum, ne quicquam rerum Imperii attingeret, aut visceraret, &c. Imperio exceptum est, Frossard. *lib. 1. histor. cap. 33.* postea à Philippo Valesio, Bodin. *de republ. lib. 1. cap. 9.* nunc Belgio iterum unitum est. Vietor *de caus. exempt. concl. 2.*

XXII. Chemnitz. Chemnitium olim Civi- 31 tatem Imperialem anno 1308. Fridericum Marchionem Mysniæ bellica vi sibi subjecisse, testatur Albin. *chron. Misniæ. tit. 15. pag. 398.* Limnæ. *de jur. publ. tom. 3. lib. 7. c. 1. n. 39. in fin.*

XIII. Chur. Curia Rhætiæ civitas inter 32 Imperiales urbes refertur à Munstero *Cosmograph. lib. 3. cap. 24.*

XXIV. Costantz/Costnitz. Constantia, quod 33 non ita pridem civitas adhuc fuerit Imperialis, in Comitiis & Sueviæ conventibus Circularibus comparuerit, sessionem & votum habuerit, nullum videtur habere dubium, & Imperii matriculæ testantur, ubi ipsi tres Equites, & quinquaginta Pedites assignati leguntur. Et quod Constantia semper fuerit civitas Imperialis & libera, usque ad annum 1548. quo tempore domus & familia Austriaca eam sibi subjecit, testa-
tur Mercure Francois *tom. 19. pag. 566.* Et sic ho- 34
die Austriæ Archiduces superiores recognoscit. Cum enim Constantienses *anno 1523,* Missam & alios abusus abrogassent, & propterea *anno 1548.* proscripti, in summas augustias adducti fuissent, consilio ex re nata capto, domui Austriacæ sese dederunt, & ita Imperii libertate amissâ, in Ferdinandi Austriæ Archiducis ejusquæ hæredum potestatem venerunt, referente Dresser. *part. 5. Isagog. histor. pag. 199.* Quod etiam refert Sleidanus *de statu Relig. & Reipubl. de anno 1548. lib. 21. pag. 365.* Constantienses, inquiens, nuper proscripti, cum in ma-

gnis

gnis essent augustiis, neque salutis viam ullam viderent, ad extremum, perfugium decurrunt, & Austriacæ domui sese dedunt in perpetuum. Ferdinandus igitur in tutelam eos recipit, & mox Præfectum eo mittit, ex Nobilitate quendam. Is idibus octobris has eis conditiones proponit: Ferdinandum ejusque liberos & hæredes, pro suis Dominis imposterum agnoscant, eisque fidem omnem & obedientiam præstent, nec ab eis ullo tempore deficiant, neque fœdus ullum ineant: Decretis, quæ Ferdinandus, ejusque Præfecti, de religione cæterisque rebus facturi sunt, omnino pareant. In bellis aliisque negotiis, Ferdinando ejusque liberis & hæredibus præstò sint, & imperata faciant, sicut reliqui provinciales. Eas deindè conditiones per jus jurandum accipiunt. Biduo post Præfectus convocat Senatum, ab iisque postulat, ut quantæ sint ærarii facultates profiteantur; ut tormenta cum omni instrumento referantur in rationes: mandat etiam, ne quis oppidanus longiorem ensem ferat, ne quis ad munitiones & vigilias accedat; ut eorum nomina, qui durante bello periculi civitatem ad monuerunt, edantur: ut absentium & eorum bona, qui migrarunt, scribantur in libellis & detinentur: ut literæ omnes publicæ exhibeantur, & quo quæque pertineant, per aliquem ejus rei peritum demonstretur. Post hæc ministris Ecclesiæ mandatur omnibus, ut intra octavum diem urbe excedant. Hæc Sleidan.

35 His ita peractis Imperator Ferdinandus. I. in literis ad Status Circuli Suevici, apud Goldast. in Politisch. Reichs-Händeln. *part. 25. pag.* 1006. refert, wie er/ als Ertz-Hertzog zu Oesterreich/ die Statt Costantz/ auff die offentlich außgekunde Acht und Oberacht/ als ein ungehorsam Glied deß Reichs/ nicht mit kleinem seinem Darlegen und Unkosten eingenommen/ ꝛc. Jedoch seye er nie gedacht gewesen/ und noch nicht/ berührte Statt dem Heiligen Reich und den Craiß-Ständen/ zu entziehen/ ꝛc. Wolle auch jeder Zeit Verordnung thuen/ damit von Costantz wegen auff künfftigen Craiß-Tägen/ in seinem Nahmen jemands verordnet werde/ welcher deß Craiß Obligen berathschlagen/ und was also
36 beschlossen/ vollziehen helffe/ ꝛc. Quod Status Circuli Suevici admittere recusarunt, & ut habent literæ ad prædictum Imperatorem *25. Augusti anno* 1556. apud Goldastum *d. l. pag.* 1009. petierunt, bey dem alten deß Reich und deß Craiß herkommen bleiben zu lassen/ und die Sachen dahin zustellen/ daß gemelter Statt-Rath hinfüro/ wie von Alters herkommen/ vor sich und in ihrem Nahmen/ ihre Gesandte jederzeit auff die Craiß-Täge verordenen/ ꝛc.
37 Ad quod tamen Imperator consentire noluit, ut indicat Duplica ejusdem ad Status Circuli Suevici apud Goldast. *d. l. pag.* 1015. his verbis: So viel den andern Articul der Stadt Costentz halben belanget/ hätten die Ständ/ oder derselben Gesandten/ Räth und Bottschafften auß Ihrer Königlichen Majestät vom 22. Tag *Aprilis*, die Sach verstanden/ warumb Ihre Majestät auff die außgekundte Acht und Oberacht die Statt Costentz/ als ein ungehorsam Glied deß H. Reichs/ nicht mit kleinem ihrem Darlegen und Unkosten eingenommen/ alles zu Nutz/ Gutem und Wohlfahrt deß H. Röm. Reichs/ und sonderlich in Betrachtung/ wo diese Statt Costentz in einiges frembden Potentaten Hand kommen/ was darauß nicht allein vornehmlich dem H. Reich/ sondern auch Ihrer Majestät und derselben Hauß Oesterreich für Schaden und Nachtheil erwachsen hätte mögen/ wie dann mit Metz beschehen/ und daselbst her noch allerley beschwerliche Nachtheil dem Heil. Reich erfolgen möchte. Und dieweil dann Ihr Majestät nicht gesinnet gewesen/ und noch nicht sey/ berührte Statt Costentz dem H. Reich/ und also auch den Craiß-Ständen zu entziehen/ dann sie hätten an ihrer Statt ihre gebührende Anlagen jederzeit treulich erlegen und bezahlen lassen/ so hätten sich Ihre Königliche Majestät auch gar nicht versehen/ daß die Stände das jenige/ so andern inner- und ausser deß Reichs oder frembden Potentaten, vermög der wider die Statt Costentz außgangenen Acht und Oberacht recht gewesen wäre/ gegen Ihre Majestät als Römischen König/ und die alle ihrige Königreich und Erbland wider gemeiner Christenheit Feind den Türcken so gnädiglich entgegen setzen/ und gedachte Statt Costentz fürnemblich dem H. Reich zu gutem eingenommen/ und biß auff diese Stund keinen einigen Nutzen empfangen hätten/ so beschwärlich annehmen/ und sich nicht allein der Statt Costentz Contribution halber/ sondern daß dieselbe bey alter hergebrachter Freyheit und deß Reichs jurisdiction gelassen würde/ so hoch bemühen solten/ angesehen/ daß Ihre Majestät jederzeit ihren Fug beschehener ihrer Einnehmung dermassen wüsten darzu thuen/ daß sie achteten/ meiniglich daran wohl zu frieden seyn werde. Wann dann Ihre Königliche Majestät auch noch wie hiebevor/ deß freundlichen und gnädigens Erbiethens/ nemlich/ daß sie jederzeit Verordnung thuen wöllen/ damit von der Stat Costnitz wegen/ auff künfftigen Craißtägen in Ihrer Königlichen Majestät Nahmen jemands verordnet werde/ welcher deß Craiß Obligen berathschlagen/ und was beschlossen/ vollziehen helffe/ so seye Ihre Majestät der freundlichen und gnädigen Zuversicht/ die Stände werden also ab solchem Ihrer Majestät zimblichen Erbiethen der Gebühr und Billigkeit nach/ nochmahlen ersättiget und zu frieden seyn/ und ferner der Statt Costentz halber keine Beschwerd einwerffen.

Ad quod Status ultimo *Aprilis. anno* 1557. 38
responderunt, ut refert Goldast. *d. l. pag.* 1019. Wir lassen es/ so viel die Ursachen deß Einnemmens berührter Statt antrifft/ bey vorig unser letzter übergebenen Schrifft bleiben/ bedencken aber gleichwol dabeneben auch/ so von jemand eine Reichs-Statt eingenommen/ und von dem Einnemmer einbehalten wird/ so das Reich und desselben Statt bey ihrer Freyheit bleiben soll/ daß eine sondere Maß/ Versicherung und Bewilligung darzu gehöre. Und dieweil diese Sach/ so viel das Einnemmen/ Inhaben/ und die administration gemeldter Statt Costentz belanget/ nicht allein diesen Craiß/ sondern das H. Reich ingemein berühret/ und wir gar nicht zweiffeln/ wo die Sache einmal

mal durch gemeine Reichs Stände gehandelt werden ſolle/ Sie werden alle Gelegenheit und Umbſtände derſelben/und deß Reichs Nothdurfft wol wiſſen zu bedencken/ und die Sachen dahin wiſſen zu richten/ daß es mit der adminiſtration dieſer Statt/ wie in andern Reichs-Stätten gehalten werde; So iſt doch der übrige E. Königl. Majeſt. Anhang/ nemlich/ daß Sie jederzeit die Verordnung thun wolle/ damit von der Statt Coſtentz wegen auf künfftigen Craißtägen in E. Königl. Majeſt. Nahmen jemands verordenet werde/ welcher deß Craiß Obligen berathſchlagen/und was beſchloſſen/ vollziehen helffen ſolle/ein ſolcher Anhang/ der gleichwol das Heilige Reich ingemein/ aber diſen Craiß ſonderlich und principaliter antrifft/ und eine ſolche Beſchwerdt auf ihme trägt/ den unſere gnädigſte und gnädige Fürſten und Herrn/auch gnädige Herrn und Obern/nicht ungeandert und fürgehen laſſen könten. Dann daß E. Königl. Majeſt. in ihrem Namen/ es ſeye als eines Römiſchen Königs/ oder eines Hertzogen zu Oeſterreich/ jemand auff dieſes Craiſes außgeſchriebene Täge ſchicken/ in Kraiß-Rath ſitzen/ und rathſchlagen/auch was beſchloſſen/ vollziehen helffen ſoll/das iſt eine ſolche Neuerung/ die hiebevor im Reich unerhört/ja allen Reichs-Ordnungen ſtracks zuwider iſt: Darumb ſtehet auch in unſerer gnädigſt vnd gnädigen Fürſten und Herrn/ auch gnädigen Herrn und Obern/ und unſerer Macht nicht/ in ſolche Neuerung zu willigen/ ſondern wöllen wir dieſelbe in unſerer gnädgiſten/ auch gnädigen Fürſten und Herrn/auch gnädigen Herrn und Obern Namen/hiemit widerſprochen haben. Eadem de re conqueſti quoque fuerunt Suevici Circuli Status in Comitiis *anno 1559.* quibus tamen Imperator copiosè reſpondit, ut videre licet apud Godaſt. *d. l. pag. 1046.* & refert Joh. Limnæ. *de jur. publ. tom. 4. lib. 1. cap. 9. poſt n. 26. fol. 87. ſeq.*

39 *XXV.* Crema. Conſimili modo Cremam ab Imp. Friderico I. proſcripta, ut videre licet proſcriptionis edictum apud Goldaſt. *conſtit. Imper. pag. 338.* hodie Imperii habenas recuſat, Joh. Limnæ. *tom. 1. lib. 1. cap. 9. n. 26.*

40 *XXVI.* Dantzig. Dantiſcum Boruſſiæ metropolin olim quoque fuiſſe civitatem Imperialem, matricula *de anno 1557.* docet, ubi ipſi pedites 168. adſignati leguntur apud Limnæ. *de jur. publ. tom. 2. lib. 4. cap. 7. pag. 121. Klok. vol. 1. conſ. 31. n. 93.* Sed hodie ab Imperio divertit, in Poloniæ Regis clientelam ſe commiſit, eique ſubdita facta eſt, confer R. A. zu Augſpurg *de anno 1518.* §. In Sachen belangend. *10. vid.* Thuan. *lib. 65. hiſtor. à princ.*

41 Deventer. Hanc quoque civitatem inter Imperiales refert Munſter. *Coſmopraph. libr. 3. cap. 24.*

Deuren/ Thuren/ Theuren. Huic civitati in Imperii matriculis adſcripti fuerunt tres Equites & viginti pedites, ſed eandem hodie Duces Juliacenſes exemerunt, Joh. Limnæ. *de jur. publ. tom. 4. lib. 1. cap. 7. n. 73. fol. 72. & tom. 2. lib. 4. cap. 7. fol. 100. & fol. 116.*

42 Dieſſenhofen refertur inter civitates Imperiales in diplomate Conradi â Weinſperg 1430.

XXVII. Donawerth/ Schwäbiſch Werth. 43
Donawerda, quæ & Werda Suevica dicta, à Danubio ſcilicet & Wernico, ſeu Bernico fluviis, qui ibidem confluunt, quaſi Danubii vadum aliter derivat. Gœdd. *conſ. Marpurg. 37. n. 225. volum. 4. f. 769.* quæ ex caſis piſcatoriis in vicum, & ex vico in oppidi formam redacta, quondã ad Dillingæ vel Kyburgi Comites pertinuiſſe dicitur, Joh. Limnæ. *de jur. publ. tom. 3. lib. 7. c. 13. n. 1. & ſeq.* ubi addit, quod his extinctis, eadem civitas ad Sueviæ Ducatum devenerit, & jamdudum 44
Bojarici Principes contenderint, eam olim ſuæ ditionis fuiſſe, & Ludovici Barbati tempore, non ſine magno diſſenſionum æſtu, favore Imperatoris Sigismundi adjutam, ſicuti plerasque alias in libertatem, ſub Imperii patrocinio anno Chriſti 1420. ſe vindicaſſe, confer Nicol. Reiſner. *de urbib. Imperial. lib. 2. cap. 29.*

Hæc civitas poſt illa tempora immediatè 45
Imperio adhæſit, & antiquitus in matricula ipſi adſcripti fuerunt Equites quatuor & pedites triginta, poſtea verò *anno 1557.* hæc ſumma ad Equites duos, & pedites viginti octo moderata, ut videre licet apud Joh. Limnæ. *tom. 2. lib. 4. cap. 7. pag. 156. & tom. 4. lib. 7. cap. 13. in fin. mſc. 330.*

Verum *anno 1608.* libertatem & immedie- 46
tatem hanc ſuam amiſit, & hodie eandem, poſt motus & tumultus ibidem propter Religionem excitatos, & indè ſubſecutam proſcriptionem, Bavariæ Dux & Elector ſubjectam ſibi detinet, quo nomine diverſa ſcripta ex utraque parte, ſub titulis der Donawertiſchen *Relation*: Item, Beſtändigen *Information facti & juris, nec non,* Nothwendige Erinnerung &c. in lucem prodierunt, cujus informatibonis authores fuiſſe feruntur, Sebaſtianus Faber JCtus & Procancellarius Würtembergicus, & Ludovicus Müllerus JCt. & Cancelleraius Oettingenſis, quos Jocherus in præfatione der Nothwendigen Erinnerung/ hoc verborum emblemate notaſſe, nach dem ein Hochverſtändiger Kopf/ ſampt ſeinem Collegen (nach dem ſie allenthalben/ was ihnen in ihr Oeß und Mühl fürträglich/ zuſammen getragen) ſich geluſten laſſen &c. innuit Mart. Mager. *de advocat. cap. 10. n. 440.* integramque hanc cauſam & factum hoc latè quoque deſcribit Thuan. *hiſtor. lib. 138. pag. 1304.* & ex eo refert. Joh. Limnæ. *de jur. publ. tom. 3. lib. 7. cap. 13.* quod cum additionibus ſive notis Limnæi parentheſi incluſis, huc transſcirbere placuit. Plebs & magiſtratus, inquit Thuanus, in eâ, puta civitate Donawerdenſi, erat Proteſtantium Doctrinæ addictus, quibus cum non benè cum Monaſterii S. Crucis, ab Dillinganis Comitibus olim fundati, Antiſtite conveniebat. Is ex more (Eccleſiæ Catholicæ, ſed non recepto, poſt religionis mutationem, in civitate, ubi proceſſiones peractæ per plateam, non procul â Monaſterio ſitam, ſine Campanarum, vociſque cantantium ſtrepitu, complicatis vexillis usque civitatis territorium eggreſſi) B. Marci die feſto, â cœnobio per urbem explicato labaro, & omni ſacri Collegii Choragio ſequente incedere, & per Portam Danubianam, ad Asrechimum vicum eadem pompâ itare, indè poſt

mystici

mystici sacri celebrationem, ad urbem eodem itinere domum redire consueverat. Monitus à Magistratu, ut supplicationes intra Cœnobii muros celebraret, (ut nihil novi moliretur, nec per medium forum, ut in animo habebat, contra receptum morem, procederet, & vexillum explicatum, quoniam procedere paratus ad proximæ domus parietem adderet) neque plebi ab his spectaculis alienæ ad injuriam se exponeret; ille de prisca consuetudine nihil mutari posse, respondit, stare sibi libertate uti, & morem antiquum servare, & ita re ad Cameram Imperialem delata, decretum, citatio emissa ad videndum se declarari in pœnam fractæ pacis, & constitutionis religionis, cum annexo mandato sine clausula de non offendendo, nec turbando. Citationis dies erat 24. *Octob. Año 1605.* sed illa per quatuor menses suppressa, sive occultata, demùm 27. *Febr. An. 1606.* Senatoribus insinuata, duabus horis ante exequias, quas tùm temporis demortuo Catholicæ religionis civis filio, Abbas, Pontificio ritu, & Ceremoniis Catholicis, more in civitate nunquam post reformationem religionis usitato aut concesso, peragere constituerat. Subindè Senatus ab Abbate petiit, ne lite pendente quicquam innovaret, sed ad receptum civitatis morem se componeret, quod si petione insuper habita, animo suo morem gerere pergeret, se quidem ob reverentiam, quam Cæsari deberent, nullam ei in exequiis remoram injecturos, aperta tamen protestatione jus suum salvum velle. Adhæc Senatus mandatum Cæsareum vitio obreptionis laborare, excepit, atque cassationem ejusdem a Cæsarea petiit Majestate. Igitur 7. *Kalend. Majas.* (15. 25. *Aprilis A.C. 1606.*) cum labaro Cruce prælata, symphoniacis & toto Collegio in viam se dat Antistes (admonitus à Senatu, ne id ageret) & per Danubianam portam ad locum consuetum pergit, in eoque post sacrum peractum, dùm eodem ordine redit, plebem interea armatam obviam habet, quæ a pastoribus, ut creditur, incitata, discerpto labaro & pulsatis injuriosè cantoribus, etiam in turba aliquibus, sive occisis, sive graviter sauciatis, omnem apparatum sacrum disturbavit, ut vix Antistiti cum suis ad Monasterium tutus fuerit regressus, (Abbate procedente fit concursus plebis, sed Senatus providentia, ab omni sibi temporat injuria, tantum viam cōfecto claudit agmine, quo Antistes per plateam Monasterio proximam perambulet,) inde quærimonia ad Cameram delata (Aulicum Cæsaris consilium,) Rudolphus Cæsar Maximiliano Principi Bojariæ, qui jam pridem talem offerri occasionem optabat, mandat, ut de re inquireret, (secundam emittit citationem 3. *Septembr. Anno 1606.* ad videndum se declarari in pœnam banni, annexo mandato sine clausula, de non ulterius turbando nec offendendo. Contra Senatus variis utitur exceptionibus,) qui delegatos confestim misit (*Anno 1607. 13. Aprilis,* Delegati Ducis Bavariæ civitatem ingrediuntur,) furente adhuc plebe ludibrio habitos, undè nova rursus non solum ab Antistite, sed a Guilielmo (Maximiliano) Bojariæ Duce Imperialis Mandati executore ad Cæsarem defertur quærimonia, quam & mox ex compacto alterum proscriptionis mandatum 7. *Eid. Sextil.* secutum est, (Senatus se excusat apud Cæsarem, propter turbam à plebe excitatam, exque eadem carceri addicit duos, sed banno percutitur 3. *Augusti, Anno 1607.*) cui exequendo Guilielmus (Maximilianus) à Cæsare delegatur. Quo cognito Magistratus, qui plebi ab initio favere in occulto putabatur, cum quod factum erat, frustra infectum cuperet, serâ pœnitentiâ duci cœpit, & continuò Antistitem convenit, & urbani sigilli auctoritate firmato diplomate fidem obligat, integram illi fore, non solùm supplicationum in urbe libertatem, sed omne exercitium sacræ functionis, ad Religionem Catholicam Romanam pertinentis, insuper damna omnia ab eo accepta sarcire se paratum, & intra 6. *Eid. Septembr.* de seditionis auctoribus diligenter inquisiturum, interim duos ex iis, de quibus jam constat, Sebastianum Skekium, & Erasmum Gegeliū, in manus delegatorum à Maximiliano Bojarico traditurum, idem de aliis complicibus, ubi probationibus confectis constiterit, bonâ fide facturum. Hæ conditiones apud alium quemvis, quam apud Guilielmum (Maximilianum) pondus habere poterant, & mandati Cæsarei executionem inhibere. Dux Bavariæ accepto executionis mandato, subdelegatos Donawerdam mittit, qui inter cætera monent, si mandatis Cæsareis ex asse pareant, captivos illos duos sibi tradant, reliquosq; complices denominent, fore ut declaratio banni suspendatur. Senatus in obsequentiam Cæsaris processiones certis conditionibus, atque certis in locis se permissurum Antistiti, ait, carceratos illos duos manui & protestati delegatorū submissurum, cæterum de complicibus non habere quos denominet, Subdelegati Senatus declarationem non satis æquo suscipiunt animo, novamq; paritionis illi præscribunt formulam, cum comminatione finali Cæsarei banni. Annuit Senatus atq; reversales loco paritionis subdelegatis, juxtaque carceratos, tradit. Subdelegati hanc approbantes paritionem, civitatē non obstantibus prioribus gestis, rursus Cæsareæ restitutam ajunt, gratiæ. Subindè civitas Cæsari se obedientem denunciat, tantùm orant, ne ulteriori inquisitioni subjiciantur. Præter hæc a subdelegatis iterum citra dilationem evocantur. Tota civitas ad obediendum se respondet paratam, reservato tamen actionis jure, placet hoc ex parte subdelegatis, actionis reservationem improbant, civitatem advolant ipsi, ad singula capita purum expedunt responsum. Civitas postulat certam sibi designari horam, ea animi sui sensa integrè & finaliter explicaturam. Subdelegatorum exindè crescit bilis, civitatem egrediuntur ex improvisò. Civitas denuò se obsecuturam promittit, ad Cæsarem deprecatum mittit literas. Subdelegati iterum citatione pulsant universitatem. Comparet ista, illi reversales præscriptas urgent, hæc supplex facta petit, ne ultra mandatorum Imperialium tenorem prægravetur. Frustra tamen hæc omnia, cogitur enim reversalibus assentiri. Subdelegati pa-

ti palàm fatentur, civitatem hoc ipso gratiosum Cæsaris in sinum rediisse. Dùm verò ísthæc subdelegatis valedicere parat, illi nova moliuntur, mandantque: Si quando unus, vel plures Catholicæ Romanæ Religioni addictus jura civium das Burger-Recht/ ab ipsâ desideret, illud petenti ne denegent, ac si idoneus sit, ad Senatorium ordinem, aliaque munera, ut liberum ei relinquant aditum; Civitas etiam hæc præstare parata, tantùm de Religionis libertate sollicita est. Sed duriusculis verbis à Delegatis increpatur, & novis addicitur reversalibus, sub comminatione publicationis banni; civitatem qui repræsentabant, dilationem tridui petunt, quo concivibus sibi præscripta referant, sed patiuntur repulsam. Denique postquam nonnulli consensissent, illis necessitas abeundi data est, sed redeundi necessitas injuncta, cum comminatione banni, ni ratificationem peractorum à suis concivibus referant. Cives etiam hisce assentiuntur reversalibus, tantum post paritionem ordinariam sibi reservant juris viam, petuntque, ne novis concivium onerentur transmissionibus: denique ut commissionis Cæsareæ exhibeantur literæ. Nauseam hoc concitat subdelegatis, qui commissionis tenorem edere recusant, sed civitatis ad se subdelegatos arresto constringunt, civitatem ipsam citatione evocant, ad videndum se declarari in pœnam banni. Hujus sequitur publicatio *2. (12.) Novembr.* atq; executoriales publicè affiguntur, qui prius arresto, nunc catenis vincti, Monachium deducuntur, verùm ille oppidi à majoribus amissi ex occasione recuperandi certus, nihil eas moratus *3. Non. Novemb. (6.16 Decembr.* manè intra septimam & octavam) jam collato exercitu per fœcialem, cum delegatis missum, deditionem Cæsaris nomine imperat, cum Magistratus conditiones causatus, tergiversaretur (civitas se dedere parata hisce conditionibus, ut immunis esset ab incendiis & prædatione, ut Augustana Religio sibi libera relinqueretur, ut cives jamdudum captivi adducti de innocentiâ suâ audirentur, ut milites ad securitatem civitatis conducti, liberi & immunes dimitterentur. Hisce consentientes ut habuerunt Bavaros, civitas illis dedita, qui immemores promissi, civitatem deprædati sunt, atque templum Jesuitis concesserunt,) ille de conditionibus cum Cæsare agere jubet, & sine morâ exercitum proficisci jubet. Is decem peditum millibus, & septingentis equitibus constabat, cui Berneshusium præfecerat, *3. eod. Decemb.* ad urbem admotæ copiæ cum oppidani denuò deditionem facere jussi, moras necterent, Berneshusius Rainum proficiscitur, ut tormenta ad vim faciendam adduceret: dùm in eo est, tumultuantibus in urbe civibus, quidam ex illorum numero ad eum veniunt, & his conditionibus claves se tradere paratos ostendunt, Religionis libertatem protestantibus relinquerent, à direptione miles abstineret, innocentium rationem haberet, duobus vigilum vicariis veniam concederet, qui nihil nisi ad placandam plebem in seditione egissent, postremò ne Mandatum Cæsareum in urbe exequeretur. Secundum hæc, remissis tormentis, qui jam in itinere erant, metatores Donawerdam proficisci jussi, qui hospitia militi distribuerent. Verùm eâ die, quoniam jam advesperascebat, plebe adhuc frémente, nihil agi potuit; sed sedato per noctem rumore manè Bojarici patentibus portis admissi sunt. Custodibus ad portas positis Berneshusius ante omnia civium arma ad se comportari, & suspectos comprehendi jubet, tùm majus urbis templum, in quo protestantes conciones habebant, Catholicis restitutum, Jesuitis attribuit. Maximilianus ut non tàm mandati Cæsarei executione niti, quàm fortunâ velle se uti ostenderet, cuncta suo nomine in urbe peragi, tàm judicibus, quàm reliquis magistratibus, mandavit ponderum & mensurarum aliarum, quàm quæ in suæ Ditionis urbibus usurpantur, usum omninò interdicit, & in memoriam antiquæ possessionis, per ducentos annos amissæ, & tunc recuperatæ, festum S. Thomæ quotannis solenni supplicatione celebrari jussit, quo facto milites partim transmissi, partim Rainum & Vendingam sunt amandati.

Dum hæc agerentur Suevici Circuli Principes & Urbes, Ulmam conveniunt, Würtembergicus Dux, Oetingensis Comes, Eßlingæ, Norlingæ, Halæ, Lindavii, Hailbrunni, Memmingæ, Kauffbeuri, Eisenaci, urbium Imperalium delegati, continuoq; Cæsar eò mittit, & graviter eos monet, ne quid in eò Conventu contra mandatum suum decernerent, quod Donawerdenses in contumaciâ suâ obsirmaret. Adhæc illi, nunquam se de mandato Cæsareo violando cogitasse dicunt, tantùm violentiam & arma deprecari, ne innocentes cum nocentibus eadem calamitate involvantur, & urbs à Suevico Circulo avellatur. Inter has contentiones de urbe capta nuncius venit, qui iis in præsentiarum finem imposuit, ad proxima Ratisbonæ Comitia negotio remisso, in quibus actionem & intercessionem, pro causâ Donawerdensium instituere possent, quod negotium deinceps tentatum, & multoties in Comitiis repetitum, semper elusum, & ad extremum exitu caruit. Hacten' ex Thuano Limnæus, Ubi ulterius addit: Quod, cum *Anno 1619. mense Decembri* tum temporis unitorum Legati ad Bavariæ Ducem de restitutione Donawerdensi inter alia verba fecissent, ipse responderit, se in hanc hypothecæ loco sibi subjectam civitatem, aliud jus non prætendere, quàm constitutionibus Imperij firmatum, expensas in executionem banni à se factas, si consequatur, promptum se atque paratum eam dimittere. Confidere proindè tantò minus hoc nomine amplius, quippiam à se postulandum, quantò ad restitutionem semper extitisset atque adhuc paratior. Quod si civitates Imperiales, quæ potissimùm prædictam restitutionem urgere viderentur, vel mediocrem expensarum partem (quas hoc prætextu in alios usus collocasse dicerentur) pro civitate Donawerdensi, sive donationis sive mutui titulo expendissent, sibique hoc modo tempestivè fuisset satisfactum, jam dudum easdem intentionis suæ compotes fieri potuisse.

XXVIII. Duißberg. Dicitur quoq; Teutoburg/ Francorum antiqua & Regalis est civitas, à Tuisconibus, sive Teutonibus ita dicta, cujus 47

in

in Francorum Chronicis etiam mentio fieri videtur, & dicitur Duisparcum, sive Duispargum,
48 teste Abrah. Saur. *in theatr. urb. pag. 321.* eamq; olim Imperialem fuisse, matriculæ veteriores attestantur, ubi duo ipsi equites & octodecim pedites assignari leguntur, apud Joh. Limnæ. *de*
49 *jur. publ. tom. 2. lib. 4. cap. 7. fol. 101.* Sed hodie Duces Juliacenses eam sibi subjecerunt, Limnæ. *d. cap. 7. fol. 167.* Et de hujus exemptione lis in Camera indecisa pendet, Limnæ. *tom. 4. lib. 4. cap. 7. fol. 572.*

50 *XXIX.* Eger. Egra, alias Egrana, à fluvio ita dicta, & à Ptolomæo Menosgada vocata, & in superiori Bavaria, quæ cum olim esset Provincialis, anno 1179. Imperialis facta fuit civitas, Besold. *thes. practic. verb.* Eger. Braun. *libr. 1. Civitat. Orb. terrar. rubr. Egra. num. 29.* Irenic. *libr. 11. Exeg. German. lit. E. voc.* Eger. Hoping. *de jur insignium capit. 6. numer. 1094.*
51 Hanc Civitatem Imperialem *Ludovicus Quartus, Imperator*, accepta à Johanne Bohemiæ Rege, summa viginti mille marcarum argenti, in pignus eidem concessit, & assignandam curavit *Anno 1315.* Ex quo tempore in potestate & antichrisi Regni Bohemiæ usque in hodiernum diem perstitit, & donec ab Imperio reluatur, persistet, Goldast. *de regn. Bohem. lib. 1. cap. 17.*
52 *n. 6.* Ex qua tamen oppignoratione Imperialis civitas esse non desiit, & Imperator Ludovicus perpetuam reluitionem expresse sibi reservavit, in verbis: Gewinnen Wir den Gewalt / den Wir zu Recht haben sollen / daß Wir immer darnach trachten wöllen / wie Wir euch zu rechten Stätten wieder bringen / und euch erlösen umb die Pfenning / da Wir euch umb gesetzet haben / &c. Cujusmodi verba, lösen / wieder lösen / nihil aliud
53 indicant, quam luere pignus. Prout etiam ipse Bohemiæ Rex Johannes *anno 1322.* ipsis Civibus Egrensibus jura sua, quæ ab Imperatoribus obtinuerunt, illæsa relinquere, promisit in verbis: Geloben Wir ihnen stätt zu behalten alle die Recht / die Sie von Römischen Kaysern / und Römischen Königen bißhero bracht haben / und ihnen redlich verliehen sind. Ex quo non solum Imperator Maximilianus I. *anno 1459.* & ita centum & octoginta annis post factam opignorationem, sed etiam postea Imperatores Carolus V. Maximilianus II. Rudolphus, Matthias, & Ferdinandus II. eandem civitatem ad Imperatorem & Imperium Romanum pertinentem, quæ per oppignorationem tantùm ad Bohemiæ Regnum pervenerit, agnoverunt, ipsique omnia jura & antiquas consuetudines, alle Lehen / Begnadigungen / Freyheiten / Gerichte / Recht / Gerechtigkeit / alte Herkommen und Gewohnheiten / so Sie jederzeit von den Römischen Kaysern und dem Heilig. Römischen Reich bekommen / &c. confirmarunt. Quod etiam ipsi Bohemiæ Reges præstiterunt, & Civitati huic jura sua omnia, alle Freyheiten / Gnad / Lehen / Recht / Gericht / Zölle / Brieffe / Privilegia, Handveste / gute Gewohnheiten / und löblich Herkommen / die Sie von Kaysern und Königen redlich erworben / und löblich hergebracht / rata habuerunt, sicuti probat Author der Ursachen / warumben die Statt und Craiß Eger / &c. dem Frieden-Schluß gemeß / zu restituiren sey / ubi *pag. 7.* addit, daß diese Statt ante & post oppignorationem biß auff diese Stund ihre Regalia, Hohe und Niedere Obrigkeit / hohe und niedere Wild-Bahnen behalten / sie besetzet und entsetzet selbsten ihren Rath und Gericht / hat die Freyheit und Macht / auff allerhand Victualien und Waaren / Accisen und Uffschläg zu nemmen und zu verordnen / dergleichen sie erst im Jahr 1618. bey Ihrer Kayserlichen Majestät in judicio contradictorio erhalten; So ist sie über das mit ihren Legibus municipalibus und Statutis, welche theils denen gemeinen beschriebenen Rechten / theils dem Juri Saxonico gleichförmig seyn / versehen / und da ein Casus, welcher in ihren Statutis nicht begriffen / sich ereignet / wird selbiger secundum Leges Civiles erörtert / und hat also diese Statt mit den Böhemischen Land-Rechten / Lands-Ordnungen / Processen / Majestät-Brieffen / niemahlen etwas zu thun gehabt / wie noch nicht / ist auch niemahlen weder zu Land: Wahl: noch Crönungs-Tägen beschrieben / auch zu den Collectis Regni ordinariis & extraordinariis, gleich andern / nicht gezogen / noch damit beleget worden / und wann die Könige in Böhmen von dieser Statt Geldt-Mittel haben wöllen / werden zu solchen etliche Commissarii dahin abgeordnet / und nur eine freywillige Hülff (gleich wie Kayserliche Majestät und das Heilige Römische Reich von der Freyen ohnmittelbahren Reichs-Ritterschafft in Schwaben / Francken und Rheinstrohm / ein Charitativum) begehret / welche gegen sonderbare Reversales, daß solches ihren habenden Privilegiis nicht præjudicirlich seyn solle / erleget und außbezahlet wird.

Quamvis igitur Egra civitas Bohemiæ Co- 54
ronæ sit oppignorata, cum tamen in ipso oppignorationis contractu ipsi omnia sua Regalia, aliaque jura, quæ ipsi tempore oppignorationis, & cum ipsa, immediatè adhuc Imperio subjecta & omninò libera esset, competierunt, reservata, & ab Imperatoribus confirmata, consequens inde est, quod tantum secundum quid, & qualitate tantum pignoris vel hypothecæ, ad Coronam Bohemiæ pertineat, in reliquis verò ad hodiernum usque diem Romano Imperio immediatè subdita esse permanserit, prout aliæ nonnullæ Civitates Imperiales mixtæ, in quibus alii Principes & Status jura nonnulla obtinent, nihilomnius tamen liberæ & Imperiales permanent, de quibus *supra lib. 1. cap. 3. per tot.* Et cum 55
aliàs quoque de jure pignoris dominium apud debitorem remaneat, & pignus nulla societate dominio jungatur, & non valeat pignoris datio, ita ut dominium rei in creditorem transeat, propter incompatibilitatem, Georg. Everhard. *1. cons. 54 num. 56.* Extra dubium inde est, quod territorium civitatis Egræ, ejusque jura & dominium per oppignorationem, ad Coronam Bohemiæ non transierit. Quando enim Civitas Imperii certa lege, pacto vel conditione, Principi alicui subdita est, extra tamen conditionem & pactum illud libertate sua gaudet, jureque quod ut Status Imperii habet, liberè fruitur non obstante quod forte Principi isti homagium quoddam præ-

stare soleat, de quo *supra libr. 1. capit. 8. numer. 35.*

56 Ex quo etiam sequitur, quod per oppignorationis, sive antichriseos pactum, in creditorem jus reformandi Religionem non transeat, utpote quod ad territorii Dominum tantùm pertinet, & superioritatis territorialis sequela est. *supra lib. 2. cap.* Quod etiam ipsi Dillingenses fatentur, dum asserunt, quod conveniens non sit, ut quæ facultas reformandi, religionem mutandi, seu subditis imperandi Statibus Imperii comparatione suorum Dominiorum, Landschafften / Herrschafften / permissa sit, ea ad hypothecata bona extendatur, *composit. pac.*

57 *cap. 6. quæst. 39 n. 39.* Et cum hæc civitas post turbas Bohemicas ad partes Cæsareas sese converteret, Serenissimus Saxoniæ Elector *anno 1620. die 24. Novembr.* ipsam de privilegiis & Religionis exercitio libero assecuravit his verbis: Wir versichern euch hingegen bey unsern Chur-Fürstlichen wahren Worten / daß wann zu Ihrer Kayserl. und Königlichen Majestät Gehorsamb ihr euch unterthänig erklären / unsern Schutz suchen / umb perdon bitten / und daß bey Ihrer Kayserliche Majestät ihr standhafftig verharren wöllet / obligiren werdet / daß Wir Krafft tragen, der Commission, euch in Gnaden auff- und an: und in Schutz nemmen / und bey euern Privilegien, Rechten und Gerechtigkeiten / sonderlich aber dem freyen Exercitio der wahren Evangelischen Religion, ungeänderter Augspurgischer Confession, so lang schützen und handhaben wollen / biß Kayserl. und Königliche Confirmation erfolget / und ihr dessen allen gnugsam versichert werdet. *add.* Limnæ. *tom. 5. de jur. publ. pag. 129. usq. 150. lib. 1. cap. 9.* ubi documenta allegata legi possunt.

58 *XXX.* Elbingen. Elbingam, aliis Gedanum civitatem, fuisse Imperialem, matricula *de anno 1557.* testatur, ubi pedites ipsi 28. assignati leguntur, sed hodie sub Regis Poloniæ protectione comprehenditur, & ab Imperio avulsa est, Johan. Limnæ. *de jur. publ. tom. 2. lib. 4. cap. 7. fol. 121. & ibid. tom. 4. fol. 573.* Reinking. *de regimin. secul. lib. 1. class. 4. cap. 21. in fin.* confer R. A. zu Augspurg / *de anno 1518.* §. In Sachen / belangend / *10.* Klok. *vol. 1. conf. 31. n. 93.*

59 *XXXI.* Embden. Embdanum olim Imperio paruisse, sed hodie se exemisse, & ad Belgas confœderatos transiisse, patet ex R. A. zu Regenspurg *de anno 1603.* §. Und demnach wir *39.*

60 *XXXII.* Erfurth. Erphordiam Imperialem fuisse civitatem, aliquot testantur matriculæ, in quibus relata, ipsique certa summa Equitum, peditum & pecuniæ assignata legitur, veluti in matricula *de anno 1431. 1467. 1480. & 1481.* Eandemque à Rudolpho I. Imperatore in Comitiis Erphordiæ *anno 1290.* celebratis, ob egregiam Imperio præstitam operam, in oppugnandis & destruendis sexaginta sex arcibus, sive prædonum receptaculis, nomen deß Heiligen Römischen Reichs Frieden-Statt accepisse, testatur Laur. Peckenstein *in theatr. Saxon. part. 2. pag.* 187. Et à Carolo IV. inter Imperii civitates liberas, quibus munus conducendi Electores, Saxonem & Brandenburgensem, Francofurtum pergentes ad Electionem Regis Romanorum, refertur, Aur. Bull. *tit. 1. §. 14. seq.* Et ab Imperatore Maximiliano I. eandem fidelis filiæ encomio decoratam fuisse, refert Peckenstein *d. l. pag. 190.* Et de hac civitate Philippus Melanchton scribit, quod sit Thuringiæ corona, cives habeat pietatis & omnis honestatis studiosos, prudentes, amantes Religionis & artium, præditos etiam singulari dexteritate in familiari consuetudine, affabilitate, & morum eleganti civilitate: Senatus verò præstantissimi, & augusta sit dignitas, & ad suos cives cum gravi cultu & reverentiæ caritas, ut verum sit illud Poëtæ:

Formosi pecoris custos formosior ipse.

Verum hanc Civitatem hodie sibi subjectam 61 esse asserit Archiepiscopus Moguntinensis, sicuti etiam in Recessu Comitiorum *de anno 1567.* Erphordiæ habitorum ab initio vocatur, deß Ertz-Bischoff zu Maintz und Churfürsten Statt. §. so haben wir uns. *54.* Et in concordatis Maintz mit Erfurth *de anno 1483. artic. 1.* ita legitur: Die Statt Erfurdt ist von Alters her dem Heil. Sanct Martin / Maintzischen Patron / und gemeltem Stifft und Bischoff zuständig / welcher besampt dem Stifft ihr rechter Erbherr ist / auch die Burger daselbst / Rath und Gemeine sind solchem Stifft mit Treuwen und Ayden in Form / wie vor Alters herkommen ist / gewandt / und seyn von demselbigen mit etlichen Freyheiten begnadet und begabet / uti refert Joh. Limnæ. *de jur. publ. tom. 2. lib. 4. cap. 8. n. 82.* Ex quo etiam Erphordia insignia Ecclesiæ Moguntinensis gerit, & in 62 sigillo S. Martini imaginem tenet, quam etiam olim lapidi incisam in Prætorio, affixam habuerunt, Höping. *de jur. insignium cap. 6. num.* 1101. *seq.* De qua re latè disputatum in causa Maintz contra Erfurth / apud Gylman. *sympor. tom. 1. part. 1. lib. 2. vot. 1. per tot. fol. 65. & multis seqq. add. latissime* Casp. Klok. *votor. Camer. relat. 169. à fol. 1013. usq. 1160.* Et ita in Camera Imperiali ante aliquot annos judicatum fuisse, daß Rathmeister und Rath der Statt Erfurth / dero Burger und Einwohner belanget / die Chur: und Fürsten zu Sachsen zu Erbherrn auffzunemmen / ex Gylman. *d. l.* refert Limnæ. *d. cap. 8. n. 83.* 63 ubi *n. 84.* addit, quod Erphordienses Saxoniæ Principes protectores elegerint optimo jure, cum Archiepiscopus limitatam & restrictam in civitate eorum habeat jurisdictionem, extraque civitatem circumfusum sit Saxonum territorium, in quo bona eorundem sita sunt, & adsit præscriptio, cujus initium memoriam hominum fugit, Arum. *ad Aur. Bull. discurs. 6. concl. 2.* Hieron. Schurff. *cent. 3. consil. 23. per tot.* confer *supra lib. 1. cap. 3. n.* Cujus protectionis articulos de anno 1483. refert Limnæ. *d. cap. 8. n. 85.*

XXXIII. Essen. Essenæ civitati anno 1523. 64 Imperatorem privilegia sua confirmasse, & sic Imperio subditam adhuc fuisse, refert ex Zeilero Joh. Limnæ. *de jur. publ. tom. 4. lib. 4. c. 7. fol. 581.*

XXXIV. Feldtkirch. In registris & matri- 65 culis quoque Imperii reperiri, refert Limnæ. *d. l. fol. 582.*

XXXV. Franckfurth an der Oder. Hanc ci- 66 vitatem inter Imperiales refert Munster, *Cosmograph. lib. 3. cap. 24.*

XXXVI. Freyburg im Breißgau. Idem
97 quoque de hac civitate tradit Munster. *d. l.*

XXXVII. S. Gallen. vid. Regis Wences-
68 lai privilegium quod refertur *supr. lib. 2. cap. 13. n. 55.* Hæc quoque civitas in Imperii matriculis & registris reperitur, ubi ipsi quinquaginta septem pedites assignati, ut videre licet apud Johan. Limnæ. *de jur. publ. tom. 2. libr. 4. cap. 7. fol. 121. & tom. 4. lib. 4. cap. 7. fol. 573.* ubi dicit: Gibt der Zeit nichts / wird gleichwohl zu den Reichs-Tägen beschrieben/und gibt ein Recepisse. Et hodie cum reliquis Helvetiis ab Imperio se in libertatem recepit.

69 *XXXVIII.* Genff. Geneva, sive Genevensis Respublica, olim Imperio subdita fuit, ut vel ex Aquilæ insignibus apparet, quo alludit Owen. Angl. Poëta:

Clavem Aquilamq; gerit duplex insigne Geneva,
Illud Papatus, hoc habet Imperii:
Hoc insigne tuum quo jure Geneva tenebis,
Si repetat clavem Roma, Rudolphus avem.

Et facto postea Sabaudo Vicario in illis terris, in Genevenses quoque jus sibi arrogavit, sed sine effectu. Maxima Episcoporum, quos habuêre Genevenses fuit jurisdictio, sed & cum ipso Episcopatu jurisdictio evanuit, & hodie libertate fruuntur omnigena, Remig. Fesch. *de fœderib. concl. 8. lit. N.* Besold. *dissert. de monach. cap. 7. n. 7.*

70 *XXXIX.* Genua. A Geneva, sive Genevensi Republica differt Genua / Genua sive Respublica Genuensis, quæ etiam dicitur Janua, sive Januensis, Josias Nolden. *de statu nobil. cap. 2. n. 155.* quæ ab Imperatore Friderico *anno* 1162. plenam accepit libertatem, quam successor ejus Henricus *anno* 1191. & tandem Carolus V. post Gallos ejectos, civitateque Imperio restituta, *anno* 1528. confirmarunt, teste Menoch. *cons. 2. n. 49.* superioritate Imperio reservata, Fesch. *d. concl. 8. lit. I.* Unde libertas illa ad omnimodam exemptionem non protenditur, Paurm. *de jurisd. lib. 2. cap. 4. n. 65.* Id quod præjudicium causæ Finariensis probat, quo Ferdinandus Imperator inter Marchionem Finariensem actorem, & Genuenses reos ad tribunal suum vocatos judicio sistentes judicem competentem sese *8. Calend. Januar. anno 1558. & anno 1560.* pro Marchione pronunciavit, & imperata facere coëgit, ipsorum ad Pontificem interposita appellatione planè refutata, Thuan. *histor. lib. 36.* Paurmeist. *d. l. num. 67.* Bodin. *de republ. cap. 9. fol. 195.* Thom. Michael. *de jurisdict. conclus. 20. lit. e.* Cluten. *syllog. rer. quotid. concl. 14. lit. d.* Nolden. *de cap. 2. n. 161.* Limnæ. *de jure publ. lib. 1. cap. 9. n. 33.*

71 *XL.* Goßlar. *vide lib. 3. cap. 20.*

72 *XLI.* Göttingen. Göttinga olim quoque fuit civitas Imperialis, sed hodie in Ducum Brunsuicensium potestatem devenit, Limnæ. *de jur. publ. tom. 4. lib. 4. cap. 7. fol. 574.* Munster. *Cosmograph. lib. 3. cap. 24.*

73 *XLII.* Gröningen in Frießland. Inter civitates Imperiales hanc quoque refert Munster. *Cosmograph. lib. 3. cap. 24.*

74 *XLIII.* Hall in Thüringen. Eodem & hanc civitatem refert Munster. *d. l.*

75 *XLIV.* Hamburg. Hamburgum, sive Hamburgam civitatem esse Imperialem, per Imperii matriculam docent Gylman. *symphor. tom. 1. part. 1. tit. 3. vot. 3. fol. 220.* Paurmeister. *de jurisdict. lib. 2. cap. 1. n. 17.* Wehner. *pract. obs. lit. S. verb.* Stand deß Reichs. *pag. 620.* Besold. *thes. pract. verb.* Hamburg. Reinking. *de regim. secul. lib. 1. class. 4. cap. 21. circa fin.* Eique in Imperii matriculis *de anno* 1545. & 1551. assignati sunt Equites viginti, & pedites centum & viginti, ut videre est apud Joh. Limnæ. *de jur. publ. tom. 4. lib. 4. cap. 23.* De 76
cujus notatione variæ sunt Doctorum sententiæ, alii enim eam quasi Hammonis Burgum dictum putant, ab Hammone, qui eam instauraverit: alii ab Ham, seu luco, sive agro pascuo, vel prato fossulâ incincta, quasi Hainburga: alii ab Hamme, sylvam sive saltem significante, ein Forst; alii ab Hain, sive pernis salitis & fumo siccatis; alii ab Ham/ genere quodam piscatorii retis, &c. deducunt, de quibus vide Joh. Limnæ. *de jur. publ. tom. 3. lib. 7. cap. 23.* Höping. *de jur. insigni. cap. 6. n. 1042. seq.*

Hamburgum olim varios passa est Domi- 77
nos, nam Dominum habuit Albionem NordAlbingorum Principem, Wittikindi patruelem. Deinde Hermanus Billingus, inferioris Saxoniæ Dux ab Ottone I. creatus, Hamburgum gubernavit, & post eum Benno filius. Extinctis autem Hermanni Billingi posteris, Lotharius Saxoniæ Dux, Adolpho Comiti Schwarzenburgi gubernationem Holsatiæ & urbis Hamburgæ commendavit, quam etiam ille tenuit usque ad *annum Christi* 1137. Adolphus Tertius, prædicti Adolphi nepos, accepta ab Hamburgensibus pecuniæ summa, qua ad profectionem in terram sanctam, cum Friderico Barbarossa indigebat, privilegia civitati attribuit ampla, quæ etiam ab Imperatore confirmata sunt. Privilegiorum tenoris fuit, ut intra duo milliaria ab urbe nemini liceret arcem ædificare; ne vectigalia pensitarent Hamburgenses in Albi ad mare usque; ad nulla belli onera obligati essent Holsatiæ Comitibus, nec arresto ullo per Holsatiam adstringerentur. Etsi autem absente in Palæstina Adolpho III. Hamburga ab Henrico Leone eversa, tamen recuperata est eadem unà cum Lubecca, ab eo ipso Adolpho, à Bernhardo Urso Saxon. Duce adjuto. Verùm non ita multo post Schlesvicensis Dux Woldemarus, Fratris Daniæ Regis ope, utramque urbem, Lubecam & Hamburgum in ditionem suam redegit, Adolphum que prælio superatum, omni jure, quod in Holsatia habebat, exuit in patriamque sedem ut reverteretur, coëgit: Rex verò Albertum, Orlamundensem Comitem, Hamburgæ præfecit, qui Senatui centum quinquaginta marcis argenti jus suum, quod in urbe habebat, vendidit, eoque contractu, quasi gradum atque aditum ad libertatem civitatis jecit. Postea Adolphus IV. hanc ipsam libertatê & cætera privilegia eidem confirmavit. Sic libera facta civitas, titulotenus tantum sub Imperio Holsatiæ Comitum mansit, uti scribit Dresser. *in Isagog. hist. de German. urbib. pag. 308.* Hamburgi interdicta appellatio in causis debiti confessati, injuriarum, ædificiorum civitatis & aliis valorê 600. flor. in auro non excedentibus in reliquis appellans intra decendium præter appelationem interpositam florenum

Hamburgensem inferre, juramentum & cautionem, sub noxa etiam corporis, si quis petat, præstare tenetur. *Anno 1554.* quod si hæc appellans non in forma perdicta perstiterit, Hamburgenses impune exequi poterunt. Blum. *process. camer. tit. 47. tab. 6. verb. 6. Hamburg.*

78 De hujus civitatis immedietate inter ipsam civitatem & Holsatiæ Duces non levis fuit controversia in Comitiis Spirensibus *anno 1570.* ubi illa se liberam dixit & immediatam, hi verò eandem sibi subjectam affirmaverint. De eadem refert Dresser. *d. l.* quod imperante Carolo IV. *anno Christi 1375.* cum Hamburgenses Rolandi statuam, in libertatis signum, in foro erexissent, & exemplo Lubeccensium à fide Holsatis debita defecissent, Carolum Cæsarem, ad quem rei cognitio & judicium remissum, Tangermundæ ad Albim secundum Holsatiæ Principes pronunciasse, & Hamburgenses ad obsequium Holsatis præstandum, dejecta Rolandi statua, condemnasse. Secundum hæc cives Christiano I. & ejus fratribus Christiano III. qui & privilegia ipsorum confirmavit, fidem obstrinxisse, & folium urticæ, quod Principum Holsatiæ insigne est, ab eo tempore passim urbis insignibus, in curia, portis, sigillo publico, ac moneta sculpsisse: A Cæsaribus ad Cameram citatos, hoc prætextu, quod Holsaticis subjecti essent, forum declinasse, inter ordines Holsatiæ olim ad conventus comparuisse, in quem usum & ædes proprias Segenbergæ habuerint. Cum verò ab Henrici Brunsuicensis exercitu ante sedecim annos infestarentur, auxilium à Holsatis petiisse, quorum interventu res Bergendorpii composita sit. Denique nuper (*anno 1544.*) cum ad onera Imperii à Cæsarei fisci patrono cogerentur, ad Holsatos provocasse. Quibus rationibus utrinque re disceptata, nihil tamen certi pronunciatum, sed amplior de ea disceptatio ad Senatum (Cameram Imperialem) remissa est, Thuan. *hist. lib. 47.* Sunt quoque, qui sententiam prædictam nunquam latam esse arbitrantur, Gryphiand. *de*
79 *Weichbild. Saxon. cap. 78. n. 10.* Et hæc controversia inter Holsatiæ Duces & civitatem Hamburgensem *die 6. Julii anno 1618.* ita decisa legitur: In Sachen deß Kayserl. Fiscalis, Ampts-halber / Kläger contra Hollstein / pro interesse, und Hamburg / ist die Sache vor beschlossen hiemit angenommen / darauf und allem Fürbringen nach / zu Recht erkant / daß gedachter Hertzogen vorgewendtes interesse, angeregter exemption halber ohngeachtet / Burgermeister und Rath der Röm: Kayserl. Majest. und deß Heiligen Reichs Hohen Obrigkeit und ohnmittelbaren subjection sich beklagter massen / eigenes Gewalts zu erbrechen / und frey zu machen / nicht geziemet noch gebühret / sondern daran zu viel und unrecht gethan / sich dessen hinfüro gäntzlichen zu enthalten / und daß besagte Statt Ihr Kayserl. Majestät und dem Heiligen Reich ohne Mittel zuständig / unterworffen und verwandt / auch von männiglich dafür zu erkennen / und deßwegen Sie / Burgermeister und Rath / deß Reichs-Anlagen / Steur und Bürden zu leisten / auch derselben Anstand zu bezahlen schuldig / und zu solchem allem zu condemniren und zu verdammen seyn; Jedoch mehr erwehnten Hertzogen ihre Spruch und Forderungen / so sie sonsten gegen gedachte Statt zu haben vermeynen / ordentlicher Weise Rechtens / ob sie wöllen / außzuführen / hiemit ohnbenommen / sondern vorbehalten / etc. prout hanc sententiam refert Reinking *de regim. secul. lib. 1. class. 4. cap. 21. in fin.* vid. de revocatione Reinkingii circa hanc controversiam Joh. Limna. *tom. 5. jur. publ. lib. 7. c. 23. fol. 209.* Idem Joh. Limnæ. *de jur. publ. tom. 4. lib. 7. cap. 23.* ubi addit, se tamen audivisse, *anno 1619.* revisionem ab hac sententia petitam fuisse, & postea legisse apud Lundorpium *tom. 2. actor. publ. lib. 8. tract. 2. pag. 1268.* Daß sich *anno 1621.* den 8. Julij. die von Hamburg / auf vorgangene Handlung obligirt / pendente revisione, so viel als an ihnen / alles in vorigem Stand zu lassen / dem Kayserlichen Fiscal keine assistentz zu leisten / ihnen zu gutem; dem Fürstlichen Hause Holstein aber ichtwas zu Nachtheil zu fürdern / zu thun / zu suchen / oder aber thun / fürdern / und suchen zu lassen / besondern daß alles vor angedeuteter massen / in dem Stand / wie es bey vorig regierenden Hertzogen zu Holstein Zeiten gewesen / gäntzlich und unverschmälert bleiben solle. Und daß Sie demnach / wie anhero geschehen / biß zu endlich dieser Sachen Erörterung / bey dem Fürstlichen Hause Holstein in unterthänigster und unterthäniger devotion stehen und bleiben / als das guten Leuten gebühret und wohl anstehet: Auch deßwegen nach Ihrer Königl. Majest. in Dennemarck tödtlichen Hintritt / wofern immittelst die Revision nicht erördert wird / Ihrer Durchleuchtigkeit dem Herrn Printzen / und also successivè Ihrer Königl. Majestät Erben / wie auch den Hertzogen zu Holstein / Gottorpischer Linien / so pro tempore allerseits regierende Hertzogen zu Holstein seyn werden / negst vorgehender assecuration, wie hievor geschehen / die gewohnliche Huldigung und Annehmung würcklich leisten und præstiren wöllen / und also vorigen / zwischen der Landes-Fürstl. Holsteinischen Herrschafft / und denen von Hamburg vor diesem auffgerichteten Recessen / und andern in Handen habenden Documenten hiedurch durchauß nichts benommen seyn solle. Quæ cum ita 80
sint, Civitatem hanc huc & inter mixtas referre placuit, *supra lib. 1. cap. 3. n. 8.*

XLV. Hildesheim. Hildesiam inter civi- 81
tates Imperiales liberas refert Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 2. cap. 1. n. 85.* Sed quo jure, mihi non constat, cum in Imperii recentiori matricula non contineatur, nec in Comitiis votum & sessionem habeat, sed ad Episcopatum Hildesiensem pertineat. De controversia hujus Urbis cum suo Episcopo propter collectas Eleemosynas â pauperibus scholasticis. vid. Casp. Klokh. *votor. Cameral. relat. 51. fol. m. 478. & seqq.*

XLVI. Hirschfelden. Civitas Hirschfeldi- 82
ensis in Imperii matricula separatim relata, eique Equites duo & pedites sex assignati leguntur, apud Limnæ. *d. tom. 4. lib. 4. cap. 7. fol. 495.* Verum hodie Abbatiam Hirsfeldensem una cum omnibus pertinentiis tenet domus Hassiaca Cassellana, vigore Instrumenti pacis factæ inter Imperium & Regnum Sueciæ Osnabrugis *anno 1648.*

1648. artic. 15. §. *& ibi*: Secundo domus Hasso-Cassellana, ejusque successores Abbatiam Hirsfeldensem, cum omnibus apertinentiis, secularibus & Ecclesiasticis, sive intra, sive extra territorium (ut præpositura Gellingen) sitis, salvis tamen juribus, quæ domus Saxonica à tempore immemoriali possidet, retineant, & eo nomine investituram à Cæsarea Majestate toties, quoties casus evenerit, petant, & fidelitatem præstent.

84 *XLVII.* Ingelheim. Ingelhemium à Carolo Magno conditum, inter Civitates Imperiales, tanquam non ignobile apud Germanos oppidum, refert Aldrovandus *lib. 1. Ornithol. tit. usus Aquilarum in insign. pag. 104. tom. 1. & lib. 2. cap. 2. de Chrysaëto. tit. usus Aquilæ. n insign. tom. 1.* ubi pro insignibus semi-aquilam illi tribuit, licet Franciscus Modius integram, & quidem Imperialem aquilam illam usurpare, scribat Hoping. *de jur. insign. cap. 6. n. 1009. seq.* Sed hæc civitas ab Electore Palatino detinetur.

85 *XLVIII.* Kaysers Lautern. Hanc civitatem inter Imperiales refert Munster. *cosmograph. lib. 3. cap. 24.*

86 *XLIX.* Lemgaw. Lemgovia quoque in antiquis Imperii matriculis inter Civitates Imperiales reperitur, ipsique duo Equites & duodecim pedites assignati leguntur, apud Limnæ. *tom. 2. lib. 4. cap. 7. fol. 121.* Sed hodie à Comitibus Lippiensibus exempta est, Limnæ. *tom. 4. lib. 4. cap. 7. fol. 573.*

87 *L.* Limburg. Limpurgum ad Lonam inter antiquas Imperiales Civitates refert Zeiler. *contin. itin. Germ. cap. 1. pag. 54.* Limnæ. *d. fol. 582.* ipsique in antiquis matriculis assignatos fuisse decem equites & octuaginta pedites, constat ex matricula apud *d.* Limnæ. *tom. 2. lib. 4. cap. 7. fol. 94.*

88 *LI.* Luca. De hac civitate Imperator Maximilianus I. apud Goldast. in Reichssatzungen/ ita testatur; Luca gehöret dem Reich ohne Mittel zu. Et *anno 1133.* Imperator Lotharius Lucensibus omnia privilegia confirmavit, quæ Henricus III. ipsis concesserat, Ptolomæ. Lucens. *in annal. pag. 55.* Eandemque hodie Imperator tributariam esse, scribit Merula *part. 2. cosmogr. lib. 4. cap. 21. fol. 694.* Sed hæc Respubl. 12000. vel ut vult Choppinus, 25000. Ducatis à Rudolpho I. libertatem adquisivisse dicitur, Restaur. Castald. *de Imper. quæst. 54. n. 13.* Decian. *resp. 19. n. 30. vol. 13.* Jos. Ludov. *Lucens. decis. 36. n. 18.* Bodin. *de republ. lib. 1. cap. 9. fol. 193.* Et hodie superiorem non recognoscit, sed sibi ipsi Princeps est, Socin. Sen. *cons. 83. n. 1. vol. 4.*

89 Lüneburg. Lunæburgum certam quoque sibi assignatam summam Equitum & peditum in Imperii matriculis habuisse, ipsique privilegia imperialia, Reichsfreyheiten/ ab Imperatore Carolo V. anno 1521. confirmata fuisse, refert Limnæ. *d. tom. 4. lib. 4. cap. 7. fol. 581.*

90 *LII.* Lucern. Hanc inter Civitates Imperiales refert Munster. *cosmograph. lib. 3. cap. 24.*

LIII. Lustraw und Meglets. Imperialia quoque obtinent privilegia, & liberi homines zu Meglets/ tanquam imperio immediatè subditi, Civitatis Isnensis protectioni commendati fuerunt, referente Limnæ. *d. l. fol. 582.*

LIV. Magdeburg. Magdeburgum à Magd sive puella, & burgum quod arcem notat, Imperialem Civitatem vocat, Dresser. *part. 5. Isagog. histor. voc. Magdeburga.* eamque Imperium solum recognoscere, scribit Matth. Stephan. *de jurisd. lib. 2. part. 2. cap. 1. n. 26. & 27.* Wehner. *pract. obs. verb.* Freye Reichs-Stadt. *fol. 180.* Quod etiam historici communiter attestantur, Bucholcer⁹ in Chronologia, ubi ita scribit: Magdeburgum civitas Imperialis ab Ottone. I. *anno Domini 940. 7. Junii,* privilegiis & libertatibus est donata. Et Andreas Hondorff. *in calend. Histor. & Eccles. sub 7. Junii,* ait: Anno Christi 940. ist die Kayserl. Statt Magdeburg vom Ottone primo mit Privilegien, und mit Freyheiten begnadet worden. Et Johannes Rau in cosmograph. scribit, daß Kayser Otto Magnus die Statt Magdeburg privilegiret/ und zu einer freyen Reichsstatt gemacht habe. Idem quoque colligi videtur ex privilegio Ottonis I. quod refertur infra *n. 96.* & extat apud Limnæ. *tom. 4. lib. 7. cap. 31.* Et hanc civitatem veterioribus matriculis adscriptam esse, constat ex traditis *supra lib. 1. cap. 3. n. 57.* Quod confirmatum est in Instrumento pacis inter Imperium & Regnum Sueciæ Osnabrugis *anno 1648. art. 11.* §. *civitati verò.* his verbis: Civitati verò Magdeburgensi pristina sua libertas & privilegium Ottonis. I. *die 7. Junii anno noningentesimo quadragesimo,* quod etiamsi temporum injuria deperditum, ad preces ejusdem humiliter porrigendas à Sac. Cæs. Majest. renovabitur; tum etiam privilegium muniendi & fortificandi ab Imperatore Ferdinando II. concessum, quod cum omnimoda jurisdictione & proprietate ad quadrantem milliaris Germanici extendatur, sicut & reliqua illius privilegia & jura in Ecclesiasticis & Politicis salva & inviolata maneant, cum inserta clausula, quod in præjudicium civitatis reædificari non debeant suburbia. Egregius huic civitati ab Imperatoribus attributus cognoscitur honos, & inter egregia privilegia etiam habet, quod juris Weichbildici supremum fuerit constitutum dicasterium, der Hohe Dingstul oder Oberhoff / Joh. Limnæ. *de jur. publ. tom. 3. lib. 7. c. 31.* Unde si domi quispiam per sententiam se gravatum arbitraretur, ad Scabinatum Magdeburgensem provocabat, quasi hic fons esset juris Saxonici, ita ut ex Polonia quoq; ad illos appellare, citra subjectionis tamen notam, consueverint, Limnæ. *d. l. n. 6. seq.* Ejusque cives ad extranea judicia, justitiæ denegatæ casu excepto, evocari nequeunt, & privilegiati sunt contra arresta & repressalias, Limnæ. *d. l. n. 9. seq.* De regimine hujus civitatis, vide Paurmeist. *de jurisd. lib. 2. c. ult. n. 73.* Hæc civitas certis pactis & legibus devincta est Arhiepiscopo Magdeburgensi, Sleidan. *lib. 22.* & ideo inter mixtas civitates refertur, de quibus *supra lib. 1. cap. 3. per tot.*

91 92 93 94

PRIVILEGIUM

Imperatoris OTTONIS MAGNI, Civitati Magdeburgensi concessum Anno 940. die 7. Junij.

IN Nomine Domini Amen. Nos OTTO, Romanorum Imperator, Semper Augustus, significamus hoc scripto nostro omnibus qui illud vel visuri vel audituri fuerint, quod accedentes nostram Cæsaream Majestatem, fideles ac strenui, Imperii Romani subditi, egregii Saxones, declararunt, constituisse in animo, in tranquillitate Dei, sedes simul locare suas, civitatemque extruere, ubi & auctoritate nostrâ, locum sibi delegerunt, quem colere, inhabitareque vellent, supplicantes, ut gratiæ prærogativis primum condonati, simul & perpetuâ pace firmati, à Majestate nostra, legibus quoque & juribus instituerentur. Nos illorum precibus moniti, simulque expendentes, tum illorum amorem & ardorem, quem erga fidem Christianam gerunt, tum etiam illorum strenuè gesta atque indefessa obsequia, quæ & nunc præstant, & antea Romano Imperio præstiterunt, cum scientia Sanctissimi Patris nostri Papæ Martini, qui ad hæc auctoritate suâ & Sancti Petri, pacem suam largitus est, quam & nos confirmamus de scitu & Consilio Principum Imperii, & accedente consensu terræ; Eisdemque Saxonibus, fidelibus nostris dilectis, facultatem concessimus, concedimusque, civitatem extruendi ac muniendi, atque in ea, jus municipale instituendi, ita ut antiquitus jus municipale, observari solitum est.

Concedimus præterea fidelibus nostris dilectis, atque illorum successoribus, perpetuam in ea Civitate pacem, gratiam & libertatem, quod eo jure, pro ut â nobilibus & generosis CONSTANTINO & CAROLO, egregiis Saxonibus atque provinciæ datum est, uti & frui debeant ad honorem & emolumentum Civitatis, secundum juris formam, generaliter & specialiter, nisi fortè quis juribus carere declaratus fuerit, jureque existat privatus.

Insuper liberos pronunciamus illos, perpetuò à nobis & successoribus nostris, ita ut civitas atque ejus Incolæ perpetuo liberi sint ab imperio, quam diu ipsi suam libertatem, ut juris est, servaverint.

Adhæc illi Civitati, quæ Maydeburgum vocatur, ex nostra concessione, liberum esse volumus, ut quicquid illius Præfecti, cum insigniorum ac prudentium consilio, & populi assensu, ad Civitatis honorem, emolumentum, tum & tranquillitatem statuerint, id firmum & stabile esse debebit, perinde ac si ab ipso Imperio concessum & statutum foret, atque illud ipsum plebiscitum, si annum & diem duraverit, servari debet, si ipsimet voluerint Quod si pacificè post id tempus judicialiter servatum sit, robur juris scripti obtinebit, siquidè non repugnet juri scripto, & sacrosanctæ fidei Christianæ.

Quare auctoritate nostrâ Cæsarea, mandamus omnibus Principibus nostris, & Imperii subditis Dominis, Equitibus, Auratis, Ministerialibus, & omnibus Officialibus, tam spiritualibus, quam secularibus, ne eandem Civitatem Maydeburgensem atque ejus incolas, in illorum jure, libertatibus & immunitatibus, à nobis gratiosè concessis, impediant, aut ulla ratione gravent, sive violentia, mandatis, exactionibus, sive etiam bellicis subsidiis aut aliis quibusvis gravaminibus.

Damnus insuper illis potestatem, dominandi jure municipali, circa quod conservare illos volumus, & proinde nemo huic contra venire audeat; Alioquin quisquis id fecerit, succumbit potestati nostræ Cæsareæ, & si quid præjudicii eis inde accideret, volumus nos & successores nostri, eandem civitatem, atque ejus Incolas, indemnes reddere:

Ceterum damus eidem Civitati atque ejus Incolis, in verum tutorem Sacrosanctum jus, justitiam, Romanum denique Imperatorem, cum Principibus (Electoribus) Spiritualibus & secularibus, qui adstent Clypeo militari, in omnibus utilitatibus atque emolumentis.

Ad perpetuam igitur memoriam, cum assensu Sacri Romani Principum Imperii, cumq; voluntate terræ, juxta illorum laudem omnes gratiarum prærogativas, libertates, jura, articulos, instituta & Plebiscita, confirmavimus, ratificavimus, & obsignavimus, sigillo aureo Majestatis nostræ Cæsareæ, quod appensum est: Datum à nativitate Christi, anno noningentesimo, quadragesimo, Imperii nostri anno Secundo, die septimâ mensis Junii, eo in loco, ubi nunc Civitas Maydeburg situata est.

In Teutsch.

JN GOttes Namen / Amen: Wir OTTO (der Grosse) Römischer Kayser / zu allen Zeiten mehrer deß Reichs.

Thun Kundt / mit Uhrkund dieser gegenwertigen Schrifft / Allen denen / die sie sehen / oder hören lesen / daß für Uns und unserer Kayserlichen Majestät sind kommen / die Getreuen und Mannhafften / dieses Reichs Unterthänigen / die wehrden Sachsen / und haben Uns fürgeleget / wie sie sich in Gottes Frieden zusamen halten / und eine Statt befesten wollen / und haben jhn mit Unser Gewalt außerwählet / eine Wohnung die sie bauen wollen / und haben Uns gebeten / daß Wir sie damit begnaden und bestetigen / und jhnen Friede darüber würcken wolten / von Unser Kayserlicher Majestät wegen / und sie besorgen mit einem Rechten.

Das haben Wir angesehen / ihre grosse Liebe und Treue / die sie zu dem Heiligen Christlichen Glauben haben / und ihre Treue / Mannheit und Dienste / die sie bestätiglichen / dem Reiche unverdrossentlich und treulich thun und gethan haben / und ihr ehrlich und getreue Bitte / und seynd zu Rath worden / mit wissen deß Heil. Vatters / deß Pabstes Martini / der von seiner Päbstl. Gewalt / von St. Peters halben / seinen Frieden darzu gegeben hat / und bestätiget / und den bestätigen Wir auch / mit Wissenschafft und Rath deß Reichs Fürsten / und mit deß Landes Vollwort / und mit desselben Willköhr / und erlauben denselben vorgenanten Sachsen unser lieben Getreuen / zubauen und zu bevesten einen Margkt zu hegen / nach aller Weise / als Margktrecht von alters gestanden hat.

Wir geben auch denselben unsern lieben Getreuen / und allen ihren Nachkömlingen / ewigen

Frie-

Frieden in der Statt / welche sie Magdeburg genant haben/und sonderlich/geben Wir der Statt/ so gethane Gnade / Freyheit und Friede/ ewiglichen zu nützen/ und begnaden sie mit so gethanem Rechte / als die Edlen und Hochgebohrnen CONSTANTINUS und CAROLUS den werthen Sachsen/ und dem Lande hiebevorn gegeben haben/ daß sie nun und ewiglichen/ mit diesem Brieffe haben und nützen sollen / nach ihrer Stadt Nutzen/ Ehre und Gemach / gemeiniglich zu nutzen und zu haben / nach deß Rechten Außweisung gemeiniglich / und keinem sonderlichen/ einem würde dann Recht versaget.

Wir geben sie Frey / von Uns/ und von allen unsern Nachkommen ewiglichen / so / daß sie dieselbe Statt und ihre Einwohner / sollen ewiglich Frey seyn gegen dem Reiche / dieweil sie ihre Freyheit halten als Recht ist.

Wir geben auch volle Krafft und Macht/ derselbigen Statt Magdeburg / was der Statt Vorstehere/mit der witzigsten Rath und mit Vollwohrt der Gemeine / unter einander geloben und thun/der Statt zu Nutzen / zu Ehren und zu Gemach/daß das Krafft und Macht solle haben/ als ob es von dem Reiche gebotten wäre/und behalten oder besitzen sie dieselben Wilkühr/ Jahr und Tag/ so soll man sie halten / ob sie selber wollen/ und besitzen sie damit Gerichte / als Recht ist / dieselbe Wilköhr behält beschriebene Rechts-Krafft/ob sie wieder ein ander beschrieben Recht nicht wäre/ noch auch wider den heiligen Christen-Glauben.

Wir gebieten und setzen Ernstlichen / bey Unserer Kayserl. Gewalt / allen unsern Fürsten und deß Reichs Unterthanen / Herrn / Rittern und Knechten/und allen Amptleuten/Geistlichen und Weltlichen / die genante Statt Magdeburg/ und alle ihre Einwohner nicht zu hindern/noch sie zu beschädigen/ an ihrer Freyheit / Gnade / und Recht/die Wir derselben Statt gnädiglich gegeben haben / und daß sie sie auch nit beschwören sollen/ mit Gewalt / mit Gebott/ mit Lösung/ mit Heerfahrt / noch auch mit keiner Handbeschwerung.

Wir geben ihnen Gewalt / alldar zu herrschen/nach Weichbilds-Recht/dabey Wir sie selber halten wollen/und wer hier wider thät/der soll verfallen seyn/der Kayserlichen Gewalt/und was ihnen davon widerfähret/da wollen Wir/und alle unsere Nachkommen/ dieselbe Statt und alle ihre Einwohner/ schadloß umb halten/und geben derselben Statt und ihren Einwohnern/zu einen Rechten Vormunden / das heilige Recht und Gerichte / und den Römischen Kayser / mit deß Reichs Chur-Fürsten/beyde Geistlich und Weltlich/die Statt zu vertretten / an den Heerschilde/ und an allen Nutzen und Frommen.

Zu einer ewigen Gedächtnüs/ So haben wir mit Vollwohrt deß Heiligen Römischen Reichs/ das ist Päbstlicher Gewalt/ und mit der Reichs Fürsten/ und mit deß Landes Willen/ ihnen nach ihrer selbst Wilköhr alle Gnade/Freyheit/Recht/ Articul / Satzung und Willkühr hiemit bestätiget und bevestiget / verbunden und versiegelt / Mit Unserer Kayserl. Majestät anhangenden Gülden Zeichen/das gegeben ist nach Christi Geburt/Neun Hundert und Viertzig Jahr/in dem andern Jahre Unsers Reichs/am Siebenden Tage deß Brachmonden/ auff der Stehte/da jetzund Magdeburg lieget.

Röm: Kayserl: Majest: Kaysers Ferdinandi deß Andern/ Höchst Christseel: Glorwürdigst: Gedächtnüß / *PRIVILEGIUM*, 97

Uber der Stadt Magdeburg erweiterte Vestungs-Recht/ etc.

WIr Ferdinand der Ander / von GOttes Gnaden/ Erwählter Römischer Kayser / zu allen Zeiten / Mehrer deß Reichs/in Germanien/zu Hungarn und Böheim/ Dalmatien/ Croatien/ und Sclavonien König/ Ertz-Hertzog zu Oesterreich/ etc. Bekennen offentlich mit disem Brieffe/und thun kund mäniglich: Demnach der Hochgeborne Unser Oheim / deß Reichs Fürst und Lieber Getreuer/Albrecht/ Hertzog zu Friedland und Sagan / etc. bey seinem in Unsern und deß Heyl. Reichs Nider-Sächsischen Crayß genommenen Anzuge / in Ansehung der von gemeiner Stadt Magdeburg/gegen Uns und Unsern Kriegs-Volck erzeigter unterthänigster devotion, Trew und Gehorsam/ihnen in unserm Nahmen/durch eine Schrifftliche Concession erlaubet und zugelassen/daß Sie nicht allein zu mehrer und besserer assecuration ihrer und gemeiner Statt Magdeburg / umb der von dem Feind angetroheter und fast täglich vor Augen scheinenden Gefahr willen/ etliche Compagnien Kriegsvolck werben und unterhalten/ sondern auch zu mehrer Defension, die/ um gemelte Statt Magdeburg gelegene/und ihnen bey begebenden feindlichen Einfall/sehr und fast schädliche beyde Vorstätte/so vil an denselben ihnen und gemeine Statt nachtheilig seyn könte / demoliren und abbrechen / und also Ihre Statt vor unversehenen Einbruch und Gewalt/zu besserer Defension und Verwahrung/ an Orthen/ wo es die Nothdurfft erfordert/ fortificiren/ und was zu solchen Wercke umb und umb/ umb besagte Statt vonnöthen/nach Vestungs-Recht/darzu gebrauchen solten und möchten/ Alles mehrern Inhalts vorberührter ihnen ertheilter Concession. in massen Uns dieselbe in glaubwürdiger Form vorgebracht / und von Worten hernach geschrieben stehet: also lautende:

WIr Albrecht von Gottes Gnaden/ Hertzog zu Friedland / Röm: Kayserl: Majestät Kriegs-Rath/ Cammerer und General Obrister Feld-Hauptmañ/ etc. Geben männiglichen/ Geistlichen und Weltlichen / weß Standes / Ehr und Würden die seyn / durch diesen offenen Brieff zu vernemmen. Demnach Wir von jetzt Höchstermelter Kayserl: Majestät Unserm Allergnädigsten Herrn / Unserer Kriegs-Expedtion halber/unter andern insonderheit diesen Befelch gehabt / daß Wir die Getreuen Stände deß Heyligen Römischen Reichs / und also die Löbl. Hansee Stätte in sonderbahren Schutz nemmen/und vor der Feinde An: und Einfälle / so viel immer müglich/defendiren solten/und dann hierauff bey Unserm Anzug im Nieder-Sächsischen Crayß befunden / daß die Statt Magdeburg der vornehmsten Plätze einer sey / so an dem Elb-

stromb

strومb gelegen/und dahero dem Rath daselbst/der hohen Nothdurfft nach / gewarnet haben/ mit gnädigem Gesinnen / Sie zu Bezeigung gegen die Römisch: Kayserlich: Majestät allerunterthänigsten devotion und Gehorsam bs/sich wider derofelben fast nahe bey der Statt gelegene Feinde wol in Acht nemmen und verwahren solten/welchem sie also nachkommen / daß Sie auf Ihren Kosten etliche Compagnien Kriegs-Volcks geworben und unterhalten/ aber darbey der Augenschein gegeben/daß zum Theil die beyden Vorstätte/ der Statt so gar schädlich / daß wofern das jenige/ so Ihnen nachtheilig seyn möchte/ daran nicht demoliret und abgebrochen werden solte/für unversehenen Einbruch und Gewalt / Sie nicht defendiret werden köndten/ die Feinde auch ihre intentiones unterschiedlich darauf gehabt/ und heimblich und öffentlich darnach getrachtet / wie sie sich deroselben impatrioniren möchten/ welches/ da es verfolgen sollen/ Uns/ und der Kayserlichen Armee zu grossem Nachtheil gereichen können/daß Wir derowegen auß diser und andern Ursachen mehr und sonderlich/ daß/wie gemeldt/ Uns und der Kayserlichen Armee an disem Orth so viel gelegen/von wegen und im Nahmen Allerhöchstgedachter Ihrer Kayserlichen Majest: als dero Armee General-Obrister Feld-Hauptmann und Plenipotentiarius, auf vorhergehende von Uns Angeordnete/und auf unsern Befelch durch den General-Feld-Marschallen/ Herrn Heynrichen Schlicken / Grafen zu Passaw und Weißkirchen/eingenommene Besichtigung und Augenschein / dem Rath daselbst aufgetragen und Befelch gethan / Sie zu besserer Verwahrung und defendirung **Ihrer Statt und Passes** / gedachte Vorstätte / so weit Sie **Ihrer Statt** schädlich/ abräumen und demoliren / auch die Statt zu besserer defension, **an Orthen wo es die Nothdurfft erfordert** / mehr fortificiren, **und was herumb vonnöthen / nach Vestungs-Recht darzu gebrauchen soltē.**

Welche nothwendige Verordnung Sie nicht allein gehorsamblich vollenzogen: Sondern auch zu mehrer Erweisung Ihrer beständigen Trew/ gegen Kayserl. Majestät/ als Ihrem rechten Herrn/ und von Gott vorgesetzter Obrigkeit / zu Ihrer Kayserl. Majestät Diensten und besserer Unterhaltung deß Kriegs-Volcks/ auff geflogene Tractaten und Accord/ 133000. Reichsthaler in specie, auf abgeredte Termin zu entrichten zugesaget und versprochen haben.

Derohalben / und damit mehr genandte Stadt Magdeburg / von jemand/ wer der auch sey/in: oder ausser Rechts/ jetzt oder künfftig/ dieser demolition halber/nicht in Ansprache genommen werden möge / so haben Wir an Statt und von wegen offt Höchstermelter Ihrer Kayserl. Majestät: nicht allein männiglich solches wissend machen: Sondern auch die Schrifftliche Concession, daß nemblich die von Magdeburg nicht vor sich selbst: sondern auff unsern Befelch/ den Wir Ihnen/Krafft habenden Kayserlichen Gewalts/ gegeben / solche demolition an den Vorstätten vorgenomēn/ und dahero von männiglich deßwegen unangefochten bleiben sollē; Wie auch/ daß Sie **noch ferner umb die Statt herum**/ was deroselben schädlich hinwegk räumen/ und also **Ihre Statt in Gebrauchung alles dessen / was Vestungs-Recht mit sich bringet / noch besser** fortificiren mögen/ Ihnen hierüber ertheilen und außfertigen lassen wollen/ wie dann auch nichts minder Ihr Kayserl. Majestät selbst eigener gnädister Wille und Meinung hieran vollbracht und vollenzogen worden.

Zu Urkund Wir diesen Brieff mit Unserm Fürstlichen Insiegel bedrücken lassen / und denselben mit eigenen Handen unterschrieben haben. Geben zu Lawenburg in Nieder-Sachsen/ den ersten Tag deß Monaths Septembris/ im 1627. Jahre.

Albrecht Hertzog zu Friedland/ ꝛc.

Als haben Wir solchen nach / vorgeschriebene/ von unsers Lieben Oheimben deß Hertzogs zu Friedland L. obberührter Statt Magdeburg ertheilete Concession, über obangeregte demolirung und Fortification besagter Statt / auß obangezogenen trefflich: und erheblichen Ursachen; und daß mehrberührte Fortification allein zu Abbruch/Verhütt: und Vorkommung/der biß dato von unsern widerwärtigen Feinden fast stättiges vorgehabten feindseeligen Beginnen und machinationen, hergegen aber zu unserer Kayserlichen Armada und Kriegs-Volck/ als eines vornehmen **an dem Elbstrom gelegenen Platzes und Passes** / Behueff und assecuration, angesehen und gemeinet ist / auch in sonderbarer Erweg: und Betrachtung/ der weiland unseren Hochgeehrten Vorfahren am Reich / Römisch: Kaysern und Königen/und Uns selbsten seithero unserer angetrettenen schwären Kayserlichen Regierung/von offtbenandter Statt Magdeburg erzeigter Gehorsam unverdrossen / gantz willig: und ersprießlicher Diensten / in deme Sie zu Erweisung und rechtschaffener Bezeigung Ihrer gegen Uns / als ihren von Gott vorgesetzten rechten Herrn und ungezweiffelten Ober-Haupt tragender gehorsambister devotion, und Trew / unlängst zu besserer Unterhaltung unsers Kayserl. Kriegs-Volcks / auff gepflogene Tractaten und Accordirung/ 133000. Reichsthaler/ auff verglichene unterschiedliche Termin zu entrichten zugesaget und versprochen: auch solchen ihrem gethanen gehorsamist: und löblichen Anerbieten gemäß/ bereit etliche Fristen erleget und dargegeben haben/auß Römisch: Kayserl. Macht und Gewalt/ Vollkommenheit/mit guten Rath/ rechten Wissen/und auß selbst eigener Bewegnüß/ confirmiret und bestättiget / thun das auch confirmiren und bestättigen Ihnen solche mehrberührte Concession hiermit wissentlich/in Krafft dises Briefs/ auß mehrbesagter unserer Kayserl. Macht und Gewalt/ Vollkomēnheit und eigener wolgeneigter Bewegnuß / und meinen / setzen und wollen/ daß solche offt angeregte von unsers Lieben Oheimben / deß Hertzogen von Friedland. L. obbenandter Statt Magdeburg gethan: und gegebene Concession, in allen und jeglichen ihren Inhalt/ Worten/ Clausulen/ Mein: und Begreiffungen allermassen selbige hiebevor geschriebē stehet/stätt/

fest

fest und unverbrüchlich seyn und bleiben/und darwider von niemanden/ wer der auch sey/ in: oder ausser Rechtens / jetzt oder künfftig nichts gehandelt/ procediret und vorgenommen werden solle.

Und gebiethen darauff allen und jeden Churfürsten/ Fürsten / Geistlichen und Weltlichen/ Prälaten / Grafen / Freyen / Herren / Rittern/ Knechten / Landvögten/ Hauptleuthen/ Vitzthumben/Vögten/Pflegern/ Verwesern/Amptleuthen / Land-Richtern / Schultheissen/ Burgermeistern / Richtern / Räthen / Bürgern / Gemeinden / und sonsten allen andern/ Unsern und deß Reichs Unterthanen und Getreuen / weß Würden / Standes und Wesens die seyn / ernstlich und vestiglich mit diesem Brieff/ und wollen/ daß Sie obbemelte Statt Magdeburg bey solcher vorgeschriebener und von Uns confirmirter und bestättigter Concession, alles Inhals bey ihren Würden / Puncten / Worten / Clausulen / Mein: und Begreiffungen / wie vorgemeldt / seyn und bleiben/ sie an Abbrech: und Demolirung vorberührter beyder Vorstätte / **so weit es Ihnen gefällig**/ und Ihnen ihrer vorhabenden Fortification schädlich seyn mag / keines wegs hindern noch irren; Sondern dieselbe bey bemelter Fortification **umb und umb der Statt / wie es Vestungs-Recht mit sich bringet** / und bey berührter Concession und Unserer hierüber proprio motu ertheilter Confirmation, ruhiglich und unperturbiret verbleiben lassen / darwider nicht thun / noch andern zu thun verstatten / in keine Weiß noch Wege / als lieb einem jeden sey Unser und deß Reichs schwäre Ungnade und Straffe/ und darzu ein Pöen / nemblich Hundert Marck Lötiges Goldes zuvermeiden / die ein jeder so offt er freventlich hierwider thäte / Uns halb in Unser Kayserl. Cammer / und den andern halben Theil vilernannter Statt Magdeburg unnachlässig zubezahlen verfallen seyn solle. Mit Urkunde dieses Brieffs besiegelt / mit Unserm Kayserlichen anhangenden Insigel / der gegeben ist auff Unserm Königlicheu Schloß zu Praag den 17. Februarij / nach Christi Unsers Lieben HErrn Geburth / 1628. Unsere Reiche deß Römischen im Neundten / deß Hungarischen im Zehenden / und deß Böheimischen im Eylfften Jahre.

Ferdinand.

Ut

Peter Heynrich von Stralendorff.

Ad Mandatum Sac: Cæs: Majestatis proprium.

Arnoldus Clarstein.

Memorabile est, quod de civitatis hujus excidio *anno* 1631. à Tilliano milite, igne immisso facto *anno* 1558. Petrus Lotichius singulari Elegia ad Joachimum Camerarium perscripta, ita vaticinatus est:

Si vacat arcanis aures præbere querelis,
Nec data per lævas, somnia spernis aves:
Accipe, quæ primis, Joachime, cadentibus astris,
Accipe, quæ vidi, cum foret orta dies.
Nox erat, & placidos spargebant sydera somnos,
Quos levis aëria devehit aura via.
Plaustraque mænalia dum custos flecteret ursæ,
Somnia sunt curas hæc imitata meas.
Flumen erat, dubito, fuerit num Rhenus an Ister,
Spumifer aut Albis? sed reor Albis erat.
Stabat arenoso Vetus urbs in margine ripæ.
Omne cruentato milite cincta latus,
Castraque spectabat virgo de mœnibus altis,
Fallor, an in læva serta fuere manu?
Flebat, & invitis miscebat fletibus iram,
Turrigero longas vertice scissa comas.
Ergo fremens, quis me manet exitus, inquit? an ultra
Sors mea quo tandem progrediatur habet?
En ego, quam novi tot secula fortiter urbem,
Nobile cui de nomen habere dedi.
Efferus ex imis evertere sedibus hostis
Nititur, & veniæ jus superesse negat.
Hic pietatis honos; ea libertatis amatæ
Gratia? quid fieret, si scelus ausa forem?
Prosit, & excuset, quod sum mihi conscia recti
Et caput in patria nulla quod arma tuli.
Sed prodesse parum est: labes hinc prima malorum,
Hoc miseræ (verum si profitemur) obest.
Mœnia debueram natalia prodere, texi:
Fida nec innocuis civibus esse, fui.
At decus hinc nostræ quondam meruere puellæ,
Ad quas & populi summa relata fui
Gratia vindicibus jam nulla rependitur armis,
Cum tulerint aliæ præmia, plector ego.
Quid faciam? qua spe nitar? quo lumina flectam?
Unde petam fessis perdita rebus opem?
Non mea connubiis operatur in urbe juventus
Pace bona casti gaudet amoris opus.
Squalida vastatis apparent frugibus arva:
Hostis ab agricola non sinit arva coli.
Nec lego purpureos inserta recentia flores:
Non mihi flos pratis mollibus ullus hiat.
Funera bis vidi campis indigna meorum,
Damna bis adverso tristia Marte tuli.
Heu mihi, qualis erit (quod abominor) exitus urbis
Concidet hostili si reserata manu?
Quis tenerum pavidæ latus hauriet ense puellæ,
Virginitas cujus præda latronis erit.
Hæc, oculi quæcunque vident, cinis omnia fient,
Utraque dicetur flebile ripa solum.
Ergo dies veniet, qua mœnia nulla tuebor,
Parvaque restabit nominis umbra mei.
Quaque fuit murus, terram proscindere arator
Urbsque sub his dicet collibus alta fuit.
Quid gravius Victore Geta, miseranda tulissem,
Cæsare, quam magno bella gerente fero?
Atque utinam sævi potius mea Viscera Thraces,
Persaque, & extremus dilaceretur Arabs.
Hoc tamen infelix casus solarer acerbos:
Vulnera cognata sunt graviora manus.
Majorum tumulos, sacrosque Tuistonis umbras
Testor, & hæc tacito sidera fixa polo,
Me servasse fidem: Si mentior ultima nunquam,
Quæ patior tantis hora sit ulla malis.
Et tamen ut furiis insurgit atrocibus hostis:
Si libet in cineres sæviat illa meos.
Herbiferæ valles, gelidiq; in vallibus amnes,
Quicquid & in terris dulce relinquo vale:
Este mei memores ripæ, Nymphæque sorores.
Longa mea in vestris regna fuere locis.

Plura

Plura querebatur, nostro sed protinus omnis
Corpore defluxit somnus, & orta dies.
Mœstus & obscuræ turbatus imagine noctis,
Sub matutini lumina solis eram.
Montis inaccessi radicibus adjacet imis
Lacus, ubi variæ consociantur aves.
Est sacer arbustis, vastisq; recessibus horror,
Per medium raucæ volvitur amnis aquæ.
Hic trepidæ Speciem repetens in valle quietis,
Ergo quod (ajebam) somnia, pondus habent?
Cur nimium memini? verisque simillima vidi
Languidus aurorâ cur oriente fui?
Dum queror & variis turbatus obambulo curis,
Mobilis arboreas impulit aura comas.
Ecce quatit rapidis Jovis armiger aëra pennis,
Albus & incurvis unguibus hæret olor.
Nulla fuga est capto: Spectantque silentque volucres,
Aspera dum fulvæ perpetis arma timent.
At vigil, auroram qui cantibus evocat ales
Audet ab aeriis obvius ire jugis.
Tunc volucer sævas exercitus undique pugnas
Suscitat, alarum plausibus antra fremunt.
Interea removent subeuntia nubila solem,
Præsagique micat fulminis igne polus.
Terreor, & vanos reor hac quoque fingere somnos,
Sed patulâ vigilans ilice nixus eram.
Mox paucæ redeunt, & ovantes sole reducto,
Paulatim molli pace fruuntur aves.
Et nive candidior, veluti jam fata vocarent,
Fundit olor dulces ad vada nota sonos.
Protinus exclamo, superi mea visa secundent:
Inque Notos, quicquid triste minantur, eat;
Nec minus indigenis voveo mea munera Nymphis,
Et palmis haustas libo duabus aquas.
Hæc tibi, cui fas est casus aperire futuros,
Carminibus volui non reticere meis.
Plura quidem vidi, sed quæ celanda putavi,
Valle sub arcana cætera quercus habet.

LV. Mantua. Imperii civitas eine Kayser
99 Statt dicitur à Papa Clemente. VII. apud Hord-
lederum *de caus. bell. Germ. lib. 1. cap. 15. pag. 76.*
100 & Dux Mantuæ Imperii Vasallus, Vicecellarius
Imperii apud Hordleder. *d. lib. 1. c. 27. pag. 105.*
Id quod controversiæ inter Ducem Mantuæ &
Nivers, & inde arma nuper exorta, satis demon-
strant. Unde quoque in Imperii Germanici pa-
trocinio ac fide se esse profitetur, Franc. Vivius
commun. opin. 691. n. 19. Bodin. *de republ. lib. 1.*
c. 9. fol. 192. Et Carolus V. Ludovicum Sfortiam
tanquam Imperii Principem in pristinum sta-
tum restituit, Andr. Knichen. *in velit. apolog. n.*
101 *105. seq.* Hodie, ut reliqui Italiæ Principes ferè
omnes, non nisi comiter Imperii majestatem ob-
servat, Remig. Fesch. *de fœderib. conclus. 7. lit. N.*
102 *LVI.* Mastricht. Mastricetum superius ad
Mosam oppidum liberum, neminem agnoscens
Dominum, præter Imperium, & Brabantinos,
ad Episcopum Leodiensem, protectores, solli-
citantibus vehementer Brabantinis, tempore
Caroli V. juribus Imperii exempta est, ne lice-
ret ab eo oppido, ut antea Aquisgranum, & de-
inde ad judicium Cameræ Imperialis provoca-
re, conniventibus Imperii ordinibus, magno
suo malo, ex Huberto Thoma Leodio de Fride-
rici II. Palatini vita *annal. lib. 13 pag. 260.* Joh.
Limnæ. *de jur. publ. tom. 4. lib. 1. cap. 9. n. 55.*

LVII. Metz/ Tull/ Verdun. Metim, Tul- 103
lum & Verodunum, olim civitates fuisse Impe-
riales, ex variis Imperii constat matriculis, apud
Limnæ. *de jur. publ. tom. 2. lib. 4. cap. 7. fol. 163. &*
tom. 4. lib. 4. cap. 7. fol. 569. Verùm has civitates
Galliarum Rex sub specie & jure protectionis
ab Imperio avulsit & sibi subjecit, vulnere satis
recente Thuan. *histor. lib. 9.* Vietor *de caus. ex-*
empt. concl. 2. Sed an justè Henricus. II. Gallia-
rum Rex, Metim, Tullum, Verodunum, occupa-
rit, & an justè easdem Galli huc usque detinue-
rint, vide Limnæ. *d. l. tom. 4. lib. 7. cap. 32.* Quic-
quid autem sit, lis hæc per pacificationem Mo-
nasteriensem Westphalorum nuper anno 1648.
inter Imperium Romanum & Regem Franciæ
§. primò ad supremum. ita composita & decisa
est: Supremum dominium, jura superioritatis,
aliaque omnia in Episcopatus Metensem, Tul-
lensem, & Verodunensem, urbesque cognomi-
nes, eorundem Episcopatuum districtus, & no-
minatim Meyenvicum, eo modo, quo hactenus
ad Romanum spectabant Imperium, imposte-
rum ad Coronam Galliæ spectare, eique incor-
porari debent, in perpetuum, irrevocabiliter,
reservato tamen jure metropolitano ad Archi-
Episcopum Trevirensem pertinente.
LVIII. Modena. Hanc civitatem imme- 105
diatè ad Imperium pertinere, testatur Imp. Ma-
ximilianus I. im Schreiben *anno 1510.* an Pfaltz-
graf Ludwigen Churfürsten/ apud Goldast. in
Reichs-Satzungen. *fol. 94.* Quæ postea Duci
Ferrariensi ab Imperatore & Imperio in feudum
concessa, idem Imp. Maximilianus, wider den
Pabst/ apud Goldast. *d. l. pag. 94.*
LIX. Maynz. Moguntia, Maguntia, Mo- 106
gontia, Moguntiacum, Maguntiacum, Mogon-
tiacum, non ex conjugio Magi & Ciæ nomen
inditum habet, ut vult Georg. Fabric. *Hodœpor.*
nec à Trojano quodam Mogancio, vel Mago-
rum Duce, conditore sic dictum (Moguntia e-
nim à Magorum Duce condita dicitur, qui an-
no 1362. ante Christum natum una cum suis à
Treviri relegatus, Moguntiæ sedem fixit, unde
vulgatũ illud natum fertur. *Moguntia ab antiquo*
nequam.) sed à Mœno fluvio, qui Mogonus ap-
pellatus, nomen accepisse videtur, cum ibi
Mœnus cum Rheno affluat, Irenic. *lib. 12. Germ.*
Exeg. verb. Moguntia. Braun. *lib. 1. civit. orb.*
terr. n. 73. Dresser. *par. 5. Isagog. hist. verb. Mo-*
guntia. Olim fuit civitas Imperialis, & Imperio 107
immediatè subdita, testibus Munster. *lib. 3. Cos-*
mograph. cap. 181. Casp. Klock. *de contrib. cap. 5*
n. 54. Merian. *in topograph. Archi-Episcop. Mogun-*
tin f. 5. ubi attestatur, eandem ab Archi-Episcopo
suo Adolpho de Nassau per vim anno 1462. oc-
cupatam, cives partim cæsos, partim in exilium
missos, vetus ipsius regimen abolitum, & civita- 108
tem ipsam Archi-Episcopo planè subditam
factam, & quo melius sub ipsius jugo detinere-
tur, ipsum ibidem castrum fortissimum extru-
xisse, Wilhelm. Kyriander. *in coment. de Augusta*
Trevirorum, part. 17 fol. 225. Et de eadem refert
Stumpff. *Chron. Helvet. lib. 2. cap. 37.* Pabst Pius
hat Dietrichen von Isenburg deß Bistumbs
entsetzet/und an seine statt gesetzet Graf Adolphen
von Nassaw/ dieser hat mit Hülffe/ anderer anno
1462.

1461. den 27. Octob. und durch Verrätherey etlicher Burger Maintz eingenommen. Hiemit ist die altherrliche berühmte Statt Maintz/hiebevor dem Reich gehörig/ eine Fürsten-Statt worden/ unter das Joch gebunden / und dem Adler aber eine Feder entfallen.

109 *LX.* Mühlhausen im Sundgaw. Mulhusium Sundgaviæ olim quoque fuit civitas Imperialis, & ad Comitia vocata, sed per Helvetios exempta, hodie non comparet.

110 *LXI.* Neuwmegen. Neomagium feudum & oppidum est Sacri Romani Imperii, cui jus monetæ cudendæ est, unde ab eo non appellatur ad Cancellariam Geldriæ, sed Aquisgranum, quorsum etiam in agnitionem immunitatis, per hominem certum, chirothecam pipere plenam mittit, Guicciard. *in description. Belg. pag. 150.*

111 *LXII.* Neuenmarck / in der Obern-Pfaltz. Hanc civitatem inter Imperiales, & in antiquis Imperii registris & matriculis reperiri, testatur ex Zeiler. *contin. itinerar. German. cap. 1. pag. 34.* Johan. Limnæ. *de jur. publ. tom. 4. lib. 4. cap. 7. fol. 582.*

112 *LXIII.* Nieder-Wesel. Vesalia, quod olim civitas fuerit Imperialis, veteres attestantur Imperii matriculæ, ubi ipsi impositi leguntur Equites quinque, & quinquaginta pedites, apud Limnæ. *tom. 2. lib. 4. cap. 7. fol. 100. & 121. & tom. 4. ibid. fol. 572.* Sed hodie à Ducibus Juliacensibus & Clivensibus, ejusque Ducatus possessoribus exempta, Limnæ. *d. tom. 2. libr. 4. cap. 7. fol. 164.* & desuper lis in Camera Imperiali adhuc indecisa pendet, Reinking. *de regimin. secul. libr. 1. class. 4. cap. 21. in fin.* Et de hac civitate Nieder-Wesel / an sit civitas Imperialis, ita scribit author *decision sive præjudic. Camer. Imper. tom. 3. verb. Civitas.* Quod quidem in matricula Imperii reperiatur, & præterea dicant, quod in causis illorum, quæ Aquisgrani deciduntur, immediatè appellatur ad Cameram. Ergò civitas sit Imperialis. Sed respondet, Aquisgranenses ex privilegio quorundam Imperatorum habere aliquod judicium, quod vocatur Schöffen-Stul / ubi quælibet partes, præsertim vicinæ, quales sunt Vesalienses, se mutuò conveniant, & ab illo Cæsareo privato, quod est instar Rotwilensium, appellant ad Cameram Imperialem. Et ita Vesaliensium causæ ad Cameram, non tanquam ipsi immediatè Imperio subjecti sint, sed ex privilegio judicii per appellationem rectè devolvuntur. Sin verò litigant Vesaliæ, appellatur inde ad Ducem Clivensem.

113 *LXIV.* Oderheim. Hanc civitatem Imperialibus annumerat Munster. *Cosmograph. lib. 3. cap. 24.*

114 Oppenheim. Hanc quoque civitatem inter Imperiales refert Munster. *d. l.* ubi ait, daß König Ruprecht / der Pfaltzgrafe / Oppenheim / Ingelheim und Kayserslauttern / seinem Sohn Ludwigen Pfaltzgrafen / und seinen Erben verschrieben/im Jahr 1402. umb hundert tausendt Gulden. Aber die andern sprechen/es sey also zugangen: Nach dem Carolus der Vierdte an das Kayserthum kam / hätte Er gern seinen Sohn Wenceslaum promovirt/daß er nach Ihm Kayser würde/ darumb verhieß Er den Chur-Fürsten groß Gut/daß sie ihn erwehleten/ und wie Æneas Sylvius in Bohemia schreibet / verhieß er einem jeglichen Churfürsten hundert tausend Gulden/ und gab ihnen die grosse Zöll / so an dem Rhein ligen/dann er hatte nicht so viel bahres Gelds/daß er sie alle möcht vergnügen.

LXV. Paderborn. Inter civitates olim imperiales, sed hodie ab Episcopo Paderbornensi exemptam, Paderbornam refert, Joh. Limnæ *d. tom. 4. lib. 4. cap. 7. fol. 581.* 115

LXVI. Parma. Hæc urbs variam sensit fortunam, primùm Imperio paruit; deinde aliquoties Vice-Comitibus Mediolanensibus addicta; postea à Gallis subacta; tandem Ecclesiæ Romanæ incorporata cum Placentia; utrumque Ducatum Petrus Aloysius Farnesius *anno 1543.* à Paulo III. gubernandum accepit, Münster. *Cosmograph. lib. 4. cap. 50.* & ita imperio jus suum præcidit, Remig. Fesch. *de fœderib. conclus. 7. lit. P.* 116

LXVII. Passaw. Patavium, Bathavia, vetus quoque extitit civitas imperialis amœnissima, teste Hopinp. *de jur. insign. capit. 6. num. 1083.* Abraham. Saur. *in theatr. urb. pagin. 251. anno 1662.* tota igne consumta. 117

LXVIII. Pisa. Hanc civitatem immediatè ad Imperium pertinere, testatur Imperator Maximilianus I. apud Goldast. in Reichs-Handelungen. *pag. 64.* Limnæ. *de jur. publ. tom. 4. lib. 1. cap. 9. n. 57.* ab Imperatore Carolo Quarto duodecim mille aureis libertatem emit, Marta *de jurisdict. part. 1. cap. 33. n. 108.* Quam tamen Florentini *anno 1509.* subjugarunt, quorum jurisdictioni adhuc paret, Alphons. Modit. *in §. plebiscitum dub. 24. num. 10.* Marta *d. cap. 33. num. 103.* 118

LXIX. Quetlinburg. Hæc quoque civitas olim fuit Imperialis, & in Imperii matricula comprehensa, quam tamen hodie Abbatissa Quetlinburgensis exemit, Limnæ. *tom. 4. lib. 4. cap. 7. fol. 581.* 119

Ratolffzell/ wird in der Cession der Reichs-Steur Herrn Conrads von Weinsperg/ Ritters eine Reich-Statt genandt / *anno 1430.*

LXX. Rens. Rense civitati ad Rhenum privilegia sua, quoad immunitatem vectigalium, pro sustentando tribunali, sive subsellio Regali, cui Romanorum Rex insidere solitus fuit, adhuc anno Christi 1521. confirmata leguntur, apud Limnæum *d. tom. 4. libr. 4. cap. 7. fol. 582.* Zeiler. *continua. itiner. German. cap. 1. pag. 34.* 120

Riga / vide *cap. seq. verb.* Livonia.

LXXI. Rostoch. Rostochium olim civitatem Imperii fuisse, & regalia veluti civitatem Imperialem, statumque Imperii adhuc retinere, & summam Imperii umbram penes Principes Megapolitanos esse, tradit Thuan. *histor. lib. 56. n. 28.* Joh. Adam Dapp. *de civitat. German. part. 1. cap. 10. num. 3.* Et hanc civitatem in Comitiis Norimbergensibus *anno 1467.* in matriculam relatam esse, constat ex relatis *supra lib. 1. cap. 3. num. 57.* Et Rostochienses jus titulo emptionis sibi adquisivisse, ex contractu celebrato cum Duce quodam Megapolitano, *an. 1358.* 121

cum-

eumque contractum ab Imperatore Ferdinando I. confirmatum fuisse, ut prætergressa Ducali curia Megapolitana Lubecam appellent, scribit Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 1. cap. 7. num. 360. add.* Limn. *de jur. publ. tom. 4. lib. 7. cap. 44. fol. 536.* Et huic civitati jus cucudendæ monetæ aureæ & argenteæ adscribit. Petr. Bertius *rer. German. lib. 3. pag. 653.*

Verùm qua fide, vel auctoritate hæc nitantur, se ignorare scribit Ernest. Cothman. *respons. Academ. 47. num. 22.* eandemque hanc civitatem Ducibus Megapolitanis subditam esse pluribus evincere conatur, & quidem 1. quod à Ducibus Megapolitanis ea ex viculo quodam piscatorio primùm in oppidulum redacta, postea verò muro cincta, & fossis munita, & in rectiorem urbis formam instaurata, ædificatione autem dominium adquiratur, *l. adeò. §. cum in suo. ff. de adquir. rer. dom.* 2. Quod Duces Megapolitani ex singulari gratia ipsi Rostochio privilegia concesserint, & quorum collatione jus eminens demonstretur, *c. licet causam. x. de probat.* Bart *in l. omnes populi. ff. de justit. & jur.* 3. Quia Duces non solùm jus superioritatis, sed & merum mixtumque imperium, omnemque jurisdictionem exercuerint. Idque 4. ex literis jurisdictionis, majorisq;, medii ac minoris judicii, *anno 1538.* civitati Rostochiensi certo modo venditi, evidentissimum fieri. 5. Et quod jurisdictione & imperio certo modo vendito, Duces Megapolitani in hac civitate nihilomnių jus superioritatis & dominium retinuerint, & Academiam fundarint. 6. Idem quoque probare videntur insignia Civitatis, quæ sunt Ducum Megapolitanensium. 7. Pro hac sententia infinita documenta ex Archivis publicis produci posse, quorum plura se vidisse scribit Cothm. *d. l. numer. 29.* 8. Quod ipsi Consules & Senatores, licet aliquoties se à jurisdictione Ducum suorum eximere, & à contributionibus immunes se facere adnisi, illa tamen res fœliciter non successerit, sed ipsi in singulis literis propria subscriptione, ad ipsos Duces confessi fuerint, oppidum Rostoch Ducum Megapolensium hæreditariam & subditam civitatem esse, contributiones quoque in Comitiis provincialibus decretas solverint, & quod hæc res in contradictorio judicio tractata, & tandem pro Ducum superioritate & jurisdictione decisio facta sit. 9. Quod ipsa civitas omni tempore, quo provincialia Comitia conscripta, fœdera facta, & similes actus publici celebrati, veluti provinciæ membrum, vocata, & submissè comparuerit, 10. Rostochium in Ordinationibus provincialibus & curialibus descripta, easdemque observavit, 11. Quod jus monetæ cudendæ, & alia similia jura compedentia, non ab Imperatotibus, sed ex speciali gratia, & tanquam jura quædam singularia, ex privilegio Ducum Megapolensium obtineant 12. Quod ab omni hominum memoria oppidum Rostoch Ducibus, Megapolensibus homagium præstiterit, atque etiam hodie præstet. 13. Quod ipsa oculorum inspectio & rei evidentia probet, oppidum Rostoch / ditione & provincia Ducum contineri, 14. Quod ipsa civitas recessibus provincialibus, den Lands-Abschieden / parere teneatur. 15. Civitas hæc Ducibus Megapolensibus ad horum voluntatem portas aperit. 16. Si necessitas postulat, Duces Megapolenses jus & potestatem habent, oppidum suum Rostoch ad arma vocandi. 17. Ipsi Duces Rostochiensibus delinquentibus gratiam facere possunt. 18. Huic civitati justitiam admnistrant. 19. Duces possunt & solent contra oppidum Rostoch inquirere, idque per fiscalem suum, si casus incidat, in jus vocare. 20. Rescriptis & mandatis Ducalibus justis & legitimis obedire tenentur Rostochienses. 21. Duces sua edicta, rescripta & mandata in oppido Rostoch publicare & affigere solent. 22. Ipsi Duces Rostochiensibus plura jura ex mera clementia indulserunt, quod dominium præsupponit. 23. Cives etiam honestissimi, quoties jusjurandum magistratui suo præstant, ante omnia & imprimis ipsis Ducibus id præstare tenentur. 24. Dux Megapolensis Burevinus oppido suo Rostoch concessit jus statutorum Lubeccensium, & indulsit, ut vel Lubecam, vel ad curiam Ducalem appellent. 25. Oppidum Rostoch à Ducibus Megapolensibus & ipsorum majoribus conditum esse, ipsisque semper paruisse, scribit Petr. Lindeberg. *lib. 1. Chron. Rostoch. cap. 6.* Et denique 26. addit Cothman. se ne unum quidem actum, in archivis diligenter pervestigatis, vel etiam in historicis probatis reperire potuisse, qui ostendat, ullo unquam tempore Rostochium immediatè civitatem Imperialem fuisse.

Quidquid autem sit, cum Rostochium certa quædam & singularia privilegia, & jura quoque regalia ab Imperatoribus obtineat, eaque ab Imperatoribus confirmari soleant, eandem inter civitates mixtas referendam esse censeo, de quibus *supra lib. 1. cap. 3.*

LXXII. Saltzburg. Inter liberas quoque Imperiales civitates Salisburgum refert. Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 2. cap. 1. num. 85.* Sed hanc hodie non esse Imperialem, sed Episcopo loci subditam, per se notum est. 124

LXXIII. Sarburg / Sarbruck / Kauffmans Sarbruck. Saræpontum civitatem fuisse Imperialem, docet matricula apud Johan. Limnæ. *de jur. publ. lib. 4. cap. 7. fol. 98. & fol. 121. & 164.* ubi ipsi equites duo, & pedites novem assignati leguntur. Et Archi-Episcopum Trevirensem Boëmundum ab Imperatore Rudolpho impetrasse, quod hanc civitatem ex potestate sua Regali, ea libertate donarit, in quam aliæ civitates, ex Regali munificentia, poni soleant, refert Wilhelm. Kyriander *in annalib. August. Trevirens. part. 3.* Sed hodie civitas hæc ab Episcopo Metensi, & Lotharingiæ Duce eximitur, Limnæ. *d. capit. 7. fol. 164. & tom. 4. fol. 572.* 125

LXXIV. Schaffhausen. Schafhusia quondam quoque civitas fuit Imperialis, & in matriculis Imperii ipsi equites septem, & pedites septuaginta quinqe adscripti inveniuntur, apud Limnæ. *tom. 4. libr. 4. cap. 7. fol. 572.* Quæ cum aliis à Ludovico Bavaro ab Imperio primum alienata, hodie cum reliquis Helvetiæ civitatibus Imperio amplius non paret, de quibus *cap. seq. n. 30. & seq.* 126

LXXV.

127 *LXXV.* Senis / Sena. Senensis Respublica olim quoque Imperio Romano paruit, prout testatur Imperator Maximilianus I. apud Goldast. in Reichs-Satzungen. *pag. 64.* Sed postea decem millibus coronatorum ab Imperatore Henrico IV. libertatem comparasse scribitur, Bodin. *de republ. lib. 1. cap. 9.* Et licet hodie Magno Duci Hetruriæ mancipata, nihilomnius tamen Imperii civitatem liberam remanere & dici, refert Johann. Limnæ. *de jur. publ. tom. 1. lib. 1. cap. 9. num. 64.* Sed Imperatori superioritatem hodie denegat, Dec. *cons. 580. num. 2.* Et jus suum in Cosmum Florentiæ Ducem titulo donationis transtulisse, scribit Sleidan. *comment. libr. 24.* Andr. Knichen. *in velit. apolog. num. 6.* De Senensi Republ. in pacto quod pepigerunt Romani, cum Friderico Imp. anno 1167. apud Goldast. *tom. 1. quæst. Imp. pag. 283.* legitur: Juraverunt præsentes & jurabunt futuri Senatores & totus populus Romanus, Domino Friderico Imperatori fidelitatem, & quod juvabunt eum coronam Imperii Romani retinere, & quod nunquam erunt tàm in consilio quâ in facto, ubi Dominus Imperator mala captione capiatur, vel membrum perdat & aliquod detrimentum in persona patiatur & quod senatum non nisi per eum & per nuncium suum ordinabunt, sine fraude & malo ingenio.

128 *LXXVI.* Sund / Stralsund. Sundium in matricula de anno 1471. Equites sibi assignatos habuit decem, & pedites viginti, apud Joh. Limnæ. *de jur. publ. tom. 4. lib. 4. cap. 7. fol. 581.* Hodie à Pomeraniæ Ducibus eximitur, à quibus tamen per emptionem anno 1314. Senatum Strahlsundensem jus adquisivisse, ut ab ipsius sententiis Lubeccam appelletur, non etiam ad Curiam Ducalem, prætenditur, Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 7. num. 361.*

129 *LXXVII.* Soest / Susatum. Susatum Imperialem fuisse civitatem, non solum Aquila, quam Patroclus, sigillum Susatense tenens, clypeo inscriptam habet, sed & antiquior matricula ostendit, Johan. Angel. Werdenhag. *part. 4. rer. Hanseat. cap. 2. pag. 842.* Reinking. *de regimin. secul. class. 4. c. 21. in fin.* Et in veteribus matriculis Susato viginti Equites, & centum & viginti pedites assignatos refert Limnæ *de jur. publ. tom. 4. libr. 4. cap. 7. fol. 572.* idemque observantia de non appellando, nisi ad Cameram Imperialem, demonstrat Jul. Magenhorst *in Comment. ad Ordin. Camer. Imper. part. 2. tit. 28. reg. 1.* ubi usu obtinuisse refert, quod à Scabinis in Gülich / Aach / Goßlar / Hamburg / Hervord / Lemgo / Soest / item vom Thum-Capitul zu Hamburg / ad Cameram appellari soleat, Thom. Michael. *de jurisdict. conclus. 54. lit. C.* Zach. Vietor *de caus. exempt. conclus. 36.* Johan. Limnæ. *de jur. publ. lib. 7. cap. 23. num. 7.* Quod etiam comprobat Werdenhag. *d. loc.* ubi ait, adhuc tredecim civitates Westphaliæ liberas numerari, ut sunt, Colonia, Aquisgranum, Vesalia inferior, Marcodurum, (Düren) Cameracum, Tremonia, Susatum, Duysburgum, Hervordia, Brachel, Wartburg, Lemgovia,
130 Werdena. Verum hanc Civitatem Duces Juliacenses & Clivenses exemerunt, & nunc ipsorum successores detinent, de quo adhuc in Camera Imperiali lis indecisa pendet, Reinking *d. cap. 21. in fin.*

Theuren / vide Deuren.

LXXVIII. Solothurn. Solodurum civitas 131
antiquissima, juxta illud:

In Celtis nihil est Soloduro antiquius, unis
Exceptis Treveris, quarum ego dicta soror.

Inter civitates Imperiales refertur à Munster. *in Cosmograph. lib. 3. cap. 24.* Sed anno 1488. Helvetiorum fœderi se associavit.

LXXIX. Trier. Treverim civitatem olim 132
fuisse Imperialem, constat ex traditis Wilhelmi Kyriand. *in annal. August. Trevir. part. 17.* & Pont. Heuter. *in histor. nov. & veter. Belg. libr. 5. cap. 5.* quorum verba refert Johan. Limnæ. *de jur. publ. tom. 3. lib. 7. cap. 48.* Verum de hujus 133
civitatis libertate inter Archi-Episcopum Trevirensem, & ipsam Civitatem diu lis & controversia maxima exorta & agitata, per Imperatorem Rudolphum II. *18. Martii Anno 1580.* sententia pro Archi-Episcopo lata ita terminata fuit: Demnach erkennen Höchstgedacht Ihre Kayserliche Majest. Erstlich in Sachen hochernantes Chur-Fürstens zu Trier / Klägers an einem / wider bemeldte Burgermeister / Schöffen / Rath / und gantze Gemein / der Stadt Trier / Andern Theils / auff die eingebrachte alte Privilegien / Documenten / Kayser Carls deß Vierdten gegebene Urthel / Regalien / Verträg / und allem andern Fürbringen nach / zu Recht / daß die Statt Trier hochgedachten Kläger Eigenthumlich / vel quasi, cum mero & mixto imperio, directis & utilibus dominiis, und aller jurisdiction, Hoch- und Obrigkeit / zugehört habe / und noch zugehöre / daß auch ein Ertz-Bischoff und Chur-Fürst zu Trier / der Statt Trier rechter Herr / ordentliche Obrigkeit und Lands-Fürst / bißher gewesen / und noch seye / und von den Beklagten / auch gantzer Statt Trier / dafür gehalten und erkennet werden sollen; Und daß dahingegen die Beklagten eines Ertz-Bischoffen und Chur-Fürstens zu Trier / und also klagenden Chur-Fürstens / ungezweiffelte und ungemittelte Unterthonen / und ein Glied der Ertz-Bischofflichen / Churfürstlichen Trierischen Landschafft seyen und bleiben sollen. Und derowegen klagendem Churfürsten / als ihrer Obrigkeit und Lands-Fürsten / jetzo und fortan / auff der Regierenden Ertz-Bischoffen und Churfürsten Begehren / gleich andere Churfürstliche Stätt und Unterthonen / zu huldigen / allen Gehorsam zu leisten / auch sampt und sonders / der Ertz-Bischofflichen / Churfürstlichen jurisdiction und Hoff-Gericht ohne Mittel / unterworffen / demselbigen zu pariren / und auff Fürforderung / zu Verhör / deßgleichen zu gemeinen Land-Tägen / zu erscheinen / und was daselbst ingemein geschlossen / vollziehen zu helffen / und dann die Reichs- und Land-Steuren / auch andern gemeinen oneribus und Beschwerden pro rata gleiche Bürden mit den andern deß Churfürstlichen Ertz-Stiffts Ständen / Stätt und Pflegen / zu tragen / die noch außständige / articulirte und unbezahlte Reichs-Steuren / zu bezahlen schuldig seyn sollen. Daß auch

klagenden Chur-Fürſten/als der ordentlichen Obrigkeit und Lands-Fürſten/die Verwahrung der Statt/ derſelben Maureu/ Thürn und Pforten gebühre / und die Beklagten jederkeit klagendem Churfürſten / und Seiner Churfürſtlichen Gnaden Nachkommen/dem Ertz-Biſchoffen zu Trier/ als Ihrer Obrigkeit und Lands-Fürſten/auff dero / oder deren Gewalthaber geſinnen / zu Ihrer Nothdurfft und Gelegenheit/die Schlüſſel zu den Pforten und Thürnen zu liffern/ und zu übergeben/auch præſidia militaria zur Nothdurfft einzunem̃en ſchuldig ſeyen : Jedoch ſo lang die Schlüſſen zu der Statt und derſelben Thürnen und Pforten in Handen und Gewahrſam der Beklagten/ auß Vergünſtigung und Zulaſſung deß klagenden Churfürſten/und deſſen Nachfolger/gelaſſen/und bleiben werden / daß ſie / die Beklagte / ſolche Schlüſſel / wie gehorſamen Unterthanen gebühret/ treulich zu verwahren ſchuldig und verpflicht ſeyn ſollen : Inmaſſeu Ihre Kayſerl. Majeſtät ſie/die Beklagten/zu dieſem allem hiemit condemniren und verdammen. Ferner erkennen Ihre Kayſerliche Majeſtät/allem Fürbringen nach/zu Recht/daß Ihnen/den Beklagten/ ſondere Ordnung und Statuten/ ohne Vorwiſſen und Verwilligung eines Ertz-Biſchoffen und Churfürſtens zu Trier/ als Ihrer/ der Beklagten/ordentlichen Obrigkeit und Lands-Fürſten / zumahlen nicht geziemet noch gebühret / ſondern ſie daran zu viel und unrecht gethan haben/und derohalben/was ſie die Beklagten bißher dergleichen auffgericht und gemacht / klagender Chur-Fürſt ſeines Gefallens zu ändern/ oder gar abzuthun / befugt ſeye / und Macht habe: Jedoch da ſie/die Beklagte/hinfüran neue Statuta und Ordnungen/ ſo zu Erhaltung guter Policey und Burgerlicher Zucht dienſtlich und nutzlich/aufzurichten und zu machen/von nöthen erachten / daß ſie/ die Beklagte/ daſſelbe hinfüran mit Vorwiſſen und Verwilligung deß klagenden Chur-Fürſten/ und deſſen Nachkommen/ thun ſollen; Daß auch gleicher Geſtalt den Beklagten die publicirte / und durch den klagenden Chur-Fürſten angeſchlagene / deß Heiligen Römiſchen Reichs Müntz-Ordnung abzureiſſen/ frembde Müntz/ihres Gefallens/ auß angemaßter eigner Gerechtigkeit/ohne Vorwiſſen und Willen deß klagenden Churfürſten/zu erwählen/deſſelben Weltlichen Gericht einige Verhinderung zuthun/ die Partheyen / in was Sachen das wäre / vom Rechten abzuhalten/ und vor ſich zu ziehen / und ſich in die Executiones Criminales oder Civiles einzumiſchen/ die Entleibten / ohne Beyſeyn deß klagenden Churfürſten Schultheiſſen/ zu beſichtigen/ von den Wund-Artzten Pflicht zu nemmen/ oder ſie/gedachtem Churfürſtlichen Schultheiſſen Pflicht zu thun / und dann die jenige / ſo von dem Gericht citirt/abzuhalten/ deßgleichen auß eigner Gerechtigteit der Caput, der criminal Inquiſition, Cognition, Tortur, Remiſſion, Relegation, Ruthen außſtreichen/an Pranger zu ſtellen/ Mahlzeichen aufzubrennen/dem Nachrichter ſeinen Wochen-Zoll zu wehren/den Zehenden einen Gewalt-Richter zu machen / oder ihme einige Jurisdiction, auch ohne Befelch deß Churfürſtlichen Schultheiſſen/vor Ungelt/ und anders pfänden/ die Uberbäw zu beſichtigen/zuzueignen/Item Gelaid zu geben/die Gemein zu Küritz auß der Statt zu bauen/ nicht gebühret / noch geziemet / ſondern ſie daran zu viel/ und unrecht gethan haben. Es erkennen auch Ihre Kayſerl. Majeſtät / daß die Beklagte klagenden Churfürſten die Wiederlaß deß Zolls / und der Waag / gegen Empfangung deß Pfandſchillings/ſo viel ſie die Beklagte deſſen liquidiren werden/ zu geſtatten/auch das Waag-Gelt(wofern ſie die Beklagten es von klagendem Chur-Fürſten auß Gnaden länger nicht erhalten mögen) abzuthun/und ſich forthin deß H. Röm: Reichs/ und Ertzſtiffts Trier Land Müntzē/gemäß zu halten/ſchuldig ſeyen. Die Elen/ Maß/Segen und Gewicht zu ſetzen/ſollen hinfüro jederzeit mit Wiſſen / und in Gegenwärtigkeit deß klagenden Chur-Fürſten/ und deſſen Nachkommen Schultheiſſen und Gerichts / außgegeben und beſichtiget werden. Auch ſollen die Beklagte dem Herrn klagenden Chur-Fürſten / und deſſen Cleriſey an freyer Ein- und Außführung/auch Verkauffung ihrer Geiſtlichen Gefälle/an Wein und Früchten/ und anderm keinen Eintrag noch Verhinderung thun/ſondern daſſelbige wie recht/und von Alters herkommen/doch auf gebührliche Frey-Zeichen/ ſo die Cleriſey von den Beklagten fordern/und ſie die Beklagten gutwillig/und ohne Entgelt geben/ dardurch gleichwol dem klagenden Churfürſten/ an dero Hoch- und Obrigkeit / auch der Cleriſey Freyheit nichts benom̃en ſeyn / paſſiren/ ein- und außführē laſſē/darzu an Verzapffung ihrer Geiſtl. Wein/wie herkom̃en/hinfüran keine Verhinderung noch Eintrag thun ſollen. Weiter erkennen Ihre Kayſerl. Majeſtät zu Recht/ daß es den Beklagten nicht gebühre / noch gezieme / auf der Moſel/ und an dem Leinpfad / neue Gebäu und Waſſermühlen/wider deß klagenden Churfürſten Verbott/ zu machen/ ſondern ſie in dieſen/ und allen andern obgedachten Puncten uud Articuln/ zu viel und unrecht gethan haben/ und derowegen hinfüro von ſolchen / und dergleichen thätlichen Handlungen / turbirungen/ Eingriff und Verhinderungen/auſſerhalb was ſie die Beklagten bey klagendem Churfürſten/ auß gutem Willen erhalten mögen/abſtehen/ſich deren aller enthalten/auch einigen Anhang wider den klagenden Churfürſten/ und deſſen Nachkom̃en nicht ſuchen/noch gebrauchen ſollen. Darzu dann Ih. Kayſerl. Maj. ſie die Beklagten hiermit condemniren und verdam̃en: Aber die von klagendem Churfürſten im 71. 75. 117. 122. 126. 175. 193. 197. Articuln geklagte und beklagte Pœnen nnd Schaden belangend/dieſelbe heben Ih. Kayſ. Maj. auß ſondern bewegenden Urſachen hiemit auf/darzu die Gerichts-Coſte ſo allenthalben aufgeloffen / gegen einander compenſiren und vergleichē/ꝛc. Quam, uti & Imperatoris Caroli IV. *an. 1364.* in hac cauſa ſententiã latam refert Limnæ. *de Jur. publ. tom. 4. lib. 7. cap. 48.* Vota & relationes Dominorum Aſſeſſorum Cameralium & Aulæ Cæſareæ vid. apud Caſp. Klok. *vot. Cameral. relat. 72. fol. 585. usq. 611.*

Tull / vide Metz.

LXXX. Verden. Verda olim quoque civi- 135
tas fuit Imperialis, ſed hodie ab Epiſcopo Verdenſi exempta, de quo adhuc lis in Camera Imperiali, inter Fiſcalem & Epiſcopum, indefinita pendet.

pendet, Reinking *de regim. secul. lib. 1. class. 4. cap. 21. in fin.* Limnæ. *de jur. publ. tom. 2. lib. 4. cap. 7. fol. 166. & tom. 4. lib. 4. cap. 7. fol. 573.*

Verdun / vide Metz. vid. Limnæ. *tom. 5. I. P. lib. 7. cap. 50. fol. 328. seq.*

135 *LXXXI.* Bern / Veron / Vincenz. Verona, & Vincentia, olim quoque Imperii membra fuerunt, uti apparet ex R. A. zu Augspurg / *de anno 1518.* §. In Sachen. *10.* sed hodie Venetorum parent Imperio, Joh. Limnæ. *de jur. publ. lib. 1. cap. 9. n. 74.*

136 *LXXXII.* Warburg / Warberg / Warenberg. Warburgum tanquam civitas Imperialis in matricula Imperii assignatos habet equites tres, & pedites tredecim, apud Limnæ. *de jur. publ. tom. 2. lib. 4. cap. 7. pag. 165.* sed hodie ab Episcopo Padebornensi eximitur, Limnæ. *tom. 4. lib. 1. cap. 7. fol. 71. & lib. 4. cap. 7. fol. 573.* de quo lis in Camera Imperiali indecisa pendet, Reinking *de regim. secul. lib. 1. class. 4. cap. 21. in fin.* Weinspergam fuisse civitatem Imperialem, constat ex sequenti diplomate.

WJr Wentzlow von Gottes Gnaden / Römischer König zu allen Zeiten / Mehrer deß Riches / und König zu Böheimb: Bekennen und thun kund offentlich mit diesem Brieff / allen den die in sehen oder hören lesen / wañ wir unsere Lieben / Getreuen / den Stätten / Regenspurg und Basel / zwo Frystätte: und auch Unsern und deß Heil. Röm: Richs-Stätten mit Namen: Augspurg / Nürnberg / Ulm / Costentz / Eßlingen / Rütlingen / Rotwyle / Wyle / Uberlingen / Memmingen / Bibrach / Ravenspurg / Lindau / S. Gallen / Kempten / Kofbürn / Lütkirch / Isni / Wangen / Pfullendorff / Puchorn / Nördlingen / Dünkelsbühl / Rotenburg uff dem Thuber / Bopfingen / Aulen / Gemünd / Halle / Hailbronnen / Wimpffen / Weinsperg / Windsheim / Wissenburg / Giengen / Buchow / Schweinfurt in Francken / und Mülhusen im Elsaße / die Gnade gethan haben / daß si beliben sullen / bi allen / wenn Rechten / Friheiten / Privilegien / und bi ihren guten Gewonheiten / die si haben von Unß / oder von andern Keiser und Königen / unsern Vorfahrern an dem H. Riche / und alß sie di herbracht haben / biß uff disen hütigen Tag / und weilen auch di vorgenante Stette mit einander bi Unß und bi dem Riche behalten / und wer der were / der di vorgenanten Stette daran irren / dringen / beschweren oder krencken wolt / darzu wollen Wir si beschutzen und schirmen / und in getreulich geraten und beholffen sin / und nit wider si sin ohne Gefärde / Mit Urkund diß Brifs / versigelt mit unserm Königl. Maiest. Insigel. Geben zu Nürnberg nach Christes Geburt 1300. Jarh / und darnach in dem 87. Jahr / der Mittwoch nach dem Sontag so man singt Lætare in der Fasten. Unser Riche deß Böhmischen im 24. und deß Römischen im 11. Jahr: add. diploma Wenceslai citatum supra *lib. 3. c. 13. n. 74.*

LXXXIII. Wesel / sive Ober-Wesel. Quam olim alii dictam fuisse Vesaniam & Ficeliam, primum libera dicitur fuisse civitas, postea tempore Imperatoris Friderici II. ad Imperium pervenisse, sed tandem ab Imperatore Henrico VII. cum ad Italicum iter pecunia opus haberet, Electori Treverensi vendita, Matth. Merian. *in topograph. Archiepiscop. Trevirens. pag. 36.* & alia est à Nieder-Wesel / de qua *supra.* 137

LXXXIV. Weissenhorn / bey Ulm. Hanc quoque civitatem in Imperii registris antiquis reperiri, & adhuc anno 1521. confirmationem privilegiorum inter alias civitates Imperiales ab Imperatore Carolo V. impetrasse, refert ex Zeiler. *contin. Itin. German. cap. 1. pag. 34.* Johan. Limnæ. *de jur. publ. tom. 4. libr. 4. cap. 7. fol. 582.* Hodie ad Comites Fuggeros spectat. 138

LXXXV. Wien. De civitate Vienna scribit Dresser. *Isagog. hist. part. 5. voc. Vienna. pag. 581.* Circa annum Christi 1236. Fridericus II. Imperator receptus est in urbem Viennam, una cum filio suo Conrado Roman. Imper. à civibus honore summo, mansitque ibi tres integros menses, assignavitque numero Imperialium. Sic adjecta Imperio Vienna, illa accepit insignia, quæ adhuc usurpat, nempe Aquilam auream bicipitem & coronatam in campo nigro, Theodor. Höping. *de jur. insign. cap. 6. n. 1173.* Verum hodie ad Austriæ Archiduces pertinet. 139

LXXXVI. Zürch. Tigurina, Tigurum, Turegum, Turegium, inter civitates Imperiales, & quæ in antiquis Imperii registris reperiantur, & adhuc anno 1521. ab Imperatore Carolo V. privilegia & Regalia confirmata acceperint. refertur à Johan. Limnæ. *de jur. publ. tom. 4. lib. 4. cap. 7. fol. 582.* sed hodie cum reliquis Helvetiis Romanum Imperium non agnoscit superius. 140

LXXXVII. Zwickaw. Zwiccaviam olim Imperialem, Fridericum Marchionem Misniæ *Anno 1308.* bellica vi sibi subjecisse, ex Albin. *Chron. Misnens. tit. 15. pag. 398* refert Joh. Limnæ. *de jur. publ. lib. 7. cap. 1. n. 39.* 141

CAPUT. II.

De Regnis, Principatibus, & provinciis una civitatibus ab Imperio Romano avulsis.

Summaria.

1. *Non tantum singulæ civitates, sed etiam integra Regna, Principatus & provinciæ ab Imperio avulsæ.*
2. *Angliæ regnum quandoq; ad Imperium Romanum pertinuit.*
3. *Hodie neminem superiorem agnoscit.*
4. *Arelatense Regnum Germaniæ fuit incorporatum.*
5. *Quomodo ab Imperio alienatum?*
6. *Belgæ cõfœderati olim Imperio paruerũt?*

7. Hispaniæ Rex has provincias ab Imperio feudi titulo agnovit.
8. Belgæ Hispani Dominium abjurarunt.
9. Hodie nullum superiorem agnoscunt.
10. Borussia Teutonicorum militum armis Imperio adjecta.
11. Burgundia quamvis Imperio subjecta, in plerisq; tamen exempta.
12. Ad Imperii onera quatenus teneatur?
13. Burgundiæ Ducatus liber dicitur.
14. Dania olim Imperio Romano paruit?
15. Reges Daniæ Imperio fidelitatem promiserunt & in Comitiis comparuerunt.
16. Hodie liberum prætendunt Imperium.
17. Ratione Ducatus Holsatiæ Jmperio subsũt.
18. Ferraria civitas, & Ferrariæ Duces Imperio subfuerunt.
19. Nullum superiorem longa consuetudine recognoverunt.
20. Hodie Ducatum Ferrariensem Pontifices tenent.
21. Flandria confœderatis Belgis adhæret.
22. Florentiæ Magnus Dux libertatem pecunia coëmit.
23. Quam tamen postea amisit.
24. Et hodie Florentiæ Dux à Cæsaris superioritate revera non videtur exemptus.
25. Franciæ & Galliæ Reges olim Imperio Romano paruerunt.
26. Et adhuc ratione Burgundiæ & regni Arelatensis.
27. Nec non respectu Delphinatus.
28. Hodie Galliarum Reges neminem superiorem agnoscunt.
29. Sicuti nec Delphinus Franciæ.
30. Helvetii crudeliter à Præfectis Imperialibus tractati jugum hoc excusserunt, & libertatem inclamarunt.
31. Ipsi jure adhuc Imperii membra existere creduntur.
32. A judicio Rotvvilensi proscripti, ab Imperatore absoluti.
33. Mandatis Imperialibus conventi, quid responderint?
34. Ad contributiones Turcicas voluntarias sollicitati.
35. Ad fœdus cum Imp. Carolo V. invitati.
36. Imperium Comiter adhuc observarunt.
37. In pacificatione nupera ipsorum libertas confirmata est.
38. Hispania olim victrices Aquilas agnovit.
39. Hodie Imperii jurisdictionem non agnoscit.
40. Respectu Burgundiæ & Status Mediolanensis Rex Hispaniæ Status Imperii est.
41. Hungariæ proceres inter Imperii Status computati.
42. Hodie exemti sunt.
43. Insubriæ & Lombardiæ civitates olim Imperio paruerunt.
44. Hodie Imperium non agnoscunt.
45. Italiam ejusq; civitates hodie Papa detinet ex prætensa donatione.
46. Quæ si unquam facta an valida sit?
47. Fundamentum exemptionis civitatum Italicarum.
48. Quatenus hæ civitates hodie subditæ.
49. Causa Finariensis coram Imperatore ventilatæ.
50. Aulæ Cæsareæ Stylus quoad Italiæ Principes & civitates.
51. Imperatori cognitio feudorum Italicorum injungitur.
52. Reditus ex juribus fisci Regii in Italia olim quinam?
53. Italia hodie Jmperio nihil contribuit
54. Livonia ad Jmperium pertinuit, & ad Cameram Jmperialem appellavit.
55. Hodiæ Poloniæ Regi subdita.
56. Mediolanum Jmperii proprietas dicitur.
57. Ejus investituram Galliæ Rex obtinuit.
58. Postea Ducatum hunc Carolus V. recuperavit.
59. Hodie neminem superiorem recognoscit.
60. Muscoviæ Magni Ducis Majestas.
61. Neapolis ab Jmperio quomodo avulsa?
62. Polonia olim Jmperio paruit.
63. Tandem Jmperio repudium misit.
64. Portugallia cum Hispania Imperio adempta.
65. Rhæti ab Imperio se exemerunt.
66. Scotia Angliæ regno unita.
67. Siciliæ & Calabriæ regnum olim Jmperio unitum.
68. Hodie Imperio ademptum.
69. Sueciæ regnum olim sub Imperii tutela fuit.
70. Transsylvaniæ Princeps Sigismundus Battorius Imperii perpetuæ tutelæ se submisit.
71. Veneta Respubl. an Jmperio Romano fuerit subdita?
72. Causa Dominii & proprietatis nihil commune habet cum Jmperio.
73. Olim Venetorum Respubl. de Populo Romano fuit.
74. Dux venetiarum aliquando in Camera proscriptus.
75. Venetia hodie neminem superiorem recognoscit.

Nos

1 NOn tantum singulæ Civitates Imperiales, sed etiam integra Regna, Principatus & provnciæ una cum civitatibus liberis, ab Imperio Romano alienatæ & avulsæ sunt, sicuti ex subsequentibus, ordine Alphabetico relatis, constat, ita enim ab Imperio Romano alienatum, & avulsum est.

2 *I.* Angliæ Regnum. Angliæ Regnum quandoque ad Imperium Romanum pertinuisse constat ex *l. 2. §. 4. ff de vulgar. & pupill. subst. l. 1. C. de rei vind. & ibi* Gothofred. *in not. lit. g.* Et Britanniam à Claudio primùm Imperio junctam, testatur Sueton. *in Claud.* Et Constantes, Gratianos, Aureliosque, ex Britannorum sanguine natos, Cæsares constitutos fuisse, refert Bodin. *de republ. lib. 1. cap. 9.* Sicuti etiam Severus Imperator cum Antonio Augusto, in Anglia suum palatium habuit, ibique animam his verbis exhalavit: turbatam Rempublicam ubique accepi, pacatam etiam Britannis relinquo, Dn. Thom. Lansius *in orat. pro Britan.* Verum hodie Angliæ Regnum, post
3 Deum nullum Dominum agnoicit, sed liberrima potestate jura Regia Majestatis habet, Alber. Gentil *de Hispan. advoc. lib. 1. cap. 8. & 20.* Chassan. *in catal. glor. mund. part. 5. consid. 38.* Sonsbec. *de feud. part. 4. num. 4.* Dn. Cluten. *syllog. rer. quot. conclus. 10. lit.* D. Victor. *de caus. exempt. concl. 2.* Quam superioritatem agnoverunt quoque Imper. Maximilianus I. & Carolus V. ab Angliæ Regibus aureæ periscelidis ordinem suscipientes, cum ordinis instituendi potestas nulli detur, nisi qui jura Majestatis habet, Arnisæ. *de jur. Majest. libr. 1. cap. 2. num. 6. in fin.* Unde cum Imperator Sigismundus ad Angliæ littora pacem facturus inter Henricum V. Angliæ, & N. Galliæ Reges, appelleret, non prius fuit admissus, quàm Duci Glocestriæ stricto gladio interroganti, & se non agnoscere alium Imperatorem, quàm Regem, dicenti profiteretur, se nihil contra Regis libertatem prætexere, sed esse amicum ejus, &, si vellet, inter duos Reges mediatorem, ut ex Tit. Liv. refert Nolden. *de stat. nobil. cap. 2. num. 67.*

II. Arelatense Regnum. Hoc Rudol-
4 phum Regem Conrado II. Salico testamento tradidisse, huncque ejecto inde Ottone, Germaniæ incorporasse, scribit Peucer. *libr. 4. Chron.* Wilhelm. Paradin. *annal. Burg. cap. ult.* Arnisæ. *de jur. Majest. libr. 2. cap. 1. num. 5.* Verum illud hodie Imperio non amplius parere constat, & universam Regni Arelatensis ditionem, & jura Majestatis Philippum Valesium, Caroli VI. Proavum, ab Henrico V. Imper. emisse, eique argenti pondo ducenta millia pretii nomine solvisse, Imperii Ordinibus consentibus, refert Bodin. *de repub. lib. 1. cap. 9. fol. 201.* A quo tamen dissentit Crus. *annal. Suev. lib. 5 part. 3.* ubi Carolum IV. Regnum illud unius prandii gratiâ, in Villa Nova prope Avignonem, Galliæ Regi tradidisse scribit, idque postea Sigismundum ejus filium approbasse dicit Johan. Limnæ. *de jur. publ. libr. 1. cap. 9. num. 11.* & in addit. ibid. *tom. 4. pag. 76. & seqq.* & notit. Franciæ. *libr. 1. cap. 4. lit. ll. mm. nn.* & diploma in Bibliotheca Parisiorum, quod in Templo suburbano Divo Victori dedicato, se legisse affirmat Aventin. *ann. Boj. l. 7.* 5

III. Belgæ confœderati. Qui etiam 6 Imperio paruerunt. Irenic. *lib. 1. exeg. German. cap. 19.* Goldast. *in præf.* der Reichs-händel. Cujus etiamnum vestigia extant in Circulorum distributione *de anno 1521.* qua Belgio & Westphaliæ singularis titulus assignatur, Der Niederländisch und Westphälisch Craiß / ut videre licet apud Goldast. Reichs-Satzung. *fol. 249.* confer R. A. zu Augspurg. *de anno 1548. §.* Nach dem dann von unsern. *67.* Hujusmodi Provincias Belgicas postea Hispaniarum Rex feudi jure ab 7 Imperio recognovit: Cum autem ipsis intolerabile jugum imponere niteretur, post multorum annorum belli quassationes Hispani dominium abjurarunt, & singulari consulto *7. Kalend. Septemb. anno 1581.* decreverunt, ut cives harum Provinciarum ex- 8 ternorum Principum legibus soluti viverent, & pro libera Republica haberentur, Baud. *de induc. bell. Belg. lib. 1. pag. 7.* adeò ut hodie nullum superiorem recognoscant. Baud. *d. lib. 2.* Joh. Lephiand. *velit democrat. concl. 24.* Remig. Fesch. *de fœderib. concl. 8. lit. I.* & 9 libertatem summam sitis attribuunt, quasi ab Imperio derelicti propriis armis libertatem sibi adquisiverint, Baud. *d. l. fol. 75.* Confer Limnæ. *de jur. publ. libr. 1. cap. 9. num. 17 seqq. & ibid. tom. 4.* ubi literas hoc nomine ab ipsis ad Imperatorem & Imperii Status in Comitiis Spirensibus *anno 1570.* exhibitas refert. Unde etiam eorundem Legati, tanquam Reipublicæ omninò liberæ, Electoribus aliisque Principibus, superiorem recognoscentibus, de sessionis prærogativa controversiam movisse, ex fama refert Besold. *de jurisdict. quæst. 6.*

IV. Borussia, Borussiam olim quoque 10 Imperio paruisse, patet ex R. A. zu Augspurg

de anno 1500. tit. vom Hofmeister auß Preussen. *20.* quam virtute & armis Teutonicorum militum Imperio adjectam, gravissimis postea bellis pressit Polonus, & tandem Borussiæ magistrum Albertum Brandeburgicum ad pacta adactum Vasallum sibi fecit, qui Imperatore & Ordinibus invitis à Polono eam recognovit, & cum esset Magister, mutato rerum statu, de voluntate Regis Dux Borussiæ salutatus est, Thuan. *histor. lib. 1. pag. 18.* Sleidan. *lib. 5. comment. circa fin.* Reinking. *de regim. sec. lib.* 1. *class. 2. cap. 9. num. 33.* Joh. Limnæ. *d. lib. 1. cap. 9. num. 23. & 24.*

Britannia, vide Anglia.

11 *V.* Burgundia. Quamvis Domus Burgundica ab antiquis temporibus, absque omni dubio, imperio fuerit subjecta, & etiamnum subdita sit, & singularem in Imperio Circulum constituat, feudum Imperii sit, ad Comitia vocetur, & in iisdem compareat, votum & sessionem habeat, Cameræ Adsessorem præsentet, &c. sicuti eleganter probat Bened. Carpzov. *de leg. Reg. German. cap. 7. sect. 10. per tot.* In plerisque tamen exempta est, & Cameræ Imperialis jurisdictioni non paret, juxta singularem transactionem, nisi in causis fractæ pacis, de quo *supra lib. 2. cap. 33.*
12 *num. 109.* Et quamvis ad ordinaria Imperii onera, quantum duo Electores ad Rhenum, & ad Expeditionem Turcicam, quantum tres, contribuere teneatur, harumque contributionum causæ Cameræ nihil decesserit, & contributionum nomine adeo abnoxius sit Ducatus, ut in Camera per fiscalem contra eum procedi possit, Gail. *de arrest. cap. 6. numer. 15.* Petr. Frider. Min. dan. *de process. lib. 1. cap. 38. num. 5.* De viribus tamen transactionis istius disputatur, præsertim quoad Ducatus & feuda Imperii, cum Imperium omni jurisdictione in iis ditionibus sit privatum. In specie verò Burgundiæ Comitatum post Deum, neminem recognoscere superiorem, & à mul-
13 tis seculis nobili & specioso hoc titulo, la Franche Comte de Bourgongne, gloriari, quod nempe ea semper immunitate gavisus sit, ut ne Principes quidem supremi tributum aut subsidium aliquod ei unquam injungere tentarint, sed antiquam illam immunitatem semper indactam & inviolatam conservare, & solemnibus Edictis confirmare voluerint, scribit Joan. Grivel: *Dolan. decis.* 11. *numer. 17. & decis. 19. numer. 28. & decis. 104. numer. 12.* Gaspar. Klok. *de contribut. cap. 4. num. 227. & seq.* 14

VI. Dania. Daniæ Reges olim Imperio paruisse, & Germanis Imperatoribus homagium præstitisse, testatur Crantz. *histor. Dan. lib. 4. cap. 18.* Et Dania; Norwegia, reliquaque Septentrionis regna ab Ottone subjecta, Adam Bremens. *libr. 1. cap. 2.* Knichen. *de vestitur. pact. part. 2. cap. 5. numer. 77.* Et Daniæ quoque Regem Heraldum ab Ottone II. Imperatore Alstedum in Thuringiam ad Comitia vocatum, comparuisse, seque fidum Imperio & tributa promisisse, testatur Spangenberg *in Chron. Saxon. cap. 146.* Et in Comitiis Augustanis *anno 1474.* Daniæ Regem præsentem fuisse, refert Lehman. *Spir. Chron. lib. 7. cap. 113.* Nuncios quoque Regis Daniæ investituram Regni ab Imperatore petiisse, ipsumque jussisse, ut Rex ad Curiam personaliter veniret, & Regni administrationem de manu sua, interpositâ debitæ fidelitatis securitate, susciperet, ait Radev. *lib. 3. cap. 24. de reb. gest. Frider.* In fide Imperii Daniæ Reges 15
permanserunt ad tempora Lotharii, cui Canutus Dux Daniæ fidelitatis obsequium præstitit, Trithem. *cap. 17.* Hermold. *lib. 1. histor. Sclav. cap. 50. & 91.* & Friderici I. qui Petrum Daniæ Regis nomine decoravit, Trithem. *d. l.* Bodin. *de republ. libr. 2. cap. 3. fol. 309.* qui ipsum jurejurando obstrinxit his verbis: Rex Danorum Magnus, se in potestatem Imperatoris tradidit, obsides dedit, juramentum fecit se successoresque suos, non nisi Imperatoris, & successorum ejus permissu regnum adepturos, Trithem. *d. cap. 17.* Bodin. *d. fol. 309.* Temporis tandem progressu provinciæ istæ paulatim ab Imperio diverterunt, Otto Erising. *libr. 7. Chron. cap. 19.* Crantz. *d. cap. 17.* Vietor. *de exempt. conclus. 2.* Atque *anno* 1166. ad Comitia Herbipolensia Daniæ Reges vocati, neque per se, neque per legatos comparuerunt, Goldast. *in præfat.* der Reichs-Satzungen.

Hodie liberum prætendunt Imperi- 16
um, & quoad Daniam Norwegiam, Ducatum Sleswicensem, Islandiæ & Gronlandiæ provincias, superiorem recognoscunt neminem, Marta *de jurisdiction. part. 1. cap. 26. numer. 61.* Laur. Kirchof. *tom. 4. consil. German. 17. numer. 18.* Hering. *de fidejuss. cap. 17. numer. 577.* Dn. Cluten. *syllog. rer. quot. conclus.* 10. *lit. e.* Molden. *de stat. nobil. cap. 2. numer. 79.* Limnæ. *de jur. publ. libr.* 1. *cap. 9 numer. 29.* & in leges patrias jurare tenentur, Cluten. *de lit. e.*

Erne-

Ernestus Gothman. *vol. 4. resp. 4. numer. 236.* Johann. Bruning. *de homag. subject. conclus. 247.*

17 Ratione tamen Ducatus Holsatiæ Imperio subest, & Status Imperii habetur, R. A. zu Speyr *de anno 1542.* §. Dieweil aber *126. ibi:* Insonders aber Dennemarck / als zum theil auch deß Reichs verwand Mitglid. Gail. *de arrest. cap. 6. num. 16.* Knichen. *de Saxon. non prov. verb. Ducum. cap. 6. numer. 3.* Reinking. *de regimin. secul. libr. 1. class. 2. cap. 9. numer. 24.* Hering. *d. l. numer. 578.* Nolden. *d. l. numer. 78.* Limnæ. *d. numer. 29.* ubi dicit, se novisse Danos & Norwegos Carolo V. respondisse, se non Cæsari, sed Imperio fidos esse, quod si Cæsar contra Imperium machinaturus sit, pro virili nixuros, ut antiqua libertas defendatur. add. Limnæ. *tom. 5. de jur. publ. libr. 1. cap. 9. numer. 27. pag. 127. seqq.*

VII. Ferrariæ Ducatus. Ferrariam
18 civitatem immediatè ad Imperium pertinere, asserit Imper. Maximilianus I. in seiner Antwort wieder den König in Franckreich apud Goldast. in Reichs-Satzung. *pag. 64.* Et Ferrariæ Duces Imperio subfuisse, inde dicendum venit, quod Borsius Marchio Ferrariensis *anno 1452. die 15. Maij*, ab Imperio Friderico II. Ducis Mutinæ ac Regii titulo fuit insignitus, Decian. *respons. 19. numer. 211.* Et quod Ferrariæ Duces Carpensem Principatum à Carolo V. in feudum acceperint, teste Remig. Fesch. *de fœderibus conclus. 7. lit. M.* Atque Alphonsum II. Ducem Ferrariæ in controversia præcedentiæ cum magno Duce Florentiæ *anno 1534. 14. April.* ab Imperatore obtinuisse, ut inter Imperii Principes reciperetur, refert Honor. *thesaur. polit. vol. 1. pag. 194. relat. di Ferrara.* Cujus tamen hodie nullum extat vestigium, Fesch. *d. l.* Verùm Ferrariæ
19 Duces longa consuetudine nullum superiorem recognovisse, tradunt Carol. Ruin. *libr. 1. cons. 21.* Riminald. *consil. 726. numer. 18.* Marcobrun. ab Anquil. *cons. 13. num. 138.* ita, ut hodie idem possint in suo Ducatu, quod Rex in regno, & Imperator in Imperio, Curt. *cons. 188. numer. 22. libr. 1.* Bertazol. *libr. 1. cons. 240. lit. c.* & nemini subditorum dicere liceat Duci, cur ita facis? Menoch. *lib. 3. cons. 250. num. 72.*

Hodie Ducatum Ferrariensem Ponti-
20 fices tenent. Nam cum *anno 1597.* Alphonsus ultimus Ferrariæ Dux sine liberis è vita decederet, Pontifex Ducatum, ut feudum apertum sibi vindicavit, & Ecclesiæ gremio incorporavit. Et licet Cæsar Estensis defuncti Ducis patruelis, ab eodem hæres ac successor testamento esset institutus, sequenti tamen anno à Clemente VIII. Pontifice excommunicationis fulmine perculsus est, donec transactione subsecuta Ferrariam Pontifici cesserit, ipse verò Mutinam, Regium, Lepidum, aliasque urbes, quas Mechtildis Comitissa Henrici III. Imperatoris proneptis, ut Vasalla ab Imperio Romano donavit, retinuerit, & ab Imperio Rudolpho II. Romani Imperii Princeps, & Dux Mutinæ, Regii, Lepidi, Carpi & Brusellis, & Dominus Grafagnanæ creatus fuerit, Nolden. *de nobil. cap. 2. numer. 118. seq.*

VIII. Flandria. Flandria quædam 21
pars Imperialis dicitur, eo, quod olim supremam Imperatorum potestatem agnoverit, ex Guicciard. *in descript. Belg. pag. 256.* Limnæ. *de jur. publ. libr. 1. capit. 9. numer. 32.* Sed hodie ab Imperio recessit, & confœderatis Belgis adhæret.

IX. Florentia. Florentiæ, sive Het- 22
ruriæ Magnus Dux tempore Honorii IV. Pontificis, ab Imperat. Rudolpho I. duodecim millibus scutatis, ut vult Choppin. *de Doman. Franc. lib. 2 tit. 1. num. 9.* vel sex millibus Ducatorum, Honorio confirmante, libertatem coëmit, Natta. *cons. 637. n. 23.* Felin. *in c. cum non liceat. X. de præscript.* Cortet. *de potest. reg. quæst. 101. num. 68.* Limnæ. *de. cap. 9. num. 3.* Hanc tamen li- 23
bertatem eo ipso iterum amisisse Florentiam, dum à Carolo V. Imp. obsessa, demum in gratiam recepta, qui Ducem ei præfecit, censet Carpzov. *de leg. reg. German. cap. 7. sect. 6. num. 17.* Cum enim Florentini familiam Mediceam ejecerant, restitutus Pontifex, ut se suosque gentiles ulcisceretur, fœdus iniit cum Cæsare, quo in Florentinos pro merito animadverteret. Quid Florentini? Hi à Cæsareanis atque Pontificiis copiis obsessi, cum per anni ferè tempus bellum duxissent, certis conditionibus cum Ferdinando Gonzaga, Cæsaris legato transegerunt, qui postea ipsis Alexandrum Medices Principem constituit, Sleidan. *lib. 7. pag. 189.* Et Rudolphum quoque I. reservasse sibi superioritatem & recognitionem Imperii, Civitasque Florentiam & Lucam Cæsaris dicto se audientes promisisse, scribunt Cuspinian. *in vita Rudolph.* Gerard. de Roo. *annal. Austriac. lib. 1. de anno 1284.* Feder. Scot. *respons. 28. num. 107. lib. 7.* Et Florentiæ Ducem à superioritate Cæsaris revera exem- 24
ptum non esse, indè colligi videtur, quod

in

in causa præcedentiæ inter Florentinum & Ferrariensem, Cosmus Florentiæ Dux, tanquam beneficiarius citatus, coram Cæsare litem susceperit, ut ex Thuan. *histor. lib.* 54. refert Nolden. *de stat. nobil. cap.* 2. *num.* 112. *seq.*

25 *X.* Francia, sive Gallia. Franciæ, & Galliæ Reges olim Imperio Romano paruisse, & Galliam provinciam Imperii Romani fuisse, apparet ex inscriptione *l. in criminali.* 5. *C. de jurisd.* quæ ab Arcadio & Honorio Imperator. ad Vincentium Præfectum Prætorio Galliarum rescripta fuit, & testantur, Sueton. *in vit. Cæsar.* Castald. *de imper. Rom. quæst.* 53. *numer.* 11. Unde Justinianum Imperatorem sine controversia Galliæ Regibus jura dedisse, dicit Cujac. *consult.* 3. *in fin.* Et Sigismundum Imperatorem anno 1411. Imperiali auctoritate in civitate Lugdunensi usum, & Comitem Soanensis Status de potestatis plenitudine creasse, testatur Marta *de jurisdict. part.* 1. *cap.* 28. *numer.* 87. Ac circa eadem tempora in ipso Parlamento Parisiensi equitem Senescalcum creasse, refert Marta *d. l. numer.* 88. Imò Ottonem etiam II. consobrinis suis Lothario atque Carolo Galliæ Regibus bellum intulisse, quod Romano Imperio justa non persolverent seque legitimæ dominationi sub ducerent, scribit Crantz, *in metropol. Sax.*
26 *lib.* 3. *cap.* 35. Et Franciæ Regem, ratione Burgundiæ, & regni Arelatensis, Imperio fidelitatem debere, dicit Arnisæ. *de jur. majestat. cap.* 5. *fol.* 430. Quo facit, Quod scribit Goldast. *in præf.* der Reichs-Satzungen. Kayser Maximilians Außschreiben wider den Frantzosen weisen auß / daß der König in Franckreich / wegen deß Königreichs Arlen ein Lehenman deß Reichs sey / und soll Carolus Delphinus als ein Fürst deß Reichs / auff den Reichstag gen Metz *anno* 1356. beruffen / seinen Sitz und Orth neben andern Fürsten deß Reichs vertretten / und Kayser Carolo dem IV. in Gegenwarth aller Chur- und Fürsten des Reichs / und Päbstlichen Legaten / den Lehen-Ayd offentlich geleistet / und die Regalia der Hertzogthumben / Wien oder Delphinat / Provintzen / etc. von Ihrer Majestät als ordentlichen Lehenherren empfangen / die Lehen-Brieff sollen noch vorhanden / und im Closter S. Victors bey Pariß zufinden seyn. Unde etiam Sigismundus Imper. Franciæ Regem in mandato, *de anno* 1445. ut ad Concilium Constantiense veniat, fidelem suum appellat, teste Goldast, *con-*
27 *stitut. Imperial. fol.* 386. Ac Principes Delphinatus semper fideles Imperii Vasallos fuisse, & ea lege Principatum suum ad Reges Galliæ transtulisse, ut eum tanquam Vasalli ab Imperio recognoscerent, & filium Regis natu maximum, Regnique successorem Delphini cognomento appellarent, refert Nicol. Betsius *de pact. famil. illustr. cap.* 7. *fol.* 224.

Verum hodie hæc secus se habent, & 28
Reges Galliæ seu Franciæ superiorem non recognoscunt, *c. venerabilem. ibi: insuper cum Rex superiorem non recognoscat, X. qui fil. sint. legit.* Corset. *de potest. reg. part.* 5. *quæst.* 101. *num.* 66. Franc. Balb. *de præscript. part. princ.* 2. *part.* 5. *quæst.* 2. *num.* 5. Nicol. Ubald. *de success. ab intest. num.* 81. *seq.* Jason. *in l. cunctos populos num.* 10. *C. de sum. Trinit.* Chassan. *in catal. glor. mund. part.* 5. *consid.* 30. & 31. Dn. Cluten. *syllog. rer. quot. conclus.* 10. *lit. b. & ibi alleg.* Ita ut de Rege Franciæ nihil aliud possit dici, nisi quod dicitur de polo Antarctico, qui non est nostri hemisspherii, Purpur. *in l.* 1. *num.* 13. *ff. de jurisdict.* Menoch. *in resp. caus. Finariens. num.* 103. Hering. *de fidejuss. cap* 7. *num.* 572. Unde Gunther. *in Ligur. lib.* 1.

At simul à nostro secessit Gallia regno,
Nos priscum regni morem servamus, at illa
Jure suo gaudet nostra jam nescia legis.

Idemque obtinet in Delphino Fran- 29
ciæ, qui etiam superiorem non recognoscit, Franc. Marc. *Delphin. decis.* 555. *n.* 2. *tom.* 2. Bertrand. *cons.* 42. *n.* 2. *vol.* 1. *part.* 1. Vide Reinking. *de regim. secul. lib.* 1. *class.* 2. *cap.* 9. *n.* 29. & *seq.*

XI. Helvetii. Hi olim Imperii cives
fuerunt liberi, vulgò die Freyen Schweitzer / 30
Paurmeister. *de jurisdict. lib.* 2. *cap. ult. num.* 19. Postquam verò crudeli Præfectorum, quos ab Imperio habebant, premerentur insolentia & tyrannide, icto clam fœdere, jugum illud excusserunt, libertatem inclamarunt, eandemque huc usque animosè tutati sunt, prout testatur Simler. *de republ. Helvet.* Zach. Vietor *de caus. exempt. conclus.* 2. Imperium tamen non penitus abjurarunt, quod indè maximè patet, quod Comitiis Imperialibus per legatos suos diu interfuerunt, & quidem usque ad *annum* 1471. ubi in Comitiis Ratisponensibus ipsis Regalium confirmatione denegata, unanimiter conclusere, die Reichstäg nicht mehr zubesuchen / noch deren Abschieden sich zu unterwerffen / Goldast. *in præfat.* der Reichs-handelungen. Id quod Ipsi Helvetii in literis suis ad Electorem Moguntinum

anno

anno 1519. profitentur, dum ita scribunt: Be-
richten wir sie dessen / daß wir Aydgenossen also
seynd herkommen / daß wir uns von den zweyen
Hauptständen/von dem Heiligen Stul zu Rom/
und dem H. Römischen Reich nie haben gesön-
dert/besonder denen/als billich und Recht ist/und
auch zu thun schuldig und pflichtig gewesen / und
noch seynd / und auch allweg hinfüro thuen wöl-
len/ ꝛc. Et Paulò post: So ist kund und offenbar/
wir seyen/setzen/zu welchem Herrn der ist/zu de-
me wir uns verbunden haben / gegen weme das
sey / so haben wir allwegen außgelassen und vor-
behalten/das Heilig Römische Reich / und nicht
unbillig/dieweilen wir von den unsern/die höchst
und beste Freyheit haben/den Adler und das Reich
ob unsern Schilden führende / berühmet und ge-
brauchen/ seynd auch Glieder /und dessen gänzli-
che Ehr und Lob haben wollen/wie andere Stånd
und Glieder: Et ibidem: Wer uns fürwahr/
von wegen unserer Herrn und Obern/als einem
dapffern Glied deß Reichs/Land/ ꝛc. Goldast. in
Reichshandelungen. *fol. 101.* Unde idem Goldast.
d. l. in præfat. sic scribit: Es werden gantze Last-
Wägen voll Bücher geschrieben / de processibus
juris, de jurisdictione, de appellationibus, de
exactionibus, und was dergleichen; Hie müssen
die Schweitzer und Aydgenossen allenthalben her-
halten/ und als Meinaydige / Abtrünnige / und
von dem H. Reich abgefallene Stände durchge-
zogen werden. Aber die guten Herrn und Ayd-
genossen wollen das nicht gestehen/und widerspre-
chen es auf das Höchste / erkennen den Kayser
vor ihren einigẽ/ordentlichen/natürlichen Herrn/
erkennen sich zu dem Reich Teutscher Nation/ge-
ben sich für desselben freye Stånd auß / wollen
auch dieses Lob/Ehr/Rhum und Nahmen haben/
Limnæ. *de jur. publ. lib. 1. cap. 9. n. 35.* Eosdemq;
jure adhuc Imperii existere membra & subditos,
censent Goldast. *d. præfat.* Klok. *de contribut. cap. 4. n. 245. seq.* Arumæ. *de comit. cap. 4. n. 129.*
Carpzov. *de leg. reg. German. cap. 7. sect. 9. num. 13. seq.*

32 Hinc etiam Helvetiæ civitates, ad instan-
tiam Abbatis Eremi & Leopoldi Ducis Austriæ,
à judicio Rotwilensi proscriptas, & ab Episco-
po Constantiensi excommunicatas, authoritate
Imperiali & rescripto Ludovici. IV. Imper. ab-
solutas, refert Goldast. *tom. un. constit. Imperial. fol. 324.* Limnæ. *d. n. 35.*

Verùm Helvetios hodie à Cameræ Impe-
rialis & Rotwilensis dicasterii jurisdictone, ali-
isque Imperii oneribus realibus esse exemptos,
testatur Goldast. in Reichshandelungen. in præ-
33 fat. Mart. Mager. *de advocat. cap. 6. n. 163.* Unde
cum aliquando crebrioribus mandatis ad Ca-
meræ judicium, tanquam subditi vocarentur,
Legatos Spiram miserunt, qui in publicum se-
natorum consessum admissi Camerales his ver-
bis allocuti sunt: Domini confœderati Helve-
tii, vos vicinos suos salvere jubent; mirantur
verò, quod tam crebris citationibus vestris, pla-
cuerit vobis diu eos vexavisse, orant & hortan-
tur, ne amplius eos exagitetis; man solle sie hin-
füro ungeheut lassen / prout refert Christoph.
Warsewic. *in orat. de legat. fol. 54.* & ex eo Be-
sold. *de appellat. cap. 2. n. 6.* Dn. Lansius *consultat. contra German. fol. 809.* Atque hoc tempore Hel-
vetios plenariam libertatem obtinere, & nullius
Imperium recognoscere, præter experientiam,
testantur Besold. *d. n. 6. & in differt. de monarch. cap. 7. num. 8* Fesch. *de fœderib. concl. 8. lit. G.*
Vietor. *d. conclus. 2.* Unde etiam ad contributio- 34
nes Turcicas non ut alii Imperio subjecti, sed ad
instar aliorum Regum & Principum extraneo-
rum, ad voluntariam subsidium, umb ein Christ-
liche Mitleidenliche Hülff / requiruntur, ut vi-
dere licet ex R. A. zu Speyr / *de anno 1542.* §.
Wir und die bemelte. *59.* R. A. zu Regenspurg.
de anno 1576. §. Wie auch die Aydgenossen. *24* R.
A. zu Regenspurg *de anno 1641.* §. Damit auch
diese Hülff. Cui etiam accedit, quod Carolus V. 35
anno 1547. ipsos de fœdere ineundo sollicita-
rit, Sleidan. *histor. lib. 19.* Et licet urbes reforma-
tas tum exceperit, non tam subjectionem, etiamsi
maximè fuerit prætensa, quàm Religionem in
causa fuisse, dicit Fesch. *de concl. 8. lit. G.* ubi dif-
fitendum non esse, quin comiter adhuc S. Rom.
Imperii majestatem sanctè venerentur & obser-
vent Helvetii, in cujus tesseram privilegiis ad-
huc dum inhærere imperialibus, & quod singu-
lare, in fœderibus ipsorum quibuscunque exci-
pere, das heilig Reich / von deß Reichs wegen.
Et hodie Helvetios Imperium Romanum comi 36
tantum observantia recognoscere, & de cætero
acriter libertatem suam tueri, refert Bodin. *de republ. lib. 1. cap. 7. & lib. 5. cap. 5.* Paurmeister.
de jurisdict. lib. 2 cap. 4. n. 29. Besold. *de stat. sub-
altern. cap. 7. n. 8.* Reinking. *de regim. sec. lib. 1. class. 2. cap. 9. num. 92. seq.*

In pacificatione inter Plenipotentiarios
Cæsareos & Regios Sueccios nuper anno 1648. 37
Osnabrugis facta, §. 6 controversia hæc in hunc
modum decisa est: Cum item Cæsarea majestas
ad querelas nomine civitatis Basilieensis & uni-
versæ Helvetiæ coram ipsius Plenipotentiariis
ad præsentes congressus deputatis propositas
super nonnullis processibus & mandatis execu-
tivis à Camera Imperiali contra dictam civita-
tem, aliosque Helvetiorum unitos Cantones,
eorumque cives & subditos emanatis, requisita
Ordinum Imperii sententia & consilio singulari
decreto die 14. mensis Maij anno proximè præ-
terito declaraverit, prædictam civitatem Basi-
leam, cæterosque Helvetiorum Cantones in
possessione vel quasi plenæ libertatis & exem-
ptionis ab Imperio esse, ac nullatenus ejusdem
Imperii dicasteriis & judiciis subjectos; pla-
cuit hoc idem publicæ huic pacificationis con-
ventioni inserere, ratumque & firmum manere,
atque idcircò ejusmodi processus, unà cum Ar-
restis eorum occasione quandocunque decretis
prorsus cassos & irritos esse debere.

XII. Hispania. Hispaniam olim Imperii
Romani Majestatem, ejusque victrices Aquilas 38
agnovisse, constat ex *l. 2.* §. 1. *ibi: quacunque in partibus Hispaniæ. C. de præfect. Prat. Afric. l. relegatorum. 7.* §. *interdicere. 10. ibi: præsidi provinciæ Hispaniæ rescripserũt. ff. de interd. & releg.* Et fa-
cit in scripto *l. si a sponso. 16. C. de serv. fugit.* Marta
de jurisd. part. 1. cap. 26. n. 73. Carol Molinæ *in consuet. Paris. in princ. n. 19* Rest. Castald. *de Imper.*

per. Rom. quæst. 35. n. 11. & seq. Verùm hodie ab Imperio avulsa est, ejusque jurisdictionem non agnoscit, Jason. *in l. cunctos populos. lect. 1. col. 2. C. de sum. Trinit.* gloss. *in c. Hadrianus. dist. 63.* Panormit. *in c. venerabilem. col. 9. de action.* Molinæ. *d. l. n. 20.* ideò, quod Reges Hispani regna sua absque Imperatorum auxilio, maximaque Reipubl. infœlicitate, ab Arabibus occupata immensis laboribus, periculis & impensis, effuso per septingentos annos proprio & subditorum sanguine, à Christianæ Religionis hostibus liberarint, & ita se exemerint, ex gloss. *in c. Hadrianus dist. 63.* Joh. Lupo *in pr. rep. de donat. int. vir. & uxor. n. 18.* & Joh. Garz. *de nobil.* Dn. Cluten.
40 *in syllog concl. 10. lit. c. Respectu tamen Ducatus* Burgundiæ & *Mediolanensis Status est* Imperii, & in Comitiis Imperialibus, non ut Rex supremum locum occupat, sed ut Dux Burgundiæ & Mediolanensis, suo ordine inter Principes Imperii sedet, Cluten. *d. concl. 10. lit. e.*

41 *XIII.* Hungaria. Hungariæ Episcopi & Proceres licet inter Status Imperii Germanici computati, & in Senatu Imperiali sessiones & vota habuerint, ut constat ex Sigismundi Imp. laudo de anno 1417. in causa inter Archiepiscopum, civitatemque Coloniensem, & Ducem Metensem apud Goldast. *tom. un. constit. Imperial. fol. 394.* Limnæ. *de jur. publ. lib. 1. cap. 9. n. 36.* Atque Hungariæ Duces regiam coronam à Pontifice acceperint, Bodin. *de republ. lib. 1. cap. 9.* Et Rex Stephanus in Papæ clientelam se dede-
42 rit, Vietor *de exempt. conclus. 2.* Hac tamen occasione ab Imperio se exemit, & de facto ejus membrum esse desiit, R. A. zu Augspurg *de anno 1566. §.* Uber voriges haben. *70. ibi:* Solche Landschafft im H. Reich Teutscher Nation in nichts nicht verwandt/ oder zugethan. Nolden *de nobil. cap. 2. n. 83. & seq.*

43 *XIV.* Insubria & Lombardia. Insubriæ & Lombardiæ civitates olim Imperio parebant, cum pace Constantiæ rebellionis gratuita venia in gratiam reciperentur, Vietor. *d. concl. 2.* Unde etiam Lombardia provincia nobilis & pars Imperii Romani pretiosa appellatur à Friderico II. in rescripto 1. apud Goldast. *tom. 2. constitut Im-*
44 *perial. pag. 51.* Limnæ. *d. cap. 9. n. 32.* Hodie tamen libertate civitates istæ fruuntur, & Imperium Romanum non agnoscunt, Sigon *lib. 4. de regn. Ital.* Azeved. *ad constit. Hispan. lib. 9. tit. 17. leg. 1. n. 46.* Vant. *de nullit. ex defect. jurisd. & unde. n. 37.*

45 *XV.* Italia, ejusque civitates. Italiam hodie Pontifex Romanus detinet, ex prætensa donatione Imperatoris Constantini; *c. Constantinus. 13. dist. 96.* Hic enim Pontifici Urbem Romam, cum toto patrimonio adjacente, septuaginta duas civitates, & duo millia oppidorum in Italia, & in insulis adjacentibus, donasse jactitatur,
46 Marta *de jurisdict. part. 1. cap. 30. n. 25.* Quam tamen donationem nunquam factam fuisse, & purum putum figmentum esse, traditur *in d. c. Constantinus.* demonstrant Æneas Sylvius postea Papa Pius II. factus, *in dialogo suo* (ubi stolidos appellat Legistas, quod tantoperè sudant, an donatio Constantini valeat, cum nunquam facta sit) Nicol. de Cusa, Cardinal. *lib. 2. de concord. Cathol.* Laur. Valla *in pecul. declam.* Alciat. *lib. 7. parerg. jur. civil. cap. 19.* Dauth. *de testam. n. 255.* Bodin, *de republ. lib. 1. cap. 9. fol. 221.* Thom. Michael. *de jurisd. concl. 18.* Joh. Wolff. *tom. 2. memor. lect. cent. 6. part. 1.* Covarr. *var. resol. lib. 4. cap. 18. n. 8.* Prukman. *de regal. §. soluta potestas. memb. 2. effect. 7.* Arnisæ. *de jur. majest. lib. 1. cap. 5. n. 6.* Bruning. *de var. univers. spec. concl. 6. lit. b.* Ant. Coler. *de jur. Imper. sect. 4.* Laur. Ohm. *de jur. Episc. concl. 7. lit. a.* Reinking. *de reg. sec. lib. 1. class. 2. cap. 7. n. 46. seq.* Limnæ. *de jur. publ. lib. 1. cap. 9. n. 37. seq.* Vel si unquam facta fuisset, invalidam tamen & revocabilem, docent Bruning. *d. concl. 6. lit. b.* Laur. Ohm. *d. lit. a.* Reinking. *d. cap. 7. n. 73. seq.* Wurmser. *de jur. publ. exerc. 1. quæst. 15. vers. posito etiam.*

Omnimodam quoque exemptionem sibi 47
vindicare conantur Domini & civitates omnes in Italia, quas enumerat Carol. Sigon. *de Regn. Ital. lib. 14.* ut sunt Mediolanum, Brixia, Mantua, Venetia cum adhærentibus, Verona, Vincentia, Patavia, &c. Parma, Placentia, &c. cujus exemptionis fundamentum ponunt in fœdere inito cum Imperatore Friderico ex constitutione de pace Constantiæ, Sigon. *d. l.* propterea, quod ibidem fœderatæ dicantur istæ civitates, & sic Imperator in eas potestatem supremam exercere nequeat, Pacian. *cons. 19. num. 342. & cons. 149. n. 76. & de probat. lib. 2. cap. 4. n. 41.* Bart. *in l. inter eos. ff. de adquir. rer. dom.*

Contrarium tamen, & prædictas civitates, 48
salvis quibusdam privilegiis & immunitatibus, tàm quoad jurisdictionem, quàm alia potestatis politicæ capita, Imperio, ejusque summo magistratui, Cæsareæ nimirum Majestati, etiamnum esse subjectas, tradunt per *c. Imperialem. §. firmiter. de feud. alien. per Frider.* Paurmeister. *de jurisdict. lib. 2. cap. 4. n. 52.* Bened. Carpzov. *de leg. Reg. German. cap. 7. sect. 6. n. 3. seqq.* Et Imperatoriæ superioritatis intentionem in Italia adeò fundatam esse, ut exemptionem alleganti probandi onus incumbat, consuluit Cephal. *cons. 369.* Dec. *cons. 367. lib. 3.* Et controversiæ inter Florentinos & Pisanos agitatæ cognitionem & dijudicationem ad Cæsaream auctoritatem pertinere, sine partium contradictione professus est Imperator Maximilianus I. Guicciardin. *3. histor.* Notum 49
quoque est, causam Finariensem inter Rempublicam Genuensem & Marchionem coram Imperatore Ferdinando I. fuisse agitatam, Cluten. *syllog. rer. quotid. conclus. 10. lit. a.* Ac cum Pius IV. Pontifex Cosmum Medicem Florentinorum Principem, Regem creare vellet, à Maximiliano II. audire coactus fuit; Italia non habet Regem, nisi Cæsarem, Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 33. num. 69.* Arnisæ. *de jur. Majest. lib. 1. cap. 4. num. 5.* Cluten. *d. l.* Idem quoque probat 50
Cancellariæ Aulicæ Cæsareæ stylus, quo ad singulos Italiæ Principes & Civitates ita inscriptiones fieri solent: Principi illustrissimo N. Duci Parmensi, & Principi nostro charissimo. Item: Honorabilibus nostris & Sacri Imperii dilectis, N. Magistratibus Civitatum nostrarum Imperialium, Papiæ, Cremonæ. Pisæ, &c. Illustri, Magnificis, nostris & Sacri Imperii fidelibus dilectis, N. Duci & Magistratibus Cameræ & Civi-

tatis

tis nostræ Genuæ, &c. teste Paurmeister, *de jurisdict. lib. 2. cap. 4. n. 75. & seq.*

51 Ex quo etiam Imperatori in Capitulatioue seriò injungitur, feudorum Italicorum nomine cognitionem & disquisitionem accuratiorem instituere, Capitulat. Imperatoris Ferdinandi III. *artic.* Zu dem und insonderheit. *9. vers.* Fürnemblich auch / dieweil uns fürkömmt / daß etliche ansehnliche / dem Reich angehörige Herrschafften und Lehen / in Italia / oder sonsten veräussert worden seyn sollen / eigentliche Nachforschung derentwegen anstellen / wie es mit solchen alienationen bewandt / und die eingeholete Bericht / zur Chur-Fürstlichen Maintzischen Cantzeley inner Jahrs-Frist / von dato an zu rechnen / unfehlbarlich einschicken / ꝛc.

52 Quamvis autem Friderici I. tempore & cura olim ex solis juribus fisci Regii in Italia, atque ex his tantum, qui nullo jure, sed sola præsumptione de Regalibus se intromiserant, triginta millia tallentorum, plus minusve, reditibus publicis per singulos annos accesserint, Radevic. *libr. 2. de gest. Friderici I. cap. 5.* apud Urstis. *tom. histor. German. pag. 509.* & Heinricus VII. adhuc Pisas convocatis Italiæ Principibus tributum Imperio debitum imperaverit, de præteritis quidem, si qui non erant solvendo, multa remittens; cæterum edicens, se nullo modo imposterum laturum, ut defraudaretur Imperium, neque enim suam se rem agere, sed rem

53 publicam Imperii, Mutius *libr. 23.* Chron. *German. pag. 218.* Hodie tamen Italia nihil amplius Imperio contribuere dicitur, Vadian. *de colleg. monaster. Germ. vet. lib. 2.* apud Goldast. *Alaman. rer. tom. 3. pag. 101.*

54 *XVI.* Livonia. Livoniam Bremensium industria inventam, & militum Teutonicorum virtute ad Imperium & Religionem Christianam redactam, ejusque Majestatem recognovisse, dignoscitur ex causa appellationis non ita pridem inter Schmilach contra Nassaw / in Camera ventilatam, ubi decretum: Wolte Nassaw / seinem Erbiethen nach / beweisen und darthun / daß keiner auß Liffland an das Kayserliche Cammer-Gericht appelliren mag / er habe dann zuvor an einem gemeinen Land-Tage vor allen Herren und Potentaten deß Lifflands appelliret / daß solches gehöret / und er thue solches / oder nicht / soll in puncto devolutionis erkennt werden / was rechtist / Author *decis. sive prajudic. Cameral.* apud Gylmann. *symph. tom. 3. verb. appellare quibus & à quibus. vers. appellatio à* Lyfflandt. & ibid. Wehner. *tom. 6. cap. 4. §. 9.* Unde etiam Imperator Maximilianus II. Rigam suam & Imperii civitatem novissimè appellat, Reichs-Abschied zu Erffurt / *de anno 1567.* §. Wir haben auch auß. *61. ibid:* Gegen unser und deß Heiligen Reichs-

55 Statt Riga betreffendt. Hodie Poloniæ Rex Livoniam sibi subjecit, Paurmeist. *de jurisdict. libr. 2. cap. 4. num. 28.* Et cum Imperator Carolus V. Rigensibus Imperii proscriptionem minaretur, eam pro fulgure ex pelvi habuerunt, dicentes: Priusquam in Livoniam advenisset, equitatum ejus lassum & fatigatum fore, ac si magno cum exercitu veniret, eum fame & inedia consumptum iri, sin cum exiguis viribus, facilè vinci posse, ex Thuan. *hist. lib. 21.* Joh. Limnæ. *de jur. publ. lib. 1. c. 9. n. 51.*

Lotharingia, vide *supra lib. 2. c. 33. n. 111.*
Lombardia, vide Insubria.

XVII. Medoilanum, Meylandt. Mediolanum Imperii Romani proprietas est, Reichs-Abschiedt zu Nürnberg / *de anno 1542.* §. Und wie nun ihr. *3. ibi:* deß Heiligen Reichs Eigenthumb deß Hertzogthumbs Meylandt. Ab Adolpho Imperatore privilegium acceperit perpetui Imperii Vicariatus, quod & Carolus IV. confirmavit, Buxtorff. *ad Aur. Bull. conclus. 53. lit. C.* Ludovicus XII. Galliæ Rex Ducatu hoc occupato, pretio centum mille florenorum à Maximiliano I. investituram obtinuit, cum clausula tamen, salvis Imperii juribus, Choppin. *de doman. Franc. lib. 1. cap. 6. n. 21.* Eundem Carolus Quintus recuperavit, & filio suo Philippo Hispano concessit, salve superioritate, Lancel. Gall. *consf. 24. n. 10.* Marta *de jurisdict. part. 1. cap. 33. num. 37. seq.* Et inde Reges Hispaniarum hunc Ducatum ab Imperio fiduciæ nomine possidere, dicit Bodin. *de republ. lib. 1. cap. 9. fol. 191.* Eoque nomine juramentum fidelitatis in manus Imperatoris præstare, Lancell. Gall. *de num. 10.* Et Ducem Mediolanensem Imperatorem recognoscere, probat Ægid. Boss. *in pract. criminal. tit. de Crimin. læs. Majest. n. 54. & 55.* A quo tamen dissentiunt, eumque neminem superiorem agnoscere, tradũt Bursat. *consf. 4. n. 21. lib. 1.* Jason. *consf. 101. n. 10. vol. 4.* Peregrin. *consf. 2. n. 36.* Alciat. *tract. sing. certam. c. 32. n. 4.* Remig. Fesch. *de fæderib. conclus. 7. lit. O.* Imperator enim Wenceslaus Johannem Galeatium Ducem creavit, Urbe ditioneque grandi pecunia vendita, additaque potestate, ut in hæredes transferri posset, Arnisæ. *de jur. Majest. cap. 5. num. 5.* Unde Electores in abdicatione Wenceslai §. 1. inquiunt: Mutilasti imperium Mediolano & Provincia Longobardiæ, quæ juris Sacri Romani Imperii fuerant, redeuntibus indè ad Imperium amplissimis emolumentis; in qua ditione, Mediolanensis, veluti minister Sacri Imperii partibus fungebatur, cum tu contra, quàm tuam sublimitatem & dignitatem decebat, acceptâ pecuniâ, Mediolani Ducem & Comitem Papiensem creasti, &c. referẽte Carpzov. *de Leg. Reg. Germ. c. 7. sect. 6. n. 35.* 56 57 58 59

XVIII. Muscovia. Muscoviæ Magnus Dux primo Tartaris paruit, quibus postea se subtraxit, & absolutũ dominium adeptus est, Marta *de jurisd. part. 1. c. 27. n. 1.* usq; ad añum 1524. quo Basilius sibi Regis Muscoviæ titulum tribuit, quem etiam ab Imperatore Romano titulum Imperatorium petiisse, tradit Volkmar. *de jur. Princip. cap. 21. n. 13.* Eumque talem præ se tulisse Majestatem, ut cum Legatus magni cujusdam Principis perorando apud ipsum injussus caput texisset, clavo pileum capiti affigi mandaverit, Remig. Fesch. *de fæder. concl. 7. lit. L.* 60

XIX. Neapolis. Magna Italiæ pars, novem amplissimis & amœnissimis regionibus clara, ab Imperio quoque avulsa est, cum ultimus Suevorum Conradinus innoxiam cervicem infando scelere carnifici porrigeret, Vietor *de caus. exempt. concl. 2.* 61

XX. Polonia. Poloniam Imperio Romano olim paruisse inde apparet, quod Cæsari tributaria fuit, Naucler. *in chron. vol. 2. gener. 35.* Ejusque Dux Boleslaus ab Imperatore Ottone Tertio 62

Tertio Regiam dignitatem consecutus, Guangin. *lib. 2. rer. Polon.* Peucer. 4. Chron. Carion. *5. chron.* Tandem tamen Imperio repudium misit, & hodie Poloniæ Reges superiorem non recognoscunt, Petr. Roytz. *in decision. Lithuan. 3. n. 334.* Otto Frisingens. *libr.* 1. *cap. 17.* Bodin. *de Republic. lib. 1. cap. 9. fol. 203.* Reinking. *de regimin. secul. lib. 1. class. 2. cap. 8. n. 27. seq.* Limnæ. *de jur. publ. libr. 1. cap. 9. num. 59. seq.*

64 *XXI.* Portugallia. Portugalliæ Regnum una cum Hispania Imperio ademptum est, Purpurat. *in rubr. de jurisd. num.* 10. Marta *de jurisdict. part. 1. cap. 26. n. 96.*

65 *XXII.* Rhœtia. Rhœti, die Bundtner/una cum Helvetiis libertatem adquisiverunt, & ab Imperio se exemerunt, Stumpff. *lib.* 10. *Chron. Helvet. cap. 4. & seq.* Munster. *Cosmograph. lib. 1. c. 185. & seq.* Vietor. *d. conclusion. 2. vers. Helvetii.*

66 *XXIII.* Scotia. Scotiæ Regnum Angliæ hodie unitum est, nam Scotis de cooptando Rege dissidentibus, Balliolus sese professus est, Britanni beneficiarium, ut Scotiæ Regno præficeretur, Bodin. *de republ. lib. 1. cap. 9.* Cluten. *syllog. rer. quot. conclus. 10. lit. d.*

67 *XXIV.* Sicilia. Siciliæ Regnum & Calabriæ, Ducatum Apuliæ, & Principatum Capuæ, Romano Imperio univit Fridericus Henrici VI. Imperatoris filius, ut perpetuo terrarum istarum unus Dominus esset, Goldast. *tom. un constit. Imper. fol. 287.* Et in Siciliæ & Apuliæ Regem, Imperio rebellem, Pisis in Comitiis Imperialibus anno 1311. proscriptionis latam sententiam refert Goldast. *d. l. fol. 321.* Posteà verò cum ul-

68 timus Suevorum Dux Conradinus, Friderici II. Imperatoris filius, indigno fato apud Neapolim securi percuteretur, ab Imperio adempta est Sicilia Thuan. *histor. lib. 1.* Munster *Cosmograph. de Italia. cap. 73.* Crus. *annal. Suev. libr. 2. part. 3. cap. 19.* Bodin. *de Republic. lib. 2. cap. 5. in fin.*

69 *XXV.* Suecia. Sueciæ Rex licet olim sub Imperii Romani tutela fuerit, hodie tamen superiorem non recognoscit, Laur. Kirchoff. *cons. German. 4. cons. 17. num. 28.* Hering. *de fidejuss. cap. 7. num. 577.*

70 *XXVI.* Transylvania. Transylvaniæ Princeps, modò in Imperatorum Romanorum, modò in Turcæ protectionem transiit, & Sigismundus Battorius perpetuæ Imperii tutelæ se submisit, ejusdemque Princeps appellari meruit anno 1595. Unde cum proditionis reus delatus esset, ad Imperatorem Viennam captivus abductus, carcerique mancipatus, aliquot annis ibidem peractis obiit, Remig. Fesch. *de fœderib. concl. 7. in fin.*

71 *XXVII.* Venetia. Venetam Rempublicam Imperio Romano nunquam subfuisse sunt qui contendunt, eo quod in mari ædificata, & non in solo juris alicujus, & ideo libera, *l.* 1. §. *quod si quis. 18. ff. de nov. oper. nunciat.* §. *insula, quæ in mari, 22. I. de rer. divis. l. in tantum 6. in princ. ff. eod. l. Insula 30. §. fin. ff. de aquir. rer. dom.* Menoch. *resp. Finar. 2 art. 1. num. 63.* Marta *de jurisdict. part. 1. cap. 33. num. 7.* cum Imperator non sit Dominus maris, Dd. *in l. 9. ff. ad L. Rhod. de jact.* Alciat. *2. dispunct. cap. 5.* Sed malè, quamvis enim is, qui in mare ædificat, id quod ædificat, suum faciat, & insula in mari occupantis fit, non tamen ædificatione vel occupatione ejusmodi statim Imperii superioritatis jus assequitur, Ant. Vacca *ad l. 2. ff. de aquir. rer. Dom.* Joh. Limnæ. *de jur. publ. lib. 1. cap. 9. num. 68.* Nihil enim commune habet causa Dominii & proprie- 72
tatis cum Imperio & jurisdictione, Gail. *2. obs. 69. num. 2.* Licet igitur proprietas civitatis remaneret Venetis, jus tamen superioritatis Imperatori non esset denegandum, cum Romanos quoque maris imperium habuisse constet ex Polyb. *lib. 1.* Nec Venetorum Imperium mari terminatur, sed bonam partem vicinorum littorum occupat, Arnisæ. *de jur. Majest. c. 2. n. 4.* Et olim quoq; Venetorum Rempublicam de populo Romano fuisse constat, Flamin. de Rub. *consil. 2. n. 54.* Sic enim Conradus Budoarius 73
Venetiarum Dux à Conrado I. Imperatore *anno 915.* jus monetæ accepisse legitur apud Volat. *4. Geogr.* Et Sebastianum Cianum ornamenta Regia ab Imperatore Barbarossa accepisse, Contaren. *de republ. Venet. libr. 2.* Cluten. *syllog. conclus. 12. lit. C.* Et Venetos in recognitionem superioritatis quotannis pallium aureum pependisse, usque ad Ottonis III. Imperium, ex Johan. Baptist. Ignat. *in vit. Ottonis III.* refert Remig. Fesch. *de fœder. concl. 8. tit. K.* Unde etiam Dux Venetiarum in Camera Imperiali aliquando proscriptus legitur, & præjudicium in causa Herrn von der 74
Leittern/ contra Laurèdaumen/Venetiarum Ducem, latinè & Germanicè bannitum, & Germanicè tantum 13. Junii anno 1509. denunciatum, refert Author *decis. sive præjud. Cameral.* apud Gylmann. *symph. tom. 3. verb. Bannum. vers. banni sententia. pag. 56. in fin.* Goldast. *tom. 2. constit. Imper. fol. 118.*

75 Quicquid autem sit, hodie Venetia superiorem neminem agnoscit, Jason *cons. 70. num. 4. seq. vol. 4.* Menoch. *cons. 2. num. 63. & cons. 1210. num. 25. lib. 13.* Mynsing. *5. observ. 29. n. 3.* Gigas *de crimin læs. Majest. rubr. quotuplex sit Majestas. n. 12. seq.* Cœpoll. *de servit. rust. præd. in c. domari. num. 4.* Voclkmar. *de jur. Princ. cap. 12. num. 15.* Quamvis adhuc aliquid juris Romano Imperio in Venetos superesse, statuant Zoanet. *de Rom. Imper. num. 203* Muscorn. *de jurisd. n. 128.* Paurmeist. *de jurisdict. lib. 2. cap. 4. n. 57. seq.* Gœddæ. *ad l. 3. §. ejus ff. de V. S.* Cluten. *d. concl. 12. lit. D.* Norderman. *de jur. Principat. concl. 87.* Thom. Michael. *de jurisd. concl. 20.* Limnæ. *de jur. publ. lib. 1. cap. 9. num. 71. seq.* Unde Versiculi, quos ex Hutten. refert Besold. *de jurisd. Imper. quæst. 6.*

Rana procax nuper Venetas egressa paludes
Ausa est, quam tetigit, dicere, terra mea est.
Quam procul ut vidit specula Jovis ales ab alta,
Convulsam ad lutcas ungue retrusit aquas.

Plura de Regnis, Provinciis & Civitatibus ab Imperio Romano avulsis, vide apud Bodin. *lib. 1. de Republ. cap. 9.* Marta *de jurisdict. part. 1. 26.* Reinking *de regimin. secul. libr. 1. class. 2. cap. 5. per tot.*

Anne autem hujusmodi & consimiles aliæ exemptiones ab Imperio validæ sint, vid. *supra lib. 1. cap. 18. n. 45. & seq.*

FINIS LIBRI QUARTI.

LIBER

LIBER QVINTUS.

OFFICIA MAGISTRATUUM CIVITATUM IMPERIALIUM CONTINENS.

CAPUT. I.

De Officio Magiſtratus in genere, ejusque diſtributione.

SUMMARIA.

1. *Duæ Reipubl. conſtituuntur partes, una eorum, qui præſunt, altera qui ſubſunt.*
2. *Officium Magiſtratus in genere.*
3. *Magiſtratus non habet jurisdictionem, niſi ſibi tributam.*
4. *Populus ſuam poteſtatem in Magiſtratum transtulit.*
5. *Magiſtratus civitatem repræſentat.*
6. *Senatus Principis perſonam repræſentat.*
7. *Et totum populum, ejusq; poteſtatem obtinet, & quatenus?*
8. *Quod Senatus facit, tota civitas feciſſe creditur.*
9. *Civitas, univerſitas, ſunt nomina juris, & dicuntur perſonæ repræſentatæ per magiſtratum.*
10. *Univerſitas quænam ſibi reſervare ſoleat?*
11. *Quomodo hoc caſu mandata magiſtratus inſcribenda:*
12. *Conſules unde dicti?*
13. *Conſules Romani duo erant.*
14. *Conſulis regnantis officium.*
15. *Senatus quomodo convocetur?*
16. *Vota quomodo colligantur?*
17. *Vota juniorum quandoq; prius audiuntur.*
18. *Syndicorum ſententiæ prius audiri ſolent.*
19. *Sententiæ potius numerari, quam ponderari ſolent.*
20. *Si vota ſunt paria quid agendum?*
21. *Si major pars Senatus abſens ſit?*
22. *Vota oſtiatim non ſunt conquirenda.*
23. *An Senatus tanquam ſuſpectus recuſari poſſit?*
42. *Senatores unde dicti & qui ſint?*
25. *Senatus variæ ſpecies.*
26. *Sicuti etiam judiciorum.*
27. *Senatores nonnullis ſpecialibus functionibus præferuntur.*
28. *An expediat uni Senatori plures functiones comittere?*

1 REſpublica univerſa, ſive Civitas, duobus connectitur vinculis, ſumma ſcilicet poteſtate, ſive dominatione, & civium ſubjectione, Ariſtot. *libr. 7. polit. cap. 14.* Indeque duæ Reipublicæ & Civitatis conſtituuntur partes & membra; unum eorum, qui præſunt, alterum qui ſubſunt, Petr. Gregor. Tholoſ. *de republ. libr. 4. cap. 1. num. 18.* Qui præſunt, in genere dicuntur Magiſtratus, qui ſubſunt, dicuntur cives, & ſubditi. Cum autem de Magiſtratuum electione & conſtitutione actum ſit *ſupra libr. 2. cap. 8.* Supereſt, ut nunc de ipſorum officio & poteſtate agamus.

2 Officium Magiſtratus politici in civitatibus Imperialibus in genere eſt, ſalus populi, & quod publica magis, quàm privata curare debeant, de quo *ſupra lib. 1. cap. 9. num. 8. & ſeq.* Et officium boni magiſtratus in Republ. benè conſtituta, eſt, fortunas ſubditorum in tuto collocare, juſtè judicare, unicuique id, quod ſuum eſt, tribuere, perſonam nullius reſpicere, hoc eſt, potentem imbecilli, divitem inopi, gentilem inquilino, civem advenæ, patricium plebeio minimè anteponere, ſed jus univerſis æqualiter impertiri, ut ſcribit Joh. Boter. *de orig. urb. lib. 3. cap. 31.* Moderatori beata civium vita propoſita eſt, ut ea opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honeſta ſit, inquit Cicero *5. de republ.* Tyrannus ſuam utilitatem ſpectat, Rex ſubditorum, Ariſtot. *5. Ethic. cap. 10.* Ut enim tutela, ſic procuratio Reipubl. ad ultilitatem eorum, qui

committi sunt, non ad illorum, quibus est com-
missa, gerenda est, Cicer. *1. offic.* Magistratui non
civium servitus est tradita, sed tutela, Neque
magistratuum est Respublica, sed Reipublicæ
magistratus. Senec. *de clement.* Claud. *in 4. con-
sol. Honorii:*

Tu civem patremq; geras: tu consule cunctis:
Nec tibi, nec tua te moveant: sed publica vota.

Hadrianus frequenter in Senatu dicere fuit so-
litus: se Principatum sic gesturum, ut sciret, rem
populi esse, non suam privatam, Dion. Omni-
um itaque somnos magistratuum vigilantia de-
fendat, omnium otium illius labor, omnium de-
licias ipsius industria, omnium vocationem illi-
3 us occupatio, Sen. *in consol. ad Polyb.* Ad hæc,
potestas & officium magistratus consistit in ipsi-
us concessionis & constitutionis forma: Cum e-
nim in arbitrio constituentis Imperatoris, vel
universitatis, sive civium fuerit, quid & quan-
tum de proprio, vel concesso sibi imperio, juris-
dictione, regalibus & aliis juribus Senatui, aliis-
que magistratibus tribuere voluerint, & sic ma-
gistratus nullam videatur habere jurisdictio-
nem, nisi quatenus per ipsam concessionem, vel
civitatis statuta, ipsi expressè tributum, Socin.
cons. 108. lib. 4. Quando igitur constat, Impera-
torem constituisse Senatum, eique jus civitatem,
ejusque jura regendi & homagium à civibus re-
cipiendi potestatem concessisse, vel cives ipsos
in concessione magistratus, in statu democrati-
co nihil sibi juris reservasse, sed omnia in sena-
tum, sive temporarium, sive perpetuum, tanquam
optimates transtulisse, tunc reliqui cives merè
fiunt subditi, & non immediatè Cæsari, sed soli
senatui juramento adstricti, nec eorum consen-
4 sus in rebus civitatis peragendis requiritur. Cum
in civitatibus Imperialibus populus omnem po-
testatem in Senatum transtulerit, hicque in lo-
cum Principis electus sit, prout in Camera vota-
tum, refert Gylman. *symph. tom. 1. part. 1. tit. 2. vot.*
5 *1. n. 2. & 3. fol. 68.* ubi hoc de generali consue-
tudine constare dicit, & talis magistratus civita-
tem repræsentet, §. *Senatus consultum. I. de jur.
nat. gent.* gloss. *in rubr. C. quæ sit long. consuet.* Lau-
dens. *de official. ex* gloss. *in l. 1. C. de contract. jud.
verb. pronuncias. in fin.* sicuti in contrahendo, &
obliganda civitate ex consuetudine esse dicit,
Zas. *in l. civitas. n. 11. ff. si cert. pet.* Bald. *in l. prin-
6 cipales in fin. C. de juram. calum.* Et senatum Prin-
cipis personam repræsentare, scribit Sixtin. *de
regal. lib. 1. cap. 4. n. 89.* etiam absque plebe, Petr.
Frid. Mindan. *de process. lib. 1. c. 31. n. 3. & 4.* Leh-
man. *Chron. Spirens. lib. 4. c. 13. fol. 316.* ubi ait:
Von Würdigkeit eines Raths in Reichs-Stät-
ten schreiben die Gelehrten/ deß Inhalts: Wie
den Menschen die Vernunfft regieret/ den Leib
die lebendige Seel/ die Sonn den Himmel/ ein
Schiff der Steurmann; Also seye ein Rath der
Statt Verstand/ Leben/ Liecht und Ancker deß
Friedens. Und wie der Leib ohne lebendige Seel
todt und erstorben: Also könne ohne einen Rath
die Statt nicht bestehen. In einer jeden Reichs-
Statt ist der Rath gleich einem Fürsten/ oder
Grafen deß Reichs in seinem Land/ wird auch
von der Burgerschafft an statt eines Fürsten
erwählet und gesetzt; und gleich wie andere
Unterthonen ihrem Lands-Fürsten/ Grafen
und Herrn zu Trew/ Huldt und Gehorsam/ ver-
mittelst leiblichen Ayds/ verbunden; also auch
die Burgerschafft in Reichs-Stätten ihrer
Obrigkeit dem Rath. Eumque totum popu-
lum repræsentare, ejusque potestatem obtinere, 7
scribit Besold. *de jur: universit. cap. 4. n. 2.* Zas. *in
d. l: civitas. n. 11. ff: si cert. pet.* Meischner. *tom. 2.
lib. 2. Cameral. decis. 4. n. 184 & tom. 4. decis. 22.
n. 116.* Ziegler. §. *civitas. concl. 1. n. 71. seq.* Et sit 8
quod proceres, sive Senatus civitatis, quibus gu-
bernatio, & omnis administratio rerum publica-
rum concessa est, faciunt, id pro eo habetur,
ac si tota civitas fecisset, *l. 3. ibi: si ordo dedit. ff.
quod cujusq; univers. l. item magistri. 14. ff. de pact.
l. municipes. 14. ff. ad municipal.* Coler, *de process.
part. 2. cap. 3. n. 361.* Ziegler. *d. concl. 1. n. 74.*
Et hoc casu Senatum, etiam absque tribunorum
convocatione & consensu, de quacunque re sta-
tuendi potestatem habere, si talis sit, qui omnes
ordines repræsentet, scribit Hartm. Pistor. *lib. 1.
quæst. 37. n. 5. ad fin.* Quia hic Senatus ex corpore
ipsius civitatis & universitatis eligitur, & assu-
mitur tanquam caput suis membris aptum, pro-
prium & congruens, quodque ideò sine ipso cor-
pore stare non potest. Et civitas, universitas & 9
collegium sunt nomina juris, & dicuntur per-
sonæ repræsentatæ per eorum Rectores & mode-
ratores, *l. 1. §. quibus. l. 2. l. sicut. §. ult. ff. quod cujusq;
univers. l. mortuo. ff. de fidejussor. l. si quis in suo. §. ult.
C. de inoff. test. c. innotuit. x. de his qui fiunt à major.
part.* Menoch. *2. arb. jud. cas. 598. n. 11* Ziegler.
d. §. civitas. concl. 1. n. 72. Et quod Senatus Prin-
cipem personam repræsentet & principi æqui-
paretur, ut *in l. quod Principis. ff. de aq. pluv. arc.
l. non ambigitur. ff. de Leg. & Senatus cons.* de quo
supra lib. 2. c. 1. n. hoc planissimè in liberis Impe-
rii civitatibus obtinere, & in ipsis Senatum ju-
ra Principis habere, scribit Author *consil. Frid-
bergens. part. 1. punct. 2. n. 109.* Quod si verò popu-
lus jura quædam & causas sibi reservavit, Senatus
in his civitatem non omninò repræsentat, sed
tribunorum consilio & consensu opus habet,
qualia plerumque sunt actiones belli & pacis,
legum civitatis rogationes, fœdera, munerum
novorum, tàm ordinariorum, quàm extraordi- 10
nariorum injungendorum necessitates, rerum
universitatis alienationes, & similia, quæ ad totã
universitatem, den Rath/ Zunfft und Gemeinde/
definienda pertinent. Et in his casibus civitas
non aliter, quàm per hoc generale consilium re-
præsentatur, per tradita Gœden, *cons. 74. n. 1.* Cu-
jusmodi jura, conditiones, leges & privilegia ci-
vibus vel tribubus reservata & competentia, in-
violabiliter servanda sunt, indeque in talibus ca-
sibus & causis obligationes, mandata & decreta
Senatus inscribi & subscribi non sufficit, Wir
Burgermeister und Rath/ sed addendum est,
und alle Burger gemeiniglich/ Rulant. *de commiss.
part. 1. lib. 5. cap. 8. fol. 279.* eodemq; modo ipsius
civitatis Syndici sive procuratoris mandatum
inscribendum est, Mynsing. *1. obs. 76. & 3. obs. 18.*
Et hujus rei & residuæ potestatis exempla vide-
re adhuc licet in civitatibus democratis, & in
quibus tribuni, sive tribus adhuc sunt in vigore,
da die alte Zunfft noch im Schwang/ und die-
selbe

selbe zu Berathschlagung der Stätt-Sachen gezogen werden müssen / veluti Rotwiliæ & Reutlingæ, &c. confer *supra lib. 2. cap. 3. num. 125.*

12 Magistratus in civitatibus Imperialibus constat ex Consulibus & Senatoribus. Consules inde dicti videntur, quod Reipublicæ consu-
13 lere debeant, *l. 2. §. exactis. 16. ff. de orig. jur.* quorum olim Romæ duo pro uno Rege crebantur, ideò, ut si unus malus esse voluisset, alter consimilem potestatem habens, eum coërceret, Eutrop. *lib. 1.* qui summum jus & Regiam potestatem obtinebant, nihilque à Regibus differebant, nisi quod annum duntaxat eorum officium erat, *d. l. 2. §. exactis. 16. ff. de orig. jur.* Germanis dicuntur Burgermeister / quasi civium magistri, item Ammeister veluti Argentinæ. Et plerumque in civitatibus Imperialibus tres esse solent, quorum unus dicitur, Consul regnans, Regierender / Worthaltender / Burgermeister. Et habetur pro capite & principe civitatis, Author
14 *consil. Fridberg. part. 1. punct. 2. n. 106. seq.* cujus officium est, litteras ad civitatem transmissas resignare & legere, supplices libellos recipere, partium querelas audire, Senatum convocare, proponenda & tractanda exponere, vota & suffragia collegarum & Senatorum requirere & colligere, conclusa & sententiam aperire, & executioni mandare. Quod si ipse Consul regnans absit, vel morbo detineatur, vel ejus antecessor vel senior vices ipsius agit, Tiraquel. *de primogenit. in princ. n. 119.*

15 Convocatio fit per campanæ, tubæ vel præconis vocem. Conr. Lancellot. *de decurion. n. 34.* Et si fortè Senatus citra hanc convocationem congregatus fuerit, nihilominius rectè congregatus dicitur, quia sine obtento, frustra de mediis curatur, *l. 2. C. de decurion. l. 5 C. de legat.*

16 In colligendis votis plerisque in civitatibus ita servari solet, ut ordine procedatur à senioribus ad juniores, ita ut qua quisque dignitate vel authoritate præstantior est, ita priori, vel posteriori loco sententiam dicat, *l. 1. in fin. ff. de alb. scrib. l. 6. § privilegiis ff. de decurion.* Lolæ. *de jur. univers. part. 1. cap. 3. n. 99.* Maranta *in proem. sec. n. 8.* & ita in consultationib⁹ seniorum consilia præcedere & excellere, scribunt Erasm. Roterod. *chil. 3. cent. 3. adag. 2.* Tiraquel. *de primogen. in præfat. n. 93.* Juxta illud vulgatum:

Vota senum, consulta virorum, & facta juventæ.

Idque hac ratione, ne scilicet experientiam seniorem præveniat pluralitas votorum à junioribus nondum benè informatis collectorum, sed habeant hi, quod discant & quod sequantur.
17 Bened. Carpzov. *decis. Saxon. 82. n. 11.* In nonnullis verò curiis à junioribus vota prius exquiri solent, quem morem in curia Pedemontana observari, refert Cacher. *pedemont decis. 1.* In Rota Romana, Chass. *in catal glor. mund. part. 1. consid. 19.* Et in Neapolitana, Afflict. *Neapol. decis. 1.* quod hac fulcitur ratione, ne scilicet minores à majorum sententiis declinare formident, & majores autoritate, non judicio juniores in suas partes traducant, ut loquitur Tacitus *lib. 4. annal.* cum pudori sit junioribus, senioribus contradicere, vel iisdem prudentiores videri velle, & sic fiant Jaherrn / Carpzov. *d. decis. 82. n. 9. & seq.* & quia in ultimo loco sententiam proferentis potestate sæpissimè est, variantibus votis causam suffragio suo decidere, idque seniorum judiciis tutius committi possit, Ant. Gamma *lusitan. decis. 1. n. 12.* Henric. Bruning. *de var. univers. spec. concl. 47.* Alii Principis prudentiæ & discretioni relinquunt, quo ordine vota colligat, nec abs re esse, si ordinem certum ætatis & dignitatis servet, ita, ne se ad istum ordinem adstringat, & interdum inverso utatur, scribit Andre Rey. *de concil. & consult. disc. 6.* In civitatibus 18
nonnullis imperialibus, ut hic Esslingæ, &c. Syndicorum & Advocatorum sententiæ prius audiuntur, in aliis, verò civitatibus ultimo loco sententiam dicunt.

Votis ita collectis, quod major pars consti- 19
tuit, locum obtinet, & sic sententiæ potius numerantur, quàm ponderantur, Lancellot. *de decurion. n. 49.* qui modus licet sit periculosus, & melius cum rebus humanis ageretur, si ponderarentur sententiæ, non numerarentur, secundum Plin. *lib. 2. epist. 12.* cum argumentum pessimi turba sit, Senec. *de vit. beat. cap. 2.* juri tamen civili conformis est, *l. quod major pars. 19. ff. ad municipial.* Imò necessarius esse videtur, nam

Cuique suum caput est, atpileus, improbat Hermes,
Approbat Hermannus, nec idem placet omnibus unquam.

& in omnibus ferè curiis, collegiis & judiciis obtinuit, ut quæ numero vincit sententia, eadem rationibus quoque pondere superior existimetur, Ant. Fab. *in Cod. lib. 1. tit. 7. defin. 2. num. 2.* Carpzov. *d. decis. 82. num. 17. seq.* late Klock. *de contrib. cap. 6 per tot. & supra lib. 2. cap. 17. n. 65.*

Quod si verò vota sint paria, non malè fa- 20
ciet Præses vel director, si denuo singulorum vota colligat, ut aliis in aliorum sententias transeuntibus, ea tandem pars vincat, quæ numero potior reperitur, Ant. Fab. *d. l.* Et si hoc modo imparitas non adquiratur, Præsidis sive Consulis votum alteri parti accedens pluralitatem efficiet, Carpzov. *d. decis. 82. n. 15. & 29.*

Quod si quoque major pars Senatorum ab- 21
fuerit, & senatus ad paucos redierit, hi nihilominus procedere possunt, per *l. sicut. 7. §. 2. ff. quod cujusque univers. c. cum a nobis. X. de elect. l. si legatario. 22. §. 1. ff. de fideicom. librat.* In tantum, ut etiam in arduis rebus curiales absentes à civitate, terrâ, villâ & castro necesse non sit convocare, Trentacinqu. *lib. 1. tit. quod cujusque univers. nom. resol. 1. in princ.* Quo casu, si votum præsidis paritatem efficiat, nec moram patiatur negocium, ut absentium vota expectare liceat, tunc 1. ea pars vincet, quæ favorabiliorem, puta matrimonii, dotis, testamenti, libertatis aut pietatis causam tuetur, *l. si pars. 8. ff. de inoffic. test. l. inter pares 38. ff. de re judic.* 2. Si favor causæ cesset, favor Rei attendatur, per *l. favorabiliores. 125. ff. de R. I. d. l. inter pares. 38. ff. de re judic.* Farinac. *de testib. quæst. 65. n. 152.* Et possessio quoque operetur, Carpzov. *d. decis. 82. n. 30. seq.*

Suffragia porrò in ipso concessu Senatus 22
intervenire necesse est, nec proficit collegas seorsim consentire, vel vota ostiatim conquirere

arg. l. 2. C. de decurion. Sichard. *tit. C. d. rescind. vend. n. 4.*

23 Tanta quoque authoritas collegii, vel ordinis decurionum & Senatus, ut tanquam suspectus recusari nequeat, prout habet communis opinio Gail. *1. obs. 33. n. 2.* Franc. Vivius, *lib. 1. commun. opin. verb. suspecti.* ita, ut fraus præsumatur in eo, qui omnes collegii sapientes & viros graves, tanquam suspectos recusare conatur, Bald. *in l. hoc modo n. 1. ff. de condit. & demonstr.* Sed si quidam suspicione quadam laborent, hi tantùm removendi sunt, Ord. Camer. *part. 1. tit. 6.* R. 21. *de anno 1559.* §. Da aber hinfürter. Quod si tamen totus Senatus ex justis causis suspectus sit, totum quoque recusari posse, tradit Alex. Raudens. *Pisan. decis. 105.*

24 Senatores dicti videntur propter ingenii, rationis, Consilii & judicii quasi senium & maturitatem, quasi in eo juveniles impetus omnes ardoresque consenuerint, & adoleverit illa ratio, quæ dum est suam in homine maturitatem & perfectionem adepta, Hoenon. *polit. disput. 4. concl. 12.* Et sunt nihil aliud quam Consiliarii, & membra, ex quibus Senatus colligitur, Timpler. *lib. 3. polit. cap. 3. quæst. 13. in fin.* & à senatu dicuntur Raths-Verwandte / Raths-Freund und Raths-Glieder / & Senatus dicitur Rath / à Consulendo, vom Rathen / Rath geben; Ex quo etiam Consules dici possent, sed quia Consulum major sit dignitas, quam senatorum & Consules plerumque provectioris sint ætatis & prudentiæ, ideo hi generali nomine Senatores, Rathsherrn dicuntur.

25 Cum varia Rerumpublicarum sint negocia, ita ut illa in uno eodemque senatu omnia expediri nequeant, ideò etiam varii senatus & judicia constitui solent, Petr. Gregor. Tholos. *de republ. lib. 4. cap. 5. n. 45* & senatus nomen in certas species abire solet, & alius dicitur senatus secretior, der geheime Rath / die geheime Herrn: Alius senior, der ältere Rath / die ältere Herrn: Alius minor der kleine Rath: & alius major der grosse Rath / qui tamen minore inferior esse solet, & ille minor dicitur à minore senatorum numero. Alius quoque dicitur senatus junior, der jüngere oder neue Rath. Ab ipso quoque senatorum numero senatus appellatur, & dicuntur Septemviri, die Siebener / Decemviri, Zehener / Duodecimviri, Zwölffer / Tredecimviri, Dreyzehener / Quindecimviri, Fünffzehner / Centumviri, &c. prout hoc ex moribus cujusque civitatis observatur.

26 Sicuti etiam ipsa judicia variis nominibus appellantur, veluti senatus der Rath / judicium das Gericht / quæ duo inter sese differunt, & in civitatibus Würtembergiæ municipalibus, judicium, das Gericht / majus est senatu, als der Rath / Scabinatus, das Schöpffen Gericht / de quo Matth. Stephan. *de jurisd. lib. 2. part. 2. cap. 4. per tot.* Freye Stuhlgericht / Heimlichgericht in Westphalen / de quo Klock. *1. consil. 15. n. 24. seq. & 41. seq.* Frohngericht / quod in Statutis Ulmensibus idem esse, quod apud nos Gandgericht oder Gand process. dicit Speidel. *in notabil. jurisd. histor. verb.* Frohngericht. Gastgericht / coram quo audiuntur advenæ, & alii etiam cives, si moræ periculum subsit, nec res altioris sit indaginis. Einungs-Gericht / cui qui præsunt Eynunger / Eyniger vocantur, qui ex senatorio ordine deputantur ad judicium, ubi causæ debitorum, injuriarum tam realium, quam verbalium peraguntur, daran lauter Schuld / Schmach und Schlaghändel disceptiret werden / Sculteto Imperiali, Reichs-Schultheisen / sive Stattaman præsidente, Mager. *de advocat. c. 16. n. 782* Ruggericht / de quo *infra cap. 13. n. 10.* Zuchtgericht / Weisengericht / Ehegericht.

27 Senatores quoque aliis nonnullis specialibus muneribus & functionibus præficiuntur, quales sunt prætores, Schultheissen / Statt-Ammänner / de quibus *infra cap. 3.* Cammerer / Zinß-verwalter / Umbgelter / Steurer / qui ærario & publicis tabulis præsunt, census & oblationes civium colligunt, urbis munitionem, locorum communionem, renovationem, & ædificationem, & quæ extra urbem terra fiunt, curæ habent, Matth. Stephan. *de jurisd. lib. 2. part. 2. cap. 2. n. 185. seq.* Ædiles, Baumeister / de quibus *infra cap. 27. n. 19.* Curatores annonæ, armamentarii, molendinorum, hospitalium, præfecti opificum, &c. Frucht- und Mühlenverwalter / Zeugmeister / Vogt und Pflegere der Hospitalien und Gotteshäuser / Heiligen Pfleger / Zunfft- und Gülden meister / Weddeherrn / & si qui sunt similes, de quibus passim in præcedentibus & subsequentibus dictum est.

28 Sed anne expediat, uni alicui senatori plures functiones, sive officia deferre, non immeritò dubitatur, cum indies fieri videamus, ut uni alicui plura officia demandentur? Verùm hoc Reipublicæ non expedire indè non immeritò dicendum videtur, quod singuli singula quidem rectè conficere possint, plura verò minimè, Plutarch. *de republ. gerend.* Plato *de republ. lib. 2.* Aristot. *2. polit. 4.* Et fieri non potest, ut unus multas res faciens, omnia laudabiliter perficiat, Xenoph. *lib. 8. inst. Cyri.* Et naturæ conditio talis, ut non uni omnia, sed singulis distincta det officia, veluti soli ut luceat, igni ut ardeat, aquæ ut humectet, Aristot. *2. polit. cap. 9.* atque uni si plures demandentur magistratus & munera, plura inde oriuntur incommoda, officia negliguntur, judicia corrumpuntur, multi vicarii introducuntur, qui Rerumpubl. pestes existunt, Simanca *de republ. lib. 9. cap. 30.* Quia etiam hac ratione via aliis præcluditur ad honores condescendendi, dum unus plurium vices & honores occupat, Petr. Gregor. Tholos. *de republ. lib. 4. cap. 6.* Et sicut duobus gregibus non expedit habere unum pastorem, ita neque duabus Rebuspublicis unum Regem. Unde singulis singula munera rectè curare difficile est; plura nemo potest, scribit Bodin. *de republ. lib. 4. cap. 4.* Exemplo sit Metiochus, apud Athenienses socius Periclis, in quem hæc dicebantur: Metiochus Prætor est, seu exercitum ducit: Metiochus panes inspicit; Metiochus farinas: Metiochus omnibus præest: Metiochus plorabit. Plutarch. *in præcept. Germ. Reipubl.*

CAPUT. II.

De Collegiis Mercatorum & Opificum, von Zunfften.

SUMMARIA.

1. *Collegiorum utilitas.*
2. *Collegium unde dicatur?*
3. *Collegæ quinam dicantur?*
4. *Collegia dicuntur Sodalitia,* Zunfften/ *&c.*
5. *Qui præsunt, dicuntur Magistri tribuum.*
6. *Tribus quandoq́; singulares protectores habent.*
7. *Collegium quid sit.*
8. *Tres faciunt collegium.*
9. *Collegium differt ab universitate.*
10. *Collegia licita vel illicita quænam?*
11. *Collegia pro lubitu habere non licet.*
12. *Sed horum permissio juri territoriali adscribitur.*
13. Geschenckte Handwercker *unde dicantur.*
14. *Horum consuetudo prohibita.*
15. *Quænã sint* Geschenckte Handwerker?
16. *A collegiis mercatorum & opificum differunt collegia in civitatibus Imperialibus,* die alten Zunfften *quæ reipubl. statum concernunt.*
17. *Quæ in plerisq́; civitatibus abrogatæ.*
18. *Mercatorum & opificum collegia quoad suam professionem jurisdictionem quandam habent.*
19. *Quæ ad Personas tantum collegarum spectat.*
20. *In causis & negotiis civilibus, quæ artificium concernunt.*
21. *Habent communem bursam.*
22. *Et commune quandoque sigillum.*
23. *Habent locum ubi conveniunt.*
24. *Possunt statuta condere de rebus ad se pertinentibus.*
25. *Non tamen in aliorum præjudicium.*
26. *Quæ tamen à magistratu conf-manda.*
27. *Licita opificum statuta sunt, ut nemo nisi legitimè natus ad opificium admittatur.*
28. *Quod ad legitimatos per subsequens matrimonium non extenditur.*
29. *Is qui ad collegium admitti cupit honestæ vitæ testimonium producere tenetur.*
30. *Probare debet, se per legitimum tempus opificium didicisse & specimen artis suæ edidisse.*
31. *Examen à peritis fieri debet.*
32. Bonhasen/ Störer *quinam dicantur?*
33. *In confectione artificii nimii sumptus evitandi & obsoletarum rerum confectio.*
34. *Quid si discipulus ante completos annos aufugiat.*
35. *Validum statutum, ne quis extra opificium uxorem ducat.*
36. *Ne quis simul in duobus collegiis sit.*
37. *Unus magist. ne plures discipulos habeat.*
38. *Invalida opificum Statuta sunt, quæ monopolium redolent.*
39. *Quænam statuta monopolium redoleant, & n. 40. seqq.*
55. *Quod unus cœpit ne alter perficiat.*
56. *Qua pœna teneantur monopolium exercentes.*
57. *Irrationabilia Statuta sunt, quibus prohibetur, ne molitores, opiliones &c. horumq́; liberi ad collegia honesta admittantur.*
58. *Quid de balneatoribus?*
59. *Et excoriatorum filiis & lictoribus.*
60. *An recipiendus in collegium, qui lictoris viduam duxit?*
61. *Jurisdictio collegiorũ magistratus cognitioni nõ derogat, nec ad delicta extenditur,*
62. *Injuriarum nomine neminem ab opificio removere vel ab eo recedere licet,* das aufftreiben der Gesellen.
63. *Invalida conventio opificum, ne quis alibi quàm apud tribunum conveniatur.*
64. *Pretium immensum ab eo, qui in numerum opificum recipi cupit, non exigendũ.*
65. *Ementes pannum tonsorem lanarum secum ducere possunt.*
66. *Statuta balneatorum non valent, ne quis lavet sine certo pretio.*
67. *Ludus Neptunius irrationabilis.*
68. *Fustigatio gravem infert injuriam.*
69. *Artifex, qui per decennium artem non exercuit, desinit esse artifex.*
70. *Ab opificio non potest removeri qui ducit eam, cum qua ante benedictionem sacerdotalem rem habuit.*
71. *Nec is qui ab alio imprægnatam ducit.*
72. *Qui cum carnifice edit, bibit.*
73. *Vel cum eo contraxerit.*
74. *Qui coactus est alicui abscindere aurem.*
75. *Qui canem interfecit.*
76. *Nec is qui relegatus est.*
77. *Qui post torturam absolutus est.*
78. *Ob delictum tantum inculpatus lite pendente.*
79. *Propter quod reliqui operari non possunt recusare.*
80. *Magistratus curare debent, ut opificia sint sine fraude, & propterea inspectores constituendi.*
81. *Præcavenda opificiorum confusio.*

1 CUm, ut præcedenti capite dictum, unus magistratus omnibus causis decidendis & expediendis non sufficiat, communis quoque utilitas plerisque in civitatibus effecit, ut Senatus officium suum, quod causas, quæ ad artem, vel professionem opificum & aliorum pertinent, concernit, ipsis artificibus & opificibus, collegii jure tractandas, & dijudicandas commiserit. Et consultum esse, ut cives in certa collegia distribuantur, in quibus Consules artium, die Zunfftmeister/ potestatem habeant cognoscendi inter artifices, de rebus ad opificium spectantibus, ut tres & officia communia dextrè magis exerceantur, scribit Dn. Georg. Lud. Lindenspur. *ad ordinat. polit. Würtemberg. tit.* von Handwerckern/ *n. 11. fol. 214. seq.* Et cum variæ inter ipsos opifices in ipsorum collegio lites exoriri soleant, ideò de his nonnulla delibare placet.

2 Dicitur autem collegium à colligendo, quod plures una coëant, seque invicem colligant & colligantur, Gœddæ. *ad l. Neratius. 82. n.* 3 *2. ff. de V. S.* & collegæ quasi collecti, sive coëlecti ad idem munus eandemque potestatem, secundum Varton. *lingu. latin. lib. 5.* & collegæ sunt, qui ejusdem officii & potestatis, *l. collegarum. 173. ff. de V. S.* Matth. Stephan. *de jurisd. lib. 2. part. 6. cap. 6. n. 1. seq.* dicuntur etiam confratres, *l. fin. ff. de colleg. illic.* Et sunt opifices, de quorũ utilitate necessitate, & unde dicantur, vide *supra lib. 2. cap. 6. n. 95. & seq.* Dicuntur etiam soda- 4 litia, tribus, sodalitates, & confraternitates, Matth. Stephan. *d. cap. 6. n. 71.* Losæ. *de jur. univers. part. 1. c. 2. n. 56* Germanis dicuntur, Zunfften/ quasi Zusammenkunfften/ item Innungen/ Gulden/ quasi Gelden/ quia quilibet suum symbolum, seine Zech/ confert Besold. *de jur. colleg. cap. 1. n. 1.* Dicuntur etiam compagnien, Gesellschafften/ à compagno, Gesell/ & compagnia Gesellschafft/ M. Stephan. *de jurisd. lib. 2. part. 2. cap. 7. n. 16. & seq.* Item Handwercker/ veluti Argentinæ, ubi Handwercker/ vocantur tribus, in quas tam patricii, quam plebei referuntur, exclusis Nobilibus qui separatos suos conventus habent, Besold. *thes. verb.* Handwercker. Et hujusmodi collegæ dicuntur Gesellen/ Zunfftgenossen/ Zunfftbruder.

5 His qui præsunt, dicuntur Rectores, magistri tribuum, tribuni, Zunfftmeister/ Guldenmeister/ Weddeherrn/ Alterleuthe/ Altermanner/ Matth. Stephan. *d. lib. 2. part. 2. c. 2. n. 286. & cap.* 6 *7. n. 22.* Qui etiam collegæ sunt, Besold. *de jur. colleg. cap. 1. n. 4.* Habent quoque nonnulla opificia singulares suas tuitiones, quæ universo interdum certorum opificum cœtui & collegio per Principes vel Nobiles familias ex antiqua consuetudine, vel singulari Imperatorum concessione debentur & præstantur: Quemadmodum Comites Palatini Electores ab immemoriali tempore omnes fabros ærarios, Keßler/ in tractu Rhenano, ac certis Franciæ Orientalis partibus degentes, in particulari protectione habent, eorumque advocatiam ab Imperatore in feudum, & ab iisdem Nobilissima Zobeliorum familia in subfeudum, cum insigni hoc privilegio tenent; ut supellectilem cupream ad totius rei domesticæ usum sufficientem iis gratis suppeditare teneantur, Mager. *de avocat. cap. 15. n. 120. seq.* ubi diploma subfeudationis refert. Si quoque protectio deß Hafner Handwercks/ olim commissa nobilissimæ familæ ab Offenburg/ cujus diploma refert Besold. *verb.* Keßler Schutz.

Est autem collegium legitima trium, plu- 7 riumque personarum, ejusdem conditionis & potestatis consociatio, ut, ex plurimis personis, veluti una persona & unum corpus fiat, *l. collegarum. 173. ff. de V. S. l. ult. ff. de excusat. l. 4. ff. de colleg.* Et sic tres faciunt collegium, *l. Neratius. 85. ff. de V. S.* Duorum enim numerus ad eam rem so- 8 lemnis non est, *l. 1. ff. quod cujusq. univers.* Losæ. *de jur. univers. part. 1. cap. 2. n. 57. seq.* Besold. *de jur. colleg. c. 2. n. 4.* Matth. Stephan. *de jurisd. lib. 2. part. 2. c. 6. n. 16. seq.* licet collegii jus etiam per duos vel unum conservari possit, *l. sicut municipum. 7. §. 2. ff. quod quisq. univers.* Besold. *d. cap. 2. num. 5.*

Differt autem collegium ab universitate, 9 tanquam pars à toto, cum in universitate plura esse possint collegia, Matth. Stephan. *d. cap. 6. n. 7.*

Collegia alia sunt licita, alia illicita. Lici- 10 ta collegia sunt, quæ singulari concessione à legitimo magistratu concessa & approbata ostenduntur. Sicuti è contra illicita ea dicuntur, quæ magistratus authoritate carent, *l. 3. §. 1. ff. de illic. colleg.* Et quamvis aliàs omne, quod non est prohibitum, permissum intelligatur, *l. mutus. 43. §. cum quæritur. 1. ff. de procurat. l. qui accusare. 8. in princ. ff. de accusat.* Quoad collegia tamen & conventus privatorum secus est, & omnia collegia prohibita & illicita censentur, nisi specialiter & nominatim à Principis vel magistratus legitimi authoritate confirmata appareant, vel probentur, Matth. Stephan. *d. jurisd. lib. 2. part. 2. cap. 6. n. 69.* confer *supra lib. 2. cap. 11. n. 1. & seq.* 11 Et collegia minimè pro cujusque lubitu, sed ex legibus publicis habere licet, *l. 1. ff. quod cujusq. univers.* Schepliz. *ad consuet. Brandeburg. part. 4. tit. 15.* von Handwerckern. *& tit. seq.* Besold. *de jur. colleg. cap. 2. n. 8.* Matth. Stephan. *d. cap. 6. n. 58.* Et sic jus permittendi & instituendi collegia adprobatorum artificum, sive opificum, Zunfften und Zechen zu vergunnen und zuzulassen/ illis privilegia conferendi, & statuta ipsorum confirmandi ad territorii superioritatem pertinet, 12 Reformat. guter Policey/ *de anno 1548. tit.* von Handwerckern ingemein. *36. & tit. seq. §. pen.* Policey Ordn. *de anno 1577. eod. tit. 37.* Christ. Ming. *de super. territ. concl. 73.* confer *supra lib. 2. c. 10. n. 16. & seq.* Et cœperunt omnium ferè maximè sub Alexandro collegia institui & approbari, Lamprid. *in vit. Alex.* Ad hoc igitur, ut collegium licitum & à Senatu approbatum esse doceatur requiruntur literæ fundationis à Senatu datæ, Zunfftbrieffen/ *c. porrò. X. de privileg.* ex quibus etiam probatur, quam latè se eorum extendat potestas, Honded. *cons. 87. n. 61. vol. 2.* Quales si non habeant, si tamen ipsis area sit communis, *l. 1. ff. quod cujusq. univers.* proprium sigillum, *c. significavit. 48. de appell.* & locus publicus, in quo negocia tractant, cum collegium eorum consuetudine inductum censetur, Dd. *in c. tertio loco X. de probat.*

Col-

Collegia alia quoque opificum dicuntur, gemeine und ungeschenckte Handwercker / alia Geschenckte Handwercker / Reform. guter Policey zu Augspurg *de anno 1548. tit.* von den Handwercks Söhnen. *37.* §. Dieweil in dem 1. Cujusmodi Geschenckte Handwercker inde dicuntur, quod eorundem opificibus, den Handwercks Gesellen / ad alios locos advenientibus munus &
13 epulum gratis dari soleat, quod per Imperii constitutiones prohibitum, & sub pœna duarum marcarum auri omnibus Imperii statibus injunctum fuit, ut hancce consuetudinem aboleant, d.
14 Reform. guter Policey *tit. 37.* §. Dieweil in dem 1. & Policey-Ordnung zu Franckfurt *de anno 1577. tit. 38.* Denais. *jur. Camer. cap. 206.* §. *4.* Besold. *de jur. colleg. cap. 2. n. 2.* Quod etiam sancitum est in *Ordin. Polit. Würtembergica*, Fürstl. Würtemberg. Landsord. *tit. 55.* §. Wir wollen auch *3 fol. 114. seq.* ubi hæc ratio additur, quod exinde non solum operarum debitarum negligentia oriatur; sed & sumptus in ejusmodi epulas impensi, mercibus postea imponantur, aliaque intolerabilia nocumenta in Rempublicam deriventur.

15 Sunt autem die Geschenckte Handwercker / Buchbinder / Papierer / Dreher / Nestler / Seckler / Nadler / Sattler / Gürtler / Glaser / Glaßmahler / Beindreher / Goldschmid Rothschmid / Zürckelschmid / N perschmid / Kantengiesser / Uhrmacher / Büchsenschmid / Schlosser / Balierer / Windenmacher Kupfferschmid / Plattner / Balbierer / Schleiffer / Steinmetzen / Duncher / Ypser / Ferber / Hutmacher / Hosen un̄ Strumpfstricker / Schreiner / Büchsenschüffter / Bildhauer / Weißgerber / Tuchscherer.

Collegia constant vel ex mercatoribus, vel opificibus. Ab hisce collegiis & Tribubus mercatorum & opificum differunt, tribus & colle-
16 gia illa, quæ in Civitatibus Imperialibus & aliis majoribus nonnullis in usu sunt, die Alte Zunfften / quæ ipsam Reipublicæ gubernationem & statum concernunt, quorumque Tribuni, Zunfft und Guldenmeister / certi sunt ultra senatores, civitatis magistratus, qui ut olim apud Romanos Tribuni plebis, populi partes tuentur, quibusque non convocatis vel adhibitis, senatus totam Rempublicam non repræsentat, & absq; his & communi civium consensu, nihil gestum intelligitur, Wehner. *verb.* Güldenmeister / Hen. Goden. *cons. 5 n. 10.* Hartm. Pistor. *lib. 1. quæst. 37. n. 5.* Besold. *de jur. colleg. cap. 1. n. 3.* Ex quibus collegiis Reipublicæ forma democratica effici-
17 tur, de quo *supra lib. 1. cap. 8. n. 36.* eademque ab Imperatore Carolo V. post bellum Smalcaldicum plerisque in civitatibus abrogata, eorumq; domus tribunitiæ, Zunffthäuser / vendi jussæ sunt. Besold. *thes. verb.* Zunfft. *in fin.* Author. *actor. Lindav. fol. 90. seq.*

18 Collegia hæc mercatorum & opificum varia habent jura, veluti, 1. jurisdictionem, in omnibus illis causis, quæ ad artem vel professionem eorum pertinent, per *l. fin. C. de jurisdict. l 2. in fin. C. de constit. pec.* Schurff. *cent. 1. cons. 79. n. 1. & cent. 3. cons. 34. n. 6.* Quæ tamen jurisdictio ordinariæ magistratus jurisdictioni, non præjudicat, nec propterea collegiati exempti sunt à jurisdictione superioris, Matth. Stephan. *de jurisd. lib. 2. part. 2. cap. 8. n. 2. seq.* Et in arbitrio actoris est, collegiatum vel coram judice ordinario convenire, vel coram tribunis, ita ut coram uno conventus, hujus forum declinandi, & ad alterum judicem revocandi potestatem non habeat, sed præventioni locus detur, Matth. Stephan. *de cap. 8. n. 4.* Et pertinet hæc jurisdictio 19
ad personas tantùm collegarum ad id, ut civilium causarum & quæstionum audiendarum facultatem inter omnes, qui sunt illius professionis & artis, sive adhuc sint in illo collegio, sive dum fuerint in illo collegio, negociati sint, ex quo postea conveniantur, licet amplius non sint in collegio isto, Sichard. *in l. fin. n. 3. C. de jurisd.* Matth. Stephan. *d. cap. 8. n. 6. seq.* Atque ita etiam locum
tantum obtinet in causis & negociis duntaxat 20
civilibus & quidem iis, quæ ad artificium collegii istius pertinet, sive negocia illa ipsum collegium universum sive singulos concernant, M. Stephan. *d. cap. 8. n. 10. seq.* Et in his causis civilibus ipsis collegiis modica quoque coërcitio, & sic pœnæ civilis sive mulcte irrogatio concessa intelligitur, *arg l. unic. in princ. ff. si quis jus dic. non obtem. l. fin. ff. de offic. ej. cui mand. jurisd.* Michael. Haintz. *de civit. imper. concl. 51.* Carpzov. *part. 2. constit. 6. defin. 9. n. 6. & seq.* ubi *n. 8.* addit, quod seniores collegi hanc jurisdictionem eo ipso cōsequantur, dum eliguntur, sive à superiori, sive à collegatariis. Mulctas hujusmodi Tribuni plebis ipsi consumere non possunt, sed magistratui ordinario exsolvere, earumque nomine rationes reddere tenentur. Plerisque etiam in locis Tribuni plebis ultra certam pecuniæ summam mulctas exigere non possunt.

Non verò jurisdictio hæc ad alias causas, quæ ipsum opificium non concernunt, sese extendit, veluti ad hæreditates, tutelas, testamenta, &c. Reform. guter Policey *de anno 1548.* §. *1. in fin.* Bart. *in l. omnes populi. 9 n 33. ff. de just. & jur.* Vultej. *in l. periniquum. fin. n. 19. C. de jurisd.* Carpzov. *jurispr. civ. part. 2. constit. 6 defin. 9. num. 4.* Richter. *decis. 80. n. 8.* Neque etiam ad causas criminales, Vultej. *d. n. 19. seq.* Matth. Stephan. *de jurisd. lib. 2. part. 2. cap. 8. num. 12.* Vide *infra num. 61.*

II. Habent quoque collegia mercatorum 21
& opificum communem bursam, sive arcam, Amptslade / Matth. Stephan. *de jurisd. lib. 2 part. 2. cap. 6. n. 83.*

III. Nec non commune sigillum Ampts- 22
Siegel / *c. significavit. 48. X. de appellat.* Matth. Stephan. *d. l.*

IV. Habent locum, sive ædificia commu- 23
nia, ubi convenire, & collegiales tractatus negociorum communium exercere solent, Zunfft-häuser / Zunfftstuben. *c. dilecta. & ibi* Abbas *X. de excess. prælat.* Lud. Roman. *cons. 436. num. 6. & 7.* Mascard. *de probat. concl. 319. n. 1.* M. Stephan. *d. cap. 6. num. 85.*

V. Possunt statuta condere de his in qui- 24
bus habent jurisdictionem inter sese, ratione artis suæ, & quoad ea, quæ ad collegatarios pertinent *l fin. C. de jurisd. l 2. §. fin. C. de constit pec.* Bart. *in l. omnes populi. 9. n. 6. ff. de justit. & jur. & ibi* Jason. *n. 37.* Schneidewin. *ad §. jus autem n. 15. I.*

15. I. de jur. natur. gent. Schurff. *cent. 2. consf. 79. n.* 1. *& cent. 3. consf. 34. n. 6.* Dan. Moller. *2. semestr. 15.* Richter. *decis. 80. n. 6.* Bened. Carpzov. *part. 2. constit. 6. defin. 9.* Matth. Stephan. *d. l. cap. 8. n. 16. seq.* Besold. *de jur. colleg. cap. 2. n. 2.* etiam contra statuta civitatis generalia, Carpzov. *d. defin. 9. n. 1.* Et hujusmodi statutis obligantur collegæ tanquam legibus, Matth. Stephan. *de jurisd. lib. 2. part. 2. c. 8.* Carpzov. *jurisprud. for. part. 4. const. 45. defin. 10. n. 2.* Etiam in alio foro, quoad decisiones causarum Wehner. *pract. obs. verb.* Zunff-
25 ten. Non verò statuta hæc in aliorum præjudicium valent, nec alios obligant, quàm collegatarios, Wehner. *d. l.* Carpzov. 1. *part. 2. const. 6 defin 9. n. 4.* Schneidewin. *ad §. constat. n. 15. I. de jur. natur. gen.* dicuntur enim collegiatorum conventiones, *l. sed & ea. 35. ff. de legib.* conventio autem inter certas personas aliis non præjudicat, *l. si unus. 27. §. ante omnia. ff. de pact.*

26 Quamvis autem nonnulli velint, quod statuta hujusmodi opificum superioris confirmatione non egeant, cum à lege communi confirmentur, *l. 2. §. fin. C. de constit. pac.* Jason. *in l. omnes populi. 9. n. 38 ff. de just. & jur.* Herm. Vultej. *in l. ult. n. 18. vers. verius tamen. C. de jurisd.* Carpz. *d. defin. 9. n. 2.* Besold. *de jur. colleg. cap. 2. n. 2.* De hodierna tamen consuetudine non subsistunt, nisi à magistratu fuerint confirmata, Carpzov. *d. defin. 9. n 3.* Schneidewin. *ad §. constat. n. 15. I. de jur. nat. gent.* Wesembec. *in parat. ff. de legib. n. 8* Richter. *decis 80. n. 44.* Ne scilicet illicita, iniqua & monopolium sapientia statuta condantur & exerceantur, per Rerform. guter Policey zu Augspurg *de anno 1548. tit.* Von Handwercks Söhnen. 37. §. Hierdurch einen jeden. 4. Quænam autem statuta licita vel illicita sint, in genere colligitur, ex dictis *supra lib. 2. cap. 10. per tot.*

27 Mercatorum autem & opificum statuta quod attinet, sequentia licita esse perhibentur, I. Ut nemo in collegium recipiatur, nisi legitimè sit natus, eoque nomine literas testimoniales exhibeat, einen Geburts-Brieff / vide supra *lib. 2. cap. 29. num. 114.* Besold. *de jur. colleg. cap. 2. num. 2.* Schneidew. *ad § jus autem civile. num. 15. in fin. I. de jur. nat. gent.* Carpzov. *jurisprud. part. 2. const. 6. def. 12. n. 2. seq.* Richter. *decis. 80. n. 10.* Matth. Stephan. *de jurisd. lib. 2 part. 2. c. 7. n. 39.*

28 Quod tamen ad legitimatus per subsequens matrimonium non extenditur, Matth. Stephan. *d. l. n. 40.* Richter. *d. l. n. 12.* Carpzov. *d. defin. 12. n. 3 seq. & jurisprud. consist. lib. 2. tit. 14. defin. 237. & pract. crim. part 2. quæst. 69. n. 53.* utpote quibus etiam dantur literæ testimoniales, quod sint legitimè nati, ex probis & honestis parentibus, ac thoro legitimo, von ehrlichen frommen Eltern / und auß einem rechten / unbefleckten ungetadelten Ehbeth herkommen und gebohren / Carpzov. *jurispr. forens. part. 2. const. 6. defin. 15.* Richter. *d. defin. 80. n.* 17. In tantum, ut licet statutum legitimatos expressis verbis excludat, nihilominus non valeat, & admittendi sint legitimati per subsequens matrimonium, Wesembec. *in §. aliquando autem. 12. verb. efficitur. I. de nupt.* Carpzov. *d. definit. 237. n. 15. seq.* Cum & sola iniquitas hæc statuta annullaret, ne liberi innoxii, tanquam peccantes puniantur, *Novel. 12.* Hartm. Pistor. *lib. 1. quæst. 30. n. 26. & 31.* Matth. Stephan. *d. lib. 2. part. 2. cap. 8. n. 40. seq.* Ex quo etiam filii opificis nati, antequam opifex magister fieret opificii, æquè dicuntur filii magistri Meisters-Kinder / & proinde horum quoq; privilegiis gaudet, ac si à magistro opificii nati fuerint, Carpzov. *jurisprud. for. part. 6. constit.* 10. *defin. 32. num.* 10.

II. Ut is, qui in collegium recipi vult testi- 29
monium honestæ vitæ producat, einen Schein seines ehrlichen wohlverhaltens / Richter. *d. decis. 80. num.* 19.

III. Ut nemo in collegium recipiatur, vel 30
ad opificii exercitium admittatur, nisi edoceat, se per legitimum tempus opificium didicisse, daß er sein Handwerck redlich erlernet / und einen Lehrbrieff aufweise / cursuq; peregrinationis peracto & prævio examine artis suæ specimen dignum ediderit, daß er zuvor das Meisterstuck gemacht habe / per *2. item. C. de profess.* Panorm. *in c. proposuisti. X de probat.* Matth. Stephan. *de jurisd. lib. 2. part. 2. cap. 8. n. 54.* Besold. *de jur. colleg. cap. 2. n. 2.* Richter. *d. decis. 80. n.* 41. Quia alias præ- 31
judicium & damnum Reipublicæ inferretur, si idiotæ & imperiti ad exercendam artem, quàm nondum perfectè didicerunt, admitterentur, ne quis prius efficiatur magister, quam discipulus, M. Stephan. *d. n. 54.* ubi ejusmodi examinationem fieri debere à tribus vel quatuor magistris, iisque minus suspectis, absq; æmulatione, addit, post Franc. Marc. *quæst. 165. n. 6. part.* 1. Quod etiam requirit ordinatio provincialis Ducatus Würtembergici, Fürstl. Würtenb. Lands-Ordn. *tit. 55.* §. Als auch von alter. *5. seqq. fol. 116. seq ibi:* Daß gleich wie von alter / auch forter / dergleichē unzeittige Stumpler / vor Endung und Außgang der bestimten Lehr-Jahren / weder für Gesellen / noch für Jungen passiret werden sollen. & §. Deßhalben. *6. ibi:* daß auch hinfüran kein Handwercksman in unsern Stätten und Flecken / eigener Meister zu seyn / und Werckstatt zu halten / zugelassen / oder aufgenommen werde / er seye dann zuvor von den sonder verordneten Meistern seines Handwercks / an probirten Meisterstucken / und Materien / geschickt und taugentlich erkennt und erfunden. Unde quoque nata abrogatio ju- 32
ris conducenti operas privatorum sartorum, qui in arte nondum probati, die keine approbirte Meister seynd / quos Bönhasen sive Störer vocant, præter civium & urbis morem & statuta, Meischner. *tom. 4. Camer. decis. 27. n. 15.* Quod tamen secus est, quoad opificis uxorem vel filiā, quæ etiam per ministros expertos non magistros, opificium exercere potest, Petr. Greg. Tholosan. *lib. 9. syntag. cap. 4. n.* 11. Matth. Stephan. *d. lib. 2 part. 2. cap. 8. n. 55.* Richter. *d. decis. 80. n. 42.*

Duo autem potissimum sunt, quæ in perfi-
ciendo opere deß Meisterstucks / reformationem 33
merentur, primum, quod nimii sumptus in commessationes impendantur: Alterum, quod candidati magisterii, tale opus magistrale conficere adstringantur, cujus hodie non rarò nulla utilitas, & usus jamdudum obsolevit, uti monet Joh. Limnæ. *de jur. publ. tom. 4. lib. 4. cap. 8. n. 307.* ubi quænam opera magistralia in Marchionatu Brandeburgensi Onoldino confici soleant, refert. add. Fürstl. Würtemb. Bau-Ordn. *part. 2. fol.* 151. 162. 171. 175.

Sed

34 Sed quid si discipulus magistro alicui concessus, ut certos annos apud ipsum permaneat, & artem addiscat, ante annos completos aufugiat, & postea redeat, an teneatur de novo ad integrum tempus, an verò ad tot dies, quibus abfuit? ubi posterius verius & æquius est, per *l. servus.* §. *1. de statulib.* Wehner. *verb.* Zunfften. Ruding. *cent. 1. observ. 46.* Besold. *de jur. colleg. cap. 1. in fin.*

35 *IV.* Validum quoque opificum statutum intelligitur, ne quis extra opificium uxorem ducat, daß ein Wittiber oder Gesell in das Ampt oder Handwerck freyen müsse / modò quædam adsit, cum qua licitè matrimonium contrahere possit, Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 2. cap. 7. num. 45. seq* Speckhan. *cent 3. quæst. 5. class. 1.* Besold. *thesaur. verb.* Handwercker. §. *an autem.* Sicuti etiam apud Romanos, ut jus civitatis esset illustrius, constitutum fuit, ut civi Romano, non nisi cum cive esset connubium, præterquam si qua ratione hoc beneficii aliis etiam populis fuisset impertitum, §. *1. I. de nupt. & ibi Heig.*

36 *V.* Idem quoque est quoad statutum, ne quis simul in duobus collegiis sit, ad evitandam confusionem, multaque alia, quæ inde oriri possent, mala, *l. consulta. 23. C. de testament. l. quicunq. C. de execut. & actor. c. singula. dist. 89.* Richter. *d. decis. 80. num. 36. seq.* Unum quodque enim opificium unius hominis indolem & vires exigit, nec pluribus unus sufficere potest, & intentio ad plura, parum proficit. Ex quo proverbia hæc nata sunt: Vierzehen Handwerck / funffzehen Unglück. Item: Wer viel Handwerck zugleich lernet/ der lernet selten eines wohl und recht. Item: Er kan viel Handwerck / aber bettlen ist das beste/ Bornit. *de rer. suffic. tract. 2. cap. 5.* Berlich. *part. 1. decis. 26 num. 2.* Et hinc puniendos esse, qui alterius officio sese immiscent, proditum est *l. in provinciis. C. de numer. & actuar. l. hac parte. C. de proxim. sacr. scrin.* Richt. *d. decis. 80 n. 39.* Secus tamen hoc esse, si quis per longum tempus in duobus collegiis fuerit, vel aliam justam causam habeat, hocque casu eum in utroque collegio tolerari posse, dicit Richter. *d. l. num. 40.* Et qui ita duas diversas artes mechanicas exercet, ad onera & statuta utriusque collegii obligatur, *c. postulatis. 15. X. de concess. præb. l. pen. ff. de offic. assess. l. 13. §. tempestivum. 4 ff. ad SCt. Trebell.* Felin. *in c. 2. num. 10. X. de probat.* Carpzov. *jur. forens. part. 3. const. 18. defin. 25. num. 12.*

37 *VI.* Valida quoque est consuetudo & statutum, quod unus magister plures discipulos habere nequeat, daß ein Meister nicht zu viel Lehr-Jungen halten darff / item, daß man keinen frembden Meister in ein Statt bringen/ und im Hauß schaffen lasse/ oder daß einer einen Gesellen halten wolte / Dn. Lindenspur *ad ord. provinc. Würtemberg. tit.* von Handwerckern. *55. n. 9. fol. 214.*

38 Generaliter quænam statuta non valeant, constat ex traditis *supra lib. 2. cap. 10. n. 44.* Opificum verò statuta quod attinet, invalida sunt I. ea, quæ monopolium redolent, R. A. zu Augspurg/ *de anno 1548. tit.* die *monopolia* und schädliche Fürkauff belangendt. *18. l. un. C. de monopol.* Innocent. *in c. cum accessissent. X. de constit.* Rol. à Valle *cons. 22. n. 9 vol. 2.* Cacher. Pedem. *decis. 17. n. 16.* Matth. Stephan. *de jurisd. lib. 2. part. 2. c. 7. n. 29.* Besold. *de jur. colleg. c. 2. n. 2 in princ.* Qualia sunt, 1. si conveniat, quod apud unum tantum 39
sit alicujus rei vel emendi, vel vendendi potestas *d. l. unic. C. de monopol.* Menoch. *arbit. jud. cas. 569. n. 1.* 2. Si mercatores inter sese constitu- 40
ant, ne merces vendant, nisi certo pretio inter sese convento, Reform. *polit. de anno 1548. tit.* von Handwerckern in gemein. *36. d. l. un. vers. neve quis. C. de monopol.* Menoch. *d. casu 569. num. 3.* Damhoud. *pract. criminal. cap. 132. num. 2.* Decian. *tract. crim. libr. 7. cap. 21. numer. 6.* Matth. Stephan. *d. cap. 7. num. 29.* Besold. *d. cap. 2. num. 2.* 3. Quando mercatores pactionem faciunt, ut reliqui mercem supprimant, donec alii vindiderint. 4. Si opifices inter se leges fa- 41
ciant, quibus carius operas suas locent, & operam non perficiant minori pretio, quam inter 42
se constituto, idque pretium injustum sit, Damhoud. *d. cap. 132. n. 10.* Menoch. *d. cas. 569. n. 10.* 5. Si laniones omnia circum emant, apud 43
se servent, & certam quantitatem ad macellum deferant, ut carius vendant, Damhoud. *d. cap. 132. n. 12.* Menoch. *d. cas. 569. n. 11.* 6. Idem est, 44
si sex vel septem macellarii monopolii impetrent privilegium, ut soli carnes vendant, nam & hoc invalidum est, cum sit in præjudicium Reipubl. ad annonam flagellandam, prout docet Chassan. *in consuet. Burg. rubr. 13. §. 7. n. 17. vers. item adde* Klok: *vol. 1. cons. 10. n. 837.* 7. Si 45
pistores, coctores, caupones & similes negociatores, clam inter se multis collatis ad hoc consiliis statuant, & quidpiam ordinent, quod ad proprium commodum spectat, & in Reipubl. detrimentum vergit, Damhoud. *d. cap. 132. n. 13.* Decian. *d. lib. 7. cap. 21. n 11.* Menoch. *d. l. n. 12.* 8. Si artifices inter sese paciscantur, quod nemo 46
doceat artem aliquam suam, nisi tanto pretio, vel minori tempore, quàm triennio, vel quadriennio, cum ars illa minori doceri possit, Decian. *d. cap. 21. num 16.* Menoch. *d. l. num. 17.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 2. cap. 7. num. 30.* 9. Vel si conveniat, ne quisquam eorum 47
in arte illa instruat alios, præter filios, vel nepotes, Decian. *d. cap. 21. numer. 14.* Menoch. *d. cas. 569. numer. 15.* Matth. Stephan. *d. cap. 7. num. 31.* 10. Si aromatarii statuto or- 48
dinaverint, quod pro exequiis defuncti, nullus eorum possit hæredibus defuncti ceram, vel simile quid vendere, nisi prius solverint, quod aliis aromatariis debent, Decian. *d. cap. 21. num. 29.* Menoch. *d. l. num. 20.* 11. Si statuatur, quod extraneus, qui 49
jus civilitatis sibi comparavit, à certo negotiationis genere abstinere debeat, Bruning. *de var. univers. spec. conclus. 54.* 12. Si opi- 50
fices inter se conveniant, ut illi extranei opifices, qui in sodalitate, sive societate, sua non sunt inscripti, in nundinis merces suas venales habere, vel venum exponere non debeant, Daß die jenige Außländische / so sich bey ihrer Gesellschafft nicht eingekaufft/ auf offenen Jahrmärckten ihre Waaren nicht feil

feil haben und verkauffen dörffen / sicuti nuper attentarunt nonnulli opifices Ducatus Würtembergici, quod tamen Illustrissimus Würtem-
51 bergiæ Dux sustulit. 13. Monopolium quoque committitur, si quis velit compellere homines ad macidandum in suo molendino, Socin. *consf. 272. n. 5. & 6. vol. 3.* Boss. *tract. de union. & colligat. n. 7.* Decian. *d. cap. 21. n. 31.* Menoch. *d. cas.*
52 *569. n. 18.* Klok. *vol. 1. consf. 10. n. 836.* 14. Idem est, si Notarii inter sese conveniant, quod nemo, nisi de eorum numero, instrumenta recipiat,
53 Natta *consf. 672. n. 50.* Surd. *consf. 257 num. 12.* Klok. *d. l. n. 858.* 15. Monopolium quoque committunt, qui efficiunt, ut agricolæ victualia necessaria ad forum non deferant, quo ipsi eadem in villis coëmant omnia, & postea civibus, quanti ipsi velint, vendant, Damhoud. *d. c. 132. n 4.* Menoch. *d. cas. 569. n. 5.* Idem est, si qui dolo & malitia efficiant, ne ullæ merces usui necessariæ ad forum prorsus deferantur, Damhoud. *d. l.*
54 *n. 5.* Menoch. *d. cas. 569. n. 6.* 16. Si rustici conveniant, quod nullus præstet operas civi habitanti in urbe, vel ipsa villa, Decian. *d. cap. 21. n. 13.* 17.
55 Irrationabile quoque est statutum, & monopolium sapit, ut quod unus cœpit, alter non perficiat, daß was ein Meister zugeschnitten/und angefangen/ der ander nicht außmachen dörffte/ *l. un. §. ædificiorum, C. de monopol.* Moller. *2. semestr. cap. 15.* M. Stephan. *d. lib. 2. part. 2. cap. 8. n. 26.* Carpzov. *part. 2. constit. 6. defin.* 11. Menoch. *d. cas. 569. n. 4.* Besold. *de jur. colleg. cap. 2. n. 2.*

Nihil autem interest, directè, vel obliquè monopolium inducatur, *c. cum quid in una. de. R. I. in 6.* Bruning. *de var. univers. spec. concl. 54.*

56 De pœna adversus eos, qui monopolia instituunt, vide Menoch. *d. cas. 569. n. 23. seq.* & pœna pecuniaria teneri non tantum artium primates, qui monopoliis consenserunt, sed etiam judices, qui dissimulato crimine delinquentes ipsos pœnis non affecerunt, Damhoud. *d. cap. 132. in fin.* Decian. *d. cap.* 21. *n. 33.* Menoch. *d. cas.* 569. *num.* 24.

57 Porrò II. illicita & prohibita sunt statuta & consuetudines, quibus prohibetur, ne molitores, opiliones, tympanistæ, balneatores, tibicines, telonarii, & similes, horumque liberi, ad collegia honesta non recipiantur, daß Bader/ Barbierer/Müller/Leinweber/Hirten/Schäfer/Zöllner/Spielleuth/Thurnbläser/und dergleichen Personen und ihre Kinder/ keine ehrliche Handwerck lernen/und zu ehrlichen Gesellschafften nicht auffgenommen werden mögen/ vide supra *lib. 2. cap. 29. num.* 114. Reformat. guter Policey zu Augspurg/ *de anno* 1548. *tit.* von Handwercks-Söhnen. *37 ibi*: Als auch an etlichen Orthen der Gebrauch ist/ daß die Leinweber/ Barbierer/Schäfer/Müller/und dergleichen Handwercker in den Zunfften/ zu andern/ dann ihrer Eltern Handwercken/ nicht auffgenommen/ und noch gezogen werden/ und aber je unbillich/ daß die jenigen/ so eines ehrlichen Herkommens/ Handels und Wesens/ außgeschlossen werden solten/ So wöllen Wir solche beschwärliche Gebrauch/ oder Gewohnheiten/ hiemit auffgehebt/ und vernichtiget haben: Setzen/ ordenen und wöllen demnach/ daß die Leinweber/Barbierer/ Schäfer/Müller/ Zöllner/ Pfeiffer/ Trommeter/ Bader/ und die deren Eltern/ davon sie gebohren sind/ und ihre Kinder/ so sie sich ehrlich und wohl gehalten haben/ hinfüro in Zünfften/ Gaffelen/ Ampten und Gilden/ keines weges außgeschlossen/ sondern wie andere redliche Handwercker auffgenommen/ und darzu gezogen werden sollen/ was aber ausserhalb der jetztgemeldten/ andere gemeine Handwercker belangt/ in denen wöllen Wir den Obrigkeiten/ Ordnung und Satzung/ nach eines jeden Lands Gelegenheit/ zu machen/ hiemit befohlen und aufferlegt haben. Quod repetitur in der Policey-Ordnung *de anno 1577. tit. 38.* Mynsing. *4. observ. 31.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 2. cap. 8. num. 43. & 44.* Carpzov. *part. 2. constitut. 6. defin. 12. num.* 1. & *decis. 18. num. 3.* Richter. *decis. 80. num.* 11. Besold. *de jur. colleg. cap. 2. num. 2.* Et de balneato- 58
ribus singulari privilegio ab Imperatore Wenceslao *anno 1406.* provisum, Daß sie allen andern Handwerckern gleich Ehrlich gehalten werden sollen / apud Goldast. *tom. 2.* Reichs-Satzung. *pag. 82.* Quod à Wenceslao factum in gratiam ancillæ, quæ famulitii operam in balneis elocans, eum captivum è custodum potestate scapha abduxerat, laribusque patriis redditum cupido concubitu exhilaraverat, scribit Georg. Lehenman. *dissert. ad Aur. Bull. conclus. 6. lit. M.* Excoriatoris quoque filios ad opi- 59
ficia esse admittendos, in Scabinatu Jenensi judicatum fuisse mense Julio *anno 1626.* refert Richter. *d. decis. 80. num. 25.* cum excoriator non sit in famis, sed turpis saltem persona, Schneidewin. *ad §. non autem liberis. n. 17. I. de inoffic. testam.* Richter. *d. l. num. 24.* Lictorem tamen recipere in collegium collegatarios cogi non posse, in collegio Jenensi *mense April. anno 1621.* decisum esse, testatur Richter. *d. decis. 80. num. 19.*

III. Invalidum habetur statutum opifi- 60
cum, ne in collegium recipiatur, qui viduam lictoris, eines Stattknechts oder Büttels Wittib/ in uxorem duxit, Carpzov. *decis. 18 per tot.* ubi *mense Octob. anno 1643.* à Scabinis Lipsiensibus ita judicatum refert. Zorer. Rechtl. Bedenck. *pag. 2. q.* 18. *num. 40. 64. seq.*

IV. Non quoque valet statutum mercato- 61
rum & opificum, quod super delictis, à collegiatariis perpetratis, cognoscere, & delinquentes punire possint, siquidem jurisdictio collegiorum ordinarii magistratus cognitioni non præjudicat, neque ad delicta contra jus commune civitatis perpetrata extenditur, Vultej. *in l. per iniquum. n. 19. & 26. C. de jurisdict.* confer *supra n. 20.* Neq; permittendum ipsis collegia- 62
tariis eorumve ministris, den Zunffgenossen und Handwercks-Gesellen/ injurias sibi invicem illatas componere, earumq; nomine pœnas, sive mulctas exigere, vel hac, vel alia de causa, ab opificio removere, vel recedere, auffstehen/ auß den Diensten tretten/ aufftreiben/ &c. sed hujusmodi injuriarum causa, ad ordinarium loci magistratum deferri, & ab eo vindicari & puniri debent, Reform. guter Policey *de anno 1548. tit.* von Handwerck-Söhnen. *37. §.* Dieweil in

dem

bem. 1. ibi: auch keiner den andern weder schmähen/ noch auff: und umbtreiben/ noch unredlich machen: Welcher aber das thäte/ das doch nicht seyn soll/ so soll derselbe Schmäher solches vor der ordentlichen Obrigkeit deß Orts außführen. Ob aber der hierinn ungehorsam erschiene/ so soll er von ermeldter Obrigkeit/ nach Gestalt der Sachen gestrafft/ und für unredlich gehalten werden/ so lang und viel/ biß daß es/ wie ob stehet/ außgeführet. Quod repetitur in der Policey-Ordnung *de anno 1577. tit. 38.* §. Es sollen auch 3. Et consonat Fürstlichen Würtemberg. Lands-Ordnung. *tit. 55.* §. Wo aber einer *4. fol. 115.* Confer R. A. zu Regenspurg *de anno 1654.* §. Wie nun solches von den causis mandatorum. Imprimis verò illæ mulctarum captiones vitandæ & inhibendæ sunt, quæ eo saltem fine fiunt, ut occasio detur commessationi, da man einander umb Wein straffet/ oder das Straff-Geld verzehret/ Besold. *de jur. colleg. cap. 2. num. 2. fol. 56.* Unde in Ducatu Würtembergico constitutum est, ut ejusmodi mulctæ non collegio, sed sacro ærario inferantur, daß die Straffen nicht in die Zunfft-Laden/ sondern in den Armen Kasten erstattet
63 werden/ Besold. *d. l.*

Hinc quoque *V.* non valet conventio opificum, ut nullus eorum alterum conveniret alibi, quàm apud tribunum, quia hoc statutum & conventio ordinariæ jurisdictioni derogaret, Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 2. cap. 8. num. 38.*

64 *VI.* Invalida quoque sunt opificum statuta & decreta, quæ in causa sunt, ut inopes, etsi periti sint, in collegium recipi nequeant, veluti, ut pretium immensum det, qui in numerum admitti cupit, *arg. clem. 2. de magistr.* Besold. *d. cap. 2. num. 2.*

65 *VII.* Statuere quoque non possunt mercatores pannorum, ut ementes non possint secum ducere tonsores lanarum, vel sartores, ad videndum ipsos pannos, Anchoran. *consi. 166.* Matth. Stephan. *d. cap. 8. num. 33.*

66 *VIII.* Quamvis etiam balneatores inter sese statuere possint, ut lavetur certo die, ante, vel post prandium, vel tot diebus in hebdomade: Non tamen possunt, nequis lavet sine certo pretio, Matth. Stephan. *d. cap. 8. num. 36.* quia hoc vergit in detrimentum tertii & Reipubl. qualia statuta non valent, *l. unus. §. ante omnia. ff. de pact.* nisi accedat publica authoritas, Sichard. *in l. un. num. 9. C. de monopol.*

67 *IX.* Irrationabilis quoque est Bergensium in Norwegia consuetudo, qua tyrones collegio suo initiandos, ludo, ut vocant, Neptunio, durch das Wasserspiel/ excipiunt, & singulis annis, ad octennium usque miserrimè flagellant, ne scilicet frequentia sociorum, monopolii decrescat utilitas, post Kirchner. *disp. 14. corol. 1.* Besold. *d. cap. 2. n. 2. fol. 56.*

Porrò illi quoque, qui ad collegia opificum semel sunt recepti, ex justa causa removeri solent, veluti si infamia sint notati, Richter. *d. decis. 80. n. 27.* Carpzov. *part. 4 constit. 45. defin.*
68 *10. n. 1. & seq.* Quales sunt 1. fustigati, Richter. *d. l. num. 28.* quia fustigatio gravem infert injuriam, & non nisi pro turpibus & infamatoriis delictis irrogari solet, *arg. l. ictus fustium. 22. ff. de his. qui not. infam.* Carpzov. *pract. crim. part. 3. quæstion. 129. n. 14.* 2. Qui ex causa depositi condemnati, Carpzov. *d. defin. 10. num. 3. & 4.* Richter. *d. l. num. 35.* 3. Is quoque 69
artifex, qui per decennium artem suam non exercuit, desinit esse artifex, quia per lapsus ejus temporis, lex oblivionem præsumit, *l. furtum. §. fundi. & ibi gloss. ff. de usucap.* ex quo etiam pristinis privilegiis gaudere, & coram tribunis illius artis conveniri non poterit, nisi de his, quæ eo tempore gessit, quo erat de illa arte, & ad illam pertinebat, *l. 1. C. ubi de ratiocin. ag. oport. & ibi* Paul de Castr. *l. prætor. §. etiam is. 15. ff. de edend.* Dn. Lindenspur *in not.* über die Fürstl. Würtembergische Lands-Ordnung *tit. 55. n. 13. fol. 217.* Confert Ruding. *cent. 2. obs. 92. in princ.* qui distinguit, an aliquis ex causa destiterit ab exercitio, animo tamen redeundi, vel non, vel sine causa. Et Besold. *de jur. colleg. cap. 1. num. 4.* ubi id ex consuetudine dijudicandum, & simul privilegii causam finalem inspiciendam esse putat.

Non vero ab opificio vel à collegio removeri possunt, 1. Qui uxorem ducit eam, cum qua ante benedictionem sacerdotalem rem habuit, vel quam antea impraegnaverat, Carpzov. *part. 2. constit. 6. defin. 13. per tot.* Richter. *d. de-* 70
cis. 80. num. 18. Indeque opilionis filiam in uxorem ducentem, quam impraegnaverat, in collegium opificum recipiendum esse, nec ex eo rejici posse, tradit Carpzov. *libr. 6. tit. 10. respons. 100.* 2. Idem est, quoad eum, qui in matrimo- 71
nium ducit ab alio impraegnatam, Carpzov. *d. constitut. 6. defin. 14. per tot.* 3. Nec ei quoque, qui cum carnifice edit, bibit, vel alio modo conversatur, opificium prohiberi potest, sicuti in collegio Jenensi mense Mart. Anno 1621. responsum fuisse refert Richter. *d. decis. 80. num. 20.*
4. Idem est, si quis cum carnifice vel excoria- 73
tore equorum contraxerit, vel officinam ejus propter debitum sibi traditam, alteri locaverit, Richter. *d. l. num. 21.* ubi præjudicium allegat.
5. Qui per militum minas coactus fuit alicui 74
aurem abscindere, prout in Scabinatu Jenensi responsum fuisse mense Mart. anno 1633. refert Richter. *d. decis. 80. num. 26.* 6. Qui viduam lictoris in uxorem ducit, *supra num. 60.* 7. Inter- 75
ficiens canem, sive casu, sive ex necessitate, utpote qui non sit infamis, per tradita Pfeil. *consil. 143.* & Georg. Beat. *in cent. sent. Saxon.* Licet in nonnullis locis, bey den geschenckten Handwercken/ aliter abusu observetur, Lindenspür *in comment.* über die Fürstl. Würtemberg. Lands-Ordn. *tit. 55. fol. 212. num. 7. 8.* Non quoque jus 76
collegii amittit, vel ab opificio removetur relegatus, Richter. *d. decis. 80. num. 29.* utpote, qui beneficia civitatis, aliaque beneficia civibus & incolis competentia non amittit, per *l. relegati 4. ff. de interdict. & releg. §. relegati, 2. I. quib. mod. jus patr. potest. solv.* Carpzov. *pract. crim. part. 3. quæst. 130. n. 52. & part. 4. constit. 47. defin. 9.* Nisi quis ob delictum, quod infamia sequitur, relegatus fuerit, Matth. Coler. *part. 2. decis. 285. n. 8.* Carpzov. *part. 4. constit. 47. defin. 12.* Richter. *d. l. num.*

77 *l. num. 34.* 9. Idem est, quoad eum, qui post torturam absolutus est, quia nec hic infamia notatur. Freher. *lib. 3. de infam. cap. 5. n. 15.* Gomez. *tom. 3. var. resol. cap. 13. num. 28.* Menoch. *1. præsumpt. quæstion. 93. num. 2.* Richter. *d. decis. 80. n. 30.* ubi ita in dicasterio Lipsiensi mense Decembri anno 1624. decisum fuisse refert. ubi *n. 31.* addit, & præjudicio confirmat, quod licet torturam passus non plenè absolutus, sed ob indicia gravia, vel relegatione, vel mulcta plectendus veniat, ex eo tamen jura & beneficia aliis civibus & collegis competentia non perdat, *arg. l. Athletas. §. 4. item si qui furti. in fin. & leg. seqq. ff. de his, qui not. infam.*

78 Multò minus autem ob delictum aliquod tantum inculpatus, lite pendente, ex opificum collegio removendus erit, sicuti in Collegio Juridico Jenensi mense Junio anno 1630. pronunciatum refert Richter. *d. decis. 80. num. 32.* ubi *num. 33.* addit, & præjudicium refert, quod hoc etiam procedat, quando inculpatus in præsentia carnificis, cum comminatione torturæ examinatus, & carnifex verbis & gestibus, ad torquendum consuetis, in eum ita irruat, quasi jam ad torturam properare velit.

79 Ex quo etiam consuetudo illa, qua, si contingat opificem aliquem ab alio injuria affectū esse, reliqui ejusdem opificii cum injuriato ulterius operari recusant, daß wann ein Meister oder Handwercks-Gesell von jemanden geschmähet worden/andere beneben jhme nicht arbeiten/sondern selbigem das Handwerck niederlegen wöllen/ Imperii Constitutionibus improbata, & injuriatum in opificii consortio ad finem usque litis admittendum esse, sancitum est, Reformat. guter Policey zu Augspurg / *de anno* 1548. *tit.* von Handwercks-Söhnen. §. 1. *vers. & ibi:* Es soll auch der jenig/ so geschmächt worden/keines weges außgetrieben/ sondern bey seinem Handwerck gelassen und die Handwercks-Gesellen/ mit und neben jhm zu arbeiten schuldig seyn/ so lang biß die angezogen injurien und Schmach gegen jhm/ wie sich gebührt. erörtert wird/ 2c. Et Policey-Ordnnng *de anno* 1577. *tit.* 38. §. Es sollen auch. *3. in fin.* Denais. *jur. Camer. tit. opificum pacta. 206. §. 6.*

80 Cum autem opificum maxima sit & necessitas & utilitas, *supra libr. 2. cap. 16. num. 95. & seq.* & sic ob bonum finem instituta opificia, eorumque collegia, malitia tamen & abusus, ut alibi, maximè etiam apud hoc genus hominum invaluit. Tot enim machinis & decipiendi artificiis plerique opifices sunt instructi, ut oculatum etiam Argum obcœcare, vel cautissimos quoque circumvenire valeant & soleant. Ideò magistratus hîc erit solicitudo, ut opera & artificia sint sine dolo, sine fuco, sine fraude perfecta, & juxta cujuslibet artis leges, solida. Et sic curabit, ut certi quidam artis ejusdem periti viri subornentur, qui censorio supercilio in mercem artificum indagent, & deprehensas inibi fallacias, bona fide magistratui deferant, quales sunt, Gold-Schauer/Tuch-Schauer/ Fleisch-Schätzer/Brodt-Schauer/Weinstichler/ Et qui imprimis in pravas eorum consuetudines, clandestina pacta & conventiones inquirant. Quo nomine plerisque in civitatibus Imperialibus è Senatu nonnulli Senatores opificiis præficiuntur, qui in gravioribus causis ipsis præsunt, & provident, ne quid in fraudem vel magistratus vel Reipublicæ fiat, qui dicuntur, Verordnete zu den Handwerckern. Præcavendum quoque est, ne sub prætextu artificii societatum, eadem fiant monopolia, factiones aut conjurationes Reipublicæ noxiæ, neve noctu fiant concursationes, vel conspirationes, proditiones, ac nefariæ in Rempubl. exitium molitionis suscipiantur, Adam. Keller. *de offic. juridico-polit. lib. 2. cap. 23. fol. 551.* Nicol. Vernulæ. *lib. 2. inst. polit. tit. 8.* Petr. Gregor. Tholos. *de republ. lib. 4. cap. 5. in fin.*

Præcavenda quoque est opificiorum confusio, & officiorum personarumque in vita communi ordinanda & conservanda est distinctio, Wesemb. *in parat. ff. de justit. & jur. n. 11. & 12.* 81
Absurdum enim & inconveniens est, promiscuis actibus officia turbari, & aliis creditum & concessum, alios subtrahere, *l. consulta. 23. C. de testament.* Es soll kein Handwerck dem andern Eintrag thun/ sondern einig und allein bey dem seinigen verbleiben / Nam confusio illa, quæ opificiorum & collegiorum licitorum, quibus Respublica carere nequit, substantialem differentiam tollit, justitiam distributivam, unamq; generis humani partem, evertit, Dauth. *de testam. n. 300. in fin.* Wesemb. *d. n. 12. in fin.* Berlich. *decis. 26. n. 1. seq. per tot.* ubi elegantem casum de Ephippiariis & Frænariis, von Sattlern und Riemern tractat: Frænariis certas quasdam species, als Weiß gar Leder zu machen und zu verarbeiten/ Gutschen in Riemen zu hangen/ und zu beschlagen/ Büchsen-Halffter mit langen und kurtzen Riemen/ Hinder-Zeuge/ Wisch-Säcke/ Kocher/ Pulverfläschen/ Waidt-Säcke/ Drußkisten / Vorbeuge/ Gurt zu machen/ Sporen zu fassen/ &c. sibi solis conficiendi jus esse asserentibus, Ephippiariis contra hoc negantibus, & sibi idem licere dicentibus.

CAPUT

CAPUT. III.

De Præfectis sive Prætoribus Civitatum Imperialium.
von Reichs-Vögten.

SUMMARIA.

1. *Olim in Civitatibus Imperialibus Imperatores suos Præfectos habuerunt.*
2. *Omnes Episcopatus, Prælaturæ, Principatus, Comitatus, Baroniæ & Civitates, &c. olim ad Imperatores pertinuerunt, & ab his per suos ministros fuerunt administratæ.*
3. *Postea, vel proprietatis vel feudi jure gubernatoribus Principatus, Provinciæ, una cum vectigalibus aliisq; reditibus concessæ.*
4. *Imperator Otto I. Cathedralibus Ecclesiis multas civitates, castra, villas, jurisdictiones concessit.*
5. *Sibi tamen jura nonnulla in iisdem reservarunt Imperatores, quorum nomine Officiales constituerunt.*
6. *Olim Comites Palatini, Landgravii, Marchiones, Duces, Comites, &c. ministri tantùm erant Regii, & nomina officiorum.*
7. *Comitum Palatinorum officium.*
8. *Landgraviorum officium.*
9. *Marchiones quinam fuerint?*
10. *Burggravii quinam?*
11. *Duces unde dicti, & quinam sint?*
12. *Comites quinam sint?*
13. *Episcopis & Abbatibus olim Vice-domini & Advocati dati.*
14. *Quodnam horum Advocatorum officium.*
15. *Advocati Imperatoribus de bonis Ecclesiasticis rationem reddere obligati fuerunt.*
16. *Imperatores olim defunctorum Episcoporum & Abbatum bona mobilia sibi adscripserunt.*
17. *Successu temporis Episcopis, Prælatis & Abbatibus plena administratio concessa.*
18. *Advocatiæ Ecclesiasticæ non planè sunt sublatæ.*
19. *Regalia quoq; sibi Imperatores reservarunt.*
20. *Præfectorum Provinciarum & civitatum officium olim varium fuit.*
21. *Imprimis eorum officium in causis criminalibus constitit apud Episcopatus, Monasteria, &c.*
22. *Sicuti etiam in civitatibus.*
23. *Quod exemplis declaratur, ejusq; ratio redditur.*
24. *In quibusdam locis civilibus quoq; causis interfuerunt.*
25. *Reipubl. administratio ad Præfectos non pertinuit.*
26. *Sicuti nec ærarii, pacis, belli, fœderum, &c.*
27. *Justitiæ administratio differt à regimine civitatis.*
28. *Civitates nonnullæ sibi ipsis Præfectos constituerunt.*
29. *Præfecti civitatum statuta, leges & privilegia observare obligati fuerunt.*
30. *Alibi sententiarum tantùm sunt executores.*
31. *Præfectos longè minorem potestatem habuisse, quam ipsum Magistratum, & civitatis regimen penes ipsos non fuisse, ulterius demonstratur.*
32. *Præfecturæ civitatum Imperialium rarò Principibus vel Episcopis vicinis commissæ.*
33. *Sed plerumq; Comites & Barones Præfecti & Advocati constituti vicini.*
34. *Augustanæ civitatis quinam præfecti fuerint?*
35. *Præfecti suos habuerunt substitutos.*
36. *Commissa quoq; hæc officia Equitibus & Nobilibus, & aliis quandoq; personis honestis: quod exemplis declaratur, num. 37. & seq.*
42. *Cum Præfecti sua potestate abuterentur, civitates ad instar aliorum, sese ab iisdem liberarunt.*
43. *Imperatores civitates multis immunitatibus donarunt.*
44. *Præturas has per reluitionem, aliisq; modis civitates sibi appropriarunt.*
45. *Prætores hodie civitates ipsa constituũt.*
46. *An Præturæ Imperiales in Civitatibus Imperialibus iterum introducendæ?*
47. *Rationes à Speidelio adductæ.*
48. *Privilegia in aliorum læsionem concessa revocari possunt.*
49. *Privilegia, quæ in abusum transeunt, auferri possunt.*
50. *Rescindi privilegia possunt propter publicam utilitatem.*
51. *Cessante causa privilegii, ipsum privilegium cessare solet, & quando secus. n. 84.*

52. *Potestas Imperatoris in Civitates Imperiales, quando in his præsens est.*
53. *Quævis mutatio mortifera, exitialis & periculosa.*
54. *Difficile est annosas arbores transplantare.*
55. *Novationibus odium & periculum conciliatur.*
56. *Privilegium per contractum concessum non potest revocari.*
57. *Princeps non tantùm suo, sed & antecessorum contractu obligatur.*
58. *Contractus priorum Principum modernorum esse censetur.*
59. *Privilegium pecunia mediante acquisitum non potest revocari.*
60. *Sicuti nec privilegiũ remuneratorium.*
61. *Quilibet Magistratus juratò promittere solet, se subditis jura & privilegia tueri & salva relinquere velle.*
62. *Idem Jmperator Statibus Imperii juratò promittit.*
63. *Civitates liberam administrationem jure territorii obtinent.*
64. *Imperator etiam inferiorum jurisdictiones tueri, non verò infringere debet.*
65. *Reipubl. interest, ut ordinum salva sit dignitas.*
66. *Rerumpublicarum moderatores non uni tantùm parti Reipubl. sed toti corpori æqualiter studere debent.*
67. *Imperium Romanum etiam super civitates fundatum.*
68. *Tres Imperii Statuum sint ordines, quorum utilitas in tribus consistit.*
69. *Prætor hodie in civitatibus municipalibus constituitur.*
70. *Status nomen in civitatibus inane esse non debet.*
71. *Satius est prodesse malis propter bonos, quàm bonis deesse propter malos.*
72. *Idem judicium partis quoad partem, quod totius quoad totum.*
73. *Ab inferiore gradu ad superiorem fit adscensus.*
74. *Potentiorum patrocini a suspecta.*
75. *Levissima occasio sæpè magnũ pondus habet.*
76. *Leo ubi pedem figit, cætera animalia quiescunt.*
77. *Innata magnatibus dominandi cupido.*
78. *Minor esca majoris.*
79. *Respondetur Lucio Fero.*
80. *Nemo sine culpa puniendus, nec alieno odio prægravandus.*
81. *Per pacificationem Osnabrugensem perpetua omnium offensionum & hostilitatum oblivio transacta.*
82. *Privilegia contractu concessa, etiamsi ex post facto nociva incipiant esse, revocari nequeunt. Ejus quod principale est, non quod per accidens fit, ratio habenda.*
83. *Ex bono & licito pernicies irrogari potest.*
84. *Abusus non tollit rei substantiam.*
85. *Rebelles & inobedientes cives quomodo coërcendi?*
86. *Præfecti Imperiales quibus nominibus vocentur?*
87. *Judex, Advocatus, Ammannus, Sculte- tus, &c. promiscuè usurpantur.*
88. *Ministeriales ministri quinam dicti?*
89. *Sculteti, Scultasii,* Schultheisen / *quinam dicti, quodnam eorum officium.*
90. *Scultetus adjunctus fuit Scabinis.*
91. *Scultetus alicubi pro capite civitatis habetur.*
92. *In causis bellicis Scultetus,* Regiments-Schultheiß / *quis?*
93. *Sculteria quid?*
94. Vogt *quid sit?*
95. Amman / Ambtman / Reichs-Ambtmann / Reichs-Vogt / *sinonyma, & quinam sint?*
96. Ambacht *quid?*
97. Statt-Amman *quinam dicantur?*
98. *Præfecturæ Imperiales differunt à Præturis & Advocatiis, & quomodo?*
99. *Præfecti provinciales quinam fuerint?*
100. *Burggravii Ecclesiasticis dati.*
101. *Fuerunt quoq; Burggravii seculares.*
102. *Quotnã in Imperio Burggravii fuerint?*
103. *Burggravii Ganerbinatuum quinam?*
104. Burgmänner *quinam sint?*
105. *Burggravii à Præfectis urbicis differũt.*
106. *Burggravii in cives nullam jurisdictionem habent.*
107. *Burggravii Magdeburgensis officium.*
108. *Norimbergensis officium ex prima investitura.*
109. *Magdeburgenses Burggraviatum à Saxoniæ Ducibus emerunt.*

1 Priscis temporibus non tantùm Ecclesiæ & monasteria suos Advocatos, Vögt / Castenvogt / sed etiam Civitates Præfectos, sive Prætores suos habebant Imperiales, per quos Imperatores in Civitatibus Imperialibus jurisdictionem & Imperium primitus exercere solebant, Stumpff. *Chron. Helvet. lib. 6. cap. 14.* Vulgò Reichs-Vögt-Reichs-Schultheisen / Reichs-Ammänner / Reichs-Amptmänner / Statt-Ammanner / Reichs-Ritter / Reichs-Pfleger dicti, Mager. *de advocat. cap. 2. n. 213. & 220.* 2

Origenem Præfectorum sive Prætorum civitatum Imperialium, der Reichs-Vögt / quod attinet, observandum est, quod ab antiquo omnes

omnes Episcopatus, Abbatiæ, Prælaturæ, Principatus, Ducatus, Comitatus, Baroniæ, omnesque civitates, vici, villæ, pagi, aliæque communitates, ad solos Reges & Imperatores Romanos, Imperii nomine, pertinuerint, & ab his, omnium ordinum, totiusque populi unanimi consensu fuerint administratæ & gubernatæ, Lehman. *Chron. Spirens. lib. 2. cap. 44. fol. 186.* In quibus etiam omnia vectigalia, aliique reditus à ministris Regiis, veluti Principibus, Comitibus & Baronibus aliisque provinciarum gubernatoribus exacti, ac Imperatoribus & Regibus soluti fuerunt, Munster. *cosmograph. lib. 3. cap. 22.*

3 Quamvis autem successu temporis, Reges & Imperatores Imperii Romano-Germanici inceperint, Principibus, Comitibus, Baronibus, aliisque provinciarum gubernatoribus, Principatus & provincias à se gubernatas, vel in proprietatem, vel feudi nomine, una cum vectigalibus, Steuris, aliisque reditibus ac Regalibus concedere Munster. *d. loc.* & lapsis Francorum rebus, post Arnulphum, ejusque filium Ludovicum, Principum donationes ita largè fuerint factæ, ut oppida etiam & vici Episcopis concederentur, ac Ducatus etiam Episcopis permitterentur, Vadian. *de colleg. & monaster. lib. 2 fol.*
4 *94. in princ.* prout Otto I. Imperator, omnibus pene Cathedralibus Ecclesiis in Italia, Gallia, Germania, Burgundia & Lotharingia constitutis, multas civitates, castra, oppida, villas, & multa alia dominia & jurisdictiones donavit, atque omnibus illis Ecclesiis propria insignia perpetuò deputavit: Archi-Episcopos quoque & Episcopos Ducatibus, Comitatibus & Baroniis communivit, quibus Nobiles & potentes Vasallos subjecit, quo semper essent ad resistendum, & manu forti paganis & hæreticis in oportuno tempore fortiores, prout tradunt post Theod. de Niem. Besold. *de jur. civit. Imper. n. 6. §. fermè autem. fol. 125.* & Gryphiand. *tract. de* Weichbild. *cap. 28. n. 1.* atque inde etiam civitates libertatem suam nactæ, per dicta *supra lib. 1. cap. 5. n. 8. & seq.*

Non tamen ipsis Archi-Episcopis, Episcopis, Principibus, Ducibus, Comitibus, Baronibus ac Civitatibus Imperialibus Episcopatus, Principatus, Ducatus, Comitatus, Baroniæ, & territoria ista statim absolutè & pleno jure sunt concessa, sed in iisdem, unà cum sublimi
5 superioritate, & supremo Imperio, nonnullas civitates, pagos villas, valles, aliosque locos, nec non regalia aliaque jura, Imperatores ac Reges sibi ipsis & Imperio reservarunt, Munster. *cosmograph. lib. 3. cap. 20. in fin.* Lehman. *Chron. Spirens. lib. 4. cap. 1. fol. 269. in fin.* Stumpf. *rer. Helvet. lib. 4. cap. 5. fol. 279. princ.* quorum nomine postea certi officiales & Regii ministri constituti, qui regalia, ac jura ista reservata observarunt, administrarunt. Et ita Ducibus præfecti fuerunt Comites Palatii, Pfaltzgrafen/ Episcopis Advocati, die Castenvögt/ & civitatibus
6 Prætores, die Reichsvögt. Atque inde primis istis temporibus Comites palatii, sive Palatini, Landgravii, Marchiones, Duces, Comites, & alii ordines, ministri tantum erant & officiales Regii, & titulati tantum Status, ac nomina officiorum, & non ita liberi, ut hodie. Ita enim Comites Palatini, Pfaltzgrafen/ erant olim palatii 7
Cæsaris judices, sive præfecti, Richter deß Kayserl. oder Königlichen Hofs/ Lehman. *Chron. Spir. lib. 2. cap. 9.* Rudinger. *cent. 4. obs. 4.* Borcholt. *de feud. cap. 5. n 34.* Wehner. *pract. observ. verb.* Vultej. *de feud. lib. 1. cap. 4. n. 14.* Et sic nomen hoc erat officii temporalis, & in Germania in singulis Saxoniæ, Bavariæ, Franconiæ & Sueviæ provinciis, singuli Comites Palatini erant constituti, uti demonstrat Author, *discurs.* Ob die alte Reichsvogteyen bey den Reichs-Stätten wieder anzurichten. *pag. 5 seq.* qui est Daniel Heider JCtus & Syndicus Lindaviensis. Et Comitum Palatinorum summum & maximum fuit officium post Reges: siquidem hi fuerunt Vicarii, Statthalter/ Imperatorum & Regum Romanorum, qui provincias gubernarunt, bona Imperatorum patrimonialia, vectigalia, Steuras, aliosq; reditus fiscales administrarunt, querelas & accusationes contra Duces audiverunt, jus ipsis dixerunt, eorumque causas quandoque ad Imperatores detulerunt, prout refert, post Aventin. Wigoleum Hundium, Gewoldum & Petr. Pythæum, Author. *d. discurs.* Ob die Reichsvogteyen in den Reichs-Stätten wieder anzur. *fol. 7. lit. G. & fol. 39. seq.*

Langravii, sive Comites Provinciales, 8
Landgrafen/ olim totius alicujus provinciæ mediterraneæ erant judices, ad differentiam Marchionum, wahren Richter eines Landes/ so zwischen deß Reichs Lande gelegen/ Petr. de Andlo *de Rom. Imper. lib. 2. cap. 12.* Borcholt. *de feud. cap. 5 n. 33.* Knichen. *de Sax. non prov. verb. Ducum. cap. 4. n. 43.* Vultej. *de feud. lib. 1. cap 4. n. 14.*

Marchiones, seu Marckgravii, qui finibus 9
Imperii tuendis præfecti, limitumque judices erant, Marck-Richter/ oder Grentz-Fürsten/ die über ein solch Land Richter gewesen welches an den Grentzen deß Teutschen Reichs gelegen/ Albin. *in Chron. Misnic. tit. 9 fol. 100.* Knichen. *de Saxon. non prov. verb. Ducum. cap. 4. n. 30 seq.* Borcholt. *d. cap. 5. n. 31.* Reinking. *de regim. secul. lib. 1. class. 4. cap. 13. n. 5.* Nolden. *de stat. nobil. cap. 8. n. 153. seq.*

Burggravii, quibus Burgi, sive arcis alicu- 10
jus provinciæ, Reichsburg/ custodia commissa erat, Besold. *thes. pract. verb.* Burggraf/ Knichen. *d. verb. Ducum. c. 4. n 44.* Nolden. *d cap 8. n 171.*

Duces à ducendo exercitu ita dicti, vel quod 11
Domini fuerint belli, Hertzogen/ à vocabulo Heer/ quod est exercitus, & Ziehen/ quod est ducere, quasi ein Heer deß Zugs/ Vultej. *d. n. 14.* & idem, qui hodie Feldherr/ Feldobrister General.

Comites, qui olim nihil aliud, quam judi- 12
ces fuerunt, Knichen. *de jur. territ. cap. 4. n. 95. seq.* Heig. *part. 1. quæst. 2.* Besold. *consil. 195 n. 10. seq.* Cum non solùm priscis temporibus, sed etiam adhuc hodie plurimis in Germaniæ locis, vox Graffe/ judicem significet, Wehner. *verb.* Graffschafft. Unde appellationes istæ: Pfaltzgraffen/ Marggraffen/ Landgraffen/ Burggraffen/ Rheingraffen/ Centgraffen/ Gograffen/ Freygraffen/ Ruggraffen/ Holtzgraffen/ Dinckgraffen/ Saltzgraffen/ Dick: sive Deuchgraffen/ Handgraffen/ rc. de quibus, & qui

tales fuerint, dixi *in tract. de ord. Equestr. jurib. lib. 1. cap. 7.*

13 Episcopos & Abbates quod attinet, ipsis Imperatores & Reges Romani, tanquam supremi Advocati, Obriste Patronen der Kirchen/ vice Dominos & Advocatos, Castenvögt/ usq; ad Imperatorem Fridericum II. constituerunt, uti probant, Lehman. *Chron. Spirens. lib. 2. cap. 36.* & post ipsum Mager. *de advoc. c. 5. n. 338. & seq.*

14 Quorum officium fuit, non solummodò Ecclesias & monasteria, cum ipsorum hominibus & bonis contra vim & injurias defendere, judiciis ipsorum civilibus præesse, sed etiam rerum aliarum secularium, & ad victum pertinentium, curam & sollicitudinem gerere, redituumque, prædiorum, servitiorum & decimarum, & si quæ alia juris collegiorum essent, rationem reddere, & sic Episcopi & Abbates curam omnemque administrationem, quæ ad victum & alimoniam attineret, Advocatis relinquerent, quo minus à professionis instituto, cui jurati essent, avocarentur, juxta Canonen synodi Mogoncianensis, sicuti referunt Vadian. *de colleg & monast. lib. 1. n. 4. & 5.* Ursti. *Chron. Basiliens. libr. 1. cap. 5. in fin.* Lehman. *Chron. Spirens. lib. 2. cap. 36. fol.*
15 *742.* §. Zum andern. Et hujusmodi Advocati Imperatoribus de bonis istis Ecclesiasticis rationem reddere tenebantur, Stumpff. *Chron Helvet. lib. 5. cap. 3.* Wurst. *Chron. Basiliens. lib. 1. cap. 5. in fin.* Lehman. *Chron. Spirens. lib. 2. cap. 36.* idque eum in finem, ut reditus Imperatoribus essent cogniti, & si bella contra Ethnicos, aliosve Regni hostes suscipiendas exorientur, iis pro cujusque facultate collectas & tributa, ad expeditiones pro communi Reipubl. Christianæ incolumitate instituendas, imponerentur, Mager. *de advoc. cap. 11. n. 6. seq.* ubi addit, quod Caroli Magni temporibus monasteria ex propriis ærariis, præter id, quod subditi eorum contribuebant, pro expeditionum sumptibus, tributa dare, coacti fuerint. Quod etiam demonstrat Author *discur.* Ob die Reichsvogteyen/ *fol. 9. & 51. seq.*

16 Imò Imperatores, à Carolo Magnò, usque ad Ottonem IV. in Episcopatibus & monasteriis hoc juris obtinuerunt, quod Episcoporum & Abbatum defungentium bona mobilia, veluti aurum, argentum, pecunia, arma cleinodia, &c. vel se moventia, ut equi, pecudes, animalia domestica, feræ, &c. ad fiscum & Cameram Imperialem pertinuerint, Lehman. *Chron. Spir. lib. 5. cap. 67. vers.* Der dritten. *fol. 542.* Et quandoque ipsi Imperatores monasteria oppignoraverunt, permutaverunt, donaverunt, & in feudum concesserunt, de quo *supra lib. 2. cap. 31. n. 10. & seq.*

Quamvis autem Episcopatuum & monasteriorum hujusmodi oppignorationes, permutationes, venditiones, concessiones & alienationes per Imperiales sanctiones, & specialia privilegia ac jura Canonica interdictæ, & fiscales occupationes bonorum mobilium à defunctis monasteriorum Prælatis, Abbatibus & Episcopis relictorum, per Ottonem IV. sublatæ, tributa Imperii antiqua in aliam formam redacta, & œconomia, sive administratio Episcopa-
tuum & monasteriorum Advocatis secularibus 17
adempta, & Episcopis & Prælatis plena administratio permissa, prout hoc plurimis tradit Author, *d. discurs.* Ob die Reichsvogteyen. *fol. 10. seq. & fol. 63. seq.* Non tamen Advocatiæ ejus- 18
modi Ecclesiasticæ, die Castenvogteyen/ statim planè fuerunt sublatæ, uti probat d. Author. *disc.* Ob die Reichsvogteyen/ *fol. 68. lit. Zz.* sicu- 19
ti nec regalia, veluti vectigalia, monetæ, aliique reditus, & jura fiscalia in territoriis Episcoporum & Prælatorum ipsis concessa, sed Imperio Romano reservata fuerunt, donec tandem Advocatiæ hujusmodi ab Episcopatibus & monasteriis planè ademptæ, & bona fiscalia, regalia, & alia jura Imperialia, vel precariò, vel per emptionem, vel alio modo obtinuerunt, ut videre licet apud Vadian. *de colleg. & monast. lib. 2. fol. 103.* Stumpff. *lib. 5. cap. 5. fol. 306. d. Author. disc.* Ob die Reichsvogteyen. *fol. 11. & 68. seq. & fol. 74. seq.*

Præfectos provinciarum & Civitatum Im- 20
perialium, die Reichsvogteyen/ quod attinet, ipsorum officium varium fuit, & potissimum administratores & Præsides potius justitiæ & in Helvetia & Germania judices criminales fuerunt, quibus quandoque solarii nomine, pars aliqua redituum, imprimis verò mulctarum, assignata, vel in feudum concessa, & quandoque Collectarum Imperialium, nec non vectigalium, monetarum, aliorumque redituum fiscalium administratio commissa fuit, prout de Præfecto civitatis quondam Imperialis *S. Gallensis*, quod ipsi collectas Imperiales recipiendi potestas competierit, testatur Vadian. *in insert. collect. de Abbatib. S. Galli. fol. 210.* Et ad civitatis *Schvvinfurtensis* Advocatiam adhuc hodie, die Burg/ Marckung/ Gericht/ Zoll/ Zehend/ und andere Nutzungen/ ibidem pertinere, refert Munster. *cosmograph. lib. 3. cap. 397.*

Imprimis verò Præfectorum provinciali- 21
um & civitatum officium in puniendis delictis locum obtinuit: Nam sicuti tempore adhuc Imper. Heinrici II. Imperatores Romani in Episcopatibus, monasteriis & ipsorum ditionibus, criminalem & superiorem jurisdictionem obtinuerunt, ipsisque pro exercenda jurisdictione criminale, præfectos constituerunt, prout testantur Wurstisen *chron. Basil. lib. 2. cap. 11. fol. 95.* Stumpf. *chron. Helvet. lib. 4. cap. 50.* Be- 22
sold. *de jur. civitat. Imper. n. 2.* Ita etiam in provinciis aliis Germaniæ, & civitatibus Imperialibus obtinuit, ubi itidem moris fuit, quod Reges & Imperatores Romani ipsis judices & Præfectos ordinarint, qui Imperii nomine, judiciis præfuerunt, haben den Stab geführet/ sicuti testatur Munster. *cosmogr. l. 3. cap. 68. princ.* ubi paulò post, id ad altam jurisdictionem, auff die hohe Gericht/ restringit, cui etiam consentit Stumpf. *chron. Helv. lib. 7. cap. 2. fol. 466. & cap. 15. in princ.* & alibi passim. Author. *d. discurs.* Ob die Reichsvogteyen in den Reichs-Stätten *fol. 76. seq.* Pet. Pythæ. *de Com. Campan.* ubi ex antiquis scriptoribus probat, quod Advocatis civitatum inspectio justitiæ, cujus quasi administratores, vel potius Præsides erant, incubuerit, Author *alter. Lindaviens. fol. 48. & fol. 572, in fin.*

ubi

ubi refert idem probare auctorem anonymum der Salmanßweilischen nothwendigen Erinnerung/*quæst. 3. pag. 62. seq.* Unde quoque Impera-
23 tor Fridericus I. *an.* 1182. præfecto suo in *Esselingen* defensionem Ecclesiæ Denkendorffensis ita committit: Statuimus etiam, ob salutem animæ nostre, ut cuicunq; in Esselingen vice nostram, & potestatem exequendi justitias & negocia nostra prosequendi commiserimus, ille querimonias prædicte Ecclesie benivolè audiat. opportunitates attendat, & tanquam nostras proprias usque quaque expediat, &c. cujusmodi diploma extat. *part. 1. document. monast. Ducat. Würtemberg. sub rubr.* Denckendorff. *fol.* 457. Et *Weissenburgi* Imperii præfectum adhuc dum hodie, in causis criminalibus, in peinlichen Sachen / Imperii & Imperatoris nomine, executionem exercere, testatur Munster. *Cosmogr. lib. 3. cap. 68. fol. 675.* Uti & *Halle Suevorum* Præfectura hujusmodi Cæsarea, das Kayserliche Schultheisen Ampt/ olim summum fuit officium, & criminali jurisdictioni præfuit, teste Crusio *annal. Suevic. part. 3. lib. 2. cap. 13.* Et *Northusii* Comitem de Hohenstein adhuc Præfectum Imperii esse, & judice misso, cui duo Scabini à civitate adjunguntur, criminum executionem Imperii nomine facere, civitati tamen omnibus, quæ meri, mixtique Imperii & simplicis jurisdictionis sunt, salvis, refert Wehner. *verb.* Reichsvogtey. *fol.* 654. Sicuti enim populus Romanus publicorum criminum judicia sibi soli reservavit, & alium, quàm se de civis Romani capite statuere posse noluit, *l. 2. §. exactis. 16. ff. de orig. jur.* Engelbrecht. *de jurisdict. concl. 36. & seq.* Ita postmodum Imperatores Romani gladii honorem esse summum Imperii signum, magis Imperatoribus, quam magistratibus conveniens, existimarunt, Thom. Michael. *de jurisd. concl. 74. lit. a.* indeque moti Imperat. Franci & Germani bannum sanguinis in comitiis & comitatibus singulis, uni tantum Comiti singulariter, jurisdictionis verò reliqua reliquis jure magistratus, & cum magistratu comittere, in urbibus vero Imperialibus bannum hujusmodi per peculiares advocatos, sive Prætores exercere, per tradita Author. Ob die Reichsvogteyen. *lit. Hhh. & seq. fol. 76. & seq.*

24 In quibusdam tamen locis Præfecti civilibus quoque judiciis interfuerunt, siquidem Imperatores Romano-Germanici pro conservatione superioris jurisdictionis præfectos ordinarunt, teste Wurstisen. *Chron. Basil. lib. 2. cap. 11. fol. 95.*

25 Quamvis etiam Martin. Mager. *de advocat. cap. 2. n. 220.* Advocatis Urbicis, præter præsidatum in criminalibus, & assessoratum in civilibus, tribuat, quod consueverint etiam in causis debitorum extrajudicaliter decernere, & vicem Imperatoris gerere, regere Rempublicam, puniendo delinquentes & mulctando, &c. quod etiam Lucius quidam scripsit, asserens, habuisse olim Imperatores in singulis urbibus Imperialibus certos ministros, qui ipsorum nomine Senatoriis Consultationibus non interessent modò, sed etiam præessent, quod refert quoque Dn. Speidel. *in addit.* Besold. *thes. pract. verb.* Reichs-Statt. Id tamen fundamento & authoritate caret; cum justitiæ exercitium à causa status non mediocriter *discrepat.* P. Heig. *pag. 1. quæst. 9. n. 59.* Paurmeist. *de jurisdict. lib. 2. cap. 4. num. 55.* & contrarium patet ex traditis Munster. *cosmogr. lib. 3. cap. 68.* Ubi scripit: Es seyn in den drey Landen Uri / Schweitz / Underwalten von Königen und Kayseren/auch Vögt verordnet worden/welche aber in der Regierung/das Land betreffend/ sich keines Wegs underwunden/sondern allein in Sachen/ so die Hochgericht belangen/ den Stab geführet haben. Quod etiam confirmat Stumpff. *lib. 6. cap. 6. fol. 450.* Johan. Simler. *de republic. Helvet. libr. 1. sub. rubr. tres primi pagi Helvetii. fol. 5.* ubi scribit: Præfectos rerum Capitalium *Urii* quoq; ab Imperatore accepere quondam: Cæterum reliquas causas Ammannus & Senatores ex populo electi cognoscebant, & in commune Reipublicæ suæ consulebant. Eadem Reipubl. forma fuit apud *Suitios & Undervvaldios*, &c. *& fol. 7.* addit; Præfectos autem illis Uriis, Suitis, Underwaldiis, Imperii nomine Rudolphus Rex dedit. Hi non habuere sedes suas in hisce pagis, sed alibi in suis arcibus habitabant, & quotannis semel, atque iterum evocati, illuc proficiscebantur, jurisdicundi causa, præsertim in rebus criminalibus & capitalibus. Hujusmodi præfectos nostra quoque ætate nonnullæ civitates ab Imperio accipiunt, qui tantum judiciis rerum capitalium præsunt, nullum Prætorem in illis urbibus Imperium, aut jurisdictionem habent, &c. prout hæc refert Author. *d. discurs.* Ob die Reichsvogteyen *fol 79. seq.* ubi *fol. 81.* idem probat quoad Præfectos *Augustanos* post Cæsarem *in chron. August. part. 2. c. 5 fol. 84.* & Crus. *annal. Suev. part. 3. lib. 2. c. 17. fol. 111. msc. 298.* Et olim Prætores Imperiales, quoad Reipublicæ administrationem & regimen, sive totum statum urbis, so viel das Statt-Regiment und Staat-Sachen betrifft / nullam habuisse potestatem, nec Senatoriis deliberationibus præfuisse, probat Author. *actor. Lindaviens. fol. 49. post princ. seq. & fol. 178. in fin.* Eosdemque nec administrationem 26
ærarii, pacis, belli, fœderum, sed justitiæ tantum exercitium habuisse, à quo tamen Reipubl. administratio maxime differat, testatur idem Auctor *actor. Lindaviens. fol. 573. vers.* haben also. *& fol. 49. in fin.* ubi ait, daß es nicht ein geringer Unterschiedt zwischen der justici Wesen / und dem gantzen Staat einer Statt/und jenes nur ein membrum, præclarissimum tamen urbici corporis, dieses aber corpus ipsum. *Et fol. 178. in fin ibi:* So ist unter der administratione justitiæ, 27
und dem völligen Regiment in Reichs-Stätten/ tanquam inter membrum & corpus, partem & totum, eine kundtliche Unterschiedt. *& fol. seq. in princ.* ubi addit, daß sie (die Reichsvögt) sich nicht aller jurisdiction, und Landsherrlicher Obrigkeit unterzogen/ sondern allein den Malefitzischen und bißweilen auch den Burgerlichen Gerichten vorgestanden / also neque magistratus neque etiam judicis nobile officium, cum primis quoad extra judicialia, völlig vertreten/ oder die ordinariam & universalem jurisdictionem ob sich gehabt/ rc. ubi etiam refert, daß die Reichs-

Reichsvogteyen regulariter von der Land und Statt Obrigkeit unterscheiden. De qua re plura vide apud Author. Reichsvogteyischer Apologiæ. *monit. prælimin. 8. pag. 61. & seq.*

Compertum quoque est Præfecturas, sive Præturas Imperiales non unius, sed diversi generis fuisse. Quamvis enim regulariter Prætores hujusmodi ab ipsis Imperatoribus ordinati
28 & constituti fuerint, nonnullæ tamen civitates Imperiales id juris obtinuerunt, ut ipsæ præfectos sibi idoneos & gratos nominaverint & elegerint, eosque iterum dimittere potuerint, sicuti de civitate *Schvveinfurtensi* dictum est supra *libr. 3. cap. 49.* & ipsi Præfecti civitatum statuta, leges, privilegia, aliaque jura & mores, observare, & ad id se juramento adstringere obligati fuerunt, sicuti exemplo civitatis Augustanæ de-
29 clarat Crusius *annal. Suevic. part. 3. lib. 6. cap. 44. & lib. 3. c. 2.* Auctor. *actor. Lindaviens. fol. 179. vers.* Neben dem. Et habetur in pace Constantiæ composita inter Imper. Fridericum & civitates Lombardiæ §. *in causis appellationum*, ibi: *proprium nuncium in civitatibus, vel Episcopatu, qui juret, quod bona fide & sine fraude causas, examinabit, & definiet secundum leges & mores ipsius civitatis, &c.*

30 In nonnullis quoque Civitatibus Imperialibus Præfecti Imperiales executores sententiarum in causis tam civilibus, quàm criminalibus fuerunt, sicuti *Mulhusium* in Thuringia de se testatur apud Meischner. *tom. 3. decis. 33. n. 35. fol.* 1108. *in fin. & seq.* Et de *Colonia* constat ex traditis *supra lib. 3. cap. 10. n. 20.* ac *Northusii* & *Weissemburgi* adhucdum fieri solere, paulo antè dictum est, & *supra lib. 3. cap. 36. n. 13. & cap. 57.*

Ex quibus omnibus patet, quod Prætores urbici olim non fuerint Domini & administratores totius civitatis, nec cives eorum subditi, sed certa tantummodò jura inibi Imperatoris nomine exercuerint, eorumque officium non fuerit aliud, quam in criminalibus præsidere, den Stab führen / in civilibus verò quandoque assidere, necnon in causis debitorum extrajudicialiter decernere, ubi tradit, post Mager. *de advocat. cap. 2. n. 220.* Facultas *jurisd. Tubing.* apud Besold. *part. 4. consil. 180. n. 187.* ubi *n. 188.* Præfectos Imperiales omnimodam jurisdictionem non administrasse, inde arguit, quod hodie quoque præfecti civitatum Imperialium die Reichs-
31 Schultheßen / Reichs-Richter / Reichs-Vögt / Reichs-Pfleger / Reichs-Ammañer / Statt-Ammanner / Ammeister / longe minorem potestatem obtineant, quam ipse senatus, qui tamen vices veterum Præfectorum subeunt. Quod etiam probat Kyriand. *in annalib. Trevirens.* ubi notat, quod liberalium, seu Regalium urbium Præfecturis, non alia statim Regalia, fiscaliaque jura cohærere necesse sit, multoque minus administrationem Civitatum Imperialium, sive regalium, sive liberarum; Vel plenum in iis arbitrium rerum & dominatum: Quandoquidem, vel Ducatu, Marchionatuve vel Comitatu à Rege, aut Imperatore concesso, per hoc tacitè regalia, præsertim majora ipsis Regni capitaneis, hautquaquam permissa traditaque censeri; Ictorum constans sententia sit: & exemplum præbeat pax Friderici I. Imperatoris cum civitatibus Lombardiæ Marchiæ & Romandiolæ, facta Constantiæ, qua disertè significatur Episcopos in civitatibus Comitatum & jus constituendi investiendique Consules, habere quidem posse, cæterum civitati nihilomninus competere regalia veteresque consuetudines Imperii, quibus ab antiquo est usa, veluti in foro, in pascuis in nemoribus, in pontibus, in aquis & molendenis, item in exercitu, in munitionibus civitatum, in jurisdictione, tàm in criminalibus, quàm in pecuniariis causis, & in cæteris, quæ ad commoditatem spectant civitatum, &c. Et paulo post addit, quod postquam Regalium Comites (militaribus potissimum occupati) esse desierint, ipsæ civitates auxilia sua tam ministerialium, quam aliorum civium, Regibus & Imperatoribus suo nomine mittere cœperint, de qua quæstione vide plura apud d. Auctorem der Reichsvogteylichen *Apologiæ monit. prælim. 8. per tot.*

Præfecturæ hujusmodi rarò Principibus 32
& Episcopis vicinis sunt demandatæ, cum inveteratum inter Principes & civitates semper ferè fuerit odium, & quod civitates libertatem suam pertinaciter propugnent, juxta Gerard. de Roo *histor. Austri. lib. 4.* & Principes civitatibus molestiores & infensiores esse soleant, uti dictum est *supra lib. 1. cap. 14. n. 33.* Licet non desint exempla Advocatiarum Principibus commissarum, sed rara, & ut plurimum coacta, & plerumque in fœlicia, sicuti refert Author *discurs.* Ob die Reichsvogteyen wieder anzurichten. *fol. 82. seq.* & constet, quod Ottones Imperatores Præfecturas urbium Comitibus ademptas in Episcopos transtulerint: Quod licet Lehman. *Chron. Spirens. lib. 4. cap. 3.* indefinitè asserat, id tamen in iis tantùm urbibus obtinere deprehenditur, ubi Episcopi sedes suas & cathedras obtinuerunt, quod exempla Wormatiensium, Spirensium, Argentinensium, Basiliensium, Augustanorum, &c. evincunt. Neque etiam ipsæ Episcopalium Urbium Advocatiæ ab Ottone I. inductæ perennarunt, vel diuturnarunt, sed causis concedendi sensim fallentibus, iterum evacuatæ sunt, prout demonstrat Lehman. *Chron. Spir. lib. 4. cap 3.* Author. *d. discurs,* Ob die Reichsvogteyen / *fol. 88. seq.*

Plerumque verò Civitatibus Imperialibus 33
Præfecti & Advocati constituti sunt Comites & Barones, non adeò vicini, & erga civitates bene affecti; qui plerumque per alios substitutos, ac civitatum earundem cives, hoc officium expediverunt. Quamvis enim monasteria vicinos habere Advocatos olim necesse fuerit, ut qui in placitis judicialibus, in quibus subadvocati non audiebantur, proloquii defensionem habere possent, sicuti innuit documentum Everhardi Archi-Episcopi Salisburgensis, apud Hund. *in metrop. Salisb. tom. 3. rubr.* Reichersberg. *fol. 239.* Quoad urbicos tamen præfectos secus fuit, quippe quorum vicinitas, cum potentia conjuncta, civitatibus quàm maximè periculosa, imò neci esse potuisset. Hinc Comites Otin- 34
genses, Castellenses, Helfensteinii, Kirchbergenses, Teccenses, Hohenbergenses, civitatis *Augustanæ* Advocati & præfecti fuerunt. Quo munere etiam post mortem Imperatoris Rudolphi.

phi. I. Rudolphum Bavariæ Ducem, Ludovici Palatini filium, vi belli & subsecutæ transactionis fundum fuisse, refert Cæsar. *Chron. August. part. 2. cap. 5. fol. 89. & 91.* Ita etiam Comites Dillingenses civitatis *Francofurtensis*, longè ab ipsis dissitæ, Advocatiam obtinuisse, tradit Brusch. *de monaster. rubr.* Neresheim. Atque hos etiam per Vicepræfectos, & substitutos, seu etiam ipsius civitatis Cives, officium hoc expedivisse, constat ex Simler. *de republ. Helvet. lib. 1. rubr. tres primi pagi. fol. 10.* ubi scribit: quod tres pagi, Urii, Suitii & Underwaldii, olim unum tantum habuerint Præfectum, qui plerumque etiam Tigurinorum, aliarumque urbium Præfectus fuerit, sed extra pagos tamen, in suis ditionibus habitaverit, & quotannis semel, atque iterum, jurisdicundi causa, in pagos venerit, &c. addens, quod reliquis temporibus ejus munere functus sit, vicarius aliquis ex incolarum numero delectus. Quod etiam refert Francisc. Guilliman. *rer. Helvet. lib. 2. c. 15. fol. 29.* his verbis: Antea tribus civitatibus (Uraniæ, Suitiæ, Sylvaniæ) jus rerum criminalium, & quæ ad Imperium pertinere videbantur, unus tantum dicebat, cujus jurisdictioni plerumque *Tigurini*, aliæque liberæ & vicinæ civitates adjiciebantur. Nec illi in Helvetia, nisi rarò sedes, plerumque extra agitabat, aut ad eas invisebat, non aliter, atque unum plerisque Imperii liberis Urbibus, & cætera vicariis de populo, qui liberæ conditionis essent, administrabantur.

36 Sæpius quoque hæc præfecturæ & Advotiæ officia commissa fuerunt Equitibus & Nobilibus de Imperio Romano-Germanico benemeritis, imò etiam honestis quandoque personis, in ipsis provinciis & civitatibus degentibus, sicuti testatur, Auctor. *actor. Lindaviens. fol. 48. in princ.* Cæsar. *in chron. Augustan. part. 2. cap 5.* Crus. *annal. Suevit. part 3. lib. 2. cap. 17.* Munster. *cosmogr. lib. 3. cap. 68.* ubi ita scribit: Dann es ist in dem Reich allenthalben der Gebrauch gewesen/ daß ein Röm: Kayser oder König / in den Freyen und Reichs-Stätten/ Richter und Vögt verordenet / die in Nahmen deß Reichs/ den Stab führeten. Dieselben wurden gemeiniglich genommen von Rittern/ Edlen/ Knechten / oder sonst achtbarn Personen / die in einer Statt / oder Land gesessen waren / dieselben haben dann ihr Ampt vielmahlen einem andern

37 befohlen. Ita enim post Zæringiæ Ducum obitum Imper. Fridericus II. nomine Imperii urbi *Bernæ* Præfectum dedit Ottonem Equitem de Ravenspurg, sicuti referunt Naucler. *vol. 2. gener.* Simler. *de Rep. Helvet. lib. 1. rubr. Ber-*

38 *na. & lib. 3. cap. 8. de Berna.* Et *Hallæ* Suevorum Præfecturæ officio functi sunt vicini Nobiles de Schauenburg/ die Kurtzen/ civitatis incolæ, teste Crus. *annal. Suevic. part. 3. lib. 2. cap.*

39 *13. fol. 39. in fin. & seq.* Et *Selestadii* ab antiquo ibi commorantes Nobiles, Waffeler von Eckerich/ & postea, die von Botzheim/ Imperiales præfecti extitere, secundum Beat. Rhenan. *rer.*

40 *German. lib. 3. rubr. Selestadium. fol. 154.* Ita etiam *Lindavii* patricios ibi degentes, die Gunderscher/ præfecturam Imperialem, das Statt-Amman Ampt pignoris loco obtinuisse, donec ad ipsam civitatem ea pervenerit, testatur Author *d. discurs.* Ob die Reichsvogteyen in den Reichs-Stätten wieder anzurichten. *fol. 89. in fin. & seq.* & quod Præturæ hujusmodi officium in oppido Imperiali Roßheim/ in Alsatia, hodiernis ad- 41 huc temporibus, penes privatam familiam Rumelorum, der Rumel/ jure hæreditario, ac feudi Imperialis titulo, una cum jure confiscandi persistat, atque hi quoque aliquando suo loco subschultetum constituant, dictum est *supra lib. 3. cap. 45. num. 3.*

Verum cum res postea eò devenerit, ut Præturæ hujusmodi officia, propter censuum & redituum defectus, vel etiam ob importunas preces, vicinis quandoque Statibus fuerint oppignoratæ, hujusmodi verò oppignoratæ præfecturæ in tyrannidem & oppressionem subdi- 42 torum degeneraverint, harumque præturarum reditus, & regalia paulatim ad alios devenire, & decrescere cœperint, ac insuper administratio earum propter abusum, ac vici magistratus concurrentiam, non minimam servitutis speciem, ac plurima odia & dissidia secum traxerit, sicuti constat ex traditis Cæsar. *chron. August. part. 2. c. 5. fol. 84.* Crus. *annal Suev. part. 3. lib. 2. c. 17.* ansam hoc præbuit civitatibus Imperialibus, ut exemplo aliorum statuum eo laborarint, quo hujusmodi præturas & Advocatias Imperiales à se adverterent, sibique, una cum regalibus, vectigalibus, monetis, tributis, & similibus juribus Imperialibus, & reditibus fiscalibus, appropriarent, vel perpetui pignoris loco adquirerent, prout etiam postea temporis successu cōtigit. Nam quemadmodum Imperatores & Reges Romano-Germanici, Duces & reliquos Ordines: sic etiam antiquas Imperii civitates, ex singulari clementia ac liberalitate, immunitati- 43 bus donarunt, iisque jurisdictionem, ac potissimam vectigalium partem, juriumque aliorum, ad fiscum pertinentium, concesserunt, uti testantur Munster. *Cosmogr lib. 3. c. 22. seq.* Besold. *de jur. civit. Imper. n. 2.* Lehman. *chron. Spir. lib. 4. c. 1. & cap. 3. fol. 280. vers.* als die hochschädliche. Author *d. discurs.* Ob die Reichsvogteyen. *fol. 89.* Quemadmodum igitur Duces, Episcopi, aliique ordines, sese à Comitum Palatinorum & Advocatorum jurisdictione, nec non à præstationibus fiscalibus, propter benemerita erga Imperium, & per liberalitatem & conniventiam Imperatorum, quandoque etiam per emptiones, permutationes, donationes, aliosque modos sese liberarunt, ita etiam ejusmodi modis & mediis civitates Imperiales à muneribus & oneribus ejusmodi sese redemerunt, & in libertatem vindicarunt, sicuti constat ex traditis *supra lib. 1. cap. 3.* Et quandoque Præturas hasce ad vicinos 44 Principes, Comites, & Barones per oppignorationem delatas, per reluitionem, aliisque modis, jure proprietatis sibi adquisiverunt: Ita enim civitatem imperialem *Rotenburgo*-Tuberanam officium judicis, sive Prætoris, quod multo tempore ipsa civitas ab Imperio jure pignoris tenuit, postea pignore soluto, per redemptionem, jure proprietario accepisse, refert Georg. Everhard. *1. cons. 56. in princ.* Et Advocatia, sive Prætura Urbis *Tigurinæ*, Zæringiæ Ducibus ab Imper.

Imper. Henrico IV. concessa, postea à Wenceslao ad cives pervenit, teste Stumpf. *chron. Alsat. lib. 7. cap. 15. & 19.* Uti & præfectura, die Reichs-Vogtey zu S. Gallen/ Abbati isti olim debita, postea civibus cessit, Stumpff. *d. l. libr. 5. cap. 6. & 8.* Et quamvis hodie tales præturæ, die Reichs-Vogteyen/ Reichs-Schulthesen/ nominetenus adhuc in civitatibus nonnullis reperiantur, veluti *Norimbergæ, Rotemburgi* ad Tubarim, *Halæ Suevorum, Northusii*, & alibi, hoc tamen officium hodie, postquam omnimoda jurisdictio, & reliqua potestas ipsis civitatibus concessa, non amplius per Præfectos à Cæsare constitutos, sed per ipsos cives & magistratus, ab ipsis civitatibus ordinatos, expeditur, Mager.
45 *de advoc. cap. 2. n. 220.* Quam libertatem reliqui Status & Ordines superiores civitatibus tantò minus invidere debent, quod omnia hæc, quæ ipsi invicem habent, ex singulari clementia & liberalitate Cæsarea obtinent uti sentiunt Munster. *cosmograph. lib. 3. cap. 22.* & Lehman. *chron. Spirens. lib. 4. cap. 1. fol. 270.* ubi ait: Es ha-haben weder Fürsten und Herrn ab den Stätten/ noch dargegen die Stätt/ und deß Reichs-thäler/ ab den Fürsten und Herrn nichts zu klagen/ weil alles/ so beyde Theil haben/ auß sonderer Gnad/ und Miltigkeit der Kayser und Königen herkombt/ außgeschlossen was nachmals von Herrschafften und Schlössern/ die Fürsten und andere Stätt/ vielen Grafen/ Herrn/ Freyen und Edelknechten abgekaufft haben/ &c.

46 Verùm de hoc quæstio vertitur: An hujusmodi Præturæ Imperiales, die Reichsvogteyen/ in civitatibus Imperialibus iterum introducendæ sint? Ita quidem Status superiores nonnulli, qui civitatum Imperialium libertati invident, sentire, ac Imperatori & Imperio Romano salutare, & ad restaurationem communis quietis & concordiæ, profuturum fore, opinantur; idque his potissimum de causis: I. Quod plurimæ civitates Imperiales, in præteritis bellorum tumultibus, partibus adversariorum, & Imperatoris hostibus adhæserint, horumque vires pecuniis suis, aliisque subsidiis militaribus muniverint, fortioresque reddiderint, quod ut imposterum evitetur, nullum melius extare remedium, quàm si civitates ad glandes veterum, Acheloia pocla revocentur, ipsisque Præfecti & Advocati ab Imperatore præficiantur, qui vel ipsi, vel per Vice-Præfectos suos, magistratuum Civitaticorum conventibus & consiliis intersint, hujusmodi consilia & auxilia impediant, & in debita devotione erga Imperatorem & Imperium ipsas contineant. Unde insignis nominis Politicos & esse, & fuisse, qui Imperatori consultum esse censeant, talium urbium Præfectos, Reichs-Vögt/ sive Reichs-Schultheisen/ revocare, & denuò constituere, de quorum fide & dexteritate securus esse, quique malignos in obsequio continere, ac in simul efficere queat, ut omnes in Imperatores machinationes, & Imperio, & sibimetipsis civitatibus detrimentosæ confœderationes impediantur, scribit Dn. Joh. Jacob. Speidel. *in addit. ad* Besold. *thes. practic. verb.* Reichs-Statt *fol. 777.* ubi ex Lucio quodam Vero addit, urbium liberarum & Imperialium singularem curam habendam esse, & nisi illæ à Calvinianis Principibus separentur, nunquam non tumultuum occasionem defuturam esse, ejusque rationes has fingit, 1 Omnibus in 47
urbibus potentioribus, vel astu, vel auctoritate, vel dignitate sunt aliqui, inquiens, Calvinistæ Magnates, illi hoc agunt, ut aliqui è Secretariis, Syndicis, aliisque sint ejusdem superstitionis. 2. Illi partim opinione sua inducti, partim pecunia empti, aut promissis à Consiliariis Principum seducti, sensim Senatorum oportunos, deinde reliquos ad seditionem concitarunt. Nam populus ferè inscius machinarum, aut falsò persuasus, magis passus rebellionem, quàm fecisse judicandus est, expressit hoc vates Germanicus non ineleganter:

Die Herrn mit Schmiralien Safft
Seynd übergüldet worden/
Daher kommt die arme Burgerschafft
In diesen schweren Orden.

3. Postquam agi cœptum cum Calvinistis, omnium Senatorum libertas incisa est. Cives enim veriti sunt offendere magna nomina. Omnia enim sua dicta ad Aulas deferenda sciebant. Alii in eorum territorio vineas, vel agellos, alii cognatos habebant, alios portoria transire necesse erat. Nemo liberè loqui est ansus alii occultè obærati, mutationes optabant, quicquid metu, prece, favore, pretio, spe agi potest, actum est. Nulla parts artis missa est.. Hactenus ille.

Atque hinc *II.* cum Civitatum Imperialium libera, post sublatas Præturas, concessa administratio, aliis Statibus, imò ipsi Imperatori & Imperio, incipiat fieri suspecta & periculosa, inque eorum læsionem vergere videatur, ideò easdem in usum revocari posse videatur, cum juris sit, Imperatorem Romanum posse privilegia, quæ aliis Statibus, vel pretio, vel sine pretio, & per modum spontaneæ concessionis, vel contractus indulsit, ex prægnantibus causis, & maximè si in aliorum Statuum læsionem & præjudicium vergere incipiant, revocare, *l.* 48
ex facto 43. in princ. ff. de vulgar. & pupill. substit. c. suggestum. 91. X. de decimis. Vel si alia justa causa moveat, ne Princeps sibi ipsi frenum injiciat, & Reipublicæ, cujus maritus esse dicitur, hoc pacto noceat, ac dotem ipsius, quæ est pax & tranquillitas, dissipet, ut ait Petr. Peck. *in c. mutare. 33. num. 9. in fin. de R. I. in 6.*

III. Quod Civitates Imperiales, concessis sibi Præturis, & libera administratione hactenus multis modis abusæ, dùm non solum consilia Imperio periculosa inierint, sed etiam fœdera suspecta & illicita contraxerint, & Imperatori & Imperio sese opposuerint, ac per hosce turbulentos motus, privilegia hæc sibi concessa perdiderint, cum privilegia iterum tolli & auferri possint, quando in abusum transeunt, Mascard. *de probat. conclus. 944. num. 59.* 49
Rauchbar. *part. 2. quæst. 11. num. 30.* Coler. *de process. execut. part. 2. cap. 3. num. 133. seq.* & privilegium mereatur amittere, quid in id committit, *l. sed si ex parte. 4. §. quanquam. 2. ff. quod cum eo.*

qui

qui in alien. pot. & qui permissa sibi potestate abutitur. *c. privilegium. 63. caus. 11. quæst. 3. c. ubi ista. 7. Dist. 74.* Cravet. *cons. 732. n. 17.* Gœddæ. *4. Marpurg. cons. 17. n. 156.*

Cui etiam *IV.* accedit, quod Reipublicæ Romanæ utilitas & necessitas hanc præturarum introductionem suadeat, dum hoc ipso medio non solum pax prophana conservari, sed etiam una atque altera in Imperio Romano per pacificationem Religiosam approbata Religio in civitatibus nonnullis Imperialibus hactenus vel impedita, vel sublata denuò introduci, augeri & confirmari valeat: Religio autem, ejusdemque conservatio, vel introductio maximè sit favorabilis, & Reipublicæ utilitatem & necessitatem contineat, & sic etiam privilegium concessum, in ejusdem favorem revocari possit, cum re-
50 scissio privilegiorum, si ad publicam utilitatem respiciat, licitè fieri possit, *l. quod semel. 5. ff. de decret. ab ordin. fac. arg. l. item si verberatum. §. 1. ff. de rei vind.* Rauchbar. *d. part. 2. quæst. 11. num. 93.* Et aliàs Principem privilegia, etiam in vim contractus concessa, ex nova & justa causa, vel etiam antiqua, tempore tamen concessionis Principi ignota, & tali, quæ Principem, si eam cognovisset, à concessione verisimiliter abstinuisset, tollere posse, decidit Cacher. *pedem. decis. 90. n. 44.*

Ad hæc *V.* nonnulli asserunt, quod causæ, ex quibus Præturæ hujusmodi Civitatibus Imperialibus olim concessæ, jam pridem cessaverint, & novæ nunc emergentes causæ contrariæ intervenerint, atq; ita etiam privilegia concessa, cessent & deficiant: Quando enim causa finalis, ob quam privilegium concessum, deficit
51 & cessat, ipsum quoque privilegium cessare solet, *l. Titia. 87. §. usuras. 2. ff. de legat. 2. l. ex facto. 43. in princip. & ibi* Ripa. *ff. de vulg. & pupill.* Coler. *de process. execut. part. 2. cap. 3. num. 132.*

Quibus etiam addunt *VI.* quod magistratus Civitatum Imperialium bellicis præsertim, & aliis periculosis & turbulentis temporibus, cives & subditos suos in officio & obedientia vix continere valeant, atque ita vel ex hoc unico fundamento, ipsis Præfectos & Advocatus præficiendos esse.

Atque hæc *VII.* in Civitatibus Imperialibus tantò facilius locum obtinere contendunt, quod ipsæ non sint Status Imperii, nec Principibus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, ac reliquis Statibus Imperii, in suis civitatibus, cæteris
52 paribus, potestate & Imperio pares, sed Imperatori magis, quam reliqui Status, subjectæ, quod vel indè patere putant, quod secundum speculum Saxonicum & Suevicum, Schwaben- und Sachsen-Spiegel / ad Imperatorem in civitatibus Imperialibus præsentem, monetæ, vectigalia & jurisdictiones pertineant. 2. Quod ipsi Imperatori advenienti claves portarum tradant. 3. Homagium sive juramentum subjectionis & fidelitatis præstent. 4. Collectas ordinarias quotannis solvant. 5. Imperatore præsente ipsarum jurisdictio planè quiescat, & dum 6. Comitia & alios Conventus in civitatibus suis celebrari pati teneantur, jurisdictioni ipsarum per Imperii Mareschallum multis modis præjudicetur, & 7. quod ipsæ Civitates Imperiales ipsius Imperatoris sint patrimonium, & si quæ sunt similia, quæ tamen omnia, quoad reliquos Imperii Status & Ordines, secus se habeant, per ea, quæ allegata sunt *supra libr. 2. cap. 1. n. 45. seqq.*

Hæc & similia, licet aliquam speciem habere videantur apud malevolos, ea tamen tanti ponderis non sunt, ut aliquem moveant, præsentem Rerumpublicarum Statum convellere, atque in leges Imperii fundamentales impingere. Siquidem I. in Rebuspublicis, quævis 53
mutatio mortifera, & exitialis esse solet, juxta Xenophontem. Omnisque ferè mutatio periculosa, & vitium mortalitatis est, prurire nova, ac præsentem nauseare, qualiscunque tandem sit, statum & conditionem, ut post Pierre Charon. *lib. 1. de la sagesse. cap. 38.* inquit Zach. Victor *de exempt. conclus. 10. in princ.* & sicuti eleganti usus comparatione scribit Plutarchus, uti periculosum & difficile est, annosas arbores, quæ 54
jam latè radices egerunt, loco suo revellere, & in alium transplantare; ita Rempublicam suis insuetam inveteratamque institutis, ad aliam vivendi rationem traducere non licet, quin maximi rerum novarum modus inde consequantur, Rittershus. *in prolegom. parit. feud. fol. 48.* ac juxta Cornelium Gallum:

Eventus varios res nova semper habet.

Et novitates ut plurimum dissidia parere solent, *c. quis nesciat. Dist. 11. c. consuetudinis. X. de consuetud.* Menoch. *5. præs. 34. num. 2. & per tot.* ac malè præsumi contra illos, qui regimina & administrationes civitatis innovare annituntur, scribunt Bald. & Angel. *in l. in rebus. ff. de constitut. Princ.* Menoch. *d. præs. 34. num. 5.* Et novationibus ac mutationibus nihil quicquam 55
facilius efficitur, quàm quod odium & periculum non exiguum adferatur, de quo Boter. *de polit. ben. const. lib. 2. cap. 7.* Bodin. *de republ. lib. 4. cap. 3.* Tholosan. *de republ. libr. 22. cap. 8.* Et novitas est, quæ calamitatibus pondus adjicit, Seneca *epist. 91.*

II. Quia Civitates Imperiales ab hisce Præturis Imperialibus, per contractus, benemerita, & alios titulos onerosos sese liberarunt, sicuti ex præmissis constat, & sic tanto minus iisdem de novo onerari, & quasi ad peregrinitatem reduci possunt, siquidem privilegium con- 56
cessum per modum contractus, ne quidem ex plenitudine potestatis, ab ipso Imperatore revocari potest, *c. 1. X. de probat. c. quodam. X. de præbend.* Bart. *in l. quod semel. ff. de decret. ab ordin. fac.* Bald. *in l. qui se partis. col. pen. C. unde liber.* Natta *consil. 242. num. 3.* Cothman. *cons. 17. n. 52. seq.* latè Klock. *de contribut. cap. 16. sect. 1. n. 147. seq. & ibi alleg.* Thom. Maul. *de homag. tit. 9. num. 107.* etiamsi contractus sit lucrativus, Cravet. *consil. 194. n. 27.* Surd. *cons. 419. num. 57.* 57
Maul. *d. tit. 9. n. 108.* & obligatur Princeps non modo ex contractu suo proprio & privilegio à se dato, sed etiam antecessorum suorum, qui ante eum rerum potiti sunt, sive jure hæreditario, sive electionis succedat, Bart. *in l. prohibere. §. plane. num. 5. ff. quod vi aut clam.* Cravet. *cons.* 404.

404. num. 11. Peregrin. *de jur. fisc. lib. 1. tit. 3. n. 45.* Decian. *cons. 45. num. 6. vol. 2.* Gœdd. *4. Marpurg. cons. 16. num. 119. seq.* Pruckman. §. *soluta potestas. cap. 4. membr. 2. effect. 2. num. 7. seq.* Nam si Princeps vult mandata & gesta sua à successoribus suis observari, æquum est, ut ipse quoque prædecessorum mandatis & gestis venerationem præstet, eaque custodiat, *c. justitiæ. 15. caus. 15. quæst. 1.* Pruckmann. *d. effect. 2. num. 9.* Gœddæ. *d. cons. 16. num. 120.* & nimis asperum esse, & præcipuè bonis sacerdotum moribus inimicum, niti quempiàm quacunque rationis excusatione, & quæ benè sunt ordinata, rescindere, & exemplo suo docere, cæteros sua quandoquè post se constituta dissolvere, inquit Papa Gregorius *in c. institutionis. 7. caus. 25. quæstion. 2.* Et si ea destruerem, quæ antecessores nostri statuerunt, non constructor, sed eversor esse justè comprobarer, testante veritatis voce, quæ ait: Omne Regnum in se ipso divisum, non stabit, & omnis scientia & lex adversum se divisa destruetur, idem ait Gregorius *in c. si ea. 4. caus. 25. quæst. 2.* Imò Princeps priorum Principum contractus & promissa rescindens, proprium
58 factum impugnare intelligitur, cum factum vel contractus demortuorum Principum hodierni Principis esse censeantur, eo quod semper unum idemque Imperium, & eadem semper Respublica sit, sicuti decidit Bald. *cons. 326. col. 3. vol.* 1. Rol. à Valle *cons. 23. num. 39. vol. 3.* Decian. *cons. 2. num. 128. vol. 1.* Pruckmann. *d. cap. 4. membr. 2. effect. 2. numer. 12.*
59 Gœddæ. *d. cons. 16. num. 120.* Idem est, si mediante pecunia, seu pretio convento & soluto privilegium vel jus aliquod sit adquisitum, nam nec hoc revocari potest, Bald. *in l. precibus. num. 13. C. de impuber.* Decian. *cons. 25. num. 29.* Peregrin. *de jur. fisc. libr. 1. tit. habentes jura fisci. num. 28.* Cravet. *cons. 894. num. 29.* Maul. *de homag. tit. 9. num. 109.* Klock. *d. cap. 16. num. 190. seq.*
60 Vel si privilegium sit remuneratorium, vel in vim præmii, vel servitii compensationem concessum, Bald. *in l. si cum mihi. ff. de dol.* Cravet. *cons. 963. num. 26.* Ripa *in l. si unquam. n. 29. & ibi* Tiraquel. *in verb. donatione largitus. n. 14. C. de revoc. donat.* Decian. *cons. 25. n. 30. vol. 1.* Maul. *d. tit. 9. n. 110.* Vultej. *3. Marpurg. cons. 19. n. 121. seq.* Nicol. Reusner. *cons. 1. n. 65. lib. 1.* latè Klock. *d. cap. 16. n. 178. seq.* etiamsi merita, vel servitia iisdem exactè non respondeant, cum defectum meritorum Principis suppleat liberalitas, quo casu etiam Principi de meritis affirmandi plena fides adhibetur, licet privilegiarius merita aliter docere non possit, Rauchbar. *part. 2. Saxon. quæst.* 11. *n.* 12. 13. & 17. *seq.* maxime verò si privilegia non à Principe solùm, sed etiam ab Imperii Statibus & Ordinibus concessa fuerint, eadem Imperator postmodum diminuere non poterit, Gylman. *symphor. tom.* 1. *part. 2. tit.* 11. *vot. 2. n. 23. fol. 216.*

Atque hoc *III.* tanto magis, quod civitates Imperiales in quasi possessione horum jurium & liberæ administrationis, longissimo, & plusquam immemoriali tempore, imò ultra ducentos, vel trecentos annos fuerunt, & sic in eadem etiam imposterum conservandæ sunt, siquidem juris & vulgata Dd. est traditio, quod quilibet Dominus obligatus sit, subditorum suorum antiquas libertates, jura ac privilegia, tueri & confirmare, sartaque tecta conservare, ac subditos in eo statu, quo reperiuntur, relinquere, innovationes non admittere, neque jure successionis universalis, vel particularis, quicquam immutare, eoque nomine plerumque jurare solent, Sie wollen die Unterthonen bey ih-
ren alten Herkommen/ Freyheiten/ Recht und 61
Gerechtigkeiten/ schützen/ schirmen und handhaben/ *l. cum satis. 23. §. caveant. C. de agric. & censit. l. penult. ff. de constitut. Princ. l. pen. l. fin. C. nova vectigal. instit. non poss.* Henning. Gœden. *cons.* 31. *num. 7. & consil. 38. num. 7.* Gail. *de arrest. Imper. cap. 8. num.* 12. Georg. Everhard. *cons. 18. num. 7.*

Unde etiam *IV.* Imperatores nostri Roma- 62
no-Germanici in Capitulationibus suis speciali juramento se adstringunt, & religiosè promittunt, se Statibus, aliisque Imperii Ordinibus & membris, libertates, immunitates, privilegia, regalia, consuetudines, omniaque jura sua, ab antecessoribus indulta, sarta, tecta, atque inviolata conservaturos, eademque confirmaturos, uti videre licet in Capitulationibus Imperatorum Ferdinandi II. & III. *ibi*: Und in allwege/ sollen und wollen Wir die Teutsche Nation, das Heilige Römische Reich/ und die Chur-Fürsten/ als die fordersten Glieder derselben/ auch andere Fürsten/ Grafen/ Herrn und Stände/ bey ihren Hochheiten/ Würden/ Rechten/ Gerechtigkeiten/ auch Gebräuche und gute Gewohnheiten/ so sie bißher gehabt haben/ oder in Ubung gewesen seyn/ zu Wasser und Land/ in guter beständiger Form/ ohne alle Weigerung confirmiren und bestätigen/ Sie auch dabey/ als erwählter Römischer König/ handhaben/ schützen und schirmen/ doch männiglich an seinem Rechten ohnschädlich. Quæ postmodum unicuique Statuum, in singulari ipsius privilegiorum confirmatione, nominatim repromittuntur. Et in mandatis Imperialibus communiter in frontispicio hæc formula inseri solet: Es soll kein Standt/ oder Obrigkeit/ wer der oder dieselbe auch sey/ ihre angehörige Unterthanen/ derselben libertät/ Frey: und Gerechtigkeit/ und altem besitzlichem Herkommen zuwider/ steigern/ beschwären/ erschöpffen/ und ins Verderben setzen/ &c. sicuti præter ipsam praxin testatur Jonas Euchar. Erhardt *disput. de oper. rusticor. conclus. 33. lit. D.*

Atque hæc *V.* in hisce liberæ administrationis juribus eo magis obtinent, quod civitates Imperiales eadem hodie, non tam ex singulari privilegio, vel jure contractus, quàm vigore juris territorialis obtinere videntur. Quemadmodum enim hodie Ducibus, Marchionibus, & aliis titulatis Statibus omnibus, vigore territorialis superioritatis, der Landsfürstl: Obrigkeit/ ea competere videntur, quorum plurima quondam non nisi privilegio singulari quibusdam concessa fuerunt, eadem ratione Imperii civitates hodie multa, & inter se etiam liberam hujusmodi

civi-

civitatum suarum administrationem, ex proprio territorii & autocratico jure sibi asserunt,
63 quæ certis olim privilegiis, & à quibusdam tantummodo Imperatoribus concessa fuerunt uti constat ex Besold. *discurs. de civit. Imper. num. 2. §. ac sanè quemadmodum. & n. 3. vers. porrò quoque.* Hæc igitur omnia (quamvis latenter incrementa sumpserint) tanquam immemorialia, & omnibus totius Imperii membris, adeoque ipsi Capiti jamdudum probata jura, Imperator ipsis sarta, tecta, atque inviolata servare obligatus est. Idque imprimis in materia urbicarum Advocatiarum & Præturarum obtinet, quippe quæ Imperatorum & communi Statuum consensu, vel expresso vel tacito sublatæ, & civitatibus Imperialibus liberæ administrationes, ad instar reliquorum Statuum & Ordinum Imperii, concessæ sunt, sicuti ex præcedentibus constat, & tradit Author *discurs.* **Ob die Reichs-Vogteyen in den Reichs-Stätten wieder anzurichten.** *fol. 114.* atque ita tanto minus ab Imperatore revocari poterunt.

64 Neque *VI.* hîc differentia aliqua facienda inter Status majores, sive superiores, & Status minores, sive inferiores: Quia supremi & optimi Principis est, omnes omnium jurisdictiones, licet inferiores, tueri, non turbare, aut infringere, vel promiscuis actionibus confundere, *l. fin. ff. de jurisd. l. fin. C. ubi & apud quem. cognit. in tegr. rest. l. consulto. 23. C. de testament.* Tiber. Decian. *tract. crim. libr. 4. cap. 56.* Anton. Faber. *in C. Sabaud. tit. de jurisdict. defin. 5. in not. sub num. 2.* Ordo autem confunderetur, si unicuique sua jurisdictio, honor & dignitas salva, sarta ac tecta non conservaretur, *c. pervenit. caus. 11. quæst. 1. & c. fin. Dist. 39. v. sanè X. de offic. deleg.*
65 Everhard. *in loc. de tanquam. num. 14.* Cum Reipubl. intersit, ut ordinum ac familiarum salva sit dignitas, *l. 1. §. sed si servus. 13. ff. de inspic. ventr.* Unde Ciceronis post Platonem & Aristotelem
66 præceptum est; Rerumpublicarum moderatores non uni tantum parti Reipublic. sed toti corpori æqualiter studere debere, sicuti refert Petr. Heig. *part. 1. quæst. 18. n 35.* cum enim Princeps sit pater subditorum, juxta Xenophont. non debet unum ex suis prolibus, sive Imperii membris & ordinibus sic diligere, ut alterum lædat, sed ut totum Reipubl. corpus ita curet, ne cum partem aliquam tuetur, reliquas deserat, juxta præceptum Platonis, quod refert Cicero *lib. 1. offic.* Id quod graviter olim Carolum V. Imperatorem respondisse accepimus iis, qui in aliarum civitatum perniciem, multa sibi privilegia indulgere postulabant. Et quod dicitur ab his, quæ favoris publici causa fiunt, recedi posse, si major Reipubl. favor urgeat, intelligendum est de una eademque Republica, non de alia, cui præjudicium fieret: Siquidem propter favorem, aut majus bonum unius civitatis, non est detrahendum favori, aut bono alterius civitatis, Petr. Peck. *ad c. quod ob gratiam 61. de R. J. in 6.* Zasius *in l. cætera. §. sed si quis. ff. de legat. 1.*

Unde etiam *VII.* nihil æquius, nihilq; ad Imperii salutem & concordiam pacemque publicam conservandam utilius, quam si ut supra *lib. 2. cap. . n. 3.* dictum, omnes & singuli Imperii Status sese invicem, pro cujusque dignitatis gradu & qualitate, officiosè & comiter observent, humaniterque sustineant, nec admittantur flabra illorum, qui civitatum libertatem, jura ac privilegia, quavis arrepta occasione, quantùm possunt, allatratum, imminutum, vel etiam prorsus abolitum eunt, sed potius D. Pauli sententia cuivis curæ & cordi esse debeat, membra nimirum corporis, quæ videntur infirmiora, magis necessaria esse, & quæ putamus ignobiliora membra esse corporis, his honorem abundantiorem concedamus, *1. Corinth. 12 vers. 22.* At- 67
que inde etiam Imperium Romanum non solùm super Principes, & alios superiores Imperii Ordines, sed etiam super civitates fundatum dicitur, & Classis Civitatum una cum Ordinibus Electorum & Principum, imperium politicum, vel jus majestatis Reipubl. Romanæ, æque ac alii, ac pro indiviso repræsentat, Besold. *de jur. civit. num. 8.* Ex quo etiam Civitates Imperiales nobilia Imperii Romani membra, fulcra ac columnæ, æquè ac reliqui Status eminentiores indigitantur, *supra libr. 2. cap. 1. num. 5. & seq.*

Ad hæc *VIII.* tres sunt Ordines, qui Imperio Romano-Germanico immediatè subjecti sunt, & de summa Reipubl. Romanæ in Comitiis consultare solent, horumque primus est Electorum, alter Principum ac Principali dignitate illustrium, Prælatorum, Comitum & Baronum, & tertius Civitatum Imperialium, de quo *supra lib. cap. 2. n. 2.* cujusque instituti sapientia & utilitas in tribus maximè rebus cernitur. Primùm, quod in magno prudentium numero, magnitudo consilii, populique salus versatur. Secundo, quia libertatis pars est, quorum periculo res geritur, ut illa eorum consilio, atque auctoritate administretur, & sicut Imperator Justinianus dixit, quod omnes tangit, ab omnibus approbetur. Tertio, ut qui apud Imperatorem in magna potentia sunt, & magnis Imperiis præsunt, ejus concilii metu, in quo & civitatum postulata liberè audiuntur, in officio contineantur, prout hæc & alia refert Hotom. *in sua Francogal. cap. 12.* Cujus status formæ nihil in omni antiquitate comparari posse, neque ullum robustius corpus, licet ex debilibus etiam membris conflatum, si singulos spectemus, aut hodie esse, aut unquam retro fuisse, ad immortalem Germaniæ gentis laudem & gloriam testatur Thuan. *libr. 2. histor. à princ.* Ad verò hanc ordinum distinctionem ultissimam & prudentissimam turbari, confundi & everti omninò necesse foret, si civitates à reliquis Statibus in ordinem redigerentur, subjugarentur, & quasi absorberentur, si libera ipsis autogratia iterum eriperetur, & Advocati præficerentur. Siquidem hodiernis 69
temporibus & moribns Prætor sive Præfectus urbanus pro certa ferè nota urbis municibalis habeatur, & illa Imperii civitas, quæ in universali Republicæ administratione extraneum vel æmulum, vel arbitrum, vel intercessorẽ, imò præstitem, vel præsidem admittere cogitur, non maneat integer status, cum omnibus suis qualitatibus, privilegiis, & aliis Imperii juribus: Non enim manet uni Cæsari subdita, sed alium adhuc superiorem recognoscit, & sic status integer & illa-

illæsus non permanet, per tradita Gail. *de arrest. cap. 6. n. 25.* cum essentia Status, præter jus suffragii, in eo quoque consistat, ut ipse, & non alius Censor, sive Prætor, Cæsarem in suo territorio repræsentet, & tanquam Imperii membrum de eminentia & jure totius participet, ac proin-
70 de nomen Status Civitatibus æque ac Principibus, non inane, nec nudum cedere, sed virtute sua amictum, & ornamenta ac jura sua plenè ac planè secum trahere debet, Besold. *de jur. civit. Imper. n. 8.*

IX. Accedit, quod introductio hæc præturarum concerneret Civitates vel indistinctè omnes tàm Catholicæ Religioni, quam Augustanæ Confessioni addictas, tàm potentiores, quam debiliores, vel nonnullas duntaxat harum, quod utrumq; plurimas absurditates, confusiones & iniquitates secum traheret. Nam si omnibus omninò Civitatibus Imperialibus hujusmodi Prætores præficiendi forent, innocentes cum nocentibus indè maximè prægravarentur, quod iniquum foret, cum nemo alterius odio & culpa prægravari debeat, & satius sit, prodesse etiam malis propter bonos, quam bonis deesse
71 propter malos, sicuti sapienter monet Seneca *de benefic. lib. 3. cap. 28.* & refert Hering. *de fidejussor. cap. 1. n. 43.* Imò hoc ipso pulcerrima ista, tot curis & vigiliis elaborata, & ab exteris tot laudibus decanata Imperii Satuum harmonia, & leges Imperii fundamentales, Penthei instar, everterentur, & tertia membrorum Imperii classis aboleretur, sicuti ex præcedentibus facilè apparet. Quod si verò nonnullis tantum, & præsertim inferioribus imperii civitatibus
72 tales Prætores præficiendi forent, nihilominus tamen idem judicium foret partis, quoad partem, quod totius quoad totum, *l. quæ de tota. in princ. ff. de rei vind. l. juris gentium. §. adeò. ff. de pact.* Nicol. Everh. *in loc. leg. à tot. ad part. 8. n. 2.* Indeque ignominiosa & intolerabilis civitatum Imperialium differentia introduceretur, magnæque absurditates & incommoda orirentur, dum vel civitati Catholicæ Prætor Augustanæ Confessioni addictus, vel Augustanæ Confessioni addictæ civitati Catholicus obtruderetur, quod etiam Pacificationi Religiosæ, & nuperæ Monasteriensi & Osnabrugensi adversaretur. Nec dubium est, si ab inferioribus initium sumatur, quin paulò post vires adquirat in
73 potentioribus, cum ab inferiore gradu ad superiorem fiat adscensio, & successivè fiat motus.

Porrò *X.* eo minus præturæ hujusmodi denuò introducendæ erunt, quod ex consilio potentiorum nonnullorum, non ad antiquam faciem & modum, & ut Prætores assidendo tantùm Civilibus, & præsidendo Criminalibus judiciis, Imperatoris vice fungantur, restitui, sed in novam planè formam, totumque civitatum Imperialium regimen & administrationem redigi & extendi velint, dum eò intendunt & laborant, ut Præturæ tales sibi committantur, hocque munus per substitutos suos, & Vice-Præfectos etiam extraneos expediant, ipsis salaria administrentur, ipsi omnibus, consiliis, aliisq; negociis publicis, & ad Reipubl. administrationem pertinentibus intersint, & sic omnia ad ipsorum nutum expediantur, cujusmodi tamen extensiones non tantum juris communis dispositioni, sed etiam ipsis Imperii Constitutionibus, Capitulationi Cæsareæ, & Civitatum Imperialium privilegiis, eorumque Confirmationibus Cæsareis adversantur.

Quibus omnibus denique *XI.* accedit, quod potentiorum præturæ & patrocinia semper 74
periculosa, formidulosa & suspecta, & regulariter prohibita, *l. unic. C. ne lic. potent.* Mager. *de advoc. cap. 1. n. 182. & seq.* Constat enim, & *supra lib. 1. cap. 14. n. 33.* probatum est, potentiores plerumque Civitatum libertati insidiari, & sæpissimè protectionis jus, subjectionis & jurisdictionis initium extitisse, *supra lib. 2. cap. 24. n. 44.* Quamvis enim protectionis jus tenue, & nihil cum superioritate commune habeat, jus tamen aliquod est, & tale, cujus paulatim increscit auctoritas & usurpatio, ut alterum ex altero indies pullulet, & levissima sæpe occasione magnum pondus, mei juris diminuendi, & tui ac- 75
cumulandi, habeat, Petr. Frider. Mindan. *de mandat. & process. lib. 2. cap. 14 n. 4. & 5.* Maul. *de homag. tit. 11. n. 6.* indeque clientelæ affectationem & acceptationem inter modos propagandi Imperium, quibus nonnulli Principes uti consueverint, recenset Hippol. à Collib. *tract. de Principe. c. 34.* ubi lleo pedem figit, cætera anima- 76
lia quiescunt, Cantiuncul. *consil 3. n. 19.* Capyc. *decis. 27. n. 35.* Knichen. *de jur. territ. cap. 4. n. 37.* nec id primùm adeò ortum est à nobis, sed ita semper comparatum fuit, ut potentior imbecilliorem coërceat, ut ait Thucydid. *in orat. Athen. contra Lacedæm.* & si jus violandum, regnandi causa id fieri posse, Seneca *in theat.* ac insita & 77
quasi innata est mortalibus, præsertim magnatibus, dominandi cupido, & in summa fortuna id æquius, quod validius, scribit Vietor *de caus. ex-* 78
empt. concl. 6. in princ. nec non commune est emblema, minor esca majoris, & pisces sæpe minutos magnus comest, post Varr. Lipsius *de constant. lib. 1.* vid. *supra lib. 1. cap. 8. n. 75.* Valde igitur luctuosum, & à moribus Germanorum hodiernis alienum foret, potentes, infensos & alterius ordinis homines loco Præsidum, vel Vicariorum, Civitatibus obtrudere, cum olim secus fuerit. Sicuti etiam olim monasteriis non nisi placidi Advocati dati, & substituti planè non admissi. Cum igitur per hujusmodi præturam Vicini potentiores in quasi possessionem civitatum clientelarium ponerentur, quam ipsi, tanquam Herculi clavam postea iterum extorquere, maxima cum difficultate conjunctum foret, & clientelæ, omnium ferè bellorum sint materia, ex qua Imperiorum & civitatum conversiones, ac sæpissimè eversiones sequuntur, ut scribit Bodin. *de republ. lib. 5. cap. 6.* ideò ab ipsis cavendum & abstinendum erit.

His negocium nullum facessunt, quæ in 80
contrarium adducta, nam primum quod attinet, quod ex Lucio quodam non Vero, sed Fero, adducitur, mera est calumnia, & injuria in Civitates Imperiales, præsertim verò earundem Syndicos & Secretarios, qui cum sint Viri prudentes, sinceri & integerrimi, de ipsis nemo unquam sanus ejusmodi collusiones, imo prodi-

tiones

tiones & seductiones præsumpserit, nedum in æviternum probaverit. Injurius quoque iste Lusius Ferus est in Principes ipsos quos Calvinianos calumniatur, quasi ipsi ad tumultus & seditiones sint quasi nati, & Civitatum Secretarios, Syndicos, & alios proceres, virosque ex omni civium numero, tanquam fide & dexteritate præcipuos & selectissimos, seducere soleant, hique se seduci patiantur, & propter vineæ alicujus, vel agelli vilioris vel cognati, vel leviusculi alicujus portorii, Principis alicujus gratiam aucupentur, & longè pluris faciant, quam propriam, imò totius Reipublicæ ac Patriæ dulcissimæ salutem, cujus tamen amor & salus omnium reliquorum jucundissimus & dulcissimus, & quis adeò est infelix, qui seipsum, parentes, sepulchra, patriam, parvi quæstus gratia prodere velit, inquit Orator *de classib.* Imò dicendum foret, & sequeretur, ipsis Principibus, tanquam nocentibus, authoribus, ducibus ac facibus potius, quam ipsis Civitatibus innocentibus, Præsides & Inspectores dandos, ipsosque ab ejusmodi conatibus depellendos esse. Deinde respondetur, remedium hoc ipso morbo periculosius existere, & ex eadem ratione ipsis etiam Prælatis, Principibus Ducibus, Comitibus, ac Baronibus, Comites Palatinos, aliosque Advocatos & Præfectos præficiendos fore, utpote, qui in eodem navi, eodemque morbo, cum civitatibus nonnullis Imperialibus laboraverunt, quod autem ipsi Status hujusmodi superiores non facilè erunt permissuri, neque etiam æquum foret, quod propter Principum, Prælatorum, Comitum, Baronum, Civitatum, ac aliorum Statuum nonnullorum, particularem aliquam culpam vel delictum, totum Principum, Prælatorum, Comitum, Baronum vel Civitatum Collegium ac corpus puniri debeat, cum delicta & pœnæ suos tantum tenere debeant authores *l. sancimus. 22. C. de pœn. l. cum ratio. 7. in princ. ff. de bon. damnat. c. 2. X. de his, quæ fiunt à major.* ne-
80 moque sine culpa puniendus, *c. fine. 23. de R I. in 6.* ne quis alieno odio prægravandus, *c. non debet. 22. de R. I. in 6. l. si quis. 23. §. 1. C. de inoff. test. c. sicuti fuis. 33. c. si compromissarius. 37. de elect. in 6.* sed ibi pœna esse debeat, ubi noxia est, *d. l. sancimus. 22. C. de pœn.* & pœna non sit sine delicto, *l. aliud fraus est. 131. in princ. ff. de V. S.* & factum cuique suum, non aliis obesse debeat, *l. factum. 155. in princ. ff. de R. I.* præsertim verò, cum contra ipsos delinquentes alia remedia suppetant, ipsique juxta constitutiones Imperii promeritis pœnis coërceri possint.

81 Atque hæc hodie, post pacificationem Osnabrugensem & Monasteriensem, maximè locum obtinent, cum in ea apertè transactum & sancitum, quod utrinque sit perpetua oblivio & Amnestia omnium eorum, quæ ab initio horum motuum, quocunque loco, modove, ab una vel altera parte, ultro citroque hostiliter facta sunt, ita ut nec eorum, nec ullius alterius rei causa, vel prætextu, alter alteri posthac, quicquam hostilitatis, aut inimicitiæ, molestiæ, vel impedimenti, quoad personas, Statum, bona, vel securitatem, vel per se, vel per alios, clam aut palam, directè vel, indirectè, specie juris, vel via facti, in Imperio, aut uspiam extra illud (non obstantibus ullis pactis in contrarium facientibus) inferat, vel inferri faciat, aut patiatur, sed omnes & singulæ, hinc inde, tam ante bellum, quam in bello, verbis, scriptis aut factis, illatæ injuriæ, violentiæ, hostilitates, damna, expensæ, absque omni personarum, rerumvè respectu, ita pinitus abolitæ sint, ut quidquid eo nomine alter adversus alterum prætendere posset, perpetua sit oblivione sepultum, &c. sicuti habent verba Instrumenti pacis Osnabrugensis, inter Cæsaream Majestatem & Coronam Sueciæ *de Anno 1648. §. 11. sit utrinq.*

Ad 2. respondetur, nullo evidenti argumento, vel exemplo demonstrari posse, Civitatum Imperialium liberam administrationem aliis Statibus, ipsique Imperatori & Imperio suspectam & periculosam esse. Si enim justitiæ administrationem spectemus, nulla hic justa conquerendi suberit causa, cum ea in civitatum Imperialium curiis non minus, quam in reliquorum Statuum dicasteriis, peræque, & citra personarum respectum peragatur. Nec videre licet, quomodo Imperio & Imperii Statibus ullum periculum immineat, si harmonia Imperii conservetur, & tàm minoribus, quam mediis & superioribus Statibus sua jura, libertates, ac privilegia, juxta Imperii constitutiones & Capitulationem Cæsaream sarta, tecta, integra & illibata, maneant. Et licet læsio quoque quædam (quæ tamen nulla apparet) inde suboriretur, cum tamen hæc per accidens eveniret, sufficiens causa non foret, civitatibus jura sua, & titulo oneroso, concessas Advocatias adimere, cum privilegia mediante contractu concessa & 82
adquisita, etiamsi ex post facto nociva esse incipiant, revocari nequeant, Cephal. *cons. 549. n. 101. lib. 4.* Socin. *cons. 86. n. 16. lib. 1.* Rauchbar. *part. 2. quæst. 11. n. 92.* & ejus tantum, quod principale est, non etiam ejus, quod per consequentiam venit, ratio habeatur, *l. 1. ff. de author. tut. l. si sponsus. §. generaliter. 2. ff. de donat. inter vir. l. si unus. 27. §. illud. 3. ff. de pact.* Tiraquel. *tract. cessante causa. limit. 22. n. 23.*

Ad 3. respondetur, abusum hunc privilegii, seu remissæ præturæ, nondum esse demonstratum, & quamvis conjunctio, sive confœderatio, & unio quædam inter Status nonnullos facta, eam tamen non tantum inter civitates Imperiales, sed alios potissimum Status potentiores intervenisse, eandemque non respectu remissarum Præturarum, sed Catholicæ Ligæ, & pro defensione libertatis & Religionis ortam esse. Cui etiam accedit, quod res benè instituta aboleri non debeat, etiam si aliqui mali ea abutantur, cum in nullo genere bonorũ aliquid tam rectum existat, in quo abutendo, vitium non reperiatur, ut ait Cicero: nihilque in usu hominum bono ac licito, unde pernicies irrogari non possit, Augustin. *in c. de occidendis. 8. caus. 23. quæst. 5.* semper enim à condito orbe, 83
hæc rerum humanarum vicissitudo fuit, ut optima quæque corrumperentur paulatim ad pravitatem, Petr. Peck. *de jur. sist. cap 5. n. 23. vers. existimo verò.* Et sic abusus rei substantiam ejus neutiquam tollere debet, *per c. neq. enim caus. 4.* 84

quæst. 5. Hering. *de fidejuss. c. 1. n. 39.* Neque enim, ut ait Augustinus *lib. 1. contra Crescent. c. 1:* propterea pro patria miles non est armandus, quia contra patriam arma aliqui sumpserunt: aut ideò uti non debent boni doctique medici ferramentis medicinalibus quia his ad perniciem, etiam indocti pessimique abutuntur. Sic & in segetibus lolium, & inter salubres herbas, noxiæ & venenosæ pullulant, propterea tamen neque triticum, neque olera aspernamur, non magis, quàm Nilum, alioquin Ægypto frugiferum caluminantur, quod Crocodilum habeat, aut aspidem, Hering. *de fidejussor. cap. 1. n. 42.* tollatur igitur abusus, & maneat verus & licitus usus. Unde etiam privilegium alicui ob benemerita concessum, prætextu abusus, vel ingratitudinis non amittitur, Schrad. apud Borcholt. *part. 2. conf. 16. §. similiter. & ibi alleg.*

Ad 4. respondetur, quod hujusmodi urbicarum præturarum ademptio, & ad alios Status earundem translatio, publicam utilitatem non videatur promovere, sed potius occasionem eludendi & detorquendi, quam modum conservandi pacem politicam & Religiosam præbere: Cum Status vicini potentiores utriusque Religionis, inferiorum Statuum Religionem & Regionem sub clypeo & prætextu præturæ, sibi vel oppignoratæ, vel in feudum concessæ, vel alio modo adquisitæ, pro arbitrio, & bono suo proprio, ita erunt gubernaturi & administraturi, ut tandem libertatem, privilegia, aliaque jura sua planè sint amissuri, cum semper potentiorum patrocinia sint formidolosa, & suspecta, *supra n. 74.*

Ad 5. responsio ex eo colligitur, quod caussæ, ob quas præturæ istæ civitatibus Imperialibus concessæ, etiamnum hodie non cessent, sed adhuc dum durent, ut est censuum & redituum defectus, & perpetuus dissidiorum, & aliorum gravaminum eventus, quoties autem caussæ quædam reliquæ permanent, propter quas privilegium omninò non cessat, licet causa finalis cesset, privilegium tamen non cessabit, sicuti etiam nec tunc, quando post causam cessantem, privilegium est consummatum, Rauchbar. *part. 2. quæst. 11. n. 85. seq.*

Ad 6. sciendum est, alios superesse modos & vias, jure licitas & permissas, Imperialium
85 civitatum subditos inobedientes & rebelles coërcendi, & ad obedientiam & officium revocandi, quam Praturarum reductio: Constat enim tàm ante, quam post abolitas Præturas, in civitatibus Imperialibus seditiones exortas, easdemque vel à reliquis civitatibus vicinis, vel à Commissariis Cæsareis sopitas esse, puniendo nimirum seditiosos cives, vel abrogando tribus, vel exauctorando magistratus, nunquam verò per Advocatiarum sive Præturarum introductionem. Ita enim cum inter Senatum & plebem Ratisbonensem *anno. 1483.* exorta seditio, & Ratisbonenses à fide Cæsaris & Imperii ad Albertum Ducem Monacensem defecissent, eique urbem Ratisbonam designassent, Fridericus Imperator id ægrè ferens, Civitatibus Imperialibus in auxilium vocatis, totam Bavariam igne & ferro populari jussit, sed Albertus, ut imminens periculum à se suisque averteret, Imperatori Ratisbonam reddidit, quam *anno 1492.* Fridericus Marchio Brandeburgensis, & Comes de Zorn Imperatoris nomine receperunt, à civibus juramentum acceperunt, novumque senatum, veteribus senatoribus exauctoratis, legerunt, referente Hund. *in metropol. Salisb. tom. 1. rubr. Episcopi Ratisb. fol. 214.* Et constat quoque Principum, Prælatorum, Comitum, Baronum, aliorumque Dynastarum subditos Dominis suis quandoque prævaluisse, non tamen Dominos istos, sive sontes, sive insontes, propterea aliorum Statuum inspectione oneratos fuisse.

Quod septimo & ultimo loco adductum, id satis superque refellitur ex dictis *supra lib. 2. cap. 1. & 2.* ubi demonstratum est, Civitates Imperiales esse Status Imperii, & cæteris paribus reliquis Imperii Statibus æquiparari, quo me refero.

Prætores sive Præfecti hujusmodi Imperiales, appellantur etiam Advocati, Judices, ministri, ministeriales, officiales, Schulteti, & Ger- 86
manicè Vogt/Reichs-Vogt/Richter/Reichs-Richter/Schultheisen/Reichs-Schultheisen/Ammännner/Amptmänner/Reichs-Amptmänner/Statt-Ammänner/Reichs-Pfleger/ꝛc. Martin. Mager. *de advocat. c. 2. n. 220. seq.* Auctor. *actor. Lindaviens. fol. 48. seq. & fol. 576. seq.* Ita Præfectos sive Prætores Imperiales Urbicos, vocari Advocatos, probat Auctor *actor. Lindaviens. fol. 577. ad fin. & fol. 627.* ubi demonstrat, judicem provincialem Marstettensem, Conradum von Asch Rudolphi I. privilegium Lindaugiense *anno 1342.* recognovisse, & vocabulum, Advocatus in eo repertum, per dictionem, Amman, interpretatum fuisse. Voces quoque has, 87
judex Advocatus, Ammannus, minister, Scultetus. promiscuè usurpari, testatur d. Auctor *actor. Lindaviens. fol. 48. in med. & fol 576. post princ. vers. nam judices.* ubi ait, quod Imperatores & scriptores mediæ ætatis, vocabulo Judicis, & imprimis Judicis publici, generaliter omnes Duces Comites & præfectos intellexerint, sicuti etiam colligit Goldast. *rer. Aleman. tom. 1. part. 1. fol. 182.* Cui etiam monasteriorum ac civitatum privilegia suffragantur, in quibus frequentissima hæc claulula: Ut nullus publicus judex, neque Dux, neque Comes, aut quilibet ex judiciaria potestate, &c.

Dicti quoque Præfecti Imperiales fuerunt
ministeriales, Goldast. *rer. Aleman. tom. 1. fol.* 88
217. in not. ad casus Burchardi, cap. 8. Auctor *actor. Lindaviens. fol. 577. in fin.* & frequentius ministri, & quandoque ministri Regii, Königliche Diener. Quia Regibus Romanis ministerium fuit regnum, Episcopatus, Comitatus, Præfectura, Centena & officium cujusque judicis: ita enim Imperatorem sic loquentem: nobis nimium laboriosum esse videtur, concessum nobis à Deo Ministerium, solum procurare &c. introducit Paul. Diacon. *de reb. gest. Longobard.* sicuti refert Mager. *de advocat. cap. 5. n. 302.* Quod etiam probatur Legib. Francic. ab Ansegiso collect. *lib. 3. cap. 56.* ubi habetur, ut Judices, Advocati, Præpositi, Centenarii, Vicarii, Scabini, quales me-

liores inveniri possunt, constituantur ad ministeria exercenda. *& lib. 4. cap. 39. de decimis, ut dentur, & dare nolentes, &c.* à ministris Reipubl. exigantur, &c. & paulo post: tunc à ministris Reipublicæ in custodiam mittantur. Imprimis vero hoc probat privilegium civitatis Weissenburgensis sequens: Nos Ludovicus Dei gratia Rom. Rex, semper Augustus, ad universorum S. Rom. Imperii notitiam volumus pervenire, inter cæteras gratias, per nos prudentibus viris Civibus Oppidi Regii in Weissenburg quondam factas, hanc ipsis gratiam factam, præsentibus declaramus, sic, quod nec nos, nec alius quicunque nostro nomine, MINISTRUM seu OFFICIALEM oppidi memorati ipsis præficere, vel statuere debeamus, nisi talem, in quem consensus eorum expressus accesserit, & quem acceptandum bona duxerunt voluntate. In cujus declarationis evidentiam, præsentes litteras conscribi, & nostræ Majestatis sigillo jussimus communiri. Datum in Franckenfurt, *13. Calend. Decembr. anno 1318.* Confer Auctor. *actor. Lindaviens. fol. 577. in fin. & seq. & fol. 581. ad med.*

89 Dicti quoque fuerunt Sculteti, Scultasii, Schultahis, Schulteisen / Auctor. *actor. Lindaviens. fol. 579. vers.* nicht weniger. Goldast. *rer. Aleman. tom. 1. part. 1. fol. 126.* Quamvis enim vocabulum Schultheiß / sive Schuldtheisch / seu Schultherzsch / iis tantum fuerit attributum, qui debitum exigebant, & ex solvere jubebant pignoris capione & mulcta, uti accipitur in LL. Longobard. *tit. 6. & 100. de pignorat. & deb. cap. 13.* & apud Paul. Diacon. *lib. 6. de gestis Longobard. 8.* Prout etiam temporibus Regum Carolinorum Scultetus, sive Schultheiß / nihil aliud fuit, quàm judex, qui de debitis pronunciabat, pignora capiebat, & creditoribus satisfiri cogebat, & ita dictus, à debito & jubendo, quasi Schuldtheischen / & quod causæ debitorum, Schuldtsachen / sub iis fuerunt dijudicatæ, Simler. *de republ. Helvet. lib. 2.* nec plenam sive omnimodam jurisdictionem habuit, sed Comitum potestati obnoxius fuit, Besold. *de jur. civit Imper. num. 3.* & adjunctus fuit Scabinis, den
90 Schöpffen und Haußgenossen / ut horum dignitas, honor & authoritas eo major esset, & promptior executio, Author Respons. *in caus. Fridberg. part. 1. cap. 12. n. 5.* postea successu temporis, sub Imperatoribus Romano-Germanicis Scultetorum officium etiam ad causas criminales fuit extensum, sicuti Hallæ Suevorum officium Sculteti, das Schultheissen Ampt / ante aliquot centum annos, summum fuit officium, & Scultetus Imperatoris nomine ibidem criminale judicium administravit, Crusi. *annal. Suevic. part.*
91 *3. lib. 4. cap. 6. fol. 217.* Idem obtinet Rotwilæ & Selestadii, ubi Scultetus pro capite civitatis habetur, & Consuli in literis & processionibus præponitur, his verbis: Schultheis Burgermeister und Rath / &c. uti constat ex literis *de anno 1364.* apud Crus. *annal. Suevic. part 3. lib 5. c. 7. fol. 274. & de anno 1281.* apud Beat. Rhenan. *rer. German. lib. 3. sub rubr. Selestadium. fol. 155.* ubi etiam Lucernæ, Freiburgi, Bernæ & Soloduri, Sculteti pro supremis harum civitatum Rectoribus & Magistratibus habentur, Simler. *lib. 2. rubr. de republ. illar. urbium, quæ tribubus carent. fol. 145.* Ita & qui Hagenoiæ sub Friderico I. Scultetus indigitatur à Conrado de Fabar. *in Cas. S. Galli cap. 17. fol. 146.* is sub Friderico II. Cæsareus Præfectus vocatur à Beat. Rhenan. *rer. German. lib. 3. rubr. Colmaria.* Et hodie quoque in
causis bellicis Scultetus, ein Regiment Schult- 92
heiß / vocatur ille, qui latino, & antiquo nomine, unius cujusque legionis latrunculator, sive Capitalium rerum judex vel quæstor dictus, Calvin. *in lexic. juridic. verb. Latrunculator.* ut ita Scultetus, Schultheiß / semper ferè Vicarium Imperii, einen Advocatum oder Reichs Vogt / sine dubio denotaverit, Besold. *thes. pract. verb.* Schultheiß. *in fin.* Auctor *actor. Lindaviens. fol.*
580. Ex quibus etiam Scultetia definitur præfe- 93
ctura Sächsisch Landrecht. *art 8. lib. 3.*

Germanicè quoque dicuntur Vögt / Reichs- 94
Vögt / cum Vogt nihil aliud denotet, quam præfectum, administratorem & gubernatorem Goldast. *in animadv. ad Tyrolim. pag. 360.* Wehner. *verb.* Vogtey *fol. 650.* Mager. *de advocat cap. 2. n. 74.* Hoping. *de jur. protect. conclus. 7. lit. h.*

Dicuntur quoque Ammänner / Amptmän- 95
ner / Reichs-Ammänner Reichs-Amptmänner / quos enim cæteri Germani vocant Amptmann / hos Alemanni corrupta voce Ammann indigitabant, per notata Goldast. *rer. Aleman. tom. 1 part. 1. in not. ad casus Burckardi fol. 191.* & voces Amtmann / Vogt / Bitzdomb / sinonyma esse scribit Wehner *verb.* Ammann. Besold. *thes. pract. verb.* Reichs-Statt / ubi ait, das Aman-Ampt in den Reichs-Stätten habe dem Kayser gehört / der habe solches nachgehends auf Fürsten / Grafen / Herrn kommen lassen / &c. ac in privilegio Civitatis Schweinfurtensis à Rudolpho. II. *anno 1577.* confirmato aliquoties Aman oder Reichs-Vogt copulativè poni, notat Auctor *respons. Fridberg. part. 1. punct. 4. n. 17.* Ita quoque Celtica lingua, 96
Ambacht / Ambachtus, eum denotabat, qui loco, seu regioni regundæ præficiebatur, & Ambactia, eine Amptmannschafft / Pflege / Wehner. *verb.* Amman. & in Flandria aliquot regionum præfecturæ dicuntur Ambacht / Phil. Cluver. *de German. antiquit. lib. 1. cap. 48. fol. 375.* Auctor *actor. Lindav. fol. 577. in fin.*

In plurimis Civitatibus Imperialibus præ- 97
fecti & prætores hujusmodi & olim dicti fuerunt, & adhucdum dicuntur, Statt-Amman / Statt-Ammänner / veluti zu Ulm / Eßlingen / Nördlingen / Memmingen / Lindaw / Dinckelspühl / Biberach / Kempten / Kauffbeuren / Wangen / Leuthkirch / Isni / &c.

A præturis & advocatiis hisce urbicis, 98
Reichs- und Statt-Vogteyen differunt Advocatiæ, Ecclesiasticæ, Præfecturæ Imperiales, Reichs-Pflegschafften / Landvogteiæ sive præfectura provincialis & Burggraviatus. Et quidem ab Advocatia Ecclesiastica differunt invicem causa efficiente, materiali, formali & finali. Constituebantur enim Advocati Ecclesiastici regulariter vel ab ipsis monasteriis, vel eorundem fundatoribus, & perrarò ab Imperatoribus, prætoræ vero urbicæ à solis Imperatoribus. Deinde Advocati Ecclesiastici bona tantum mona-

sterìorum, & non etiam Imperii defendebant, redituum monasteriorum perceptionem curabant, & monasticam familiam regebant, civitatum verò Advocatis Imperii jurium tuitio, & justitiæ administratio incumbebat, confer Auctor. actor. Lindaviens. fol. 573. vers. ab welchem nun. Idem est, quoad præfecturas Imperiales, die Reichs-Pflegschafften/ utpote, quæ separatæ fuerunt à Civitatum Imperialium juribus, & locum tantum habuerunt in bonis ad Imperium adhuc pertinentibus, quales duæ potissimum reperiuntur, Weissenburgensis & Donawertensis, quæ quandoque insimul ab Imperatoribus oppignoratæ, postmodum tamen iterum separatæ fuerunt, confer supra lib. 3. cap. 57.

99 Quemadmodum autem Civitatibus Imperialibus ab Imperatoribus certi præfecti & prætores dati, ita etiam quandoque provinciis Præfecti constituti fuerunt, qui Præfecti provinciales, Land-Vögt/ dicti, quibus integræ provinciæ, ditiones & majores civitates regendæ commissæ fuerunt, qualis olim fuit Advocatia Turicensis, cui præfuit Berchtoldus Dux Zeringiæ, hoc titulo usus: Dei ac Imperatorum ac Regum dono judex constitutus & Advocatus in omne Thuregum Imperialem jurisdictionem tenens. Mager. de advocat. cap. 2. num. 73. Et Carolus Magnus Witichindum Witichindi Magni filium declaravit & constituit Præfectum seu Landtvogtum Saroborum, Obristen Landvogt oder Burggraffen zu Zorbeck/ Fabric. de orig. Saxon. lib. 5. Ita etiam cum Sueviæ Dux de familia Rotephanorum Bavariæ Duci ferociter & superbè resisteret, Imperator Henricus in Comitiis Wormatiensibus decrevit, terram Suevicam Præfecturam, ein Landvogtey nominandam, Præfectum vero regionis, ein Landvogt von Schwaben auff dem Schloß genant Sanct Voigtsberg ob Ravenspurg der Statt gelegen/ Mager. de advocat. cap. 2. n. 84. Knichen. de jur. territ. cap. 4. num. 318. De Landvogteia Hagenoensi vide supra lib. 1. cap. 12. n. 175.

100 Burggravios quod attinet, hi ab Imperatoribus plerumque Episcopatibus, Prælaturis & monasteriis præfecti & adjuncti fuerunt, tanquam defensores & protectores, ac judiciorum administratores, in provinciis & locis ab Imperatoribus ipsis donatis, prout testantur Peucer. chron. lib. 5. fol. 806. seq. Joh. Pomar. in chron. Saxon. fol. 160. Petr. Albin. in chron. Misnic. tit. 8. pag. 199. Besold. diss. de Comitib. n. 11. Auctor discurs. Ob die Reichsvogteyen in den Reichs-Stätten wieder einzuführen. fol. 28. §. Dann erstlich. & in not. lit. ZZZZ. Unde Burggravii potius Advocatis Ecclesiasticis, quam Præfectis & Advocatis urbicis adnumerari videntur.

101 Fuerunt tamen etiam Burggravii Seculares, qui non tantum magnis Burgis Cæsareis, sed etiam integris Principatibus infeudati fuerunt, quales extiterunt Burggravii Norimbergenses & Rotenburgenses, cum ex historiis constet, Burggraviatum Norimbergensem Principatu claruisse, & Rotenburgum olim Burggraviatum, & tandem etiam Ducatum celebrem extitisse, judiciumque provinciale habuisse, juxta Irenic. lib. 3. cap. 99. & 112.

Nonunlli quoque Burggravi insignes Comitatus vel jure proprio, vel feudi titulo, vel administratorio tantum nomine obtinuerunt. Licet enim in descriptione Imperii, quatuor vulgò Comites Castrenses, sive Burggravii enumerentur, veluti 1. Norimbergensis, 2. Magdeburgensis. 3. Stromburgensis, & 4. Reineckensis, Petr. de Andlo de Imper. Rom. lib. 1. cap. 16. Knichen. de jur. territ. cap. 1. n. 84. Plures tamen alii recensentur apud Goldast. in Reichshandelung. fol. 16. & 19. Reiner. Reinec. in annal. de gest. Carol. Magni Albin. in chron Misnic. tit. 8. fol. 199. 102

Reperiuntur quoque Burggravii nonnulli, qui Ganerbiis, sive Condominis Burgi sive Castri alicujus communis præsunt, cui proximus esse solet Ædilis, der Bawmeister/ cui administratio commissa eorum, quæ ad custodiam & conservationem castri, totiusque districtus ganerbici pertinent, & tanquam administrator fructuum & redituum castri Burggravio adjunctus est, Kyllinger. de ganerb. castr. discurs. 3. n. 162. seq. Hos Sequuntur, die Burgmänner/ oder Regiments Burgmänner/ qui sunt judices castri, & Burggravio assident, & cum ipso de controversiis, inter Condominos, & contra ipsos motis cognoscunt & judicant, Kyllinger. d. disc. 3. n. 178. Remig. Fesch. discurs. de fœderib. conclus. 25. lit. d. Cujusmodi Burggravii à Præfectis, sive Prætoribus urbicis differunt, utpotè qui tantùm in Condominos, über ihre Burgmänner / ex singulari & jurata conventione, Auctor consil. Fridbergenses. part. 1. punct. 15. num. 92. & in Burgsassos, vi jurisdictionis Kyllinger. d. disc. 3. n. 47. Imperium & judicium obtinent, Besold. thes. pract. verb. Burgmänner. In civitates autem Imperiales, earumque cives vicinos, & in quibus fortè habitant, nullam jurisdictionem obtinent, sicuti patet ex d. respons. Fridberg. part. 1. punct. 1. n. 248. seq. Quamvis enim Burggravii Fridbergenses & Gelnhusenses Præturam quandam urbicam in civitates istas prætendant, ex prædicto tamen responso Fridbergensi, eique annexis documentis apparet, quod Burgus & civitas Fridbergensis vicini tantùm sint intersese, & Burggravii in definitis executionibus, & limatis quibusdam juribus judices, & reliqui Burgmanni, una cum civibus, senatores tantum, Mitt-Rathsfreund / & sic membra, & non capita Senatus existant. Ex quo etiam Speculum Saxonicum inter Burggravios, & Præfectos urbicos differentiam constituit, part. 1. cap. 390. §. 2. & 3. 103 104 105 106

In quibusdam tamen Burggravii cum Præfectis, sive Prætoribus urbicis affinitatem quandam habent: Ita enim Burggravius Magdeburgensis Archiepiscopatus istius non tantum supremus præfectus, Obrister Vogt/ Weichbild. art. 13. & 14. sed etiam civitatis supremus judex fuit Weichbild. art. 44. Et Burggravius Norimbergensis vigore primæ Investituræ de an. 1273. in urbe ista habuit castrum, officialem, judicio simul cum Sculteto præsidentem, & duas partes omnium emolumentorum, ex causis civilibus & criminalibus percipientem, censum in tertia parte officii Schulteti, censum in telonio, censum in omnibus areis ab altera parte pontis, cen- 107 108

censum ex qualibet fabrica solidum annum, item operas messorum quæ tamen postea vendita Noricis, ut refert Gylman. *symphor. tom. 1. part. 3. vot. 23. n. 43. vers. hanc qualitatem. fol. 95.* & Burggravium Fridericum, cum *anno 1417.* Elector Brandeburgicus crearetur, Norimbergensibus omnia sua jura, quæ in civitate ista habuit, vendidisse ac tradidisse, & nihil præter titulum sibi reservasse, eoque ipso Burggraviatum hunc, respectu ipsius urbis, evanuisse, refert Munster. *cosmograph. lib. 3. cap. 273.* De Burggravio Norimbergensi, vide *supra lib. 3. cap. 38. n. 44.* ac
109 Civitatem Magdeburgensem à Saxoniæ Ducibus *anno 1293.* Burgraviatum istum noningentis, & Præturæ officium das Schultheissen Ampt / cum ejusdem juribus quingentis argenti marcis emisse, & Archiepiscopatui ita adsignasse, ut absque civitatis consensu Burggraviatus iste ab Archiepiscopatu avocari nequeat, Præturæ autem officium Civi alicui Magdeburgensi, pro arbitrio civitatis concedi debeat, refert ex annalibus urbis & Capituli, Pomarius, & Auctor *discurs.* Ob die Reichsvogteyen in den Reichs-Stätten wieder einzuführen. *fol. 135. & seq.*

CAPUT. IV.

De Syndicis sive Advocatis & Consiliariis Civitatum Imperialium.

SUMMARIA.

1. *Syndicus unde dictus.*
2. *Universitatis nomine constituitur & agit Syndicus.*
3. *Dicitur actor universitatis.*
4. *Quomodo differat ab actore?*
5. *Et à curatore & procuratore.*
6. *Syndicum qualibet universitas constituere potest.*
7. *Quomodo Syndicus ejusq; mandatum procuratorium formandum.*
8. *plures Syndici constitui possunt.*
9. *Syndicatus officium etiam invitis imponi potest.*
10. *Constitui potest ad omnes causas, etiam criminales.*
11. *Tam ad negotia quàm ad lites.*
12. *Ut admittatur Syndicus, mandato opus habet.*
13. *Ad quod tamen magistratus consensus non requiritur.*
14. *Nec subscriptione opus est.*
15. *Civitates & universitates quomodo citari soleant?*
16. *Universitas etiam ad juramentum judiciale admittitur.*
17. *Quod à nonnullis de universitate præstatur.*
18. *Hodie Syndici in Civitatibus Imperialibus dicuntur Advocati & Consiliarii, & Civitatum Imperialium Cancellarii habentur, & sunt lingua, aures & Oculi civitatis.*
19. *Ita subscripserunt Syndici civitatis Coloniensis & Trevirensis.*
20. *Quod aliter explicat Kirchnerus. Sententia Limnæi.*
21. *Civitates Imperiales Cancellariæ nomine utuntur.*
22. *Consiliarii unde dicantur?*
23. *Consiliarii sunt pars Corporis Principis.*
23. *Salus populi in consiliarii amplitudine.*
24. *Consiliariorum utilitas.*
25. *Magistratus aliorum Consilia audire debet.*
26. *Syndici & Advocati eligendi sunt viri pii, Deum timentes & veraces.*
27. *In libera civitate, libera lingua & mens esse debet.*
28. *Adulatores reipublicæ pestes sunt.*
29. *Esse debent prudentes, justi, patriam amantes, fideles, docti, eruditi, Jurisperiti, historici, eloquentes, politici, temperantes, ingeniosi, circumspecti.*
30. *Festinatio improvida & cæca est.*
31. *Consiliarii & Advocati debent esse humani & affabiles, non cholerici.*
32. *Subtilioris sensus homines infelicius rempubl. administrare solent, quàm qui mediocri ingenio præditi.*
33. *Humiles non arrogantes sint.*
34. *Divites magis quàm pauperes assumendi.*
35. *Senes magis quàm juvenes.*
36. *Indigenæ potius quàm advenæ.*
37. *Incorrupti & continentes.*
38. *Honesto genere nati & probati, non probandi.*
39. *Consiliarius & Syndicus sciens aliquid in senatu tractatum iri, cui ipse consentire non possit, subducere se non debet.*
40. *Melius est pro veritate supplicium pati, quàm pro adulatione præmium consequi.*
41. *Optimum quandoq; consilium parum prosperum.*
42. *Unius tantum consilium periculosum, sed plures habere consiliarios utilius est.*
43. *Syndici & Advocati à calumniis plebis defendendi.*
44. *Imperatores Consiliarios suos maximis honoribus affecerunt, eosq; patres & amicos, aliisq; honorum titulis donarunt.*

1 CUm, ut capite primo dictum magistrat' omnibus causis expediundis non sit sufficiens ipseque non sine jactura rei familiaris, nec ullo majore proventu Reipubl. conveniendus esset, officiales administratores sibi constituere cœpit, quibus negocia quædam publica curanda demandantur, inter quos præcipuus est Syndicus, inde dictus, quasi singulorum causam dicens, *l. fin. §. defensores. 13 ff. d. muner. &*
2 *honor.* Tusch. *lit. V. concl. 255. n. 13.* Quia universitatis nomine agit Syndicus, & universitas ipsa in judicio ad agendum vel defendendum, non admittitur, si singuli comparere velint, sed omnium nomine Syndicus constitui debet, *l. 1. §. quibus. vers. fieri oporteat. l. 2. & 3. ff. quod cujusque universʃ. nom.* Bart. *in l. ergo. 4. §. creditoribus. ff. de fideicommiss. libert.* Nicol. Losæ. *de jur. universʃ. part. 2. cap. 1. n. 2.* ne actio per plures scissa adversarium incommodo afficiat, *l. & ancillarum. 27. §. fin. ff. de pecul. l. 5. §. si tamen. 7 ff. judicat. salv.*
3 Andr. Rauchbar. *part. 2. quæst. 1. n. 2.* Unde quoque Syndicus dicitur actor universitatis *d. l. 1. §. quibus. ibi. actorem, sive Syndicum. ff. quod quisque univers. l. nec civitatis. 74 ff. de procurat.* Licet quidam inter Syndicum & actorem hoc interesse velint, quod Syndicus sit generalis procurator
4 ad omnes causas administrandas, nomine universitatis constitutus; actor verò procurator specialis, ad unam tantum causam, syndico forte impedito ordinatus per *l. item. §. quid si actor. & §. seq. ff. quod cujusque univers.* Rosbach. *in process. civil. tit. 12. n. 3 seq.* Losæ. *de jur. univers. part. 2. cap. 1. n. 26. seq.* Et actor dicitur in una tantum causa, Syndicus ad omnes constitutus, Losæ. *de jur. univers. part. 2. cap. 1. n. 40.* Dicitur quoq; defensor civitatis *Novel. 15.*

5 Differt à curatore, cum hic negocia civitatis extra judicium prosequatur, *l. ex facto. 30. ff. de negot. gest.* Et à procuratore, qui privata negocia agit, & à persona singulari constituitur, *l. 1. in princ. ff. de procurat. confer* Wesemb. *in parat. ff. quod cujusque univers.* & major habetur fides Syndicis, quàm procuratoribus, propter munus nempe publicum & præstitum ab ipsis ad officium Syndicatus juramentum, Carpzov. *decis. 28. n. 14.* licet in effectu Syndicus & procurator unum & idem sint, *l. 6. §. actor. universitatis. ff. quod cujusque univers.* Losæ. *de jur. univers. part. 2. cap. 1. n. 42. seq.* Syndicus autem ille dicitur, qui ab universitate vel collegio constituitur, *l. 1. §. quibus. ff. quod cujusq. univers. nom.* Losæ. *d. cap. 1. n. 40.* Et sic Syndicus est procurator, sive actor publicus, qui communi universitatis mandato, causas & lites ejusdem administrat, curat & persequitur, *l. 1. & tot. tit. ff. quod cujusq. univers. nom.* Rosbach. *d. tit. 12. n. 2.*

6 Quælibet autem universitas Syndicum constituere potest, Franc. Marc. *decis. 800. n. 5. & 6. vol. 1.* Losæ. *de jur. univers. part. 2. c. 1. n. 12. seq.* Et non solùm tota universitas, sed etiam certa pars universitatis Syndicum constituere valet, Jason. *in repet. l. 9. n. 41. ff. de justit. & jur.* Quænam autem requirantur ad constitutionem Syndici, vide Losæ. *d. cap. 1. n. 21. seq.* Et an consensus totius universitatis in constitutione Syndici ejusque mandato procuratorio formando, necessarius sit, diversa extant præjudicia, unum in causa Episcopi Mindensis contra civitatem Mindam, quod vult, quando ad instantiam partis civitas quædam citatur ad comparendum in judicio, non sufficere à Consulibus & Senatu constitui Syndicum pro se & communitate, sed insuper tribunorum assensum requirit, Mynʃ. *1. obs. 76. & 3. observ. 18.* Alterum tribunorum vel collegii sive universitatis der Gemeind und Zunfft/ assensum non efflagitat, sicuti per majora conclusum esse constat, ex Gylman. *symphor. tom. 1. part. 1. tit. de reconvent.* Verum hujus dubii decisio ex Reipubl. administratione, stylo & consuetudine desumenda venit, ita ut si penes Consules & Senatores Reipubl. administratio in solidum consistat, horum consensus sufficiat, secus verò si Reipubl. status sit democraticus, & tribuni quoque in administratione concurrant, horum quoque consensus requiratur, Besold. *in delibat. ex lib. 3. pandect. quæst. 27. fol. 318. seq.* per tradita *supra cap. 1. n 3. seq. & lib. 2. c. 1. n. 83.* 7

Solent autem etiam plures Syndici, & plerumque duo aut tres ad causam constitui, quia rectius plurium, quàm unius fidei causæ universitatis committuntur, ut ait Wesembec. *in parat. ff. quod cujusq. univers. nom. n. 4.* Quo casu etiam unum ex illis audiendum esse probat. Carpzov. *decis. 26. n. 7. seq. per tot.* Et cum publicum sit officium Syndicatus, etiam invitis id imponi potest. *l munerum. §. defensores. ff. de muner. & hon. l. filius fam. 8. §. 1. ff. de procur.* Roßbach. *d. tit. 12. n. 20.* Besold. *de jur. univers. cap. 4. n. 5.* 8

9

Constituitur in genere ad omnia negocia, omnesque Reipubl. causas, tam civiles, quam criminales, *l. fin. ff. quod cujusq; univers. nom.* Bart. *in l. 1. ff. de alb. scrib.* Quamvis enim de jure civili privatus ad publica judicia criminalia procuratorem constituere non possit, *l. pen. ff. de publ. jud. l. 1. ff. an per ali. caus. appell. l. de fide. 16. C. ad L. Chron. de fals.* Menoch. *arbit. jud. lib. 1. quæst. 79.* Carpzov. *pract. crim. quæst. 105. n 3. seq.* Universitas tamen per Syndicum criminaliter accusare, accusarique & defendi potest, per *l. tam collatores. 18. §. ut autem. & §. hac quoque C. de re milit.* Specul. *tit. de Syndic. n. 5. & tit. de accusat. vers. fin. & tit. de procur. n. 11.* Maranta *part. 4. dist. 1. n. 39.* Mynʃ. *4. obs. 76.* Carpzov. *pract. crim. quæst. 105. n. 10. seq.* Et constituitur Syndicus tam ad negocia, quam judicia, Losæ. *de jur. univers. part. 2. cap. 1. num. 26.* & ad lites tam futuras, quam præsentes, Losæ. *d. cap. 1. n. 35.* 10 11

Ut autem Syndicus ad negocia admittatur, mandato opus habet, Carpzov. *decis. 28. num. 4. seq.* Quod ab illis dandum & confirmandum est, qui ipsum constituunt, de quibus *n. 6.* Et quamvis nonnulli in mandato communitatis auctoritatem superioris & nominum expressionem requirant, etiam ubi major pars constituit procuratorem, hoc tamen necessarium non esse, si res ea concernat, quæ ipsarum administrationi commissa sunt, scribit Besold. *in delib. ex libr. 3. pandect. quæst. 27.* Neque etiam in hujusmodi mandato subscriptione opus est, sed sufficit, 12 13 14

sufficit, si solo judicii vel magistratus sigillo, vel Notarii authorisatione confirmatum sit, Bald. *in l. civitas, 27. num. 13. ff. de reb. cred.* Wesembec. *in parat. ff. quod cujusque univers. nom. n. 6.* Berlich *part. 1. conclus. 14. n. 89.* Carpzov. *decis. 28. num. 8. seqq.* Mandatum Syndici regulariter est generale & cum libera administratione, Losæ. *de jur. univers. part. 2. cap. 1. n. 28. & part. 1. cap. 3. n. 109. seq.*

15 Citationem Civitatum & universitatum quod attinet, hodie de jure novissimo Cameræ Imperialis Consulibus & Senatoribus, si congregati inveniantur in ipso Senatu, sin minus Consulibus, eorumque vicem gerentibus, convocatis aliquot Senatoribus processus insinuantur, si facultas non sit, soli Consuli traduntur, qui si accipere nolit, coram eo deponuntur. Si de re communitatis, sive universitatis agatur contra ipsam universitatem, Consulibus primum & Senatui processus offeruntur, mox curiæ, ædisve sacræ valvis, alibive in publico affiguntur, Ordin. Cam. *part. 1. tit. 37.* §. Zum vierdten. & §. *seq.* Henric. Bruning. *de var. univers. spec. concl. 91.*

16 Universitas non solum ad juramentum suppletorium admittitur, si semiplenè tantum probatum sit, Ant. Faber. *in Cod. lib. 4. tit. 1. defin. 40. n. 1.* sed judiciale quoque juramentum ipsi defertur, Carpzov. *part.* 1. *constit. 13. defin.* 1. Hoc autem juramentum non à syndicis, sed à nonnullis de universitate, qui veritatis conscii dicuntur, præstatur, *l. 97. ff. de condit. & demonstr. l. 14. ff. ad municipal.* Gail. *2. de pac. public. cap. 7. num. 17. & 18.* Et de jure Saxonico juramentum
17 hoc judicialiter delatum per tres vel quatuor ex collegii vel universitatis senioribus, quibus negocium cognitum, præstari solet, Rauchbar. *part.* 1. *quæst. 8. n. 13.* Carpzov. *d. constit. 13. defin.* 1. *n. 4.* nisi juniores exactiorem rei cognitionem habeant, Carpzov. *d. l. defin. 2.*

Porrò sciendum est, quod hodie Syndici in Civitatibus Imperialibus, dicantur etiam Advocati, & à Syndicis aliarum universitatum, quæ aliis magistratibus subsunt, differant, & ni-
18 hil aliud sint, quam Civitatum & Rerumpublicarum Consiliarii, & Syndici Civitatum Imperialium Cancellarii habeantur, post Joh. Limnæ. *de jur. pub. lib. 7. cap.* 1. *num. 56.* Carpzov. *decis. 28. n. 16.* Scheineman. *d. Syndicis thes. 12. pag.* 11. Et sunt lingua, aures & oculi Civitatis, *supra lib. 2. cap. 2. num. 124.* Ita enim D. Mar-
19 tinus von Ingenheim / in Recessus Imperii Trevirensis & Coloniensis *de anno 1512.* subscriptione, Metensis civitatis Cancellarius nominatus legitur; & D. Georg. von Haltern / in subscriptione Recessus Augustani *de an. 1548.* Cancellarium civitatis Coloniensis sese nominavit. Ita, ut qui apud Principes sunt Cancellarii, apud Civitates Syndici salutantur, & modestiæ causa Cancellariorum nomine & honore insigniti
20 nolunt, Carpzov. *d. l. n. 17.* Et quamvis Herman Kirchner. *in Mervillerio, sive de officio & dignitate Cancellarii lib.* 1. *cap. 4. n.* 112. *seq.* scribat, Civitates Imperiales, quamvis in suos omnimodam jurisdictionem, potestatemque & jura habeant, tamen neque Cancellariæ nomen, neque Cancellarii usurpent; sed Syndicos & Notarios more majorum retinent. Nec aliter in Comitiali consignatione illorum quemquam ascriptum reperio, præter Martinum von Ingenheimb Doctorem, qui in Trevirensis & Coloniensis decreti subscriptione, civitatis Metensis nomine legitur Cancellarius. Sed fortè idem apud Episcopum Metensem id munus sustinuit. Reperitur quidem etiam Coloniensis civitatis Cancellarius, in Augustana congregatione, Georgius von Haltern D. sed ille ad Syndici nomen subsequente conventu sese recepisse videtur. Neque Argentinensis Reipubl. Cancellarium in publico illo Recessu invenio; tametsi, qui Episcopi Cancellarius fuit, Christophorus Welsinger, sese ad ejus differentiam videatur principalem Cancellarium Argentinensem aliquoties nominasse, &c. Verùm aliter censet 21
Joh. Limnæ. *de jur. publ. lib. 7. cap. 1. num. 56.* ita scribens, Civitates liberas posse habere Cancellarios, sed hactenus modestia jus suum temperasse. Nullum video obstaculum, quo minus hoc agere valeant, quod reliqui Imperii Status. Præterea & archiva habent, & Cancellarias, quid ni ergo & Cancellarios, si velint habebunt? An omnes Cancellariæ utantur nomine, mihi quidem cognitum non est: at hoc teneo, Argentorati, atque alibi etiam id nomen in usu esse. Et quid vetat, si alibi in usu non sit, in usum revocare, res postquam illis est, cui hoc nomen commodè rectèque tribui non posset. Putat Kirchnerus Martinum von Ingenheim Doctorem, qui in Trevirensis & Coloniensis decreti subscriptione Metensis civitatis nomine subscripsit, fortassis munus Cancellarii apud Episcopum Metensem sustinuisse. Verum, quo minus id credam, inde est, quia si Cancellarius fuisset Episcopi, probabile eundem quoque nomine Episcopi sui illis Comitiis interfuisse. At Episcopi nomine illis neminem interfuisse, subscriptio mihi testis est, qua nullus exprimitur. Credo itaque Civitatis eum fuisse Cancellarium. Causa cur Metis præ cæteris Cancellarii nomen usurpaverit, non alia mihi videtur, quia Galliæ contermina, ubi tituli citius & uberius proveniunt, quam in Germania, quo fundamento Kirchnerus hunc Martinum ab Ingenheim Doctorem fuisse sciverit, me latet, in Recessu illo titulum non reperio. Hoc tamen reperio, hunc Martinum ab Ingenheim in priori parte Recessus Trevirensis & Coloniensis de *anno 1512.* Cancellarii nomine usum, in posteriore ejusdem Recessus non æque. Quicquid sit, quod hanc variationem suaserit, sive huic sive Georgio von Haltern / qui in R. A. zu Augspurg *de anno 1548.* Coloniæ Agrippæ nomine, titulo Cancellarii subscripsit, & *anno 1551.* in subscriptione deß R. A. zu Augspurg / ad Syndici nomen se recepit, ut Kirchnerus rectè monuit, illud tamen inde firmatur, civitates suis hunc titulum tribuere posse, si velint. Hactenus Limnæus. Ex quibus concluditur, si apud civitatem aliquam Imperialem plures sint Syndici & Advocati, quod supremus Cancellarii, reliqui Consiliariorum nomine, compellari possint.

Consiliarii dicuntur à consulendo *arg. l. 1.*
22 *in princ. ff. de offic. consul.* diu enim noctuque consiliis suis pro Republica invigilant & laborant, *l. ult. in fin. C. de quatrien. praescr.* Indeque dicuntur Consulenten, quod Reipublicae consulant.
23 Summa enim & Principibus & Rebuspublicis necessitas est Consiliariorum, ubi enim non sunt prudentia consilia, corruit populus; salus autem est in amplitudine consiliarii, *Proverb. 11. v. 14.* Ego, inquit Salust. *ad Caesar.* multa legendo & audiendo ita comperi, omnia regna, civitates, nationes usque eo prosperum Imperium habuisse, dùm apud eos vera consilia valuerunt; ubicunque gratia, timor, voluptas ea corrupêre, paulò post immunitae opes, deinde ademptum Imperium, postremò servitus imposita est. Alexander eò potentiae nunquam
24 devenisset, si vixisset absque Clyto, Parmenione, Seleuco, Ptolomaeo, Lysimacho. Nec alter ille Alexander, nempe Imper. Severus eam consecutus esset gloriam, si absq; his praesidiis imperasset: Nullum ille decretum, teste Lampridio, fecit, sine Jureconsultis viginti, ac plerisque senatoribus, rerum gerendarum usu peritis, quos amicos suos appellare solitus fuit, *l. 4. C. de contrah. stipul.* & parentem Ulpianum vocavit, *l. 4. C. de locat.* Neque etiam Respublica Attica id fastigii adepta esset, nisi habuisset Milthiadem, Themistoclem, Aristidem, Timonē, Periclem & reliquos. Et Roma beatam sese praedicat, prae omnibus caeteris, in tantum crevisse vires suas bonorum & fortium virorum consilio, videlicet Scipionum, Fabiorum, Marcellorum, &c.

Atque indè magistratuum aliorum consilia
25 audire & admittere debere, tradunt Lipsius *doct. civil. lib. 3. cap. 2.* Hippol. à Collib. *de Princip. cap. 9.* Petr. Greg. Tholos. *de republ. lib. 24. cap. 1.* Bodin. *de republ. lib. 3. cap. 1.* Richter. *axiom. polit. 32. & 154.* Schönborn *lib. 3. polit. cap. 22.* Et non admittendum Machiavelli dogma, quo affirmare ausus est, Magistratus & Principes in tam variis negociis ad omnia satis esse perspicaces, ita quidem, ut nullibi errent aut labantur, *lib. de Princip. cap. 23.* sed rectiùs, bonum consilium Principis opus tueri, decus ei conciliare, eumque admirabilem & formidabilem efficere, scribit Antimachiavel. *lib. 1. de regni admin. theor. 1. pag. 46. seq.*

Syndici & Consiliarii civitatum Imperia-
26 lium eligi & esse debent, 1. Viri pii & Deum timentes. 2. Veraces & candidi. nihil enim pejus iis consiliariis, qui Principibus & magistratibus veritatem retinent, juramento adstringuntur, se sententiam dicturos, & consulturos ex animi sententia, quae meliora & utiliora videbuntur, quid si veritatem reticeant, nonne perjuri fiunt? sed liberè suadere, nihilque simula-
27 re debent; In libera enim civitate linguam, mentesque liberas esse debere, vox fuit Tiberii apud Sueton. *in ejus vita cap. 28.* nec consilia sua ad nutum Domini dirigere debent, sicuti coqui cibos ad palatum Domini dirigunt, de quibus Reinking. *polit. Bibl. lib. 2. axiom. 62.* Quid enim rectum proficisci poterit ab eo, qui linguam frenat ad nutum Principis & Domini sui, quid unquam fuerit praesidii in ista Republ. in qua videmus curiam elinguem, in qua dicere quod velis periculosum, quod nolis miserum esset? Plutarch. *in panegyr.* Pessima ferarum tyrannus ste, de cicuribus adulator, Plaut. *in sympos.* hosque legitimi regni & Reipubl. gravissimas esse pestes, dicit Buchan. *in praefat. dial. de jur. regn. apud. Scot.* Quid Neronem castissimè educatum 28
crudelem fecit? adulatio. Quid Caesarem contra patriam rebellare fecit? adulatio. Unus igitur Clytus, quem Alexander M. vino incalescens, quod adulari nesciret, & Persicam mollitiem detestaretur, confodit, sexcentis praeferendus Aristippis, Dur. di Pascol. *in aulico-polit. reg. 144.*

3. Esse debent prudentes, 4. Justi & justi- 29
tia praediti, 5. Patriam amantes & curantes. 6. Fideles, id est, fidem, quam Domino in dandis consiliis promiserunt, ad effectum deducentes, dann wo Treu mangelt / da ist Verrätherey nicht weit / inquit Joh. Wern. Gebhard. *libr. 1. Fürstl: Tischred / cap. 5. in pr.* 7. Docti & eruditi, 8. Jurisperiti, 9. Historici, 10. Eloquentes, 11. Politici & jurispublici periti, 12. Temperantes & sobrii, 13. Ingeniosi, discreti & circumspecti, juxta Boter. *l. 1. de polit. illustr. cap. 6. fol. 226.* ubi eleganter ita scribit: Quisquis bonum consiliū, aut ipse sibi capturus est, aut aliis daturus, oportet eum plurima circumspicere loca, tempora, personas, rerum praesentium statum examinare, eorumque simul omnium delectum habere, facultates, clientelas, opus expendere, praeterita diu multumque in animo vertere, eaque praesentibus conferre, & tanquam in trutina componere; quibus compositis, & quod prudentis est aestimatoris, omni ex parte examinatis, de agendi modo, rationeque praecipuè solicitus erit, totusque in eo versabitur, ut non solum quid sequendum sit, sed qua illud via sequendum, utque & quid deceat, quid etiam oporteat, in scapulo ipso probè perpensum habeat. Non enim in consulendo nimium properandum, cum provida cunctatio in consiliario eximia sit virtus, & vir ille optimus, qui in deliberando quidem cunctatur, & praetimet, quicquid potest contingere; in agendo autem confidit, Herod. *lib. 7.* Omnia non properanti clara certa- 30
que sunt, festinatio improvida est, & coeca Liv. *lib. 22.* & nihil magni discriminis consiliis tàm inimicum, quàm celeritas, Livius *lib. 31.* quia praecipitata raptim consilia neque revocari, neq; in integrum restitui possunt. Liv. *d. l.* tantum hunc ex consilio suo fructum capiunt, ut celerem habeant poenam, sed eandem seram & inutilem, Liv. *d. l.*

14. Consiliarii esse debent humani & affa- 31
biles, non verò Cholerici & sanguinei, quoniam hi in continuo motu sunt, & quod de furioso scribit Celsus *in l. quod meo. 18. §. 1. ff. de adquir. poss.* vix unquam in conspectu in umbratae quietis esse videntur. Nam quamvis acies & ingenium comitari utplurimum sanguineos praedicetur, calida tamen & callida plerumque consilia inde proficiscuntur, quae mutandis & novandis rebus, quàm gerundis aptiora esset videntur, Q. Curt. *lib. 4. de reb. gest. Alex. M.* Sie können viel rathen / aber wenig errathen /

&

notatum, acutioris atque subtilioris sensus homines, utplurimum infelicius, pejusque Rempublicam administrasse, quam eos, qui mediocri ingenio præditi altius sapere abstinuerint, ut demonstrat ex Thucydid. *libr. 3.* Lipsius *lib. 3. polit. cap. 4.*

33 15. Humiles & modesti, non arrogantes, contumaces, pugnaces, contumeliosi, obtrectatores, osores, invidi, æmuli, qui consilii, quamvis egregii, quod non ipsi attulerunt, sint inimici, & qui omnes ex ore sapere velint, de quo hominum genere rectè Terent. *in adelph. act. 1. scen. 2.*

Homine imperito nihil quicquam est injustius,
Qui nisi id, quod ipse facis, nihil rectè putat.

34 16. Divites magis, quam pauperes, qui ut Horatius scripsit, muneribus Deorum sapienter uti didicerint. Si enim ex suspicione res agatur, leviora divitiis, quam inopiæ objici possunt impedimenta; solet enim jejunæ hirudinis morsus plerumque esse acerrimus, Die magere Mucken stechen am hartesten/ juxta illud Horatii:

Non missura cutem, nisi plena cruoris hirudo.

35 17. Senes magis, quàm juvenes, utpote qui non tantum ex liberis sapiunt, sed & usu rerum edocti sunt. Expedit tamen senibus & expertis adjungere juvenes, probos tamen, qui seniorum factis dictisque discant similia & dicere & consulere, senioribusque è statione sua excedentibus succedant.

36 18. Indigenæ potius, quam advenæ, prout David *Psal. 101. v. 6.* oculos convertit ad fideles terræ, ut secum sedeant. Et coram extraneo, ne facias consilium, nescis enim quid pariet, ait *Syracid. cap. 8. v. 21.* Causam tuam tracta cum amico tuo, secretum extraneo ne reveles, ne fortasse insultet tibi, cum audierit, & exprobrare non cesset, *Proverb. 25. v. 9.10.* Confer *supra lib. 2. cap. 8. n. 107. & seq.*

37 19. Incorrupti & continentes, qui se muneribus corrumpi non patiuntur, utpote quæ excœcant oculos sapientum & judicum, & subvertunt verba justorum, *Exod. 23. v. 8. Deuter. 16. v. 19. Eccles. 20. v. 31.* Invalidum est auxilium legum, quæ vi, ambitu, postremo pecunia turbantur, Tacit. *1. annal.*

38 20. Honesto genere nati; ubi tamen nihil refert, an nobilis vel ignobilis sit Consiliarius, modo vera animi nobilitate, virtutisq; & scientiæ lumine præluceat, & probatus sit, non probandus, Besold. *de consil. polit. axiom. 45.* Sicut enim nec qui hesterno præceptor erat, nunc Cancellarius male audit, ita etiam nec qui hesterno scholaris erat, hodie Syndicus benè audit, & ad hoc officium aptus erit, & ideo juniores senioribus adjungendi, *num. 35.* Qui enim semel scurra, nunquam paterfamilias. In quo sæpissimè Reipubl. malo erratur, quando homines, qui probati non sunt, quique hæreditariæ administrationis amplitudinem non habent, ex ima & ignota status cavea, per satyram, ad summum Consiliariatus podium evehuntur. Hinc quoque Consiliarius legitimè natus esse debet, Camill. Borel. *lib. 1. de magistr. edict cap. 7. num 9.* Spurius enim, si bonus est, casu, si perversus, natura accidit. Unde illegitimè nati Cameræ Assessores esse nequeunt, Ord. Cam. *part. 1. tit. 3. §. 1.* Quamvis legitimati proponantur, Mynſ. *4. obs. 31.* De quibus & aliis similibus Syndicorum & Consiliariorum virtutibus & requisitis, vide plura apud Nolden. *in Trebat. de offic. jur. dignit. & privileg. consiliar. per tot.* & quæ scripsi de magistratibus *supra libr. 2. cap. 8. num. 34. & multis seqq. per tot.*

Verum de hoc quæritur, si Consiliarius in Senatu aliquid tractatum iri sciat, cui salva conscientia assentiri nequeat, vel quod impugnare non audeat, an sese subducere possit? Quod negandum videtur, cum regulariter Consiliarius non nisi petita venia & justis de causis à collegio abesse non possit, Franc. Marc. *decis. Delphin. 798. n. 2. tom. 1.* & si sciat injustum fieri, pertinaciter resistere debet, & si non possit, saltem verbis protestari, & hanc protestationem in actis scribi petere debet, Georg. de Gabed *pract quæst. 47. n. 3. part. 2.* Alex. *cons. 1. n. 10.* Dec. *cons. 8. n. 2. vol. 1.* Nec curabit Consiliarius, si videat Principem & Dominum suum veritatem dicendo, offensum iri, sicuti vulpecula apologica à leone interrogata, benè num malè sua oleret spelunca, se catarrho laborare, nec quicquam olfacere posse, respondit, ne indignationem ejus, vel periculum vitæ, ut ante eum lupus & asinus incurebant, præceps prolaberetur, & cum fœlicitatis detrimento conjunctum sit, si quis statim primus feli tintinabulum appendat. Nam hoc non obstante, Domino suo, si iniquè agat, Consiliarius resistere debet, ne alioqui non JCtus, sed spermologus, & iniquitatis minister, non sacerdos, sed apostata, non philosophus, sed hypocryta improbissimus videatur, Parthen. *litig. libr. 1. cap. 5. n. 27.* Nec Principis illum minæ, nec tyranni movebunt mortaria, pluris enim faciet ipsum numen, quam numinis vicarium, creatorem Deum, quam creaturam Principem. Nec refert, etiamsi cum Michæa vitæ periculum subeat, *3. Reg. 22.* Melius enim est, pro veritate, cum Papiniano, supplicium pati, quam pro adulatione, 40
cum Aristippo, præmium consequi, *c. nemo. caus. 11. quæst. 3.* Consiliarius quoque non requisitus, si necessitas postulet, consulere debet, ne in censum adulatorum referatur, Gerhard. *decad. 4. polit. quæst. 4.*

Quod si fortè consilium malè succedat, an 41
id Consiliario damnosum esse possit? ubi distingui solet inter consilium malum ex proposito, & ex eventu, ita ut illud consultori sit pessimum, *arg. l. 2. ff. quod quisq. jur.* Reusner. *cons. 17. n. 87. lib. 2.* Nolden. *Trebat. §. 27. num. 23.* & consilii fraudulenti de dolo sit actio, *arg. l. consilii. ff. de R. Iur.* Secus vero, si bona intentione consilium datum, ex eventu malè succedat, *d. l. consilii. 74. ff. de R. I.* Besold. *2. polit. cap. 3. num. 55.* Quia 42
optimum interdum consilium parum prosperum, nec rarum, ut bonis initiis, mali succedant eventus, Salust. *in Catilin.* & plerasque res fortuna ex libidine agitat. Salust. *orat. 2. ad C. Cæs. de republ. ord. à princ.* Et juxta Ovid. *Epistol. 16. Herod.*

Fallitur augurio spes bona sæpe suo.
- - careat successibus opto
Quisquis ab eventu facta notanda putat.

Qui

Qui enim consilium dat, fidem non eventum sperare debet, nec eventus in manu consultoris est, Bodin. *de republ. libr. 3. cap.* 1. Schönborn *3. polit. cap. 22.* Et omnes profectò omnium temporum Senatores & viri præstantes, qui vel fuerunt, vel hodie sunt, errarunt, & sæpe errare & labi possunt, inquit Cominæ. *lib. 8.*

Quam utile, imò quam necessarium sit in Republica peritos & eruditos habere Syndicos & Consiliarios, non opus est, ut pluribus demonstrem, sed res ipsa loquitur. Ex quo etiam in Civitatibus Imperialibus, præsertim præcipuis, non unus tantum, sed plures constitui solent: Dubium enim non est, unius duntaxat periculosum esse tam Principi, quam Civitati, sive quod natura homines à bono & æquo privatis studiis abducuntur; sive quia nemo omnibus horis sapit, & ut corporum vires sunt, ac sapientissimi quique in absurdas, ineptasque opiniones nonnunquam imprudentes incidunt, Antimachia vel. *lib.* 1. *theor.* 2. Et si unicus est Syndicus, isque plurimis difficilioribus negociis occupatus moriatur, & novus in ejus locum recipiatur, longo tempore opus est, quo ipse civitatis jura, privilegia, consuetudines, &c. cognoscat ubi intera magnum Reipublic. incommodum oriri poterit. Imò impossibile ferè est, quod unus omnes & singulas Reipubl. res & causas observare & expedire possit, cum & prudentissimus quisque quandoque aberrare possit, Vir unns haud videt omnia, Euripid. Et quemadmodum nauta, etiam experientissimus, non conatur solus navim gubernare, sed & aliorum, tempestatibus exortis, consilio & auxilio utitur; ita etiam Respublica propter varios rerum casus & causas plurimorum auxilio & consilio utitur, Oldendorp. *de consultat.* Et propterea quoque plures requiruntur Syndici & Advocati, ne partes litigantes Referentem in causa sciant, eumque vel corrumpere, vel odio habere attentent.

42

43 Et cum Syndici Reipublicæ administrationem consiliis suis salutariter adjuvent, ideoque à magistratu propter peritiam & curam suam, qua indies occupantur, honorandi, & à Calumniis plebis defendendi sunt. Quantò magis enim Syndicus justitiæ deditus, eò magis hominibus, maximè plebeis, exosus, calumniis & injuriis afficitur, Imò quandoque nonnulli ex Senatoribus, quando ipsorum affectibus non indulgent, vel pro ipsis, eorumq; consanguineis & amicis, quibus favent, jus non dicunt, Syndicos alto supercilio despiciunt, seque Dominos, & Syndicos ministros suos vocant, Sie seyen ihre Diener / und haben ihnen nichts einzureden / gloriantur, cum tamen inter ejusmodi Senatores, qui maximam in partem plebei sunt, & Syndicos maximum sit eruditionis, prudentiæ & experientiæ discrimen, & sic pessimè ministris comparentur, vel lanionum vel cerdorum, cum nec ipsi Principes Consiliarios suos ministros, ihre Diener / sed Räthe / compellare soleant, ideoque magistratus id nequaquam permittet, sed tales calumniatores debitis pœnis coërcebit: Si enim quilibet Dominus servos & ministros suos ab aliorum injuriis defendit & protegit, cur non etiam Syndicos & Consiliarios suos, juxta illud *Syracidis 33. vers. 31.* Si ibi est servus, sit tibi quasi anima tua; quasi fratrem eum tracta, quoniam in sanguine animæ comparasti illum: Si læseris eum injustè, in fugam convertetur, & si extollens discesserit, quem quæras, & in qua via quæras illum, nescis.

Ex quo etiam ipsi Imperatores Consiliarios suos magnis affecerunt honoribus, non ipsos ministros, sed patres & amicos suos compellarunt, *l. Divi fratres. 17. ff. de jur. patron. l. 4. C. de contrah. stip. §. filiusfamiliâs. 4. I. quib. mod. toll. patr. pot.* Judicum præceptores & sacerdotes, *l. si ædibus. 32. ff. de damn. infect. l. 1. §. 1. ff. de just. & jur.* Patres juris, *l. 1. C. de excus. artif.* quibus janua Imperialis semper pateat, *l. 3. ff. de offic. div. judic.* Sicuti Regis Davidis Consiliarius Husai ipsius amicus dicitur, *2. Samuel. 16. v. 16.* Et filius Nathan Salomonis amicus vocatur, *2. Chron. 4.* Et Rex Joas Elisam patrem vocat, *2. Reg. 13. vers. 14.* Josephus Pharaonis Consiliarius pater patriæ salutatur, *Genes. 4. vers. 43. & cap. 45. vers. 8.* Nero Imperator Consiliarum Senecam amicum suum dixit, Tacit. *annal. lib. 14.* Hinc etiam Consiliarii & Jureconsulti vocantur Nobiles, *in l. 2. §. fin. ff. de excusat. tut.* Nobilissimi, *in l. diximus. 4. §. 1. in fin. ff. eod. l. providendum. 7. C. de postul.* Egregii & illustres, *l. 2. §. fin. ff. qui pet. tut. l. 2. § 9 C. de veter. jur. enucl. d. l. 2. §. fin ff. qui pet. tut.* & Consilarii dicuntur pars corporis Principis, *l. quisquis. 5. C. ad L. Jul. Majest.* Et cum Principe quasi unum corpus & ordinem constituunt, *l. jus Senatorum. 8. C. de dignitat.* & ab ejus persona & præsentia splendorem recipiunt, *l. unic. C. de præpos. labor.* Et hæc si in principum Consiliariis obtinent, cur non etiam in Rerumpubl. Consiliariis & Syndicis, cum harum moderatores non sint Principes, sed ex ordine civium ad magistratum electi, & sic potius honorandi, quam despiciendi, cum authoritas & dignitas Consiliariorum ipsius Principis & Reipubl. dignitas non immerito censeatur fieri enim non potest, ut magni fiat Princeps, vel Respublica, cujus Consiliarii contemnuntur, si enim digni sunt honore, contemni non debent, si non digni, tales cur retinet, Everh. à Weihe. *in aulic. polit. axiom. 115.*

44

45

CAPUT

CAPUT. V.

De reliquis Administratoribus & Officialibus Civitatum Imperialium.

SUMMARIA.

1. *Varia sunt Officiorum genera.*
2. *Magistratus quoq; Civitatum municipalium administratores & officiales constituere possunt.*
3. *Quomodo & quales constituendi?*
4. *Munus non personæ, sed persona muneri præficienda.*
5. *Inhabiles & culpabiles officiales ad officia publica promovens reus fit injuriæ civibus illatæ.*
6. *Certa officialibus constituenda sunt salaria.*
7. *Cautio ab ipsis exigenda.*
8. *Officiales supra fas & æquum ditescentes, ut spongiæ exprimendi sunt.*
9. *Officialis unde ditatus sit, officio judicis relinquitur.*
10. *Officiales prohibere ne bona immobilia emant, vel cum subditis contrahant, utile videtur.*
11. *Ex factis officialium obligantur Domini, eorumq; negligentiam præstare tenentur.*
12. *Scientia officialium nocet Domino & universitati.*
13. *Officiales ubi conveniendi?*

A Syndicis differunt Administratores bonorũ Civitatum & universitatum, & alii officiales, qui etiam curatores rerum civitatis
1 dicuntur, *l. fin. ff. de offic. assessor.* Et pro rerum & munerum civitatis varietate varii sunt, quidam enim publicis tabulis præsunt, quidam census & alias civitatis oblationes colligunt, quidam locorum & viarum communionem, renovationem, ædificationemque, & quæ extra urbem fiunt, fierive debent, curæ habent; quidam teloniis & molendinis, pharmacopolio, domui tributariæ & monetariæ præfecti sunt; quidam nocturnarum vigiliarum inspectoris, clavium portarum custodis, quæstionum judicis, morum magistri, præfecti annonæ, ædilis cerealis, aliarumq; rerum venalium ad vitam necessariarum cura funguntur, *l. fin. §. item ff. de muner. & honor.* De quibus passim *supra. libr. 2.* & in subsequentibus capitibus dicetur.

2 Constituuntur administratores & officiales à Magistratu civitatum Imperialium, cum etiam civitates municipales, etiam jurisdictionis expertes, respectu bonorum illius universitatis habeant potestatem constituendorum officialium, sive administratorum, superiore non requisito, qui nec super eorundem legalitate inquirere, vel eos absque sufficiente causa removere potest, *l. procuratores. l. quandocunque. C. de decurion.* Losæ. *de jur. univers. part. 1. cap. 3. n. 53. seq.* Ziegler §. *Civitas. concl. 1. num. 26.* M. Stephan. *de jurisd. lib 2. part. 2. cap. 2. n. 167.* Maul. *de homag. tit. 13. n. 10.* Quemadmodum enim jurisdictio à bonorum dominio & administratione diversa est, ita illa cessante hæc non statim cessare potest, & propterea universitas in re sua propria, quo minus officiales constituat, nihil impedit, *arg. l. in re mandata. C. mandat.* Th. Maul. *de homag. cap. 12. n. 24. seq.*

Constituuntur autem certâ plerumque juramenti formula, *Novel. 8. in fin.* quod dicitur juramentum assecurationis, Ampt- und Dienst-Pflicht/ Gail. *de pignorat. cap. 15. n. 3.* Thom. Michael *de jurisd. concl. 57.* Et constituendi sunt administratores & officiales pii, Deum timentes, & avaritiam aversantes, *Exod. 18. v. 21.* qui probatæ sunt vitæ, *l. ult. C. ad L. Iul. repet.* & puras manus & Regi & legi servant, nullumque lucrum neque majus, neque minus contingunt, neque captiosum quid faciunt, contra subjectos negociatione, sed contenti sunt solis à fisco illis ministratis, & purum undique jus servant, *Novel. 17. cap. 1.* Neque munus personæ, sed persona muneri præficienda, man soll die Aempter mit Personen versehen/ und nicht die Personen mit Aemptern/ post Guevar. Herm. Lather. *de cens. lib. 3. cap. 16. n. 82.* Maximè cum officia publicæ sint functiones, & Dei administrationes, ad servitium & ministerium Dominici gregis instituta, ut Deo & gregi sibi commisso per ea fideliter serviatur, Lather. *d. l. n. 85.* Damhoud. *prax. crim. cap. 133.* Ideoque idiotæ, pecuniæ vel gratiæ interventu publicis officiis non sunt præficiendi, quod ex imperitia causas subditorum sinistrè & malè sunt judicaturi. Multò magis quoque Placentini, sive potius palpatores libertate præpostera abutentes, & vitiosi omnes facessendi sunt; siquidem Princeps & magistratus inhabiles & culpabiles ad officia publica scienter promovens, coram Deo, justo judice, reus fit injuriæ subditis illatæ, ejusque se participem reddit, ut ait Melch. ab Ossa *in consil. de principat. admin. cap. 6 pag. 65.* Et quanta incommoda ex officiorum nundinatione proveniant, vide Lather. *d. cap. 16. per tot.* Confer *supra libr. 2. cap. 8. num. 31. & seq.* 3 4 5

Quo facilius igitur officiales à munerum & donorum receptione coërceri possent, certa ipsis salaria sunt constituenda, & justo tempore solvenda, Gail. *1. obs. 44.* Mynf. *3. obs. 7.* Lather. *d. cap.* 6

d. cap. 16. num. 185. Zorer. Rechtl. Bedenck. *pag. 1. quæst. 12. n. 881.*

7 Cautio quoque ab ipsis officialibus exigenda est, qua in officio contineantur, Bornit. *d. ærar. lib. 7. cap. 1. circa fin.* Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 130. n. 2.* Losæ. *de jur. univers. part. 3. cap. 19. num. 24. seq.*

8 Officiales citò supra fas & æquum ditescentes ex bonis publicis & subditorum divitias ejusmodi adquisivisse censentur, eosque ut spongias exprimendos esse, scribit Klock. *de ærar. libr. 2. cap. 131. num. 1.* ubi ait, interdum dominos connivere, ut mali officiales ex raptu vivant, per fas & nefas ditescant, quos ut spongias postquam affatim bibunt, exprimunt, & sic pœna talionis plectunt, Petr. Greg. Tholos. *de republ. lib. 4. cap. 6. n. 4. & 9.* Sicuti Julius Cæsar rapacissimos quosque ad officia elegit, & postquam rem fecissent, condemnavit, dicens, uti se ministris suis tanquam spongiis, quas siccas humectaret, & humectatas exprimeret, Klock. *d. n. 1.* Idemque Georgium Fridericum Marchionem Brandeburgensem fecisse, refert Frideric. Taubman. *in orat. funebr.*

9 Sed an officialis ex pecunia publica vel aliunde ditatus sit, arbitrio judicis committenda est cognitio, & circumstantiarum inspectio, Mascard. *de probat. concl. 1143.* Menoch. 1. *præs. 85. n. 21. & 3. præs. 52. in fin.* Farinac. *cons. 96. n. 6. seq.* Tusch. *lit. O. concl. 95.*

10 Ad coërcendos quoque officiales Reipublicæ expedire nonnulli arbitrantur, si in provinciis & ditionibus, in quibus administrant, bona immobilia per se & suppositas personas emere, & cum subditis contrahere prohibeantur, ac res comparatæ confirmato contractu, vindicentur, earumque æstimatio fisco inferatur, juxta *l. aufertur. 94. §. 2. ff. de jur. fisc. l. non licet. 46. l. qui officii 62. in princ. ff. de contrah. empt. l. quisquis. l. principalibus. C. eod. l. un. C. de contract. judic.* illis quoque, qui publicam pecuniam tractant, negociationem prohibendam esse Romani censuerunt, Klock. *d. cap. 131. n. 6.*

Tantò autem magis Magistratus & Domini officiales dignos, solertes & fideles muneribus præficere sibi curæ habebunt, quod ex ipsorum factis obligantur, eorumque negligentiam & delicta præstare tenentur, *arg. l. 1. ff. quod jussu. l. 1. §. 1. ff. de exerc. act. l. sed & 7. in fin. l. sed si. 11. §. 2. in fin. ff. de instit. act. l. humanum. 8. C. de leg.* Hier. Schurff. *cent. 3. cons. 98.* Et quod negligentia, scientia patientia officialium domino quoque noceat, per d. leg. tradunt, Balb. *de præscript. 2. part. princ. 5. quæst. 3. concl. 2. n. 8.* Cravet. *de antiquit. temp. part. 4. §. absolutis. n. 26.* Bart. *in l. si publicanus. §. fin. ff. de publican.* Tusch. *lit. S. conclus. 64. n. 15. 45. & 50. & concl. 601. n. 9. & 7.* Schurff, *d. cons. 98.* Knichen. *de jur. territ. c. 3. n. 150.* Vultej. *2. Marpurg. consil. 30. n. 183. & 248.* ubi etiam præsumptam officialium & locum tenentium scientiam ad præscriptionem firmandam sufficere scribit, post Bart. *in d. l. si publicanus X. fin. ff. de publican.* Castrens. *cons. 203. num. 2. vol. 1. & cons. 256. num. 1. vol. 2.* adeò, ut scientia administratorum & officialium universitatis noceat ipsi universitati, ut quadriennium lapsum à die scientiæ administratorum & officialium, per *l. municipes, 14. ff. ad municipal. l. municipibus. 97. ff. de condit. & demonst.* Balb. *de præscript. part. 4. princ. quæst. 29. in fin.* Tusch. *lit. S. concl. 64. n. 15. & 50.* Sfort. Oddus *de restit. in integr. part. 1. quæst. 20. n. 42.* Et quod officialium scientia, ad quos illius rei cura pertinet, pro Principis & Domini scientia habeatur & sufficiat, scribunt Bart. *in l. si publicanus. §. in vectigalibus. ff. de publican.* Peregrin. *de jur. fisc. l. 6. tit. 8. n. 27.* Tusch. *d. concl. 64. n. 45.* Knichen. *de jur. territ. cap. 3. n. 150. & 155. seq.*

Officiales & administratores quoque, si non sint cives vel subditi, nihilominus tamen coram judice loci, in quo officium administrant, conveniendi sunt, respondere tenentur, per *l. cives, C. de incol.* Bartol. *in l. municeps. §. fin. ff. ad municipal.* Menoch. *2. arbit. jud. cas. 86.* Alciat. *cons. 45. n. 9.*

CAPUT VI.

De contractibus Civitatum Imperialium earumque Administratorum.

SUMMARIA.

1. *Civitates Imperiales non solùm ipsæ, sed etiam per Syndicos & administratores contrahere possunt.*
2. *Quænam requirantur ad hoc, ut Syndicus contrahere possit.*
3. *Administratores quando pecuniam mutuò dare possint?*
4. *Ipsa civitas ex mutuo obligatur si liberam administrationem habeat.*
5. *Ubi opus non est probare pecuniam in publicam utilitatem versam esse.*
6. *Quod proceres, quibus Reipubl. administratio concessa, faciunt, idem est, ac si singuli cives fecissent.*
7. *Administratores quatenus contrahere possint.*
8. *Quando administratores liberam bonorum administrationem non habent, civitas ex eorum contractibus non obligatur, nisi probetur, pecuniam in rem civitatis versam esse.*
9. *Onus probandi creditori incumbit.*
10. *Ubi verisimiles quoque conjecturæ sufficiunt.*

11. *Si*

11. Si pecunia in rem civitatis non versa, soli contrahentes obligantur.

12. Quando in utilitatem & rem civitatis pecunia versa, bona civitatis communia obligantur, non verò singulorum civium.

13. Quod universitas debet, singuli non debent.

14. Quæ sunt universitatis non sunt singulorum.

15. Collecta civibus imponi potest, qua æs alienum solvatur.

16. Singuli cives eorumq; bona obligari non possunt.

17. Nisi ipsi consentiant.

18. Bonis civium obligatis, an & quatenus singuli in solidum conveniri possint.

19. Universitas & singuli differunt.

20. Obligationis verba attendenda sunt.

21. Ut cives obligari possint, magistratui concessa potestas inspicienda.

22. Nemo ex alieno contractu obligatur.

23. Universitatis nomine conventus & solvens, indemnis haberi debet.

24. Novus civis an ad veteris debiti solutionem teneatur.

25. Quid de eo, qui desinit esse civis.

26. Principum subditi an ad Dominorum æs alienum solvendum teneantur.

27. Dominorum potestas Dominium & res singulorum non afficit.

28. Princeps nemini rem suam auferre potest, nisi refuso pretio.

29. Ex publicis Dominorum reditibus æs alienum solvendum.

30. Respublica tempore necessitatis à civibus mutuam pecuniam exigere potest.

CIvitates Imperiales, &
1 aliæ universitates non solum ipsæ, sed etiam ipsarum nomine Syndici & Administratores contrahere, & ipsæ contrahendo alios sibi obligare, aliisque obligari possunt, per *l. civitas. 27. ff. de reb. credit.* Joh. Bruning. *de var. univers. spec. concl. 75.* Besold. *de jur. univers. cap. 6. per. tot.* D. Wolffg. Jacob. Sadtler. *de jur: univers. concl. 12.* modò gubernatio ipsis commissa sit Carpzov. *part. 2. constit. 6. defin. 18. n. 12.* Ita quidem, ut si magistratus & administratores civitatum, liberam habeant administrationem & gubernationem, & totam civitatem repræsentent, ipsi etiam soli contrahere possint, absque tribunorum consensu, secus vero si Reipubl Status sit democraticus & tribuni plebis in Reipubl. administratione concurrant, horum quoque consensus requiratur, per tradita *supra cap. 1. num. 3. & seq. & lib. 2. cap. 3. num. 124. & seq.* Et ita Syndicum quoque universitatis nomine contrahere posse tradit, Sadtler *d. concl. 12.* ubi ad hoc, ut hic in contractibus & obligationibus, quæ per ipsum universitatis nomine celebrantur, bona ipsius universitatis obligare
2 possit, requirit, ut sit administrator, qui jure administret, id est, ut habeat administrationem cum libera, *l. procurator cum libera. ff. de procurat.* Vel cum speciali mandato, secus verò in eo, qui simplicem tantum administrationem habet, Losæ. *de jur. universit. part. 3. cap. 8. n. 14. seq.* Et si plures sint administratores sive Syndici, etiam unus solus universitatis bona obligare possit, quia officium administrandi in dubio cuilibet in solidum concessum esse intelligitur, Losæ. *d. cap. 3. n. 17. seq.*

3 Unde quoque administratores civitatum & universitatum, pecuniam mutuo dare possunt, *l. si benè collocata. 33. ff. de usur.* ubi prospicere debent administratores, ne pecuniam publicam sine pignoribus vel hypothecis idoneis credant, *d. l. 33.* Si verò administrator non satis tuto pecuniam fœnori collocaverit, in sortem tantum condemnatur, si nulla fraus, vel culpa ipsius arguatur, *l. Lucius 21. §. Paulus. ff. ad municipal. l. princ. ff. de administ. tut. l. cum quidam. 17. §. pen. ff. de usur.* Bruning *de var. univ. spec. concl. 75.* Et ipsam quoque civitatem, sive universita- 4
tem, ex mutuo obligari, & pecuniam mutuo accipere posse, si cives legitimè sint convocati, vel magistratus, ut jam dictum est, liberam administrationem habeat, tradunt per *d. l. civitas 27. ff. si cert. petat.* Bruning. *d. l. concl. 76.* Losæ, *de jur. univers. part. 3. cap. 4. n. 2. seq.* Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 21. n. 5. & cap. 23. per tot.* Etiam sub usuris. Nec distinguendum hic est, an mutuum ex alienatione bonorum mobilium, minimè pretiosorum solvi possit, an verò etiam immobilium alienatio requiratur, Bruning. *d. concl. 76.* Et si civitas ipsa liberam administrationem habens, vel civibus legitimè convocatis, legitimè contraxerit, non opus est probare, pecuniam mutuo 5
acceptam in utilitatem publicam versam esse Fachinæ. *2 controv. cap. 75.* Besold. *de jur. univers. cap. 6. in princ.* Bruning. *d. concl. 76. lit. b.* Carpzov. *part. 2. constit. 6. defin. 18. n. 10 seq. & in asyl. debit. §. 46. n. 228. seq. & lib. 2. resp. 107 & seq.* Hartm. Pistor. *quæst. 37. n. 1 & 5. lib. 1.* Coler. *de process. exec. part. 2. cap. 3. n. 349. seq. & 360. seq.* Köppen. *quæst. 60. n. 23.* Nam quod proceres & tribuni plebis, quibus gubernatio & omnis rerum pu- 6
blicarum administratio commissa est, faciunt, id pro eo habetur, ac si singuli cives fecissent, *l. nulli. 3. ff. quod quisque univers. nom.* Bolognet. *in l. civitas 27. n. 15. ff. si cert. pet.* & pacta eorum, qui præsunt civitati, corporibus & collegis, prosunt & nocent ipsis collegiis. *l. item, magistri. 14. ff. de pact.* Cum cives intelligantur scivisse, & scire, fecisse & facere, quod sciunt & faciunt illi. quibus gubernatio concredita est, *l. municipes. 14. ff. ad municipal. l. sed & ex dolo. 15. §. 1. ff. de dol. mal. l. 2. ff. de jur. immum.*

Quod si vero non ipsa civitas vel universi- 7
tas, sed administratores contraxerint, vel mutuam pecuniam acceperint, distingui solet, an administratores civitatem repræsentent, an ve-

rò bona tantùm administrent, ita ut priori casu etiam civitas & cives obligentur, etiamsi de in rem verso non constet, Bruning. *de var. universſ. ſpec. concl. 77. lit. a. & b.* cum enim hi ipsam universitatem & civitatem repræsentent, quod ipsi fecerunt, ipsa civitas fecisse creditur, *arg. l. quod ſemel. ff. de decret. ab ordin. fac. l. ſi is qui bona. l. ſi rem. ff. de pignor.* Neque etiam consiliarii & administratores civitati præjudicare voluisse creduntur, per *c. niſi eſſent. X. de præbend.* Quod si interdum fallat, sibi hoc imputet civitas, *l. 1. §. unde quærit. ff. de exercit. act.* Coler. *d. cap. 3. num. 354.*

8 Quod si verò administratores liberam bonorum administrationem non habeant, sed simplices tantum sint administratores, civitas ex ipsorum contractibus non obligatur, nisi probetur, pecuniam in rem, & utilitatem civitatis versam esse, *d. l. civitas. 27. ff. ſi cert. pet.* Bruning. *d. concluſ. 77. lit. c.* Hartman. Pistor. *lib. 1. quæſt. 37. num. 23.* Coler. *d. cap. 3. num. 349. ſeq.* Carpzov. *d. part. 2. conſtit. 6. defin. 19. per tot. & in d. aſyl. debit. §. 46. n. 231. ſeq.* Quando enim pecunia in utilitatem civitatis est conversa, tùm ipsa naturalis æquitas suadet, ut ipsa civitas ad restitutionem teneatur, & res ejusdem hoc nomine obligetur, *l. ſi is, qui bona 11. ff. de pignor.* cum jure naturæ æquum sit, neminem cum alterius in-

9 juria locupletari, *l. jure naturæ 207. ff. de R. I.* Et hoc casu ipsi creditori, qui adversus civitatem experitur, onus probandi incumbit, quod sua pecunia in utilitatem publicam civitatis sive universitatis, cujus sigillum habet, conversa fuerit, *l. 1. C. de ſolut. & liberat. auth. hoc jus. C. de SS. Eccleſ. l. ſi prædium. C. de præd. minor.* Hart. Pistor. *d. quæſt. 37. n. 30.* Losæ. *de jur. univerſ. part. 3. cap. 4. n. 17.* Carpzov. *d. conſtit. 6. defin. 19. n. 8. & in aſyl. d. §. 46. n. 234.* Nec creditorem ab hoc probandi onere relevat, si in instrumento habeatur, pecuniam in rem civitatis versam esse, *auth. hoc jus porrectum. C. de SS. Eccleſ.* Koppen. *quæſt. 60. n. 7.* Mascard. *de probat. concl. 1161. n. 19.* Coler. *d. cap. 3. n. 352.* Hart. Pistor. *d. quæſt. 37. n. 31.* Carpz.

10 *d. l.* Bruning. *d. l. concl. 79. in fin.* Non tamen requiritur ocularis & necessaria probatio, sed verisimiles etiam conjecturæ rem utiliter collocatam fuisse, sufficiunt, Menoch. *3. præſ. 55. n. 4.* Mascard. *d. concl. 1161. n. 1.* Quia & illud manifestè apparere dicitur, quod ex probabilibus conjecturis colligitur, *l. 1. & ibi* Jason. *C. de teſtam. l. licet Imperator 74. ff. de legat. 1.* Et in hac re arbitrio judicis multum tribuendum esse, monet Alciat *in d. l. civitas. ff. ſi cert. pet.* Hart. Pistor. *d. quæſt. 37. n. 38.* In venditione tamen annuorum redituum & aliorum bonorum à civitate facta, probatio in rem versionis ab emptore non exigitur, Carpzov. *d. conſtit. 6. defin. 20.*

11 Quod si pecunia in utilitatem civitatis versa non sit, non ipsa civitas & cives, sed soli ipsi contrahentes obligantur, *d. l. civitas 27. ff. ſi cert. petat.* Bruning. *de var. univ. ſpec. concl. 79.* Carpz. *part. 2. conſtit. 6. defin. 21. per tot.* ne scilicet is, qui fidem administratorum secutus, pecuniam mutuò dedit, manifestam rei suæ jacturam habeat, contra æquitatem, *l. ſi me & Titium. 32 ff ſi cert. pet.* Et hac de causa creditorem actionem ex mutuo adversus civitatem & administratores eventualiter uno libello alternativè instituere posse, tradit Dec. *in d. l. civitas. ff. ſi cert. pet.* Carpzov. *d. conſt. 6. defin. 22.* Nec hoc casu ipsi administratores, à creditoribus conventi, privilegio de in rem verso gaudent, Carpzov. *d. l. definit. 23.*

Quamvis autem ex mutuo per magistratus & tribunos plebis contracto, vel pecunia in utilitatem civitatis conversa, bona civitatis communia obligentur, non tamen propterea ipsi cives singulariter obligati sunt, nec hoc casu executio in bona singulorum civium, sed tantum in bona civitatis admittitur, Koppen. *d. quæſt. 60. n. 16.* Coler. *de proceſſ. execut. part. 2. cap. 3. n. 371.* Hart. Pistor. *de quæſt. 37. n. 6.* Carpzov. *d. l. defin. 24.* Nam quod universitas debet, singuli non debent, *l. ſicuti. 7. & ibi* Bart. *ff. quod cujusque univerſit.* Decius *in l. civitas. n. 6. ff. de reb. cred.* sicuti & ea, quæ sunt universitatis, non sunt singulorum, *§. univerſitatis. I. de rer. diviſ. l. ſed ſi hac lege 10. §. qui manumittitur. 3. ff. de in jus voc. l. ſicut municipii. 7. § ſi quid univerſitati. 1. ff. quod univerſ. nom.* Et bona singulorum impropriè dicuntur bona communitatis, ne circa unam eandemque rem, plures insolidum constituantur Domini, contra *§. ſingulorum. I. de rer. diviſ. juncta. l. ſicut. certo. 5. §. 15. ff. commod.* Coler. *d. cap. 3. n. 371.* Unde etiam magistratum, si bona communia non sufficiant, collectam indicere posse civibus, qua æs alienum solvatur, arbitratur Hartm. Pistor. *d. quæſt. 37. n. 6.* Gail. *de pac. publ. lib. 2. c. 9. n. 15.* quod verum esse in Civitatibus Imperialibus, scribit Carpzov. *d. defin. 24. n. 7.*

Quamvis etiam singuli cives horumque bona à magistratibus obligari non possint, ita ut donec solutio fiat, arrestentur vel repressaliis detineantur, vel in ipsorum bona particularia executio fiat, Castrens. *conſ. 20 per tot. part. 1.* Gœden. *conſ. 5. n. 39.* Gail. *de arreſt. cap. 9. n. 8.* Carpzov. *d. conſt. 6. defin. 25. n. 2* Bruning. *de var. univ. ſpec. concl. 78.* Besold. *de jur. univerſ. cap. 6. n. 3.* Berlich. *part 1. concl. 52. per tot.* Trentacinqu. *lib. 1. tit. quod cujusque univerſ. reſol. 2.* Quia obligare singulares personas, non respicit utilitatem publicam, nec Princeps, nec Respublica in bonis privatorum quicquam juris habet, & contractus non obligant nisi consentientes & quod nostrum est, sine facto nostro auferri non debet, Gail. *d. n. 8.* Bruning. *d. concl. 78.* Adeo, ut talis obligatio non valeat, etiamsi major pars civium consenserit, ita ut illi, qui non consenserunt, nec arrestari vel personaliter detineri queant, sed illi tantum, qui præsentes fuerunt, Besold. *d. cap. 6. n. 4.* quia in his, quæ competunt pluribus, ut singulis, major pars minori non præjudicat, *l. quod omnes. 29. de R. I. in 6.* Quod si tamen cives contrahentes semet ipsos singulatim obligaverint, idque expresse ab iis, vel eorum nomine, ac consensu à Tribunis plebis dictum fuerit, quilibet eorum obligatus est, & in privata eorundem bona executio fieri potest, per *l. 1. in princ. ff. de magiſtr. conv. l. fin. verſ. in provinciis verò C. de vend. reb. civit.* Gœden. *conſ. 5. n. 14.* Koppen. *d. quæſt. 60. num. 20.* Pistor. *de quæſt. 37. n. 7.* Coler. *d. cap. 3. num. 372.*

Sed bonis civium singulorum obligatis, num unus quisque in solidum conveniri vel arrestari

restari possit, dubitatur? Et licet hoc asserat Bart. *in l. si se non obtulit. 4. §. 1. ff. de re judic.* per *l. aliena. 20. §. 1. ff. de pignor. act.* Contrarium tamen, & civibus pro mutuo sigillatim obligatis, in dubio unumquemque non in solidum videri obligatum, sed pro virili tantum, docent per *l. reos. 11. in fin. ff. de duob. reis.* Hartm. Pist. *d. quæst. 37. n. 18.* Coler. *d. cap. 3. n. 38.* Köppen. *d. quæst. 60. n. 27.* Carpzov. *d. constit. 6. defin. 26.* Cum magistratus contrahendo saltem bona universitatis obliget, non etiam singulorum, quæ non sunt in Dominio & potestate universitatis & magistratus, *l. 7. §. 1. ff. quod cujusque univers. caus.* adeóq; hæc non magis obligari, vel oppignorari possunt, quàm bona aliena, *l. 41. ff. de pignor. act. l. 22. ff. de pignor. & hypoth.* in tantùm ut licet omnes cives in unum convocati obligationi isti consenserint, aut ipsimet contraxerint, siquidem civitatis saltem causa, semet verò singulariter non obligaverint, ipsa communitas saltem teneatur,
19 non singuli, Pistor *d. quæst. 37. n. 6.* Universitas enim & singuli perpetuò à se invicem separantur & discernuntur, *l. 20. §. 4. ff. de in jus voc.* Si verò convocati consenserint, & se expreßè obligaverint, tum utique tanquam ex obligatione communi consensu inita, quilibet civium ita teneretur, ut in bona illorum privata executio fieri posset, *supra n. 17.* Unde quoque Peckius *de jur. sistend. cap. 4. n. 17.* scribit, moribus ita ser-
20 vari, ut manus injectio contra cives habeat locum, quando res & bona singulorum nominatim creditoribus obligata & supposita fuerunt. Ex quo Bruning. *de var. univers. spec. concl. 78.* inspicienda esse putat verba obligationis, ita ut si dicatur; obligamus universam civitatem, sive universos & singulos cives de civitate, divisa censeatur obligatio, Bart. *in l. 4. §. actor. ff. de re jud.* Si verò dicatur; obligamus omnes & singulos cives in solidum, quilibet pro tota summa teneatur, Bart *d. l. n. 10.* Coler. *d. cap. 3 n. 367.*

21 Alii credunt hæc tum obtinere, si tota civitatis administratio certis quibusdam personis esset commissa, & simul in eas omnis contrahendi & obligandi potestas, sicut in multis Germaniæ civitatibus fieri assolet, ita collata, ut quicquid agerent, contraherentvè, singulos arctaret, de qua tamen Reipublicæ constitutione non solum ante omnia constare, sed etiam necessitas, aut evidentissima utilitas publica, ob quam natura, ratio, aut lex cives ad conferentas pecunias adstringeret, appararere debet, *l. 27. ff. de reb. cred.* Mævius *de arrest. cap. 8. n. 218.* atque tunc quilibet civium tàm pro rata & portione sua, quàm pro universo debito detineri potest, Jason *in l. 4. §. 2. ff. de jurisdict. & ibi* Rippa & alii. Peck. *d. l.* Et David Mævius *de arrest. d. cap. 8. n. 211. & seq.* accuratè discernendum esse censet, quæ sit publica potestatis eorum, qui Reipubl. præsunt, constitutio, ut indè dependeat effectus & obligatio illorum, quæ geruntur, ita ut ubi sola istis committiturReip. administratio, & si omne penes illos sit jurisdictionis exercitiū, si tamen expreßè non reperitur indultum, ut quicquid de capite & fortunis singulorum civium pro usu Reipubl. statuerint, ratum sit, non valeat ea obligatio quoad singulos, qui eidem non assenserunt, *l. toties. 6. ff. de pollicitat. l. venditor. 13. §. 1. ff. commun. præd.* Bald. *in l. 1. n. 2. C. ne fil. pro patr.* Paul. de Castrens. *cons. 20. per tot. part. 1.* Goden. *cons. 5. n. 39.* Gail. *de arrest. cap. 9. n. 8.* Bruning. *de var. univers. concl. 77.* ubi testatur hanc sententiam à Camera Imperiali in causa Benner contra Hatzfeld reformatâ Senatus Fr. sententiâ comprabatam esse. Non enim justum vel 22
æquum est, ut qui non consensit, nec tacito consensu alteri eam potestatem concessit, ex alieno contractu obligetur, *l. consensu. & ibi* gloß. & Dd. *ff. de act. & oblig.* siquidem illis, quibus Reipubl. cura incumbit, in singularium personarum bona jus competit, cum obligare personas & bona civium non spectet propriè ad utilitatem & administrationem publicam. Aliter verò se res habet, quando ex lege, statuto, vel consuedine ea potestas data est magistratui, vel certis selectis ex civium numero, ut totam civitatem repræsentent, & quicquid peregerint publico nomine, id obliget singulos cives, eorumque facultates atque si ipsi adfuissent & consensissent. Atque hoc non infrequens est in plurimis Germaniæ civitatibus, ut Senatui & certo numero civium, veluti centumviris, quinquagintaviris & similibus tam lata competat potestas, ubi omnis cessat iniquitas, si obstringuntur singuli cives à paucis, quia pro utilitate publica id jus iis concessum est, ab his, qui ipso jure ad conservandam Rempubl. extremè obligati sunt. Sicuti igitur quis tenetur ex eo, quod à procuratore, vel mandatario gestum fuit, ita & illi satisfacere tenetur, quod suo nomine promisit, cui ita jus fuit.

Quod autem universitatis nomine con- 23
ventus, vel arrestatus solvit & præstitit, ex communi ærario refundi, & indemnis solvens haberi debet, Bart. *in l. 4. §. actor. n. 6. ff. de re judic.* Ant. Faber. *de oblig. & act. defin. 4. n. 5.* Peck. *d. cap. 4. n. 17.* ærario autem exhausto, communia civitatis prædia vendenda erunt, *l. fin. C. de vend. reb. civit.* Vel si jam distracta sint, & nihil proprii amplius civitas possideat, civibus collecta pro satisfactione æris alieni imponenda; quod enim solvi omnium interrest, ab omnibus contribuatur opportet *l. 1. & 2. princ. §. 2. ff. de Leg. Rhod. de jact. l. 12. C. de oper. publ. supra n. 15.*

Sed hic quæritur de novo cive, qui post 24
contractum debitum jura civilitatis nactus fuit, an hic conveniri, vel arrestari possit? ad quam Castrensis *consil. 455. lib. 1.* ita respondet: Quod juris est de ipsa communitate, idem esse debet de hominibus, qui postea dictæ communitati adjiciuntur; Communitas est quædam universitas juris, quæ recipit augmentum & diminutionem, & ideò pacta cum ea facta extenduntur ad illos, qui de ipsa postea efficiuntur, cum semper eadem esse dicatur, videaturque ea conditione recepti, ut pari jure utantur, Peck. *d. cap. 4. n. 17.* atque sic si collecta pro ære alieno præteriti temporis imponenda veniat, cives de novo accedentes conferre teneantur, per *l. 76. ff. d. judic.* Guid. Pap. *decis. 279.*

Quamvis etiam Petr. Peck. *d. cap. 4. n. 17.* 25
censeat, eum, qui desinit esse civis, & alio domicilium transtulis, nihilomnius teneri ex illa obligati-

nem illo tempore, quo ille erat civis, & quod tunc contractum fuit, Bart. *ad l. incola. ff. ad municipal.* Speculat. *tit. de cens. §. nunc dicendum. vers. sed quid erit.* Contraria tamen opinio verior esse censetur, postquam tamen civis juri civitatis legitimè renunciavit, definit quoad ipsum causa, ob quam obligatio ejus bona tangit, & non gaudet amplius civitatis imunitatibus & comodis, ut ita iniquum videatur oneribus illum relinquere subjectum, fingitur decessisse, & nunquam civis fuisse, & ipse obligationis tenor strictè observandus, illum non amplius continet. Nec pro contraria sententia facit *l. incola. 34. ff. ad municipal.* siquidem loquitur de muneribus, quæ imponuntur civi pro usu Reipubl. quæ discessu, vel mutatione domicilii evitare non licet; sed obligationis, quæ civi, ut civi in eum casum imposita est, quando civitas debita non solvit, longè alia ratio est.

26 De subditis Principum ac aliorum territorii Dominorum idem videtur statuendum, & accuratè discernendum, an Obligationi Principum ac Dominorum consenserint subditi, an verò solius Principis vel Domini sit obligatio; Priori casu tanquam plures rei debendi ex mora principali conveniri, sisti & arrestari poterunt, Gail. *de arrest. cap. 9. n. 16.* altero verò non itidem, Etiamsi Princeps pactum de sistendis vel arrestandis subditis, in casu pecuniæ non solutæ, instrumento inseruet, cum tale pactum obligantis potestatem excedat, *l. 4. C. de execut. & exact. l. 12. C. de omni agr. desert.* & tam legibus, quam naturali æquitati adversetur, pro alienis debitis alios molestari, *l. unic. C. ut null. ex vic. tot. tit. C. ne filius pro patr. & tot. tit. C. ne uxor. pro marit.* & contra rationem fit, quod unus sit debitor, alius verò exigatur, ut inquit Imperator *in Novel. 52. §. 1. l. 23. C. de decurion.* Quamvis enim quam maximè arcta sit obligatio inter Domi-

27 num & subditos non tamen ea se eo extendit, ut Dominium seu res singulorum afficiat, *l. 13. §. 1. ff. commun. præd. urb. & rust.* sed hoc respectu alia est persona Domini, alia subditorum, gestumque cum Domino, non ligat subditum, nisi spontaneus ipsius consensus intervenerit, *l. 2. ff. de obl. & act.* Coler. *de process. execut. part. 2. cap. 3. n. 329.* Quamvis enim cuncta Princeps Imperio possideat quoad protectionem & jurisdictionem pro salute populi, quæ suprema lex est, singulorum tamen sunt Dominia jure naturali, *l. ex hoc jure. ff. de justit. & jur.* quo Princeps minimè solutus est, & nemini, etiamsi summus monarcha sit, auferre potest, quod suum, nisi summa Reipubl. utilitas id exigat, quo casu, tamen ad æquivalentis pretii solutionem tenetur, Vas- 28
qui *illustr. controvers. lib. 1. cap. 5. num. 9.* Sixtin. *de regal. lib. 2. cap. 13. n. 78.* Gail. *2. obs. 56. n. 8.* Si igitur intra justitiæ fines suprema etiam Principis potestas conclusa esse debet, Zas. *in l. 2. ff. de orig. jur.* Fichard. *cons. 70. n. 12. tom. 1.* non licebit isti tam iniquam conditionem suis inferre, ut molestias patiantur ex suis debitis, quod à ju- 29
stitia alienissimum. Habent præterea Principes publicos suos reditus, bona fiscalia & ordinaria tributa, ex quibus publicæ sustineantur functiones, hisce utantur debito modo, nec ultra horum vires inutiles sumptus impendant, & subditos extraordinariis censitationibus, collectationibus, vel ejusmodi pactis, in præjudicium eorum initis, contra jus & libertatem quæsitam premant & molestent, Mævius *de arrest. c. 8. n. 194. & seqq.*

Quamvis etiam regulariter nemo contrahere, vel mutuum dare compelli possit, Princeps tamen vel Respublica tempore necessitatis, & Reipubl. salute exigente, à subditis & civibus opulentioribus, etiam absque usuris, mutuam pecuniam exigere potest, Besold. *de ærar. cap. 6. n. 2.* Bocer. *de collect. lib. 1. cap. 7. vers. quin etiam.* Bornit. *de ærar. lib. 7. cap. 1.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 2. cap. 2. n. 122.* Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 8. tit. 5. n. 18.* Hering. *de fidejuss. cap. 8. tit. 5. n. 101.* Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 23. per tot.* Quod si quoque civitas, sive universitas ex contractu læsa fuerit, & læsio probetur, in integrum restitui potest, *supra lib. 2. cap. 32. n. 2.* 30

CAPUT VII.

De Delictis universitatum.

SUMMARIA.

1. *Universitas est nomen juris non personarum carens animo & intellectu.*
2. *In delictis dolus & consensus requiritur.*
3. *Doli actio adversus universitatē nō datur.*
4. *Universitas non incurrit infamiam.*
5. *Innocentes non puniendi.*
6. *Valet argumentum à contractu ad delictum & viceversa.*
7. *Universitas potest excommunicari & banniri.*
8. *Ubi non est delictū, ibi nec pœna esse debet.*
9. *Universitas metum inferre potest.*
10. *Universitatis nomen duplici modo consideratur.*
11. *Universitas nihil aliud est quàm homines de universitate.*
12. *Universitas dolum & metum comittere potest.)*
13. *Qui de alieno delicto damnatur non fit infamis.*
14. *Innocentes quandoq; per Consequentiam puniuntur.*
15. *Ut tota civitas vel universitas deliquisse dicatur, quænam requirantur?*
16. *In delictis magistratus populum non repræsentat.*
17. *In generali potestate potestas delinquendi non includitur.*
18. *Ad delinquendum non sunt constituti magistratus.*
19. *Non procedit regula, si delictum consistat in omittendo.*
20. *Si delictum commissum tractum habeat temporis successivum.*

21. To-

21. *Tolerantia ratificatio quædam actus dicitur.*
22. *Si universitas delictum ratum habeat.*
23. *Quod præsumitur si universitas delinquentes non puniat.*

Quemadmodum Civitates
Imperiales & aliæ universitates
contrahere, & ex contractibus
obligari, ita etiam delinquere, &
ex delictis obligari & puniri possunt.
Quamvis enim sint, qui civitates & universitates,
verè & propriè delinquere posse negent,
1 propterea, quod 1. universitas sit nomen juris, &
non personarum, & corpus quoddam intellectuale
carens animo & intellectu, *c. Romana.* §. *in
universitate. de sent. excommun. in 6.* Jason. *in l. 1.
§. municipes. n. 1. & 2. ff. de adquir. poss.* & sic delinquere
non possit, per *l. 1. ff. si quadrup. pauper.*
2 *l. infans. ff. ad L. Cornel. de sicar*, quia in delictis
verus dolus, voluntas & consensus requiritur,
l. 1. ff. de furt. Gail. *de pac. publ. lib. 1. cap. 7.*
3 2. Quia universitas dolum non committit cum
doli actio adversus universitatem non detur, *l.
sed ex dolo.* §. 1. *ff. de dol. mal.* & sic delinquere nequit,
cum delictum absq; dolo non committatur.
4 3. Quia communis Interpretum est traditio,
universitatem non posse incurrere infamiam,
Nicol. Losæ. *de jur. univers. part. 4. cap. 1. n. 49.
& seq.* & sic nec delictum committere potest saltem
illud, ex quo infamia irrogatur.
5 4. Quia si universitas puniretur ob delictum,
multi etiam innocentes, veluti infantes,
& tempore commissi delicti nondum nati punirentur,
quod contra omnem rationem esset, secundum
Innocent. *in c. gravem. de sent. excomun.*

Contrarium tamen, & non minus universitatem
quam singulares personas delinquere, &
ob delictum puniri posse, communis Doctorum
est conclusio, quia 1. quemadmodum universitas
contrahere & ex contractu obligari potest,
ut capite præcedenti dictum est, ita etiam delinquere,
& ex delicto obligari potest, cum bo-
6 num & validum sit argumentum à contractu ad
delictum, & vice versa, *l. omnem. & ibi* gloss. *ff.
de judic. auth. qua in provincia. C. ubi de crim. ag. c.
fin. X. de for. compet.* Everhard. *in loc. à contract.
ad delict. n. 1 & 2.*
7 2. Quia universitas potest ex communicationis
& banni pœna mulctari, *auth. item quacunque
communitas. C. de Episc. & cler. cap. 1. §. si
quis verò ausu temerario. de pac. tenend. & juram.
fir. in usib. feud. c. Romana. §. in universitate. de
Sent. excomun. in 6.* & sic delinquere potest.
8 Quod etiam 3. probatur ex eo, quod civitas
puniri & aratro subjici possit, prout *supra lib.
1. cap. 19. n. 5.* dictum est: pœna autem delictum
præsupponit, & ubi non est delictum, ibi nec
pœna esse debet, *l. sancimus. & tot. tit. C. de pœn.*
9 Sic quoque 4. universitas metum inferre
potest, *l. metum.* §. *animadvertendum. & ibi* gloss.
ff. quod met. caus. metus autem illatio de necessitate
delictum secum trahit, *tot. tit. ff. & C. quod
met. caus.* Et denique hanc sententiam probant
gloss. *in l. sicut verb. non debetur. ff. quod cujusque
univers. nom. & in l. aliud.* §. *refertur. ff. de R. I.* Bart.
in l. civitas. in princ ff. si cert. pet. Bald. *in auth. item
nulla communitas. C. de Episc. & cler.* Clar. *pract.
crim. quæst. 16. n. 7.* Covarruv. *2. var. resol. cap. 8.
num. 9.* Losæ. *de jur. univers. part. 4. cap. 1. per tot.*
Magon. *Lucens. decis. 72.* Molina *tom. 3. disput.
35.* Gœdæ. *ad l. inter publica. 17. n. 20. ff. de V. S.*

Quibus non officiunt rationes in contrarium
adductæ, nam ad 1. respondetur, universitatem 10
duobus modis considerati, uno in abstracto, quo
casu non est persona, nec animatum corpus, sed
est corpus quoddam intellectuale & juris nomē,
repræsentationem quandam habens, & hoc modo
sumpta universitas non potest delinquere. Alio
modo universitas in concreto sumitur, & tunc est
nomen personarum, & sumitur pro singularibus
personis in ipsa universitate contētis, prout post
Bald. distinguit Losæ. *de jur. univers. part. 1. c. 1.
n. 10.* & hoc modo accepta legitimè convocata
& congregata tanquam personæ vicem sustinēs,
delinquere potest, Innocent. *in c. gravem. X. de
sentent. excommun.* Quamvis igitur universitas sit
nomen juris, animo & intellectu carens; legitimè
tamen congregata unum corpus & personæ
vicem repræsentat, idque fictione quadam &
repræsentatione per rectores & administratores
ipsius universitatis, *l. mortuo ff. de fidejuss.* Gometz.
var. resol. lib. 3. c. 1. n. 52. Mynf. *4. obs. 78. n. 7.* Et sic
impropriè universitas delinquit, propriè verò
singuli de universitate deliquisse censentur, secundum
l. 1. in fin. & l. seq. ff. de aquir. poss. Abbas
in c. dilectus. X. de Simon. Cum universitas nihil
aliud sit, quam homines de universitate; & sic 11
quicquid homines civitatis deliberato consilio
faciunt, universitas fecisse censetur, cum factum
ab ipso Senatu & Rectoribus civitatis, vel majore
parte legitimè convocatis, a tota civitate factum
intelligitur, per tradita *supra cap. 1. n. 8. & seq.*

Ad 2. responsio patet ex præcedentibus decidendi
rationibus, quibus demonstratur, uni- 12
versitatem dolum committere & delinquere
posse, per *d. l. metum.* §. *animadvertendum ff. quod
met. caus. & d. cap. 1.* §. *si quis vero. de pac. tenend.*
Gail. *de pac. publ. lib. 2. cap. 9. num. 2.* Imò &
metum & dolum committere universitatem, &
alio modo delinquere posse, licet non cum eadem
facilitate, qua singulares & particulares
personæ, tradit gloss. *in l. sed & ex dolo.* §. *1. verb.
facere possunt. ff. de dol. & in d.* §. *animadvertendum.
verb. collegium in fin. ff. quod met.* Losæ. *de
jur univers. part. 4. cap. 1. n. 8.*

Quod 3. universitas infamis non fiat, inde
non sequitur, quod nec delictum infamiæ pœna
dignum committere possit, cum ideo universitas
non notetur infamia, quod alieno nomine condemnatus
de delicto, ex quo infamia irrogatur,
non efficitur infamis, nec is, cujus nomine condemnatur,
l. furti accipe. 6. §. *2. ff. de his, qui not.
infam.* & sic universitas condemnata etiam ex 13
delicto, ex quo infamia contrahitur, non efficitur
infamis, cum per se non possit litigare, & in judicio
stare, sed per procuratorem tantum seu Syndicum,
de quo *supra cap. 4. n. 2.* Quia etiam infamiæ
pœna personam desiderat, universitas autē
propriè loquendo, non est persona, nec animatum
corpus, & sic in eam infamia cadere nequit.

Ad 4. respondetur, universitatem ita puniendam esse, ut hæc pœna ad innocentes principaliter non pertineat, cum & ipse Deus parcere voluerit Sodomitis propter paucos innocentes, propter consequentiam tamen hoc fieri potest, prout filius in Crimine læsæ Majestatis ob delictum patris per bonorum publicationem punitur. Et quod contra universitatem delinquentem severitati sit detrahendum, neque pœna statim exequenda, ne multorum fiat strages, asserit Hippolyt. *in l. qui cadem. ff. ad L. Cornel. de sicar.* juxta illud vulgatum:

14

Ob populum multum, crimen pertransit inultum.

Atque inde etiam, ne innocentes, pupilli, minores, fœminæ prægnantes & infantes nasci turi, puniantur, banni pœna in pecuniariam converti, & delictorum auctores puniri solent, per tradita Gail. *de pac. publ. lib. 2. cap. 9. n. 17. & seqq.* Besold. *de jur. univers. cap. 7.*

15 Ut autem tota civitas vel universitas deliquisse dicatur, & ex delicto puniatur, requiritur omninò & pro necessitate, quod totus populus, omnesque cives, cum capite & membris, per sonitum campanæ, tubæ, vel alium consuetum motum fuerint convocati, propositio ad delinquendum fuerit facta & habito consilio ex proposito, & quid committendum, unanimi consensu conclusum fuerit, ita ut si hæc solemnis congregatio & collegialis deliberatio non præcesserit, non dicatur esse delictum totius civitatis sive universitatis, sed potius singulares istæ personæ delictum commisisse dicendæ & puniendæ sint, etiamsi tota civium multitudo vexillo explicato, vel campana pulsata ad delinquendum iverit, gloss. *in l. aliud. §. refertur ff. de R. J.* Bart. *in l. aut facta. §. ult. n. 9. ff. de pœn.* Clar. *pract. crim. quæst. 16. n. ult.* Farinac. *in prax. crim. lib. 3. tit. 4. quæst. 24. num. 129.* Boër. *de seditios. cap. ult. num. 8.* Cacher. *decis. 39. n. 3. & decis. 138. per tot.* Bruning. *de var. univers. spec. conclus. 95.* Losæ. *de jur. universit. part. 4. cap. 1. n. 18.* Gail. *de pac. publ. lib. 2. cap. 9. num. 4.* Mager. *de advocat. cap. 16. num. 779. seq.* Ita ut licet Consules, Triumviri & Senatus, non convocatis solemniter omnibus civibus, neque communicato consilio, vel accepto ad hoc speciali mandato deliquerint, ex eo tamen delicto civitas vel universitas non teneatur, vel puniatur, sed ipsi tantum Consules, Triumviri & Senatus, Bartol. *in d. l. aut facta. §. fin. n. 11. ff de pœn.* Socin. *jun. consil. 115. num. 25. lib. 2.* Castrens. *cons. 423. num. 7. lib. 1.* Mager. *d. cap. 16. n. 782. seq.* Bruning. *d. concl. 96.* ubi ita ab augustissimo Imperii tribunali, Consules & Senatores Civitatis N. nulla Civium mentione facta, proscriptos esse refert, his verbis. Darum/und an der Käys. Majest. stat verkünde Wir dieselb Burgermeister und Rath zu S. in solcher Kayserl. Majest. und deß Reichs-Acht/ Barth. *in sentent. Camer. part. 2. sub anno 1540. 5. April.* Nec contrariatur, quod Consules, Senatores & præsidentes civitati vel universitati totam civitatem vel universitatem repræsentent, *supra c. 1. n. 5.* siquidem hoc in iis tantum procedit, quæ Senatui, prioribus & Consulibus à Civitate generaliter vel specialiter permissa & concessa sunt, non verò in iis, quæ ipsis nō sunt mandata vel generaliter vel specialiter non concessa, 16
in his enim Consules & Senatores totam universitatem non repræsentant, prout hoc nominatim tradunt Corne. *cons. 224. num. 10. lib. 4.* Cravet. *cons. 195. n. 8. lib. 1.* Sylvan. *cons. 71. n. 9. lib. 2.* Roman. *cons. 501. n. 9.* Si enim universitatis consilium ordinarium, seu ordo decurionum delictum aliquod faciat, id non debet attribui toti universitati, sed decurionibus tantùm, qui deliquerunt, Losæ. *de jur. univers. part. 4. cap. 1. num. 14.* Rosenthal. *de feud. cap. 10. conclus. 4. num. 6.* Quia in generali potestate Consiliariis per universitatem & populum data, potestas delinquendi non includitur, nec mandantem 17
ad pœnam obligat, nisi id expresse in ipsa concessione dicatur, vel postea ratificetur, per *l. sed & ex dolo. §. 1. & 2. ff. de dolo. mal. l. 3. §. si procuratori. & ibi* Jason. *ff. quod cujusq. univers. nom. l. si procurator. & ibi* Jason. *ff. de cond. indeb. l. meminerint. 6. & ibi* Bald. *C. unde vi.* Bald. *cons. 271. num. 5. & 6.* Schrader. *de feud. 2. part. 9. section. 9. num. 52.* Neque enim ad delinquendum 18
constituti sunt Consules & magistratus, Farinac. *prax. crimin. libr. 3. tit. 4. quæstion. 24.* Bart. *tract. de seditios. §. 7. num. 3.* Mascard. *de probat. concl. 1421. n. 1.* Mynsf. *4. obs. 79.* Bruning. *de var. univers. spec. concl. 96.*

Tum demum igitur universitas delinquere dicitur, quando homines istius universitatis delinquunt, ut universi, & tanquam corpus, præcedente consilio & deliberatione, secus si ut singuli delinquunt, nullo habito tractatu prævio, nec communicato consilio, nam hoc casu universitas ex delicto non tenetur, neque punitur, sed puniuntur tantùm illæ personæ singulares & particulares, quæ deliquerunt, tanquam incitatores personarum & seditiosi, *tot. tit. C. de seditios.* Et si solus populus, vel plebs delinquat, sine assensu magistratus & regentium, hique ad sedandam & compescendam rebellionem proviribus omnem diligentiam adhibeant, excusantur Regentes, & populus solum seditiosus punitur, imò præcipua potius rebellionis capita, Bruning. *de var. univers. spec. concl. 96. in princ.*

Verum conclusio hæc, quod scilicet requiratur communis & simultanea deliberatio & 19
convocatio totius populi ad hoc, ut civitas deliquisse dicatur & puniatur, limitatur, ut non procedat, 1. si delictum consistat in omittendo, ita ut ex delicto in omittendo consistente civitas ad pœnam obligetur, licet non præcesserit communis & solennis convocatio & deliberatio, per *l. jubemus. & ibi* Bart. *C. de SS. Eccles.* Jason. *in l. civitas. 27. n. 4. §. si cert. pet.* Salycet. *in l. 1. C. de sedit.* Boër. *de seditios. cap. ult. num. 8. & 9.* Schrader. *de feud. 2. part. 9. sect. 9. n. 53. §. hæc conclusio.* Mascard. *de probat. conclus. 1420. num. 20. seq.* Gail. *de pac. publ. lib. 2. cap. 9. num. 6.* Losæ. *de jur. univers. part. 4. cap. 1. num. 26.* Mager. *de advoc. cap. 16. n. 792.*

2. Si delictum commissum tractum habeat temporis successivū, veluti continua turbatio bonorum invasio, &c. tunc enim etiam non 20
con-

convocato consilio, neque convocatis solemniter omnibus civibus, universitas tenetur, Salycet. *in d. l. 1. n. 3. C. d. seditios.* Jason. *in d. l. civitas. 27. n. 4. ff. de reb. cred.* Menoch. *rocuper. poss. remed. 9. n. 127.* Gigas *de crimin. læs. Majest. rubr. de rebell. quæst. 12. n. 4.* Gail. *d. c. 9. n. 31.* Mynsing. *4. observ. 89.* Besold. *de jur. univers. c. 7. n. 2.* Bruning. *d. conclus. 96.* Mager. *de advoc. c. 16 n. 794.* Et Civitatem ex delicto civium tractum successivum temporis habente, indistinctè ad pœnam obligari, communis est Dd. conclusio, Felin. *in c. dilectus. n. 8. X. de Simon.* Alb. Brun. *cons. 28. n. 11.* Sicuti etiam, licet Dominus ex facto familiaris non teneatur, hoc locum non habet, quando delictum à familliari commissum non est momentaneum, sed tractum habet temporis successivum, Jason. *cons. 139. libr. 4.* Schrad. *d. sect. 9.*
21 *num. 58. vers. tertio civitas.* Tolerantia enim in actu successivo, ratificatio quædam act⁹ dicitur, & mandato comparatur, *l. fin. C. ad Sct. Macedon. l. qui patitur. ff. mandat.* Modit. *ad §. plebiscitum. dubit. 195.*
22 Idem est 3. si universitas vel civitas delictum, sine communicato consilio commissum, ratum habuerit, Rol. à Valle *cons. 66. n. 32. seq. vol. 2.* Innocent. *in c. gravem. n. 1 X. de sentent. excom.* Modit. *d. §. plebiscitum. dub. 2. num. 9.* Bruning. *d. conclus. 96.* Mynsing. *4. observ. 79. n. 5.* Menoch. *rrcuper. poss. remed. 9. n. 126.* Mager. *d. cap. 16. num. 795. seq.* Cujusmodi ratificatio inde colligitur, si universitas delinquentes non puniat, sed in civitate patiatur, Coler. *de process. execut. part. 1. cap. 2. n. 271.* Mager. *d. cap. 16. n. 801.* Mynf. *d. observ. 79. num. 5.* dummodo admissi facinoris scientiam, & sine periculo seditiosos compescendi potestatem habuerit, Bruning. *d. conclus. 96.* universitas autem excusatur non capiens facinorosos, si hi sint potentiores, Modit. *d. l. dub. 39.* Limitat quoque hanc conclusionem Mager. *d. c. 16. n. 791.* in Civitatibus Germaniæ, in quibus magnus esse solet Senatus, totius populi nomine in arduis congregari solitus, si is solemniter convocatus, deliberato & communicato consilio delinquat, veluti si Consules & Senatores, quibus plerumque gubernandæ Reipubl. cura demandari solet, qui & totam civitatem repræsentant, & de quavis re statuendi, sine aliorum civium convocatione, facultatem habent, animis deliberatis & communicatis consiliis, delictum aliquod comittant. Verùm hæc limitatio ideò non admittenda videtur, quod ut paulo *ante n. 18.* dictum, Consulibus & Senatobus â populo non videatur concessa potestas delinquendi, & cives in pœnam conjiciendi, sed potius toti civitati optimè consulendi, omneq; damnum & periculum ab ipsa removendi.

Caput VIII.

De Officio Magistratus quoad bonorum Civitatis Administrationem.

SUMMARIA.

1. *Civitates Imperiales liberam rerum, ditionum & bonorum Civitatis administrationem habent.*
2. *Exemplo Civitatum municipalium.*
3. *A jure territoriali ad proprietatem rerum singularum non rectè infertur.*
4. *Magistratus politici administrationem habent etiam bonorum Ecclesiasticorum.*
5. *Quo nomine certi cōstituuntur provisores.*
6. *Bona semel Deo dicata ad prophanos usus converti nequeant.*
7. *Idq; sub fulmine anathematis & excommunicationis.*
8. *Nec usu deficiente in formam patrimonialium redigi possunt.*
9. *Sed in alium usum pium convertenda.*
10. *Veluti ad alendos pauperes, Ecclesiæ ministros sustentandos, &c.*
11. *Exemplo Hassiæ Landgravii.*
12. *Vel pro Equestri Ordine contra Turcam instituendo.*
13. *Abusus taxatur.*
14. *Bona Ecclesiastica pennas habent aquilarum.*
15. *Pœna Nebucadnezaris & Belsazaris bona sacra prophanantium.*
16. *Nec non Caroli Martelli, Dagoberti, & aliorum, n. 17. 19.*
18. *Proverbium: Aurum habet Tholosanum; unde natum.*
20. *Juliani Apostatæ exitus tragicus.*
21. *Publica bona quænam dicantur.*
22. *Communia bona distinguuntur â publicis, & quænam illa sint, & n. 23.*
23. **Allmanden** *quid sint?*
24. *Omnia Imperatoris quatenus sint?*
25. *Princeps universitati rem suam auferre nequit.*

Quemadmodum reliqui Imperii Status & Ordines liberi & imediati, ita etiam civitates Imperiales liberam rerum, ditionum & bonorū suorum habēt administrationem, nec
1 alterius in faciendo aliquo actu consensum requirere tenentur, per tradita Nattæ *cons. 408. n. 2. in fin.* Guil. Rodoan. *tract. de reb. Eccles. non alien. rubr. de casib. in quib. fit alien. rer. Eccles. n. 19.* Mager. *de advocat. cap. 6. n. 189.* Hippol. à **Treißpach** *de jur. sess. & stat. Ord. Equestr. n. 435.* ita, ut etiam universitati & civitati municipali plena proprietas & dominium inviolabile rerum, bonorum & locorum illius 2
communitatis, & sic quoque libera eorundem administratio & potestas competat, *§. singulorum.*

rum. I. de rer. divis. l. 1. l. in tantum. 6. §. 1. ff. de rer. divis. l. sed Celsus. 6. princ. ff. de contrah. empt. l. sed quod in littore. 14. ff. de aquir. rer. dom. l. 1. ff. de loc. publ. fru. l. 2. §. 2. 3. & 4. ff. ne quid in loc. publ. l. 2. & ibi Dd. *com. C. de divers. præd. l. civitatibus. 122. ff. de legat. 1. l. 1. C. de vend. reb. civ. l. servitutes. 14. ff. de servit. l. pacta conventa. 72. §. ult. ff. de contrah. empt. l. 1. §. 2. ff. quod cujusq; univers.* Bart. *in l. 1. §. per hanc. ff. de rei vindic.* Gœden. *consf. de jur. civit. 30. n. 8. & consf. 2. n. 8.* Ita ut de istis rebus liberè, & ut quilibet privatus de suis propriis rebus disponere possit, per *l. in re mandata. 21. C. mandat.* Maul. *de homag. tit. 13. n. 9.* Et Dominus superior in proprietate ista civitatem impediendi jus non habeat, Wesembec. *consf. 12. num. 17.* Arn. Engelbrecht. *de jurisdict. imper. concl. 160. lit. c.* Paurmeist. *de jurisd. lib. 2. cap. ult. num. 72.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 2. cap. 2. num. 148.* Quia Dominus civitatis non statim est Dominus bonorum, redituum & proventuum civitatis, sed universale illud dominium ad jus territoriale, superioritatis, protectionis & defensionis spectat, Gœden. *de jur. civitat. consf. 2. num. 5. & consf. 1. num. 4. & 5.*

3 Et sic à jure territorii ad proprietatem rerum singularum non rectè inferri potest, Schurff. *2. consf. 83. num. 2.* Thoming. *consf. 10. num. 55.* Gail. *2. obs. 62. n. 9.* Mynsing. *consil. 16. num. 34.* Quod si in civitatibus municipalibus, earumque bonis obtinet, multò magis locum habet in civitatibus Imperialibus, utpotè, quæ nec ipsæ, nec ipsarum bona, proventus & reditus ad patrimonium Imperatoris pertinent, sicuti civitates provinciales ad suos Dominos per tradita *supra lib. 2. cap. 3. n. 77. & seq.* Nec horum nomine Imperatori rationem administrationis suæ reddere tenentur, *infra cap. 10. n. 12.*

Bona Civitatum Imperialium, aliarumque universitatum, quæ ipsarum administrationi commissa, sunt vel Ecclesiastica, vel secularia. Ecclesiastica bona quod attinet, horum quo-
4 que administrationem ad curam magistratus politici, vigore pacificationis religiosæ, pertinere, tradunt Carpzov. *jurisprud. consistor. lib. 2. tit. 19. defin. 299.* Besold. *de jurisdict. quæst. 18. vers. tandem ad hanc.* Georg. Brautlacht *epitom. jur. publ. lib. 5. cap. 7. n. 6.* Klock. *de contribut. cap. 10. sect. 1. num. 100. seq.* ubi administrationem & procurationem bonorum Ecclesiasticorum merè prophanam & plebiam esse asserit, & ideo à civili & politico duntaxat magistratus hujusmodi piæ tutelæ rationem dispungendas & executiendas esse addit, nec Episcopum, nec quem alium sub obtentu Episcopalis jurisdictionis, aut visitationis eam sibi vindicare posse, Marsil. Patavin. *in defens. pac. part. 1. cap. 15. & part. 2. c. 17. & 21.* Choppin. *de polit. sacr. libr. 2. cap. 2.* Unde secundum præscriptum Synodi Chalcedonensis *cap. 26.* ab Episcopis ad Oeconomos ea cura olim translata, qui de consilio magistratuum ea bona administrabant, Hospinian. *de orig. templ. lib. 1. cap. 5.* Et licet in Occidentali Ecclesia Pontificum potestate oppressa, Episcopi hanc curam ad se tantùm transferre conati sint, in Orientali tamen ea mansit procuratio & visitatio apud magistratum, ut magnum œconomum & chartophylacem, Gregor. *libr. 5.* Klock. *d. l. num. 103.*

Unde etiam pro defendendis Ecclesiæ bonis & reditibus colligendis à magistratibus loci constituuntur curatores, sive rerum Ecclesiasticarum & miserabilium personarum provisores, Allmusen und Kasten-Pfleger / qui ne reditus in propriam utilitatem convertant, dominus sive magistratus loci diligenter providere jebetur, Reformat. guter Policey zu Augspurg / *de anno 1548.* §. Und dieweil mit der Kirchen. 3. Policey-Ordn. zu Franckfurt *de anno 1577. tit. eod. 32. §. fin.* Carpzov. *jurispr. Consistor. lib. 2. tit. 20. defin. 313.* 5

Quamvis autem bonorum Ecclesiasticorum cura ad magistratus politicos spectet, non tamen eorum sunt Domini, sed saltem dispensatores, & sic bona hæc semel Deo dicata ad se rapere, & ad proprios & prophanos usus convertere non possunt, *c. semel Deo. 51. de R. I. in 6.* Schurff. *consf. 48. num. 11. cent. 1.* Matth. Wesembec. *consf. 37.* Cothman. *consil. 100. per tot.* Syring. *de pac. relig. conclus. 38. lit. b.* Reinking. *de regimin. Eccles. lib. 3. class. 1. cap. 3. num. 13. seq.* Cran. *de pac. relig. part. 1. problem. 5. per tot.* Mager. *de advocat. cap. 1. num. 208. seqq.* Petr. Frider. Mindan. *de continent. caus. lib. 3. cap. 18. num. 51.* Rumelin. *ad A. B. part. 3. dissert. 3. coroll. 3. & ibi* Dn. Nicol. Myler. *in addit.* Carpzov. *de leg. Reg. Germ. cap. 4. sect. 4.* Nam si Imperatorum penè omnium constitutiones, leges & decreta, Pontificum item rescripta inspiciamus, luce meridiana clarius patescit, res Deo & ad pios usus semel destinatas sub fulmine anathematis, excommunicationis, banni & sacrilegii, restitutionisque tripli eorum, quæ ablata sunt, à laicorum jurisdictione, potestate & possessione simpliciter esse exemptas, uti patet ex *c. conquestus. 16. X. de for. comp. c. bene quidem. 1. 96. c. in canonibus. 57. caus. 16. quæst. 1. c. sacrilegium 4. c. omnes 5. caus. 17. quæst. 4.* Indeque semel dicatum Ecclesiæ esse sanctum sanctorum, & sine incursu sacrilegi capi non posse, dicit Coler. *de. proc. exec. part. 2. cap. 3. num. 181.* Quæ etiam jure divino, lege naturæ, & communi gentium jure munita, per *Matth. 23. vers. 17.* Atque ita bona Ecclesiastica sacris usibus destinata, deficiente usu, in quem data, in formam patrimonialium minimè redigi possunt, *l. inter. 39. §. sacram. 5. ff. de V. O. l. quod nullius. 52. ff. de R. I. l. qui universitas. 30. §. 1. ff. de aquir. poss.* Etiamsi ad superstitiosum cultum destinata fuerint, sed potius in rem meliorem, & usum magis pium converti debent, *Novell. 37. l. legatum. 16. ff. de usufr. leg. l. legatum. 4. ff. de adminixstr. rer. ad civit.* Wesembec. *consf. 37. num. 8.* Quod tum maximè fieri intelligitur, quando vel ad egenos alendos, pauperumq; filias dotandas, vel ad captivos redimendos, vel ad Ecclesiæ ministros orthodoxos sustentandos, vel ad Ecclesias extruendas, vel scholas, quæ Ecclesiæ & Reipubl. sunt seminaria, erigendas, vel studiosos pauperes juvandos, &c. erogantur & impenduntur, Norderman. *de jur. principat. conclus. 90. lit. b.* Syring. *de pac. relig. conclus. 38. lit. b.* Casp. Klock. *de arar. lib. 2. cap. 83. num.*

Margin numbers in right column: 6 (Quamvis), 7 (potestate), 8 (ca sacris usibus), 9 (tum. 4. ff.), 10 (dos., vel ad Ecclesiæ)

83. num. 8. & seq. ubi id exemplo Mauritii Electoris Saxoniæ demonstrat, & etiamnum in Ducatu Würtembergico observari videmus, ubi in monasteriis nonnullis, & in stipendio Tubingensi quamplurimi studiosi pauperes ex reditibus Ecclesiasticis aluntur, & ut ipsi postea Ecclesiæ inserviant, honestè educantur. Id quod fortissimus Germaniæ Heros, Philippus Hassiæ Landgravius, laudabili suo exemplo præstitit, qui fugatis otiosis, & libidini deditis monachis, eorum ditissima monasteria in viduarum, orphanorum variis modis afflictorum, mente captorum & furiosorum, utriusque sextus rece-
11 ptacula commutavit, in quibus non solum aluntur & curantur, sed ad omnem etiam pietatem instituuntur. Reliqua vero in Scholas, & Ecclesiæ purioris ministros contulit, Norderman. *d. conclus. 90.* Sic quoque Darius non solum cibum Baalitis abstulit, cum abusum & dolum eorum animadverteret, sed etiam altaria & delubra destruxit, & perfidos neci dedit, *Daniel. 14.*

12 Nec improbari potest votum Nicol. Betsii, *tractat. de pact. famil. illustr. cap. 10. fol. 722.* optantis, ut amplissimi hujusmodi reditus Ecclesiastici in Equestribus Ordinibus constituendis impenderentur, quibus non solum potentiorum secundo geniti sese alere, & sublimes Imperii dignitates in sua integritate conservari possent, sed etiam quod perpetuas pro lege & grege excubias agerent, firmum haberetur præsidium, melius sine dubio publicis privatisque rationibus in Imperio Romano consuleretur. Quod etiam non displicet Besold. *de success. lib. 1. dissert. 5. num. 20.* Syring. *de conclus. 38. lit. b. in fin.*

Sed surdo hîc narratur fabula, quot enim prophanata & in usus prophanos conversa videmus Cœnobia, Monasteria, aliaque bona Ec-
13 clesiastica? Unde etiam Protestantibus non sine opprobrio objicitur: Wo seynd ihre Eltern Stiffte und Klöster? Ist es nicht alles prophaniret/ abgethan/ niedergerissen und verwüstet? seynd nicht auß Bißthumben Weltliche Fürstenthumb/ auß den Kirchen Zeughäuser/ Roßställe/ Dantzhäuser/ Pulverkästen/ Badhäuser/ ꝛc. auß den Klöstern gemacht worden/ Franc. Burchard. *auton. part. 3. cap. 16.* Quod etiam non diffitetur Henric. Petrej. consiliar. Brunsuic. *tract. de monaster. pag. 74.* adseverans, exempla eorum non deesse, qui res Deo dicatas attrectare, atque diripere, cœnobia invadere, eorumque census in usus prophanos convertere, & muneris atque officii sui immemores, epulis & crumenis tantum intentos, literarum & pauperum penitus obligatos, Christi panem confidenter devorare ausos fuisse, maléque concoxisse, ac re ipsa, sed sero nimis expertos fuisse, fundatorum devotas execrationes: Wer diese Güter nimmt/ dem selben soll Lung und Leber im Leib verfahren: Item, Wer das thut/ den straffe deine (justè Deus ultor) Hand mit Armuth/ Kranckheit/ Schmach und Schand/ referente Syring. *d. concl. 38. lit. b.*

14 Atque hinc etiam bona Ecclesiastica in prophanum & proprium usum convertentibus, idem accidere solet, quod olim Aquilæ obvenit, cui videnti Jovi sacrificium ex carne agnina in ara fieri, advolanti bonamque partem auferenti, carbo igneus alis adhæserat, quo postmodum & nidos & pullos, quibus prædam advexerat, combusti sunt, Petr. Frid. Mindan. *de contin. caus. lib. 3. cap. 18. n. 51.* Confer Ant. Fabr. *de relig. regen. lib. 2. cap. 7. n. 20. seq.* ubi exemplis id declarat, veluti in Nebucadnezare, ejusque ne- 15
pote Belsazare, utroque Assyriorum Rege; quorum ille supellectilem omnem sacrarii ex urbe sancta ablatam in regnum suum congesserat, *2. Paralip. cap. ult.* hic ejusdem fani vasa aurea & argentea, oblivione jam obsoleta, ad explendam suam & suorum libidinem, insigni cum contumelia divini Numinis, jusserat exponi & nocturnis commessationibus adhiberi, *Daniel. 5. v. 23. & 30.* Ad quam injuriam ulciscendam tandē Deus pœnam pri⁹ ab avo repetiit, *Dan. 3.* deinde nepotem ultimum Assyriorum Regem in conspectu familiæ suæ trucidatum unà cum Republ. omnibus fortunis evertit *Daniel 5. v. 23. & 30.*

De Carolo Martello & Dagoberto Franciæ Principibus historiæ referunt, quod uterque ob direpta & malè collocata Ecclesiæ bona pœnas luerit maximas, & hic quidem ad thronum divinæ Majestatis raptus, & à patronis Ecclesiarum accusatus S. Dionysii precibus tandem pœnitendi tempus impetraverit; ille verò (visione per Angelum significata) præceps ad inferos fuerit actus, Trithem. *lib. 1. annal. Franc.* cujus ex inferiore parte tumuli, corpore vacui, Draco immanis egressus fuerit, fœdato sordibus sepulchro, ex historia S. Eucharii Episcopi Aurel. & S. Rigoberti Episcopi Remensis, Petr. Gregor. Tholos. *de republ. lib. 13. cap. 17. n. 15.* Præterea alios à Dæmonibus fuisse obsessus, partim in aërem abreptos nunquam postea comparuisse, partim etiam sibi ipsis mortem furibundos conscivisse annales testificantur, Turon. *lib. 8. histor. Franc. cap. 30. & lib. 7. cap. 35.* Tholosan. *d. cap. 17. n. 16. & 17.* 16

Sic cum Achan Charmi filius Martis manubias cultui divino destinatas callidè occultasset, atque suppressisset, sacrilegum cum universa familia Deus è medio tolli, & memoriam deleri voluit; Ananias verò ob eleemosynam pauperibus datam, deinde partim aversam, ante Apostolorum oculos unà cum uxore Saphira divinitus perculsus occubuit, *Josu. cap. 17. v. 1. 19. seq. Actor. 5. in princ.* 17

Ejusmodi exemplum nobis exhibent Q. Scipio ejusque Comites, qui cum oppidum Tholosanum diripuissent, multumque auri ex ejus templis eripuissent, quisquis ex ea direptione aurum attigit, miserrimo cruciabilique exitu periit, ita ut ea res postea in proverbium abierit, *Aurem habet Tholosanum*, dictum in eos, qui exitiosis & fatalibus afficiuntur malis, & velut nova, insperata ac miraculosa calamitate prægravantur. Docet idem historia Phocensium, qui propter Delphicum templum spoliatum, partim de rupe sëipsos dederunt præcipites, partim suspensi, partim fulmine icti, partim denique igne absumpti sunt, ut ex Victor. Strigel. *lib. 2. paralip. cap. 24.* refert Ern. Cothm. *cons. 100. n. 40. Vol. 2.* 18

Tri-

20 Tristius id docet horrendi illius & cunctis mortalibus invisi monstri Juliani apostatæ exitus tragicus. Is enim postquam edicta sua contra Dei templa impiè publicasset, & pecunias sacras ac donaria animo & facto sacrilego rapuisset, Ecclesiarum annonam sacerdotibus ademptam Dæmoniorum ministris perfidè adscripsisset, & tandem adversarium se immani sed inani conatu in salvatorem nostrum intenderet, telo mortifero ictus, scelerata manu sanguinis sui nefarii partem compressit, & vocem blasphemam & diabolicam in redemptoris nostri contemptum; Vicisti tandem ô Galilæe; furibundus mente emittens, ex hac terra, cujus inutile pondus fuerat, in orcum detrusus & delapsus est, Cothman. *d. l. n. 42.* Et tales prophanatores rerum sacrarum inde sua non auxisse, sed destruxisse bona, experientia testatur, & Poëta ille:

Fabula prisca refert, aquilæ si penna propinquet
Penna (quid est mirum) junctas absumere pennas,
Sic & chorda lupi, chordas prædatur ovillas,
Non aliter bona sacra, bonis si quando prophanis
Misceantur, contra fas & jus omnia perdunt,
Extremumq; malum raptoribus insuper addunt.

Secularia bona ad civitates & universitates spectantia, dicuntur publica & communia, res enim quæ unius urbis vel universitatis respectu
21 publicæ sunt, res universitatis dici solen, propterea, quod non ad homines omnes, neque universum populum regionis, sed aliquam tantum urbem vel pagum pertinent, Besold. *de jur. ter. cap. 3. n. 1.* & præcipuè dicuntur publica, & jure gentium totius Reipublicæ esse intelliguntur, quasi quæ sint totius populi, *l. inter publica. 12. ff. de V.S. l. sed Celsus, in pr. ff. de contr. empt. l. 1.*
22 *ff. de popul. act.* Quamvis enim publicæ res interdum etiam accipiantur pro communibus, & inter sese confundantur, *l. quod in littore. 14. in pr. ff. de adquir. rer. dom. l. fluminum. 24. ff. de damn. infect. l 2. §. 5. l. Aristo. 18. ff. de rer. divis. §. 1. 2. & 6. I. de rer. divis.* Communia tamen distinguuntur à publicis, *l. quædam. 2. l. nemo. 4. in fin ff. rer. divis. §. & quidem. 1. I. de rer. divis. n. 12.* Et communia dicuntur, quæ proprietate quidem nullius sunt in bonis, usu tamen & conditione adquirendi ad omnes gentes pertinent, *l. quod in littore. 14. l. ergo. 30. in fin. ff. de aquir. rer. dom. l. littora. 51. de contrah. empt. §. communia. §. feræ. l. de rer. divis.* Publica sunt, quæ ad certum aliquem populum, puta Romanum, publicis ipsius usibus destinata, spectant, *l. bona civitatis. 15. & seq. ff. de V.S. l. 2. § ad ea igitur. 5. ff. ne quid in loc. publ.* Harp. precht. *in princ. n. 172. I. de rer. divis.*

Cum autem nulla societas absq; rerum communione fingi ferè possit, ideò necesse est, esse aliquas res universitatis & qui in urbe, vel pago aliquo habitant, bona quadam communibus usibus destinata habeant, & talia sunt theatra, stadia, plateæ ædificia & alia spacia publica, nimirum forum, pomerium, pascua, *§. universitatis. 6. I. de rer. divis. & ibi* Harpprecht. Tholos. *de republ. lib. 1. cap. 1. n. 13.* porticus, balnea, & si quæ alia insuper communia civitatum existunt. Qualis quoque olim Romæ fuit Campus Martius, *l. 6. in pr. ff. de contrah. empt.* basilicæ publicæ, *l. 83. §. 5. ff. de V. O.* Et hujusmodi res jure Dominii ad civitates aliasque universitates spectant, Besold. *de jur. rer. cap. 3. n. 2.* unde etiam prædia 23
civitatum, oppidorum & pagorum, vulgo dicuntur Allmanden/Allmandgüter/quasi allen Mannen gehörig / gemeine Waiden / Höltzer / Wälde / rc. Dn. Speidel *in notabil. jurid. verb.* Allmand. *in pr.* Besold. *d. n. 2.* Non obstante quod omnia Imperatoris esse, & hodie neque urbes habere res proprias, neque populum Romanum, 24
quia Imperator omnia populi jura sibi arrogavit, ut quæcunque olim populi fuerint Romani, jam sint Imperatoris, ut scribit Bulenger. *de vectigal. cap. 3.* Nam hoc non simpliciter, & de proprietate, sed dominio jurisdictionis intelligendum est, juxta Senec. *de benefic. lib. 7. cap. 4. & seq.* Unde etiam dicitur, loca, quæ sunt intra fines castri seu villæ, præsumi esse civitatis, sive communitatis, cujus sunt fines, præsertim nemora, pascua, cæteraque bona inculta, Covarruv. *pract. quæst. 37. n. 1.* Et licet domini temporales videantur fundatam habere intentionem de jure, quod ad eos pertineant res sitæ intra limites suæ terræ seu castri, Mascard. *de probat. concl. 217. in princ.* id tamen intelligitur quoad jurisdictionem, non autem respectu dominii rerum particularium, quod Domini habere non censentur, Mascard. *d. l. n. 10. seq.* Et quod Dominium nemorum & pascuorum, non sit Principis, qui habet jurisdictionem & Imperium in aliquo loco, sed ad universitates pertineat, nec id subditis adimere, vel ad culturam redigere liceat, dictum est, *supra lib. 2. cap. 7. n. 73. & seq.* Unde malè agere Dominos & magistratus, etiam omnimoda jurisdictione gaudentes, qui ejusmodi prædia communia, seu publica, ullo modo sibi & Cameræ suæ appropriare & vindicare contendunt, si ea unquam ad ipsam universitatem pervenisse appareat, scribit post Menoch. *3. præs. 100. num. 8.* Quemadmodum enim 25
Princeps, privato rem suam auferre nequit, ita multo minus populo sive universitati, Besold. *de jur. rer. cap. 3. n. 2. & part. 2. consil. 25. n. 1. & 2.* Imprimis autem magistratus publica magis bona, qnam privata sibi curæ habebit, per dicta *supra lib. 1. cap. 14. num. 11. & cap. 15. num. 54. & seq.*

CAPUT. IX.

De Alienatione bonorum publicorum Civitatis.

SUMMARIA.

1. *Quilibet rerum suarum arbiter est.*
2. *Universitas circa alienationem rerum suarum legem facere potest.*
3. *Bona Ecclesiastica alienari possunt, & quibus casibus.*
4. *Ecclesia non habet aurum ut servet, sed ut eroget.*

5. *Ad*

5. *Ad alienationem rerum Ecclesiasticarum certæ requiruntur solemnitates, & n. 6. 7. 8. 9. & 10.*
11. *Quænam ad rerum secularium, quæ universitatis sunt, alienationem requirantur? & n. 12. 13. 14. 15. 16.*
17. *Utile censetur, ut in alienatione rerum publicarum jus reluitionis reservetur, vel alienatio ad tempus fiat.*
18. *Non facilè alienanda sunt, quæ conservandæ Reipubl. sunt destinata & necessaria, veluti pascua, nemora, molæ, &c.*
19. *Solennitates servandæ quoq; sunt in alienatione annuorum, redituum & rerum mobilium, quæ servando servari possunt.*
20. *Solennitatibus his renunciari nequit.*
21. *Bona universitatum publica etiam permutari & locari possunt, & quatenus?*
22. *Quatenus universitatis bona inter singulos dividi possint?*
23. *Possunt remunerationis causa donari. Immunitatem à collectis concedere potest universitas.*
24. *Possunt quoq; universitates fide jubere.*
25. *Magistratus Lubeccensis pro aliis fidejubere nequit.*

CUm Dominium & proprietas bonorum publicorum ad ipsas civitates & universitates pertineat, eadem quoque à civitatibus, earumque administratoribus alienare pote-
1 runt, cum quilibet rerum suarum libet sit moderator & arbiter, *l. in re mandata. C. mandat.* idque
2 probat *tot. tit. C. de vendend. reb. civit.* & universitas circa administrationem & alienationem rerum suarum potest legem facere, quam vult, *l. prohibere. §. planè ff. quod vi aut clam. l. 2. §. viam publicam. & ibi* gloss. *ff. ne quid in loc. publ.* idque tam quoad res immobiles, quam mobiles, Losæ. *de jur. univers. part. 3. cap. 5. n. 1.* Et tam quoad res Ecclesiasticas, quam seculares & prophanas, sed certis requisitis intervenientibus.

3 Et quidem res & bona Ecclesiastica quod attinet, licet hæc usu & commercio hominum sint exempta, & alienari prohibeantur, *l. jubemus. 14. & auth. seq. C. de SS. Eccles.* Sunt tamen certi casus, quibus alienari possunt, veluti. 1. necessitas æris alieni, quod ex fructibus solvi nequit, *c. hoc jus porrectum. caus. 2. quæst. 2. cap. 1. X. de reb. Eccles. non alien.* 2. utilitas Ecclesiæ, *c. ut super X. de reb. Eccles. c. sine exceptione caus. 12. quæst. 2.* Carpzov. *jurisprud. consistor. lib. 2. tit. 19. defin. 301. n. 6.* veluti si Ecclesiæ pro re alienata melior detur, *c. tua. de his, quæ fiunt à prælat.* 3. Incommoditas Ecclesiæ, *c. non liceat Papæ. d. caus. 12. quæst. 2.* Veluti si in eam magni sumptus faciendi sine fructu, vel quia res Ecclesiæ longius posita sit, & pro alia commodiore permutetur, vel ad id vendatur, Cothman *1. cons. 28. n. 15. & cons. 30. num. 4. seq.* Carpzov. *jurisprud. consistor. lib. 2. tit. 19. defin. 301. n. 7.* 4. Pietas, sive misericordia, Carpzov. *d. defin. 301. n. 11.* cujus intuitu alienari possunt res Ecclesiæ pro redemptione captivorum, sepultura fidelium, & alimentatione pauperum, *c. aurum. X. de Eccles. ædif. l. jubemus.*
4 *14. C. de SS. Eccles.* Quia Ecclesia non habet aurū ut servet, sed ut eroget, & subveniat in necessitatibus, *d. c. aurum. & seq.* Ambros. *lib. 2. offic. cap. 28.* Indeque Cleinodiæ & aliæ res Ecclesiasticæ pretiosæ pro thesauro Christiani populi reputantur, quæ casu necessitatis, & subita belli calamitate ingruente, ad repellendum hostem alienari possunt, R. A. zu Speyr. *de anno 1542. §.* Aber der Kirchen Kleinoder. R. A zu Speyr. *de anno* 5
1544. §. Aber der Kirchen. Et non valet rerum Ecclesiasticarum alienatio, nisi maximis solemnitatib⁹ intervenientib⁹, *d l. jubemus. 14. & auth. hoc. jus porrectum. C. de SS. Eccles. Novel 7. cap. 1. Novel. 120. c. 6. & 7. c. casellas. & c. hoc. jus porrectum. caus. 2. quæst. 2. tot. tit. X. de reb. Eccles. non alien.*

Et modus alienandi bona Ecclesiastica varius est pro qualitate bonorum. Et quidem eorum, quæ servando servari nequeunt, alienatio nullam solemnitatem requirit, Bruning. *de var. univers. spec. concl. 84. lit. a.* Quæ verò servando servari possunt, sed Ecclesiæ parum utiles, vel etiam exiguæ sunt, solus Episcopus distrahere potest, *c. terrules. caus. 12. quæst. 2.* Quæ autem magni sunt præjudicii, sine consensu cleri, aliisque solemnitatibus ab Episcopo distrahi nequeunt, *c. placuit. caus. 12. quæst. 2.* veluti sunt. 1. cau- 6
sæ cognitio, quæ præcedere debet Innocent. *in c. un. in fin. X. de Eccles. benef.* Carpzov. *jurisprud. consistor. lib. 2. tit. 19. defin. 302. per tot.* 2. Deinde 7
justa & sufficiens causa, Carpzov. *d. tit. 19. defin. 301.* 3. Consensus capituli, sive consistorii, e- 8
jusque decretum, *c. sine exceptione. caus. 12. quæst. 2.* Carpzov. *d. l. defin. 300.* 4. Consentientium sub- 9
scriptio, *d. c. sine exceptione c. tua nobis. 8. X. de his quæ fiunt à major. part. c. Apostolica. X. de his quæ fiunt. à præl.* Cothman. *1. cons. 28. n 68. & 131. seq.*
5. Authoritas superioris, *d. c. placuit, caus. 12. qu.* 10
2. c. fin. X. de reb. Eccles. non alien. Et pontificis consensus & confirmatio, gloss. *in c. ut super. verb. Sacramenta. X. de reb. Eccl. non alien.* Sunt quoque aliæ quam plurimæ solemnitates jure quidem civili introductæ, sed à Canonibus non receptæ. Aliæ etiam à Canonistis adducuntur, quas omnes, si ad amussim observandas quis contenderet, rectius facturi essent homines, si à contractu cum clericis ineundo, veluti re pestifera, prorsus abstinerent, Cothman. *cons. 30. n. 72. & d. cons. 28. & cons. 62. per tot.* Bruning. *de var. univers. spec. conclus. 83. & 84.*

Secularium rerum ad universitatem perti- 11
nentium alienatio ut valida sit, plurima quoque requiruntur, de quibus *in l. ult. C. de vendend. reb. civit.* Et quidem 1. justa & necessaria caussa, veluti pro solvendo ære alieno, expediundisque publicis negotiis, vel ex utilitate, etiamsi debitum non subsit, & si alienatio tendat in Reipubl. utilitatem & commodum ipsius universi-
tatis,

tatis, Nicol. Losæ. de jur. univers. part. 3. cap. 5. n. 1. 2. Sive universitas per se ipsam contractum venditionis ineat, sive Syndicum ad alienandum constituat, debent esse præsentes, & intervenire hujusmodi alienationi, seu Syndici constitutioni, duæ partes ex tribus concilii seu ordinis decurionum ipsius civitatis sive universitatis, d. l. ult. vers. in provinciis. verò. C. de vend. reb. civit. Losæ. d. cap. 5. n. 4. & 5. ubi non opus esse putat, ut secundum Bart. in l. ambitiosa n. 10. ff. de decret. ab ordin. fac. Concilium seu adunantia generalis interveniat; sed sufficiat interventus curialium duntaxat seu ordinis decurionum. Nisi aliter fuerit statuto vel consuetudine loci introductum, forma enim introducta consuetudine in alienatione rerum publicarum si non servetur, alienatio nulla redditur, l. ult. & ibi gloss. de jur. Reipubl. Losæ. d. c. 5. n. 6. Prout hodie in plerisque Civitatibus Imperialibus observatur, ut valida sit alienatio, si eorum consensus interveniat, quibus gubernatio & administratio Reipubl. in arduis negociis commissa
13 est, per tradita paulo ante cap. 5. per tot. 3. Ut rerum publicarum alienatio valida sit & de jure subsistat, requiritur etiam causæ cognitio & ultra decretum curiæ, etiam judicis authoritas, & decretum, d. l. fin. C. d. vend. reb. civit. l. 2. & ibi gloss. in verb. acta. C. de præd. decur. l. 1. & 2. C. de serv.
14 Reip. manumit. Losæ. d. cap. 5. n. 7. 4. Requiritur, ut alienatio fiat sub hasta, ut qui plurimum contulerit, is bona consequatur, Rol. à Vall. cons. 90. n. 41. & cons. 99. n. 19 vol. 1. Losæ. d. cap. 5. n. 90.
15 Bruning. de var. univers. spec. concl 82. 5. Ut venditores juramentum præstent, quod credant, alienationem civitati esse utilem, Losæ. d. cap. 5.
16 n. 4. Bruning. d. concl. 82. 6. Ut emptor probet, pretium versum fuisse in utilitatem Reipublicæ, secundum Losæ. d. cap. 5. n. 8. Quod tamen displicet Carpzov. part. 2. constit. 6. defin. 20.

17 Utile quoque erit civitati, si in alienatione rerum publicarum jus reluitionis reservetur, & ita firma & perpetua alienatio impediatur, & bona vendita quandoque recuperari possint, post Obrecht. in consil. Welcher massen ein Stand deß Reichs seine Gefäll und Einkommen verbessern möge/ Besold. de ærar. cap. 6. n. 3. Vel alienatio ad certum tempus fiat, eoque elapso & pretio restituto, res quoque vendita restituatur, qua lege bona immobilia vendi posse, probat l. 2. C. de pact. inter. empt. & vend. Klock. de ærar. lib. 2. cap. 49. n. 25.

18 Haut facilè vendenda sunt, quæ tuendæ & conservandæ Reipubl. sunt destinata & necessaria, veluti pascua, nemora, sylvæ, piscinæ, molæ universitatum, quibus tenues sustentantur, hæc enim vendita, & Rempubl. & subditos perdunt, Klock. de ærar. cap. 49. n. 26. Ex quo etiam hujusmodi bona publica, pascua, nemora, sylvas, & similia absque consensu superioris alienari non posse, ad instar rerum pupillarium scribit Besold. part. 2. cons. 25. n. 3.

19 Prædictæ autem solemnitates necessariæ sunt, non solum in alienatione bonorum immobilium civitatis, sive universitatis, sed & annuorum redituum, & bonorum mobilium, quæ servando servari possunt; alia verò bona mobilia quæ servando servari non possunt, etiam sine decreto judicis, curiæ seu decurionum, ad similitudinem bonorum pupilli, validè alienantur, l. lex qua tutores. C. d. administr. tut. Bart. in d. l. fin. C. de vendend. reb. civit. Losæ. d. cap. 5. n. 10. seq. Nec his solemnitatibus civitas sive universitas renunciare potest, Losæ. d. cap. 5. n. 14. seq. Bru- 20
ning. de var. univers. spec. concl. 82. quia jus publicum privatorum pactis mutari non potest, l. jus publicum ff. de pact. nec legibus prohibentibus renunciari, gloss. in l. 1. & 2. C. ne fidejuss. dot. dent. nisi universitas habeat jus condendi statuta, quæ servari sufficit, Losæ. d. cap. 5. n. 18.

Bona civitatum & universitatum publica 21
non tantum vendi & permutari possunt, sed etiam in iisdem census & annuus reditus constitui potest, Bruning. de var. univers. spec. conclus. 80. Possunt etiam locari, si id fiat cum consensu totius ordinis decurionum, vel saltem majoris partis, & à conductoribus fidejussores dentur, qui se obligent, si quid damni in ipsis rebus conductis ipsius conductoris culpa evenerit, se præstituros, & de pensionibus statutis temporibus solvendis, l. 2. & ibi Bald. n. 2. & 3. C. de præd. decur. sine decret. non alien. Losæ. de jur. univers. cap. 7. n. 2. seq. Bruning. d. concl. 85. Et sic locationes rerum publicarum per administratores fieri debent, exacta à conductoribus cautione, l. 4. §. 1. l. fin. §. 3. ff. de administr. rer. ad civit. Et requiritur quoque in locationibus subhastatio, l. 3. C. de locat. præd. civ. l. 2. C. de vend. reb. civit. l. 21. §. ult. ff. ad municip. Bruning. d. concl. 85. lit. b. Losæ. d. cap. 7. n. 6. seq.

Bona quoque universitatis publica inter sin- 22
gulos dividi possunt, pro portione quidem nonnunquam Geometrica, nonnunquam Arithmetica, Joh. Baptist. Costa de quota & rata. quæst. 34. Gœden. de jur. civit. cons. 2. n. 8. Ziegler. §. civitas. concl. 1. n. 22. Possunt quoque hujusmodi bona remunerationis causa donari, Losæ. de jur. uni- 23
vers. part. 3. cap. 11. per tot. Exemplo tutorum & curatorum, qui etiam ex causa remunerationis pupillorum bona donare possunt, l. cum plures. §. pen. l. tutor secundum dignitatem. ff. de admin. tut. Losæ. d. cap. 11. n. 6. Et sic quoque immunitatem 24
à collectis & aliis oneribus concedere, in sui quidem, non verò in superioris præjudicium, Losæ. d. part. 3. cap. 10. per tot.

Possunt quoque civitates & aliæ universitates fide jubere c. quod quibusdam. X. de fidejussor. l. 6 §. 1. ut legat. nom. cav. Hartman. Pistor. part. 1. quæst. 37. n. 30. & 60. Hering. de fidejuss. cap. 7. n. 629. & seq. Ita tamen, ut & in hac illæ solemnitates interveniant, quæ in mutui datione & acceptione intervenire solent, Hering. d. n. 529. ubi etiam n. 633. addit, quod jure municipali Lubeccensi lib. 2. art. 4. constitutum & rece- 25
ptum sit, quod Senatus Lubeccensis nullo modo pro Principibus, Ecclesiasticis vel secularibus fide jussionem in se suscipere debeat, ibi: Es soll kein Rath von gemeinem Guth keinem Fürsten oder Herrn/ Geistlich oder Weltlich/ etwas borgen/ lehnen/ oder auch vor Bürgen sich einstellen/ auff keinerley Manier noch Weise.

CAPUT

CAPUT X.

De ratiociniis administratorum & officialium.

SUMMARIA.

1. *Quilibet rerum alienarum administrator rationem reddere tenetur.*
2. *Imprimis rerum publicarum administratores.*
3. *Magistratus ex provincia reversi.*
4. *Consules & Rectores civitatum & villarum.*
5. *Inventarium caput est rationum, quod conficere tenentur administratores.*
6. *Aliâs in dolo esse præsumuntur.*
7. *Data & accepta diligenter notare debent officiales.*
8. *Rationes quatenus reddendæ?*
9. *Reddendæ rationes in loco, ubi administratio gesta.*
10. *Et singulis annis.*
11. *Et quidem rerum Dominis & magistratui.*
12. *Civitates Imperiales Imperatori rationes reddere non tenentur.*
13. *Bona Civitatum Imperialium in universitatis sunt patrimonio*
14. *Exemplo civitatum municipalium.*
15. *Nisi aliud conventum & observatum.*
16. *Vel justa subsit causa vel relevans suspicio malæ administrationis.*
17. *Quandoq; hoc nomine in provinciis nonnullis visitatio generalis institui potest.*
18. *An subditi hoc casu alimenta visitatoribus gratis præstare teneantur?*
19. *Rationibus redditis administratoribus quietatio danda.*
20. *Rationibus semel redditis calculatio non repetenda.*
21. *Nisi error calculi detegatur.*
22. *Vel rationes dolo vel fraude redditæ demonstrentur.*
23. *Residua sunt solvenda.*
24. *Administrator damna ex ipsius negligentia & culpa orta resarcire tenetur.*
25. *Tenetur de dolo, lata & levi culpa, non vero levissima vel casu fortuito.*
26. *Tenetur quoq; de facto collegarum & eorum, quibus rem expediendam mandavit.*
27. *Civitates & universitates in bonis administratorum jus tacitæ hypothecæ habēt.*
28. *Contra administratores summatim procedi potest.*
29. *Semel remoti non nisi ex magna causa restitui debent.*

Quàm utile & necessarium sit Rerumpublicarũ moderatoribus, ab administratoribus & officialibus rationes administrationis suæ diligenter exigere, indicavi *supra l. 2. c. 16. n. 138.* & plura de his hìc me esse acturum, innui. Generaliter autem sciendum est, quod quilibet rerum alienarum administrationem suscipiens, regulariter
1 de administratione, rationem reddere teneatur, juxta illud Evangelii: Redde rationem villicationis tuæ, *Lucæ. 16. v. 2. l. 2. l. rationes. ff. de admin. l. 4. l. orphanotrophos. 3. C. de Episc. & cler. l. justas. 6. C. de jur. fisc. c. qualiter & quando. 24. X. de accusat.* Rol. à Valle *cons. 49 per tot. tom. 1.* Losæ. *de jur. univers. part 3. cap. 19. n. 1. & 14.* Menoch. *2. arb. jud. cas. 209 n. 1. seq. & 9.* Matth Stephan. *de jurisd. lib. 2. part. 2. cap. 2. num. 154. seq.* Tusch. *lit. A. concl. 203. n. 1. & per tot.* Ita enim rationes reddere tenentur negociorum gestores. *l. 2. & ibi* Bart. *ff. de negoc. gest.* procuratores ad lites & negocia, *l. si remunerandi. l. si procuratorem. §. 1. mandat.* Curatores ad lites *§. fin. & ibi gloss. I. de auctor. tut.* tutores & curatores *tot. tit. C. arbitr. tutel. l. 1. & tot. tit. ff. de tutel & rat. distrah. l. adversus. l. rationes. C. de admin. tut.* executores testamentorum, *c. tua nobis. X. de testam.* & sententiarum, *l. executorem. C. de exec. rei judic.* hospitalarii & œconomi, *Novel. 123. cap. 23.* gloss. *in l. 30. in fin. C. de Episc. & cler.* hæredes fideicommisso gravati, Bart. *in l. cum talem ff. de condit. & demonstr.* Socius, qui socii negocia administravit, Jason. *cons. 4. n. 1. & 3. lib. 1.* Ruin. *cons. 101. n. 13.* servus, qui Domini negocia gessit, *l. cum servus. ff. de condit & demonstr.* Rol. à Vall. *cons. 49. n. 10. l. 1.* Frater, fratris negocia administrans, Cravet. *cons. 159. n. 6.* Rol. à Valle *d. cons. 49. n. 11* Marsil. *singul. 193.* Mater, quæ filii bona administravit, Dec. *cons. 349. n. 10.* Boër. *quæst. 61.* Imo pater, filii bona administrans rationes reddere tenetur, *l. litis. §. pater. & ibi* Bart. *ff. de negoc. gest.* Rol. à Vall. *d. cons. 49. n. 13.* Boër. *d. quæst. 61.* Et Capitulum sede vacante administrans negocia, novo Episcopo rationes reddit, Rube. *cons. 131. n. 3.* Idem etiam est in Syndicis, & quolibet Reipubl.
administratore, Losæ. *de jur. univers. part. 3. cap.* 2
19. n. 13. Et imprimis publicarum rerum administratores eò magis rationes reddere tenentur, quod majus ex eorum administratione periculum, & ad plures redundare solet, *l. 1. ff. de offic. procur. Cæs. quæsitum 38. ff. de negoc. gest l. 2. C. de Carbon. edict.* Heig. *quæst. 20. n. 2.* Matth. Steph.
de jurisd. lib. 2. part. 2. cap. 1. n. 65. & cap. 2. n. 157. 3
Ex quo etiam olim lege Julia sancitum fuit, ut magistratus ex provincia reversi, administrati muneris rationem redderent, Alex. ab Alexandr.

genial. dier. lib. 4. cap. 6. ubi Græcorum leges & statuta recenset, qui statuerant, neminem pro magistratu benè administrato corona donari debuisse, nisi prius administrationis rationem reddidisset, cujus meminit Demosthen. *in orat. pro Corona contra Eschin.* & Plutarch. *in vita Demosth.*
4 Menoch. *d. cas. 209. n. 1.* Et quod Consules & Rectores civitatum & villarum de bonis Reipubl. administratis rationem reddere teneantur, tradunt Socin. *cons. 73.* Rebuff. *in l. boves. 89. §. 1. vers. 17. ff. de V. S.* Munnoz. *de Escobar de ratiocin. admin. cap. 3. n. 10.*

5 Quo autem rectius rationes reddi possint, administratores rerum fidei suæ commissarum inventarium conficere tenentur, utpotè quod caput rationum esse dicitur, Bald. *in l. 1. ff. de offic. & administr. tut.* Matth. Stephan. *de jurisd. lib. 2. part. 2. cap. 2. n. 157.* Heig. *part. 1. quæst. 20. n. 7.*
6 Tusch. *lit. A. concl. 202.* alioquin in dolo esse præsumuntur, & contra ipsos in litem jurari potest, *l. in actionibus. ff. de in lit. jur.* Plot. *tract. de in lit. jur. § 4. n. 85. seq. & §. 5. n. 28. & §. 34. n. 1.* Matth. Steph. & Heig. *d. ll.* Tenentur etiam præstare cautionem, *supra cap. 5. n. 7.*

7 Tenentur quoque administratores rerum publicarum conficere librum administrationis, & in eo omnia data & accepta, cui, vel à quo, & ex qua causa, & qua die nominatim, & singulariter scribere, quæ nisi fiant, postea convenienter administrationis ratio reddi nequit, *l. comperimus. & ibi* Bart. *C. de navicular. l. 2. §. quod de frumentaria. ff. de administr. rer. ad civit. per. l. 1. C. de apoch. publ.* & si perfectè omnia non scribant, in dolo esse dicuntur, & puniuntur, *l. excellentia. C. de erog. milit. an non.* & ex hujusmodi publica administratione præsumuntur esse locupletati, nisi aliud doceatur, maximè si tempore, quo cœperunt administrationem fuerint pauperes, & tempore finitæ administrationis reperiantur divites, præsumuntur enim ditati ex pecuniis publicis, secus si bonam rationem administrationis reddant, Bald. *in l. 6. n. 13. C. de bon. qua lib.* Losæ. *de jur. univers. part. 3. cap. 19. n. 16. seq.* confer *supra cap. 5. n. 8.* Dominus & magistratus rationes exhibitas diligenter inspiciat,
8 relegat, cognoscat dispungat, & conferat accepta & data, ut scilicet implorare possit, imputationes probè, vel improbè referantur, accepta rectè relata sint, vel non, *l. cum servus. 82. ff. de condit. & demonstr.* Non enim rationes ab administratore reddendæ sunt in folle, *d. l. cum servus. 82. l. qui sub conditione. ff. de condit. & demonstr.* Vel simplicibus foliis ex libris administrationis desumptis, Hondæd. *cons. 109. n. 48. vol. 1.* Vel in foliis imperfectis & inordinatis, quæ nullam fidem faciunt, Joseph. Ludov. *Lucens. decis. 42. n. 37. seq.* Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 63. n. 2.* Vel in sacco, Molinæ. *in consuet. Paris. tit. 1. §. 6. gloss. 6. n. 16.* sed reddendæ sunt bona fide, absque dolo, apertè & dilucidè, plenè & integrè, omnibus nimirum, quæ accepta & expensa sunt, per singulas partes, species & capita descriptis & juxta se positis *l. 2. §. quod de ff. de administr. rer. ad civit. pert. L. Lucius Titius. ff. de manum. test. l. qui sub conditione ff. de condit. & demon.* Wesembec. *cons. 47. n. 14.* Petr. Heig. *1. quæst. 20. n. 29. & seqq.* per singulas partes & species declarando, quid de die in diem, unde, ex quo facto, ex qua causa, à quo & cui datum & acceptum sit, Molinæ. *d. §. 6. gloss. 6. n. 16. seq.* Wesemb. *d. n. 14.* ut ita de omnibus, quæ gesta, quæque in rationes descripta, quæque accepta expensa sunt, fidem constare velut ad oculum demonstretur, *d. l. qui sub conditione. ff. de condit. & demonst.* Cothman. *cons. 8. n. 55. seq. vol. 3.*

Reddendæ sunt rationes in eo loco, in quo 9
administratio gesta est, *l. 1. C. ubi de ratiocin. tam publ. quam priv. l. hæres absens. ff. de judic.* quia ibi quasi contraxisse, & se suasque rationes jurisdictioni loci ejus subjecisse censentur, Matth. Stephan. *de jurisd. lib. 2 part. 2. cap. 2. n. 175. seq.* Heig. *d. quæst. 20. n. 43.* Et quidem singulis annis reddi, 10
vel saltem inspici debent post annum, *Clem. 2. de relig. dom. l. neminem. & ibi* Bart. *C. de suscept. præp. l. 3. C. de execut. & exact.* Wesembec. *de cons. 47. num. 6.* Exemplo prætorum, quorum officium annuum erat, *§. 1. I. de perpet. & temp. action.*

Reddendæ autem sunt rationes Dominis 11
illarum rerum, quas administrarunt, *l. 1. §. officio. ff. de tutel. & ration. distrah. l. 2. §. quod de frumentaria. ff. de administr. rer. ad civit. pert. l. fin. C. de admin. rer. publ. l. pupillorum. C. de admin. tut. l. quidquid. C. arbitr. tut.* Et sic Principi, populo vel Senatui, si apud hunc summa rei, sive ejus Dominium consistat, Aristot. *lib. 2. polit. cap. 7.* Ærod. *rer. judic. lib. 9. tit. 5. cap. 7. in princ.* Et sic in Civitatibus Imperialibus rerum ad civitatem pertinentium & officiorum suorum nomine, administratores Consulibus & Senatui, vel eorundem deputatis rationes reddere tenentur.

Non verò Imperatori; Quemadmodum 12
enim Civitates Imperiales liberam habent Reipublicæ administrationem, tam in casibus justitiam, quam bona publica concernentibus, nec Imperator sese in his intromittere possit, cum vel expresso Cæsarum privilegio, vel præscriptione hominum memoriam excedente, jurisdictionem & potestatem, quam olim Imperatores, per præfectos Imperiales, vulgò Reichs-Vogt / explicare solebant, in urbibus suis, tam quoad bona & causas, quam personas quæsitam habeant, eandemque juris reddendi, quam Principes, Prælati, Comites & Barones in provinciis suis potestatem obtineant, Bald. *in rubr. ff. de rer. divis. n. 19.* Pruckman. *de regal. cap. 4. n. 38.* Indeque civitates Imperiales Cæsari & Imperio ad reddendas rationes, justitiæ saltem administratione exceptâ, obnoxias non esse, respondit Academ. Ingolstad. *tom. 5. var. JCtor. German. cons. de civit. 1. n. 8. & cons. 24. n. 246.* Warem. *ab Erenb. de fœder. lib. 2. pag. 29. seq.* Klock. *de contribut. c. 5. n. 15.* Matth. Steph. *de jurisd. lib. 2. part. 2. cap. 1. n. 66.* Paurmeister. *de jurisd. lib. 2. cap. ult. n. 72.* Besold. *de jur. civit. Imper. n. 6. in fin.* Klock. *de contribut. cap. 5. n. 15.* Quia bona Civi- 13
tatum Imperialium, aliorumque Statuum, quoad proprietatem, non sunt Imperii, Principum & Ordinum, in quorum provinciis sita sunt, sed in universitatis patrimonio *l. sed Celsus. in pr. ff. de contrah. empt. l. quod in littore. ff. de adquir rer. dom. l. inter publica. ff. de V. S. l. 1. ff. de loc. publ. fru.* Wesemb. *ad tit. de rer. divis. n. 3.* Bart. *in l. 4. §. actor. ff. de re judic.* Gœden. *de jur. civit. cons. 30. n. 8. seq.*

seq. Licet quoad jurisdictionem & alia regia & superioritatis jura Cæsari & Imperio juramento fiat obstricta, quo tamen proprietas rerum suarum non imminuitur, Paurmeister. *d. cap. ult.*
14 *n. 72. vers. bona autem.* Exemplo civitatum provincialium, sive municipalium, quæ, ut *supra cap. 8. n. 2.* dictum, liberam quoque rerum & bonorum universitatis administrationem habent, nec tenentur Dominis suis territorialibus de bonorum publicorum administratione, reditibus, proventibus & expensis civitatis, villæ, pagi vel alterius universitatis rationes reddere, sicuti communis Doctorum schola docet, Cravet. *cons. 238. n. 2.* Goeden. *d. cons. 2. n. 8. & cons. 30. n. 8.* Nic. Everh. *cons. 1. n. 185. & seq. vol. 2.* Petr. Heig. *part. 1. quæst. 20. n. 13.* Paurmeist. *d. cap. ult. n. 72.* Matth. Stephan. *de jurisd. lib. 2. part. 2. cap. 2. num. 172.* Engelbrecht. *de jurisd. concl. 160. lit. C.* Thom. Michael. *de jurisd. concl. 137. lit. d.* Bruning. *de var. univers. spec. conclus. 89.* Ziegler. *d. §. Landsassii. limit. 1. num. 33. seq.* Klock. *de contribut. cap. 11. n. 49.* Thom. Maul. *de homag. tit. 13. per tot.* Bocer. *de jurisd. cap. 8. n. 93.* Et quamvis contrarium sentire videatur Guid. Pap. *decis. 631. n. 1. vers. ad quartum dubium.* Et pro hac contraria sententia allegari soleat, *l. 2. C. de jur. fisc.* hæc tamen huc nihil quicquam confert, quia loquitur de rationibus fisci Imperatoris, quarum redditio meritò comprobari debet per procuratorem Cæsaris, ad cujus cognitionem jura fiscalia pertinent; sed nobis hic sermo est de aliis bonis & rationibus, quæ ad aliquam civitatem vel universitatem pertinent, & in quibus fiscus vel superior nullum jus obtinet.

15 Superior tamen conclusio locum non obtinet 1. si inter Dominum & subditos civitatum, villarum, pagorum, vel universitatum aliud sit conventum, vel longo tempore aliter observatum, Matth. Stephan. *d. cap. 2. n. 179.* Ziegler. *d. §.*
16 *Landsassii. limit. 1. n. 40.* Besold. *de jur. univers. cap. 5. num. 2.* Vel 2. justa & urgens subsit causa, tum enim visitatorem Dominus ratiociniis præficere potest, Heig. *d. quæst. 20. n. 14.* Veluti si fama, & relevans adsit suspicio de mala administratione, de qua conquerantur subditi, utpote si ex civium contributionibus collecta pecunia in alienos & indebitos usus convertatur, &c. tum enim æquissimum erit Dominum, ceu patrem patriæ, Reipubl. commodum procurare & damnum præcavere, *l. si ita. 16. §. 1. ff. de usu & habit. l. si cujus. 13. § 3. ff. de usufr.* Heig. *d. l. n. 16.* Matth. Stephan. *d. n. 179 seq.* Ziegler. *d. limit. 1. n 41.* Cum enim dilapidatis municipii bonis, aut universitate ære alieno gravata, onera ejusdem in singulos cives cedant, & superioris conditio quoad proventuum solutionem & operarum præstationem deterior reddatur, ideò Domini maximè interest, in rationes civitatum municipalium justa de causa inquirere, *arg. c. conquerente X. de restit. spoliat. l. congruit. 13. ff. de offic. præsid.* Guid. Pap. *decis. 631. n. 1.* Matth. Steph. *d. part. 2. lib. 2. cap 2. n. 65. & d. n. 179.*

17 Unde quoque plurimis in provinciis, & in Ducatu Würtembergico Princeps territorii statis temporibus decernere solet, visitationem generalem, eine Landes visitation, & per commissarios suos civitatum municipalium acta & gesta examinat, in rationes tàm tutelares, quam universitatis inquirit, gravamina subditorum audit & exaudit; si quid fraudulenter commissum, debita pœna coërcet, Dn. Nicol. Myler. *de statib. Imper. concl. 47 n. 4.* ubi nuperrimè laudabiliter patriæ instituto factum fuisse refert. Hoc tamen absque evidentissimis indiciis, diffamationibus, querelis vel denunciationibus præviis fieri non debere, monet Ziegler. *d. num. 41. seq.* Maul. *d. tit. 13. n. 15.* Ubi autem ejusmodi rationes & administrationes visitare jus est, an subditi officialibus visitantibus gratis hospitia & alimenta præstare teneantur, vide Joh. Euchar. Erhard. *de oper. rustic. concl. 31. lit. e.* ubi id quidem ex spontanea subditorum liberalitate originem traxisse, postmodum verò pravè in necessitatem detortum esse scribit. Et hic mos regionis erit inspiciendus, & observandus. 18

Quando rationes legitimè sunt redditæ, ipsæ negocium distrahunt, & obligationem solvunt, *tot. tit. ff. de tut. & ration. distrah. l. semel & ibi* Bart. *C. de apoch* adeò, ut non modo quietatio, seu liberatio exinde debeatur, *l. 1. & tot. tit. C. de apoch.* & administrator amplius inde inquietari non debeat, sed plenissima securitas ei danda sit, *arg. l. si cui libertas. 50 & ibi* gloss. & Dd. *com. ff. de condit. & demonstr.* Menoch. *cas. 209. n. 37* & rationes redditæ à magistratu & Domino rerum administratarum subscriptione confirmandæ sint, Heig. *d. qu. 20. n. 28 seq.* Et semel redditis & calculatis rationibus, calculatio denuo non sit repetenda, *l. semel. C. de apoch.* Dec. *cons. 94.* Socin. *sen. cons. 92. n. 1. lib. 4.* Menoch. *d. cas. 209 n. 37.* ubi id fortius procedere asserit, quando una calculatione intervenit absolutio, & pactum de non contraveniendo, ita ut tunc sub prætextu solius erroris, rationes iterum reddendæ non sint, secundum Bart. *in l. in fin. C. de jur. fisc.* Socin. *sen. cons. 92. n. 4.* 19 20

Quod si tamen error calculi deprehendatur, is post rationes redditas coargui potest usque ad triginta annos, licet ante introductam tricenalem præscriptionem, decennii & vicennii tempora sufficerent, Dd. *in l. un. C. de error. calc. l. calculi. 8. & ibi* gloss. *de administr. rer. ad civit. per t. l. in omnibus. 13. §. 1. C. de long. temp. præsc.* Mascard. *de probat. concl. 1256. n. 9. seq.* Matth. Stephan. *de jurisd. lib. 2. part. 2. cap. 2. n. 199.* ubi *n. 202.* errorem in calculo probari dicit, si doceatur rem aliter se habere, & in computando aberratum vel quid omissum fuisse, subductis nimirum rationibus, Mascard. *de probat. conclus. 461. n. 1. seq. & conclus. 1256. n. 16. seq.* Adeoque licet sæpius calculatæ sint rationes, nihilominus postulati poterit, ut denuo edantur & calculentur, modò postulans alleget, & simul doceat errorem calculi in computatione intervenisse, *arg. l. si quis ex argentariis. §. fin. ff. de edend.* Natta. *cons. 39. n. 3. seqq. lib. 1. & cons. 489. n. 2. seq. lib. 3.* Mascard. *d. concl. 1256. n. 14. seq.* Matth. Stephan. *d. l. num. 203.* Heig. *d. quæst. 20. n. 36.* ubi vanam dicit excusationem tutorum, curatorum & procuratorum, qui ideo à rationibus reddendis se immunes putant, quod semel eas reddiderint. 21

Quod

22 Quod maximè procedit, si rationes dolo vel fraude redditæ demonstrentur, ita ut tum denovo reddendæ sint & calculandæ, Jason. *conf. 219. n. 2. l. 2.* Socin. sen. *conf. 159 & conf. 190. col. 3. lib. 2.* Nevizan. *conf. 94. in fin.* Menoch. *arbit. jud. d. caf. 209. n. 39.* ubi *n. 40.* addit, dolosum hunc errorem claris & perspicuis probationibus detegendum esse, Dec. *conf. 94. n. 4. lib. 1. & in l. 1. n. 8. in fin. C. de error. calc.*

23 Redditis rationibus, si quid residuum etiam apud administratorem deprehendatur, id omnino solvere tenetur, non enim rationes quis reddidisse censetur, nisi etiam reliqua solverit, *l. qui sub conditione. ff. de condit. & demonstr. l. non solum. §. is qui reddere ff. de liber. legat. l. Sticho. §. argentarius. ff. de statu liber. l. Lucius. Titius. ff. de manumiss. testam.* Socin. *in l. quamvis. n. 1. ff. condit. & demonstr.* Menoch. *d. caf. 209. n. 21. seq.* Et cum residuo etiam instrumenta, quæ ad res administratas pertinent, reddenda sunt, *l. si cui libertas. ff. de condit. & demonstr.* Menoch. *d. caf. 209. n. 29.*

Tenetur quoque administrator resarcire omnia damna, quæ ex ipsius negligentia & culpa orta sunt, & Reipubl. evenerunt, *l. 1. C. de*
24 *pericul. nominator. l. 1. in princ. & ibi* gloss. *ff. de tutel. & rat. distrah. l. 1. l. 2. C. de hered. tutor. l. 2. C. si tutor vel cur. u. non gesserit.* Menoch. *d. caf. 209. n. 32. seq.* Losæ. *de jur. univers. part. 4. cap. 19. n. 30.*
25 *seq.* & tenetur non solùm de dolo, sed etiam de lata & levi culpa, non autem de levissima, vel casu fortuito Losæ. *d. cap. 19. n. 42.* Sixtin. *conf. marp. 13. n. 12. vol. 2.*

26 Et non solum administrator ipse de suo, sed etiam de facto collegarum & subcuratorum si quos fortè sibi substituerint, vel quibus rem sibi expediendam mandaverint, *l. ex facto. 30. ff. de negoc. gest.* neque ideò excusantur, quod aliis mandarint, quia ipsimet ad hoc constituti, & horum industria electa fuit, *l. si procuratorem. 8. §. si tutores. 3. ff. mandat.* Boër. *decis. 60. n. 1.* Heig. *d. quæst. 20. n. 10.*

Denique observandum est, quod civitates, aliæque universitates in bonis administratorum 27
jus tacitæ hypothecæ obtineant, *arg. l. fin. C. quo ordin. quisq. com.* Munnoz. de Escobar. *de ratiocin. administr. cap. 39. n. 6.* Bruning. *de var. univers. spec. conclus. 90.* Tusch. *lit. A. conclus. 207. n. 2.* Neguzant. *de pignor. part. 2. membr. 4. n. 129.* Carpzov. *part. 1. constit. 28. defin. 115. n. 3.* exemplo tutoris & curatoris, *l. 20. C. de administ. tut.* & fisci, qui tacitam hypothecam habet in bonis cujuscunque administratoris, *l. 2. C. in quib. caus. pign. tac. contr. l. 2. & 3. ff. de privil. fisc.* cujus jura etiam Civitatibus Imperialibus competere dictum est *supra lib. 2. cap. 15. n. 1. add. supra lib. 2. cap. 32. num. 17.*

Si deprehendatur ab administratoribus rerum civitatis malè administratum, rationes 28
legitimè editas, vel redditas, & reliqua non soluta, contra ipsos summatim procedi debet, sine ullo ordine judiciario, & sic executivè, *l. hi qui. C. de conven. fisci debit.* Bald. *in l. 2. n. 1. C. quando fisc. vel. priv.* & maximè, quando ex ipsa librorum & registrorum inspectione, rationum perplexitas & confusio apparet, Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 2. cap. 2. n. 234. & 235.* ubi *n. 236.* addit, quod sine ulla exceptione, tanquam in debito liquido & aperto, administratores statim ab officio removeri, & alii in eorum locum surrogari debeant, *l. si aliquid. C. de susceptor. l. Divus. ff. de offic. præf. orient. l. 2. §. quod de frumentaria. ff. de admin. rer. ad Civit. pert.* Qui autem semel remoti, non nisi ex magna & gravi 29
causa restitui debent, *l. 2. ff. de senat.* M. Steph. *d. cap. 2. n. 237. & seq.*

CAPUT XI.

De Officio Magistratus circa Administrationem Justitiæ.

SUMMARIA.

1. *Justitiæ administratio superioritati territoriali adscribitur, ejusq. indicium est.*
2. *Qui te judicat Dominus est.*
3. *Sine justitiæ administratione nihil efficitur in administratione Imperii laudabile, & ad rem omnem gerendam est necessaria.*
4. *Sine justitia nec Jovis sceptra satis tuta.*
5. *Magistratus debitores sunt justitiæ.*
6. *Causam subditorum audire oportet, aut non regere.*
7. *Quid Hadriano & Trajano contigerit?*
8. *Justitiæ administratio æqualiter fieri debet.*
9. *Zaleucus ut legi satisfaceret, filio unum, sibi alterum oculum erui jussit.*

AD magistatus quoque Officium imprimis pertinet Justitiæ administratio, quæ juri superioritatis territorialis adscribitur,
1 ejusque indubitatum est symbolum & signum, ejusdemque vigore exercetur, Thom. Michael. *de jurisdict. conclus. 52.* Georg. Ritter *de homag. conclus. 197.* Reinking. *de regim. secul. lib. 1. class. 5. cap. 4. num. 97.* Petra *de fideicom. quæst. 12. num. 158. seq.* Knichen. *de jur. territ. cap. 3. n. 280. seq. & encyclop. cap. 6. n. 1. seq.* Ziegler. *§. Landsassii. concl. 1. n. 143.* Ming. *de super. territ. concl. 70.* Quia judiciorum exercitium superioritatis est indicium, Socin. sen. *conf. 178. n. 19. lib. 2.* Menoch. *retin. poss. remed. 3. n. 585.* Meischner, *tom. 2. lib. 2. decis. 4. num. 127.*

Et

Et justitiæ administratio nexu quodam adamantino agglutinat jus superioritatis, subjectionemque firmiter evincit, siquidem locus non solum præsumitur de territorio illius, qui justitiam, seu actus jurisdictionis exercet, Rimin. jun. *cons. 396. n. 5. libr. 4.* Kirchov. *Germ Ict. tom. 5. cons. 8. num. 30.* Sed etiam justitiam administrando, quis constituitur in quasi possessione jurisdictionis, Petra *d. quæst. 12. n. 158. & 409.* Knichen. *d. cap. 3. n. 282. seq.* Et probato usu & exercitio cognoscendi, & actu pronunciandi, probata quoque dicitur quasi possessio jurisdictionis & superioritatis, Cephal. *cons. 458. n. 34.* Raudens. *resp. 2. n. 241. lib 2.* Petra *d. quæst. 12. n. 168. & 173. ad fin.* Unde vulgatum illud: Qui

2 te judicat, Dominus tuus est, Roman. *cons. 70. col. 5. vers. quinto quia.* Menoch. *cons. 75. n. 22. & cons. 21. num. 10.* Thom. Michael. *de jurisdict. conclus. 52. lit. a.* Ritter *de homag. concl. 74.* Ming. *d. conclus. 70.*

3 Quam necessaria autem sit justitiæ administratio, inde satis apparet, quod sine justitia nihil in Imperii administratione efficiatur laudabile, Cicero *lib. 3. offic.* Est domina, regina, causa, sine qua nihil potest esse laudabile, quæq; ad rem omnem gerendam est necessaria, Adam. Keller *de offic. jurid. pol. lib. 1. cap. 20.* Matth. Stephan. *de jurid. lib. 2. membr. 1. cap. 1. num. 45.* Hinc sicut in Imperio prima pietatis, ita etiam secunda justitiæ habenda est ratio, sine qua nullum diuturnum in terris esse potest imperium, R. A. zu Regenspurg/ *de anno 1603.* §. Wie hoch und viel dann. *45. ibi:* als ohn welche kein Reich oder gubernament in der Welt immer kan bestehen. Deo siquidem & justitia nihil majus existit, & absque his nihil unquam commodè geri potest, ut inquit Imperator Justin. *in Novel. 164. in princ. c. Principatus. caus. 1. quæst. 1.* & sine his Principes sunt socii furum, & ambulant in tenebris, *Aur. Bull. in proœm.*

Est pietas basis una, thronum quæ firmat & ornat,
Adjice justitiam, & toto nil pulchrius orbe est.

Remota namque justitia, quid regna sunt, nisi magna latrocinia, Augustin. *ad Sapient. 1. vers. 1.*

4 Imò sine justitia nec Jovis sceptra tuta existerent, inquit Zasius *in orat. de laudib. leg. quæ extat in tom. 5.* Reinking *de regim. secul. lib. 2. class. 1. cap. 1. num. 23. & seq.* Summum igitur in rebus humanis bonum est, justitiam colere, & jura sua cuique servare integra, ac in subjectos non sinere, quod potestatis est fieri, sed quod æquum est custodiri, *c. si seculi. caus. 12. quæst. 2.* Et justitiæ præsidio confirmatur thronus Principis, *Proverb. 16. vers. 13.* Ex quo etiam Principes aliique magistratus debitores justitiæ esse dicuntur, *c. ex tenore. X. de for. compet.* eandemque subditis utiliorem esse, quam fertilitatem temporis, arbitratur Joan. de Royas *in epist. success. c. 34.*

5 *n.* 10. Et boni Principis & magistratus esse officium, justitiam administrare, Rempublicam benè curare, commodum subditorum, & salutem Imperii omnibus modis promovere, scribit Arn. Clapmar. *de arcan. Rerumpublicar. libr. 5. cap. 12.* Petr. Heig. *part. 1. quæst. 10. num. 6.* Unde etiam Imperator in Capitulatione sua jurat *art. 1. vers.* Darzu insonderheit in dem Heiligen Reich Frieden Recht und Einigkeit pflantzen / auffrichten / und verfügen sollen und wollen daß die ihren gebührlichen Gang / den Armen als den Reichen gewinnen und haben sollen *etc.* Et vidua quædam 6

Philippo Macedoni causam litigiosam audire detrectanti, dixisse fertur: O Rex, causam meam audire oportet, aut non regere, Parth. litig. *lib. 1. cap. 2. num. 16.* Et cum Hadrianus à muliercula rogatus, ut causam audiret, otium sibi 7

non esse respondisset, ab illa audire coactus fuit: Noli ergo imperare. Sic cum Trajanus equum ascendisset ad bellum profecturus, vidua quædam apprehenso ejus pede, miserabiliter lugens, sibi administrari justitiam petiit, & pœnam sumi de his, qui filium ejus probum & innocentem occiderant, dicens: Tu Auguste imperas? & ego tam atrocem patior injuriam? Cui Imperator: Tibi satisfaciam, cum rediero. Ad quod illa: Quid si non redieris? Successor, inquit ille, meus tibi satisfaciet; Et illa: Quid tibi prodest, si alius benefecerit, tu mihi debitores, secundum merita recepturus, & fraus utique est, nolle reddere, quod debetur: Successor tuus injuriam patientibus pro se tenebitur, te non liberabit justitia aliena, & benè agetur cum successore tuo, si se liberavit, Guevara *in horolog. Princ. lib. 1. cap. 37.* 8

Justitiæ administratio fieri debet æqualiter, & sine respectu personarum, *Proverb. 22. vers. 22. & cap 24. vers. 23.* Reinking *de regimin. secul. l. 2. class. 1. cap. 5. per tot.* Et ita judicabit magistratus, sicuti se judicari exoptat, à summo & supremo omnium judice in extremo judicio, cujus judicio præfuit in terris, & meminerint quicunque magistratus, quod juxta versiculos illos:

Judicabit judices judex generalis,
Ibi non proderit dignitas Papalis.
Sive sit Episcopus, sive Cardinalis,
Reus condemnabitur, sit hic qualis qualis,
Ibi nihil proderit multa allegare,
Et nihil excipere, neq; replicare,
Neq; ad Apostolicam sedem appellare?
Reus condemnabitur, nemo dicet quare?
Quo nec locus Codici erit, nec digestis,
Idem erit Dominus, judex, actor, testis.

Unde M. Antonius Consul Romanus solitus fuit dicere: Privati multos habent judices, Principes solum Deum, eumq; rigidissimum experiuntur. Justitia non novit patrem, non novit matrem, veritatem novit, personam non accepit, Deum imitatur, inquit Cassiodor. Athenienses noctu res judicabant, ut non oculos, sed tantum aures in judicium adhiberent. Alexander Magnus in judiciis solitus est, alteram aurem tegere, ut illam reo integram servaret. Et cum Juliano Imperatori quidam ex Consiliariis objiceret: Quis tandem nocens deprehendi poterit, si cuilibet se purgare permittitur? Respondit: Quis tandem innocens erit, si accusare sufficiat, & tantum accusatores sint audiendi?

Sic Zaleucus Locrensium legislator inter alias legum tulit, qua mœchis utrumque oculum erui jussit, contra quam cum ejus filius peccaret, strictè sancitum exequi voluit. Cum verò tota civitas Zaleuci meritis mota, pro filio intercederet, & pœnæ mitigationem perteret, 9

 pater,

pater, ne leges refigeret, quas fixerat, ſibi unum, & fillio alterum oculum effodi curavit, ut ita ſuo exemplo juſtitiam in ſubditorum animos altius infigeret. Unde Claudianus inquit:

Scilicet in vulgus manant exempla regentum,
Utq; Ducum lituos, ſic mores caſtra ſequuntur.

Confer ſupra *lib. 1. cap. 14. num. 12. & ſeq.*

CAPUT XII.

De Defenſione Civitatis, Bonorum & Privilegiorum.

SUMMARIA.

1. *Defenſio bonorum & perſonarum Magiſtratui jure ſuperioritatis territorialis & competit & incumbit.*
2. *Imperator Protector Chriſtianitatis dicitur.*
3. *Magiſtratus civium ſaluti proſpicere tenetur.*
4. *Magiſtratus provinciam malis hominibus purgare debet.*
5. *Magiſtratus Patroni & defenſores ſunt Eccleſiarum, & in eos jus Advocatiæ habent.*
6. *Defenſio etiam armis fieri poteſt.*
7. *Magiſtratus Cives ab omni injuria defendere tenetur inſtar liberorum.*
8. *Magiſtratus & ſubditi inter ſe tanquam pater & liberi, & tanquam corpus & membra, Paſtor & grex.*
9. *Dominus communis pater eſt ſubditorum:*
10. *Magiſtratus ſubditos etiam invitos defendere tenetur, & poteſt.*
11. *Cives quoq; Magiſtratum defendere tenentur.*
12. *Ipſam quoq; civitatem Magiſtratus defendere obligatus eſt.*

Juſtitiæ adminiſtrationi annexa eſt defenſio, quæ etiam juri & ſuperioritati territoriali adſcribitur. Poſtquam enim Dominus territorialis homagium ſuſcepit, & à ſubditis ſuis debito modo fuit recognitus, ad officium ejus ſpectat, ut ſubditorum ſuorum bona, res & perſonas protegat,
1 defendat & tueatur, indeque protectio generalis, defenſio & cuſtodia territoriorum, tam juris, quam facti, de potioribus juribus jurisdictionis & ſuperioritatis territorialis eſſe dicitur, Boër. *tract. de cuſtod. clav. num. 54. ſeq* Chaſſan. *in catal. glor. mund. part. 5. num. 195.* Zaſ. *part. 1. conſ. 14. num. 8. ſeq. & conſ. 15. num. 45. ſeq.* Mager. *de advocat. cap. 8. num. 422. ſeq. & cap. 9. num. 663.* Beſold. *theſ. pract. verb.* Land-Schutz. Reinking. *de regim. ſec. lib. 1. claſſ. 5. cap. 4. num. 24.* Meiſchner. *tom. 2. lib. 2. deciſ. 3. n. 4. ſeq.* Caſp. Klock. *tom. 1. conſ. 9. n. 14.* Et ſoli Principi, vel ei, qui jura Principis, omnemq; jurisdictionem & ſuperioritatem territorialem habet, talis protectio de jure competit. Menoch. *arbit. jud. caſ. 338. n. 3.* Reinking *d. cap. 4. n. 25.* Beſold *d. l.* Mager. *d. c. 8. n. 423. & c. 9. n. 664.* Meiſchn. *d. deciſ. 3. n. 5.* Boër. *d. num. 54.* Unde etiam à nonnullis ſuperioritas territorialis definitur, quod ſit protectio & defenſio ratione jurisdictionis ſeu gubernationis territorii univerſalis competens, Wehner. *verb.* Landsfürſtliche Obrigkeit. *fol. 462.* Ziegler. §. *Landſaſſii. concl. 1. num. 8.* Thom. Michael. *de jurisd. concl. 44. lit. d.* Mager. *d. cap. 8. n. 424.* Ming. *de ſuper. territ. concl. 66.* Gœddæ. *in reſp. de reſtit Bar. vallendar. num. 297.* Atque hinc territoriorum Domini & magiſtratus tenentur ſubditorum & civium bona, res, privilegia, jura & perſonas defendere, protegere & tueri, Author *conſil. Fridberg. part. 1. punct. 6. n. 76.* Reinking. *d. lib. 1. claſſ. 5. cap. 4. n. 24.* Ming. *de ſuperior. territ. concl. 66.* Specul. *de homag. n. 8. circa fin.* Zaſ. *de feud. part. 7 n. 56.* Schrad. *de feud. part. 6. c. 7 n. 4.* Ziegler. §. *civitas. concl. 1. n. 75.* Imò nun tantum ſubditos & cives, ſed etiam extraneos in territorio ſuo, vi jurisdictionis generalis & jure magiſtratus, à vi & injuria tutos, ſecuros & indemnes præſtare tenentur, Pet. Frider. Mindan. *de mandat. lib. 2. cap. 14. n. 10. in fin. & n. 13. ſeq.* Atque ita ordinariam & generalem protectionem ipſo jure incumbere Sacræ Cæſareæ Majeſtati, tanquam univerſali protectori, tradit Caſtald. *de Imperat. quæſt. 52.* Zoanet *de Rom. Imper. n. 149. & 251.* Thom. Michael. *de jurisd. concl. 9.*
Unde etiam Imperator dicitur, der gantzen 2
Chriſtenheit Schutz- und Schirmherr. R. Abſch. zu Augſpurg *de anno 1518.* §. Erſtlich. Sic quoque poſt Imperatorem, ordinariam & generalem protectionem ſubditorum ipſo jure etiam incumbere Regibus, Ducibus, Principibus, Comittibus, Baronibus, Nobilibus, Civitatibus & omnibus aliis magiſtratibus, pluribus docent Becht. *de ſecur. & ſalv. cond. concluſ. 42.* Mager. *de advoc. cap. 3. n. 78. ſeq. & ibi alleg.* Sixtin. *3. Marp.*
conſ. 8. n. 46. Vaſqui. *illuſtr. contr. libr. 1. cap. 41.* 3
num. 20. Ideò enim Magiſtratus officio ſuo fungitur, ut ſubditorum & civium ſaluti proſpiciat, *l. 2. §. originem. 13. ff. de orig. jur. l. 1. §. 12. ff. de offic. præf. urb. l. 3. l. 6. §. 2. ff. de offic. præſid. l. fin. ff. quod met.* Et hujusmodi defenſio faſcibus & Imperiis quorumlibet Dominorum adeò annexa & conjuncta dicitur, ut ab initio ſtatim cum dignitate & officio, ſine ulla recuſatione præſtari debeat, unde quoque neceſſaria appellatur, per Gylmann. *1. Camer. deciſ. 1. num. 24. ſeq.*
Mager. *d. cap. 3. num. 64.* Atque hoc reſpectu o- 4
mnes

mnes & singuli magistratus obligati sunt, territoria sua purgare malis hominibus, *l. 3. l. congruit. 13. ff. de offic. praes. l. 4. §. 2. ff. ad L. Jul. pecul.* Reichs-Abschiedt *de anno 1559. §.* Und haben uns. Gail. *2. observ. 64. num. 2.* Mynsing. *5. obs. 70.* & ejusmodi homines pacem & quietem turbantes conquirere, & prosequi, vulgo Straiffen/ Fichard. *cons. 63. n. 8. in fin. vol. 2.* Becht. *d. conclus. 42.* Mager. *d. cap. 3. n. 97.*

5 Ordinariam hujusmodi protectionem territoriorum Domini & Magistratus habent non tantum personarum & rerum secularium, sed etiam Ecclesiasticarum, de jure enim communi Reges Principes & alii magistratus patroni sunt Ecclesiarum sui Principatus & Dominii, Covarruv. *in repet. 2. c. possessor. §. 10. num. 5. de R. I. in 6.* Schurff. *cons. 72. num. 10. cent. 1.* Corset. *tract. de excell. reg. quaest. 34.* Mager. *de advoc. cap. 9. num. 658. seq.* Unde etiam Principes & alii Imperii Status in Coenobia & Monasteria sub eorum territoriis & districtibus sita, jus advocatiae & inspectionem justitiae, & administrationis temporalium habere solent, Wehner. *verb.* Vogtey. *in princ. vers. ut autem in statu.* Thom. Michael. *de jurisdict. conclus. 55. lit. g.* Et Principes & alii Status eo ipso, quod Ecclesiae Cathedrales & Monasteria situata sunt in eorum territoriis & districtibus, fundatam habere dicuntur intentionem de jure, quod sint illorum patroni & protectores, per tradita Hortleder. in Reichs-Handlungen/ *tom. 1. libr. 5. cap. 12.* Mager. *de advocat. cap. 8. num. 428. & cap. 9. num. 648. seq.* Quaecunque enim intra territorii septa continentur, ea in fide & patrocinio Domini istius esse communiter approbata est regula, *supra libr. 1. cap. 12. num. 93. & seq. & libr. 2. cap. 5. num. 69. & seq.* Secus tamen hoc est, si Monasteria à territorii jurisdictione sint exempta, Mager. *cap. 8. num. 430. & seq.*

6 Defensio haec bonorum & personarum etiam armis fieri potest, contra vim & injuriam, si hoc aliter fieri nequeat, Carpzov. *de leg. reg.*
7 *Germ. cap. 14. sect. 5. num. 6. seq.* Et magistratus cives ab omni injuria defendere, & liberorum loco tueri tenetur, *arg. l. 4. C. de defens. civit.* Farinac. *prax. crimin. part. 5. de homicid. quaest. 125. num. 316.* Nam quoad cives magistratus patris vicem sustinet, Menoch. *cons. 28. num. 32.* tam in Ecclesiasticis, quam politicis negociis, *c. quando. caus. 23. quaest. 4.* Ludol. de Bebenberg. *de jur. regn. cap. 3. 4. 8. & 9.* Tusch. *lit. R. conclus. 333. n. 10.* Matth. Stephan. *de jurisd. part. 1. cap. 1. membr. 1.*
8 *num. 15.* Quam primum enim regna & Imperia constituta, magistratus & subditi inter sese tanquam pater & liberi, Rol. à Valle *cons. 18. n. 18. cons. 81. n. 39. seq. vol. 2.* Mod. Pistor *cons. 9. n. 10. & 11. lib. 2.* Fichard. *cons. 137. num. 2. lib. 2.*, tanquam corpus & membra, Author *de postrem. motib. Gall. fol. 230.* tanquam pastor & grex, Rol. à Valle *cons. 91. num. 41. vol. 2.* Pistor. *d. cons. 9. n. 9. seq.* & tanquam foederati arctissimo, & sacri foederis homagialis contractu de vincti, Specul. *de feud. rubr. de homag. num. 3. 6. & 7.* Et Dominus 9
communis pater est subditorum, Rol. à Valle *cons. 15. n. 16. vol. 4.* & ideo paterno amore eos complecti debet, Rol. à Valle, *cons. 1. num. 103. vol. 1.* eosque tanquam filios & nepotes tractare, *l. si quis filium. & ibi* Jason. *ff. de inoff. test.* Cravet. *cons. 264. n. 36. & 37.* Unde etiam magistratus in sacris literis vocantur parentes *Genes. 41. vers. 43. 1. Samuel. 12. vers. 12. & cap. 24. vers. 12.* Clypei terrae, *Psalm. 47. vers. 9.* Portae civitatis, *Psalm. 24. v. 7. & Psalm. 143. v. 13.* Montes, *Michea 6. vers. 2.* Auxiliatores & salvatores, *Jud. 3. v. 9. 2. Reg. 13. vers. 5.* confer infra *lib. 6. cap. 1.*

Cives etiam & subditi inviti defendi possunt, eosque invitos magistatus defendere tenentur, quia hic communis, & civium, & magistratus salus publica versatur, & publicae saluti consulere humanum & necessarium est, *l. 2. 3. & 4. ff. de liber. caus.* Et homines, ubi contra propria commoda laborare inveniuntur, conservari, Republic. maximè interest, *arg. l. si pater. C. de sponsal. l. cum ratio. §. pen. ff. de bon. damnat.* Et communis Dd. est traditio, quodlibet beneficium etiam in invitum conferri posse, si publica causa concurrat, & alicujus renuentis saluti concurratur, Dec. & Cagnol. *in l. invito 63. §. 3. ff. de R. I.* opusque pulcherrimum est, etiam invitos, nolentesque servare Petr. Faber. *in d. l. invito. num. 9. in fin. ff. de R. I.* & invitos & ignorantes liberari posse, docet *l. 23. ff. de solut.* ac tempore necessitatis Dominum, vasallo invito, castrum custodire posse, docet Rosenthal. *de feud. cap. 7. conclus. 2. num. 8. lit. G.* Gail. *de arrest. cap. 10. num. 6. vers. Si tamen Dominus.* Et protector clientes invitos defendere potest, Petr. Frider. Mindan. *lib. 2. cap. 14. n. 33.* Mager. *de advocat. cap. 11. num. 386. seq.* E converso quoque cives propter praestitum homagium, magistratum & Senatum suum adversus injurias defendere tenentur, Petra *de potest. Princ. cap. 15. n. 42.* Guid. Pap. *quaest. 587.* Zas. *d. part. 7. num. 43.* Schrader. *de feud. part. 6. cap. 6. num. 92.* Ziegler. *§. civitas. concl. 1. n. 76. & limit. 1. n. 39.* Author. *consil. Fridberg. part. 1. punct. 6. n. 77.*

Magistratus, sive Consul & Senatus universitatis non tantum personas & bona civitatum, sed & ipsam Civitatem defendere tenetur. Quo nomine generali consuetudine regimen clavium portarum Reipubl. administratori, sive Consuli regenti tradi & committi solet, Paul. Christinae. *decis. cur. Belgic. vol. 5. decis. 147. n. 14. in fin.* Et quod provisio & tuitio civitatis, claviumque custodia, ad ipsos Consules suosque officiarios pertineat, tradunt quoque Guid. Pap. *decis. 531.* Luc. de Pen. *in l. est verum, C. de incol.* Nicol. Boër. *de custod. clav. n. 35.*

CAPUT

CAPUT XIII.
De Officio Magistratus circa mores Civium, & de Censoribus.

SUMMARIA.

1. *Cujusq; Reipubl. fundamenta sunt mores & leges.*
2. *Censores apud Romanos constituti, & qualis hic fuerit magistratus, & quomodo dictus.*
3. *Horum officium laudabile & necessarium.*
4. *Eorum origo quomodo creverit?*
5. *Censuræ olim duæ partes, & quodnam horum officium.*
6. *Cura hæc quibus demandata?*
7. *Hodie hoc officium negligitur, in locis tamen nonnullis Censura Ecclesiastica observatur.*
8. *Et in civitatibus nonnullis Imperialibus adhuc habentur Censores, scortatores & adulteros punientes.*
9. *Nemo tenetur denunciare delictum, nisi in Crimine læsæ Majestatis, parricidii & adulterationis monetarum.*
10. *Hodie judicia censoria exercentur.*
11. *Rugegravius olim quis?*
12. *In quem finem delatio criminis fiat?*
13. *Exempla delationum recensentur.*
14. *Delatores quænam delicta deferre teneantur?*
15. *Quatenus deferenti credatur.*
16. *Falso aliquem deferens, quomodo puniatur?*
17. *An & quatenus is, qui seipsum defert, immunitatem adquirat?*

SIcuti magistratus & judices legibus; ita moribus Censores præficiuntur, qui ea, quæ legibus definiri nequeunt, corrigant, notent, Chokier. *in aphorism. lib. 5. cap. 19.* Besold. *de magi-*
1 *strat. & censor. cap. 4. n. 1.* cum uniuscujusque Reipublicæ fundamenta sint mores & leges, Polyb. *lib. 6.* & ideò optimum quoque sit, si quid in moribus labat, non deesse corrigendi auctorem, Tacit. *2. annal.* Quam multa enim, inquit Seneca, pietas, humanitas, liberalitas, fides, justitia, exigunt, quæ extra publicas tabulas sunt, neglecta tamen, aut contemptui habita, multorum, magnorumque malorum causa sunt, Bodin. *de republ. lib. 6. cap. 1.* Lips. *4. polit. 11.* Atque
2 hunc in finem olim apud Romanos Censores à censendo sive constituendo ita dicti, *l. censeri. 111. ff. de V.S.* qui & magistri disciplinæ & præfecti moribus, dicti fuerunt, Cicero *pro Cluent.* item pacis magistri & custodes, Valer. Max. *lib. 2 cap. 9.* nec non pudoris & modestiæ, Cicero *in Pison.* Et cum apud Romanos moribus regendis diligens & severa fuerit censura, Liv. *decad. 5. lib. 1. in fin.* Ideò magistratus hic sacratissimus dici meruit, Plutarch. *in Caton major.* & honoratissimus, quasi cumulus reliquarum dignitatum, Lipsius *in not. ad* Tacit. *annal. lib. 4. n. 34.* & morum judex, apud Juven. & jurator, apud Plaut. *in prol.* Apud Athenienses legum custodes & Nomophylaces dicti, Bodin. *de republ. lib. 6. cap. 1.*

3 Hujusmodi censuram Rebuspublicis maximè necessariam, utilem, laudabilem, imò saluberrimam esse, tota Politicorum tradit schola, Bodin. *de republ. lib. 6. cap. 1.* Petr. Greg. Tholos. *de republ. lib. 4. cap. 11.* Lipsius *lib. 4. polit. cap. 11.* Althus. *polit cap. 25.* Joh. à Chockier. *lib. 2. aphorism. polit. c. 10. & lib. 5. cap. 19.* utpotè sine qua nil valent arma militum, nil legatorum merentur consilia: Nam quid prodest foris esse strenuum, si domi malè vivitur, Valer. Max. *lib. 2. c. 9.* Sine hac nullæ unquam divitiæ augustiorē facient Rempublicam, nisi enim singulis officium ac verecundia sua constiterit, partarum rerum æquatus cœlo cumulus sedem stabilem non habebit, Valer. Max. *d. l.* Ideoque censura omnium, quæ in Republica excogitari possunt, munerum maximum est, omnibusq; civitatibus maximè necessarium; Utilitas autem tanta, ut nulla major, &c. inquit Bodin. *de republ. lib. 6. cap. 1. in princ.*
Origo apud Romanos à parvis initiis orta, eò crevit, & ad tantum fastigium pervenit, ut decoris, dedecorisque Romani discrimen totius 4
Reipubl. supremum jus haberent. Primus autem Servius Tullius Romanorum Rex effecit, ut ipsa se Respublica nosceret, teste Floro. Cum enim primò instituisset, ut in singulorum liberorum recens natorum capita aliquid Junonis Lucinæ templo inferretur, patresque in censu conficiendo, non facultates modo in campo Martio in censum deducerent, sed suum quoque & uxoris nomen, ætatemque & familiæ capita profiterentur, tandem sacra publica, ritus, mores & vitæ cujusque instituta, vectigalia etiam, & publicorum locorum privatorumq; arbitrium sub censuræ curam & potestatem devenit, eaque omnia in tabulas censuales referebantur, ut omnibus non sentientibus & applaudentibus jugum intolerabile exactionum omnis generis imponeretur, Casp. Klock. *de contribut. cap. 17. n. 13.* Ex
quo constat, duas censuræ partes fuisse, quarum 5
una possessiones & bona singulorum inquirebat & adnotabat, ut scilicet constaret de numero, conditione, ætate & facultatibus singulorum, altera in mores civitatis animadvertebat, quo se quisque modo domi suæ intra latis penetralia, erga uxorem, liberos, servos, propinquos & vicinos gereret quæ institutio liberorum, quæ disciplina, unde victus & amictus, quis opum usus, quis abusus, qui cultus, quæ incuria, quis focus & mensa, &c. Klock. *d. cap. 17. n. 14. seq.* De qua posteriore morum censura nobis hic sermo est.

est, quorum censores Senatum etiam legebant, indignos amovebant; si quis plebejus oscitanter vel male viveret, agrum passus sordescere, eumque segniter curaret, aut vineas arboresque suas derelictui haberet, impunè id non ferebat: si quis equum haberet strigosum, impolitiæ notabatur, Gell. *lib. 4. cap. ult.* si ebrietatem, si jurgia, si perjuria civitatem invadere deprehenderent, acriter animadvertebant, & in universum providebant, ut quisque civium haberet negocia, quibus à malo publico detineretur, à pravis artibus, malisque libidinibus abstineret, probitati & industriæ, non sumptibus, aut divitiis studeret, Salust. *ad Cæsar.*

6 Atque hæc cura summis etiam viris demandata fuit; Cæsar enim cum magister morum esset, privatas ædes ambiit, quomodo quisque viveret, percontans, Plutarch. *in Cæsar.* Dion. *lib. 43.* Et Tiberius, si qua in publicis moribus desidiâ aut mala consuetudine laborarent, corrigenda suscepit, Sueton. *in Tiber. cap. 33.* Atque indè etiam Censores ipsos, quia aliorum moribus regendis præpositi sunt, summa vitæ integritate esse oportere, monet Cato *apud* Salust. ne turpe sit Censori cum culpa redarguit ipsum. Et hæc Censura olim Romanis & Græcis usitatissima fuit, & adhuc sæculo nostro Genevates pro Censoribus Decemviros, quasi magistros morum crearunt, qui tanta serveritate vitia castigant, ut vix ullum scelus tam occultum sit, quod inultum reperiatur, ut inde dubitandum non sit, quin Rempublicam, si non armis & opibus, certè virtutibus ac pietate florentem habituri sint, quamdiu Decemvirorum potestatem tuebuntur, ut scribit Bodin. *de republ. lib. 6. cap. 1. fol. 973. in fin. seq.*

7 Verum hodie nostris in Rebuspublicis adeò obsoletam tam necessariam Censuræ provinciam Reipubl. perspicimus, ut non modò non colatur, sed etiam ferè ignoretur, scribit Lipsius *4. polit. cap. 11.* Et quibusdam in locis usu relictum est hoc munus Ecclesiasticæ Censuræ, & Senioribus Ecclesiæ, ut si quos malè vivere cognoscant, admoneant, castigent & judicent: sed cum publicæ censuræ nota & correptione destituantur, parum inanibus efficitur reprehensionibus, ex Sturm. *lib. 2. de admin. bell. Turc.*
8 Kirchner. *de Republ. disput. 11. thes. 2. lit. c.* Et nonnullis in Civitatibus Imperialibus adhucdum reperiuntur Censores, Zucht-Herrn/ qui in scortatores, adulteros, & similes inquirunt, eosque puniunt.

Hodie quoque hoc nomine instituti solent judicia Censoria, Vogt: und Rug-Gericht.
9 Quamvis enim de jure communi nemo teneatur denunciare delictum commissum, vel committendum revelare, gloss. *in l. culpa caret. 50. & ibi* Dec. *num. 4.* Cagnol. *n. 10. ff. de R. I.* Menoch. *arbit. jud. cas. 355. n. 7.* Johan. Herman Stamm. *de servit. person. lib. 2. cap. 11. n. 6. seq.* nisi in Crimine læsæ Majestatis, & parricidii, Bart. *in. l. utrum. ff. ad L. Pompej. de parricid.* Boss. *in tract. crim. tit. de Crim. læs. Majest. n. 47.* Mynsi. *5. obs. 40. n. 1. seq.* Menoch. *d. cas. 355. n. 9.* ubi *in sequent.* alias limitationes addit, Stamm. *d. l. n. 14. seq.* & adulterationis monetarum, Newe Müntz Ordn. *de anno 1559.* §. Hierauf setzen/ordnen und wollen. *202 seq.* Aliud tamen in Suevia, Franconia, & alibi passim in Germania, maximè etiam apud Nobiles, 10 consuetudine receptum est, & singulis ferè annis ejusmodi judicia Censoria, quæ dicuntur Rug-Gericht/ institui solent, in quibus singuli ex populo, sub juramento, revelare & indicare teneantur, quicquid Domino vel Reipublicæ nocivum, vel contra legum, aliarumque ordinationum præscripta perpetratum sciunt, eo fine, ut pœnis condignis plectantur, Mod. Pistor. *part. 2. quæst. 61. num. 4. seq.* Keller. *de offic. jurid polit. libr. 2. cap. 17.* Meischner. *tom 4. decis. 10. n. 15.* Wehner. *pract. obs. verb.* Rugen. *fol. 578.* Stamm. *d. cap. 11. n. 5.* Idque vi juramenti fidelitatis, sive homagii, daß sie ihres Herrn Schaden/ warnen/ und dessen Nutzen befürdern wolln/ ne faciant se occultatores suspectos criminis, & non careãt suspicione occultæ societatis, wann sie es nicht rugen/ Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 135 num. 3. seq.* Sicuti etiam olim in Germania fuit Rugegravius, 11 sive Ruggraff/ quasi quidam Advocatus, sive Procurator Cæsaris vel Regis, per quem, vel cujus nomine causæ fiscales, statutis anni temporibus deferebantur, & accusabantur, ut in pœnas sancitas delinquentes condemnarentur, Gryphiander. *tract. de Weichbild. Saxon. cap. 71. num. 7. seq.* Quo nomine etiam tam publici, quàm clandestini delatores constitui solent, *l. ea quidem. 7. C. de accusat. l. 1. C. de custod. reor.* Menoch. *arbit. jud. cas. 198. n. 28.* Quod charitati christianæ non adversatur, si quis alterum in hujusmodi Ruggericht deferat, Besold *de magistrat. & censor. cap. 4. n. 2.* modò omnis privata vindicta & animi rancor à denunciante adversus denunciatum absit. Quia delatio hujusmodi in eum finem à magistratu requiritur, 12 ut consulat delinquentis saluti, & bono proximi, quamvis delinquentis fama periculo exponatur, Bonacin. *in disput. de censor.* juncta *tract. de clausul. §. 8. num. 2.* Unde Isocrates *in Orat. 2.* quam in personam Nicoclis scripsit, subditos ita alloquitur: Ne reticeatis, si quos videritis imperio meo nocere; sed existimate, idem supplicium debere occuldantibus, quod delinquentibus.

Nec hujus rei exempla sacra desunt, ita e- 13 nim Josephus Jacobo fratrum suorum delicta detulit, *Genes. 37. v. 2.* Nepos Pauli conjurationem judæorum defert, *Actor. 23.* Jonathan defert consilia Saulis ad Davidem, *1. Samuel. 19.* Heli audit scelera filiorum à delatoribus, *1. Samuel. 2.* Hujusmodi delatores quoque sunt, Die Marckt: und Feld-Schützen/ qui damna aliis illata magistratui denunciant.

Verùm an hujusmodi delatores omnia delicta, an verò ea saltem, quæ ad rei negationem 14 probare possunt, deferre teneantur, non eadem Doctorum est sententia, ut videre licet apud Menoch *arb. jud. cas. 198. n. 29.* Stamm. *d. cap. 11. n. 19.* ubi *n. 22. seq.* addit, delatores coactos esse delicta adhuc perpetranda vel perpetrata superioribus suis eo modo, quo ipsi noverint, non habito respectu probarene possint, vel non, denunciare, & quicquid sciunt, hoc omne secretò detegere debere, idque in casu, quo delicta probare non possunt, ad eum effectum,

ut

ut & judici de occulto delicto ansa ulterius inquirendi detur, & personæ, quibus fraus struitur, sibi cavere possint, quod etiam innuit, Menoch. *d. l. n. 30.* Mynſ. *5. obſ. 40. in fin.* Fachin. *9. controv. 86.* Clapmar. *de arcan. Rerumpubl. lib. 5. cap. 15.* ubi ait: Nec tamen morem eum improbo, in Reipubl. præsertim seditiosis hominibus plena, quo milites emissi scrutantur sermones, atque conjurationes in Principem hoc consilio, ut Princeps eos notet, ab iisque sibi caveat. Et regulariter quoque denunciatorem non teneri de calumnia, in denunciando innocentem, sed tantum, si scienter & falsò denunciaverit, respondit Bursat. *conſ. 154. n. 151. vol. 2.* Et
15 si denuncians, der Rugerund Anbringer / probet famam, vel rumorem in urbe esse de delicto, quod denunciavit, licet non probet corpus delicti, ejusque qualitates, excusatur, Cravet. *conſ. 329. n. 4. lib. 2.* Ejus enim officium est denunciare, non autem de facto cognoscere, an maleficium sit impunitum nec ne, Angel. *tract. de malefic. verb. nec non ad denunciandum. n. 7. ſeq.* Ac proinde præsumpta calumnia non sufficit, sed juramento se denuncians purgare potest. Hinc etiam, quod nuncio, qui ad inquisitionem damnorum datorum est deputatus, alicujus animalia, quasi damnum vicino dederint, deferenti, credatur, tradunt Bart. *in l. ea quidem. C. de accuſat.* Tiraquel. *de utroque retract. § 8. gloſſ. 9. in princ. n. 11.* Et nuncii relationi circa insinuationem citationis factæ, stari scribit Gail *1. obſ. 54. n. 4.* Unde generalis constitui solet regula, quod apparitori, atque nuncio publico, de negocio ad sui officii executionem spectante, attestanti, tam diu credatur, donec per reum contrarium probetur, aut talis sit fidei, ut ipsi cum juramento fides habeatur, is suo se juramento purgavit. *l. 1. §. quies. 12. ff. de offic. præf. urb.* Mascard. *de probat. concl. 1121. n. 1.* Maranta *in ſpec. part. 6. rubr. recte concipitur citatio n. 53.* Mynsing. *6 obſ. 10. n. 7.* Vide Stamm. *d. lib. 2. cap. 18. per tot.* Quod tamen tùm demum procedit. 1. si nuncius ille sit publicus, & in principio officii sui juratus, *Novel. 7. cap. 3. §. 2. verſ. ut neque.* Mascard. *d. l. n. 14.* 2. Si testetur de negotio tali, quod ad officium illius spectat, Mascard. *d. concl. 1121. n. 1.* 3. Si nō agatur de gravi alterius præjudicio Mascard. *d. l. n. 9. ſeq.* 4. Si reus delationem falsam esse non probaverit, quia reo contrarium probare permittitur, Mascard. *d. l. n. 26.* Quo casu nun- 16
cius ultra officii privationem, etiam arbitrariè, pro modo excessus punitur, *l. 2. C. de palat. ſacr. largit. d. cap. 18. n. 10.* Qualiter autem delatores voluntarii crimina delata non probantes, ob improbitatem puniantur, latè docet Menoch. *arbit. jud. caſ. 198. n. 14. ſeq.* Quod etiam in officio constitutus delinquens, se ipsum deferre debeat, tradit Menoch. *arb. jud. caſ. 323. n. 15.*

An autem iis, qui se ipsum defert & prodit 17
à Criminis pœna immunitatem adquirat, negant Rebuff. *ſuper conſtit. tom. 2. tract. de famul. ſalar. gloſſ. 10. n. 10.* Bayard. *in addit.* ad Jul. Clar. *lib. 5. pract. quæſt. 27. n. 7.* Bart. *in l. 3. §. ſi ex ſtipulatu. ff. ad SCt. Syllan. & in l. 4. § ſi tibi. in fin. ff. de cond. ob turp. cauſ.* ubi refert historiam quandam de famulo quodam, qui die Sabbathi, cum aliis Judæum, una cum filiis se interfecisse, denunciavit, illa spe fretus, se præmium quinquaginta aureorum, delatori constitutum, consecuturum esse, sed deceptus, pro præmio laqueum reportavit. Sed aliud observavit Cæsar Augustus, qui decies sestertiûm se illi daturum, qui Coracotam latronum principem in Hispaniam vivum ad se duceret, publicis edictis fidem fecit; Coracotas re explorata & comperta, sponte se Augusto Cæsari sistit, quare ut Cæsar, ne publicam fidem & securitatem fregisse diceretur, pecuniam illam delatori constitutam numerari jussit, impunè Coracotam dimisit, ex Dion. *l. 56.* refert Bodin. *de republ. l. 1. cap. 1. in princ. fol. 2. ſeq.* Quod etiam juri civili consentaneum esse videtur, *l. un. C. de famoſ. libel.* Cum Reipubl. expediat, crimina non manere occulta, *l. cum qui. 18. §. fin. ff. de injur.*

CAPUT XIV.

De Legibus Sumptuariis.

SUMMARIA.

1. *Conviviorum & vestium luxuria, ægræ immò morituræ civitatis indicia sunt.*
2. *De hodierna conviviorum luxuria, querimonia.*
3. *Exempla prodigorum conviviorum recensentur, Antonii, Cleopatræ, filii Æsopi Tragœdi, Vitellii, Heliogabali.*
4. *Damna ex his oriunda quænam?*
5. *Nulla ex conviviis gloria.*
6. *Non tamen omnia convivia contemnenda, quæ etiam amicitiæ & concordiæ vincula sunt, &c.*
7. *Ollas jungere,* die Häfelein zusammen tragen / *licitum.*
8. *Convivia signa esse debent benevolentiæ.*
9. *Quænam conviviorum requisita.*
10. *Rarò convivia instituenda.*
11. *Eaq; modica sint & frugalia.*
12. *Luxus conviviorum à magistratu coërcendus.*
13. *Leges Sumptuariæ olim plures sancitæ, & strictè observatæ.*
14. *Plebs luxus diminutionem ægrè fert.*
15. *Conviviorum nuptialium superfluitas.*
16. *Quæ à magistratu singularibus legibus cohibenda.*
17. *Exemplo Archiepiscopi Moguntini.*
18. *Regum Galliarum.*
19. *Hispaniarum.*
20. *Fraus harum legum non permittenda.*
21. *Modica conviviorum nuptialium celebratio permissa.*
22. *Immodicæ impensæ in conviviis baptizatorum abrogandæ.*
23. *Sicuti etiam expensæ funerales.*

Ad

AD Censorum officium imprimis pertinuit lasciviæ, libidinum, convivioru & imodicorum sumptuum coërcitio, utpotè quæ permissa Rebuspublicis semper obfuerunt, manu verò Censoria inhi-
1 bita profuerunt; Nam ut ait Valer. Max. *l. 4. c. 3.* ii penates, ea civitas, id regnum, æterno in gradu facilè steterit, ubi minimum virium, veneris, pecuniæque cupido sibi vindicaverit, Lipsius *lib. 4. civil. doctr.* E contra verò conviviorum luxuria, ut & vestium, ægræ civitatis indicia sunt, imo morituræ, Lipsius *4. polit. cap. 11.* Seneca. *epist. 115.*

2 Quænam autem & quanta hodie, proh dolor, conviviorum sit luxuria quinam ipsis in immodici & intolerabiles sumptus impendantur, ipsa experientia testatur: Nihil enim omittitur, quod ad extremam ingluviem & lasciviam carnis facit; Voluptas ab omni parte quæritur, inerti luxu, ac prodigis epulis certatur, celebrantur convivia perdicibus, phasianis, coturnicibus, pavonibus, lepusculis. Quicquid avium volitat, quicquid piscium natat, quicquid ferarum discurrit, humanis sepelitur ventribus. Fercula ferculis apponuntur; & alia atque alia esca melior atque amplior succenturiatur. Peregrina & Attica obsonia, remotorum litorum pisces, & magno censu comparatæ Cleopatricæ epulæ, ferculaque sestertium millies æstimata, & gulæ novissima irritamenta, aliaque exquisitissima condimenta, & ventris prodigia inventa sunt, ut nisi quis illas apponat, sordidus & parùm lautus videatur, Alex. ab Alex. *genial. dier. lib. 3. cap. 11.* Elementis omnibus servitia indicuntur, ut mensa ritè onetur & oneretur. Id quod rarissimum, quod exquisitissimum, in convivii apparatum expeditur, quidquid impensæ fiat, hic sumptibus nullis parcitur. Terra suppeditare cogitur, omnis generis radices, olera, fructus, omnis generis feras. Caro bubula, agnina, ovilla, hœdina, vitulina, nisi exotico jure perfusa, non admittitur, lepornia, aprugua, cervina, & quicquid animalium sylvas perrerat, in mensas extrahitur. Post terram aqua pretiosissimos pisces gulæ subministrare jubetur. Aer volucres, & omnis generis præbet altilia, perdices, phasianos, meleagrides, gallinas Decumanas, Numidicas, Africanas, Indicas, ficedulas, gallinagines, pullastrorum stragem. Si possemus Salamandras & Phœnices ad culinam trahere, cogeremus ignem has delicias non negare, coquere & lixare illas facilè disceremus, prout hæc refert Casp. Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 99. num. 4. & seqq.* ubi *num. 6* addit, si ea, quæ privatorum mensis apponuntur spectemus, Metelli, Pontificis cœnam facilè æquabunt, de qua, ut sumptuosa Macrob. *lib. 3. Saturnal cap. 13.* Imò vulgaris civis non satis benè sese posse audire putat, nisi quinque aut sex fercula apponat.

3 Sunt hodie, qui imitari conantur Antonium, qui una cœna mille apros, & unius anni spatio centum talentorum millia, ex Asiæ tributis exacta consumpsit, Plutarch. *in Anton.* Sabellic. *lib. 8. Ennead. 7.* Cleopatra ultima Ægypti regina cœnam paravit Antonio, in qua centies sestercium, id est, ducenta & quinquaginita aureorum millia uno ferculo secundæ mensæ consumpta sunt. Filii Æsopi Tragœdi tanta fuit prodigalitas, ut uniones aceto liquefactos apponeret, de quo Horat. *lib. 2. sermon. satyr. 3.*

Filius Æsopi de tractam ex aure Metellæ,
Scilicet ut decies solidum exorberet, aceto
Diluit insignem baccam.

Vitellius uno convivio duo millia piscium, & septem millia avium apposuit, & paucis mensibus nonagies centena millia florenorum insumpsit. Et referente Dion. patinam decem millibus florenis æstimatam confecit, Apolephr. *part. 1. fol. 366.* Varius Augustus, cognomento Heliogabalus, præter cæteros sumptus inutiles, canes suos anserum jecoribus, leones verò pavonum & lusciniarum linguis, Camelorum calcaneis, linguis phœnicopterorum, phasianorum atque psittacorum, & id genus aliis avibus, volatilibusque ali curavit Alex. ab Alex. *lib. 4. cap. 11.*

Verum hujusmodi heluationes & luxuriæ fomites sunt penè omnium malorum: Non enim propter caules, & Pythogartica legumina rixæ oriuntur, sed propter opipara fercula & lautas dapes, Franc. Patric. *de reipubl. instit. lib. 5. cap. 8.* Convivia quippe voluptatis afflixere sæculi mores, miseramque vitiis, quasi sentina Rempubl. pessundedêre, teste Flor. *lib. 3. cap. 12.* 4
Et magni cibi cura magna virtutis est incuria, secundum Caton. Et quis non animadvertit, magna ingentium Imperiorum fastigia oblivione frugalitatis collapsa esse? Et quis nescit Asiaticis deliciis Romam advectis, imperium sensim debilitatum, civilibus & domesticis bellis concussum, à barbaris verò tandem subversum, funditusque deletum. Et quem latet conviviis indulsisse Lucium Verum usque ad profluvium amentis impensæ flebilemque Imperii jacturam, Petrarcha *dialog. 19.* Gravissima hinc quoque oritur rerum penuria, & patrimonii jactura & dilapidatio, æs alienum conflatur, & abjecta paupertas, juxta illud vulgatum:

Ædificare domos, & pascere corpora multa,
Ad paupertatem proximus est aditus,

Et exhaustos conviviorum apparatibus Principes civitatum scribit Tacit. *l. 2. histor.* illisque orphanorum, viduarum, aliorumque bona consumi, non obscurè indicat Chrysostom. *in Marc. cap. 6.* plurimum, inquiens, convivia Divitum plena esse rapina, opipara quidem edulia & potum isthic videas; verum si cogitem, unde collecta ea sint, deprehendas scilicet, fœnore, præda, dolis & omni injustitiæ genere coacta esse. Nec est, inquit Klock. *d. ærar. lib. 2. d. cap. 99. n. 12.* 5
quod quis ex ferculorum epularumque incremento gloriam apud vulgus & multorum gratiam quærat, Gloria namque ex apparatu conviviorum parta, caduca, turpis, mercenaria, virtuti inimica & fallax est. Etenim diffugiunt cadis cum fece siccatis amici. Et vera gloria hæc nil nisi vapor est, qui ad exiguum tempus adparet, & deinde instar stipulæ à ventis agitatæ evanescit, *Iacob. 4. v. 14.*

6 Non tamen omnia indistinctè convivia contemnenda & inhibenda, utpote quæ etiam amicitiæ & concordiæ vincula sunt, & amicæ conversationis causa instituuntur, sine qua vita nostra non tantum mortua, sed bestialis planè est, qualis vita Timonis & Apemati quondam fuit, horum cum alter alterum aliquando adibat, appositâ tenuissimi apparatus cœnulâ, post longum tandem silentium, inquit Apematus: Quàm, Timon, nostra duorum in hac solitudine convivatio est jucunda? Quem Timon obliquo intuitus lumine, equidem dicebat, si tu abesses, Plutarch. Habent enim honesta convivia, præter jucundam amicorum conversationem, quæ sal, & sol vitæ dicitur, propter quam
7 antiquioribus Romanis, cœna utcunque ex sportula fuit, in hunc finem, ut amici vicinique cœnas, quas domi paratas habebant, in sportulis in unum conferebant, quod Hispani vocant ollas jungere, Germani, die Häfelein zusamen tragen/ Garf. *de expens. & melior. cap. 21. n. 19. in fin.* Et Romani olim convivia instituerunt, quæ Charistias appellarunt, quibus præter cognatos nemo interponebatur, ut si qua inter personas necessarias querela esset orta, apud sacra mensæ
8 tolleretur, Valer. Maxim. *lib. 2.* Et sic convivia esse debent signa benevolentiæ, in quibus aluntur amicitiæ, animi confirmantur, docentur & alliciuntur. Et boni viri veniunt ad bonorum convivia, non helluationis aut ventris causa, sed sermonum, benevolentiæ & colloquiorum. Ex quo convivia antiquitus dicta, quasi quod simul viverent, vult Æneas Sylvius *de reg. instit.*
9 *cap. 15.* Indeque vetustas quatuor in conviviis requisivit, 1. modicum apparatum, 2. Suave colloquium, 3. Veram convivarum benevolentiam, 4. bonum vinum, Lather. *de cens. lib. 8. cap. 10. n. 17.*

10 Convivia quoque rarò esse instituenda, cum incertum sit gratiamne, an invidiam faciant, monet Patric. *de republ. lib. 5. tit. 9.* juxta illud Catonis: convivare raro. Incertum namque est, gratiamne an in vidiam convivia faciant: Nam si invitati ad parem gratiam referendam obnoxii redduntur, complures sunt, qui neglecti indignantur, & contumeliam aut injuriam meditantur, Franc. Patric. *de reip. instit.*
11 *lib. 5. §. convivia a bono cive.* Nec ultra id, quod natura exposcit, apponendum, nam si ad naturam vives, nunquam eris pauper: Si ad opiniones, nunquam eris dives: exiguum natura desiderat, opinio immensum, inquit Senea *in epist.* Unde Claudian.

Vivitur exiguo melius, naturæ beatis
Omnibus esse dedit, si quis cognoverit uti.

Et Lucret. 5.

Divitiæ grandes homini sunt vivere parcè
Æquo animo, neq; enim est unquam penuria parvi.

Parvo fames constat, magno fastidium, Seneca *in epist.* Simplici cura constant necessaria, in delitus laboratur, Senec. *d. l.* Bonæ Valetudinis quasi quædam mater frugalitas, Valer. Maxim.

Cum sale panis
Latrantem stomachum benè leniet,

Horat. *lib. 5. serm.*

Jejunus stomachus rarò vulgaria temnit,

Horat. *ibid.*

Tales ergo cibi, qualis domus atq; supellex.

Juvenal. *satyr. 11.*

Cum igitur in modo conviviorum variè & pernitiosè peccetur, eorum luxum à magistra- 12
tu cohibendum, legesque sumptuarias ferendas, easque seriò observandas, & transgressores severioribus pœnis coërcendos esse, monent politici, Keckerman. *lib. 1. system. polit. cap. 10.* Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 99. n. 20.* Et principem curam esse Principis & magistratus luxum coërcere in suis civitatibus, monet Annib. Scotus *lib. 2. comment. in annal.* Tacit. *n. 30.* Ita apud Ro- 13
manos saluberrimum fuit institutum legum sumptuariarum, quæ etiam ad convivia pertinebant, adeoque strictè fuerunt observatæ, ut Fabricius & Æmilius Censores, ipsum Cornelium Ruffum, qui bis consul & dictator fuerat, Senatu moverint, quod argenti facti cœnæ gratia, decem pondo haberet, Gell. *lib. 16. cap. 1.* Valer. Maxim. *lib. 2. cap. 9.* Julius Cæsar legem sumptuariam sancivit, qua non solum cœnæ modum statuit, sed etiam inquisitores circa macellum disposuit, ut vendentes, ementesque vetita esculenta punirentur, Patric. *de reipubl. instit. lib. 5. tit. 8.* Et à Veteribus Romanis multæ repertæ sunt leges, quibus luxuria conviviorum cohibita, ac parsimonia atque victus & cœnarum tenuitas custodita fuit, de quibus Gellius 2. *noct. Attic. cap. 24.* Si lex Fabia vetuit uni convivio plusquàm triginta sestertios, id est, duodecim thaleros impendi: Lex Femilia plusquam quinque patinas apponere vetuit: Lex Julia vetuit januas tempore prandii adducere, ut Censores intrare possint: Lex Aristina prohibuit quempiam retinere à prandio diutius, quam in vesperam; magnificus enim apparatus, cum cottidie grandes fumant pultibus ollæ, conviviorum & sumptuosa largitio, nonne ab opulentia paritura mox egestatem, scribit Florus. Didius legem Fanniam ampliavit & sanxit, ut non modò, qui prandia cœnasque majore sumptu fecissent, sed etiam illi, qui ad eas vocati essent, legis pœnis tenerentur. Lucinius Crassus, qui dictus est dives, ipse quoque sumptuariam legem tulit, à Fannia non admodum diversam nisi quod Kalendis Nonis, nundinis Romanis, cuique in dies singulos triginta duntaxat asses, edundi causa consumere liceret, cæteris vero diebus, qui excepti non essent, nec amplius apponeretur, quam carnis aridæ, pondo tria & salsamentorum pondo, quæ vero ex terra, vitæ, arboreve nata essent, promiscuè largita est. Hæc ratio & magnitudo animorum in moribus nostris fuit, ut cum in privatis rebus suisque sumptibus minimo contenti tenuissimo cultu viverent, in Imperio atque publica dignitate omnia ad gloriam splendoremque revocarent; quæritur enim in re domestica continentiæ laus in publica dignitatis, eleganter inquit Cicero *in orat. pro L. Flacco.*

O venerandam priscam Romanorum temperantiam! Sed quid hodie; Bonæ illæ leges oblivione, & quod flagitiosius est, contemptu abo-

abolitæ, securiorem luxum fecerunt, luxusque & ignavia nullis præscriptis finibus, in voraginem & gurgitem vitiorum ad nefas omne usque adeò processerunt, ut divina & humana profanent, populoque simul & plebi gravem perniciem adferant, Alex. ab Alex. *gen. dier. lib. 3. cap. 11.*

14 Imò abrogationem luxus plebs nonnunquam libertatis diminutionem existimat, eamque censuram gravius ipso tributo ferre solet, Klock. *de ærar. l. 2. d. cap. 99. n. 27.* Sanior tamen populus leges sumptuarias lubens admittit, si videat earum rationem sibi publicè constare, ipsosque Reipubl. moderatores non esse effusos in luxum & externorum profusionem; indè obsequium & æmulandi amor, validior, quam pœna ex legibus & metus, ut ait Tacit. *lib. 3.*

15 Hinc in benè constitutis Rebuspublicis fieri & sanciri solent ordinationes circa nuptiarum festivitates, ne nimii in eas sumptus impendantur Hochzeit-Ordnungen. Videmus enim hodie plerumque nuptiarum festivitates & convivia per aliquot dies institui, & novos sponsos, quasi ad triumphum in Capitolio agendum sese instruere, ac pomposo vestium, ferculorumque luxu distentos, conjugium à superbia incipere, ita ut ambigas, pluresne numerare accumbentium personas, aut eduliorum portenta, pluresne mensa capiat, aut oculi comprehendant. Nemo ibi reperitur Lazarus, quisque purpuram ostendat, & aurum: multi, quod longo tempore sudore pararunt, in unius diei nuptias impendunt, & ipse sponsus & sponsa, sumptuositate acta, in portu rei suæ familiaris nonnunquam ita naufragantur, ut naviculam domesticæ rei, reliquo vitæ tempore, vix ac ne vix quidem
16 restaurare valeant. Ad magistratus igitur curam pertinet, luxum hunc edicto cohibere, certum numerum tàm amicorum & hospitum, quàm ciborum præscribere, & transgressores mulctis & pœnis frænare, & fisco sive ærario addicere, prout jubet Reformatio politica imperii *de anno 1548. tit.* von etlichen Artickeln / darinnen den Obrigkeiten Ordnung fürzunemmen be-
17 fohlē wird *15. in princ.* Sicuti etiam Archi-Episc. Moguntinus Johannes Swickardus *anno 1615.* leges sumptum definientes, & in numero convivarum, ferculorumque in tempore & muneribus consistentes promulgavit, causasque ita præfatur: Sed jam aliquot annorum experientia didicisse, subditos suos in oppidis & pagis, præcipuè in conviviis baptismalibus agapis patrinorum, & nuptialibus expensis magnis se gravari ea in re, nullum velle postremas tenere, eos, qui re tenui sunt, opulentiores æmulari, indè multos ita præmi, & ære alieno gravari, ut emergere non possint, nec debita obsequia magistra-
tui præstare, uti videre licet apud Contzen. *lib. 8.*
polit. cap. 14. Sic quoque Carolum IX. & Henri- 18
cum III. Galliarum Reges præcepisse, ne in nuptiis aliisque Conviviis plus, quam tria fercula, adponantur, constituta in transgressores legis pœna ducentarum librarum Parisiensium, atque etiam in eos, qui interfuerint, nec rem Censori manifestaverint, quadraginta librarū similium, qua etiam tenebantur, sive judices, qui interfuerint, nec è vestigio recesserint, aut certò connivendo dissimularint; Quinimo in ipsos coquos
animadversum, refert Joh. à Chockier *lib. 7. cap.* 19
19. Et hujusmodi quoque leges sumptuariæ in Hispaniæ & Lusitaniæ Regno, nec non in plerisque Italiæ & Germaniæ Civitatibus sartæ tectæque observantur. Quibus tamen nonnullis in locis fraus fieri solet, quod loco unius ferculi in
una eademque patina magna varias species ad- 20
ponunt, & ditiores sponsi, aliosque pauperiores sibi adsocient sponsos, qui se in templum eo fine comitentur, ut hoc prætextu, quasi plures sint nuptiæ, definitum numerum hospitum nuptialium impunè excedere possint, lassen andere Hochzeiter mit jhnen in die Kirch gehen / damit sie unter dem Schein / als wären es unterschiedliche Hochzeiter / desto mehr Hochzeit-Gäste laden mögen / quod cum in fraudem legis fiat, indeque plures, qui aliàs ad convivia nuptialia non invitarentur, graventur, non est permittendum, sed condignis, pœnis coërcendum.

Modica autem convivii celebratio, propter 21
matrimonii dignitatem, & ideò permissa & ubique locorum recepta, ne conjunctiones novorum conjugum sint occultæ & clandestinæ, nec absque solemnitate nupta sive sponsa in thalamum mariti ingrediatur, Johan. Gerhard. *in loc. de conjug. §. 464.* Carpzov. *jurisprud. consistor. lib. 2. tit. 8. defin. 149. n. 4. & per tot.* ubi *n. 9.* Convivas monet, ne commessationibus & compotationibus nimium indulgeant, nec verbis, factis, aut moribus inhonestis scandalum præbeant, aliisque sint molesti, sed meminerint ejus, quod de Tobiæ nuptiis dicitur; epulatos fuisse hospites in timore Domini, *Tob. 7. v. 17. & cap. 8. v. 29.*

Consimili modo Princeps & magistratus 22
superfluas & immodicas impensas ab Albaliis, sive conviviis baptizatorū, Kindtauffen / Tauff-Suppen / removebit, iisque severè interdicet, per d. Reformat. polit. *de anno 1548. tit.* von etlichen Articuln darinnen den Obrigkeiten Ordnung fürzunemmen / befohlen ward. *15. in princ.*
Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 98. n. 1.* Idem est quoad 23
expensas funerales, Klock. *d. l. n. 9.* ubi de hac re ordinationem Politicam Lunæburgensem *cap. 32.* adducit. De qua *vide infra cap. 20. n. 46.*

CAPUT XV.

De Legibus Vestiariis.

SUMMARIA.

1. *Vestium luxus hodiernus taxatur*
2. *Vestes hodie non sunt pudoris tegumenta, sed libidinis irritamenta.*
3. *Viri vestibus fœminæ, & fœminæ viri conspiciuntur.*
4. *Vestium varietas.*
5. *Germani Gallos imitantur.*
6. *Capilli & barba tonsura varia.*

7. Barba virum ostendit.
8. Quanta pileorum varietas.
9. Peregrinantes imprimis novas vestes, novosq. mores induunt, quos describit Lansius.
10. Et Thomas Morus.
11. D. Ambrosii dictũ in vestium luxuriem.
12. Exterior corporis cultus animi neglecti indicium est.
13. Fœmina hodie vix discernitur à masculis, nisi positis vestibus.
14. Temporis dispendium, quod corporis cultum sequitur.
15. Salomon in cultu corporis occupatus Dei obliviscitur.
16. Pecuniæ dispendium & patrimonii absumptio inde oritur, exemplo Galliæ.
17. Petri Ernesti à Kirchingen *responsum Lotharingiæ Duci datum, quod non ita ornatus incederet.*
18. Respublica malè se habet, nisi fœminarum sumptus cohibeantur.
19. Remedia hujus luxus sunt, si ipse magistrat⁹ honesto & mediocri vestitu incedat.
20. Cujus exempla referuntur.
21. Si rebus ad pompam vestiariam spectantibus tributum imponatur.
22. Si fastuosi in aulis Principum non ferantur, exemplo Ducis quondam Saxoniæ.
23. Si leges vestiariæ statuantur & observentur.
24. Cujusmodi legum exempla recensentur.
25. Floridæ vestes olim meretricibus tantùm concessæ.
26. Gynæconomorum apud Græcos officium.
27. Quales leges vestiariæ hodie statuendæ?
28. Leges vestiariæ in Imperii constitutionibus sancitæ.
29. Idem in quibusdam Civitatibus Imperialibus obtinet.
30. Nobilium, patritiorum & honoratiorũ vestitus pretiosior sit quam plebejorum.
31. Sicuti dignitatum certa sunt genera, ita etiam vestium discrimina.
32. Honestiores honestiore vestitu incedere debent, ut dignoscantur.
33. Vestitus insignis & mollis superbiæ vexillum.
34. Exempla molliter vestitorum.
35. A peregrinis vestibus abstinendum.
36. Peregrinæ vestes novos mores, novi mores peregrinos hospites Germaniæ inducunt.

Quæ de legibus sumptuariis conviviorum immodicorum dicta sunt, eadem quoque obtinent in legibus Vestiariis. Quia nullis unquam temporibus major in vestitu vanitas, sumptus & superbia emicuerunt, quam hodie, ut cum Seneca *lib. 1. de benefic.* verè asserere possimus, in petulantiam nunc & audaciam erupisse malè dispensatam vestiendi libertatem.
1 Et idem Seneca *lib. 7. de benefic.* Video inquit, sericas vestes, (si vestes vocandæ sunt, in quibus nihil est, quo defendi aut membra, aut corpus, aut denique pudor possit) quibus sumptis mulier parum liquidò nudam se non esse juravit. Video uniones, non singulos singulis auribus comparatos, jam enim exercitatæ aures oneri ferendo sunt: junguntur inter sese & insuper alii binis superponuntur; non satis muliebris insania viros subjecerat, nisi bina ac terna patrimonia auribus singulis pependissent. Et apud omnes ferè populos ad insaniam usque invaluit cultus corporum nimius, & cura circa carnalis ambitus ornatum, Clem. Alexandrin. *pædagog. lib. 3. cap. 2.* & eò jam luxus vestiumque pretia excreverunt, ut quo vestitu olim Comites, Marchiones, Duces usi sunt, illo nunc novi homines & infimæ nobilitatis viri fœminæque utantur; & qui antea Nobilium erat habitus, is jam plebeculæ & mechanicis vix approbetur. Unde pretia rerum sic inflammantur, ut jam inter maximos sumptus numeretur vestium luxus, quo numi dissipantur, & res domestica frangitur. Paucissimi jam secum habitant, ut norint, quam restet curta supellex. Jam plebeios Nobilibus Nobiles Comitibus, Comites Principibus, Principes Regibus ac Cæsaribus omni luxus genere æquatos videas. Jam Cerdonum vulgò pauperiorum filios habituum apparatu multo sumptuosiore luxuriare videas, quàm Heroës annuis reditibus ditissimos. Jam vicanorum filios, opificesque, qui omnia sua bona secum portant, videas divitum Nobilium habitum imitari, ac superare. Hodie sericæ vestes nimis vulgatæ, in quibus matronæ translucent, aut viri usque ad plebeios jam ornatur. Sericum hoc illud esse in usum publicum damno severitatis admissum; & quo ostentare potius corpora, quam vestire primò fœminis, nunc etiam viris luxuriæ libido persuasit, dicebat Solinus *cap. 63.* Nec satis est pompaticæ ostentationis curiositatem omnium oculis ingerere, jam 2
etiam quæ olim velata, nudamus, & paulatim pectus aperimus. Quod quid aliud est, quàm pudicitiam aperto Marte oppugnare? Quid hoc aliud quam irritare hominium cupidates jam ante incitatas: Annon hoc nobile specimen est flagitiosæ stultitiæ, & quæ primas mereatur? Quid hoc ducas, hæc in veste lenocinia non sunt pudoris tegumenta, sed irritamenta libidinis, Drexel. *lib. 3. de cultu corpor. cap. 11. §. 1. & §. 6. fol. 659.* ubi refert, se vidisse monstrum 3
fœminæ, quæ non ocreis tantùm, sed & calcaribus, & pugione ad latus pendulo armata pileum habuerit, ritu militari insignem: Tu si eam vidisses, addens, aut Palladem, aut certè ipsum Martem dixisses: Eam ætatem vivimus, qua viri paulatim fœminæ fiunt, & veste & crinibus; qua & fœminæ viros induunt, atque in urbibus

bibus ac pace majestatem spirant bellicam. O leges vestiariæ tot urbium & provinciarum quam dudum exulastis, quàm dudum expirastis, jam pridem nullos limites patiuntur effusissimi sumptus in vestium pompam. Vestibus quam vanè ruat gens humana in sui cæcitatem, quamque fallamur omnes, edocemur. His succinctè, illis longæ placent vestes: Hi variam vestium concisuram ornatum vestimentis addere existimant; illi id detestantur, ac meram stultitiam putant: Sic alter alterius videt & ridet ineptias, & suum cuique pulchrum videtur.
4 Hoc malo jam passim laboratur, præsertim, verò in Gallia, ita ut ipsi pridem hoc vitii de se notarint pictura quadam elegante in arce Blessensi, ubi sarcinator Hispano, Anglo, Italo, Germano suas cuique vestes suo more paratas profert, utpotè quorum vestitus figuram, tanquam certam & perpetuam antea noverit: Gallo autem pannum & forficem porrigit, ut ipse sibi vestem, quali velit forma, conficiat, quandoquidem indies vestium formas ita solet mutare, ut sciri nequeat, quanam figura vestem velit.
5 Sed, proh dolor, Germani hac in re Gallos tam fœliciter imitari cœperunt, ut fermè nescias, utri molliores sint. Omnia vestium genera Gallorum imitantur Germani, quæ Alamodica dicunt, es muß alles *ala mode Francoise*, Närrisch und und Frantz-Seuisch seyn.

6 Varia est capilli & barbæ tonsura & tortura: capilli viris jam ante erant tonsi, nunc per humeros & frontem dependent longissimi, ad instar mulierum, ad mollitiem muliebrem ostentandam, & frontis deformitatem & stigmata fortè inusta, abscondenda, prout Imperat. Adrianus, ut vulnera, quæ in facie erant naturalia, tegeret, primus Cæsarum barbam nutrivit, teste Dione. Hieronymus Rhetus, Gymnasii Basiliensis quondam Professor, interrogatus, cur tam promissam aleret barbam? respondit, ut intuens hos capillos, me non mulierem, sed virum esse intelligam. Barba enim ornat virum, & admonet, ut virilia quoque facinora fortius aggrediamur, Lycosthen. Et notum est illud vulgatum: Barba facit & ostendit virum, juxta illud Ovid. *lib. 13. metamorph.*

Barba viros hirtæq; decent in corpore setæ.

7 Quam ægrè tulerit David, quod servorum suorum barbæ dimidiam raserit Hannon, videre licet *2. Samuel. 10. v. 4.* Cæsaries, ut loquitur Ambros. *in Hexamer. 6.* reverenda est in senibus veneranda in sacerdotibus, terribilis in bellatoribus, decora in adolescentibus, dulcis in puellis. Tolle arboris comam, tota arbor ingrata est; tolle humani capitis capillum, tota pulchritudo flaccescit. Et ipse Christus salvator, dum in terris moraretur, Cæsariem subflavam, ac quodammodo ad crispam declinantem habuisse fertur, *Mich. Neand. in apocyph. p. 409.* Quam varia & stulta sit hodie barbæ tonsura, refert Phylander von Sittewaldt in seinem Ala mode Kehrauß *vision. 1 pag. 50. seq.* ubi ita scribit: Da deine Ehrliche Vorfahren (wann du anderst eines Teutschen Manns Sohn bist) es für die gröste Zierde gehalten haben / so sie einen rechtschaffenen Bart hatten / so wöllet ihr den Welschen unbeständigen Narren nach / alle Wochen euere Bärt beropffen und bescheren / ja alle Tag und Morgen mit Eysen und Feur peinigen foltern und martern / ziehen und zerren lassen; jetzt wie einen Zirckel-Bärtel / jetzt einen Schnecken-Bärtel / bald einen Jungfrauen-Bärtel / einen Deller-Bärtel / ein Spitz-Bärtel / ein Endten-Wädel / ein Schmahl-Bärtel / ein Zucker-Bärtel / ein Türcken-Bärtel / ein Spanisch Bärtel / ein Italianisch-Bärtel / ein Sontags-Bärtel ein Oster-Bärtel / ein Lill-Bärtel / ein Spill-Bärtel / ein Drill-Bärtel / ein Schmutz-Bärtel / ein Stutz-Bärtel / ein Trutz-Bärtel / &c. Zu unsern Zeiten hat man an den Federn erkennen lernen / was es für ein Vogel war; am Bart / was für ein Mann da war: Wie wolt es heut imer müglich seyn / da je älter einer wird / je mehr er seinen Bart stutzen und stimlen lässet und also die Welt und das Jugend-liebende Frauen-Zimmer überreden und bethören will / ob er ein Jung-Gesell oder Jüngling wäre. De Capillis ita loquitur: Warumb muß es dir also über die Stirne herunder hangen? Mann soll ja einen ehrlichen Mann an der Stirne erkennen / welche guten Theils seines Gemüths Zeugnuß ist: und wer seine Stirne also verhüt / das Ansehen hat als er sich für etwas müste schämen / daß er ein Schelmenstuck begangen habe. Seynd rechte Diebs-Haar / und von den Welschen umb einer Missethat / oder Diebstucks willen / irgend ein Ohr abgeschnitten / erdacht worden / damit sie es mit 8
dem Haar also bedecken möchten.

Quanta quoque hodie sit varietas pileorum, idem describit Phylander von Sittewaldt / *in d. Ala mode* Kehrauß / *d. vis. 1 fol. 47.* his verbis: Wie viel Gattungen von Hüten habt ihr in wenig Jahren nicht getragen? Jetzt einen Hut wie ein Anken-Hafen / dann wie ein Zucker-Hut / wie ein Cardinals-Hut / dann wie ein Schlap-Hut: dann ein Stilp Elen breit / dort ein Stilp Fingers breit: dann von Geissen-Haar / dann von Camels-Haar / dann von Biber-Haar / von Affen-Haar / von Narren-Haar: dann ein Hut als Schwartzwälder-Käß / dann wie ein Schweizer-Käß / dann wie ein Holländisch-Käß / dann wie ein Münster-Käß; Und das ist heut die neu Narrische Tracht / bald kommt ein andere in Gestalt eines Fingerhuts / hernach die närrischer ist:

Du trägst ein Welschen Hut /
Die Welsche deiner lachen /
Und zwacken dir dein Gut /
Und dich zum Narren machen.
Drumb wer hat Teutschen Muth /
Hab Sorg zu seiner Sachen.

Item:

Dann trägt man kurtz / dann lange Röcke /
Dann grosse Hüt / dann spitz wie Wecke /
Dann Ermel lang / dann weit / dann eng /
Dann Hosen mit viel Farb und Spreng /
Ein Stund der andern kaum entweicht /
Dann Teutsch Gemüth ist also leicht /
Das zeigt was in dem Hertzen leit.
Ein Narr hat Endrung allezeit.

Et *pag. 62.*

Ein Teutscher der sein Kleid veracht/
Und sich umsicht nach Welscher Tracht/
Der bleibt ein Narr und wird verlacht/
Biß er nach Art seins Vatters macht.

9 Imprimis autem hasce novas vestes, novosque mores induunt peregrinátes, quos graphicè Dn. Lansius *in relat. de principat. inter provinc. Europ. pag. 8.* ita describit, qui

Vix è conspectu patriæ telluris in oras

digressi peregrinas, si Galliam limis oculis aliquando aspexerunt, Gallica omnia; si Italiam intuiti sunt, Italica omnia; si alterum pedem in Hispaniam intulerunt, Hispanica omnia; si in Anglia pernoctarunt, Anglica omnia; & undecunque tandem peregrè redierunt, peregrina omnia, mores, gestus, ceremonias, vestitum, linguam, histrionica temeritate ac stultitia probant, jactitant & extollunt; Germanicis & paternis omnibus neglectis, fastiditis, rejectis. Cujusmodi histrionem, eumque Anglum, graphicè depinxit Thomas Morus, his verbis:

10 *Amicus & sodalis est Lalus mihi,*
Britanniaq; natus altusq; insula,
At cum Britannos Galliæ cultoribus
Oceanus ingens, lingua, mores, dirimant;
Spernit tamen Lalus Britannica omnia;
Miratur expetitq; cuncta Gallica:
Toga superbit ambulans in Gallica,
Amatq; multum Gallicas lacernulas;
Zona, locello, atq; ense gaudet Gallico,
Et calceis, & subligare Gallico,
Totoq; deniq; apparatu Gallico.
Nam & unum habet ministrum, eumq; Gallicum:
Sed quem, licet velit, nec ipsa Gallia
Tractare quiret plus (opinior) Gallicè:
Stipendii nihil dat, atq; id Gallicè:
Vestique tritis pannulis, & Gallicè hoc:
Alit cibo parvo & malo, idq; Gallicè:
Labore multo exercet, atque hoc Gallicè:
Pugnisq; crebro pulsat, idq; Gallicè
In cœtu, & in via, & foro, & frequentia,
Rixatur ob jurgatq; semper Gallicè.
Quid? Gallice illud? imo semi-Gallice.
Sermonem enim, ni fallor, ille Gallicum
Tam callet omnem, quàm Latinum psittacus.
Crescit tamen, sibique nimirum placet;
Verbis tribus si quid loquatur Gallicis:
Aut Gallicis si quid nequit vocabulis,
Conatur id verbis licet non Gallicis,
Sonoq; saltem personare Gallico,
Palato hiante, acutulo quodam sono,
Et fœminæ instar garrientis molliter,
Sed ore pleno, tanquam id impleant fabæ;
Balbutiens videlicet suaviter
Pressis quibusdam literis, Galli quibus
Ineptientes abstinent, nihil secus
Quam vulpe Gallus rupibusq; nativa.
Sic ergo linguam ille & Latinam Gallicè,
Et Gallicè linguam sonat Britannicam,
Et Gallicè linguam refert Hispanicam,
Et Gallicè linguam refert Lombardicam,
Et Gallicè linguam sonat Germanicam;
Et Gallicè omnem, præter unam Gallicam.
Nam Gallicam solam sonat Britannicè.
At quisquis Insula satus Britannica,
Sic patriam insolens fastidiet suam;
Ut more simiæ laboret fingere
Et æmulari Gallicas ineptias:
Ex amne Gallo ego hunc opinor ebrium.
Ergo ex Britanno ut Gallus esse nititur:
Sic Dii jubete, fiat ex Gallo capus.

Sed quorsum hic vestium fastus? Annon homines ante lapsum erant nudi, & nudi permansissent, si natura hominis per lapsum Adæ peccato & morti non fuisset subjecta? Nemo ergò gloriari debet in veste, sicuti nullus quoque fur gloriatur de stigmate, ob furtum fronti inusto, vel reste collo injecta. Qui gloriatur de veste, similis est glorianti de cauteriis; Quia per peccatum Adæ vestium usus introductus
est, inquit D. Thomas. Et D. Ambrosius: Au- 11
di, inquit, omnes nascimur nudi & morimur: nulla distinctio inter cadavera animorum, nisi fortè, quia gravius fœtent corpora divitum distenta luxurie. Cur ipse Deus protoplastis pelles in vestem dedit, si nos auro & gemmis vestiri voluit? Quænam Biblia docent cineres serico velandas, cœnum auro tingendum, fimetum purpura operiendum? Et annon corpus nostrum cinis, cœnum, fimetum? cur istud homo sic operis, sic comis? Subter te sternetur tinea, & operimentum erunt vermes, *Esaiæ 14. vers. 11.* Hinc turpe esse sapienti, cum animam habeat, captare laudes ex corpore, ait Imperat. Julianus apud Marcell. *lib. 25.* Exterior hic cul-
tus corporis animi neglecti certum penè est in- 11
dicium, nec tantum animi corrupti index, sed & origo multorum malorum. Vestis dissecta dissectum animum, levis hominem levem, muliebris effœminatum, monstrosa monstrosum, thrasonica thrasonicum, & rursus gravis gravem & prudentem cordatorum virorum judicio indicat. Et sicut oratio rectè animi character dicitur; ita externa corporis conformatio, qualis cuique animus sit, ostendit.

Hodie vix fœmina discernitur à masculo,
nisi positis vestibus, prout Diogenes apud Laër- 13
tium *de vitis philosoph. libr. 6.* adolescenti cuipiam æquo emunctiori cum quæstionem proposuisset, ita respondit: Non tibi responsurus sum, quam sublatis vestibus ostenderis, utrum masculus sis, an fœmina. Sed quemadmodum stultus est, qui equum empturus, non ipsum inspicit, sed stratum ejus & frena, sic stultissimus est, qui hominem aut ex veste, aut ex conditione, quæ vestis modo nobis circumdata est, æstimat.

Et ut de dispendio temporis nihil dicam,
quod corporis cultum sequitur, juxta illud Co- 14
mici: dum moliuntur, dum comuntur, annus, non dicam, annus est. Nec ullum alium fructum quærit, vel finem respicit cultus corporis, quam vanam gloriam. Oblivio quoque hinc Dei oritur, prout videmus in Salomone, qui dum se tantoperè in sui cultu occupat, Dei obliviscitur, & sensim per tot corporis lenocinia ad gentium idola turpissimè deflectit, vereque dedit maculam in gloria sua, & sapientiam stultitia confudit.

dit. Unde Propheta Amos *cap. 6. vers. 1.* ita vociferatur: Væ vobis optimates, capita populorum, ingredientes pompatice domum Israel!

16 Nihil quoque dicam de pecuniæ & patrimonii consumptione, quæ ex vestium luxu oriri solet, de qua Lanovius *discurs. 4.* refert, ex ista vestiendi licentia & libertate, reditus Regis Galliæ annuis centenis Coronatorum millibus augeri: idque ex Regni tabulis accepti & expensi probè inter se collatis, planum evadere, quotannis plus quàm quadragies centena libellarum millia 4000000. Francken / ex Gallia in Italiam transportari, atque pro mercibus, luxus fomentis & instrumentis exponi, quæ in Galliam invecto luculento quidem mercatorum fœnatore, sed damno Regis & subditorũ centies & vicies centena libellarum millia, 12000000. Francken / superante, superfluas & non necessarias vestium pompas ac stultitias exhibent, quibus Gallia honestissimè carnere posset.

17 Hinc Petrus Ernestus von Kirchingen à Lotharingiæ Duce interrogatus, cur vestibus non ita ornatus incederet, quàm alii Barones & Nobiles, respondit: Se esse infirmum, nec adeò robustum quam illos, quorum unus totum molendinum, alter villam, & tertius integrum pagum in collo gestet, hoc sibi esse impossibile, se hodie portare velle, quo crastino die etiam vires portandi supersint, referente Phyland. in dem *ala modo* Gebrauch. *vis. 1. pag. 65.* Quod etiam Tertullianus de habitu muliebri scribit, brevissimis, inquiens, loculis patrimonium grande profertur, uno lino decies H. S. inseritur; saltus & insulas tenera cervix fert, gra-

18 ciles aurium cutes calendarium expendunt. Unde universam Rempublicam se malè habere, si fœminarum sumptus non cohibeantur, scribit Aristot. *lib. 2. polit. cap. 7.* Neque enim seipsas duntaxat, sed & parentes, filios, fratres & maritas perdunt ac totam ferè Rempublicam secum in perditionem trahunt. Et conviviorum luxuriam & vestium ægræ civitatis indicia esse, scribit Senec. *epist. 115.*

19 Malo & luxui huic varia esse poterunt remedia, veluti si 1. ipse Princeps & Magistratus mediocri & honesto vestitu incedat, quia subditi & cives facilius Principis & magistratus exemplo, quam legibus commoventur, Johann. Wern. Gebhard. *lib. 1.* der Fürstlichen Tisch-Reden / *cap. 11.* de quo plura dixi *supra libr. 1. cap. 14. num. 12. & seq.* Nam juxta illud Imperatoris Severi: Majestatem Imperatoriam virtute constare decet, non corporis cultu, Joh.

20 à Chockier. *thes. polit. aphorism. lib. 5. cap. 5.* indeque laudibus effertur Alphonsus, Arragoniæ Rex, quod maluerit moribus & authoritate suos antecellere, quam diademate & purpura, Anton. Panormitan. *de gest. Alphons. num. 1. lib. 1.* Et Alexandrum Severum nunquam holosericam gestasse vestem; nec Aurelianum Imperatorem unquam vestem ex integro serico contextam usurpasse, nec aliis, ut usurparent, aut in vestiario haberent, permisisse, scrib. Flav. Vopisc. *in vit. Aurel.* Imperator Carolus V. quamvis in omnibus maximus, in cultu tamen tenuis fuit, & vestitu nec splendido, nec affectato, sed simplici usus fertur, nec temere aliter visus, quam in lanea plebeiaque veste, adeò ut universæ Europæ fuerit admirationi, Herm. Lather. *de cens. libr. 1. cap. 9. num. 16.* Et Ludovicum XI. Galliarum Regem vestimentis brevibus & ferè neglectissimis usum fuisse, scribit Cominæus *libr. 3.* Joh. Gebhard. in den Fürstl. Tisch-Reden *libr. 3. cap. 30.* Et de Imperatore Augusto, quod veste non temere alia, quam domestica usus, ab uxore & sorore ac filia, nepotibusque confecta; togis neque restrictis, neque fusis, clavo nec lato, nec augusto, calceamentis altiusculis, ut procerior, quam erat videretur, scribit Sueton. *cap. 73.*

2. Si rebus ad fastum & pompam vestiariam spectantibus tributum imponatur, de quo vide *supra lib. 2. cap. 19. n. 42.* 21

3. Si illi, qui fastuoso habitu incedunt, in aulis Principum & benè constitutis Rebuspublicis non ferantur, prout fecit Guilielmus Dux Saxoniæ, honesti habitus amantissimus, qui cum in Aulica familia haberet hominem vetustæ stirpis, sed mentis vanæ, & qui novitio ritu vestem gerebat, hunc Princeps ita affatus: Quæso te, inquit, ne recuses mihi gratificari; sartorem adi, & ex optimo panno vestiri te jube meo sumptu, sed more meo, & scissas vestes depone: at ille aliquantulum præceps & biliosus: Et cur, inquit, illustrissime Princeps, non meo arbitrio vestiam? Et cur, subjungit Princeps, non meo te arbitrio aulâ submoveam? Atque mox missione datâ, alium sibi Dominum jussus est quærere, Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 94. n. 7. vers. Guilelmus Dux.* 22

4. Si leges vestiariæ, Kleider-Ordnungen / statuantur & observentur, sicuti etiam Ethnici Legislatores vestiendi modum legibus cohibuerunt. Syracusani legem sanciverunt, ne quis se auro ornaret, supervacaneis vestibus uteretur differentibus, nisi se mœchum esse fateretur, aut Cinædum, Plutarch. *histor. libr 25.* Apud eosdem quoque cautum fuisse, ne mulieres auro ornarentur, nec floridas vestes gestarent, nec purpureos haberent contextus, nisi fortè publica esset meretrix, ex Plutarcho refert Athenæ, *libr. 12. cap. 6.* Lacedæmonios quod solis meretricibus permitterent floridas vestes, & aureum mundum gestare, laudat Clemens Alexandr. *in pædogog. lib. 2. cap. 10.* Zaleucus Locrensium Legislator argutissima quadam pœnæ pensione mollitiem & lasciviam quoad vestes cupiens compescere, ad reformandos Locrensium mores, inaures catenas, periscelides, auro, gemmisque distinctas vestes solis meretricibus concessit, pellucidas vestes Leoni; sicuti etiam Licurgus Juvenibus una tantum veste, eaque absoluta, & nullo discrimine à cæteris toto anno permisit, Alex. ab Alexandr. *lib. 1. cap. 18.* nec quemquam cultius, quam alterum progredi jussit, ne imitatio in luxum verteretur, Justin *histor. lib. 3.* 23 24 25

Hinc olim apud Græcos Gynæconomi fuerunt, quorum officium in ornatum mulierum animadvertere, ne propter morem, cum Reipu- 26

blicæ detrimento cresceret, hisque concessum erat, non solum luxuriantes ad modum, generi & conditioni suæ convenientem revocare, sed etiam gravi pœna mulctare. Et Oppia lege, quæ Romæ viginti annis viguit, cautum erat, ne mulieres varii coloris vestitu uterentur, nec auri plus semiuncia haberent, nec juncto vehiculo propius urbem mille passus, nisi sacrificii gratia veherentur. Et ab Atheniensibus etiam Gynoconomi constituti fuerunt, qui de omnium mulierum ornatu statuerent, ut singulæ pro ratione census & facultatum induerentur, Guilh. Compost. *de magistrat.* Et Spartæ Ephori quotidiè inspectiones vestium obire soliti fuerunt, Plutarch. *in vit. Licurg.*

27 Quod si igitur tam publicæ rei, quam fisco optime consulere velit magistratus, saluberrimis Statutis & Politicis Ordinationibus, Kleider-Ordnungen/ temporum, personarumque ratione habita, à vestitu superfluitatem & gravem in eum faciendam impensam arceat, certos & distinctos cultus, pro fortunæ & honorum gradu cujusque præscribat, peregrinos & adscitios habitos eliminet, fœminarum intortos crines, gemmas, torques, armillas, pigmenta, ferumque istud ferrum, quod & vestes dilatat, & infantes celat, aliosque indecoros ornatus interdicat, legemque gravi pœna sanciat, primò quidem, ut in legem committentes, pœna pecunaria teneantur; Deinde, ut si cui jus annuli, aut byssinæ vestis tribuatur, certa pecuniæ summa eam potestatem redimat. Quod tanto æquius, quod nemo in hujusmodi legem committat, nisi divitiarum jactator, confer Carpzov. *de Leg. Reg. German. cap. 8. sect. 3. n. 19.* Hinc Moscovitis m[e]ritò laudi datur, quod quisque vestitur pro modo facultatum, ordinis & conditionis suæ; habent enim leges vestiarias à Magno Duce latas, quas violare capitale est, Johan. Ludov. Gotofred. *in*
28 *Archontologia Cosmic. lib. 1. num. 22.* Et in Imperio Romano Germanico certæ leges vestiariæ sancitæ sunt, R. Absch. zu Augspurg *de anno 1500. tit.* von Uberflüssigkeit der Kleider. *1. per tot.* Reformat. guter Policey zu Augspurg/ *de anno 1530. tit.* von unordentlicher und köstlicher Kleidung. *9. & aliquot. seq.* Reformat. guter Policey zu
29 zu Augspurg/ *de anno 1548. eod. tit. 9. seq.* Cujusmodi saluberrimas constitutiones specialibus Civitatum Imperialium, aliarumque nonnullarum insigniorum statutis sæpius repetitæ, & Civibus sub certis pœnis gravioribus inculcatæ sunt, non sine maximo Reipublicæ commodo & splendore, cum per easdem plurimæ profusiones & confusiones, quæ ex vestium lascivia, & promiscuo earum usu, oriuntur, avertantur & tollantur, Marth. Bernegger. *in miscellan. quæstion. super* Tacit. *de morib. German. decur. 3. quæst. 2.* Qualia laudabilia instituta sunt in Rebuspublic. Augustana, Norica, Argentinensi, Francofurtensi, &c. ubi cuilibet civium ordini certa vestimentorum genera, & certa earundem pretia præscribuntur, quæ sine pœna transgredi non licet, & in transgressores clandestini censores constituti sunt, qui in publicis & privatis conversationibus singulos notant, & ad vomitum reversos severius castigant, ne tenuiores & plebei, dum prava ambitione supra fortunam se attollunt, & potentioribus æquare se student, creditoribus suis decoquant, Pacian. *de vero justoq; Principe cap. 3* Bornit. *de ærar. lib. 4. cap. 6.* Neque hoc à Sacris literis alienum est, *Esther. 6. vers. 8. & seq. cap. 8. vers. 15. cap. 14. vers. 16. Matthæi 6. vers. 29. & cap. 11. v. 8. Daniel. 5. vers. 7. 16. & 29. 1. Maccab. 10. vers. 20. 64. & 88. & cap. 11. v. 43. & 58.*

Hinc Nobilium & Patritiorum vestibus 30
major & pretiosior esse debet & solet, quam plebeiorum, de quo pluribus dixi *in tractat. de Ord. Equestr. jurib. libr. 2. cap. 1.* Certi enim, & magis preciosi debent esse cultus his, qui ordinibus & dignitate antistant, inquit Tacit. *lib. 2. annal.* Lipsius *4. polit. cap. 11.* Et dignitas major & minor cognoscitur ex vestibus, Menoch. *cons.*
902. n. 17. vol. 10. Nam ut certa sunt dignitatum 31
genera, ita quoque certa vestium discrimina, ordinis ratio poscit, sicuti latè probat Petr. Gregor. Tholosan. *de republ. libr. 4. cap. 11. per tot.*
Unde quoque cultum magnificum, vestiumque 32
splendorem ad dignitatem & authoritatem Principibus comparandam haut parum momenti adferre, apparet ex *c. ut Apostolicæ, 6. de privileg. in 6.* juxta illud:

Hunc homines decorant, quem vestimenta decorant.
Vir benè vestitus, pro vestibus esse peritus
Creditur a mille, quamvis Idiota sit ille:
Si careat veste, nec sit vestitus honestè,
Nullius est laudis, quamvis sciat omne, quod audis.

Das Kleid machet einen Mann/
Wer es hat/ der ziehe es an/

Quod declaret exemplum Johannis de Ligna, qui ad nuptias invitatus, cum vulgari veste indutus, nullusque ob id honos ei fuisset exhibitus, quippe propter vestem non satis cognitus, misit quendam, qui quæreret vestem splendidiorem, quam cum recepisset, in suo ipsius loco posuit, abiitque dicens: Vestem coluistis, vestem habetote, Tiraquel. *ad l. 3. connub. num. 53.* Carpzov. *de leg. Reg. German. cap. 8. sect. 3. n. 17.*

Caveant tamen magnates, aliique honestiores, ne vestitu nimium comto, splendido & pretioso, neque etiam vili, sed modico & decenti utantur. Nam ob tenuem habitum non possunt dignosci à privatis, quod accidit Agesilao, legationem abeunti in Ægyptum, de quo Plutarch. *in Ages.* Et Ludovicus XI. Galliarum Rex Hispanis non ob aliam causam ridiculo fuit, quam
quod vili panno indutus esset, Cominæ. *lib. 3.* E 33
contra vestitus insignis & mollis superbiæ vexillum nidusque luxuriæ esse perhibetur, sicuti in Dario notat Curtius *lib 3.* Cultus, inquiens, Regis inter omnia luxuria notabatur: purpureæ tunicæ, medium album intextum erat, pallam auro distinctam aurei accipitres, velut rostris inter se corruerent, adornabant; & zona aurea muliebriter cinctus acinacem suspenderat, cui ex gemma erat vagina, &c. Cujusmodi reprehensionem etiam non effugit Maximinus jun. qui in vestibus tam accuratus erat, ut nulla mulier in mundo esset nitidior, referente Capitolin.

Et de Carolo Burgundiæ Duce refertur, quod vestem centum mille Ducatis æstimatam habuerit. Et de Nerone, quod vestem unam nunquam bis induerit, tradit Suet. *in Neron.* Fuitq; ex Gallis quidam Nobilis, qui indusia sua Lutetiâ in Belgiam usque lavanda misit, Matth. Bernegger. *in miscell. quæst. ad* Tacit. *decur. 3.* Qui etiam Italo cuidam pro chirothecis in unius duntaxat anni usus venditis, quadringentos coronatos numeravit, Dn. Lansius *in Orat. contra Ital.*

35 A peregrino quoque & aliundè quæsito vestitu abstinere consultum est. Nam dici vix potest, quantopere popularium animos abalienet pristini habitus mutatio. Quod exemplo suo docent Macedones, qui exuebant amorem erga Alexandrum, quod uteretur veste Medica, relicta Macedonica, referente Curt. *libr. 5. & 7.* Diod. Sicul. *lib. 17.* Eaque nota Cajo inuritur, quod ad exoticum alienumque cultum, & hominibus Romanis insolitum demigraverit, Senec. *2. de benefic. cap. 12.* Turneb. *lib. 9. advers. cap. 30.* Ex quo etiam Ulricus Würtembergiæ Dux, cum sub Imperatore Carolo V. Hispani frequenter in Germaniam commearent, & vestitum illorum plerique imitarentur, suis domesticis curtas tunicas severè interdixit, & cum quidam pallium subductius solito fieri curasset, re prius à sartore explorata, centonem versicolorem assui jussit, & vestis defectum hac ratione sarciri, ea lege, ut nisi hac veste sibi semper appareret, Principis indignationem incurreret, illud sæpe repetens: Peregrinæ vestes, peregrinos mores, peregrini mores peregrinos hospites Germaniæ inducent. Neque falsus fuit vates, Theod. Zwinger. *theatr. vitæ human. vol. 7. lib. 2. fol. 1683.* Ex quo omnium rerum conditor & moderator Deus super usu vestium peregrinarum ad iram provocator, earumque nomine Judæis ita minatur: Visitabo super Principes & super filios Regis, & super omnes, qui induti sunt veste peregrina, *Sophoniæ 1. vers. 8.*

CAPUT XVI.

De Officio Magistratus circa educationem Juventutis, & de Scholarum institutione.

SUMMARIA.

1. *Reipubl. fundamentum adolescentum educatio est.*
2. *Qui liberos non rectè instituunt, Reipubl. injuriam inferunt.*
3. *Præclara instituta felicem efficiunt civitatem.*
4. *Scholæ Rerumpubl. ornamenta & fulcra sunt, &c.*
5. *Julianus Apostata orthodoxam Religionem oppressurus, Christianorum liberos à Schola arcuit.*
6. *Quales Schola exhibet, tales habitura Ecclesia & Respubl. moderatores & cives.*
7. *Scholarum & rei literariæ cura cuilibet magistratui incumbit.*
8. *Idq; jure territoriali & Episcopali.*
9. *Parentes divites cogi possunt, ut liberos ad liberalia studia educant.*
10. *Publica institutio privatæ præfertur.*
11. *Olim Scholæ in Monasteriis fuerunt institutæ.*
12. *Scholarum locus qualis esse debeat?*
13. *Diversæ Scholæ esse debent pro masculis & pro fœmellis.*
14. *Quales Scholis præceptores præficiendi? & n. 16. 17. 18. 19. 20.*
15. *Lacedæmonii liberis educandis magistratus ex civibus prudentioribus elegerunt.*
21. *Plagis quandoq; immorigeri discipuli coercendi.*
22. *Non statim ille, qui indolem non ostendit, removendus.*
23. *Præcox ingenium rarò pervenit ad frugem.*
24. *Officium Præceptorum in quibus consistat? & n. 25. 26. 27. 28. 29. 30.*
31. *In Scholis paganis, quomodo institutio facienda?*
32. *Et quomodo in oppidanis?*
33. *Scholæ per magistratum tueri & conservari debent.*
34. *Scholarchæ constituendi & quales, horumq; officium, & n. 35.*
36. *Salaria Præceptoribus ritè solvenda sunt.*
37. *Magnæ Scholæ, præceptorum molestiæ, curæ, &c.*
38. *Stipendia præceptoribus ex publico ærario solvenda potius, quàm à parentibus exigenda.*
39. *Quo nomine etiam bona Ecclesiastica impendi possunt, remissivè.*
40. *Magistratus Academiarum quoq; curam habebit, harumq; utilitas.*
41. *Studiosis sua privilegia salva relinquenda.*
42. *Quinam horum sint participes.*
43. *Libertas studiosorum differt à licentia.*
44. *Quinam hodie studiosorum nonnullorum mores.*
45. *De Penalismo sanctio Statuum Evangelicorum.*

Im-

IMprimis quoque ad magistratus curam pertinet, prospicere, ut juventus rectè instituatur; Ut enim in semente posita spes messis, ita totius reliquæ vitæ exspectatio ab educatione pueritiæ depen-
1 det, Anton. Muret. *Orat. 2.* Et fundamentum totius Reipubl. esse adolescentum educationem; rectè dictum à Dioregone Pythagor. perinde, ut hortus pereat necesse est, nisi olitor, antequam arbores marcescant, novellas inserat, quarum luxuriantes surculos præscindat, distortos corrigat, vitia emendet, ex
2 Plat. Lang. *lib. 3. epist. 6.* Atque indè etiam, qui liberos non rectè instituunt & erudiunt, non solum liberis, sed etiam Reipubl. injuriam inferunt, Cicer. *act. 5. in Ver.* Confusio patris est, de filio indisciplinato, *Syrac. 22. vers. 3.* & qui docet filium suum, laudabitur in illo, & in medio domesticorum in illo gloriabitur. Qui docet filium, in zelum mittit inimicum suum, & in medio amicorum gloriabitur in illo. Mortuus est pater ejus, & quasi non est mortuus, similem enim reliquit post se, *Syracid. 30. v. 2. 3. 4.* Quia à juventutis institutione recta, totius vitæ humanæ, ac Reipublicæ benè instituendæ momenta pendent, sicuti ex Lycurgi sententia dixit Plato, Bod in. *de republ. lib 6. cap. 1. fol. 968. in princ.* Et per bonam juventutis educationem vitiorum connatorum fibræ evelluntur, ac virtutum semina substituuntur, & qui alioquin Reipublicæ turbatores existerent, bonæ educationis beneficio, ejusdem curatores fiunt, Reinking *de regim. secul. lib. 2. class. 1. cap. 6. n. 6.* Et si neglecta fuerit institutio, frustra feruntur leges, quia frustra imperatur ei, qui obedire non didicit, Aristot.
3 *5. polit.* Non enim Juris-Consulta aut plebiscita, sed præclara instituta fœlicem efficiunt civitatem: Nam homines male instituti leges etiam exquisitissimas contemnere audent. Iscocrat. *in Panath. & Aureopag.* & deficiente educatione, inanes sunt leges, beneque educatis legibus haut opus esse putatur, Besold. *de educat. cap. 2. num. 1.* Si prognosticon petis de futuri seculi republica, juventutem & educationem inspice, ac infausta quæque ominare, scribit Richter. *axiom. œconom. 48.* Besold. *d. cap. 2. num. 2.* Talis enim est civitatis status & fœlicitas qualescivium & imperantium & obtemperantium sunt mores, tales verò sunt mores, qualis educatio, institutio, disciplina, Plato *4. de Republ.* Hæc enim si præpostera, nequam pueri, adolescentes nequiores, & viri nequissimi evadunt, Simanca *de republ. lib. 9. cap. 28.* Et ex schola boni & mali prodeunt, & secundum Cominæum *lib. 10. pag. 690.* Doctrina vel meliores vel deteriores reddit homines, pro cujusque natura & inclinatione. Ex quo etiam Valentinus Trocedorfius, insignis juventutis informandæ artifex, primo ingressu, scholasticam juventutem ita salutasse; Salvete vos Nobiles, Consules, Senatores, Cæsarum, Regum ac Principum Consiliarii, vos Opifices & Artifices, Mercatores, & Carnifices, Lictores & Nebolones, refert Herm. Lather. *de cens. lib. 3. cap. 19. n. 90.*
4 Ad rectam juventutis institutionem & educationem imprimis conducunt Scholæ, utpote quæ Rerumpublicarum sunt lumina, ornamenta & fulcra, Ernest. Cothman. *5. cons. 43. num. 1.* & amœnissimus plantularum cœlestium paradisus, Theod. Reinking *in polit. Biblic. lib. 1. axiom. 50.* Sunt fontes sapientiæ, à quibus splendor & sapor in omnes Reipubl. partes fluunt. Et quod oculi sunt in corpore, id scholæ partes sunt in civitate: Ut enim oculi omnia membra corporis, ita scholæ omnes Reipubl. partes illustrant, Boter. *de orig. urb. lib. 2. cap. 4.* Matth. Stephan. *de academ. cap. 1. num. 26.* Sunt enim Religionis & virtutis nutrices, sunt linguarum & artium officinæ, sunt arteriæ in Ecclesiam, orthodoxam Religionem, in Rempublicam, pacem & concordiam diffundentes. Indeque Ecclesiam veram sine scholis nunquam fuisse, ex historiis constat, Georg Richter. *axiom. Eccles. 68.* Quod ex nefario Juliani A- 5
postatæ facto satis intelligtur, qui orthodoxiam Religionem oppressurus, magno id egit conatu, ut Christianorum liberos à scholis longè arceret & propelleret, de qua re videri poterunt plura apud. Pet. Greg. Tholos. *de repub. lib. 13. cap. 3. & lib. 18. cap. 1. seqq.* Hipp. à Collib. *de increment. urb. cap. 11.* ubi inter præcipuos modus urbium promovendarum & ornandarum celebris scholæ fundationem ponit, Cas. *in sphær. civit. lib. 5. cap. 11.* Danæ. *polit. christian. lib. 4. cap. 2. in fin.* Althus. *polit. cap. 4.* Qualis enim 6
schola exhibet, tales habitura est Respubl. & Ecclesia moderatores & cives, latè Danæ. *polit. lib. 7. cap. ult.* Althus. *polit. cap. 9.* Ex schola enim, tanquam officina quadam, sive seminario prodeunt, quicunque Reipubl. & Ecclesiæ inserviunt, quibus benè se habentibus & institutis, cuncta in Republica florent & vigent; E contra, scholarum neglectus publicam hanc cladem invehit, ut Christianismus paulatim in Paganismum & Ethnicismum dilabatur, Herm. Lather. *de cens. lib. 3. cap. 19. n. 79.* Vivant ergo scholæ, vivant Athenæ, artes & scientiæ, quæ sunt radii divinæ sapientiæ, ad gloriam beatæ Triadis in sempiternum vivant, pius est, qui assentitur, improbus, qui Amen non Acclamat, prout piè disserit, Johan. Boter. *de origin. urb. cap. 4. in fin.* De Academiarum utilitate & effectu, vide Joh. Limnæ. *de jur. publ. lib. 8. cap. 1. n. 72. & seq.*

Atque hinc scholarum & rei literariæ cura
imprimis ad magistratum perdinet ordinarium 7
per tradita Ern. Cothman. *2. resp. 64. n. 28. seq.* Reinking *de Regim. sec. & Eccles. lib. 3. class. 1. c. 1. n. 20.* Carpzov. *l. 1. jurisprud. consistor. tit. 1. defin. 9. n. 1. & seq.* Petr. Frider. Mindan. *de contin. caus. lib. 3. art. 11. in fin.* Et historiæ testantur, omnes Imperatores, Reges, Principes, quibus salus Reipubl. cordi fuit, scholarum habuisse rationem, easque variis beneficiis, privilegiis & immunitatibus donasse & ornasse, Clem. Timpler. *polit. lib. 4. cap. 3. quæst. 1.* Ita, ut etiam cuilibet magistratui oppidano & municipali scholarum cura incumbat, Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 3. part. 2. c. 2. n. 28.* Laur. Ohm *de jur. episcop. concl.*
16. lit. y. Georg. Ritter. *de homag. concl. 205.* Et 8
quidem ad Principes, Civitates Imperiales & alios Imperii status immediatos cura hæc scholarum

larum pertinet jure territorii, cum sit sequela jurisdictionis, Ritter. *d. concl. 206.* Ming. *de super. territ. concl. 83.* Ziegler. §. *civitas. concl. 1. n. 66.* Et jure Episcopali, Carpzov. *jurisprud. consistor. lib. 1. tit. 1. defin. 9. n. 5. seq. & tit. 5. defin. 73. n. 7. seq.* Idque quoad scholas particulares oppidanas & paganas, secus vero quoad universales, sive Academias, quas solus Imperator instituit, *supra lib. 2. cap. 4. n. 43.*

9 Adeo autem cura educationis & Scholarum magistratui incumbit, ut etiam parentes divites, qui præ avaritia liberos ad liberalia studia educare & promovere nolunt, compelli ad hoc possint, Hen. Arnisæ. *lib. 1. polit. cap. 16. pag. 344.*

Quamvis autem parentibus quoque permissum sit liberis privatos domi præceptores
10 præficere Cothman. *1. resp. 64. n 9.* publica tamen institutio, privatæ merito præfertur, ex sententia Clem. Timpler. *lib. 4. polit. cap. 3 qu. 30.* Melch. Jun. *polit. quæst. 43.* Bart. Kerckerman. *lib. 1. system. polit. cap. 9.* Joh. Gerhard. *polit. quæst. cent. 8. quæst. 7.* Christian. Libenthal. *colleg polit. exerc. 4. quæst. 8.* Cai. *in spec. civit. lib. 8. cap. 1.* Wolffg. Heider. *in system. polit. cap. 1. fol. 174. & seq.* Quia 1. privata institutio est mollior, propter intemperantem parentum erga liberos amorem. 2. Domi ingenia liberorum vel languescunt, vel contra inani persuasione tumescunt; vulgo enim nimium sibi tribuit, qui se nemini comparat, inquit Quintilian. *lib. 1. cap. 3.* comparat autem se nemini, qui neminem præter suos domesticos inspicit, atque adeo in eo non excitatur honesta æmulatio, quam æmulandi ansam publica educatio saltem suppeditat. Proderit enim alicujus objurgata negligentia, proderit alterius laudata industria, turpe ducit puer in ejusmodi æmulatione cedere pari, pulchrum superasse majores. 3. Ad hæc educationis forma illa & constantior & excellentior est, quæ consistit in sapientia & consensu totius civitatis, quam quæ ab unius alicujus judicio pendet. 4. Et denique per publicam educationem pueri à tenero assuescunt conversari cum hominibus & non reformidare homines, neque vita illa solitaria pallescere, Quintil. *1. instit. cap. 3.*

11 Olim scholæ in monasteriis fuerunt institutæ & habitæ, unde evenit, ut qui literis essent addicti, clerici fuerint dicti, & litrarum cognitio, clericatura, post Charond. Joh. Limn. *de jur.*
12 *publ. lib. 8. cap. 6. n. 8.* Et ad locum scholarum necessario requiritur, ut sit idoneus, certus, salubris, & à tumultu remotus, Petr. Gregor. Tholos. *de republ. lib. 18. cap. 6.* Hœnon *polit disp. 5. concl. 10.* ne docentes & discentes à transeuntibus, curribus seu plaustris interpellantur. Ex quo etiam malleatores & fabri compelli possunt, vel quiescere, vel domibus juxta scholas cedere, Petr. Gregor. Tholos. *d. cap. 6. n. 12.*

13 Constituendæ quoque sunt aliæ & diversæ scholæ & in diversis locis, pro masculis, aliæ pro fœmellis. Quemadmodum enim mores puellarum in multis distincti sunt à moribus masculorum, ita quoque honestæ quædam, peritæ & graves matronæ publica authoritate & sumptu illarum informationi præfici debent. Idque propter sexus, ingeniorum & studiorum affinitatem, & ut castigationes magis sint pudicæ & verecundæ, libidinumque insuper suspiciones atque scandala declinentur. Et alias quoque fœminas inter viros versari, pudor naturalis non patiatur, *l. Optimam. 14. C. de contrah. & commit. stipul.* Atque ideò à teneris annis puellæ ita educandæ, ut consortium puerorum fugiant, ne si ad majorem venerint ætatem, conversatio ista in vitam degeneret luxuriosam, Carpzov. *lib. 1. jurisprud. consistor. tit. 6. defin. 64. n. 7.*

Porrò ad magistratus curam maximè pertinet, ut tales scholis ludimoderatores & præ- 14
ceptores præficiantur, qui ad functionem hanc maximè sint idonei, tam ratione eruditionis, ac dexteritatis, quam pietatis, humanitatis & modestiæ, ut pueri non tantùm literas discant, & bonis in artibus erudiantur, sed etiam in Christianismo ac pietate proficiant, & vitam insectentur virtuosam, Carpzov. *jurisprud. consistor.*
lib. 1. tit 6. defin. 73. n. 5. Unde etiam Lacedæmo- 15
nii liberis educandis magistratus eligere solebant ex civibus in civitate senioribus & prudentioribus, qui publici dicebantur pædagogi, & apud eosdem, qui in liberos indulgentior erat, quam ut eos cum reliquis publicæ institutionis disciplina educari pateretur, is civium jure excidebat, Nicol. Crag. *3. de republ. Lacedæm. tab. 3. instit. 5.* Besold. *2. polit. cap. 1. §. 7.*

Præficiendi igitur sunt præceptores 1. vitæ 16
integritate & pietate commendati, quando enim illi, qui bonas artes profitentur, in Deum sunt impii, vel vita dissoluti, juventutem facilè corrumpunt, & dùm eam literis instruunt, conscientiam discipulorum funditus evertunt, Danæ. *polit. Christ. lib. 4. cap. 3.* Est enim pietas omnis sapientiæ initium, & fœlicitatis exordium *1. Timoth. 4. v. 8.*

2. Viri graves morumque gravitate & ele- 17
gantia insignes: Quomodo enim alios ducent, qui ipsi Duce indigent, & ipsi velut Polyphemi in antro occæcati palpitant? Et sic præceptores in id laborabunt, ut modestiæ & gravitatis exemplis in vita, moribus, quotidiano convictu & sermonibus discipulis suis præluceant; illis præsentibus nihil, quod obscœnitatem, lasciviam, turpitudinem, aut levitatem quandam sapiat, excidere sibi patiantur, nec scurrili, aut histrionico, sed honesto, gravi & decenti vestitu amicti incedant, Wilhelm. Zepper. *lib. 2. polit. Eccles. cap. 12.* Ne si in literis proficiant, & in moribus deficiant, plus deficiant, quam proficiant.

3. Et sic sint viri pii, honesti, & quasi 18
hortulani in Ecclesiis & Rebuspublicis: Quemadmodum enim novellæ arbores subindè rigantur & foventur, ut inveteratarum locum sufficiantur; ita præceptores quidam quasi hortulani sunt, qui in agro & vinea Domini surculos tenellos & frondes serunt & producunt, quæ in annosarum deficientium & decedentium locum substituantur, ne unquam vel Ecclesia vel Respublica deficiat.

4. Bona-

4. Bonarum artium & linguarum cogni-
19 tione sint instructi, quod enim parum novit, nemo docere potest, Melch. Jun. *polit. quæst.* 45. Schonborn. *lib.* 4. *polit. cap.* 3.
20 5. Usum & experientiam docendi & tractandi pueros habeant, & sciant nosse & tractare ingenia, & quæ ipsis studia conveniant. Sunt enim quidam, nisi institeris, remissi, quidam imperia non ferunt, quosdam continet metus, quosdam debilitat, alios continuatio extundit, in aliis plus impetus facit. Teneris non est protinus acerbè instandum, pleraque opera exigenda, id imprimis cavendum, ne studia, qui amare nondum potest, oderit, & amaritudinem semel perceptam, etiam ultra rudes annos refor-
21 midet, Melch. Jun. *part.* 2. *quæst.* 45. plagis quandoque immorigeros discipulos esse coërcendos, docet Nicol. Vernulæ. *institut. polit. lib.* 3. *tit.* 11. *quæst.* 9. Wolfg. Heider. *systhem. polit. cap.* 1 *fol.* 179. *& seq.* Qui parcit virgæ, odit filium suum, qui autem diligit eum, instanter erudit, *Proverb.* 14. *v.* 24. Stultitia colligata est in corde pueri, & virga disciplinæ fugabit illam, *proverb.* 22. *v.* 15. Noli subtrahere à puero disciplinam, si enim percusseris virga eum, non morietur, *proverb.* 23. *v.* 13. virga atque correctio tribuunt, sapientiam, puer autem, qui dimittitur voluntati suæ, confundit matrem suam, *Proverb.* 29. *v.* 15. Qui diligit filium suum, assiduat illi flagella, curva cervicem ejus in juventute, & tunde latera ejus
22 dum adhuc infans est, *Syracid.* 30. *v.* 1. *& seq.* Neque etiam illum, qui statim ab initio indolem suam non ostendit, removendum esse, tenet Joh. Gerhard. *polit. quæst. cent.* 8. *quæst.* 8. Nam diligentia & exercitatione longe plures, quam naturâ præstantes fieri, dicere fuit solitus Democritus. Et Actius, quod in pomis, idem esse dicebat in ingeniis, quæ dura & acerba nascuntur, post fiunt mitia & jucunda: sed quæ gignuntur statim vieta & mollia, atque in principio sunt vivida, non matura mox fiunt, sed putrida, Gell. 3. *Noct.*
23 *Attic.* 2. præcox hoc ingeniorum genus raro pervenit ad frugem, perinde, ut quæ summo solo sparsa sunt semina, celerius se effundunt, & imitatæ spicas herbulæ, inanibus aristis ante messem flavescunt, Quintil. *lib.* 1. *instit. cap.* 4. Odi Juvenes præcoci sapientia, ait Tacit.
24 Officium præceptorum scholasticorum in his potissimum consistit, 1. ut erga rem litterariam & Scholasticam utilitatem bene sint affecti, Petr. Gregor. Tholosan. *de republ. lib.* 18. *cap.* 9.
25 *in fin.* 2. Puerorum sint amantes, & paterno amore discipulos prosequantur, Melch. *Jun. d. quæst.* 45. Præceptor sumat ante omnia parentis erga discipulos suos animum, ac succedere se in eorum locum existimet, à quibus sibi liberi traduntur, inquit Quintilian. *lib.* 2. *instit. cap.* 2.
26 3. Sint mites, comes, affabiles & faciles, non tamen nimis remissi, lenes & lentuli, nec cum ipsis colludant, & ad eorum petulantiam & exorbitationes conniveant, ne ipsis accidat vulgatum illud:

Lenta patrum segnes facit indulgentia natos.

E contra non sint clamosi & plagosi Orbilii, carnificinam quandam in miseros & tenellos pueros exercentes, Wilhelm. Zepper. *lib.* 2. *Eccles.*
polit. cap. 11. 4. Ad puerorum ætatem & mores 27
accommodare, & ad captum eorum se demittere noverint, ad unam normam omnes non cogant, nec eodem pede & modulo omnes metiantur, sed eorum humeri quid valeant, quid
ferre recusent, ponderent, Zepper. *d. lib.* 2. *cap.* 28
12. 5. Sint fideles & diligentes, & res discendas discipulis fideli sedulitate, & sedula fidelitate proponant, nihil vel occultent, vel præcludant, Melch. Jun. *d. polit. quæst.* 45. & in suos discipulos ita sint animati, ut iis omnem virtutem & eruditionem unius semi horæ spatio, si fieri possit, impertiri cupiant, nec eos ab illis arceant scriptis, è quibus sua mutuantur; hoc enim qui faciunt, similes sunt Pædagogo Sybaritæ, qui cum puer, quem manu ducebat, ficum humi jacentem tolleret, acerbissimè parvulum objurgens, ipse ficum arripuit, & devoravit, Ælian. *lib.* 14. 6. Laboris sint patientes, Melch. Jun. 29
d. quæst. 45. Zepper. *d. l.* 7. In docendi metho-
dum adhibeant perspicuam & brevem, non 30
multitudine ingrata, diuturnitate injucunda, molesta varietate, difficili obscuritate utantur, non ad pompam & ostentationem ingenii, doctrinæ, facundiæ, sed discipulorum suorû commodum captumque doceant, nec tectum superinducere conentur, quam jacta probè fundamenta fuerint, Melch. Jun. *d. quæst.* 45.

In scholis paganis, quæ plerumque ver- 31
naculæ esse solent, instruendi pueri sunt ut discant, 1. literas legere, & pingere. 2. Catechetica, & fundamenta pietatis Christianæ & salutis 3. virtutes & bonos mores, 4. Aliquam prudentiam & rerum usum pro cujusque captu & modulo, 5. Artem bene numerandi, & 6. opificia vel exercitia manuaria & domestica, pro Sexus & conditionibus ratione, Zepper. *polit. Eccles. lib.* 1. *cap.* 9.

In oppidanis scholis plerumque latina lin- 32
gua, & aliæ artes & scientiæ humaniores doceri solent, suo ordine & methodo faciliore, de qua artium & scientiarum dextrè tradendi ratione plures certas scripserunt methodos, ad quas me remitto, & hoc unicum adduco, quod breviter refert Nicol. Vernulæ. *institut. polit. lib.* 3. *tit.* 11. *quæst.* 13. Duæ, inquiens, esse Grammaticæ scholæ possunt. In prima primo anno Etymologia, & succinctæ Syntaxeos tabulæ, cum colloquiis & Epistolis facilioribus tradantur. In secunda secundo anno Etymologia repetatur, Syntaxis absoluatur & prosodia, utrobique assiduæ sint & faciles styli, exercitationes. Nulla hic difficultas, sed rejicienda sunt supervacanea Grammaticorum præcepta. Necessaria tantùm explicentur, & usu quam plurima discat juventus. Non melius, quam usu & paucissimis præceptis linguæ discuntur. Proponendæ verò etiam Græcæ linguæ institutiones: Item Arithmetica, Musica & prima Matheseos rudimenta, quæ puerorum ingenia facilè aperiunt, & avide juventus capit. Subsequi Rhetoricæ Schola potest, sed quæ cum Dialectica & Historia explicetur, Pauca hic iterum esse præcepta debent, sed usus styli assiduus.

Scholæ institutæ & fundatæ per magistratum tueri & conservari debent, Zepper. *polit. Eccles.*

Eccles. lib. 1. cap. 8. Casus *in sphær. civit. lib. 5 cap. 11.*

34 Quo nomine constitui solent Scholarchæ, sive fideles, graves & periti viri, tanquam inspectores, qui authoritate & mandato magistratus ordinarii sedulò curent, nequid detrimenti vel damni Respublica literaria capiat: Horumque officium est, esse inspectores & censores æquos, justos, & non ignaros vitæ morumque tam docentium, quam discentium: Et sic necesse est, ut rem scholasticam probè intelligant, & de ea rectè judicent. Si enim non habuerint prudentiam scholasticam, quomodo de re sibi ignota statuere aliquid poterunt; Tales igitur eos esse oportet, ut sint virtute, eruditione & experientia præditi: Nulla enim planè literarum & artium scientia tincti, nullum de litteris & literatis judicium ferre possunt: Bonos & pios eos esse decet, ut omnia candidè & sincerè agant, & ad gloriam Dei, Reiquepublicæ salutem dirigant.

35 Deinde ad Scholarcharum officium pertinet, controversias & simultates, maximè graviores inter Rectorem & collegas exortas, dirimere & tolere, eorum errores corrigere, ad diligentiam eos incitare, & ut leges scholasticæ observentur, curare.

36 Pertinet quoque ad Scholarchas curare, ut justo tempore docentibus salaria & stipendia sua honesta solvantur. Æquum enim est, inquit Cassiodor. *lib. 2. Epist. 2.* ut unicuique prosit suus labor. Et ne usu veniat præceptoribus, quod Persius ait:

37 *Pœnituit multos vanæ sterilisq; cathedræ.*

Dici enim vix potest, si Præceptores & Doctores scholæ provinciam sibi commissam dextra fide, uti tenentur, administrare in scholis velint, quanti labores, molestiæ, curæ, vigiliæ & lucubrationes, quibus animi & corporis vires atteruntur & conficiuntur, perferendæ & devorandæ ipsis sint, cum secundum Platonem, nulla bestia puero sit intractabilior, atq; ideò honestis stipendiis digni, digni præmiis, digni honoribus & dignitatibus, Melch. Jun. *polit. quæst. 107.*

38 Stipendia hæc Præceptoribus & Doctoribus ex publico ærario solvi consultius est, quam ut parentes didactron quoddam exsolvant, cum hoc ipso major docentium libertas, qui nec à favore discentium dependent, nec à fraude; optimè etiam sic pauperum studiis consulitur, qui alias ob stipendiorum defectum à studiis facilius abstraherentur, alii verò ditiores, præ nimiâ avaritia, tenacitate, & rerum præsentium præpostero studio, omnem liberorum suorum salutem magis prostituerent, quam vel minimos in hanc rem sumptus facerent. Neque etiam benè traditur disciplina, quæ venditur; & qui accipiunt, Juvenes Studiosos captant, & propter spem lucri mollius & indulgentius habent, Nicol. Vernulæ. *institut. polit. lib. 3. tit. 11. quæst. 6. n. 2.*

39 Quo nomine bona Ecclesiastica & Deo semel dicata impendi, & hæc ad sustentationem eorum, qui Ecclesiæ, Academiis & Scholis operam suam præstant, & ad subsidium studiosorum conferri posse, dictum est *supra cap. 8. num. 10.* Ex quo etiam hic Eßlingæ duodecim pauperes civium liberi, in Collegio Scholæ educantur, & in Hospitali aluntur, de quibus *supra lib. 3. c. 13.*

40 Non solum autem magistratus curam habebit Scholarum trivialium & Gymnasiorum, sed etiam Academiarum & universitatum, si earum instituendarum jus habeat, ita ut his quoq; viri graves & eruditi præficiantur & professores constituantur, iisque condigna salaria solvantur, debitus honor, & obedientia præstetur. Faciunt enim hæc ad gloriam Dei, extinguunt ignorantiæ ignem, ex illis maxima ad Principem redit utilitas, quia sunt semina concredita agro publico, unde reges primitias frugum colligunt, quæ regna ipsorum reddunt abundantia prosperitate. Sunt torques divitiis graves, exornati & contexti unionibus pretiosissimis, quibus diadema ipsorum exornatur. Sunt fundamenta fortia & firma, quæ domum regiminis faciunt subsistere inconcussam, & superioritatem sceptri inviolabilem: Emolliunt mores, nec sinunt esse feros: Sunt ornamentum totius provinciæ, sive ditionis; & plurimis aliis bonis mactant harum urbium incolas, in quibus erectæ sunt, de quibus vide Limnæ. *de jur. publ. lib. 8. cap. 1. n. 72. & seq.*

Studiosis quoque & discipulis suæ immunitates & privilegia sint salva & immunia, juxta *authent. Habita. C. ne fil. pro patr.* utpote quorum scientia tutus illuminatur mundus, & per eosdem ad obediendum Deo & magistratui vita subjectorum informatur, hique amore scientiæ exules fiunt, & de dignitatibus pauperes; quamvis enim Philosophi vacuum nullibi invenire possint, in crumenis tamen studiosorum id plerumque reperire licet, juxta Rebuff. *in d. auth. habita. pag. 670.* Et præterea semel ipsos exinaniunt, vitam suam multis periculis exponentes; & à vilissimis sæpe hominibus corporales injurias, sine causa, perferunt. Ideò Imperatores ipsis privilegia concesserunt, & magistratus procurare debent, ut Scholares 1. securè veniant ad loca, ubi literarum exercentur studia, 2. ut in iis secure habitent, 3. ut nullus tam audax de cætero inveniatur, qui scholaribus injuriam inferre præsumat, 4. ut nullus iisdem, ob alterius cujusque provinciæ delictum, sive debitum, aliquod damnum inferat, & ut ipsi 5. conveniantur non nisi coram suo magistro sive Rectore, vel loci Episcopo, secundum ipsorum optionem, &c. confer Limnæ. *d. lib. 8. cap 9. n. 8. & seqq.* Et licet hujusmodi privilegia Scholaribus quoque ad Scholas triviales proficiscentibus & ibidem degentibus, competere communis sit traditio, Hunnius *de privil. Studios. cap. 1. quæst. 5.* Limnæ. *d. cap. 9. n. 52.* Malè tamen hoc observari, experientia testatur, ubi videmus Scholares miseros & pauperes à vilissimis quandoque hominibus, vitrariorum, cauponum, fabrorum ferrariorum & id genus aliis filiis, scribarum tantum nomen præseferentibus, corporalibus injuriis affici, & ne quidem inter cantandum in templo, loco aliàs sacro, & in quo scelestissimi quoque homines securitate gaudent, verberibus, vellicationibus crinium, concussionibus, & in terram prostrationibus, malè & miserè tractari, quod licet graviter ferendum, inveniuntur tamē talium nefariorum hominum Patroni, qui ejusmodi levitatem parvi pendunt & excusant, eamque impunè ferendam contendunt, sed quo jure, ipsi videant?

Cujus-

42 Cujusmodi tamen privilegiis & immunitatibus sine dubio indigni sunt judicandi isti adolescentes, qui magnis sumptibus à parentibus ad Academias ablegati, non solum studiis non incumbunt, sed iis neglectis, ac contemptis, aleæ lusu, compotationibus & commessationibus diurnis atque nocturnis sumptus inanè profundunt & dissipant, qui tantum abest, ut ab aliis injurias perferant, ut aliis, ac optimis civibus eas inferant, eosque damnis afficiant, & quod omnium turpissimum & pessimum est, à vi publica & privata sibi non temperent, excubias civitatis impugnantes & oppugnantes, ita ut cædibus & vulneribus, ac tumultibus sæpe tota civitas concuriatur & conturbetur, cum ex juris recepta regula indigni sint beneficio legis, qui in legem committunt, *l. auxilium. 37. §. 1. vers. in delictis. ff. de minor. l. sancimus. 15. C. de judic.* & contemnens legem à lege deseritur, *§. 5. in fin. 1. de hæred. qualit. Novel. 82. cap. 11.*

43 Etenim opinantur nonnulli adolescentes è scholastica disciplina ad Academias accedentes, dum Imperialibus immunitatibus & privilegiis universitates honoratas, & libertate majori præditas audiunt, sibi quidvis impunè licere, sed quam malè & imprudenter, dum ignorant libertatem, quæ ingenuæ indoli merito conceditur, à licentia, qua neminem non deteriorem, nequioremque reddi, Comicus rectè perhibet, quam longissime differre, de quo Hassiæ Princeps Mauritius prudenter dixisse fertur, libertatem Academiæ, juventuti permittendam licentiam verò nullam omnino indulgendam, referente Kirchner. *de legat. lib. 2. cap. 1. n. 105.*

44 Est quoddam hodie in Academiis hominum genus, qui Studiosorum nomen præferunt, reverâ autem nihil aliud sunt, quam quod fuci in apiario; ipsorumque tota vita est, inebriari, vagari, grassari, tumultuari, & ut Poëta ait:

Desidiosè agere ætatem, lustrisq; perire,

hæc diurna & nocturna ipsorum studia, novosque advenientes adolescentes conviviis dapalibus velut sacrificiis onerare, quibus contra divina & humana jura status quæstionem movere non verecundantur, ludibriis & contumeliis eosdem afficiunt, eorundem mensas perturbant, calices & vitra frangunt, fenestras exoculant, nihilque ab immundo istarum harpijarum contactu tutum & intemeratum permanet, hisque solemnibus neglectis neminem ritè initiatum censent. Imo in quibusdam Academiis hodie eò ferè deventum est, quod de Franeckera, Westfrisiorum Academia, illius quondam ornamentum, Sixtinus Amama fuit conquestus: Fuit aliquando tempus, inquiens, cum hic nulli liceret esse pio, modesto & legum observanti; Exeundum erat ex Academia & Oeconomia, qui sacramenti istius, quod Academiæ dixerat, memor vitam agitabat. Qui à nobis dissiti, & de Academiæ statu ex tot popularium naufragiis edocti erant, Academiam hanc pro derelicto habebant, quin & publicis scriptis huic Academiæ, quam Christo & Ecclesiæ majorum pietas sacraverat, infame istud inustum fuit stigma: *Bachi Sacrarium.* Verum huic petulantiæ ut obvietur, magistratus officium erit, & nuper *anno 1654.* in Comitiis Ratisponensibus ab Augustanæ Confessionis Statuum Legatis, jussu Dominorum, sequens sanctio facta, quæ ut rigidè observetur, summè optandum:

Deß Heiligen Röm. Reichs Chur: Fürsten und Stände/ Augspurgis. *Confessions*-Verwandten/bey gegenwärtigem Reichs-Tag zu Regenspurg anwesende Räthe/ Bottschafften und Gesandte/ 2c.

URkundten und bekennen hiermit/ 45
Nach dem unsere Gnädigste/ Gnädig und Hochgeehrte Herrn Principalen uns in unsern theils mitgegebenen/ theils nach und nach eingelangten Instructionen/ gnädigst/gnädig und güngstig befohlen/auff zulängliche Mittel und Weg zu gedencken/ wie die bey etlichen Academien in Teutschlandt eingerissene und höchst-straffbahre Unordnung deß Pennalisirens/ und die darauß entstehende ärgerliche Laster/ schändliche Ubelthaten und verderbliche Verführungen/ vermittels cooperation und zusammensetzender authorität/ der an solchen Academien interessirende Reichs-Stände würcklich abgestellet werden mögen/ wir uns/ dem zu schuldigster Folge/ darüber zusammen gethan/ und nach reiffer der Sachen Uberlegung befunden/ daß zu Abschaffung solches in gemein schändlichen und ärgerlichen Ubels/ eine conformität der Gesätze/ und der darinnen wider die Authores beliebten Straffen erfordert werde; Derowegen wir uns auf Ratification unser Gnädigsten/ Gnädigen und Hochgeehrten Herrn/ eines modi, dardurch solchem Ubel vermittels göttlicher Hülffe/ gesteuert werden kan/ vereinbahret/ und darfür gehalten/ daß wann unsern Gnädigst und Gnädigen Chur-Fürsten und Hochgünstigen Herrn/ Gnädigst/ Gnädig und Günstig gefallen solte nachgehendes Patent auff eine gewisse unter jhnen beliebte Zeit/ welche etwan 3. Monath nach geschlossenem Reichs-Tage seyn könne/ auf jhren unterhabenden Academien zu publiciren/ dardurch diese grausame Barbarische Unordnung abgeschaffet werden könne/ dessen Innhalt also lautet:

Urkundten/ 2c. Nach dem wir die schwähren und harten Landplagen/ insonderheit den blutigen langwührigen Krieg/ damit der Allmächtige GOtt nach seinem Gericht unser geliebtes Vatterland Teutscher Nation, sampt andern benachbarten Königreichen und Landen heimgesucht/ zu bedächtlichem Gemüth geführet/ und den Ursachen/ wordurch obgeregte Plagen über so herzliche/ blühende Land und Leuthe gezogen/ etwas reiffer nachgesonnen/ so haben wir unter andern grausamen Lastern/ welche wider die erste und andere Taffel der Heiligen Gebotten Gottes/ ungescheuet im Schwanck gewesen/ nicht die geringste zu seyn befunden/ die auf den Hohen Schulen in Teutschland unter der studirenden Jugend eingerissene/ hochschädliche Unordnung und Gewohnheit deß pennalisirens/ da etliche ruchlose/ freche/ übel erzogene/

aller

aller Christlichen Zucht vergessene junge Leuthe/ den jenigen / welche von andern trivial-Schulen / Pædagogiis oder Gymnasiis, sich auf Universitäten eine mehrere Wissenschafft in den Haupt-Sprachen/ freyen Künsten/und in Philosophicis zu fassen / auch in den höhern Facultäten sich informiren zu lassen / und zu proficiren begeben / oder an denen Orthen / wo Universitäten seyn/gebohren und gezogen/hoch-ärgerlicher Weise nachstellen/sie nicht allein mit schimpfflichen höhnischen Gebärden und Worten/ sondern auch gar mit unehrlichen abscheulichen Frevelthaten und Schlägen Barbarisch tractiren/ ihnen öffters solche Dienste und Auffwartung / welche ein vernünfftiger Herr seinem geringsten Diener anzumuthen / Bedenckens trägt / auftringen / ja so offt es ihnen gefällig/ solche neuangehende Studiosos mit Schmäusen und kostbahren Gastereyen beym An- und Abtritt / auch wohl sonst / so offt es ihnen beliebet/ beschwären / also / daß das jenige was Eltern ihren studirenden Söhnen öffters mit ihrer höchsten Ungelegenheit bey diesem Geltklemmen Zeiten zur Zehrung auf ein Jahr destinirt/ bey einem und andern Zeche und Gelag verschwendet werden muß/ und dardurch manches schönes Ingenium mit obgedachten Lasterhafften exagitation- und concussionibus desperat gemachet / an dem Fortgang seiner wohlangefangenen studien verhindert / die Eltern umb ihre geschöpffte Hoffnung / daneben Kirchen/ Rathhäuser/ Schulen / und das gemeine Wesen um ein nutzliches Werckzeug unverantwortlicher Weise gebracht werden.

Als aber uns obligenden hohen Obrigkeitlichen Ampts und Vorsorge wegen / gebühret/ solcher und dergleichen Kirchen und Policey hochschädlichen lasterhafften Unordnung / Mängeln und Gebrechen mit allem Ernst/ Eyfer/ und harten Straffen/ zubegegnen/ damit Gottes brennender Zorn nicht ferner über unser Land und Leuthe/ wann dergleichen Sünde ungestrafft bleiben/ gezogen werde / und aber ohne conformität der Gesätze / und der darinn wider alle muthwillige Frevel gesetzter Straff hierinnen schwärlich etwas zu erheben / noch fruchtbarlich außzurichten/ so haben Chur-Fürsten und Stände der Augspurgl. Confession zugethan/ deren Chur-Fürstenthumer/Hertzogthumer und Lande im Röm: Reich Teutscher Nation mit Academien, und Hohen Schulen versehen/durch ihre bey der zu Regenspurg *anno* 1653. und 1654. gehaltenen Reichs-Versamblung anwesende vornehme Räthe/ Gesandten und Bottschafften sich hierüber/ und wie solcher höchst-straffbaren Unordnung mit einem durchgehenden ernsten Nachtruck würcklich gesteuert werden möge / gesprochen / das Werck reifflich überlegen lassen/ uns auch auf abgestattete derselben unterthänigste Relation dahin verglichen/ vereinbahret und geschlossen/ daß hinführo und von Publication dieses / keinem / der auf unsern unterhabenden Universitäten/ Academien, und hohen Schulen sich aufhält / oder ins künfftige über kurtz oder lang dahin begibet / er seye weß Stands oder Alters er wolle/ erlaubt/ sondern vielmehr einem jeglichen hiermit und in Krafft dieses/ ernstlich verbotten seyn solle/ den neuankommenden jungen Studenten heimblich oder offentlich nachzustellen / sie auf der Gassen oder in ihren Logamenten / Stuben / Schencken und Würthshäusern/am Tisch/in Collegiis, oder sonsten zu importuniren, zu exagitiren oder zu beschimpffen / noch ihnen die geringste Außgaab zu deren also titulirten Pennal- accesss- absolvir: Stuben- oder Tisch- Schmäußen/ es geschehe solches gleich unter dem Vorwand der National-Conventicul, welche hiermit / als unzuläßige/ abgeschafft seyn sollen/ oder irgeng unter einem andern prætext anmuthen/ viel weniger ihnen mit Betrohungen/ Schlägen/ und liberalibus ingeniis unanständlicher Diensten zusetzen/noch sonsten auf andere Wege sich zu ihnen nöthigen/ sondern sie unter deß Magistratus Academici, oder ihrer eigenen Hofmeister und Præceptorum Aufsicht und correction lediglich lassen sollen/ damit nicht ex seminariis Ecclesiæ & Reipublicæ seminaria vitiorum & criminum gemachet/ und an statt deß verhofften Seegens neue und mehrere Land-Plagen auf unser geliebtes Vatterland/ durch ein unordentlich wüstes Leben/ unter denen/ welche für allen andern mit Frömmigkeit/ Sittsambkeit/ Höfflichkeit/ Erbarkeit / und andern löblichen Tugenden in der Welt herfür leuchten / und gezieret seyn solten/ devolirt werden.

Obgedachtes alles wollen wir von einem jeglichen/ der sich auff unsern Universitäten anjetzo befindet / oder ins künfftig auffzuhalten gedenckt/ auffs genaueste observirt haben / so lieb ihme ist die Straff deß Gefängnusses und nach Gestalt deß Verbrechens/ der relegation cum infamia zu vermeiden / welche ein jeder/so hierwider im geringstẽ zu frevlen sich erkühnen wird/ dergestalt ungesäumbt zu erwarten haben solle/ daß wann er dieses so hochverbottenen pennalisirens und dessen anhangenden Lastern und Unordnung halben/in die obangedeute Straff verfallen zu seyn/ declarirt worden/ der oder dieselbe / als malæ notæ subjecta zu keinen Ehren-Aemptern oder Diensten in unsern Chur- Fürstenthumben und Gebiethen in Geist- oder Weltlichen Stande beruffen noch befördert / sondern als Leuthe welche ihre Jugend in Lastern und Aergernus zugebracht/ und alles favors unwürdig / allenthalben geachtet werden sollen.

Und damit dieser unser unumbgänglichen Verordnung umb so viel stärcker Folge geleistet werden möge / haben wir uns mit benachbarten Churfürsten/Fürsten und Ständen/ und sie sich hinwiederumb mit uns verglichen/ daß wann einer dieses delicti halben/ auff einer Universität relegiret/ die formula relegationis denen andern Universitäten intimiret/ und daselbst der relegatus nicht angenommen/ noch inter membra Academica gezehlet oder gelitten werden solle/ es wäre dann/ daß er sich mit der vorigen Universität verglichen/ und außgesöhnet/ auch parti læsæ satisfaction gethan/ und solches mit genugsamen Urkunden bescheinigen könte/ das meynen wir ernstlich.

Gebiethen darauff / ꝛc.

Zum Gezeugnuß daß unter uns wider das so ärgerliche und schädliche Pennalisiren auf Universitäten vorgeschriebenes Concept sub sperati beliebet / und unser Gnädigsten Chur-Fürsten / wie auch Gnädigen Fürsten und Hochgeehrten Herrn Principaln unterthänigst / unterthänig und dienstlich zu fordersambster Vollziehung recommendirt und überlieffert werden solle / haben wir dises mit unserer Hand-Unterschrifft und Insigeln bestättiget. Actum Regenspurg den 1. May Anno 1654.

Joachim Friderich Freyherr von Blumenthal / *Legatus Electoris Brandeburg.*

Zacharias Prüschenck von Lindenhoven / *Legatus Vinariensis Saxonicus.*

Georg Achatz Höher *D. Legatus Saxo-Gothanus.*

Johann Schwartzkopff *D.*

Heinrich Dieterichs *D.*

Georg Wilhelm Bidenbach võ Treuenfelß.

Jost Synold genant Schütz *D.*

Wegen Chur-Pfaltz *Arnoldus* Peil *D.* Abgesandter zu gegenwertigem Reichstag.

Matthias Biœrenklaw *Legatus Suecicus ratione Citerioris Pomeraniæ.*

Wilhelmus Schröter *D.*

Chrysostomus Cöler *D.*

Heinrich Speyermann.

Balthaser von Rieben.

D. Nicolai, Legatus *Megapolitanus.*

Tobias Oellhaffen von Schellenbach / der Statt Nürnberg Abgesandter.

CAPUT XVII.

De Officio Magistratus circa curam Pupillorum & Viduarum.

SUMMARIA.

1. *Pupillorum & Viduarum cura ad Magistratum pertinet.*
2. *Magistratus pupillis curatores & tutores constituere tenentur.*
3. *Imperii Statuum minoribus Camera Imperialis Curatores constituit, uti & Imperator.*
4. *Invitis quoq; Curatores dantur.*
5. *Tutor ad universum patrimonium datus intelligitur.*
6. *Ut tutela legitimè sit constituta, quænam requirantur.*
7. *Tutoribus per magistratum administratio decernenda.*
8. *Tutores inventarium conficere tenentur.*
9. *Satisdare tenentur rem pupilli salvam fore.*
10. *Jurare tenentur, quod utilia facere, & inutilia prætermittere velint.*
11. *Tutores & curatores ad suscipiendum hoc officium à Magistratu cogi possunt.*
12. *Officium tutorum in quibus consistat? & n. 13. 14. 15.*
16. *Rationem reddere tenentur administrationis.*
17. *Pecuniam pupillorum ad fœnus exponere tenentur.*
18. *Quilibet tutor in solidum tenentur, quatuor tamen habet beneficia.*
19. *Ubi rationes reddendæ.*
20. *Magistratus subsidiaria actione conveniri possunt.*
21. *Ipsorumq; hæredes de lata culpa tenentur.*
22. *Quid si tutores postea facultatibus excidant?*
23. *Tutoribus salarium constitui potest, & expensæ restituendæ.*
24. *Majoribus quando curator constituatur?*
25. *Mulieribus quoq; & viduis dantur curatores.*

AD Magistratus porrò cujusvis officium spectat, pupillorum & viduarum curam habere, quod eleganter attestatur Imperator Severus in *l. si minores. 2. §. 2. vers. Divus Se-*
1 *verus. ff. qui per tut.* ubi omnem me rationem adhibere subveniendis pupillis, cum ad curam publicam pertineat, liquere omnibus volo, eleganter scribit. Et cum Imperat. Augustus Scaurum ad Daciæ præfecturam transmitteret, inter alia specialiter jussit, ut pupillorum sit curator, viduarum patronus, sauciorum cataplasma, baculus cæcorum, & omniũ
pater, referente Ant. de Genoa *lib. 3. cap. 11.* In- 2
deque hodie omnes omninò Magistratus, Electores, Principes, Prælati, Comites, Barones, Civitates Imperiales, Nobiles, imo etiam municipales, & civitatum ac municipiorum judices, tutores & curatores constituere non tantùm solent, sed etiam tenentur, si à parentibus non fuerint dati, Reformatio guter Policey zu Augspurg / *de anno 1548. tit.* von der Pupillen und minderjährigen Kinder Tutorn. *31. in princ. & de anno 1577. tit. eod 32.* Bart. *in l. 1. n. 4. ff. de tutell.* Joh. Harppr. *ad §. sed hoc jure. 4. n. 2. & ibi* Bocer. *n. 70. I. de Attil. tut.* Besold. *de tutel. cap. 17. n. 2.* Klock. *tom. 1. cons. 9. n. 10.* Adeo, ut hoc omittentes, ab damnum pupillis illatum, de syndicatu conveniri

niri possint, Schrader. *de feud. part. 10. sect. 20. n. 10. & ibi alleg.* Sicuti etiam ipsi Principibus, Co-
5 mitibus, Baronibus, Nobilibus liberis, & aliis Imperio immediatè subjectis Ordinibus minoribus, à Camera Imperiali tutores & curatores constituuntur & confirmantur, Ord. Camer. *part. 3. tit. 3.* Gail. *1. obs. 1. n. 47.* Sicuti etiam ab ipso Imperatore, Rittershus. *in exposit. Novel. part. 8. cap 9. n. 12.* Jos. Nolden. *de stat. Nobil. cap. 14. n. 65.*

4 Dantur autem hodie omnibus minorennibus pupillis tutores & curatores, etiam invitis, Reformat. guter Policey zu Augspurg / *de anno 1548. d. tit. 31. §. 1. & 2.* Harpprecht. *d. l. n. 16.* Et quidem tutores principaliter personis, in consequentiam rebus, curatores autem principaliter rebus, & in consequentiam personis, *l. in copulandis. 8. C. de nupt. l. consilio. 7 in princ. ff. de curat. furios. §. certa. 4. l. qui testam. tut. l. sciendum. 20. ff. de rit. nupt.*
5 Et simpliciter, sive generaliter tutor datus, ad universum patrimonium datus intelligitur, sive illud in territorio illius, sive extra territorium situm sit, *l. 2. l. testamento. 11. C. de excusat. tut. §. datus autem. 17. & ibi* Harpprecht. & Dd. comm. *l. de excusat. tut.* Author *decis. Cameral.* apud Gylman. *symph. tom. 3. verb. tutela, vers. an pupillo.*

6 Ut autem tutela legitimè constituta dicatur, requiritur 1. ut tutores per agnatos & alios nominati à magistratu confirmentur, *tot. tit. ff.*
7 *& C. de confirm. tut.* 2. Ut tutoribus per judicem & magistratum administratio legitimè decreta sit, *l. 3. in princ. ff. de admin. tut.* Reform. guter Policey zu Augspurg / *de anno 1548. tit.* von der Pupillen und minder-jährigen Pupillen Tutorn. §. Daß auch ein jeglicher. Schrader. *de feud. part. 10. sect. 20. n. 92. seq.* nisi aliud consuetudine, vel statuto obtineat, vel à testatore dispositum sit, quod tutor propria authoritate administrationem adsumere possit, Schrad. *d. sect. 20. n. 102.*
8 *seq. & 116. seq.* 3. Ut tutores inventarium omnium rerum, tam mobilium, quam immobilium, ac instrumentorum pupillorum conficiant, *l. tutor. qui repertorium. 7. ff. de admin. tut. l. tutores. 24. C. eod. l. de creationibus. 27. C. de Episc. aud.* Nisi parens, vel testator ejusmodi confectionem remiserit, prout potest, *l. fin. §. fin. C. arbit. tut.* Harpprecht. *ad princip. I. de legit. agnat. tut. num. 7.* ubi tamen judex, spreta testatoris remissione, si pupillo id expedire animadvertat, tutorem ad inventarii confectionem cogere potest, *arg. l. utilitatem. ff. de confirm. tut.* Harpprecht *d. l. num. 8.* Neque hæc inventarii remissio, ad rationum librum & redditionem extenditur, Plot.
9 *de in lit. jur. §. 5. num. 33.* Munotz. de Escobar. *de ratiocin. administr. cap. 3. numer. 29.* 4. Tutores & curatores ante administrationem susceptam satisdare tenentur, rem pupilli salvam fore hoc est, integre restituendam, nullumque detrimentum in bonis minorum, culpa aut negligentia eorum, vel in illis administrandis, vel adquirendis & defendendis, obventurum, *l. legitimos. 5. in princ. ff. de legit. tut. l. 1. 2. 3. 4. & tot. tit. ff. rem pupill. salv. for. l. de creationibus. 27. C. de Episcop. aud. d.* Reformat. *polit. de anno 1548. & 1577. §. Item.* Daß er nach. Schrader. *d. section. 20. n. 288. seqq. & ibi alleg.* Ita, ut etiam testamentarii & cum inquisitione dati tutores satisdare teneantur, *d.* Ordin. polit. *de annis 1548. & 1577.* Schrader. *d. section. 20. num. 309. seq.* Harpprecht. *ad princ. I. de satisd. tut. numer. 13. seq.* 5. Quilibet 10
tutor & curator, tam testamentarius, quam legitimus & dativus, jurare tenetur, quod utilia pupillo facere, & inutilia prætermittere velit, *Novell. 72. cap. ultim. l. de creationibus. 27. C. de Episcop. aud. l. fin. §. & si quidem. & §. fin autem. C. de curat. furios. d.* Polit. Ord. *de anno 1548. & 1577. tit.* von der Pupillen. §. *Item,* Daß 11
er nach. Schrader. *d. section. 20 num. 283.* Tutores & curatores ita legitimè designati, etiam inviti, tutelam suscipere tenentur, & à magistratu ad id cogi solent, *l. tutori. 20. C. de negoc. gest. l. fin. in princ. & ibi* Bart. *C. de administrat. tut. l. 3. C. de suspect. tut. l. in princ. ff. de administ. tut. l. si quis Magistratus. 9. ff. de muner. & hon.* Schrad. *d. part. 10. sect. 19. num. 250. & section. 20. numer. 1. seq.*

Officium tutorum est, 1. pupillos defendere, eorumque bona administrare, ex quo 12
etiam quasi tuitores dicuntur, *l. 1. § 1. ff. de tutel. l. 1 ff. de minor. l. 2. sub fin C. quand. mul. tut.*
2. Pupillum rectè educare, ubi autem educari 13
debeat, magistratus arbitrio relinquitur, qui de eo præsentibus consanguinieis statuat, *l. pen. ff. ubi pupill. educ. l. 1. & 2. C. eod.* Latè Menoch. *arbitr. judic. cas. 168. num. 1. & per tot.* 3. Pu- 14
pillo alimenta administrare congrua, pro judicis arbitrio, & facultatum qualitate, *l. 2. ff.* 15
ubi pupill. educ. Menoch. *d. l. cas. 169.* 4. Pupillis in contractibus, aliisque negociis authoritatem præstare, cum hi absque tutoris authoritate nihil agere possint, & non obligentur, *l. 5. §. 1. l. 9. princ. ff. de auth. tut. princ. & §. 1. I. eod. §. 3. I. quib. mod. toll. obl. §. 1. I. quib. alien. §. 1. I. quib. mod. re contrah. oblig. l. 1. § fin. ff. commod. l. 189. ff. de R. I. & simil.* 5. Tutores 16
tenentur reddere rationem administrationis suæ, idque de jure quidem civili, finita demum tutela, *l. 1. in fin. l. nisi finita. 4. l. 9. §. 4. l. 13. l. 18. in fin. ff. de tut. & rat. distr.* Verùm hodie ex constitutione Imperii politica singulis annis ad requisitionem magistratus id facere compelluntur, *d.* Policey-Ordnung zu Augspurg / *de anno 1548. tit.* von der Pupillen. Cui etiam concordat Fürstliche Würtembergische Lands-Ordnung / *tit.* vom Waisen-Gericht. *42. §.* Es sollen auch. *3. fol. 86. & seq.* Harpprecht. *ad § cum ergo. 7. num. 9. I. de Attil. tut.* Berlich. *2. conclus. 12. num. 2. & seq.* Rationes reddere tenentur de omnibus, quæ vel fecerunt, vel facere debuerunt, præstantque dolum, culpam latam & levem, non verò levissimam, *l. quicquid 7. C. arbit. tut. l. à tutoribus. 33. in princip. ff. de admin. & peric. tut. l. in princ. l. tutori. 20. C. de negoc. gest.* Et tutor malè administrans non solùm ab administratione removetur, sed etiam de neglectis, & ad interesse fructuum amissorum, ac omne id, in quo pupillus ex mala administratione fuit damnificatus, tenetur, *l. si fine. §. Modestinus. C. de administrat. tut.* Hondedæ, *2. part. 5. consul-*

 tat.

tat. 82. num. 18. & seq. Menoch. *arbitr. jud. cas. 209. n. 39. seq.*

17 Tutores quoque, secundum morem Regionis, pecuniam pupillarem in annuorum redituum emptionem, vel ad fœnus exponere, vel in emptionem prædiorum collocare negligentes, usuras, vel id, quod interest, pupillis refundere tenentur, secundum Bart. *in l. tutor. qui repertorium. §. si post. & §. fin. ff. de administ. tut.* Rauchbar. *2. quæst. 26. num. 6.* Hartm. Pistor. *obs. 82. n. 10. seq.*

18 Quamvis autem quilibet tutor in solidum teneatur, *l. si quis ex argentariis. §. 1. vers. nam etsi plures. ff. de edend.* Bald. *in l. 1. num. 8. in fin. C. de transact.* ubi ait, licet divisio inter curatores esset facta, divisum tamen nudum tantummodo ministerium censeri, ideò sive omnes administraverint, sive alter eorum, sive dolo, vel culpa tantum aliquid commiserint; semper mero jure tenentur in solidum, neque illa divisio præjudicat minori, Franc. Ant. Costa *cons. 72. num. 9. seq.* Gratian. *discept. 86. n. 14. & 17.* Surd. *cons. 170. num. 12.* Ex æquitate tamen tutores quatuor beneficia habent sibi à jure concessa, beneficium scilicet ordinis, divisionis, cessionis & utilis actionis, de quibus *in l. §. nunc tractemus. ff. de tut. & rat. distrah.* Cancer. *var. resol. part. 1. cap. 7. n. 20.* Christinæ. *1. decis. 180. n. 9. & 11.*

19 Rationes reddendæ sunt in loco & coram judice, ubi tutelæ administratio facta, & ut olim Romæ Prætor fuit tutelarius à Marco Antonio constitutus, ad hanc unam jurisdictionis partem; ita quoque hodie in multis civitatibus Imperialibus & alibi, certi magistratus & Senatores ei præsunt, qui dicuntur, Weisen-Richter/ prout etiam requirit ordinatio politica Würtembergica, Fürstl. Würtembergische Lands-Ordn. *tit.* vom Weisen-Gericht und Ober-Pflegampt. *42.* §. So wöllen. *2 fol. 86.*

20 Et quo magis cautum sit minoribus, & diligentius magistratus inquirat, tùm in ipsos tutores, tùm in eorum fidejussores & rationes, ipsi quoque magistratus, si tutoribus eorumque fidejussoribus excussis, adhuc minoribus non sit satisfactum, actione subsidiaria conveniri possunt, *l. 1. 2. 4. & 5. C. de magistrat. conv. l. 1. C. de tut. & curat. illustr.* Betsius *de pact. illustr. famil.*

21 *cap. 7. fol. 257. in fin. seq.* imò ipsi hæredes, magistratuum delata culpa tenentur, *l. 2. C. de ma-*

22 *gistr. conven.* Quod si tamen tutores ab initio & tempore nominationis idonei fuerint, sed postea tutela durante facultatibus excidant, magistratus non teneri æquum esse, sicque semper, & non aliter practicatum fuisse, refert Christinæ, *Belgic. decis. 182 n. 2. vol. 3.*

Quamvis enim publicum hoc tutelæ munus gratuitum esse debeat, cum mandati speciem habeat, *l. qui sine usuris. 38. ff. de negoc. gest.* Harpprecht. *ad §. sed & propter. 6. n. 7. seq. I. de excusat. tut.* Arbitrio tamen magistratus ordinarii permissum est, pro re nata tutoribus certum quoddam salarium determinare & constituere, Schneidewin. *ad d. §. sed & propter I. de excus. tut.* Quod etiam permittit Fürstl. Würtemberg. Lands-Ordn. *tit.* von Belohnung und Besoldung der Pfleger und Vormünder. *40.* Et tutor petere potest pro laboribus tutelæ sibi à judice salarium constituti, *l. à tutoribus. §. fin. ff. de admin. tut.* Harpprecht. *d. §. 6. n. 9. I. de excus. tut.* Idem est, si pro pupilli negociis huc vel illuc proficiscatur, aliasque expensas faciat, illas enim meritò recipit, *l. sumptus. 3. C. de admin. tut. l. tutorib. 33. §. fin. ff. eod. l. 1. §. item. sumptus. 9. ff. de tut. & rat. distr.* Harppr. *ad §. fin. n. 14. seq. I. de suspect. tut.* 23

Quod si quoque paterfam. vel alius major sit furiosus, prodigus, mutus, surdus, mente captus, aliumve animi defectum patiatur, ut rebus suis præesse non possit, ipsi quoque curatores constituuntur, *tot. tit. ff. de curat. furios. §. furiosi. 3. seq. & ibi* Harpprecht. & Dd. *comm. I. de curatorib.* Et sic quæ diximus de inventario faciendo, & de administratione tutorum, locum quoque habent in curatore furiosi, & similium personarum, *l. 2. l. ult. §. & inventario. C. de curat. fur.* Et quidem ipso jure, ex *L. XII. Tabul.* proximus agnatus furiosi curator existit, Besold. *de tutel. cap. 15. n. 1.* 24

Mulieribus quoque curatores, tam quoad contractus, quàm ad lites, Kriegsvögte/ constitui solent, qui ipsis litigantibus & contrahentibus autoritate & consilio suo assistunt, & in multis à curatoribus minorum differunt, & cum administratione careant, rationes mulieribus non tenentur reddere, nec tutelæ judicio conveniri possunt, nec eorum bona tacitæ hypothecæ subjacent, nec aliter obligantur, quam ut mulieribus fideliter consulant, quod ubi fecerint, etiamsi consilio eventus non respondeat, nihil ipsis imputari potest, Moller. *lib. 2. semestr. cap. 3. & lib. 4. cap. 41. & ad constit. August. 15. part 2. in fin.* Besold. *thes. pract. verb.* Kriegischer Vormund. 25

CAPUT XVIII.

De Officio Magistratus circa curam Nativitatis.

SUMMARIA.

1. *Virginibus nondum maturis matrimonium non concedendum.*
2. *Providendũ ut liberi legitimè nascantur.*
3. *Lupanaria non sunt permittenda.*
4. *Curandum ne mulieres gravidæ abortum faciant.*
5. *Improbum consilium Aristotelis.*
6. *Obstetricum cura magistratui incumbit.*
7. *Quales obstetrices constituendæ? & jurejurando adstringendæ sunt.*
8. *Nutricum quoq; rationem Magistratus habebit.*
9. *Matres ipsæ lactabunt infantes.*
10. *Necessarii in Republ. sunt liberi, in quibus nomina recens natorum, baptizatorum & mortuorum inscribuntur.*
11. *His libris ætas & mors legitimè probatur.*

Ma-

Magistratui porrò Politico curæ quoque esse debet nativitas civium & subditorum, ut scilicet legitimè nascantur, & matrimonium non nisi personæ habiles & idoneæ, & legitimo modo contrahant; Credibile enim non est, illum, qui imma-
1 turam nimis, & quæ nondum subacta ferre jugum valet cervice, ut loquitur Horat. *2. ode. 5.* ducit, quàm infinita mala sibi accersere, lædit enim valetudinem, damno afficit rem familiarem, prolem variis obnoxiam morbis suscipit, & sæpè etiam ipsa puerpera partus doloribus enecatur, Aristot. *7. polit. cap. 16.*

Providendum quoque est, ut liberi legiti-
2 mè nascantur, & ne Respublica spuriis compleatur, quo nomine constitui solent Censores, **Zucht-Herrn**/ qui vagas libidines & illicitos concubitus coërcent, & novos sponsos, ante benedictionem sacerdotalem concumbentes, **die Frü-Beyschläffer**/ debitis pœnis afficiunt. Et ad Reipubl. salutem maximoperè necessarium habere cognitum, qui cives, quibus è familiis originem ducant suam, & an aureis, an argenteis, an æneis & ferreis parentibus nascantur. Optimis enim quibusq; magistratus & honores delegandi. Atqui tales ferè quorum majores virtute præstiterunt, Plato *lib. 3. de legib.* Aristot. *2. polit. cap. 3.* Antipater apud Stobæum *de laude nuptiarum*; alia, inquit, ratione civitas servari non potest, nisi optimi quique cives & generosorum filii prioribus, tanquam arboris pulchræ foliis marcescentibus & defluentibus uxores tempestive ducant, & liberos ceu generosa quædam germina patriæ successores relinquant.

Præcavendum insuper est, ut lupanaria,
3 turpissima juventutis corruptela, morum civitatis depravatio, corporis tormentum, animæ perditio, prohibeantur, Schönborn *3. polit. 13.* Timpler. *lib. 4. polit. cap. 5. quæst. 13.* Quid enim aliud ista servulorum sordidulorum scorta diabolaria, ut loquitur Plaut. *in Stich.* in Rempublicam invehunt, quam morbos publice & hæreditariè grassantes? Quid aliud scorta ista scortea, & instar pelliculæ ac corii rugosa faciunt, quam ut ex sano insanum, ex robusto invalidum, ex solido erectoq; corpore lecto affixum, perpetuisque arctatum doloribus efficiant.

Summopere curandum est magistratui, ne
4 mulieres gravidæ abortum protervè causentur, *Exod. 21. vers. 22. & seq. l. si mulierem. 8. ff. ad L. cornel. de sicar.* aut per cincturam nimis strictam, ut Coriolani neptis, aut per saltationem immodicam, ut Curii triumphantis soror, aut per variorum ciborum ingurgitationem, ut soror Caji Tullii, aut denique per consternationem subitam, ut Julia C. Cæsaris filia, Pompeji uxor, Valer. Maxim. *libr. 4 cap. 6.* Guevar. *in horolog. Princ.* Vel etiam fœtus enecent aut abigant, vel figura humana editos exponant, vel crudeliter abjiciant. Ex quo impium,
5 & nulla prorsus ratione probandum est consilium Aristotelis *lib. 7 polit. cap. 16.* quod etiam approbare videtur Petr. Gregor. Tholosan. *de republ. libr. 14. cap. 1.* civium numerum, quando supra eum, qui semel definitus est, excreverit, à magistratu imminui debere, idque commodè fieri arbitratur, si fœminæ intra 40. à momento conceptionis diem, antequam fœtus sint animati, abortiant: cum hoc apertè pugnet cum lege Dei de non committendo homicidio, & averietur mandato divino de multiplicando humano genere, & naturæ, cui propositum est, per singulorum & individuorum multiplicationem speciei totius æternitatem conservare, & id, quod bonum est, latius diffundere, bellum inferat, Clem Timpler. *libr. 1. polit. cap. 7. quæst. 5.* Keckerman. *lib. 1. system. polit. cap. 8.* confer *supra lib. 1. cap. 13. n. 11. seq.*

Obstetricum quoque diligentem curam ma- 6
gistratus habebit, exemplo ipsius Dei & Ægyptiorum Regis Pharaonis, *Exod. 1. & 2.* Pet. Gregor. Tholos. *de republ. lib. 14. c. 1.* ne scilicet partus in ipso primo ortu intercipiantur aut lædantur, cum enim emittitur claustro infans, etsi natus sit homo omnium animalium princeps, tantæ tamen est imbecillitatis in ipso egressu, ut nisi seriò curetur, interitus & ortus unam habeant periodum, Tholosan. *d. cap. 1. n. 1.* Quanta igitur harum sit necessitas neminem latere potest, & quantum in iis positum, Regis Pharaonis docet intentio & propositum de enecandis per eas Israëliticorum filiis, sicque toto populo exstirpando, *Exod. 1.* & in obstetricibus incrementum subditorum positum esse, scribit Aristot. *in œcon.* Et cum historiæ passim testentur, repertas fuisse obstetrices, quæ sub officio pietatis & auxilii, novam sobolem suffocarint, pressuris & artibus enecarint, vel tenellos ita tractarint, ut potius monstra, & dedecori sint parturientibus, quàm filii humanæ naturæ videantur; & quæ partuum suppositione usæ, ut familiis splendidis, cū maxima proximiorum jactura successorum alienas soboles intererent, *msc. 338.* & quæ ipsis parturientibus sæpissimè maxima mala intulerint, ideò Magistratui politico studiosè præcavendum, ut hæc & similia mala, electione bonarum, honestarum fidelium & peritarum obstetricum antevertantur, & singulis annis earundem examina instituantur. Atque ideò obstetrices pias, 7
honestas & peritas eligi, easque examinari, & juramento adstringi debere sancitū est **in der Fürst. Würtemb. Lands-Ordn.** *tit. 52. fol. 103. & seq. & ibi* D. Georg. Lud. **Lindenspur** *fol. 320. & seq.*

Nutricum quoque rationem habebit ma- 8
gistratus, cum multa vel virtutis vel vitiorum semina cum lacte nutricis sugant infantes, & curabit, ut matres nutricationis officium, extra casum necessitatis & infirmitatis, ipsæ sustineant, quia natura ideò binas mammas matri dedit, ut uberibus suis infantem aleret, idque sic ordinavit, ut impensius amaret suis uberibus nutritum, adeoque ardentius redamaretur, ut urget Plutarch. *de educat. liber.* Quia etiam infantium 9
substantiæ non tam accommodatum est, neque ipsorum sanitatem tàm conservat, quam lac maternum, Aristot. *lib. 7. polit. cap. 17.* confer casum *in sphær. civit. lib. 7. cap. 17.* Lamb. Danæ. *l. 2. polit. Christ. cap. ult.* Heider. *polit. cap. 1. fol. 124. & seq.*

10 Utile quoque & necessarium erit in Republica, parochos singulares habere libros, Tauff-bücher/ in quibus nomina & cognomina inscribuntur recens natorum, & qui à parocho sacro baptismatis fonte lustrati fuerunt, quo constare possit, quo anno & die quis natus vel mortuus fuerit, prout olim edicto Servii Tullii VI. Romanorum Regis parentes nascentium nomine, Lucinæ certam pecuniæ summam dabant, qui ab adolescentia pervenissent ad juventutem, Juventæ: morientes Libitinæ; unde constare poterat, quo anno quisque natus aut mortuus esset, & quot annos vixisset, quo item robore juvenum & virorum stipata esset Respublica. Ex quo postea Marcus Philosophus Cæsar jussit apud Præfectos ærarii unumquemque civium natos liberos profiteri, intra tricessimum diem nomine imposito, eamque ob causam tabularios in provincia constituit. Et anno 1539. Franciscus I. Galliarum Rex singulis Decurionibus mandavit egesto baptizatos & sepultos conscribere: quam legem Henricus III. renovavit, Bodin. *de republ. libr. 6. cap. 1. fol. 971.* confer Reinking 11
polit. Biblic. lib. 2. axiom. 52. Ex hisce autem libris rectè & validè ætatem & mortem alicujus probari, non videtur habere dubium, & docent Maurit. *tract. de restitut. in integr. cap. 321.* Francisc. Vivius. *lib. 1. decis. 184. n. 2.* Nicol. Janua. *de script. priv. lib. 5. cap. 2. quæst. 4. seq. fol. 923. seq.* Besold. *thes. pract. verb.* Tauff-Bücher.

CAPUT XIX.

De Officio Magistratus circa curam Sanitatis, & tempore Pestis.

SUMMARIA.

1. *Sanitatis curam habebit Magistratus.*
2. *Quo nomine in locis quibusdam singularis magistratus constituitur, & quodnam hujus officium.*
3. *Carnes & pisces contagiosi non vendendi.*
4. *Medicamenta probata in Rempubl. invehenda.*
5. *Providendum, ne viæ sordibus putrescant.*
6. *Cloacæ purgandæ de nocte.*
7. *In viam & locum publicum urinæ & res fœtidæ non sunt projiciendæ.*
8. *Lanii & pelliones, &c. in extrema civitatis parte artem suam exerceant.*
9. *Stercus, præsertim suillum, removendum.*
10. *Reliquiæ & excrementa infectorum in plateas non sunt rejicienda.*
11. *Aër suffitu convenienti purgandus, &c.*
12. *Sal, ignis, & aqua brassicæ salitæ,* Sauerkraut-Wasser/ *pesti adversatur.*
13. *Aditus præcludi potest illis, qui ex locis contagiosis adveniunt.*
14. *Quandoq; homines de domo peste infecta exire prohibentur.*
15. *Adhibendi sunt Medici periti.*
16. *Publicè utilis ars Medica.*
17. *Abstinendum tamen à pseudo-Medicis, & quinam tales?*
18. *Pellendi sunt sortilegi & incanttaores.*
19. *Magistratus curabit, ut Pharmacopolia sint constituta.*
20. *Pharmacopolæ singulari juramento sunt adstringendi.*
21. *Chirurgi periti in Republ. constituendi, quorum officio olim Medici defungebantur.*
22. *Horum officium.*
23. *Quales esse debeant?*
24. *Animarum quoq; cura tempore pestis habenda.*
25. *Pestis tempore Ecclesiæ Ministri fugere non possunt.*
26. *Sicuti nec illi, quibus Reipubl. cura commissa.*
27. *Secus est, quoad reliquos cives.*
28. *Frustranea videtur hujusmodi fuga.*

SAnitatis quoque subditorum & civium Principem & Magistratum habere debere, monet Aristot.
1 *in polit.* Quemadmodum, inquiens, boni patrisfamilias munus est, ut suis de sanitate prospiciat liberis; sic etiam boni Principis est opus, ut de suorum
2 valetudine solicitus sit. In quem finem nonnullis in locis, magistratus aliquis existit singularis, cui cura sanitatis publicæ commissa, Besold. *de vita & mort. consid. l. 2. cap. 2. in princ.* Quorum officium est providere, ut aër sit purus, aqua salubris, cibi sani & medicamenta legitima & probata, ne ex horum contagione tabes in civitatem serpat, eamque inficiat, & si clam quandoque obserpserit, operam dent, ne longius vagetur. Aër in præcordia, aqua in viscera quotidie missa vitam & spiritum humanum servant: Et ut aër spiritus vivaciores; ita aqua cibos salubriores & faciliores concoctu reddit, Casus *in sphær. civit. l. 8. c. 11.* Et redduntur vivaciores, reficiuntur & foventur spiritus tam vitales, quàm animales, si aër sit purus & subtilis: At si crassus, cor ipsum, fons vitæ, suffocatur, Galen. *de curand. valet. & method. medend. lib. 9. cap. 14.* De ciborum salubritate hunc proponit canonem Keckerman. *lib. 1. system. polit. cap. 8. & in curs. philo-*
soph. disp. 30. quæst. 7. Provideat magistratus, ne 3

carnes

carnes aut pisces corrupti, contagiosi & putridi publicè vendantur, ne fructus immaturi usurpentur, ne denique cupediarii cupediis suis ac deliciis nimis valetudini subditorum noceant. Utque flumina limpidiora & salubriores aquæ in urbem deriventur, ut tubi & fistulæ quam purissimæ serventur, ne cibi aliâs salubres cocti, aquis insalubribus corumpantur, morbosve causentur.

4 Et præterea circa medicamenta Principem operam dare jubet, ut ea probata in Rempublicam importentur, atque eo fine, certis ac statis temporibus curet lustrari pharmacopolarum officinas.

5 Ad hæc convenit civitatem omni puritate & claritate ornatam retinere, omni sorditie & immunditia vacuam conservare, ne sordibus ac fœcibus aëris tranquillitas inficiatur, & pestes, febres, gravesque infirmitates indè oriantur. Et sic providendum est à magistratibus per edicta, ut semper civitas, & locus, cui præsunt, nitidus & mundus servetur, & viæ sordibus non putrescant. Unde Prætor edicto cavit, ut cloacæ purgentur, ac reficiantur, quorum utrumque ad salubritatem civitatum & tutelam spectat, *l. 1.*
6 *§. 1 ff. de cloac. l. fin. §. si stercus ff. quod vi aut clam.* Cœpol. *d. servit. rust. præd. cap. 43.* Ideoque cloacæ & sterquilinia, de nocte purganda sunt, ne fœtor & malus odor vicinis officiat, quibus actio in factum adversus vicinum competit, fœtorem & malum odorem in viam vel publicum locum immittentem, *l. 2. §. idem ait. ff. ne quid in loc. publ.* Ripa *de peste. part. ult. tit. de remed. præserv. n. 64. seq.* Cœpol. *de serv. præd. urban. cap. 48. & 55.*

7 Neque etiam in locum vel viam publicam urinæ & res fœtidæ projici possunt, & ad Ædiles Curules hoc onus spectabat, ut illa emendarentur, *l. ædiles. ff. de via publ.* Cœpol. *de serv. urb. præd. cap. 78. in fin.*

8 Prohiberi quoque possunt lanii & accommodantes pelles, similesque alii, ne suam exerceant artem, nisi in extrema civitatis parte, ad aëris salubritatem conservandam, Camill. Borel. *de magistrat. edict. lib. 3. cap. 12.* Stercus im-
9 primis suillum, propter fætorem cerebro infensum, & spiritibus ingratum, infectioni aptissimum, removendum, ac propterea sues & porci, tempore infectionis, in suburbiis commodius habentur.

10 Major quoque cura adhibenda est, ne reliquiæ & excrementa, quæ ex ulceribus infectorum Chirurgi inter curandum extraxerunt, in plateas conjiciantur, & canes, aliaque animalia indè inficiantur, labemque illam domum asportent.

11 Prodest quoque vicos, aliaque loca publica convenienti suffitu, aut luculento igne, pyrio pulvere, vel etiam campanarum sonitu aërem purgari. Prout Hippocrates luem illam ex Æthiopia Græcos invadentem, non aliter curavit, quàm aëris mutatione & alteratione, ne talis amplius inspiraretur, ideoq; ignem per totam Athenarum urbem incendi jussit, nec simplicem materiam lignorum, sed serta floresque suavissimos, ignis alimentum esse consuevit, & pinguissima unguenta & odorifera ipsis supertundi, Plinius *lib. 36. c. 27.* Galen. *de theriac. ad Pison. cap. 16.* Cum enim pestis ex putredine fiat, nihil eidem magis adversatur, quam sal & ignis, Hipp. 12
pol. Guarinon. in Pestilentz guardien / *part 1. cap. 5. & 8.* ubi laudat brassicæ salitæ aquam, die Krautsur / Krautwasser / & ut ea tingantur vestes, manus & facies abluantur, &c. suadet.

Aditus quoque præcludi potest illis, qui 13
ex locis contagione hujusmodi infestatis adveniunt, quod Itali ut aliàs curiosi, prudenter observant, & neminem Venetiis proficiscentem Romam, vel Româ Venetias transeuntem recipiunt, nisi schedula, quam feud, sive bulletum vocant, à provisoribus sanitatis acceptâ, sanitatem suam comprobare possit, confer Spekh. *cent. 1. quæst. 13.*

Solent quoque quandoque homines domo 14
peste infecta exire prohiberi, quibus tamen alimenta & alia sustentationis media, & valetudinis remedia administrari debent, Besold. *de vit. & mort. consid. lib. 2. cap. 2. num. 2.* Reipublicæ quoque interest, ne diu insepulta maneant corpora peste defuncta, ut *cap. seq.* dicetur.

Adhibendi quoque, sunt Medici periti & 15
exercitati, & qui publicum eruditionis suæ testimonium habent. Quamvis enim populus Romanus sexcentis annis sine Medicis floruerit, aliaque multa millia gentium sine iisdem degerint, ut refert Plin. *natur. histor. lib. 29. cap. 1.* Bodin. *de republ. lib. 3. cap. 8. fol. 563.* Et Babylonii Medicos olim urbe expulerint, Herodot. *lib. 1.* Quod etiam apud Romanos M. Catonem fecisse refert Plin. *l. 29. c. 1.* Publicè tamen utilis est ars Medi- 16
ca, *l. inter eos. 33. §. fin. ff. ex quib. caus. major.* Quam etiam ipse Christus exercuit, sanando hæmorrhoides, *Marc. 5. v. 22.* Paralysin, *Matth. 9.* Febrim, *Iohan. 4.* aliosque morbos innumeros, & Medicum honorari jussit *Syracid. 38. princ.* Tholosan. *de republ. lib. 17. cap. 8.* sed etiam ipsos Angelos, viros sanctos, Imperatores, Reges, Pontifices, aliosque Magnates, Medicinam exercuisse & comprobasse, plurimis demonstrat exemplis, Tiraquel. *de nobilit. cap. 31. n. 81. seqq.*

Abstinendum tamen est ab illis, qui absque 17
studio accuratæ Medicæ artis, sese falsò Medici titulo venditare solent, quique detractâ larvâ apparent Judæi scelerati, polypragmones, sacrificuli, suæve professionis desertores, Chymici indocti, inepti & vulgares pharmacorum confectores, ardeliones, circulatores, tonsores imperiti, balneatores curiosi, circumforanei, impostores, vetulæ edentulæ, & blaterantes, carnifices canicidæ, & alii hujus farinæ homines rudes, Marckschreyer / Zahnbrecher / Quacksalber / Störger / Tyriackskrämer / Landfahrer / &c. quibus præter latratum nec eruditio, nec doctrina est, qui magis confundunt, quàm restituunt sanitatem, hominesque simplices miserè decipiunt, qualis fuit is, cujus meminit Præposit. *in c. de muliere ad fin. x. de sponsal.* qui ab imperito consultus scripserat: Recipe nescio quid, & sanabitur nescio quando, referente Nevizan. *in sylv. nupt. lib. 4. cap. 177.*

Pellendi quoque & ad Garamantas rele- 18
gandi sunt sortilegi & incantatores, sub specie Medicinæ fucum facientes, Lather. *de cens. lib. 3. cap.*

cap. 21. uti & salutatores illi, qui vel solo afflatu, vel osculo, vel tactu, vel aliis levibus modis sanare student, Segensprecher / Adam Keller. *de offic. jurid. polit. lib. 2. cap. 21. fol. 531.* Besold. *de vit. & mort. consid. lib. 2. cap. 1. num. 5. fol. 66. seqq.* Confer Fürstl. Würtemb. Lands-Ordnung. *tit. 51 fol. 102. & ibi* Dn. Georg. Ludov. Lindenspur *fol. 175. seq.* ubi *n. 7.* non improbandos esse censet, die Augen-Aertzt / Brüch- und Steinschneider / aliosque qui non universalis Medicinæ sunt gnari.

19 Curandum quoque est magistratui, ut pharmacopolia in benè constitutis Rebuspublicis benè sint constituta & ordinata, iisque periti præficiantur pharmacopolæ, qui varia simplicium mixtione, ex præscripto Medicorum pharmaca componant, Damhoud. *in prax. crim. cap. 77. n. 25.* & videant, ut omnia in tabernis tàm medicamentorum, quam ministrorum ratione benè constituta sint, ita ut si ipsorum hac in parte negligentiâ aliquis lædatur, ipsi damnum luant & mulctentur, Consil. Altorff. *respons. 31. seq.* De quibus ita scribit Paulus Negelin. *lib.* vom Burgerlichen Stand. *cap. 41.* Die Apothecker sollen erfahren / und ihrer Kunst geübte Leuth seyn / welche der Herrschafft jeder Statt mit Pflichten verwand / und zugethan / damit sie nicht dem Krancken / quid pro quo, eines für das ander geben / und die Artzneyen übel bereiten / oder simplicia ungleich theilen: Sonderlich aber / daß sie mit Verkauffung deß Giffts gegen verdächtigen Personen inhalten / und sich der schwären Straff / so in den beschribenen Rechten darauff gesetzet / erinnern. Nicht weniger / als auch die Philtra oder Liebtrancklein hochsträfflich seynd / und wird in solchen Fällen nicht allein auff den Vorsatz und Betrug / der hierunter vorgehet / gesehen / sondern auch / wo durch Unerfahrenheit dergleichen verwarloset wird / per *l. illicitas. §. sicuti Medici. ff. de offic. præsid. l. 1. C. de malefic. & mathem. l. 1. ff. de Sct. Syllan. l. item obstetrix. 9. ff. ad L. Aquil.* Menoch. *arbit.*
20 *jud. cas. 359.* Unde etiam in benè constitutis Rebuspublicis pharmacopolæ singulari juramento adstringuntur, se velle colligere simplicia tempestivè & diligenter exsiccare. Composita se dispensaturum secundum artis Medicæ præscriptum, quæ saccaro condienda, non melle, &c. Venenosa & abortum causantia, nemini cessurum, imprimis, ignotis, præparaturum summa diligentia ea, quæ purgant, obsoleta & deperdita abjecturum, æquo pretio pauperi ac ditiori venditurum, nec quid pro quo, adhibiturum, sed omnia Consilio Medici facturum, &c. Quod à nonnullis quandoque malè observatur, qui experientiæ fallaci fidentes, promiscuè quibuslibet operam suam, nihil minus, quam medicam obtrudunt, mortemque certam vendunt, de quibus Cornel. Agrippa *de vanitat. scient. cap. 84.*

21 Chirurgi quoque periti in quacunque Republica constituendi sunt, quorum artificium olim Medicis commissum fuit, qui ipsi suis manibus venas incidebant, medicamenta præbebant, clysteres, emplastra, collyria admovebant, iisdemque omnibus, quibus hodie Chirurgi, partibus fungebàtur, §. *Præterea. 6. I. ad L. Aquil. l. 4. ff. de ad L. Cornel. de sicar.* Brisson. *lib. 2. Antiquit. c. 4.* Sed hodie ad Chirurgos pertinet externa
vulnera, ulcera, cicatrices, fistulas, &c. ope exter- 22
na curare & sanare, horumque singularis peritia & circumspectio exigitur, ne in affectibus periculosis, absque consilio & præsentia Medicorum manum admoveant, confer Jacob. Bornit. *de rer. sufficient. tract. 2. cap. 20. per tot.* Neque ad hanc
artem promiscuè admittendi sunt barbitonsores, 23
scarificatores & balneatores, Bäder und Schräpffer / sed in arte chirurgica, periti examinati & approbati, prout requirit, die Fürstl. Würtemb. Lands-Ordn. *tit. 50. fol. 100. seq. & ibi* Dn. Lindenspur. *fol. 187. num. 16. seq.* ubi ex Rudolpho Wurtz in seiner Wund-Artzney *fol. 49.* refert, in plerisque Germaniæ locis, ut & in Gallia & Italia, solere Chirurgos prius examinari, iisque certas quæstiones, quas Meisterstuck vocant, proponi, ibidemque subjungere; Solche Fragen findet man an vielen Orthen geschrieben oder getruckt / die lernet mancher außwendig / bestehet darmit sehr wohl / und wird für ein Meister angenommen / ob er schon kein Wund-Artzney weder gesehen / noch erfahren hat / und weder Grund / noch Ursachen darauß geben kan / Sicque & hic apparet, inventâ lege statim etiam fraudem reperiri.

Non solùm autem corporis, sed animarum 24
quoque imprimis cura habenda est tempore pestis, atque ideo de fidelibus Ecclesiæ ministris prospiciendum est, utpotè quorum opera & ministerio auditores & parochiani vel maxime opus habent, qui ipsos de agenda pœnitentia admoneant, & ad æternam vitam & salutē informent.

Ex quo etiam tempore pestis Ecclesiæ mi- 25
nistros fugere non posse docent Besold. *de vit. & mort. consid. lib. 2. cap. 2. n. 3.* Carpzov. *jurispr. consistor. lib. 1. tit. 5. defin. 72. & tit. 10. definit. 165. seq.* Quia bonus pastor animam suam dat pro ovibus, *Johan. 10.* & sicut Christus animam suam pro ovibus posuit, ita & nos pro ovibus animas ponere debemus, *1. Joh. 3.* Et hujusmodi fuga & discessus diffidentiam erga promissiones divinas arguit, *Psal. 91. v. 7. Matth. 10. v. 30. Hebræ. 13. v. 5.*

Sicuti quoque tempore pestis fugere, & 26
aliorsum decedere non possunt, quibus incumbit cura regiminis aliorum, tàm publicè, quam, privatim, & qui sibi invicem ad mutuam subventionem abstricti sunt, confer Besold. *d. vit. & mort. consid. lib. 2. cap. 2. n. 3. per tot.*

Reliquos vero cives & patresfam. quod 27
attinet, hos, conscientiâ salvâ, pestis vel alterius periculi tempore, aliò, & ad loca tutiora aufugere posse, exempla etiam sacra testantur, imò etiam ipsius salvatoris nostri, *Matthæ. 14. v. 13. Lucæ. 6. v. 31. Matthæ. 15. v. 21. Johan. 7. v. 1. Lucæ. 3. v. 6. 7.* Davidis. *1. Samuel. 19 seq. 2. Sam. 15. v. 16. & seq.* Moysis, *Exod. 2.* Eliæ *1. Reg. 19.* Josephi & Mariæ, *Matthæ. 2.* Abrahami & Saræ, tempore annonæ caritatis, *Genes. 12. v. 10.* Isaaci & Rebeccæ, *Genes. 26. v. 1.* Imò ipse Christus per Prophetam Jeremiam Hierosolymitanos è civitate fugere monuit ut futuras calamitates effugerent, *Jerem. 21. v. 9. & cap. 38. v. 1.* Reinking. *in polit. bibl. lib. 3. axiom. 42.* Verum quo ibo à spiritu tuo, & quo

quo à facie tua fugiam? Si ascendero in cœlum, tu illic es, si descendero in infernum, ades. Si sumpsero pennas meas diluculo, & habitavero in extremis maris: Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. *Psalm. 139. v. 7. & seq.* Hinc quoque Busbequius Legatus Imperatoris Turcicus, *rer. Turcic. epistol. 4.* refert, quod cum ipse tempore pestis se alio recepturus, id Turcico Imperatori prius notū fecisset, hunc respondisse: Qui mihi vellem, aut quo cogitarem? anne scirem pestilentiam sagitas Dei esse, quæ à proposito scopo non aberrarent, ubi, ubi delitescerem, ut ab ejus teli jactu tutus essem? Si me percussum vellet, nihil fugam, nihil latebras profuturas, frustra vitari, quod evitari non posset. Plura de cura præservativa, & officio magistratus tempore pestis, vide apud Paul. Zacchiam *quæst. Medicolegal. lib. 2. tit. 3. quæst. 4. per tot.*

CAPUT XX.

De Cura Sepulturæ.

SUMMARIA.

1. *Magistratus recommendatum habeat jus sepulturæ.*
2. *Gentiles olim cadavera hominum variis modis tractarunt, & n. 3. 4. 5. 6. 10. 11. 12. 13. 14. 15.*
7. *Romani cadavera combusserunt, & quare? n. 8.*
9. *Alii ad ignem suspenderunt.*
16. *Naturæ ductu homo humo procreatus eidem reddendus, & n. 17.*
18. *Atheniensibus quænam Cura sepulchrorū.*
19. *Cœmiteria vocantur dormitoria.*
20. *Sepulturæ loca pro religiosis & sanctis habentur.*
21. *Cœmiteria extra urbem habenda.*
22. *Non improbandus ille mos, quo honoratiores in templo sepeliuntur.*
23. *Consuetudini ceu matri adhibenda reverentia.*
24. *Non liberum est, cuiq; extra cœmiterium, in loco non religioso, hodie defunctos sepelire.*
25. *Pro cœmiterio extruendo agrum justo pretio vendere invitus cogi potest.*
26. *Solent quandoq; sepulchra esse hæreditaria.*
27. *Non denegandum filio, si petat, se defunctum sepeliri, ubi antea pater sepultus.*
28. *Item de marito vel conjuge.*
29. *Debiti nomine sepultura impediri non debet.*
30. *Morte improvisa abreptis, honesta sepultura non est deneganda.*
31. *Honesta sepultura denegatur usurariis, furibus, latronibus & excommunicatis.*
32. *In reatu mortuis.*
33. *Verbi divini & Sacramentorum contemptoribus.*
34. *Quid de hæreticis?*
35. *Qui sibi impias manus intulerunt.*
36. *Sepultura canina & asinina quænam?*
37. *Quid juris hoc casu carnifices prætendat.*
38. *Honesta sepultura non neganda illis, qui ex melancholia sibi manus intulerunt.*
39. *Quonam tempore cadavera sepelienda.*
40. *Sepulturæ pompa honesta esse debet.*
41. *Vestes lugubres indui solent.*
42. *Demortui honestè lugendi sunt.*
43. *Luctus sit moderatus.*
44. *Cantus sacri institui solent.*
45. *Et concio funebris.*
46. *Sicuti etiam convivium.*
47. *Cenotaphia & monumenta in memoriam defunctorum erigi solent.*
48. *Coronarum usus alicubi in sepulchris receptus.*
49. *Sicuti & unguentorum.*
50. *Modus sepeliendi cum vestibus improbatur.*
51. *Item de annulis, aliisq; rebus pretiosis.*
52. *Inepta ejus voluntas, qui de ornamentis secum condiendis in testamento præcipit.*
53. *An sepulturæ nomine aliquid exigere liceat?*
54. *Pro campanarum sonitu pecunia exigi solet.*
55. *Sepulchra sancta sunt, eaq; violare nefas est.*
56. *De mortuis & absentibus nil nisi benè.*

MAgistratus pii piè & prudenter sibi commendatum habeant jus sepulturæ, de quo eleganter Theod. Reinking. *in polit. Biblic. lib. 1. cap. 51. per tot.* ne ex cadaveribus insepultis, & sepulchrorum incuria contagio aliqua oriatur, Carpzov.
1 *jurisprud. consist. lib. 2. defin. 386. num. 6. seq. & defin. 391. in princ.* Et quidem olim Gentiles
mortuorum suorum cadavera variis modis tractarunt. Indi sepulchra nulla habuerunt; quia virtutem putarunt, & vitæ integritatem sufficere ad propagandam memoriam, Cœlius *lib. 18. cap. 30.* Colchi defunctos suos de arbore suspen- 3
derunt, Nicol. *de mor. variis gent.* Massagetæ 4
propinquos & cognatos suos, ubi ad multam sene-

senectutem venissent, & aliquo casu mors esset
visa appropinquare, mactatos ante magnifico
apparatu devorarunt, hac ratione allata, quod
pessima esset æstimanda hominum conditio à
5 vermibus devorari, Herodot. *l. 1.* Persæ, Bactriani
& Caspii canibus mortuos objecerunt devoran-
6 dos, Bonfin. *lib. rerum. Ungar. decad. 1.* Quod
etiam fecerunt Hircani, Cœl. Rodig. *lib. 9. cap.*
47. Partis sepultura vulgo aut avium, aut canum
laniatus est, nuda demum ossa terra obruunt,
7 scribit Justinus *lib. 12.* Alii mortuos suos com-
busserunt, ut notat Rosin. *antiquit. Roman. lib. 5.*
cap. 39. Ita Romani illorum corpora, qui magi-
stratus & honores gesserant, in prætexta purpu-
rea, togaque consulari, vel Senatoria, virosque
triumphales in tunica Jovis, plebeios verò in
toga plebeia aut pallio efferebant & cremabant,
Alex. ab Alex. *l. 3. cap. 7.* Arumæ. *lib. 1. decis. in*
coron. n. 9. seq. Et Romæ viri tantummodò clari
in campo Martio cremabantur, & Imperatores
extructo Rogo, certis quibusdam ritibus & ce-
remoniis inter Deos referebantur, eorumque
cineres in urnis reponebantur, quæ pro cujusq;
facultatibus vel aureæ fuerunt, vel argenteæ;
cujusmodi monumenta antiqua etiamnum pas-
sim in Italia reperiuntur, ac proprio nomine
Ossuaria dicebantur, Cujac. *lib. 10. obs. 37.* Ita
etiam Lituani olim corpora mortuorum cum
pretiosissima supellictile, qua vivi maximè ute-
bantur, cum equis, armis & duobus venatoriis
canibus & falcone cremabant, servum etiam fi-
deliorem vivum cum Domino mortuo, præci-
puè magno viro cremare solebant, amicosque
servi & consanguineos propterea magnifice do-
nabant, Quagnin. *in descript. Lituan.* Et Julius
Cæsar, Gallis, inquit, funera sunt magnifica &
sumptuosa, omniaque, quæ vivis cordi fuisse ar-
bitrantur, in ignem inferunt, etiam animalia, ac
paulo supra hanc memoriam servi & clientes,
quos ab iis dilectos esse constabat, justis, funeri-
8 bus confectis una cremabantur. Cujus crematio-
nis variæ referuntur rationes, veluti quod in no-
bis divinum est, igneo veluti vehiculo ad su-
perna subvectum, cœlestibus inseri, subsidente
quod terrenum est: Alii in eo purificationem
quandam intelligere maluerunt, quia ignis ex-
purgandi vim habeat, Cœl. Rodigin. *lib. 17. cap.*
21. Et quod primus hunc modum introduxerit
primus apud Romanos Lucius Sylla, testatur
9 Plinus, *lib. 7. histor. nat.* Algovii mortuos suos,
dum præ mole nivis illis nec exire, nec fodere
licet, supra focos & ignem tamdiu suspendunt,
quamdiu nives existunt, D. Speidel. *in notab. verb.*
10 Begräbnuß. *vers. nec circa in fin.* Lothophagi
& Ichthyophagi in mare projiciebant mortuos,
Alex. ab Alex. *lib. 3. gen. dier. 2.* Et Hyperborei
senes in mare saliebant, Plin. *nat. hist. lib. 4.*
11 *cap. 12.* Hinc Diogenes inhumatum se abjici jus-
sit, baculo tantum apposito, Stob. *serm. 122.* Al-
12 bani nefas putabant mortuorum curam agere;
Sabæi corpora defunctorum, eo, quo stercus,
modo ducebant, Chassan. *glor. mund. part. 2. con-*
13 *sid. 5.* Theodorus Philosophus nihil interesse
dicebat, humine an in sublimi putrescat, Cice-
ro *Tuscul. 1.* Senec. *de tranquil. anim. cap. 14.* Mi-
14 randum illud Senecæ *epist. 92.* qui, quo recepta-
culum suum conferatur, ignis illud exurat, an
feræ distrahant, an terra contegat, non magis ad
se judicat pertinere, quam secundas ad editum
infantem, referente Schonborn *lib. 4. polit. cap. 5.*
Cum Crito quæreret, quomodo sepeliri vellet, 15
ita respondit, ut indè appareat, eum de hoc ge-
nere nihil laborare, Plato *in Phæd.*

Verum hodie apud nos Christianos longè 16
humanior & religiosior est modus tractandi
mortuos, quo ipsi terræ mandantur & honestè
sepeliuntur, juxta illud sacrum: terra es, & in
terram reverteris, *Genes. 3. v. 19. Dan. 12. v. 2.* Si-
cuti etiam ipsi sancti Patriarchæ corpora defun-
ctorum terræ mandarunt, sicuti constat ex sepul-
tura Saræ, Abrahami conjugis, *Genes. 23. v. 9. &*
19. ipsius Abrahami, *Genes. 52. v. 9.* Rachaëlis,
Genes. 35. v. 19. Jacobi, *Genes. 50. v. 13.* Et ipse
Deus Moysen sepeliendo morem hunc confirma-
vit, *Deut. 34. v. 6.* Et cum homo cibus sit vermium,
non ignis aut flammæ nutrimentum, Syracid.
cap. 10. v. 12. & mater omnium nostrum appelle-
tur terra, *Job. 17. v. 14.* æquum omninò est, ut
reddantur terræ cadavera, & sic quasi operimen-
to matris obducantur, Cicero *2. de legib.* Red-
denda est terra terræ Euripid. apud Cic. *1. Tuscul.*
Et quam favorabilis in jure habeatur sepultura
in terra, patet ex *l. quidam. 27. ff. de condit. instiut.*
Confer. Theod. Reinking. *polit. Bibli. lib. 1. axio-*
mat. 51. per. tot. Imò ex ipsius naturæ ductu sci- 17
mus, hominem humo procreatum, eidem red-
dendum, & si homo insepultus remaneat quasi
contumelia afficitur ipse naturæ conditor, man-
datumque ipsius sacrosanctum violatur. Apes
defunctos progerunt, funerantiumque more
comitantur exequias, Plin. *nat. histor. cap. 18. l. 11.*
Formicæ inter sese sepeliuntur, Plin. *d. l. 11. cap.*
30. Atheniensibus tanta fuit sepulchrorum cu- 18
ra, ut si quis Dux bello peremptos sepulchro
honestare neglexisset, capite plecteretur, inde-
que Nicas omnem exercitum subsistere jussit,
ut duos tantum peremptos milites sepulturæ
traderet, & Cimon Miltiadis filius se captivum
exhibere non dubitavit, ut pater sepulturæ tra-
deretur, Camerar. *medit. histor. part. 2. cap. 64.*

Non tantum autem magistratus de ipsa se- 19
pultura, sed & de ejusdem loco prospicere &
curare debet, qui certus esse debet, & vocari so-
let cœmiterium, seu dormitorium, quod nimi-
rum tantummodo dormire, & in vitam æternam
sepultos excitandos arbitremur, Petr. Gregor.
Tholos. *in syntagm. jur. univers. lib. 2. c. 13. n. 3.* &
Germanice dicitur Gottesacker/ in quo scilicet
corpora piorum veluti grana quædam in spem
futuræ resurrectionis & messis seminantur, 1.
Corinth. 15. v. 35. seq. Johan. 12. v. 24. Ex quo etiam 20
Cœmiteria & sepulturæ loca pro religiosis, san-
ctis & inviolatis habentur. *l. sepulchra 4. ff. de se-*
pulchr. viol. l. cum in diversis ff. de religios. & sumpt.
fun. §. religiosum 9. I. de rer. divis. & consecrari
quondam consueverunt, *c. 1. caus. 13. quæst. 1.* Petr.
Greg. Thol. *d. cap. 13. n. 3.* Et sic ab omni immun-
ditie purgari, muro & sepimento muniri debent,
& solent.

Olim Romani defunctorum corpora in 21
ædibus suis habuerunt in doliis & fasciculis re-
servata, ex quo postmodum ortum, ut lares &

Pii domestici superstitione quadam colerentur, & in ipsa urbe campus fuit Esquilinus publicis sepulchris destinatus, Alex. ab Alexand. *genial. dier. lib. 3. cap. 2.* Et Lycurgus Spartanorum legislator cives suos in urbe sepeliri voluit, ut adolescentes mortem non metuerent, aut horrere assuescerent, Plutarch. *in ejus vit.* Verum sepulturæ loca sive cœmiteria extra mœnia & civitatem esse debere, communis politicorum schola censet, idque exemplo Patriarcharum, qui funeris locum à communi viventium cœtu selegerunt, sicuti Abraham speluncam agri ad sepulturam emit, *Genes. 29. v. 20.* Rachael sepulta legitur in via versus Ephratam, *Genes. 35. v. 19.* Joseph in agro Sichem *Josu. 24. v. 23.* & ipse salvator ante portam in petra, *Matthæ. 27. v. 32. & 60.* Idque jure quoque civili sancitum reperitur, & Divus Hadrianus rescripto pœnam statuit quadraginta aureorum in eos, qui in civitate sepeliunt, quam fisco inferri jussit, & in magistratus eadem, qui passi sunt, & locum publicari jussit & corpus transferri, in *l. prætor ait. 3. §. divus Hadrianus. 5. ff. de sepulchr. viol.* Et mortuorum reliquias, ne sanctum municipiorum jus polluatur, intra civitatem condi, jam pridem vetitum esse, scribunt Impp. Dioclet. & Maximinian. *in l. mortuorum. 12. C. de relig. & sumpt. fun.* Imo salus publica hoc exposcit, ne si mortui in civitate sepeliantur, & putrescentium corporum conditoriis vapores excitentur & erumpant, non sine damno incolarum, cum pestilens contagio facilè inde oriri possit, *arg. l. 1. §. curabit. 2. de cloac.* Et Repub. interest, diligenter præcaveri, ne tandem frequentia & multitudine sepulchrorum id efficiatur, ut civitas magis à mortuis, quam à vivis incoli videatur, Besold. *de vit. & mort. consid. lib. 3. cap. 2.* & Christiani admoneantur, defunctos exivisse è mundo, & hanc civitatem reliquisse, & cives in cœlis factos esse.

21 Non tamen improbandus est mos ille, quo honoratiores in Ecclesia, seu templo sepeliuntur, nam & olim majoribus dignitatis causa placuit, corpora quorundam, imprimis Martyrum in atrio, aut porticu, vel in exedris Ecclesiæ sepeliri, *c. præcipiendum. caus. 13. quæst. 2.* ut quotidiano conspectu hujusmodi monumentorum, mortalitatis admonerentur posteri, Gilken. *ad l. nemo. 2. n. 2. C. de SS. Eccles.* Et sepultus quoque legitur Rex David in civitate, *1. Reg. 2. 2. v. 10. Actor. 2. v. 29.* sicuti & Rex Jojadas, *2. chron. 24. v. 16.* Et propheta Samuel in domo sua, *1. Samuel. 25. v. 1.* Sed hæc in re usu & moribus recepta non facilè sunt immutanda, *l. quod si novit. 31. §. quia assidua ff. de ædil. edict. l. fin. C. de*
23 *fidejuss.* sed consuetudini ceu matri adhibenda est reverentia, Bald. *lib. 2. conf. 318. col. 2.* Chassan. *catal. glor. mũd. part. 12. consid. 51. vers. & sicut matri.*

24 Hodie ergò cum cœmiteria publica authoritate sint constituta, non liberum est cuique extra cœmiterium & in loco non religioso defunctos sepelire, *c. fraternitatem. 3. vers. qui verò X. de sepultur.* Etiamsi funerum frequentia sepulchra cumulentur, sed alius locus à magistratu ad id designandus, quia hodie publici juris habetur dispositio de sepulturis, & hæc cura magistratui incumbit, ne contagioni ansa detur, Carpzov. *jurisprud. consist. lib. 2. tit. 24. defin. 386. n. 6. & per tot.* Ita ut etiam urgente necessitate ad 25 cœmiterium extruendum, vel dilatandum, possessor fundum vel agrum, pro justo pretio vendere, invitus compelli possit, Carpzov. *d. l. defin. 388. per tot.*

Solent quandoq; esse sepulchra hæreditaria 26 certæ alicujus familiæ, ubi extraneum sepelire non licet. *l. locum. 2. §. 1. l. is, qui. 7. ff. de religios. & sumpt. fun.* Nec denegantum est filio, si is ad- 27 huc vivus se defunctum sepeliri petat, ubi antea pater sepultus, *l. vel quod paterfamilias. 6. in princ. & ibi* Bald. *ff. de relig. & sumpt. fun. c. licet. 4. X. de sepult.* Vel si superstes maritus vel conjux 28 juxta tumulum defunctæ conjugis, vel mariti sepeliri velit, per *c. 1. X. de sepult.* Petr. Gregor. Tholos. *syntag. jur. univ. lib. 2. cap. 13. n. 8.* Carpzov. *d. l. defin. 393.*

Omnes omninò mortales terræ matris domicilium sibi futurum, meritò expectant, & sepeliendi sunt, nec piis pauperibus sepultura deneganda, sed modo & ritu honesto terræ mandandi, vel gratis vel publicis sumptibus, Carpz. *jurispr. consist. lib. 2. tit. 24. defin. 374. n. 6. seq.* Nec 29 debiti nomine vel prætextu sepultura impediri debet, sub pœna amissionis debiti, *l. cum te. 6. C. de sepulchr. viol. l. 3. §. 4. ff. eod. l. quidam in suo ff. de condit. institut. l. 38. ff. de religios. & sumpt. fun.* Gail. *de arrest. cap. 11. n. 28.* Nec occisis in via publica 30 repertis honesta sepultura deneganda venit, Carpzov. *jurispr. consistor. lib. 2. tit. 24. defin. 395. n. 6. seq.* Nec privandi honesta sepultura morte improvisa & infelici abrepti, non enim in judicia Dei inquirendum, nec de fide & salute horum dubitandum est, Carpzov. *d. l. defin. 389 n. 5. seq.* ubi etiam *n. 2.* ne hosti honestam sepulturam denegandam esse tenet, exemplo Davidis, qui audita morte Saulis hostis sui, viros Jabes Gilead eum ac filios sepulturæ tradentes summis laudibus prosequutus est, *2. Samuel. 2. vers. 4. seq.*

Sunt tamen nonnulli, quibus Ecclesiastica & honesta sepultura denegatur, veluti usurarii 31 manifesti, *c. 3. X. de usur. clem. 1. de sepult.* Fures & latrones in flagranti crimine occisi, *c. 2 X. de furt. c. pen. caus. 23. quæst. 5.* Judæi, *c. Ecclesiam. & aliquot seq. de consecrat. dist. 1.* Ex communicati, *c. sacris. 12. X. de sepult. c. ad hæc. 5. X. de privil.* Et in 32 genere corpora reorum delinquentium in reatu mortuorum quibus honesta sepultura negatur, sed à carnifice in loco aliquo famoso terræ inferuntur Carpzov. *de jurispr. consist. lib. 2. tit. 24. defin. 379. per tot.* Quod tamen secus est, quoad reos nondum confessos vel convictos, Carpzov. *d. l. defin. 380.*

Impiis quoque & populo idololatrico Deus 33 ipse inhonestam minatur sepulturam, *Jerem. 16. v. 4.* Quod contigit Regi Joramo impio, *2. Paralip. 21. v. 19. seq.* Carpz. *d. l. defin. 378.* Et Impiis quidem, contemptoribus verbi divini & sacramentorum non omnis denegatur sepultura, non tamen digni sunt honesta sepultura, sed absque ceremoniis terræ mandantur, Carpzov. *de l. defin. 382.* & contemptoribus sacramentorum, & qui ad usum sacræ cœnæ adigi nequeunt, honestam sepulturam denegandam esse, probat Carpzov. *d. lib. 2. tit. 18. definit. 297.*

Sed

34 Sed de hæreticis, seu potius illis, qui ecclesiæ alicui sunt addicti, quæritur an illi quoque honestè sint sepeliendi, ut sunt apud Catholicos Evangelici & Calviniani, & vice versa? Et his sepulturam justè denegari non posse tradit Rumelin. *ad Aur. Bull. part. 3. diss. 2. corol. 5. & ibi* Dn. Myler. *in addit.* Norderman. *de jur. Principat. concl. 32.* Petr. Syring *de pac. relig. concl. 35. in fin.* ubi ait, plusquam cyclopicam ac supremam sapere tyrannidem, quod Pontificii Evangelicorum in suis ditionibus emortuorum exuvias, ne quidem in hortis & pascuis suis terræ mandari permittunt, adeò, ut etiam nobilium cadaveribus instar canum sic abjectis parcitum non fuerit. Omnium enim gentium moribus consentaneum est, ne cadavera relinquantur insepulta, inquit Cicero *in Verrem, l. humanum, C. de hæret.* Unde Catholicos, Calvinianos aliosque orthodoxæ Religioni non addictos, honesta sepultura dignos, eosque consistoriorum & magistratuum arbitrio sepeliendos esse judicat Carpzov. *jurispr. consistor. lib. 2. tit. 24. defin. 383. num. 9. & seq. per tot.* ita tamen, ut remissiores sint ritus & ceremoniæ consuetæ, omnisque pompa remota, pro ratione scilicet defunctorum, qui vel simplices sunt in sua Religione, vel pertinaces, malitiosi & contentiosi. Illis siquidem perdonandum, quin & condolendum, quam inflatis & superbis veritatis divinæ contemptoribus; quare & simplicioribus ritus consueti rarissimè denegantur.

35 Denegatur porrò honesta sepultura illis, qui sibi ipsis impias manus intulerunt, & se ipsos interfecerunt, quamvis enim horum corpora olim fuerint humata, & testamenta eorum salva relicta, Tacit. *6. annal.* Hodie tamen sub tecto domus vel de fenestris dejiciuntur, vel sub limine extrahuntur, & vel comburuntur, vel per carnificem in campo suppliciis destinato, vel si honestiores sint, in loco cœmiteriis propinquo sepeliuntur, Schonborn. *4. polit. cap. 5. vers. alter locus.* Carpzov. *d. l. defin. 376.* Schneidew. *ad §. religiosum. 9. I. de rer. divis.* Peregr. *de jur fisc. lib. 4. tit. 4. n. 10.* Covar. *2. var. ref. cap. 1. ad fin.* idque ut alii hoc tam tristi exemplo deterreantur, iisque horror injiciatur, *arg. l. capitalium. 28.*

36 *§. famosos. 15. ff. de pœn. l. 31. ff. depofit.* Et hæc dicitur sepultura canina, *3. Regum. 21. & 4. Reg. 9.* & asinia, *Jerem. 22. v. 19.* Carpzov. *d. defin. 376. n. 10.* Schonborn. *d. vers. alter locus.*

37 Sed quid de consuetudine illa carnificum sentiendum, qua prætendunt, se id ex longa consuetudine jus habere, quod si ad extractionem & sepulturam cadaverum illorum, qui semet ipsos necarunt, requirantur, omnia ea, quæ in loco, ubi homicidium sui ipsius perpetratum, & cadaver positum est, reperiuntur, quæque ipsi stantes juxta cadaver, infra, supra, sursum, ac deorsum in circumferentia gladio attingere possunt, sibi lucro cedere? Sed negat hoc Carpzov. *lib. 6. tit. 6. respons. 102.* ubi Scabinos ipsis hoc non competere, bina vice respondisse refert; nec enim de hoc jure quicquam reperitur apud illos, qui de sepultura cadaverum horum canina scripserunt, in eo subsistentes, quod cadavera per fenestras dejecta, vel sub domus limine extracta, in locum infamem & cadaveribus destinatum, projici debeant. Et satis est, ipsorum interfectorum famam canina hac sepultura dehonestari, ut ullum hinc aliis, ad quos fortassis res in loco perpetratæ necis repertæ spectant, præter culpam suam incommodum accersere iniquissimum foret, *arg. c. quod prodest severitas. caus. 23. quæst. 5. l. si pœnam. ff. de pœn.* nec prætendere habent carnifices id juris speciali ex consuetudine contra jus commune recepta, quam si jactent, probare omninò debent, modo legitimo, & cum suis requisitis, de quibus Gail. *2. obs. 31.* Coler. *de process. part. 1. cap. 3. num. 34.* vid. Fürstl. Württ. Lands-Ordn. *fol. 363.*

Non verò honesta sepultura privandi sunt, 38 qui ex melancholia, furore, dementia, vel alia animi impotentia mortem sibi consciverunt, qui tamen ceremoniis moderatioribus, pro arbitrio magistratus sepeliendi, Carpzov. *jurisprud. consist. lib. 2. tit. 24. defin. 377. & 378.*

Tempus sepeliendi quod attinet, videndum, 39 ne cadavera mortuorum nimis citò ad sepulturam efferantur, nec nimis diu in ædibus serventur, Levin. Lemnius *de natur mirac. cap. 3. lib. 2.* & ut cadavera matutinis potius, quam pomeridianis horis deferantur, quia hoc tempore minus periculi est ab halitibus, quos cadaver meridiano tempore tepefactum graviores & copiosiores emittit, indeque Demetrium Phalereum, legem Athieniensibus tulisse, ut ante lucem mortui efferrentur, scribit Francis. Patrit. *lib. 5. de rep. tit. 10.* Imprimis verò tempore pestis defunctorum sepultura maturanda venit, propter summum, quod ex fœtore & putredine imminet periculum, & cadavera in sepulchra bene profunda sunt inferenda, & injecta multa terrâ & lapide sepulchro arctè imposito, ut monet Ambros. *lib. 1. de Abrahamo, cap. 3.* Carpzov. *jurisprud. consist. lib. 2. tit. 24. defin. 394.* ubi *n. 12. seq.* monet, ut in loco aliquo separato & peculiari, corpora peste defunctorum terræ mandentur.

Ceremoniæ, quæ in sepultura honesta ad- 40 hiberi solent, hodie plerumque esse solent ut 1. funebri pompa præcedente, viri sequantur, sicuti David Abneri pheretrum cum suis ministris secutus est, *2. Reg. 3.* & turba multa civitatis Naim comitata est funus filii viduæ, *Luca. 7. vers. 7.*

2. Vestes luctui accommodatæ adhiberi 41 & indui solent, eaque viliore & simpliciore, quæ luctum magis decet, & plerisque in locis fœminæ veste candida, viri verò pulla & nigra induuntur, Melch. Jun. *part. 3. polit. quæst. 112.*

3. Demortui lugentur & planguntur, ex- 42 emplo Abrahami, qui uxorem demortuam planxit, *Genes. 27.* Et Ægyptiorum, qui Jacobum fleverunt, *Genes. 50.* Sicuti & Israëlitæ Moysen & Aaronem, *Numer. 20. Deut. 24.* David Saulum & filium, *2. Reg. 1.* confer Reinking *polit. Biblic. lib. 1. axiom. 52.* Sed hujusmodi luctus sit moderatus, *1. Thessalon. 4. vers. 13.* nimius enim Ethnicorum, qui spem resurrectionis non habent; moderatus verò est Christianorum, qui non lugent amissos, sed sibi ademptos amicos. Non lugent

ad-

statum defunctorum, sed orbitatem suam ad contestandam dilectionem, & ideo moderatè lugent, quia spe futuræ resurrectionis & vitæ beatæ dolorem temperant. Christian. Matth. *System. polit. lib. 3. exerc. 5. quæst 3.* Besold. *de vit. & mort. consid. lib. 3. cap. 3. n. 3.*

44 4. Adhiberi solent cantus sacri, & quidem tales, qui solamen lugentibus adferunt, de quibus Chrysostom. *in epist. ad Hebr. cap. 2. homil. 4.* dic mihi, inquit, quid sibi volunt hymni? nonne ut Deum glorificemus & ei gratias agamus, quod jam coronavit discedentem, quod à laboribus liberavit, quod à timore liberatum apud se habet, Johan. Gerhard. *locor. theol. tom. 8. cap. 7. n. 85.*

45 5. Usu quoque receptum est, ut concio habeatur funebris, in qua laudes defuncti recensentur, quia omnes ferè mortales laudationis suavitate ita afficiuntur, ut sapientes vel hanc solam virtutis & laborum suorum mercedem expetierint, prout testatur Cicero *in orat. pro Arch.* nulla, inquiens, virtus aliam mercedem laborum & periculorum desiderat, præter hanc laudis & gloriæ, & efficit laudatio, ne bene meritorum virorum gesta oblivione obsolescant, quin & ut alii ad præclara ejusmodi facinora incitentur, quia exempla laudatorum virorum plus movent, quàm præcepta, Macrob. *Saturnal. 1.* Ex quo etiam id ad sumptus funeris refertur, quod in ejus commendationem impenditur, *l. & si quis 14. §. impensa. 4. ff. de religios. & impens. fun.*

46 6. Convivia quoque post exequias funebres institui solent, quod sacris literis non est contrarium, ubi vinum dare jubemur lugentibus, ut dolorum suorum nonnihil obliviscantur, *Proverb. 31.* Et post Abneri sepulturam funebre habitum fuit convivium, *2. Samuel. 3. vers. 35.*

47 7. Xenotaphia, monumenta & vexilla erigi & affigi, lapides sepulchrales imponi, aliaq; monumenta memoriæ causa extrui solent, *l. vel quod. 6. §. 1. l. monumentum. 42. ff. de religios. & sumpt. fun.* Quæ maximè illustribus & Nobilibus aliisque honoratioribus personis ex Germaniæ consuetudine adhiberi solent, utpote qui majoribus, quam plebei & humiliores sepeliuntur sumptibus, Carpzov. *jurisprud. consist. lib 2. tit. 24. defin. 392* Ego *tract. de Ord. Equestr. jurib. libr. 3. cap. 1.* Reinking *in polit. Biblic. libr. 1. axiom. 53.*

48 Coronarum quoque usus alicubi in sepulturis receptus est, non absque ratione Christiana, sicuti enim victores quondam in signum virtutis & honoris obtenti coronabantur; ita quoque defunctos, qui ex vitæ hujus calamitatibus & variis certaminibus feliciter sunt eluctati, & ad beatitudinem pervenerunt, coronari convenit Ritterhus. *ad L. XII. Tabul. class. 1. cap. 9.*

49 Usus quoque unguentorum adhibitus legitur, prout de Josepho constat, quod mandarit servis suis Medicis, ut ungerent patrem suum Jacobum, quod & fecerunt, ungentes eum per quadraginta dies, *Genes. 50. v. 1. seq.* Et de funere Regis Asæ, quod posuerint, eum super lectum, plenum aromatibus & unguentis, *2. Chronic. 16. v. 14.* Idque hunc sine dubio in finem, ut fœtor vel planè à defunctorum corporibus averteretur, vel certe minueretur, nec non à putrefactione corpora diutius præservarentur, Carpzov. *d. defin. 392. n. 6.* Græci quoque defunctos vino & unguento inspergere solebant, cumque odoribus effusi in lachrimas urnæ includere & linteo velare. Syri corpora myrrha, aloë, cedro, melle, sale, cera, bitumine, odoribus & unguentis delibuta, condiebant. Messenii optimates coronatos, & candida veste velatos efferunt. Spartæ cadavera veste contegebantur punicea, oleæ præterea foliis adjectis, Cœl. Rhodigin. *lib. 17. cap. 19.*

Apud Italos cadavera defunctorum pretiosis induta vestibus, & lectis imposita efferun- 50
& puellarum facies fucari solet, Camerar. *1 histor. medit. 96.* Verùm hic modus sepeliendi cum vestibus non adeò pius, nec juri Divino conveniens esse videtur, cujus monitu homo, sicut nudus mundum ingreditur, sic nudus quoque vicissim egredi debet, *Johan. 1. v. 21. Eccles. 5. v. 14. 1. Timoth. 6. v. 7.* Klock. *de ærar. lib. 2 cap. 148. n. 23. seq.* Ex quo etiam pios homines fasciis tantummodò linteis, quas ipsa honestas exigere videtur, coopertos fuisse, apparet ex sepultura Salvatoris, *Matth. 27. v. 59. Marci 15. v. 46. Lucæ 23. v. 51.* Et Lazari, *Johan. 11. v. 44.*

Atque ideò cavendum esse, ne in positione 51
monumentorum & ornamentis funerum modus excedatur, vel cum corporibus ipsa ornamenta condantur, monet Ulpian. *in l. et si quis. 14. § non autem. 5. ff. de relig. & sumpt. fun.* Arumæ. *lib. 1. decis. in coron. n. 18 seq.* Casp. Klock. *de ærar. libr. 2. cap. 148 n. 18. seqq.* Ædificia, inquit Cassiodor. *4 varior. 34.* tegant cineres, columnæ & marmora ornent sepulchra, talenta non teneant, qui vivendi commercia reliquerunt, imo culpæ genus est, inutiliter abditis relinquere mortuorum, unde se vita potest sustentare viventium. Detrahantur itaque comis mortuorum corollæ, viventium eæ lambant tempora, digiti exonerentur annulis, & penes hæredes insculpta, aut patris, aut familiæ imago maneat, vestes, palliaque subducantur cadaveribus & pauperum latera, nudosque cingant, calcei egentibus substernantur, quorum copiam, postquam matri terræ redditus fueris, vicinia quævis suppeditabit, &c. Et ex veteri consuetudine morientibus annulos detractos fuisse, refert Plin. *1. nat. hist. lib. 33.* Et Lycurgus non concessit, ut quicquam una cum corporibus sepeliretur, Plutarch. *in Lacon.* Et Euripides dicebat, homines insanire, cum sumptus inutiles pro mortuis profundunt, Stobæ. *serm. 122.* Quid enim proficit sepulchrorum superbia, inquit Ambros. damna sunt potius viventium, quam subsidia mortuorum? Et sumptuositas nimia vivis nocet, mortuis nihil prodest; quippe qui nulla re amplius indigent, & vel amiculo ferali, seu fasciis linteis sunt 52
contenti: Ex quo etiam inepta vocatur voluntas ejus, qui de ornamentis secum condendis in testamento præcepit, *l. servo. 113. §. ineptas. 5 ff. de legat. 1. l. medico. 40. §. mulier. 2. ff. de aur. & arg. leg.* add. Klock. *vol. 1. cons. 10. art. 9. num. 474. seqq.* Qua tamen in re personis illustribus & honoratioribus, ex more recepto, quandoque

gendum esse monet Carpzov. *d. defin. 392. in fin.*

53 Sed nunquid sepulturæ nomine aliquid exigere liceat, non satis convenit? Et quidem de jure Canonico in Simoniæ crimen incidere videntur, qui sepulturæ, sive exequiarum nomine aliquid exigunt, *c. non satis. 8. c. cum in Ecclesia. 9. c. suam nobis. 29. c. audivimus. 41. X. de Simon.* ita ut nec ratione terræ, vel loci, in quo defunctus sepilitur, de jure Canonico quicquam exigere liceat, *c. abolendæ. 13. X. de sepultur. c. in Ecclesiastico. caus. 13. quæst. 2.* etiamsi locus sepulturæ in Ecclesia sive templo petatur, ne Clerici censeantur de humanis mortibus gloriari, si ex cadaveribus defunctorum studeant, quolibet modo quærere compendium, *c. quæsta est. 12. in fin. caus. 13. quæst. 2.* cum hoc nihil aliud sit, quam defuncto tributum imponere, dum demortuorum sepulchra carè venduntur, quam exactionem Christianis objici dolendum esse refert ex Hospinian. Warem. ab Erenberg. *de oner. subd. cap. 4. n. 55.* Lather. *de cens. lib. 3. cap. 22. n. 35.* Verum hodie aliud consuetudine introductum, & in Ecclesiis Evangelicorum recepta sepulchrorum venditio, & teste Erenberg. *d. l. n. 112.* reperiuntur civitates, imprimis in Saxonia, ubi vix locum sepulchri pro centum Joachimicis emere queas; ut hinc Christiani nostri iniquiores sint Hebrone barbaro, offerente agrum Abrahamo pro uxoris corpore sepeliendo gratuitò, *Genes. 23. v. 10. seq.* Lather. *d. cap. 22. n. 33.* Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 148. num. 11. seq.* Quod etiam jure civili non adeò absonum est, quo jus sepulturæ non est extra commercium, *§. religiosum. 9. & ibi* Harpprecht. *n. 2. I. de rer. divis.* Et consuetudo invaluit, ut etiam in cœmiteriis vel singula sepulchra, vel certum aliquod spatium, in quo vel universæ familiæ, vel hæredibus tantum e-mentis sepelire liceat, pretio determinato redimatur, quod utique servandum, cum quod moribus receptum, suo relinqui debeat vigori, *l. quod si novit. 31. §. quia assidua. ff. de ædil. edict.* Belold. *de vit. & mort. consid. lib. 3. cap. 3. n. 2.*

Solet quoque pro campanarum sonitu, für das Geleuth / certa quædam pecunia exigi, ut inde campanæ & conservari & refici possint. 54

Cum autem sepulchra mortuorum sint sancta, ideoque eadem violare nefas esse, apud omnes in confesso est, indeque nullam, inquiunt Impp. Valent. & Arcad. *in l. 3. C. de Episcop. aud.* accipiat vinculorum requiem, qui quiescere sepultos quadam sceleris immanitate non sinit, sed ea veluti sancta, Deoque sacrata venerari antiquitas voluit. Unde quoque Solon inter suas leges & hanc habuit, ne quis defunctis maledicere auderet, pium namque esse dicebat, sanctos eos putare, qui è vita discesserunt, & eos violare inexpiabilis Religionis arbitratus est. Sed de sepulchro violato, & pœna illorum, qui cadavera sepultorum effodiunt & spoliant, vide Berlich. *tom. 5. conclus. 47.* Christinæ. *vol. 1. Belg. decis. 85.* 55

Denique observandum est, quod de mortuis & absentibus nil nisi bonum; & ut veteres dixere; de propria salute judicandum ex canone fidei; de proximi verò salute, ex canone veritatis, Reinking *polic. Biblic. libr. 1. axiomat. 45.* 56

CAPUT XXI.

De Cura Annonæ.

SUMMARIA.

1. *Famis & annonæ caritatis multa mala.*
2. *Annonæ caritas seditionum causa.*
3. *Fames seditionis origo.*
4. *Fames bellum & pestis maxima sunt flagella Dei.*
5. *Cura annonæ magistratui incumbit, & n. 33.*
6. *Annonæ nomine quid veniat.*
7. *Fame imminente quænam remedia adhibenda?*
8. *Constituenda sunt publica granaria.*
9. *Exemplo Josephi & aliorum.*
10. *Annonæ Præfecti constituendi, horum officium quodnam?*
11. *Apud Venetos maxima rei frumentariæ cura.*
12. *Cura annonæ ad circulos quoq. spectat.*
13. *In Comitiis curam rei annonariæ Mareschallus suscipit.*
14. *Fertilibus annis de annona prospiciendum.*
15. *Aliunde quoq. frumenta advehenda.*
16. *Tempore annonæ caritatis convivia non permittenda, & popinæ tollendæ.*
17. *Terræ inutilia pondera expellenda.*
18. *Monopolia sunt abroganda, nec ferendi Dardanarii,* Vorkäuffer.
19. *Dardanarii meritis pœnis coërcendi.*
20. *Annonæ flagellatores quomodo puniendi?*
21. *Uti & corruptam annonam vendentes.*
22. *Cavendum ne frumenta extra civitatem ad extraneos evehantur, quod licitum.*
23. *Validum statutum, ne quis subditus extra territorium negocietur.*
24. *Quo etiam forenses, in territorio prohibentis bona possidentes, obligantur.*
25. *Uti & personæ Ecclesiasticæ.*
26. *Civibus imponi potest, ut emant frumenta & alia necessaria, tàm in proprium, quàm aliorum usum.*
27. *Quo nomine Magistratus tributum indicere potest.*

28. *Nemo*

28. *Nemo compelli potest emere vel vendere.*
29. *Secus in casu necessitatis.*
30. *In casu necessitatis cives cogi possunt vendere merces aliàs non venales.*
31. *Certum frumenti, aliarumq́ mercium pretium à Magistratu constitui solet.*
32. *Si Magistratus magnam frugum quantitatem habeat, cives ut emant cogi possunt, ne pereant.*

COntagionis & Pestis potissima causa esse solet annonæ caritas & inde proveniens fames, quæ vitalia haurit, præcordia carpit, animi tormentum, corporis tabes, magistra peccandi, dirissima necessitatum, deformissima ma-
1 lorum: Quæ ad humile corpus nobiles manus mittit, alienis pedibus mendicantes prosternit, sociorum fidem frangit, venena populis publicè præbet, in parricidium pios agit, Herm. Lather. *de cens. lib. 3. cap. 7 n. 8.* Fames, ut inquit Bald. *in l. pactum. col. ult. C. de pact.* est acutissimus ensis, fœda homini, fœda pecori, teste Livio *lib. 3. cap. 30.* Quæ etiam mutuas accendit bestias, Livius *lib. 25. cap. 13.* Et ex annonæ inopia, multi ex plebe, spe amissa, potius, quàm ut cruciarentur, trahendo animam, capitibus obvolutis, se in Tyberim præcipitaverunt, ait Liv. *lib. 4. cap. 12.* Et famen rerum omnium clades, sive acerbitates superare, scribit Joseph. *de bell. Judaic. lib 6. cap. 14.* Ita, ut etiam matres liberos charissimos infantes coxerint & devoraverint, & Reginæ equos, mox coria & pelles ipsas coctas, & herbas comederint, Scip. Amirat. *lib. 12. dissert. polit. in* Tacit. *disc. 3. in princ.* Si quis omnium ætatum historias evolverit, is cognoscet nulla
2 alia de causa magis tumultuatum populum esse, quam gravitate annonæ. Iisdem Consulibus gravitate annonæ juxta seditionem ventum, inquit Tacit. *6. annal.* Certissimum est, quod parum admodum leges & sanctiones, parum propugnacula, parum milites juverint, si populus inedia laboret, scribit Hippol. à Collib. *de increm. urb. cap. 21.* Populum famelicum non arma, non magistratus, non leges, non pudor coërcere valet. Ex inopia proditio, & fluxa servitiorum fides, ac fortuita bella speranda, Tacit. *lib. 4. histor.* Et quomodo inopia rei frumentariæ in civitate seditioni materiam præbuerit, videre licet apud Liv. *lib. 2.* Plut. *in Corio.* & Dionys. Halicarnass. *lib. 7. & 9.* Abominandæ enim necessitatis amarissimæ sunt leges, & truculentissima Imperia, inquit Valer. Maxim. *lib. 7. cap. 6. in princ.* indeque hominum tyranna dicitur necessitas, Scot. *lib. 4. Comment. in hist. tacit.*
3 Seditionem generat fames, & origo seditionis est fames, & sicut nil lætius saturo populo, Flav. Vopisc. *in Aurel. cap. 47.* Ita nil seditiosius jejuno & famelico, Decian. *tract. crim. part. 2. lib. 7. cap. 22. num 45.* nihilque est, quod magis afficiat plebem, & commoveat, quàm frugum egestas & annonæ caritas, Scot. *lib. 12. comment. in annal. Tacit.* Fames insano more prorumpit, civitatum primores pessundat, interficit, raptat, domosque evertit Camil. Borel. *de magistrat. lib. 3. cap. 14. num. 2.*

Ex annonæ caritate plerumque sequitur fames, bellum & pestis, quæ tria maxima 4 sunt flagella, quibus Divina justitia mortalium peccata castigat, eaque Deus sæpe minatur in sacris, *Levic. 26. vers. 16. & 28. Jerem. 24. vers. 8. 10. & 27.* Inter quæ gravissimum flagellum censetur fames. Cum enim Davidi inter tria hæc mala optio data esset, potius elegit pestem, quæ communis esset tam divitibus, quàm pauperibus, & quod malit in manus Domini incidere, quam hominum, *2. Reg. 24. vers. 13.* Et melius fuit occisis gladio, quàm interfectis, fame, in lamentationibus Jeremiæ, *capit. 4. vers. 9.* Et fœlix pestilentia, fœlix præliorum strages, denique omnis mors facilis, inquit Quintilian.

Hinc in omnibus benè constitutis Re- 5 buspublicis magna semper cura adhibita, ut populus omni genere victus, sed frumento præcipuæ abundaret. Et imprimis Romani semper curam annonæ habuerunt, ejusque caritatem incendio assimilarunt, & igni, cui nemo resistere possit, Turneb. *22 adversar. cap. ult.* Et Romæ annonæ cura inter primaria urbis munera fuit, & annonæ præfectus statim Consules subsecutus est, Lather. *de cens. lib. 3. cap. 7. num. 102.* Ne enim annonæ caritate civitas laboraret, ejus inspectio ab initio ad curam præfecti urbi pertinuit, postea tamen præfectus quoque annonæ electus, & velut extra ordinem constitutus est, *l. 2. §. & hæc omnia 33. ff. de orig. jur.* Et Gajus Julius Cæsar duos prætores & duos ædiles, qui frumento præessent, & à Cerere cereales constituit, *d. l. 2. §. capta deinde 32. vers. deinde Gajus. ff. de orig. jur.*

Annonæ autem nomine veniunt frumen- 6 tum, panis, vinum, oleum, sal, acetum, lardum, carnes, palea, fœnum, ligna, & omnia usualia, quæ ad pondus vel mensuram venduntur, & ad victum pertinent, per *l. 1. 2. & l. provincialium. 8. C. de erogat. milit. annon.* Boss. *tract. crim. tit. de extraord. crim. numer. 4.* Decian. *tract. crim. 2 lib. 7. cap. 22. numer. 1.* Bocer. *class. 3. disput. 15. de crim. repet. thes.* 23. Harpprecht. *ad §. sunt præterea. 11. num. 21. I. de publ. judic.* Tusch. *lit. A. conclus. 338. num. 1.*

Remedia, quæ fame jam imminente, vel 7 exortâ, adhibenda, brevibus ita describit Ærodius *lib. 9. rer. judic. tit. 4. cap. 5.* Si sit, inquiens, aut immineat fames, hæc ferè remedia adhibentur; Creari præfectos annonæ, & di-

gnissimis quibusque; justicium indici; mitti circa finitimos populos legationes frumenti advehendi causa; dispensari inopiam, hoc est, cogere, qui habeant frumentum profiteri, & quod usui menstruo superfit, vendere, fraudare servitia parte diurni cibi, imò interdum longè ablegare. Quid servitia? aliquando cives. Præterea Senatoribus, ut quo velint, proficiscantur, permittere; denique in frumentarios severè animadvertere. Sed & Tiberius imitandus est, qui, ut Tacitus habet, sævitiam annonæ incusante plebe, statuit frumento pretium, quod penderet emptor, binosque nummos dixit se de suo additurum negociatoribus, in singulos modios. Est enim boni Principis, hoc maxumè casu, munificentia & largitate uti, &c.

Constituenda ergo sunt publica granaria,
8 & frumentorum copia, tempore uberrimorum illic reponenda, quæ necessitatis usui reserventur, & difficillimis temporibus succurratur subditis & civibus. Quo nomine singulari olim artificio horrea condita fuerunt, ne computrescerent frumenta, Bulenger. *de vectigal. cap. 8. seq.* Et putant nonnulli, diutius frumentum asservari, sanumque corpori magis esse, cujus solum, ubi crevit, lupulo, seu cinere, non vero fimo fuerit pinguefactum, ex Loys Guyon. *tom. 1. var lect. lib. 4. cap. 7.* Besold. *de vit. & mort. consid. cap. 2. num. 6. in fin.* Ita Josephus tempore ferti-
9 litatis, frugum abundantiam collegit, & in singulis urbibus condidit, *Genes. 41. v. 47. & 48.* Roboamus Salomonis filius in civitatibus regni sui munitis horrea ciborum, seu frumentorum, hoc est, olei & vini, constituit, *2. Paralip. 11. v. 11.* Ezechias jussit pararari horrea in domo Domini, quo primitiarum reliquiæ in futuram necessitatem reconderentur, *2. Paralip. 31. v. 11. & 12.*

Constituendi sunt annonæ Præfecti, horre-
10 orum publicorum inspectores & visitatores, illique sapientes & industrii, *Genes. 41. v. 33.* qui frumentum colligant & condant, ab omni carie & corruptione illæsum conservent, quod fiet, si suo tempore vetus eruatur & vendatur, & in ejus locum novum recondatur, Keckerman. *in curs. philosoph. disp. 30. thes. 8.* juxta præceptum Imper. Valentiniani & Valentis, *in l. 2. C. de condit. in publ. horr.* ubi Authemio Præsidi ita rescribunt: Cum ad quamlibet urbem mansionemque accesseris, protinus horrea inspicere te volumus, ut devotissimis militibus deputatæ & incorruptæ species præbeantur: Et exemplum Romanorum, apud quos Præfectus annonæ erat, constitutus, ad cujus officium pertinebat, ut annona urbi præpararetur, & ubivis panis copia redundaret, pondereque justo venderetur, *Novel. 88.* Et exemplum Pharaonis Regis Ægyptiaci, qui Josephum talem Præfectum constituit, *Genes. 41. v. 40. seq.* Et Nehemiæ, qui similiter fideles super horrea ordinavit, *Nehem. 13. v. 13.*

Maxima quoque rei frumentariæ cura est
11 apud Venetos, ubi tres sunt constituti Præfecti, qui sedecim mensibus magistratum gerunt, eorumque officium est, providere, ne civitas unquam frumenti inopia laboret, quæ si quando timeatur, Principem, Sapientumque collegium adeunt, reque inter eos discussâ decernunt, quæ ad frumenti copiam comparandam usui esse videntur, Casp. Contaren. *lib. 2. de Republ. Venet. & lib. 4.*

Imò curam annonæ ad Circulos quoque 12
pertinere, tradit Joh. Limnæ. *de jur. publ. tom. 4. lib. 1. cap. 7. n. 32.* ubi refert literas der Schwäbischen Crayß-Stände / quas die 23. Aprilis, anno 1556. carnis nomine scripserunt an deß Fränckischen Craises Außschreibende Fürsten. 13
Hinc quoque in Comitiis laudabiliter receptum, ut curam rei annonariæ Mareschallus suscipiat, Bertram. *de Comit. conclus. 58.*

Præfecti annonæ fertilibus annis ita pro- 14
videre & coëmere debent, ut superveniens sterilitas nihil noceat, & sic quasi in tabula descripta habebunt omnia ipsorum provinciam concernentia, utpote quantum commeatus civitas vel provincia habeat, quantum superfit, vel desit, quantum vel mari vel terra advehatur; unde, quomodo & quo tempore opportetur, Lather. *de cens. lib. 3. cap. 7. n. 27.* Ita Argentinæ, & multis aliis in locis & præclarissimis Germaniæ urbibus, ubi Respublicæ benè sunt constitutæ, magna copia annonæ fertilitatis tempore coëmitur, & ad belli famisque casus inopinatos reconditur. Et inclytam Rempubl. Argentoratensem granaria & cellaria, frumento & vino refertissima habere, testatur Herm. Lather *de cens. libr. 3. cap. 7. n. 53. seq.* Et in Noricorum granario trecentorum annorum acervos se vidisse, refert Herm. Kirchner. *disp. de republ. 21. thes. 1. lib. 6.*

Quod si in provincia frumenta haberi ne- 15
queant, aliunde advehenda sunt, & si negociatores reperiantur, qui ex locis fertilibus frumentum advehendum curant, illis immunitates concedendæ erunt, sicut de Claudio Cæsare refert Tranquil. *tom. 1. histor. cap. 18.* quod urbis & annonæ curam solicitissimè egerit, & negociatoribus certa lucra proposuerit, suscepto in se damno, si cui quid per tempestates contigisset. Et Neronis quoque tempore frumentarias naves à tributo immunes fuisse, refert Tacit. *lib. 3. annal. circa fin.*

Nec convivia permittenda, etiam diebus 16
natalitiis, & popinæ tollendæ, ubi lurcones ganeones, heluones, epulones, deliciantur, non ubi peregrini necessitate divertunt, Besold. *de vit. & mort. consid. cap. 2. n. 9.* Lather. *de cens. lib. 3. cap. 7. num. 114.* Casp. Glock. *de ærar. lib. 2. cap. 81. n. 21. § 4. urgente.*

Exteri quoque, Judæi, meretrices, & alia 17
terræ pondera inutilia, & fruges consumere nati, aliquando expelli solent, prout Romæ factum fuisse refert Lather. *d. cap. 7. n. 13.* Klock. *d. l.*

Monopolia quoque sunt abroganda, nec 18
ferendi dardanarii, qui & propolæ, seplasiarii, pantometaboli dicuntur, in *l. annonam. 6. & ibi* Gothofr. *ff. de extraord. crim.* Germanicè Vorkäuffer / Stattwölff / Kornwürm / qui annonam adtemptant, vexantque, ut loquitur. Ulpian. *in d. l. annonam. 6. de extr. crim.* incendunt & excandefaciunt, ut ait Varro, frumentumque compri-

primunt, ut dicit Cicer. *lib. 5. epist. 21.* & merces coemptas tantisper supprimunt, dum ex raritate caritatem adfectent. Qui à Dardano nomen habere videntur, quem Magnum fuisse asserit Tertullian. Vel potius Dardenarii dicendi, quasi dantes denarios, qui secundum Spigel. & Hotoman. Græcè vocantur propolæ, Vorkauffer/quia præemebant, id est, annonam premebant, vastabant, flagellabant, vexabant, onerabant, ut carius
19 venderent, Menoch. *2. arbitr. jud. cas. 384. n. 2.* Et hi meritò certis & gravioribus pœnis coërceri debent, veluti crimine stellionatus, *l. 3. §. fin. ff. de crim. stellion.* & aliis similibus, *d. l. annonam. 6. in princ. ff. de extraord. crim. l. in Dardanarios. 37. ff. de pœn.* de quibus Menoch. *d. cas. 384. & cas. 569. n. 2.* Franc. Marc. *decis. 289. n. 2.* Turneb. *l. 9. animadvers. cap. 17.* ubi ait, ejusmodi Dardanarios, seplasiarios, pantapolas, pantametabolos, eorumque fraudes, calliditates, stellionatus, non solùm variis constitutionibus contineri, sed & justo judicio Dei pœnis præsentibus, interdum in hac vita affici, Lather. *de censu. lib. 3. cap. 7. n. 82. & 93.* Lege Julia de annona, pœna 20. aureorum adversus eos statuitur, qui contra annonas fece-
20 rint, societatemque inierint, quo annona carior fiat, *l. 2. ff. de L. Jul. de annon.* Sed hodie, ob criminis hujus frequentiam, ejusmodi annonæ fraudatores & flagellatores severius mulctis pecuniariis castigari posse, cum horum non minus, ac monopolium quavis ratione committentium, technis, damnum publicum, ob privatum unius, vel paucorum quorundam quæstum, inferatur, existimat Klock. *de ærar. libr. 2. cap. 82.*
21 *n. 3. & vol. 1. cons. 10. num. 849. seqq.* Consimili quoque pœna dignos esse, qui corruptam annonam vendunt, censet Menoch. *arbitr. jud. cas. 384.* Quos etiam homicidii pœna coërcendos esse, asserit Damhoud. *in pract. crim. cap. 74. num. 18.* si scilicet humanitus alicui exinde evenerit, *arg. l. 15. ff. ad L. Corn. de sicar. l. 51. ff. ad L. Aquil.* Klock. *d. cap. 82. n. 4.*

22 Porrò ad annonæ caritatem sublevandam, utile erit, prohibere, ne frumenta, & aliæ res extra civitatem & territoria ad extraneos evehantur, cujusmodi statuta licita & de jure permissa esse probat, *l. 1. §. cura carnis. ff. de offic. præf. urb. tot. tit. quæ res export. non poss. l. 2. & 3. C. de commerc.* Policey-Ordnung *de anno 1577. tit. 22.* vide *supra lib. 2. cap. 10. num. 43.* Idque si eo fine fiat, ut annonæ & fructuum aliarumque rerum caritas avertatur, & ne subditi & cives egeant, provideatur, licitum esse, Doctores communiter asserunt, Bursat. *cons. 138. n. 9.* Riminald. jun. *cons. 8. num. 18.* Cravet. *cons. 973. n. 45.* Menoch. *cons. 1000. n. 56. & cons. 1061. n. 20.* Surd. *cons. 210. n. 9.* Petr. Ant. de Petr. *de potest. Princ. part. 2. cap. 6. n. 58.* Natta *cons. 221. per tot.* Cacheran. *decis. 71. n. 8.* Grammat. *decis. 100. n. 7.* Franc. Marc. *decis. 236. n. 1. vol. 2.* Mastril. *decis. 17. n. 1. seq.* Matth. Steph. *de jurisd. lib. 1. cap. 33. n. 73. seq.* Guid. Pap. *decis. 373. n. 1.* Besold. *de vit. & mort. consid. cap. 2. n. 7.* Caspar Klock. *de contribut. cap. 1. n. 354. seq. & consil. 37. n. 227. consil. 48. n. 12. vol. 1. cons. 10. n. 825. seqq. & n. 860. & seqq.* Et quod vasallus qui jurisdictionem habet, ordinare possit, ne quis de sua jurisdictione blada, vel alia ad victum necessaria extrahat, tradit Joh. Petr. Surd. *consil. 210. n. 9.* Ac hujusmodi statuta, seu ordinationes Civitatum & Principum, quod omnium blada ac victualia intra fines sui territorii non extrahantur sub pœna, ad forenses terras, favore publico subsistere, atque quotidie servari, affirmant Bursat. *cons. 138. n. 8.* Grammat. *decis. 100.* Riminald. *cons. 181. n. 22. & 29. lib. 1.* Clar. *§. fin. quæst. 82. vers. statutum septimum.* Et talia statuta condi, non ut cœteros amicos lædamus, sed ut patriæ ubertatem conservemus, ne pauperes & inopes fame laborent, scribit Menoch. *arb. jud. cap. 585. n. 10.*
Ac validum quoque statutum ab universitate 23
conditum, ne quis subditus eidem universitati extra territorium negocietur & mercaturam exerceat, ut validum pronunciat, *per l. fin. de decret. ab ordin. fac. l. mercatores. C. de commerc.* Nicol. Losæ *de jur. universit. part. 3. cap. 15. n. 23. seq.* Et rusticos posse compelli venire ad civitatem ad vendendum victualia, tenet additionator ad Capell. Tholosan. *decis. 47. n. 2.* Quæ tamen non aliter fieri posse, nisi in casu extremæ necessitatis, vide *cap. seq. n. 73.*

Hisce quoque edictis & prohibitionibus, 24
ne frumenta extra territorium exportentur, forenses obligari, si in prohibentis territorio prædia possideant, docent per *l. quod legatur. 38. ff. de judic. l. fin. C. ubi in rem act. l. Imperatores 7. ff. de publican. & vectig.* Bart. *in l. quæst. 6. C. de sum. Trinit.* Rol. à Valle *cons. 24. n. 17. lib. 3.* Ant. Fab. *1. Cod. 5. defin. 2.* Et personas quoque Ecclesia- 25
sticas, Menoch. *consil. 800. n. 1.* Klock. *de contrib. cap. 12. n. 151. seq.* licet contrarium asserere videantur Thom. Grammat. *decis. 100. n. 6.* Klock. 1. *consil. 10. num. 856.* qui tamen non de casu necessitatis, sed de abundantia in civitate conservanda loquitur.

Quod si Principi vel magistratui facultates ad annonam levandam non suppetant, civibus imponi poterit, ut emant frumentum & a- 26
lia necessaria, tàm in usum suum proprium, quàm militum, aut aliorum Reipublic. operam navantium, *l. quoties. & ibi* Bart. *n. 1. C. ut nem. lic. in empt.* Georg. de Cabed. *decis. 92. in fin. libr. 2.* Franc. Marc. *decis. 542. part. 1. & decis. 40. n. 2. part. 2.* Et jubere potest magistratus, ut quilibet civis quotannis certum numerum modiorum frumenti, pro suo, suorumque usu sibi compare-
ret, *d. l. quoties. C. ut nem. lic. in empt.* Klock. *de ærar.* 27
lib. 2. cap. 81. n. 19. Et fame urgente Principem ac magistratum ditioribus indicere debere tributum ad pauperum sustentationem, eamq; pecuniam, vel ex ea coëmptum frumentum, postmodum pauperibus distribuere, docet consilium Apollinaris Calderini *discurs. polit. 8.* Klock. *d. n. 19.*
Quamvis enim regulare sit, neminem compelli 28
posse emere vel vendere, *l. nec emere. C. de jur. delib. l. invitum. C. de contrah. empt. l. invitos. C. locat l. quamvis. ff. de pignor. l. nemo exterus. C. de. Judæ.* Quia facultas emendi & vendendi naturalis est libertatis, Cravet. *cons. 6. n. 121. vol. 1.* Fab. de Monte *tract. de empt. quæst. 1. n. 4.* Et quidem tanti, quanti quis potest, *l. in causa. 16. l. idem Pomponius. 4. ff. de minorib.* adeò, ut ne rescripto quidem Principis impetrari possit, ut quis invitus vendere cogatur,

gatur. Gothofr. *ad d. l. invit. C. de contrah. empt.*

29 Hoc tamen in casu extremæ necessitatis & suma annonæ caritate merito non procedit, quia pro necessitate, & ne quis fame pereat, multa contra juris regulas permissa & facta sunt, sicuti David in casu necessitatis cum fame premeretur, pascitur panibus propositionis, quos non licebat manducare, nisi solis sacerdotibus, *1. Samuel. 21. v. 6.* Et parentibus licitum est, ne fame pereant, liberos vendere, *l. 1. & 2. C. de patr. qui liber. distrax.* Confer quæ dixi *in tract. de fideicommiss. famil. nobil. cap. 11. n. 315.*

30 Hinc quoque in casu necessitatis subditos & cives ad vendendum frumenta & alias merces, alias non venales, quibus ipsi non indigent, cogi posse, modò justum & æquum pretium solvatur, tradunt per *l. 2. C. ut nem. lic. in empt. spec. l. 1. §. 11. ff. de offic. præf. urb.* Boss. *tract. crim. tit. de extraord. crim. n. 7.* Vivius 1. *commun. opin verb. vendere.* Lud. à Peguer. *decis. 88. n. 4.* Knichen. *de jur. Saxon. non. prov. verb. Ducum. cap. 7. n. 3.* Don. Garz. Mastril. *decis. 17. n. 30. & per tot. part. 1.* Alv. Valasc. *part. 1. decis. 43.* Tiraquel. *de retract. in præfat. n. 15.* Joh. Hensler. *de cura subditor.* apud Basileens. *tom. 4. disput. 22. concl. 15.* Klock. *de contribut. cap. 1. n. 357. seq.* Hocque ita receptum esse in Camera Imperiali, testatur Mynsinger. *5. obs. 27. n. 3.*

31 Et ne tempore caritatis annona nimium flagelletur, ejusque pretia in immensum crescant, certum frumenti, aliarumque mercium pretium à magistratu constitui potest, per *l. §. 1. cura carnis 11. ff. de offic. præf. urb. l. 2. in pr. C. ut nem. lic. in empt. spec. l. 1. C. de Episcop. aud. l. ult. §. Hirenarchæ. 7. ff. de muner. & honor.* Rol. à Valle. *2. cons. 1. n. 77.* Socin. *reg. 435. n. 14. seq.* Vinc. de Franch. *decis. 9.* Franc. Marc. *decis. 290. part. 2.* Klock. *de contrib. cap. 1. n. 367. & de arar. lib. 2. cap. 112. n. 1. seq. per tot.* Herm. Lather. *de cens. lib. 3. cap. 7. n. 62. & seq.* Idque etiam aliquando justo vilius, Bart. *in l. 1. §. cura carnis. 11. ff. de offic. præf. urb.* Bertram. *de comit. concl. 58. in fin.*

Quod si quoque magistratus in Republicæ & populi utilitatem magnam frugum quantitatem comparaverit, quæ tamen tota distrahi non potuit, subditi & cives, ne publicum frumentum vetustate corrumpatur, compelli possunt, ut illud inter se dividant, pretiumque pro rata & quota exsolvant: Ne diligentia & provisio laudabilis Reipublicæ dispendio sit, deinde nova veneant, & si fortè corrupta sint, ut novorum admistione veterum vitium corrigatur, *l. 1. C. de condend. in hor. publ.* Borel. *de magistr. edict. lib. 3. cap. 14. n. 134.* Hippol. à Collip. *de increm. urb. cap. 21.* Lather. *de cens. lib. 3. cap. 7. n. 116. & 117.* 32

Adeò autem annonæ cura ad magistratum pertinet, ut si in ejus flagellatores non animadvertat, instanti Cameræ Imperialis Fiscali in centum marcas auri condemnetur, Reformation guter Policey zu Augspurg *de anno 1548. tit.* die *Monopolia. 18. §.* Zu dem soll auch. 7. 33

Caput XXII.

De cura Commerciorum & Mercaturæ.

Summaria.

1. *Societas civilis duobus maxime constare censetur, Commercio & Imperio.*
2. *Sine Comerciis corpus civile consistere nequit.*
3. *Occasione commerciorum pax & concordia inter vicinos conciliatur.*
4. *Negociatores quales esse debeant?*
5. *Etiam cum infidelibus & Turcis negotiari licet.*
6. *Peregrini mercatores promiscuè in regnũ non sunt admittendi.*
7. *Nec cum proditoribus vel exploratoribus & similibus negociandum.*
8. *Nec ferendi qui falsas & corruptas merces important.*
9. *Magnates & Nobiles, aliiq; magistratus negociari prohibentur.*
10. *Cujus ratio adsignatur.*
11. *Poloniæ Regis responsio ad Nobiles jus negociationum petentes.*
12. *Theophilus Imperator uxoris negociatoriam navim combussit.*
13. *Distingui solet inter mercaturam magnam & tenuem.*
14. *Copiosam mercaturam etiam magnates exercuerunt, veluti Salomo, Imp. Pertinax, Reges Lusitaniæ, Hispaniarum.*
15. *Salinæ olim privati erant juris.*
16. *Postea fisco Principis addictæ, quoad reditus.*
17. *Hodie Reges & Principes salis vendendi jus sibi tantùm adscribunt.*
18. *Regis est monopolium, & privatis ademptum.*
19. *Maximè in Gallia, Italia & Bavaria.*
20. *In Germania sibi civitates salis vendendi jus adscribunt.*
21 *Sicuti Uratislaviæ jus emendi, vendendiq; lupuli.*
22. *Et alibi cupri, ferri officinæ.*
23. *Ex justis causis magistratus monopolia exercere, vel aliis concedere possunt.*
24. *Monopolia regulariter sunt prohibita.*
25. *Importandæ imprimis sunt res, quæ ad victum & amictum sunt necessaria.*
26. *Non verò importandæ merces damnosæ, quæ mores corrumpunt, & quæ populum emungunt.*

27. Nec

27. *Nec aliunde importanda, quæ in ipsa provincia & civitate elaborantur.*
28. *Exportanda sunt, quibus nos carere possumus.*
29. *Non verò ea, quibus Respublica carere nequit.*
30. *Nec arma hostibus.*
31. *Non exportanda pecunia sub prætextu exoticarum mercium.*
32. *Quale statutum etiam in Anglia extat.*
33. *Lapidum, id est, gemmarum nomine pecunia ad exteros exportatur.*
34. *Cavendum ne rudis materia efferatur.*
35. *Negociationi certa loca sunt assignanda.*
36. *Fora sint distincta.*
37. *Jus Geranii & stapulæ, quæ, & quomodo differant?*
38. *Jus stapularum quid sit.*
39. *Quod jus Imperator concedit.*
40. *Liber debet esse commerciorum usus, nec cogi quis potest ut hoc vel alio loco exponat.*
41. *Præscriptione jus stapularum acquiri potest.*
42. *Sine Imperatoris concessione institui non potest.*
43. *Ad quas merces hoc jus pertineat?*
44. *Quinam hoc jus habeant?*
45. *Quomodo hoc jus alibi consideretur?*
46. *An territoriorum Domini prohibere possint, ne subditi vinum, cerevisiam & alias res alibi, quàm in suis territoriis emăt, vel ne alii in suis territoriis emant?*
47. *Ratione commerciorum statuta condi possunt etiam in præjudicium aliorum.*
48. *Magistratus prohibere potest, ne extranei territorium suum intrent & quatenus procedat.*
49. *Qui actum facere, eum quoq; qualificare potest.*
50. *Statuto prohibere potest, ne bona immobilia in forenses transeant.*
51. *Magistratus legem facere possunt in salutem civium, licet ex ea jus aliorum lædatur.*
52. *Interest Dominorum locupletes habere subditos.*
53. *Jura commerciorum sunt juris gentium.*
54. *In quibus absq; publicæ necessitatis causa, nihil mutare licet.*
55. *Belli justa causa censetur, si commercia denegentur.*
56. *Commerciorum privatio inter pœnas connumeratur.*
57. *Unum altare non est denudandum, ut alterum cooperiatur.*
58. *Status sibi invicem commercia non negabunt.*
59. *Fructus de uno territorio ad aliud extrahi possunt.*
60. *Mens libera nullo jure restringitur.*
61. *Cives & rustici cogi non possunt ad vendendum in certo loco.*
62. *Nec ut cerevisiam emant in certa caupona.*
63. *Statuta in odium certarum personarum facta non valent.*
64. *Dominus subditos cogere non potest ut in suo tantùm molendino molant, in suo furno panes coquant, vinum & cerevisiam à se tantùm emant, &c.*
65. *Subditi Dominorum ambitiosis præceptis obedire non tenentur.*
66. *Contra hujusmodi statuta in Camera Imperiali mandata sine clausula decreta in causa* Braunschweig *contra* Braunschweig *&* Kempten *contra* Memmingen.
67. *In causa* der Statt Gülich *&* Passaw *contra* Bayern.
68. *Beneficium quoq; appellationis impetrari potest.*
69. *Impugnari quoq; possunt hæc mandata per viam querelæ & recursus.*
70. *Illisq; doli exceptio opponi.*
71. *Et officium judicis implorari potest.*
72. *Et Mandata sine clausula impetrari possunt.*
73. *Reipublicæ interest commercia florere.*
74. *Charitatis præceptum dictitat, ut fiat quod facienti prodest, & alteri non nocet.*
75. *Mundus est communis patria.*
76. *Diversa est ratio immobilium & mobilium bonorum.*
77. *Utilitas omnium vicinorum Statuum unius alicujus Domini utilitati præferenda.*

Cum commercia ad Reipublicæ utilitatem promovendam & augendam, annonæq; caritatem avertendam & levandam maximè conducant, uti constat ex dictis *supra lib. 2. cap. 16. n. 46.* &
1 societas civilis duobus maximè constare videatur, commercio & imperio, teste Lipsio *lib. 2. civil. doctr. cap. 1.* & Petr. Greg. Tholos. *de republ. libr. 3. cap 7.* & sicut humanum corpus sine mutua officiorum communicatione à membris facta, salvum & incolume esse non potest, ita neque corpus civile sine commerciis, Clem. 2
Timpler. *libr. 4. polit. cap. 9. quæst. 1.* Commercia enim ejusmodi sunt media, quibus illa, quibus egemus, consequi, & illa, quibus abundamus,

damus, cum aliis permutare possumus; Atque ita generale quoddam & necessarium humanæ inopiæ sublevandæ sunt subsidium, quo importantur necessaria in regionem & regnum nostrum, & superflua nostro commodo exportantur: Medium quoque familiaritatis & conjunctionis cum exteris contrahendæ, & rerum magnarum experientiæ comparandæ, commerciorum exercitium est, *supra d. lib. 2. cap. 15. n. 46.* Ita, ut sine commerciis in sociali hac vita commodè vivere non possimus: multa enim sunt, quibus nemo commodè vivere potest; multa quoque, quibus bono nostro, imò nec magno incommodo nostro carere possumus. Et sic necessitas & utilitas vitæ hujus permutationum modum & rationem excogitavit, quibus alteri possimus dare & communicare id, quo ille eget, & sine incommodo uti non potest, & è contra ab eo accipere, quod nobis utile & necessarium, Bodin. *de repub. lib. 3. cap. 8.* Aristot. *lib. 6. polit. cap. 4.* Imò occasione commerciorum pax & con-
3 cordia etiam inter vicinos conciliatur, *2. Chronic. 2. v. 19. Actor. 12. v. 20.* Ideò ad magistratus curam pertinet, ut comerciorum vigor floreat.

Quamvis autem, ut paulo post *n. 53.* dicetur, commercia sint juris gentium, ideoque etiam omnibus libera & permissa, magistratus tamen officium est providere, ne omnes omninò indistinctè commercia gerant & negocientur, sed negociatores sint personæ honestæ, &
4 tales, quibus de jure permissum est negociari, sive hi inquilini sint, sive exteri, quia magistratui hæc cura incumbit, ut omnes ditionis partes divitiis abundent, & sic mercaturam, & negociationem in ditione sua quàm liberrimam & commodissimam permittere debet, ita, ut etiam
5 cum infidelibus & Turcis negociari liceat, modo illi neque politicas leges de mercatoribus à Republica positas violent, neque ullam impiam ceremoniam usurpent, quâ veram publicamque religionem labefactent, per *Nehemiæ cap. 13. v. 21.* Danæ. *lib. 4. polit. Christ. cap. 2.* Peregrini ta-
6 men mercatores promiscuè in Regnum vel Rempubl. admittendi non sunt, ne arcana scrutentur & pervestigent, *l. mercatores. C. de commerc. & mercat.* Klock. *d. ærar. lib. 2. cap. 25. n. 49. & seq.* Commerciorum & mercaturæ exercitium permittendum non est proditoribus, vel exploratoribus Reipublicæ, *l. mercatores. 4. C. de commerc. & merc.* nec non civium corruptoribus, uti nec
7 clericis & aliis, qui subditis occasionem adquirendi & commerciorum usum, qui debet esse communis & publicus, intercipiunt, veluti usurariis, propolis, dardanariis, annonæ flagella-
8 toribus, & similibus. Nec ferendi sunt illi, qui inutiles, falsas, moribusque nocivas merces important, & pecuniam, quæ quasi lac & succus Reipublicæ est, civibus cautelosè subducunt. Dn. Lindenspur. *in comment.* über die Fürstl. Würtemberg. Landsordn. *tit.* von Wahlen. *29. n. 2. seq.* ubi ad hoc etiam allagat Paul Negelin. *lib. 1. cap. 10. fol. 81. tract.* vom Burgerlichen Stand / his verbis: Es ist in Kauffmanschafften und Gewerben / billiche Bescheidenheit zuhalten / und dahin zu sehen / daß wucherliche Hendel und Ubersetzung der armen Leuth / vermitten bleiben / und nicht ohne Underschied einem jeden / was er will / zutreiben / und seinen unzimblichen Vortheyl und Genuß zusuchen / verstattet werde: Darunter sonderlich die offene Landfahrer / Glückhäffen / Krämer / Scholderer / und dergleichen / so den Leuthen zu Aergernus und Schaden auff den Marckt kommen / gemeynt; deren Abschaffung halb / wie es zuhalten / die vorhandene heilsame Constitutiones der Churpfaltz und anderer Fürstenthumen / lautere Versehung thun. *vid. c. seq. n. 11.*

Ipsi quoque magistratus, aliique Magnates, & Nobiles negociari prohibentur, *l. nobiliores. 3. C. de commerc. & mercat. l. nequis. 6. C. de dignitat. l. unic. C. de perfectiss. dignit. l. milites. 15. C. de re milit. l. milites. 31. C. locat. l. 1. C. de præpos. agent. in reb. l. cohortales. 12. C. de cohrtoal. l. humilem. 7. C. de incest. nupt. tot. tit. C. negot. ne milit.* 9
Ita etiam Thebanorum lex erat, neminem ad Reipubl. honores suscipiendos idoneum haberi, nisi, qui per decem annos à mercatura destitisset, Aristot. *3. polit. cap. 3.* eandemque ob causam Romæ quæstus omnis patribus indecorus est visus, Livius *lib. 21.* ne sordibus majestas ordinis amplissimi pollueretur, Joh. Sar. Zamolc. *de sent. Rom. l. 1.* Unde quoque fœmina, quæ mercimoniis præfuit, Senatori nubere non poterat, *l. humilem. 7. C. de incest. nupt. l. 1. C. de natural. l.* Et Nobilis mercaturam exercens, nobilitatem amittit, sicuti latius dixi *in tract. de ord. Equestr. jur. lib. 1. c. 13.* Ideò autem Magnates & Nobiles mercatu- 10
ram & commercia exercere prohibentur, non tantum quod vilis, sordida, perfida & scelerata censeatur mercatura, sed ut inter plebeios & negociatores facilius sit commercium, quippe ab hisce plebei quid ementes liberius & audacius liceri possint, *d. l. nobiliores. 3. C. de commerc. & mercat.* & ne nobiles ac magnates divitiis & potentia sua totam commerciorum utilitatem ad se trahant, ac ita plebeios & infirmiores negociatores in civitatibus opprimant, iisque sese sustentandi occasionem præcidant, *d. l. nobiliores.* Nec non ut statuum in Republ. legitima sit distinctio; Nam si promiscua nobilibus & plebeis esset negociatio, ordinum sequeretur confusio, neque alii essent nobiles, alii patricii, alii mercatores, alii artifices, alii infimæ sortis homines. Unde Sigismundus Poloniæ Rex pru- 11
dentissimus, nobilibus nonnullis jus negociationum petentibus ita rescribsisse fertur: Oportet me in regno habere triplex hominum genus, nempe rusticos, qui agrum colant, mercatores, qui necessaria importent & exportent, & denique Nobiles, qui me & patriam defendant? Quæ defensio patriæ, cum per se ardua sit, & cum aucupio lucri ac quæstus vix consistere possit, nolim generosa pectora patriæ defendendæ nata mercatorum negociis implicari; aut si hoc cupiant, permittant mercatores in suum locum succedere, & patriæ defendendæ curam suscipere. Quod quidem facturi generosi Nobiles nunquam sint, idcircò mercatoribus suum statum permittant & suum tueantur, Bart, Kekerman. *system. polit. lib. 1. cap. 14.* Unde quo- 12
que Theophilus Imperator uxoris negotiatoriam navim in portu combussit, cum hac im-

pre-

precatione? Cùm Deus me Imperatorem fecerit, tu me nauclerum facere contendis. Scito autem, mercaturam privatis hominibus esse attributam, ut eam tolerandæ vitæ occasionem habeant. Quod si nos præter Imperii opes, etiam mercaturæ emolumenta interceperimus, undenam fortunæ tenuioris homines victum comparabunt, Zona. *in Theophil.*

13 Distingui tamen hic à nonnullis solet, inter negociationem rerum affluentia copiosam, seu diffusam & inter mercaturam tenuem, seu sordidam, juxta Cicer. *1. offic.* mercatura, dicentem, si tenuis est, sordida putanda est; si magna & copiosa, multa undique apportans, multisque sine vanitate impertiens, non est admodum vituperanda. Sordidi verò, ut idem Cicero scribit, judicantur, qui mercantur à mercatoribus, quod eodem loco & momento vendant, quia nihil proficiunt, nisi admodum mentiantur, &c. Unde & alia mercatura honesta, alia sordida, ita ut illa sit licita, & Nobilitati non officiat, per *l. 2. C. de Episc. & cler.* hæc verò non item, *l. ne quis. 6. C. de dignitat.* Draco *de orig. & jur. patrit. lib. 3. cap. 9. n. 13. & 14.* Matth. de Afflict. *ad tit. Quis dic. Dux. n. 15. in fin.* Bocer. *de regal. cap. 2. n. 55.* Ex quo etiam illi, qui minuatim duntaxat ad ulnam, mensuram, numerum vel pondus distrahunt, mercatorum titulum non merentur, sed illi, qui cum aversione, idest, magna copia negociantur, Kauffleuth/ ii verò, qui minuatim distrahunt, die außmessen und außwegen/ vena, litiarii, Krämer vocantur, Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 25. n. 56.*

Unde quoque magnis Regibus, aliisque magnatibus ac Principibus vitio non fuit habitum, quod mercaturam tractaverint copiosam Salomon tertio anno naves suas in Indiam misit,
14 quæ aurum, argentum, ebur, simias, pavones inde adveherent, *3. Regum. 10. v. 22.* Quod & Josaphat fecit. Vespasianus Imperator, Suetonio teste, non solum ante Imperium ad mangonicos quæstus sustinendæ dignitatis causa descendit, sed & Imperio impetrato negociationes alias propalam exercuit, quædam tantum emendo, ut pluris distraheret, referente Tiraquel. *de nobilit. cap. 33. n. 17.* Imperator item Pertinax mercaturas exercere per homines suos, non aliter, quam privatus solebat, referente Jul. Capitol. Lusitaniæ Reges armatis classibus Æthiopica atque Indica commercia & obtinuerunt & hactenus conservarunt, Caspar. Ens *schol. polit. class. 1. cap. 5.* Et eosdem Lusitaniæ Reges, cum augustissimis Regni finibus concluderentur, nec jura suæ majestatis satis commodè tueri, nec subditos rodere vellent, mercaturam quæstuosissimam, ultra centum annos, sine contumelia, & maximo cum Republ. commodo exercuisse, scribit Bodin. *de republ. lib. 6. cap. 2.* Sic & Regis Hispaniarum, & Belgarum confœderatorum negociationes Indicæ omnibus sunt notæ, quas si quis sustulerit, firmissimos earum Rerumpublicarum nervos inciderit, confer Joh. Sibrand. *in urb. Lubec. jur. publ. part. 1. sect. 2. n. 21. seq.* Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 25. n. 20. seq.*

Salis quoque vendendi jus hodie sibi tan-
15
tum Principes aliique Magnates & Magistratus adscribunt. Quamvis enim jure veteri Salinæ quam diutissime privati fuerint juris, & horum arbitrio permissæ, in quorum fundis & finibus repertæ, & ad quos fundi jure proprietatis pertinebant, *l. 3. §. fin. l. 4. l. magis. puto. 5. in princ. & §. 1. ff. de reb. eor. qui sub tut. l. 4. §. salinæ 7. ff. de censib. l. 32. §. uxori. 2. ff. de usu & usufruct. legat.* Sixtin. *de regal. lib. 2. cap. 19. n. 1. seq. & 1. Marpurg. cons. 9. n. 2.* Bocer. *de regal. cap. 3. n. 175.* Rhen. Choppin. *de doman. lib. 1. c. ult. n. 15.* ubi etiam auri, argenti, stanni, cretæ fodinas, præter decimam fisco debitam, privati juris fuisse refert ex Tacit. *lib. 4. annal.* Knichen *de Duc. Saxon. privil. c. 5. tit.* Bergwerck/Saltzwerck. *in princ.* Bodin. *de republ. lib. 1. cap. 10. ad fin.* Sed 16
tractu temporis Salinæ prorsus privatis adimi, & fisco Principis addici cœperunt, indeque ad Regalia referuntur salinarum reditus, non quidem salinæ ipsæ, in quibus sal efformatur, sed tantum reditus & vectigalia inde fisco debita, *l. inter publica. 17. §. 1. ff. de V. S. c. super quibusdam. §. præterea. X. eod.* Sixtin. *d. cons. 9. n. 3. seq.* Bocer. *d. n. 175.* Casp. Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 9. n. 18.* Atque inde, licet de jure communi prohibitum sit, ut aliquis solus emat, vel vendat, *l. un. C. de monopol.* hoc tamen solùm permissum esse Regi 17
vel Principi, ut prohibere possit, ne alius sal vendat, & ut de suo sale emant subditi, & non de alieno, docet Abbas *in. c. super quibusdam. de V. S.* Alciat. *in tit. quæ sint regal. verb. Salinarum. & in l. inter publica. 17. circa fin. ff. de V. S.* ubi ait, illud 18
esse Principis monopolium, ab antiquis quoque constitutum & *consil. 117. n. 20.* scribit: Sunt alii casus in quibus reditus Principum consistunt in monopoliis, & tamen tales reditus sunt approbati à legibus sicut est reditus salinarum, quod est monopolium Principis, *l. si quis. C. de vectigal.* Fachin. *lib. 1. consil. 6. n. 7.* Et olim quoque Imperatores mancipibus solis jus esse vendendi salis voluerunt, & mancipum hujusmodi & publicanorum societates & privilegia in jure approbata fuerunt, *l. si quis sine. 11. C. de vectigal. l. 1. ff. quod cujusq. univers. l. liber homo. 59. §. 1 ff. de hæred. instit. l. inter publica. 17. §. 1. in fin. ff. de V. S.* Et salis vendendi arbitrium, quia impenso pretio venibat, in publicum omni sumptu ademptum privatis, inquit Livius *lib. 2.* Et privatos, non Principes ligare, *l. un. C. de monopol.* asserunt Hippol. Riminald. *cons. 81. num. 12.* Surd. *cons. 321. num. 31.* Fachin. *cons. 6. num. 11. lib. 1.* Alciat. *cons. 18. num. 22. vol. 8.* Henric. Klock. *de jur. vectigal. conclus. 3. lit. a.*

Atque ita Galliæ Regem cum sale mono- 19
polium exercere, testatur Marquard. Freher. *de monet. fol. 48.* quod in Regia horrea certis locis disposita reconditur, capitis pœna in eos constituta, qui aliunde, quàm ex horreis illis emerint, Thuan. *lib. 5. histor. fol. 153.* Franc. Belcarius. *rer. Gallic. lib. 25. n. 16. seq.* ibidemque majus vectigal Francigenis, quam exteris pendendum esse, idque absurdissimo exemplo, scribit Bodin. *de republ. lib. 2. c. 2.* add. Limn. *in Notit. Franc. lib. 2. cap. 9. tit. ff. fol. 644.* Et salis quoque proventum Tartarorum Principis domanium esse, scribit post Paul. Venetum, Renat Choppin. *de doman. lib.*

lib. 1. tit. ult. in fin. Ac in Italia de sale vendendo monopolia licitè exerceri, ex superiorum permissione, testatur Benev. Stracha *de mercatur. part. 4. n. 30. seq.* Sic quoque in Bavaria Dux & Elector salis & cervisiæ coquendæ & vendendæ commercium sibi soli vendicat, & summos indè

20 proventus obtinet. Et in Germania hodie plerumque civitates tam Imperiales, quam municipales sibi salis venditionem adscribunt, nec pagis & villis eam concedunt, den Saltz-Handel und Saltz-Kauff haben allein die Stätt/und nicht die Dörffer/ uti testatur Dn. Georg. Ludov. Lindenspur *in comment.* über die Fürstl. Würtemberg. Lands-Ordn. *tit.* vom Saltzkauff. *62.* ubi id manifestè cautum reperitur. Hæcque monopolia civitatum ad parandum salem, aliaque, quibus privatorum opes sufficere non possunt, apprimè utilia esse atque necessaria, ob peregrinorum imprimis merces, quæ hoc modo facilius in territorio aliquo exonerantur, cum ipsius magistratus authoritate & sumptibus distrahuntur: sicque omne lucri aucupium in venditione rei tàm necessariæ, à magistratu (in quò usuræ crimen quam minimè præsumendum) factâ tolli, scribit Lindenspur *d. l.* Kloch. *de ærar. lib. 2. cap. 9. n. 16.* Et sic salem ex clausura mercantiæ destinata, ut subditi emant, magistratus ordinare posse, si præsertim ex ejusmodi ordinare posse, si præsertim ex ejusmodi ordinatione privatis vel nihil, vel parum præjudicetur, tradit Bened. Carpzov. *lib. 1. respons. Elector. tit. 5. resp. 42. num. 11.*

21 Sic quoque jus emendi vendendique lupuli, den Hopffen-Kauff und Verkauff/ Senatus Uratislaviensis in Silesia sibi solus vendicat. Et Noriberga calcis, & aliæ urbes cerevisiarum & vinorum exoticorum monopolia sibi arrogant. Et nonnullis in locis Domini jus cerevisiæ coquendæ usurpant, & eam subditi ab ipsis emere tenentur.

22 Alibi Domini & Magistratus, cupri, ferri & alias officinas, Kupffer und Eysenhammer/ sibi vendicant, maxime si in eas maximi sumptus impendendi, ut singuli eos ferre nequeant, Carpzov. *Saxon. decis. 4. n. 12.* Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 26. n. 12.*

23 Permissa quoque censentur monopolia magistratibus, quando negotiatio nimis est ampla, ita, ut negociatores ingentem ex ea divitiarum vim inferant, prout hodie faciunt Veneti in usu commerciorum in Flandria, Anglia & aliis locis, Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 26. n. 12.* Ex publicæ quoque utilitatis & rationabili causa Principes & magistratus monopolia vel ipsosmet exercere, vel horum exercitium aliis permittere posse, maximè si pecuniarum indigentia id requirat, communis Dd. est traditio, Aristot. *1. polit. 7.* Tiber Decian. *tract. crim. lib. 7. c. 21. n. 5.* Hippol à Collib. *de Princip. cap. 34. col. ult. vers. alter casus.* Besod. *de ærar. cap. 3. num. 5.* Adam Keller. *de offic. jurid. polit. lib. 2. cap. 18.* Lather. *de cens. l. 3. c. 14. n. 8.* Ben. Carpz. *Saxon. decis. 4. n. 7. seq.* Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 26. n. 12. in fin.* Totum quoque Reipubl. corpus eam mercaturam honestissimè exercere, quam singula membra non possunt, tradit Bornit. *de ærar. lib. 2. cap. 1. & 2.* Beiold. *de ærar. cap. 2. n. 6.*

Verùm extra casum necessitatis & utilitatis publicæ, monopolia regulariter omnibus omninò sunt interdicta & prohibita, *d. l. un. C. de monopol.* ut puta qua lege omnes in Imperio negociatores, Principes, Proceres, urbes & universitates tenentur, privilegiis omnibus hac parte penitus abrogatis, R. A. zu Cölln *de anno 1512.* §. Und nach dem etwa grosse Gesellschaffte. *15.* R. A. zu Nürnberg *de anno 1524.* §. *Item,* dieweil durch unsere instruction 28. R. A. zu Augspurg *de anno 1530.* §. Und nach dem etwan viele grosse Gesellschafft. *137.* Reform. guter Policey zu Augsp. *de anno 1548. tit.* die *monopolia* und schädliche Fürkauff. *18.* R. A. zu Speyr *de anno 1592.* §. nach dem die *monopolien.* in tantum, ut magistratus ea non tollentes, instante fiscali centum auri marcis mulctentur, d. Reform. guter Policey zu Augspurg *de anno 1548. tit.* die *monopolia 18.* §. Zu demsoll auch. *7.* Quia monopolia contra leges exercentes omnia tentant & explorant, quibus multitudinis opes ad se contrahant, dum collectis pecuniis alios vincunt, alios præveniunt, alios exauctu rerum ptetio deterrent ac soli emunt omnia, quæ deinceps pro suo libitu soli vendunt quam maximè, uti refert ex Botero *1. de stat. illustr. cap. 14.* Lather. *de cens. lib. 3. cap. 14. n. 19.* Et monopolia, quæ uni, aut paucis solis totam rei alicujus vendendæ potestatem concedunt, regulariter in Republ. esse perniciosa, multumque detrimenti plebeculæ communi afferre, utpote ex quibus omnium rerum caritas in civitatem & regionem ilicò erumpit, scribit Lather. *d. c. 14. n. 11.* Et qui ita se gerunt in negociatione sua, ut ad privatam & singularem venditionem omnia contrahant, tyrañidem exercere, privatorum utilitatem interventendo, atque opprimendo, tradit Heresbach *de republ. Christ. admin. cap. 16.* Unde nec quicquam aliud Ferdinandum Neapoleos Regem omnibus tam fecit exosum, quam quod monopolium exercendo, subditis commercia edixerit, contra jus gentium, Petr. Gregor. Tholos. *de republ. lib. 3. cap. 6. n. 50.* Bodin. *de republ. lib. 6. cap. 2.* Cominæ. *de bell. Neapol. lib. 2. fol. 787.*

Cavendum autem est magistratui, ne omnia promiscuè invehantur sive importentur, & exportentur sive evehantur, sed hoc in prudentia politica consistit, Bornit. *de rer suffic. tract. 2. cap. 2.* Importandæ & invehendæ sunt imprimis res ad vitam, victum & amictum quotidianum necessariæ, ita ut si qua regio frumenti inopia laboret, vel annonæ caritate, vel alia re, qua Respubl. carere nequit, ea aliunde, & maximè tempore oportuno, vel caritate, imminente, importanda, *2. Chron. 2. v. 6. seq. Actor. 12. vers. 20.* 25

Non verò importandæ sunt merces damnosæ, quæ civium bonos mores corrumpunt, & ad luxuriam magis, quam virtutem irritant, quæ populum nummis magis emungunt, quàm locupletem reddunt; quales sunt merces aureæ & argenteæ, nec non sericæ, cum lineæ & laneæ satis esse possint: Merces fucatæ & comptæ, ad pompam, splendorem, ludum, mollitiem & voluptatem factæ, sed nullius aut exigui usus & durationis, quales etiam sunt seplasiario- 26

rio-

tiorum, pigmentariorum, cupediariorum, apicianorum, & omnium denique, qui & corpora & animos huminum effœminare, & rem cum publicam tum privatam exhaurire solent, nullo fructu, sed summa potius omnium pernicie, Lamb. Danæ. *lib. 4. polit. Christ. cap. 2.* Lindenspur. *in comment.* über die Fürstl. Würtenberg. Landsordn. *tit.* von Wahlen. *fol. 124. n. 2. & seq.*

27 Nec aliundè importanda, quæ in ipsa provincia Republica & civitate exercentur & elaborantur, utpotè quæ rerum domesticarum lucra & pretia deminuunt, vel nulla reddunt, wann frembde Werck und Wahren in das Land gebracht werden bleiben die Einheimischen mit ihrer Anwendung verligen / cum nescio quo fato vel errore, homines ad exotica, quàm familiaria sua, multò procliviores esse soleant, & quod rarum carum, wann es nur frembd ist / so muß es gut seyn. Lindenspur. *d. l. fol. 127. n. 6. in fin.*

28 Exportandæ sunt res, quibus nos abundamus & quibus carere possumus, & ut facilior sit exportatio & distractio rerum non necessariarum, inutilium, superfluarum vel abundantium providendum est à magistratu, ne quandoque post certum tempus aliunde merces importentur ejusmodi quibus illarum, quæ in Reipubl. sunt, vilis possit esse usus vel inutilis, aut impensas in eas inanes reddi, Petr. Gregor. Tholos. *de*
29 *republ. lib. 4. cap. 7. n. 8. & 9.* Non vero exportanda sunt ea, quibus Respubl. carere nequit, & quæ ad victum quotidianum necessaria sunt, Coler. *de aliment. lib. 2. cap. 17. n. 7.* Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 25. n. 46.* Sicuti nec ea, quæ in perniciem nostram redundare possunt, exportari de-
30 bent, veluti arma & suppetiæ ad hostes, *tot. tit. C. quæ res export. non deb.* nec vinum, oleum & liquamen, ne gustus quidem, vel commerciorum usus causa ad barbaros, nec loricæ, scuta, arcus, sagittæ, spathæ & gladii, vel alterius cujuscunque generis arma, nec tela ferri, facti vel infecti, hostibus & barbaris vendenda, *l. 1. & 2. C. de commerc. & mercat.* Qualis prohibitio est in Regno Siciliæ & Hispaniæ, ubi nec militarem equum ex provincia ducere permissum est, Petr. Greg. Tholos. *de republ. lib. 4. cap. 7. n. 8.*

31 Prudentes quoque Rerumpubl. moderatores pecuniam sub prætextu exoticarum mercium, extra fines territorii exportari non patiuntur, idque omnium ferrè Principum legibus severissimè sancitum esse, scribit Bodin. *de republ. lib. 6. cap. 3.* Idque politicum arcanum esse scribit Besold. *de ærar. cap. 4. §. 10. n. 1.* Et in Imperio Romano nominatim cautum reperitur in der Neuen Müntzordn. zu Augspurg *de anno 1559.* §. Nach dem auch durch etliche *206* Absch. des Deputation. zu Franckfurt *anno 1571.* §. Aber damit dem hochsträfflich. 11. R. A. zu Regensp. *de anno 1594.* §. Dieweil auch durch die Außführer. *104.* Et tale decretum de moneta non exportanda promulgatum, Elector Palatinus *anno 1569.* maxime urgebat, cum Italis merces & pecuniam abstulerat, & Heidelbergam trans-
32 ferri curaverat, Thuan. *histor. lib. 43.* Talequestatutum in Anglia viget, cujus vigore plus pecuniæ, quàm viatico sufficiat, è Regno egerere non licet. Et in Muscovia & Russia prohibitum est, quicquam argenti ex Principatu isto exportare, nisi id fiat ad redimenda mancipia, Klock *de ærar. l. 2. c. 24. n. 4. seq.* Carpzov. *de leg. Reg. Germ. cap 8. sect. 9. n. 2. seq. per tot.* ubi *n.* 11. addit, nunquam in Imperio obtineri, nec ulla tam firma sanctione provideri posse, quo minus aurum & argentum extra fines Imperii evehatur, quamdiu commercia cum finitimis populis intercedant, sicuti experientia edoctus scribit Bodin. *de republ. l. 6. c. 3.* De quo olim in Senatu conque- 33
stum fuisse Tiberium scribit Tacit. *l. 3. annal.* quod lapidum causa pecuniæ ad exteras aut hostiles gentes transferantur. Ubi Lipsius *in not. n. 102.* lapidum nomine gemmas & uniones intelligit, Germani dicunt Steinichen und Beinichen / Ventur. de Valent. *lib. 2. parthen. litig. cap. 11. n. 15.*

Generaliter quoque cavendum est, ne ru- 34
dis materia efferatur, quippe quod ex unica sæpe materia, puta metallo, lana vel lino, mille rerum species effigurari possint, opificiorum ope, quarum singula pretia conferant, materiæ pretium longè excedentia, sicuti Norimberga & Belgium suis exemplis demonstrant. Quæ enim opera in hisce locis elaborantur, aliena materia & massa constant, quæ acquirunt levi pretio, & in varias multò pretiosiores merces efformant, ut sola industria lucrum pariat. Vides sane Belgas linum & lanam passim ex Imperio efferre, & lanea & linea opera longe cariora referre. Quàm quod sæpe lintea & pannos in tua civitate confecta, ad se trahant, & elaboratius exornata, tibi tanquam exterea vendiderint, quæ tua fuere, non formis, sed qualitatibus tantùm manus opera & politura mutatis, ut scribit Lindenspur. *d. comment.* über die Fürstl. Würtenb. Landsordn *fol. 126. n. 6. & post. eum.* Klock. *de ærar. lib. 2 cap. 25. n. 40. & seq. & cap. 68. per tot.*

Curabit quoque magistratus, ut loca nego- 35
ciationi exercendæ designentur certa, ne per totam Regionem extranei libere divagentur, & pro mercatoribus fiant exploratores. Et ut loca ista sint oportuna, ad quæ facilis sit accessus & commodior commerciorum tractatio, & in emporiis magistratus curet certa fora, in quibus commodè merces poni & distrahi possint. At-
que hæc fora sint distincta, ita ut in alio loco 36
hæc, in aliud pro ratione oportunitatis ematur & vendatur, & ut inquilini occasionem habeant, per diversa genera commerciorum in diversis Reipublic. partibus aliquid adquirendi, de quibus vide *infra cap. 26. num. 57. & seq.*

Providere quoque debet magistratus, ut 37
res ex navibus advectæ in horrea commodè & securè deponantur & asserventur. Unde jus Geranii & stapulæ, die Niederlag / Staffel: und Kran-Gerechtigkeit / inductum. In cujus rei, Geranii scilicet, compendium libræ prægrandes machinariæ juxta portum, vel in loco vicino exstrui solent, quarum adminiculo onera ex navibus facili labore levantur & extrahuntur, quæ etiam ad naves onerandas conducunt, & in iisdem merces ponderari & mensurari solent, ex quo ingens ærario lucrum adquiritur,

&

& differt à jure stapulæ, cum hoc principaliter respiciat commercia & utilitatem emporii, seu oppidi, cui hoc jus stapulæ conceditur, Klock. *de contribut. cap. 1. num. 272. seq. & de ærar. libr. 2. cap. 16. n. 2. & 9.* differt quoq; à jure nundinarum & emporii, Klock. *d. l.*

38 Est autem jus stapularum, Staffel-Gerechtigkeit/freye Niederlag/jus sive privilegium de certis quibusdam mercibus prætervehendis, certo in loco exponendis & divendendis concessione Imperatoris vel præscriptione adquisitum, seu, ut definit Petr. Bertius *in descript. Hollandiæ Austral. fol. 213. seq.* est jus sistendi & retrahendi ad se merces exoticas, ut nimirum eo loco stabulentur & conquiescant, donec venditæ sint. Qui etiam stapulas à stabulo derivat, quod tamen displicet Klockio *d. cap. 1. n. 272. vers. stapulæ jus.* ubi stapulæ hoc jus ex emporiis Hanseaticis in consuetudinem traductum esse scribit, quorum proprium verbum Stapeln/ quod nihil aliud, quàm merces exponere & iterum compingere. Et hoc jus Regalibus adscribitur, & non aliter nisi præscriptione, vel Imperatoris speciali concessione competit, de quo *supra lib. 2. cap. 4. n. 65.*

39 Imperatorem autem tale jus concedere, & ita quoad hoc publici fluminis, vel viæ usum restringere posse, non videtur habere dubium Mynsing. *decad. 2. resp. 19. n. 4.* Thom. Maull. *de jur. conducend. tit. 3. num. 24.* Henric. Klock. *de vectigal. conclus. 56. lit. b.* cum totam quoque proprietatem publici fluminis, vel viæ alicui dare vel donare possit, per tradita Angel. *in l. sa-*
40 *ne si maris ff. de injur.* Everhard. *jun. cons. 9. num. 67.* Nec moratur, quod impedimenta navigationibus & transeuntibus præstari non debeant, & liber sit usus commerciorum & navigationum, & sic nemo cogi possit, ut hoc vel illo loco exponat, Mynsing. *cons. 19. num. 3.* ubi ait, in Camera ita judicari, Sixtin. *de regal. lib. 5. cap. 29.* quia intelligitur, quando indebitè quid in flumine ripave ejus fit, pro pejus navigetur, vel quando absque authoritate Principis naves sistuntur, morantur, aut nova vectigalia imponuntur; secus autem est in his, quæ fiunt authoritate summi Principis, idque ex causa justa & probabili, & Reipublicæ ad occurrendum fraudibus necessaria; adeo quod si quando contingat occasione Geranii, vel mensurationis moram aliquam exteris mercatoribus injici, hoc tamen pusillum sit, eique utilitas publica Principis & universæ Reipublicæ præponderare debeat, cui expedit multis de causis in initio provinciæ hanc Geranii ac mensurationis stationem constitui, sicuti scribit ex Leonin. *consil. 7. num. 10.* Klock. *de ærar. libr. 2. cap. 16. num. 10.*

41 Quomodo autem hoc jus stapularum præscriptione adquiri possit, docet Maul *d. titul. 3. num. 25.* Henric. Klock. *de vectigalib. dict. conclusione 56. lit. c.* Rosacorb. *practic. forens. capit. 85.*

42 Non autem licere hoc jus sine permissione Imperatoris instituere, inde patet, quod cum Elector Palatinus Rheni *anno 1575.* id Oppenheimii usupare cœpisset, per Spirenses mandato obtento Cæsareo sine clausula ei inhibitum fuerit, ut videre licet apud Gylman. *symphor. tom. 2. part. 3. tit. 18. fol. 338. seq.* Wehner. *verb.* Staffelrecht. Ubi autem tale quis habet jus die freye Niederlag/ vehentes non posse, ad evitandam expositionem, novas vias quærere, concludit Everhard. jun. *cons. 9. num. 82.* Besold. *thes. pract. verb.* Staffel-Gerechtigkeit. Maul. *d. tit. 3. num. 23.*

Non tamen hoc jus ad omnes merces, quæ 43
prætervehuntur, sed ad eas tantum pertinet, quæ in concessione Imperatoria nominatim comprehenduntur, vel quas exponi præscriptione adquisitum est, & non nisi ad esculenta, quandoque etiam ad alias merces, certas tamen extenditur, Besold. *d. verb.* Staffel-Gerechtigkeit. confer Wehner. *verb.* Staffel-Recht/ ubi scribit, in Rheno fluvio distinctas esse stapulas, deren die dritte und oberste privilegio Cæsareo zu Speyr ist. Solch Staffel-Recht und Gerechtigkeit ist / daß alle die jenige / so Saltz und gesaltzene Waaren/ auch alle andere Staffelbare Güter den Rhein auff und zu Schiff führen/und damit bey der Stadt Speyr Gestaden ankommen / mit selben Gütern daselbsten außkehren / außladen / und ohne männiglichs Eintrag Staffel-Recht damit halten/ auch dem Kauffhauß seine Gebührnus und den Uberschlag davon entrichten und bezahlen sollen und müssen. Ab his Staffel-Gütern distinguuntur die Meß-Güter / so nicht Staffelbar/ dann der Staffelbahren Güter halben muß man sich der Stadt Speyr Staffel-Freyheiten gemäß / und Staffel-Recht halten. Mit den Meß-Gütern aber / so man berechtiget / mag man unaußgeladen fürüber schiffen.

Hoc jus stapularum in Rheno habent Co- 44
lonia, Moguntia & Spira: In Danubio, Ratisbona, Ingolstadium, Passavium: In Visurgi, Brema: in Albi Magdeburgum, Hamburgum. Besold. *thes. practic. verb.* Staffel-Gerechtigkeit. Klock. *de contribut. cap. 1. n. 272.*

Aliter stapulam, ejusque conditiones & jura considerat Ludovic. Guicciardin *in descript. Holland. fol. 216. & seq.* ubi vocem hanc origine Gallicam esse existimat, & significare communiter forum, seu locum publicum in urbe aliqua designatum, quo Principis authoritate & privilegio, vina, frumenta, & aliæ merces vendendi causa vehuntur, quod necessum propterea, ut negociatores prius eo conducant, & in usum empturientium per aliquod tempus in foro venum exponant, quam alio possint transferre, lapso autem hoc tempore, & vectigalibus Reipublicæ rite depensis, civibusque, ut fas est, prospectis, merces, quocunque visum est, avehant & transportent, Cujusmodi stapulam habent Atrebatum, Arthesia. Middelburgum, Zelandia. Et privilegia stapularum Dordrechtensium in Hollandia id potissimum sanciunt, ut quicunque vel Rheno vel Mosa conducunt, vina Rhenensia, frumenta, aliasque id genus merces, & præter urbem hanc navigant, naves in ejus portu exonerent, persolutisque inibi debitis vectigalibus, merces in civium naves impositas, quocunque visum est, transvehant, nisi tamen cum publicanis aliter paciscantur, Klock. *de contrib. cap. 1. n. 272. in fin.*

Quod

46 Quoad jus Commerciorum quæritur, an territorii Dominus & Magistratus mandare & prohibere possit subditis suis, ne vinum, cerevisiam & alias res alibi, quam in suo territorio & civitate emant, vel etiam ne alii emant in suo territorio & civitate? Et pro affirmativa sententia sequentia argumenta & rationes adduci posse videntur, 1. Quod Principes, Duces, Comites, Barones, Nobiles, Civitates, & alii Imperio Romano immediatè parentes liberam habeant territorium, ditionum & Civitatum suarum administrationem, & subditis suis liberè mandare, tantumque in iisdem agere possint, quantum Imperator in toto Imperio, per tradita *supra cap. 8. num. 1. & lib. 2. cap. 1. num. 41.*
47 *& seqq.* prout etiam statuta, leges & jura municipalia & provincialia condere, legesque contrarias abrogare, & jura communia tollere possunt, *supra d. libr. 2. cap. 10. num. 1. & seq.* ita, ut etiam ratione commerciorum statuta & mandata à territorii domino fieri possint, etiamsi eadem in præjudicium & detrimentum vicinorum tendant, per ea, quæ tradunt Ferd. Vasquius *lib. 1. controv. cap. 4. n. 17.* Nicol. Everhard. *cons. 45. n. 7.*

2. Ex quo etiam territorium Domini & magistratus prohibere possunt, ne frumenta & aliæ res extra territorium exportentur, sicuti probatum est *cap. præced. 21. n. 22.*

48 3. Quia Dominus & magistratus prohibere potest, ne extranei territorium suum ingrediantur, uti sentiunt *arg. l. Divus. ff. de servitut. rustic. præd.* Bald. *in c. 1. num. 2. de form. fidelit.* Bertand. *cons. 61. num. 4. & seq. vol. 1.* Johan. Petr. Surd. *cons. 174. num. 4.* Ruin. *cons. 28. num. 15. vol. 1.* Alb. Brun. *cons. 204. in princ.* Et sic multò magis, ne in eodem negocientur, vel emant, &
49 vendant, quia plus est, absolutè prohibere, quam formam dare, & qui potest actum facere, etiam illum qualificare potest, Castrens. *in l. nemo potest. in fin. n. 18. ff. de legat. 1.* Cravet. *cons. 217. n. 2. vers. & scilicet.* Surd. *d. cons. 174. num. 6. & cons. 272. num. 5.*

50 4. Quia magistratibus permissum est, per statuta prohibere, ne bona immobilia in forenses alienentur, sicuti probat Gail. *2. observat. 19. num. 2.* ubi ait, talia statuta in multis Germaniæ Civitatibus ea ratione laudabiliter recepta esse, ut res maneant sub jurisdictione statuentium, & publicis pensitationibus obnoxiæ existant, &c. Et sic quoque idem dicendum erit, quoad res mobiles, ne scilicet subditi egeant, *per l. 1. & 2. C. quæ res exportar. non poss. l. 2. & 4. C. de Commerc.* Petra *de potestat. Princip. cap. 6. part. 1. num. 58.*

5. Mandata & prohibitiones hujusmodi confirmare videtur, quod eadem tendant in ipsorum Dominorum territorialium & civitatum, horumque civium & subditorum maximam utilitatem & commodum, quo ipsi vina, cerevisiam, & alia victualia & merces suas distrahere, pecuniam inde recipere, & necessitatibus suis occurrere, propriaque commoda tanto melius promovere possint; Principem autem &
51 Magistratum legem ferre posse ad civium commodum & utilitatem, etiamsi ex ea jus aliorum lædatur, tradunt Bart. *in l. ictus. ff. de pollicitat.* Menoch. *cons. 350. num. 10.* eademque ratione receptum esse, ut tempore annonæ vel caristiæ, evectionem victualium, ne subditi egeant, prohibere posse, scribit Franc. Marc. *Delphic. decis. 155. num. 1 part. 1.* & paulo ante dictum est *cap. 21. num. 22.* Nec hoc casu, ubi de utilitate territorii, vel civitatis ulicujus apparet, nocendi animus præsumitur, Jason *in l. quo minus. n. 22. ff. de fluminib.* Alex. *cons. 174. vol. 2.* Gail. *2. obsv. 69. num. 30. & 31.* Wesembec. *cons. 34. n. 20. &* 52
21. Cum intersit Dominorum subditos esse locupletes, *§. sed & major. I. de iis, qui sunt sui vel alien. jur.* Et pingues subditi nervi dicantur Principis, *l. 2. C. de omni agr. desert.*

Et denique 6. hanc sententiam plurima exempla comprobare videntur, ubi videmus, complures territoriorum Dominos & magistratus hujusmodi mandata promulgare, & prohibere, ne subditi & cives extra civitatem vel territorium, vinum, cerevisiam, vel alias merces vel vendant vel emant.

Hæc licet speciem aliquam obtinere videantur, contraria tamen sententia, & quod mandata & prohibitiones hujusmodi de jure nullum robur obtineant, verissimum est. Quia 1. jura 53
commerciorum juris gentium & libera sunt, *l. ex hoc jure. ff. de justit. & jur.* Rol. à Valle *cons. 32. num. 61. vol. 4.* Tiber. Decian. *consil. 44. n. 118. vol. 4.* Petra *de potest. Princip. cap. 10. n. 29.* iis autem, quæ juris gentium sunt, ne Principi quidem summo, sine justissima & publicæ utilitatis & extremæ necessitatis causa quicquam mutare licet, per tradita Vasquii *de success. creat.* 54
§. 29. & illustr. controv. cap. 5. num. 15. seq. Joh. Petr. Surd. *consil. 323. num. 41. seq.* Klock. *de contribut. cap. 1. n. 371. & cons. 10. n. 861.* Joh. Harpprecht. *ad §. sed natur alia. 11. num. 1. seq. I. de jur. nat. gent. & civil.*

Hinc 2. belli justam causam esse, si commercia denegentur, scribit Besold. *de jur. bell. cap.* 55
5. n. 6. Quia enim

– non omnis fert omnia tellus,
Hic segetes illic veniunt fœlicius uvæ:

Rectè constitutum est, ut unius inopia, alterius sublevetur copia, & in navigationibus, portubus, communicationibus, commodationibus alternæ humanitatis nexus firmissimus est; quod etiam innuit Seneca, dum ait: Deus omnibus inter se populis per ventum commercium dedit, & gentes dissipatis locis miscuit: ingens beneficium, si illud in injuriam non vertat hominum furor, *lib. 3. natural. quæst. cap. 18.* Et Philo ait: Mare omnibus navibus onerariis tuto satis navigatur eo commercio, quod ex naturalis societatis desiderio inter nationes intercedit, dum mutua aliorum copia aliorum inopiæ succurrit. Hinc probata est Græcis querela Megarensium adversus Athenienses, qui eos portubus suis arcebant, ita ut Lacedæmoniis nulla belli causa justior visa fuerit, scribente Diodor. Sicul. *lib. 12.*

3. Hinc quoque commerciorum privatio inter calamitates populi & pœnas connumeratur, *Ezechiel. 27.* Quia inde hominibus vi- 56
tæ

tæ neceſſaria ſubtrahuntur, quod nihil aliud eſt, quam vitam ipſam adimere, Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 25. n. 15.*

4. Quia hujusmodi mandata & ſtatuta in præjudicium tertii, & vicinorum & contra bonum publicum vergunt, ea autem mandata & ſtatuta, quæ contra bonum & utilitatem publicam, & in præjudicium tertii ſanciuntur non valere, dictum eſt, *ſupra libr. 2. cap. 10. num.*
57 *45. & ſeq.* Neque enim ita debemus verſuram quaſi faciendo diſcooperire unum altare, ut alterum cooperiamus, Bald. *in l. fin. §. ſed ſi quis. C. commun. de legat.* Cravet. *conſ. 12. num. 96. vol. 1.* Coler. *de proceſſ. execut. part. 2. cap. 3. n. 120.*

58 Atque hæc ſententia 5. manifeſtè corroboratur per R. A. zu Augſpurg/ *de anno 1555.* §. Setzen demnach. *14.* ubi diſertè cautum eſt, daß kein Stand noch Glied deß Heiligen Reichs dem andern den freyen Zugang der Proviandt/ Nahrung/ Gewerb/ ꝛc. abſtricken und aufhalten ſoll.

59 Quod etiam 6. cum jure communi planè convenit, quo nemo prohibetur, fructus extrahere de uno territorio in aliud, Guid. Pancirol. *conſ. 106. num. 19.* Klock. *conſil. 29. numer. 979.*

60 Quia 7. de jure unicuique liberum eſt, liberè quo velit ire & emere, quod ſibi neceſſarium, nec ullo jure mens libera reſtringitur, *c. ſignificante. & ibi* Abbas *x. de appellat l. 2. §. hoc interdictum. ff. ne quid in loc. publ* Jacob. de S. Georg. *de feud. verb & cum molendinis.n.3.* Carpzov. *lib 1. tit. 7. reſponſ. Elect 66.*

61 Unde quoque 8. ruſtici vel cives cogi non poſſunt ad vendendum in certo loco, ſi hic ſit remotus, & alius habeatur propinquior & commodior, uti tradit Guil. Benedict. *in c. Raynutius. verb. & uxorem. num. 347. de teſtament. part. 1.* Luc. de Penna *in l. 1. C. ne ruſtic. ad ull. obſeq.* Natta *conſ. 227. num. 4. & conſ 435. num. 1.* Nec
62 ſubditos cogi poſſe, ut cerevitiam emant in certa caupona, tradit Carpzov. *d. l. 1. tit. 7. reſponſ. elect. 66.*

Quia 9. per hujusmodi mandata & ſtatuta nihil aliud agitur, quam ut Principes, Domini & Magiſtratus commercia in ſuis tantum ferè territoriis & ditionibus, ſuo & ſuorum lucro & commodo proprio & privato inſtituant, eoque cogant, & monopolicum lucrum exerceant, prout in terminis tradit Klock. *conſ. 10. n. 834. & 842. & ſeq. & conſ. 29. num. 983.* Cujusmodi monopolicas ſanctiones, juri communi omnibusque Doctorum traditionibus è diametro contrarias eſſe ſcribit Klock. *dict. loc.* cum omni jure ſtatuta illa omnia, quibus monopolium inducitur, illicita & prohibita ſint, Klock. *d. loc. ſupra cap. 2. n. 38.*

63 10. Quia cum ſtatuta in odium particularium ejusdem civitatis perſonarum facta non valeant, Rol. a Vall. *conſ. 99. n. 12. ſeq. vol. 2* Camil. Borel. *conſ. 9. n. 6.* multo magis invalida erunt ſtatuta contra forenſes & extraneos lata Klock. *conſ. 48. num. 18 ſeq.* cum ſtatuta non poſſint aliquid diſponere contra perſonas non ſubditas, *l. 1 in fin. ff. de tut. & curat. dat.* Rol. à Vall. *conſ. 24. num. 18. vol. 3.* Hinc quoque ſi quis velit compellere homines ad macinandum in ſuo molen- 64
dino, ipſum monopolium committere, tradunt Socin. *conſil. 272. num. 5. & 6. vol. 3.* Tib. Decian. *tract. crimin. lib. 7. cap. 21. num. 21.* ubi dicit hujusmodi ſtatutum tollere libertatem publicam, ideoque non valere; Quemadmodum etiam ſtatuta peccati nutritiva non tenent, Carol. de Craſſ. *tract. except. ad ſtatut. except. 22. n. 4.* Et quod ejus generis ſtatuta & prohibitiones, ſi nimirum magiſtratus mandet ſubditis ſuis, ne alibi molant, quam in ſuo molendino, ne ab aliis, quam à ſe cereviſiam emant, aut ſimile quid jubeat, quod ante voluntati & libero arbitrio ſubditorum relictum fuit, de jure non ſubſiſtant, tradunt Boër. *deciſ. 125. num. 4.* Covarruv. *in c. poſſeſſor. part. 2. relect. §. 4. num. 7. & 8.* Johann Koppen. *deciſ. 20.* Klock. *conſil. 10. num. 849. & conſil. 48. numer. 32. & ſeq.* Et quod ſubditis male prohibeatur quibusdam in locis, ne cum aliis contrahant, & ut nuptiarum convivia tantùm in ſui Domini taberna celebrent, aut aliàs compotent, in Domini furno panes coquant, utque cereviſiam vel vinum pro ſe & familia non ab aliis, ſed à Domino emant, &c. eleganter tradit Andr. Rauchbar. *libr. 2. queſtion. 27. num. 11. & ſeq.* Camil. Borel. *de magiſtr. edict. libr. 4. cap. 7. per tot.* Matth. Stephan. *de nobil. cap. 7. num. 16. & 18.* Weſembec. *conſil. 75. in princ.* Beſold. *de ærar. cap. 3. §. 6. num. 2.* Rut. Ruland. *deciſ. 24.* Lather. *de cenſ. libr. 3. cap. 13. num. 11. & ſeq.* Pfeil. *conſil. 202. num. 61. & 68.* ubi rectè tradit, jurisdictionem eſſe poteſtatem juris dicendi & æquitatis ſtatuendæ, non autem ad compendium ſuum ſubditorum ac vicinorum trahere diſpendia, ut ait Imperator *in l. fin. C. de crim. ſtellion.* Et ad magiſtratus officium pertinere, ſubditos, libertatesque eorum, ac jura bona fide fovere, atque tueri non opprimere, præſertim privati ſui commodi cauſa. Nam id cum illiberale, injuſtum & iniquum, tum etiam diſtrictè prohibitum eſt. Non enim ad quæſtum privatum Domini comparatæ ſunt jurisdictiones, ſed qui tenent illas, præ omnibus aliis puras Deo, Principi ac legi ab omni lucro manus, præſtare, à negotiationibus abſtinere; jus autem ſubditis ex omni parte conſervare tenentur, *Novel. 18. §. oportet.* Franc. Pfeil *d. conſil. 202. ad num. 72.* Et hujusmodi conſilia ambitioſam intentionem & cupiditatem lucri monopolici redolentia, etiam hodie Principibus fortibus, juſtis, gravibus, magnanimis, largis, beneficis, liberalibus, & ab ejusmodi ſordibus alioquin alienis, verſutia quadam Aulicorum ſuggerit, puta, ut ſubditis ſuis mandent & inhibeant, ne extra fines ſui territorii ſal, ferrum, cuprum, vinum, cereviſiam, lignum, &c. emant, ne alibi molant, panem coquant, ne animalia, ligna, annonam ac alia victualia extrahant ad loca extera, ubi ea carius vendere poſſunt, aut ſimile quid jubent; quod antea voluntari & libero arbitrio ſubditorum relictum erat, ſcribit Klock. *de contribution. cap. 1. num. 344. & ſequent.* ubi *num. 346.* addit, quod ordinationes iſtæ, prohibitiones & ſtatuta, uti ex radice cupiditatis & avari-

avaritiæ contra contributionem Imperialis sanctionis pragmaticæ occasionem delicti monopolici præbentia, ambitioseque lata, planè invalida judicentur, per ea, quæ tradunt Jason. *in l. ait. Prætor. in princ. in 4. notab. ff. de injur.* Bald. *conf. 262. in fin. vol.* 1. Alphons. Azeved. *ad constitution. Hispan. libr. 8. tit. 14. l. 4. num. 22*, Bertazol. *civil. conf. 21. numer. 47. & 48. & num. 51.* ubi ait, quod Domini facere non possint banna vel proclamata indiscreta, nisi ex sola causa publicæ necessitatis, non autem ad sui commodum & utilitatem, cum illis non teneantur subditi etiam adstricti juramento fidelitatis, quia cuilibet debet relinqui sua libertas.

65 Et subditos Dominorum præceptis indiscretis & ambitiosis ad propriam utilitatem factis, non teneri obedire, firmat Bald. *conf. 410 num. 4. & sequent. vol. 5.* Quintil. Mandos. *de inhibit. quæstion. 55. num.* 1. Guil. Benedict. *in c. Raynutius. verb. & uxorem num. 347. X. de testam.* Klock. *consil. 10. num. 857. & sequent. & consil. 29. num. 998. & sequent.* Et consuetudinem vendendi hordeum & vina Principi viliori pretio, tanquam violentam non valere, nisi ex libero civium consensu oriatur, tradit Natta *consil. 554. num. 31.* Ripa *tract. de peste. tit. de remed. ad conserv. ubert.* ubi ait, Principes, qui lucri causa sal mercantur, & subditos compellunt ad id emendum, pro numero capitum, injustè agere, & mortale peccatum committere.

Atque hæc adeò procedere, ut non tantum subditi illis prohibitionibus & mandatis
66 parere non teneantur, sed etiam tertius adversus prohibentem utiliter judicio experiri possit, ut sublato mandato, & abrogata prohibitione subditos pristinæ libertati, & rem in integrum restituat, & de non amplius prohibendo cautionem præstet, scribit Andr. Rauchbar. *lib. 1. quæst. jur. 27. n. 13.* referens, ita in Dicasterio Lipsiensi & Wittebergensi judicatum. Et constare ad instantiam Civitatis Brunsuicensis contra Illustrissimum Ducem Brunsuicensem *12. Decembr. anno 1559.* Et in causa Kempten/ & consortum contra Memmingen/ item Passaw/ contra Passaw/ ratione talium prohibitionum & statuorum in Camera Imperiali mandata pœnalia decreta fuisse, testatur Klock. *de contribution. cap.* 1. *num. 351. & consil. 29. num 990. & consil. 10. num. 841.* ubi refert, quod 1. *Martii, Anno 1602.* Episcopus Campidunensis contra Civitatem Memmingensem, quæ statutum fecerat, in quo sub certa pœna prohibitum erat, ne exteri intra duo milliaria extra civitatem frumenta emant, darinn den Frembden/ so innerhalb zwo Meil ausser der Statt/ Korn kauffen würden/ eine Straff auffgesetzt/ mandatum pœnale impetraverit. Cujusmodi Statutum Memmingense improbat Klock. *consil. 48. per tot.* ubi ad quæstionem hanc: Ob ein Ehrsamer Rath deß Heiligen Reichs-Statt Memmingen ein Statutum solcher massen/ daß nemblich/ wofern Burger/ oder Gäst (welches Wort auff die Forenses gezogen wird) innerhalb zweer Meil rings umb berührte Statt/ ausserhalb ihrer Statt Wochenmarckts kauffen thäten/ ihres Marckts Jahrsfrist lang sich müssigen und enthalten sollen/ kräfftiglich auffzurichten befugt? negative respondet. Et idem Klock. *consil. 37.* 67 *num. 362.* ubi attestatur, ejusmodi mandata in Sachen der Statt contra Gülich *anno 1586. 27 Octobr.* & der Statt Braunschweig contra Hertzog Julium zu Braunschweig *anno 1589. 12. Februarii* impetrata esse, & *num. 363.* ubi ait; daß Thomas Märckelbach/ consilii istius author, dem Fürstl. Stifft Passaw wider Hertzogen in Bäyern im nechst abgelauffenen 1599. Jahr ein starck pœnal Mandatum erhalten habe/ darinn deß Hertzogen in Bayern Fürstl. Gn. ernstlich aufferlegt/ nicht allein die gemachte Gebott und Verbott deß freyen Handthierens/ Kauffens/ auch Ab- und Zugangs der Gewerb/ Victualien, annon, und sonsten andere Kauffmannschafften/ abzuschaffen/ cassiren und auffzuheben/ Sondern auch hinfürder dem Stifft Passaw/ und dessen Underthonen/ an ihren im Hertzogthumb Bäyren und anderswo völligem Gewerb/ Comercien und Gebrauch der offenen Wasser und Landstrassen/ in keinerley Weise nicht turbiren/ abzuhalten/ oder zu belästigen.

Hinc quoque illos, qui hujusmodi mandatis & statutis gravantur, beneficium appella- 68 tionis implorare, eoque se defendere posse, tradunt Bart. *in l. omnes populi. n. 13. in 5. quæst ff. de justit. & jur.* Alex. *conf. 190. n. 14. vol. 2.* Rol à Valle *conf. 99. n. 12. seq. vol. 2.* Camil. Borel. *conf. 9. n. 6.* Afflict. *ad constit. regn. lib. 1. quæst. 4. num.* 1. Rota Roman. *decis. 50. n. 6. part. 2.* Molinæ. *in consuet. Paris. §. 75. gloss. 1. n. 21.* Tiber. Decian. *tract. crim. lib. 2. cap. 38. num.* 10. Johan. Petr. Surd. *conf. 65. num. 9. seq.*

Hujusmodi quoque statuta & mandata 69 per viam querelæ & recursus impugnari posse, statuunt per *c. cum omnes. & ibi* Abbas *in 5. not.* & Dec. *n. 5. de constit.* & Dec. *conf. 528. n. 7.* Qui dicunt, id procedere etiamsi esset lapsum appellandi tempus, ex quo talis iniquitas statutorum nunquam transeat in rem judicatam, Felin. *in d.* 70 *c. cum omnes.* Surd. *d. conf. 65. n. 9. seq.* iisdemque mandatis exceptio doli opponi, Afflict. *d. n.* 1. Camil. Borel. *d. n. 6.* Molinæ. *d. §. 76. gloss. 1. n. 22.* Cacher. *decis. 17. n. 9.* Et gravatus officium 71 judicis implorare potest, *l. qui se gravatos. C. de* 72 *censib.* Et mandata sine clausula in Camera Imperiali peti & impetrari, & narrata ad *Ordin. Camer. part. 2. tit 23.* dirigi possunt, Klock. *d. consil. 48. num. 53. & seq.*

Nec ab hac sententia aliquem dimovere poterunt, quæ in contrarium adducta, nam primum quod attinet, ejus resolutio ex prima decidendi ratione constat, ubi probatum est, quod cum jus commerciorum ex jure gentium descendat, eidem per contrariam Principis constitutionem nihil quicquam derogari possit, nisi in summæ & extremæ necessitatis casu, de quo nobis hic nullus est sermo. Sicuti etiam authores ibidem allegati Vasq. & Nic. Eveh. de statuto prohibente extrahi bladum loquuntur, quod tamen ita intelligendum esse, ne libera commercia vicinis impediantur, cum ea sint juris gentium, & Reipubl. quam maximè intersit, eadem florere, monet Klock. *consil. 37. n. 360.*

73 Sicuti etiam patescit ex secundi argumenti contrarii resolutione, quia allegata ibidem Dd. assertio ad casum extremæ necessitatis, vel publicæ utilitatis, puta si hæc annonæ extractionis prohibitio in universi Imperii utilitatem, vel publicum commodum, ad pecuniam ac nervum Reipubl. comparandum, redundaret, restringenda est, prout nominatim scribit Klock. *de contribut. cap. 1. n. 356. & consil. 10. n. 868. seqq. & consil.*
74 *29. n. 1007.* & ex præcedentibus apparet. Quia civilis ratio & charitatis præceptum dictat, ut fiat, quod facienti prodest, & alteri non nocet, *l. in creditore. 38. ff. de oviction.* Quali casu etiam subditi ad vendendum merces, aliâs non venales cogi possunt, Klock. *d. cap. 1. n. 357.* Verum extra necessitatis communis & publicæ utilitatis cancellos, Princeps non potest immutare vel tollere ea, quæ sunt juris gentium, Johan. Petr. Surd. *consil. 321. num. 4.* Klock. *de contribut. cap. 1. num. 371.*

Ad tertium respondetur, quod Dominus ingressum sui territorii non possit prohibere, nisi ex magna causa, quæ publicam utilitatem respiciat, Joh. Petr. Surd. *cons. 323. n. 43.* Peregrin.
75 *de jur. fisc. lib. 1. tit. 1. n. 22.* Et quod Domini terrarum non possint per suum decretum expellere mercatores sine causa, quia mundus est communis patria, dicit Bald. *in c. 1. num. 2. de form. fidel.* Surd. *cons. 174. n. 10.* Klock *cons. 48. n. 41.* Et libero commerciorum, viarum publicarum, fluminum publicorum, riparum, maris & litorum usu Principem vel alium regalia non habentem, transeuntibus & navigantibus interdicere non posse, quod usus viæ publicæ & navigatio fluminum publicorum & maris, sint juris gentium, & Princeps in suo permittere debeat, quod aliis prodest, & sibi non obest, *d. l. in creditore. ff de effection.* tradit Matth. de Afflict. *in c. unic. §. via n. 1. Quæ sint regal.* Et tale præceptum esse contra charitatem proximi, & contra ipsas leges, quæ commeatum & commercia juris gentium esse tradunt, scribit Peregrin. *d. n. 22.* Et ideò contra eos, qui horum usum sine justa causa impediunt, Camera Imperialis præcepta sine clausula, uti in facto omni jure probito, decernere solet, ut in causa Civitatis Aquisgranensis contra Ducem Juliacensem *27. Octobr. anno 1586.* decretum, & obtinuit Senatus Bremensis contra Comitem Oldenburgensem, cui etiam paritio injuncta fuit: Nec non Senatus & communitas Brunovicensis; contra Ducem Brunovicensem: Item Nobilis Alsatus de Lützelburg contra Iohannem Episcopum Argentinensem, Rosenthal. *de feud. cap. 5. concl 21.*

Quoad quartum diversa est ratio bono- 76
rum mobilium & immobilium, quia mobilia non ita jurisdictioni & pensitationi publicæ subjacent, sicuti immobilia, & forenses immobilibus facilius, quàm mobilibus carere possunt, & sic ob rationis diversitatem ab illis ad hæc argumentum validum desumi nequit.

Ad quintum respondetur, quod, licet hoc 77
casu Domini territorialis vel Civitatis alicujus commodum & utilitas versetur, ex unius vel alterius tamen Domini vel Civitatis, horumque subditorum & civium commodo & utiliata non possit publica utilitas vel necessitas æstimari vel dijudicari, sed ad hoc quoque vicinorum Statuum & Ordinum, horumque subditorum utilitas & commodum requiratur, ipsisq; commerciorum usus liber relinquatur & salvus sit, Klock. *consil. 10. n. 848. & cons. 48. n. 42.* Et sic meritò hic major utilitas publica omnium vicinorum Statuum & ordinum, totiusque regionis, minori, sive unius alicujus Domini vel magistratus, utilitati præferatur, *c. bonæ X. de postulat. prælat.* Natta *cons. 500. n. 12.* Joh. Petr. Surd. *cons. 210. n. 30.*

Ad 6. respodetur, non id quod fit & fieri solet, sed quid fieri debeat, observandum, & non exemplis, sed legibus judicandum esse, *l. nemo. 13. C. de sentent.*

CAPUT XXIII.

De cura Nundinarum.

SUMMARIA.

1. *Nundinas solennes, annuas vel semestres solus Imperator concedit.*
2. *Hebdomadales juri territoriali adscribuntur, & à territorii dominis & loci magistratibus institui possunt.*
3. *Etiam vicinis invitis.*
4. *Nundinarum nomine pecunia forensis exigi potest.*
5. *Nundinarum tempore mercatores à tributis & vectigalibus immunes esse debent.*
6. *Nemo in nundinis molestari debet.*
7. *Nec pro debito arrestari, & quando secus.*
8. *Nundinæ cur per signum campanæ incheentur?*
9. *Francofurtenses jus arrestandi in nundinis sibi vindicant.*
10. *Jus de non arrestando ad solemnes tantùm nundinas pertinet.*
11. *Magistratus providebit ne fraudes committantur in mercibus.*
12. *Ne mercatores monopolia exerceant, vel creditores fraudent.*
13. *Mercium venalium nomine statuta condi possunt, ne extranei merces suas nisi in nundinis venales in foro exponant, & n.* 14.

15. *Quo nomine olim apud Romanos ædiles creati.*
16. *Et Hansgravii.*
17. *Ponderum quoq; & mensurarum cura habenda.*
18. *Nemo duas diversas habebit mensuras.*
19. *Pondera & mensuræ ex archetypo desumenda, qui in loco publico haberi debet.*
20. *Falsis ponderibus & mensuris utentes, quomodo puniantur.*
21. *Diebus sacris & feriatis nundinæ non sunt celebrandæ.*
22. *In Ecclesiis & cœmiteriis mercatum exercere non licet.*
23. *Nundinæ semel cecessæ, sine justa causa auferri non debent, secus si justa causa subsit.*
24. *Nundinæ non utendo per decennium amittuntur.*

Commercia ut sint & frequentiora, & certiora, & tutiora, nundinæ certæ institui solent, quæ vel sunt publicæ, solemnes, annuæ, semestrales, vel hebdomadales. Publicas sive solemnes & annuas sive semestrales quod at-
1 tinet, earundem concessio, institutio & ademptio, Jahrmärckte und offentliche Messen anzurichten/ad Regalia pertinet majestatis, & penes solum est Imperatorem, *l. unic. C. de nudin. l. 1. ff. eod.* Dn. Cluten. *syllog. rer. quotid. conclus. 22. lit. e.* Menoch. *cons. 302 n. 31.* Matth. Stephan. *de jurisd. lib. 2. part. 1. cap. 1. membr. 2. n. 98.* Thom. Michel. *de jurisd. concl. 12. lit. d.* Sixtin. *de regal. lib. 1. cap. 2. n. 37.* Ziegler. *§. civitas. concl. 1. n. 14.* Besold. *thes. pract. verb.* Meß/ Jahrmarckt. Knichen. *de Saxon. non prov. verb. Ducum cap. 5. n. 484.* Et hoc nundinarum publicarum privilegium Imperator non consuevit alicui dare, nisi adjacentibus & vicinis civitatibus, quarum interesse possit, prius auditis Gail. *2. obs. 69 n. 24. & 25.* Schön-
2 born. *lib. 5. polit. cap. 17.* Besold. *d. l.* Hebdomadales verò nundinæ/ Wochenmärckt/non sunt de regalibus, sed ad jus superioritatis territorialis pertinent, Christoph. Mingius *de super. terrt. conclus. 82.* Ziegler. *§. civitas. concl. 1. num. 12* Et à quolibet loci magistratu, sine ulla Principis sive superioris licentia, instirui possunt, Bald. *in l. un. C. de nund. & ibi* Sichard. *in rubr. n 2. & 3* Thesaur. *decis. 264. n. 4.* Matth. Steph. *de jurisd. lib. 2. part. 1. cap 1 membr. 2. n. 104.* Bocer. *de regal. cap. 2. n. 239.* Ziegler *d. § civitas. concl. 1. n. 12. & 13.* Wesembec. *in parat. ff de nundin. n. 1* Knichen. *d. verb. Ducum. c. 5. n. 492.* Besold. *d. verb.* Meß/*vers. nundinæ vulgares.* Caspar. Klock. apud Arumæ *tom. 3. disc. 14. de regal. dign. concl. 101.* Klock. *de contribut. cap. 3. n. 78.* Reinking *de regim. secul. libr. 1. class. 5. cap. 6. n. 54.* ita ut hujusmodi nundinarum hebdoma-
3 lium erectio à territorii Domino fieri possit, etiam invitis & contradicentibus vicinis Imperii Statibus, per *l. Grachus. 4. C. ad L. Jul. de adult.* Thesaur. *decis. 264.* Franc. Marc. *decis 53. part. 1.* Etiamsi vicinis nundinis incommoda inde nascantur, *arg. l. 1. §. deniq; 12. l. 2. §. Idem, l. abeo. 9. ff. de aqua pulv. arc. l. fluminum. 24. in fin. & ibi* Gothofred. *ff. de damn. infect.* Alciat. *cons. 24. lib. 5. tom. 2.* Cravet. *cons. 640.* Cephal. *cons 342. lib. 3.* Nisi vicini contrario privilegio ab Imperatore muniti sint, Gail. *2. obs. 69. n. 24.* Vel hoc principaliter ad vicini æmulationem tendat, *l. opus novum. 3. ff. de oper. publ. l. nec avus. 4. C. de emancip. liber.* Gail. *d. observ. 69. n. 24.* Fichard. *consil. 51. in fin. vol. 2.* Petr. Peck. *in c. quod ob gratiam n. 5. X. de R. I.*

Quarum nundinarum nomine pecuniam forensem exigere licet, das Marcktgelt/Standgelt/Bodenzinß von den Krämern/und Buden vor den Häusern einfordern/ Thom. Michaël. *de* 4
jurisdict. concl. 137. lit. g. Mingius *d. concl. 82.* Engelbrecht, *de jurisdict. concl. 160. lit. c.* Ziegler. *d. §. civitas. concl. 1. n. 45.* Matth. Stephan. *de jurisd. lib. 2. part. 2. cap. 2. n. 43. seq.* Wehner. *verb.* Bodenzinß. *ut enim forum. §. fin. l. de contrah. empt. §. universitatis. 6. l. de rer. divis.* sic ejusdem quoque proventus unversitatis sunt, Welembec. *cons. 12. num. 67.* M. Stephan. *d. cap. 2. n. 44.* Quod jus exigendi etiam alii ad mixtum Imperium referunt, Besold. *thes. pract. verb.* Schutzvogt und Standgelt. Ex quo non levis Reipubl. utilitas infertur, & nundinæ solum ejus provinciæ, in qua celebrantur, pinguefaciunt, ut ait Azo. Cujus utilitatis intuitu varia privilegia nundinis adquiri & concedi solent, quo peregrini mercatores illuc alliciantur, de quo Petr. Greg. Tholos. *25 syntagm. cap. 3.* Choppin. *de Doman Franc.* 5
tit. 11. n. 23. sicuti imprimis sunt, ut quilibet mercator nundinarum tempore à tributis & vectigalibus immunis sit, *l. un. & ibi* Sichard. *C. de nundin.* Franc. Marc. *decis. 268 n. 2. part. 1.* Klock. *de contribut. cap. 1. n. 79. seq.* Quod etiam à nonnullis extenditur ad mercem loci, vom Weggelt/ Fahrgelt/ Gothofred. *in d. l. un C. de nund.* nisi consuetudo loci aliud velit, Wehner. *verb.* Meß. Quo jure hodie vulgò utimur, ut etiam in nundidis vectigal debeatur, nisi principali hoc privilegio datum sit, Parlador. *rer. quotid. lib. 1. cap. 3. §. 5. n. 24.* Klock. *d. cap 3. n. 80.*

Ex quo etiam nemo debet in nundinis mo- 6
molestari, Pelin. *in c. causam, quæst. 1. vers similiter. n. 25. de rescript.* Bertachin. *de gabel. part. 8. membr. 2. num. 19.* Ren. Choppin. *de doman. lib. 1. tit. 11. n. 24.* Dan. Moller. *semestr. 12.* Nec pro debito a- 7
libi contracto ad nundinas profectus detineri, vel arrestari, *l. un. C. de nundin.* Petr. Peck. *de jur. sisten. cap. 10. n. 3.* Nic. Everh. *cons. 21. vol. 1.* Coler. *de process. exec. part. 2. cap. 3. n. 195.* Thessaur. *decis. 264.* Fr. Pfeil. *cons. 181.* Raudens. *resp. 23. lib. 2.* Bocer. *de regal. cap. 2. n. 240.* Berlich. *part. 1. concl. 53. n. 1. seq.* Et ita in Camera judicatum 19. *Aug. Anno 1528.* daß der von N. Unterthonen zur Zeit deß Jahrmarck unbillicher Weiß gefangen und verstrickt / sondern der Zeit wie andere bey Marcks-Freyheiten gelassen werden sollen/ refert Klock. *d. cap. 3 n. 83.* ubi hoc limitat, si debitum sit juratum, Pech. *d. l. n. 3.* Pacian. *cons. 64. n. 16.*

n. 16. seq. Vel in ipsis nundinis contractum sit, *l. hæres absens. 19. §. proinde. 2. ff. de judic.* Peck. *d. l. n. 6.* Berlich. *d. concl. 53. n. 8.* Vel nundinarum privilegio renunciaverit, Joh. Parlador. *rer. quotid. lib. 2. cap. fin. part. 5. §. 4. n. 13.* Carpzov. *jurispr. for. part. 1. constit. 30. defin. 27.* Vel etiam fugæ periculum immineat, Peck. *d. n. 6.* Klock. *d. n. 83.* Græven. *2. concl. 44. consid. 1. n. 26.* Berlich. *d. concl. 53. n. 10.* A quibus tamen dissentit Carpzov. *jurispr. for. part. 1 const. 30. defin. 25.*

8 Hæc autem privilegia durant tempore tantum nundinarum, quod ut melius noscatur, consuetum est nundinas per signum campanæ inchoare & finire, die Meß wird ein- und außgeleutet/ Moller. *1. semestr. cap. 12.* Berlich. *d. concl. 53. n. 14.* Everhard. *cons. 31.* Carpzov. *d. const. 30. defin. 28.*

9 Francofurtenses tamen tàm vi privilegii Friderici. III. quam inveterata consuetudine, etiam in nundinis jus arrestandi sibi vindicant, quod disputatum in causa Oppenheim & consorten, ubi Oppenheimenses non minus privilegiati citationem ad videndum se incidisse in pœnam privilegii de non trahendo cives ad aliud judicium impetrarunt, sed Rei *26. Septembr. anno 1564.* absolutoriam obtinuerunt, referente Klock. *de contrib. cap 3. n. 83.*
10 Hoc autem privilegium de non arrestando ad solemnes tantum pertinet nundinas, Carpz. *jurispr. for. part. 1. const. 30. defin. 23.* Et mercatores tantum non vero alios cives concernit, Carpz. *d. l. defin. 24.*

11 Magistratus officio incumbit providere ne fraudes comittant mercatores in mercibus, in lino, in serico, in panno, in purpura, in gemmis, in aromatibus, in cera, in oleo, in vino, in frumento, in equis, in animalibus, & in omnium mercium genere, ut fructus sint maturi, ut edulia sint salubria, nec carnes & pisces corrupti, contagiosi & putridi publicè vendantur, nec cupedinarii cupediis suis ac deliciis nimiis valetudini civium noceant, *msc. fol. 165. seq.*

12 Providendum quoque ne initis sodalitiis contra jus, fas & leges monopolia exerceant, omnia tentantes, cogitantes, explorantes, quibus multitudinis opes ad se contrahant, dum collectis pecuniis alios vincant, alios præveniant, alios exaucto rerum pretio deterreant, ac soli emant omnia, quæ deinceps pro suo lubitu soli vendant quam maximi; neve ingenti ære alieno consarcinato, constituto alibi domicilio, inde verò prostituta fide, verso solo profugi, & serò aut nunquam redeuntes, creditores fraudent, & ad desperationem & laqueum adigant; neve ex debitis debita germinantes, civitates suffocent & evertant, ac fœnori & usuris incessanter dediti, totius plebis substantiam devorent, neve monetæ valorem, ut cunque suo lucro conducere visum est, cum maximo Reipubl. damno nunc intendant, nunc demittant, aut explorata Principum consilia, & patrios rumores hostibus renuncient, &c. Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 25. num. 54.*

13 Atque hinc quoque mercium venalium nomine statuta condi solent & possunt, ita ut pro utilitate suorum civium, soli cives, extraneis exclusis res eas, quas tanquam artifices operantur, venales in foro exponant, daß frembde Handwercksleuthe ihre zubereitete Arbeit nicht in ihre Stadt verkauffen / und feil haben dürffen / Mod. Pistor. *part. 4. quæst. 134. n. 7. & 8.* Matth. Stephan. *de jurisd. lib. 2. part. 2. cap. 7. n. 45. & 46.* Ziegler. *§. civitas. concl. 1. n. 24.* Et non nisi in nundinis publicis vel hebdomadalibus, sicuti etiam ordinatum in der Fürstl. Würtenberg. Lands-Ordnung. *tit. 29. §.* Darumb zu Abstellung. *2. fol. 68.* Hoc enim non pertinet 14
ad jurisdictionem, sed ad commodam bonorum administrationem, ubi imprimis civium utilitatem versari sufficit, qui sicut ad onera civitatis aliâs tenentur, ita in alio commodo sunt adjuvandi, Author *consil. Fridberg. cap. 2. n. 53. seq.* Et aliâs civis quilibet suæ civitatis jure & privilegiis meritò gaudere debet, *l. 1. ff. de censib.* Hotoman. *cons. 3. n. 14.* Joh. Vinc. Hondedæ. *vol. 1. cons. 5. n. 38. seq.* Ex quo etiam, ne in mercibus & ponderibus fraudes committerentur, duo olim apud Romanos à Julio Cæ- 15
sare Ædiles creati, qui Cereales dicti, qui Cibariorum & mensurarum habebant rationem, testibus Fenestel. & Halicarnass. Damhoud. *prax. rer. crim. cap. 123. n. 3.* Eorumque officium erat, de mensura jus dicere, vasa minora frangere, & cætera, *msc. 304.* Considerabant enim hanc curam politicam, & istarum rerum diligentem observantiam, plurimum utilitatis ad Rempubl. augēdam & conservandam proferre, eam verò neglectam, Reipubl. bono plurimum officere & detrimento esse, Damhoud. *d. l. n. 4.* 16
Ex quo etiam olim fuit Hanßgrave/ sive Handelsgrave/ de quo *supra lib. 3 cap. 43 n. 19.*

Imprimis autem magistratus curabit, ut 17
mensuræ & pondera sint justa & æqua, cum regali rei nummariæ connecti soleat ratio ponderum, mensurarum, modiorum, & ulnarum, ut iis certus modus præfigatur ad fœlicem usum commerciorum, & annonæ quoquæ publicæ curam rectè administrandam, Carol. Tapia *in l. fin. ff. de constit. Princip. part. 1. cap. 2. n. 50.* Knichen. *de jur. territ. cap. 4. n. 287. seq.* Besold. *de jur. majest. cap. 8. n. 9.* cum in pondere, numero & mensura Reipubl. fundamentum consistere videamus, quibus ceu præcipuis columnis subductis, ipsum tectum & Reipubl. corpus conquassari & currere necesse est; Et statera & pondus judicia Domini sunt, *Proverb. 16. v. 11.* Et ad superioritatem territorialem & jurisdictionem magistratus cura ponderum spectat *supra lib. 1. cap. 12. n. 77. seq.* Principsque & magistratus fidelem de mensuris annonæ publicæ curam suscipere debet, ut modii, stateræ, ulnæ, ponderaque ad commercium & annonam pertinentia, quantum fieri potest, unius sint generis, sint certa & justa, atque ad vicinorum, cum quibus commercia agitamus, rationem & usum accommodata, ut eorum expediendorum facilior sit ratio, ut sub æquali pondere & mensura, commercia in universo territorio exerceantur, confer *supra d. cap. 12. n. 78.* Neque etiam permittet magistra- 18
tus, ut quis duas habeat mensuras, & duo pondera, parva & magna, quod & jure divino prohibitum est, *Deuteron. 25. v. 13. Levit. 19. v. 36. Ezech. 20. Michea, 6. v. 10. Marc. 4. v. 24.*

Ex

19 Ex quo etiam subditi formam & pondus ex archetypo desumere obstringuntur, & municipia sua pondera aenea, ferrea vel lapidea, ihre Stattgewichte/ pro norma publica in publico loco asservare solent & debent, *l. modios. 9. C. de suscept. Novel. 128. cap. 15.* Et laudabilis esse solet consuetudo ad coercendas venditorum fraudes, quae ponderationes omnes majores, quae suam habent quantitatem definitam, in loco publico ad id destinato, in der Statt-Wage/ coram praefecto ponderibus, vor dem Wagmeister fieri jubet, pro cujus juris conservatione & in compensationem impendiorum certam pecuniam, das Wag-Gelt/ accipiunt, quod Reipubl. expedire scribit Klock. *de aerar. lib. 2. cap. 17. n. 1.* ubi *n. 3.* addit, quod in optimis politiis prototypi ponderum & mensurarum publicè exponi & affigi, nec non signaculis civitatis, mit dem Statt-Zeichen/ insigniri soleant. Ex quo etiam municipiis jus ponderandi, mensuras inspiciendi, constitutam quantitatem conservandi, merces falsas eripiendi, venditores mulctandi competit, *l. jubemus. C de defensor. civit.* Obrecht. *de jurisdict. cap. 11. num 25.*

20 Quibus autem poenis falsis mensuris & ponderibus utentes afficiantur, vide Menoch. *casu 317.* Damhouder. *prax crim. cap. 123 n 7 & seq.* Klock. *de aerar. lib. 2. cap. 36. n. 9. & seq.* Carpz. *prac. crim. quaest. 93. n. 78. seqq.* Et ab aedilibus curulibus pondera & mensuras olim frangi debuisse ante januam illius, qui illis fuerit usus, traditur in *l. item quaeritur. 14. §. si quis mensuras ff locat.* Molina *de just. & jur. tom 2. disp. 701. n 10.*

Illud quoque curandum est magistratui, 21 ne diebus sacris & feriatis nundinae celebrentur, per *Esdr. 1. cap. ult. Nehem. 13. v. 15 seqq. Exod. 26. v. 8 seq. l. dies festos. C. de feriis.* Rebuff *in constit. negn. de mercat. art. ult gloss. ult n. 15. seq.* Gratian. *decis. 21.* Carpzov. *jurisprud. consistor. definit. 253. n. 1. & seq.* Nec licet in Ecclesiis & coemiteriis 22 mercatum exercere, *c. decet de immun. Eccles. in 6.* Franc. Marc. *decis. 268. part. 1.* P. Greg. Tholos. *syntag. jur. univers. lib. 25. cap. 3 n. 8.*

Nundinae semel concessae, sine justa causa 23 auferri nequeunt, *arg. c translato. X de constitut.* Sichard. *in l. un. n. 1. C. de nundin.* Ex justa autem causa auferri posse, respondit Natta *cons. 511. & 512.* ejusque opinionem secutum esse Senatum Pedemontanum in judicando, refert Thesaur. *decis. 264.* Sicuti etiam Carolus IV. hoc jus abstulit Francofurtensibus, & Moguntiam transtulit, quod tamen mortuo Gunthero intercessione Rudolphi Palatini & Marchionis Brandeburgici, ipsis restituit, Peucer. *lib. 5 Chron. fol. 805.* Arnisae. *de jur. majest. lib. 2. cap. 3. n. 18.*

Amittuntur quoque nundinae non utendo 24 per decennium, si occasio utendi sese obtulit, *l. un. ff. de nundin.* Secus autem est, si facultas utendi non fuerit, Gail. *2. obs. 60. n. 1. seq.*

CAPUT XXIV.

De cura Pauperum & personarum miserabilium.

SUMMARIA.

1. *Pauperibus in civitate eleemosynis succurrendum est.*
2. *Non mores, sed hominis miseria respicienda.*
3. *Quibus eleemosyna danda.*
4. *Divitiae nobis datae, ut pauperibus dentur.*
5. *Quinam sint pauperes.*
6. *Viduarum & orphanorũ maximus favor.*
7. *Inter miserabiles personas referuntur studiosi.*
8. *Vacuum in Studiosorum crumenis invenitur.*
9. *Magistratus officio incumbit inquirere, quinam sint pauperes & eleemosynis digni.*
10. *Peregrini pauperes quinam?*
11. *Qualibet respubl. suos alere debet pauperes.*
12. *Si verò id fieri nequeat, testimonia paupertatis ipsi danda sunt.*
13. *Inquilini pauperes quotnam sint.*
14. Haußarme Leut *quinam sint?*
15. *Debiles & infirmi in hospitalibus potius alendi, quàm ostiatim stipem quaerere ipsis permittendum.*
16. *Imprimis verò hoc permittendum non est, mente captis, furiosis, deformibus &c.*
17. *Quorum nomine constituta sunt ptochotrophia, orphanotrophia, brevotrophia, Nosocomia, gerontocomia, Xenodochia, Nosodochia, &c. & n. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24.*
25. *Haec loca privilegiis fruuntur Ecclesiarũ.*
26. *His de reditibus prospiciendum.*
27. *Magistratus pro pauperibus stipem colligere possunt variis modis.*
28. *Curatores pauperum constituendi sunt, horumq; officium.*

Quemadmodum in benè constituta Republica à magistratu sustentationis habenda est ratio in universum, ita etiam singulorum, & præsertim pauperum & miserabilium personarum habenda est, cura, cum & hæ membra sint civitatis Schonbor. 1 *lib. 3 polit. cap. 18. in princ.* Et his personis in miseria, & egestate & inopia sua succurrendum, & eleemosynas dandas esse, sacræ monent & jubent literæ. Si unus de fratribus tuis ad paupertatem devenerit, non obturabis cor tuum, nec contrahes manum tuam, sed aperies eam pauperi, *Deuter. 15. v. 2. & 8.* Frange esurienti panem tuum, *Esai 58. v. 7.* Benefacite, & mutuum date, nihil inde sperantes *Luca. 6. v. 35.* Et D. Paulus inquit: Divitibus hujus seculi præcipe, facilè tribuere & communicare, *1. Timoth. 6. v. 8.* Beneficentiæ & communionis nolite oblivisci, *Hebræ. 13 v. 16.* Et multos in novissimo die in ignem æternum missum iri propter intermissam eleemosynam, testatur Christus, *Matthæ. 25.* Et Dei dilectio negatur ei, qui proximo misericordiæ opera negat, *1. Iohan. 3. v. 17. Iacob. 2. v. 15.* Hinc præclarè Rembertus Episcopus Bremensis, non est, inquiebat, hæsitandum, cunctis subvenire pauperibus: quia in quo sit Christus, seu quando advenit ignoramus, 2 Alb. Crantz. *2. metrop.* 11. Ita ut hic Aristotelis dictum locum inveniat, qui objurgatus à quodam, quod dedisset eleemosynas improbo: Non mores, dixit, sed hominis miseriam respexi, Laërt. *lib. 5. cap. 1.* ut non tam homini, quam humanæ sorti dedisse videatur, Laërt. ibid.

Et omnibus egentibus generaliter dandam esse eleemosynam, quantum ad vitæ sustentationem sufficit, monet Frid. Balduin. *de casib.* 3 *conscient. lib. 4 cap. 17. cas. 9 pag. 1265.* Et Atticus quidam eos maximè eleemosyna dignos censet, qui petere non audent, Besold. *de jur. ordin. civ. cap. 6 n. 2.* ubi etiam addit, quod Cracoviæ quidam Episcopus, plus olim pauperibus dederit, quam ex reditibus acceperit, & tamen sat commode vixerit, Guyon. *tom 3 lib. 2. cap. 22.* Pauperes, cum aliquid à nobis petunt, minimè petunt id, quod est nostrum, sed quod ipsis nos debemus, Besold. *d. n. 2.* Et divitias nobis datas, ut 4 pauperibus dentur, edocet Paracels. *de bona & mal. fortuna. tom. 2. fol. 209.* Et in Capitulis Patrum Rabbi Eleazar dicit: Da ei de suo, quoniam tui, & quæcunque habes illius sunt. Et qui uni ex minimis beneficium confert, id ipsi Christo facit. Da itaque pauperibus, quod accipias, sere quod metas, sparge quod colligas:

Extra fortunam est quicquid donatur egenis:
Quas dederis, solas semper habebis opes.

Unde Augustinus, pauperum, inquit, est rogare, divitum erogare, Dei verò compensare.

Sunt autem pauperes & miserabiles perso- 5 næ, qui vitio corporis affliguntur, senio decrepiti, morbo diuturno laborantes, absque culpa & fortuito casu bonis lapsi, mentis impotes, & insani, quos non modò tolerare, sed & omnibus eleemosynis sustentare, ipsa æquitas & Christiana charitas suadet, Frider. Balduin. *de casib. conscient. lib. 4. cap. 17. cas 9* Lather. *de cens. lib. 3. cap. 19. n. 35* Reinh. König. *in theat. polit. part. 2. cap. 10.* Quibus etiam accensentur viduæ & or- 6 phani, utpote quorum maximus est favor, tanquam personarum miserabilium, *l. un. C. quand. Imper inter pupill. & vid.* & quarum personarum cura maximè ad generosa pertinet pectora, Joh. Limnæ. *de jur. publ. lib. 6. cap. 5. n. 94.* ac fidei & protectioni Principum commendantur, *Exod. 22. v. 23 Esdr. 1. v. 23. Zachar. 7. v. 10.* Et commiseratione digni sunt, sive divites hi, sive pauperes sint, cum & divites hominum injuriæ sint expositi. Carpzov. *lib. 2 jurispr. consist. tit. 21. defin. 329. n. 9.* Unde distinguitur, quod quædam personæ sint miserabiles habitu, sed non actu, ut viduæ & pupilli divites; quædam verò habitu & actu, ut viduæ & pupilli pauperes, Panormit. *in c. significantibus. 6. X. de offic. deleg.* Carpzov. *d. l. n. 10. & 11.*

Referuntur quoque inter miserabiles per- 7 sonas Studiosi, quorum vita miserior, quàm aliorum, utpote qui seipsos exinaniunt, multis se periculis exponunt, frequentissimis vigiliis valetudinem infestant, laboribus ingenium exhauriunt, mortisque imaginem somnum fugientes, archetypum ipsum præpropere sibi accersunt, usque adeo, ut non malè dicatur scholasticus animal semper ferè & ubique prædicamento passionis subjectum, Joh. Limnæ. *de jur. publ. lib. 8.* 8 *cap. 9. n. 14. & 15.* præsertim, ii, ut plerumque fieri solet, inopia accedat; Regulariter enim vacuum, quod Philosophi nullibi invenire possunt, in crumenis scholarium invenire licet, Petr. Rebuff. *in auth. habita. C. ne filius. pro patr.* Ideoque & his per stipendia occurrendum est, Carpz. *d. l. defin. 328. per tot.* Atq; ideo distinguendum erit inter mendicantes vere pauperes, & qui labore suo vitam sustentare nequeunt, & validos & ignavos mendicantes, qui robusti sunt corpore, & propter ignaviam mendicare potius, quam laborare malunt, ita, ut illis eleemosynæ concedendæ, non verò his, de quibus capite sequenti dicetur.

Unde quoque magistratus officio incum- 9 bit, sedulò inquirere, quinam verè sint pauperes, & ad eleemosynæ collectionem digni, & quinam indigni, cum validi mendicantes & otiosi homines mille noscant fraudandi modos & technas, quibus vix ulla astutia occuri potest. Unde jam dudum monuit Keckerman. *in curs. Philos. disput. 30. quæst. 12.* ut magistratus constituat certum genus ministrorum & apparitorum, qui vagabundos illos & ignavos mendicantes, aliis ex locis accedentes observent, eosque in civitate stipem quærere mendicando non sinant, sed in Xenodochium deducant, ac ibi eos examinent, hospitiumque & victum per unam noctem suppeditent, matutino verò tempore statim è civitate educant.

Sunt autem pauperes vel peregrini, vel 10 inquilini. Peregrini pauperes sunt, qui à veritatis hostibus, & propter veritatis confessionem extorres vagari coguntur, vel propter annonæ in

in

in suis terris caritatem, vel grandinis calamitatem, vel incendiorum damna, domi se alere non possunt, Wilhelm. Zepper. *lib. 2. polit. Eccles. cap.*
11 *24.* Quamvis enim jure constitutum sit, quod quælibet Respublica suos ipsa alere debeat pauperes, *l. un. C. de valid. mendic.* Quod etiam Carolus Magnus præcepit, mendici, inquiens, per Regiones vagari non permittantur; suos pauperes quæque civitas alito; cujus constitutionem vide *infra cap. seq. 25. n. 11.* Idque etiam Imperii sanctionibus constitutum est, Reformat. guter Policey zu Augsp. *de anno 1548. tit.* von Bettlern und Müssiggängern/ quod repetitum est in der Policey Ordnung zu Franckfurt/ *de anno 1577. tit.* von Bettlern und Müssiggängern. *27.* ubi ita disponitur: Wir wollen auch/ daß eine jede Obrigkeit der Bettler und andere Müssiggänger halber/ ein ernstliches Einsehens thue/ damit niemands zu bettlen gestattet werde/ der nicht mit Schwachheit/ oder Gebrechen seines Leibs beladen/ und dessen nicht nothdürfftig seye. Item, daß auch der Bettler Kinder/ so sie ihr Brodt zu verdienen geschickt seyn/ von ihnen genommen/ und zu den Handwercken/ oder sonsten zu Diensten geweist werden/ damit sie nicht für und für dem Bettel anhangen. Item, daß auch die Obrigkeit Vorsehung thue/ daß jede Stadt und commun, ihre Armen selbst ernehre/ und unterhalte/ und den Frembden nicht gestatte/ an einem jeglichen Orth im Reich zu bettlen/ und so darüber solche starcke Bettler befunden/ sollen dieselbige/ vermög der Rechten/ oder sonst gebührlich gestrafft werden/ andern zum Abscheu und Exempel. Quod Denais. *jur. Camer. tit. Ordinatio polit. 209. §. 4. 5. 16. 17. 18.* ita reddit: Inopes quæque civitas suos alito, mendicos arceto: aliò nisi copia egenorum oppressa, & cum elogio non dimittito, Nosocomia ut sarta tecta sint, recteque rationes reddantur visitationes annuæ habeantur, reditus non alio, quàm sustentationi pauperum piisque usibus impendantur, magistratus providento. Nulli præterquam morbo vel debilitate coacto, mendicare permittito. Mendicorum liberos victui parando aptos, parentibus abstrahito, artibus servitiisque adhibeto. Mendicantes peregrinos arceto; validos in exemplum punito.

Cum tamen sæpè eveniat, ut ipsa Respublica vel provincia propter sterilitatam, vel incendium, belli calamitatem vel alium fortunæ casum, tot pauperibus sit adimpleta, ut omnes sustentari nequeant, sed alibi stipem quærere teneantur, his quoque in alienis provinciis eleemosynas colligere permittendum, & quia publicis bellorum periculis gliscentibus, non exigua proditionum, explorationum, & incendiorum mala ab his perigrinis mendicantibus, qui exilia, profligationes, sterilitatem & annonæ
12 caritatem in suis terris, idque genus alia mentiuntur, metuenda, testimoniis minimè suspectis instructi esse debent, ab illis etiam fidei, propter quam exilium prætendunt, confessio exigenda, & magistratibus studiosè observanda & explotanda, d. Reform. polit. *de anno 1548. tit. 26.* & d. Policey-Ordn. *de anno 1577. tit.* von Bettlern. *27. vers. & ibi:* Es wäre dann Sach/ daß ein jede Statt/ oder Ambt also mit vielen Armen beladen/ daß sie der Ort nicht möchten ernähret werden/ so soll die Obrigkeit dieselben Armen mit einem brieflichen Schein und Urkundt/ in ein ander Ampt zubefördern macht haben. Ita, ut nemo ad eleemosynæ collectionem admittatur, priusquam miseriam & paupertatem suam docuerit, & licentiam stipem colligendi à ministerio & magistratu obtinuerit, & desuper publicas literas impetraverit, sicuti in Saxonia constitutum esse probat Carpzov. *lib. 2. jurisprud. consist. tit. 21. defin. 325. num. 9. seq. & definit. seq. 326. per tot.* ubi sine præscitu, consensu & testimonio magistratus mendicos stipem colligere non posse scribit.

Inquilini pauperes duplicis sunt generis, 13
vel enim tales sunt, qui retinent aliquam adhuc œconomiam, familiam alunt, conjugem & liberos habent, manibusque & operis quotidianis victum sibi parere student, sed temporum iniquitate, aliaque calamitate oppressi, victui comparando, familiæque in totum sustentandæ sufficere nequeunt, & vulgo appelantur Hauß-
arme Leuthe/ quos magistratus notatos & commendatos sibi habeat, eorumque egestati & necessitati succurrat, Keckerm. *system. polit. cap. 14. in fin.* Vel tales sunt, qui nullam œconomiam habent, quorum quoque non minor cura habenda, nec permittendum erit, ut hinc inde in plateis oberrent, stipem quærant, sed non inveniant, cum non major sit nota Reipubl. malè constitutæ, quàm si multæ miserabiles personæ in ea oberrent, & subsidia non inveniant, quæ res maximam etiam confusionem in gubernatione parit, Petr. Gregor. Tholos. *de prælud. jur. lib. 2. cap. 24.* Reinh. Konig. *in theat. polit. part. 2. cap. 10. n. 22.* Keckerm. *syst. polit. cap. 14.* Et sic quoque in populo Israelitico mendicantibus nullus fuit locus, *Deut. 15. v. 4.* Quod etiamnum hodie in suis cætibus Judæi observant. Et Judæis quidem lex erat lata, ne mendicos in sua Republ. tolerarent; sed & Christi tempore mendicantium magna fuit copia, *Lucæ. 16. v. 20. & 18. v. 35. Joh. 9. v. 8. Actor. 3. v. 2.* Ex quo depravatum illius Reipubl. statum & degenerantem à primis legibus fuisse tempore isto, colligit Schönbor. *lib. 3. polit. cap. 15. vers. nec in Israelitico.* 14
Indeque debiles & infirmos præstat in Xeno- 15
dochiis sumptu communi & publico detinere, quam ostiatim per plateas victum quærendi facultatem permittere, Reinking. *de regim. sec. lib. 2. class. 1. cap. 7. n. 7.* Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 102. n. 32. & 33.*

Imprimis autem curare debet magistratus, 16
ne publicè in plateis oberrint, mente capti, furiosi, qui hominibus nocere; & membris debilitati, deformes, morbo caduco affecti, & similes, qui ex spectu & propter deformitatem, fœminis gravidis & aliis personis honestis, terribiles & maximo damno esse possunt. Atque indè, si non ex mandato divino, nihilominus tamen vel saltem propter Reipubl. decus, prudens magistratus providebit, ut hujusmodi personæ in hominum prospectum non prodeant, sed separatim alantur, in quem etiam finem pruden-

denti consilio in bene constitutis Rebuspulicis certa collegia & receptacula sunt ordinata, de quibus Schonb. *3. polit. 18.* Hensler. apud Basileens. *tom. 4. disp. 22. concl. 34.*

17 Qualia sunt 1. Ptochotrophia, in quibus aluntur mendici & pauperes, Armenheuser/ *l. illud quod ex 19. l. sancimus. 22. C. de SS. Eccles.*

18 2. Orphanotrophia, Weisenheuser/ in quibus educantur minores parentibus & facultatibus destituti, *l. Orphantrophos. 32. C. de Episc. & cler. l. privilegia. 17. C. de sacros. Eccles.*

19 3. Brephotrophia, in quibus aluntur infantes, præsertim expositii, Fundelheuser/ *d. l. illud quod. 19. l. sancimus. 22. C. de SS. Eccles.*

20 4. Nosocomia, pro valetudinariis, Krancken heuser/ constituta, Schönborn. *3. polit. cap. 18.*

21 5. Gerontocomia, quæ apud Vitruv. *lib. 2. cap. 8.* dicuntur Gerusia, in quibus tenues homines, qui affecta ætate victum sibi suis operis parare amplius non possunt, aluntur, *d. l. illud. 19. & d. l. sancimus. 22. C. de SS. Eccles.*

22 6. Xenodochia sive Hospitalia, quæ advenas, ægrotos, inopes, debiles, invalidos, qui sibi ipsis per laborem de alimentis prospicere non possunt, hospitio excipiunt, *d. l. sancimus. 22. C. de SS. Elcles.*

23 7. Nosodochia, sive Leprosoria, Siechenheuser/ in quibus leprosi, & morbis contagiosis affecti recipiuntur & curantur.

24 8. Constituenda quoque sunt receptacula pro mente captis, insanis & furiosis, quo nomine Illustrissimi Hassiæ Landgravii deprædicandi, dum ejusmodi homines in cœnobium Hanovianum in inferiore Hassia receperunt, & quatuor summa hospitalia ingenti egenorum & verè pauperum cœtui sustentando, liberalissima & nunquam satis laudanda gratia aperuerunt & ex monasteriorum reditibus locupletaverunt.

25 Hujusmodi ædificia & collegia, iisdem fruuntur privilegiis, quibus Ecclesiæ, *Novel 131. §. pen l. omnes. 33. C. de Episc. & cler.* Felin. *in c. de quarta. col. pen. X. de præscript.* M. de Affl. &. *decis. 67. n. 4.* Tiraquel. *de privil. piæ caus. priv. 137. & 138.* Carpzov. *jurispr. consistor. lib. 1. tit. 6. defin. 92.* Tusch. *lit. H. concl. 163. & 166.* Licet enim hæc propriè ad bona Ecclesiastica non referantur, piis tamen locis adscribuntur, in iisque opera pietatis exercentur, Castrens. *conf. 167. lib. 2.* Bald. *conf. 465. lib. 1.* Bertrand. *lib. 1. conf. 244. n. 3.* Et donatio his locis & piis causis facta insinuatione non indiget, *l. illud. quod. 19. C. de SS. Eccles.*

26 Non tamen sufficit pauperibus de domiciliis prospicere, sed & de certis reditibus curare, quibus ordinariè sustentari possint, Keckerm. *system. polit. cap. 14.* Et ipsi quoque privati facultatibus abundantes pauperibus succurrere debent, & ut divites, qui facultatem faciendæ mercaturæ habent, egentibus ad necessitatem vitæ suggerant, & largiantur, monet. Aristot. *6. polit. 9.* Indeque Ludovicus VII. Franciæ Rex non minimam promeruit laudem, quod multa pupillis & tenuibus viduis testimento legavit, Bodin. *de republ. lib. 6. cap. 2.* Si quid autem pro sustentatione pauperum legatum fuerit, id probè conservandum erit, nec facilè alinandum, nisi justa & probabilis sufficiensque subsit causa, Carpzov. *jurisprud. consist. lib. 2. defin. 330. n. 12. seq. & defin. 331. per tot.* Et si pia causa pro qua legatum relictum, ad aliam consimilem & æquè piam causam convertendum est, Carpzov. *d. l. defin. 333.*

Solent quoque magistratus pro pauperibus alendis stipem colligere, idque diversis modis; quibusdam enim in locis ipsimet mendicantes, vel quidam saltem ex illis, vel etiam certi cives ad hoc deputati ostiatim eleemosynas colligunt; alibi pelves ponuntur præ foribus templi, in quas munus suum unusquisque defert, alibi inter concionandum loculi circumferuntur dieb⁹ dominicis & feriatis, & sub concionibus funebribus, & in nuptiis solemnibus, nec non in diversoriis publicis ab hospitibus peregrinis eleemosynæ petuntur & solvuntur: Alibi quoque contrahentes, permutantes locantes aliquid largiuntur, & alibi aliter, confer Zepper. *lib. 1. polit. Eccles. cap. 26.* Nec quoque justior sacrorum redituum usus esse potest, quam si in pauperes erogentur, de quo vide *supra cap. 8. n. 10. & seq.* 27

Curatores quoque pauperum & miserabilium personarum sunt constituendi, quorum officium erit, catalogum pauperum certum habere, reditus gazophylatiorum, & eleemosynas cæteras diligenter colligere, eleemosynas diligenter dispensare, si eleemosynæ non sufficiant, tempestivè monere, acceptorum & expensorum fideliter rationem reddere, & toto officio fidem reddere, vide Zepper. *lib. 2. polit. Christ. cap. 22.* Atque hoc quoque sancitum est in Policeyordn. zu Franckfurth *de anno 1577. tit.* von Bettlern/ *17 in fin ibi:* Eine jede Obrigkeit / soll auch an Orthen da Spitäl seynd/darau und darob seyn/ daß solche Spitäl fleissig underhalten / und gehandhabet/ der Verwalter/ oder Spitalmeister Rechnungen jährlich abgehört/ auch die Spitäll auffs wenigst im Jahr einmahl von der Obrigkeit visitiret/ und ihre Nutzung und Gefällen zu keinen andern Sachen / dann allein zu Underhaltung der nottürfftigen Armen/ und zu güttigen barmhertzigen Sachen gekehrt und gebrauchet werden. 28

CAPUT XXV.

De otioſis, mendicis validis, vagabundis & extorribus, prodigis & bonorum decoctoribus, & Cingaris tollendis & coërcendis.

SUMMARIA.

1. *In Republica ſingulis ſuus dimenſus ſit labor.*
2. *Unum otioſum in Republica alere grave eſt.*
3. *Otium pulvinar Sathanæ.*
4. *Otioſorum vitia.*
5. *Otioſi & ſibi & Reipubl. nocent.*
6. *Nihil Reipubl. detrimentoſius, quàm otioſorum multitudo.*
7. *Inter hos referuntur, mendici circumforanei,* Landfährer / *& quænam horum mala?*
8. *Vagabundi ſcholares,* Baganten.
9. *Artificum diſcipuli,* Handwercks-Geſellen.
10. *Milites circumforanei,* gartende Landsknecht.
11. *Qui omnes non ſunt ferendi, nec his eleemoſynæ concedendæ.*
12. *Præſes Provinciam malis hominibus purgare debet.*
13. *Ad labores ſunt adigendi.*
14. *Exemplo Romanorũ, Gymnoſophiſtarum.*
15. *Regni Chinæ.*
16. *Alexandriæ Civitatis, Amaſis Regis, &c. & n. 17. 18. 19.*
20. *Adverſus otioſos inquirendum à Magiſtratu.*
21. *Domuum diſciplinarium,* Zucht-Häuſer / *utlilitas.*
22. *Quo nomine laudatur Amſterodamum.*
23. *Et Civitas Bremenſis.*
24. *Minus delinqũt otioſi ſimpliciter mendicantes, quàm qui morbos, infirmitates, incendia, &c. mentiuntur, & falſis teſtimoniis utuntur, & quomodo hi puniendi?*
25. *Validis mendicantibus deteriores ſunt Cingari, qui in Imperio Romano non ſunt tolerandi.*
26. *In Ducatu Würtembergico non tolerantur.*
27. *Et nuper ex Circulo Suevico proſcripti ſunt.*

ALiter verò ſe res habet, quoad otioſos, mendicantes validos, vagabundos, extorres, prodigos & bonorum decoctores, quibus non tãtum eleemoſinæ non dandæ, nec in Rebuspublicis ferendi, ſed debitis pœ-
1 nis coërcendi ſunt; ut in unaquaque Republica
ſingulis ſuus & dimenſus ſit labor, magiſtratui
curandum eſſe ſcribit Beſold. *claſſ. 2. polit. 4. concl.*
4. quia vel unum in Republ. alere ociosum grave
2 eſt, Keckerman. *lib. 1. ſyſtem. polit. cap. 10.* Quo-
rum multitudo facile Reipublic. mutationem
3 cauſare poteſt, Lipſius *lib. 4. cap.* 11. Otium pul-
vinar & balneum diaboli, dicit Auguſtin. Et co-
gitationum ac tentationum malarum incenti-
4 vum, Bernhard *de vita Chriſt. cap. 5.* Et quot ma-
la, quod infortunia ex otio oriantur, omnibus
notum eſt. Otioſi & ignavi homines pernicioſi
& venenum ſunt civitatis, proni ad libidinem
ſiunt, bonorum induſtriæ invident, aliena appetunt, rebus ſemper novandis ſtudent, & denique ſeditioſi & turbulenti evadunt, Plutarch. *libr. 1. inſtitut. Reip.* Hippol. à Collib. *de increm. urb. cap. 23. in fin.* Otioſi fucis aculeatis ſimiles ſunt, & in quacunque fuerint civitate, eam turbant, quemadmodum pituita & billis corpus: quos oportet bonum medicum & legum fundatorem, non minus, quam ſolertem agricultorem, emin⁹ præcavere: primum quidem, ne oriantur in civitate, quod ſi oriantur, ut cum ipſis favis protinus excidantur, Plato *de Repub. lib. 8.* Eſtque cor otioſi hominis inſtar molendini, quod cum non
habet ad molendum bonum frumentum, quia 5
in continuo eſt motu, molit & conſumit ſeipſum,
Gerſon. *de remed. contra puſillanimit.* Atq; ita tandem evadunt validi, & ignavi mendicantes, ſibi ac toti Reipubl. pernicioſi, qui tempus otiando & vagando miſerè perdunt, & inſtar fucorum circa alvearia volitantium aliorum domos per-
reptant, ſtipemque ab aliis importunè & impu- 6
denter extorquent, Timpler. *lib. 1 polic. c. 5. qu. 16.*
Indeque nihil in Republ. detrimentoſius accidere poteſt, quam ſi inutilium ponderum multitudine gravetur, ſcribit Arniſæ. *doctr. polit. cap. 9* Et nihil in Republ. tam pernicioſum eſſe, quam otioſorum ac tenuium hominum huc illuc errantium multitudinem, quique privatorum bona diripiunt, & ineverſione Reipublic. ſpem omnem fortunarum ſuarum poſuerunt, vere dixit Bodin. *de republ. lib. 5. cap 2.* Quemadmodum fucus apum, & pituita hominis eſt morbus; ita mendicus peſtis eſt Reipubl. ita, ut ubi multi con-
ſpiciuntur mendici, ibi etiam conſpiciuntur fu-
res, latibula quæritantes, crumeniſecæ, ſacrilegi, 7
& hujusmodi ſcelerum artifices, Plato *de legib. l. 8.* Quales ſunt mendici foranei, die Landfährer / Landrecken / Landſtreicher / Landbettler / qui vel morbos fingunt & infirmitatem, vel faciunt ſibi tibias vel manus intumeſcere, ut claudi, vel manibus contracti videautur, Petr. Caball. *cent. 2. reſol. crim. 178. n. 9 & 12.* Damhoud. *prax. crim. c. 110. n. 55. & n. 56.* ubi in hanc rem exempla non minus lepida, quam aſtuta & flagitioſa refert, *& n. 57.* ita exclamat: Ah hominum verſutias

ac

ac nefarias planorum imposturas! cum enim eas in memoriam revoco, sine dolore commemorare non possum sacro-sanctam illam *l. unic. C. de mendicant*, tam neglectam atque adeò jacere sepultam, neque diligentius revocari in usum. Quod si fieret, non tot nebulones otiosos, non tot sceleratos impostores alerent passim regiones, neque tot passim committerentur maleficia. Nec non illi sterilitatem & annonæ caritatem mentiuntur, vel se ob religionem & fidei confessionem expulsos esse pastores vel ludimoderatores, vertriebene Pfarzherzn und Schulmeister/ comminiscuntur.

8 Quorum etiam referuntur vagabundi scholares, Baganten/ qui hinc inde vagantur, cantant, & stipendia quærunt, otium potius, quam literas sectantur, & pecunias, quas colligunt, inutiliter in cauponis consumunt.

9 Sicuti etiam artificum discipuli, Starcke Handwercks-Gesellen/ quorum manus callum oderunt, laborem fugiunt, stipem quærunt, otium amant, & negotium aspernantur.

10 Milites circumforanei, qui sub prætextu militiæ rusticos exsugunt, & ab iis stipendium vel victum colligunt, vel invitis extorquent, vulgò gartende Landsknecht/ de quibus extat constitutio Imperii *de anno 1555.* §. Und damit angeregte Vergaderung *35.* quæ repetita est in der Policey-Ordn. zu Franckf. *de anno 1577. tit.* von den Herrenlosen und gartenden Knechten. 7. §. aber insonderheit. *1.* ubi constitutum est, quod milites passim per pagos & agros otiose vagantes, mendicantesque si nihil ultra commisisse deprehendentur, minis absterreri; si vim fecerint competenti pœna affici, sin vi resistere conati, persecutione, & ubi capti fuerint, supplicio vindicari debeant. Quales hodie quamplurimi reperiuntur, qui cum bello durante, & civibus & rusticis infinita & nefanda mala & damna intulerunt, eos bonis iniquissimè spoliarunt, miserè molestarunt, trucidarunt, vulnerarunt, omniumq; molestiarum genere divexarunt, & propterea ipsis exosi, nec ulla fere stipe se dignos esse ipsi noverunt, sub nomine opificum & artificum, vel eorum discipulorum stipem quærunt & colligunt, eamq; postea, pro more
11 innato, inutiliter consumunt. Hujusmodi & consimiles alios homines otiosos & mendicantes validos, non esse ferēdos, neq; ipsis eleemosynas esse, præcedenti *c. 24. n. 9. & 11.* demonstratum est, per Ordinat. polit. *de an. 1548. & 1577.* Cui etiam accedit Caroli M. constitutio, qua ita sancitum: Mendici per regiones vagari non permittuntur: suos pauperes quæq; civitas alito: illis, nisi manibus operentur, nullus quicquam dato: Mangones, vagabundi & coitiones, qui imposturis homines ludunt, coercentor: facinorosus oculum pro prima culpa perdito: culpam iterans naso truncator: tertio deprehensus capitalem pœnā luito, &c. Camerar. *2. medit hist. 47.* Reinh. König *in theat polit. part. 2. c. 10. n. 47.* Schönborn *3. polit. c. 15.* Quod etiā in Saxonia cautum reperitur per Constit. provinc. *de anno 1555. sub tit.* Bettlere. Ord. Eccles. *art gen. 34. in princ.* Ord. polit. *de anno 1612.* § *18.* & decret. Synod. *de anno 1624.* §. Demnach auch viel Landstreiffer. juncto §. Daß demnach hinfüro niemand. Carpz. *jurispr.
consistor. lib. 2. tit. 21. defin. 324. n. 8. seq.* Et de jure 12
civili *in l. un. C. de mendit. valid.* Et generaliter jure sancitum est, quod præses provinciam malis hominibus purgare debeat, *l. congruit. 13. ff. de offic. præsid.* Et hujusmodi mendicos vagabundos, validos, ganeones similesque Reipubl. fæces & inutilia terræ pondera in benè constitutis Rebuspubl. non fuisse toleratos, apud omnes in confesso est, & tradunt Camerar, *lib. 1. horar. subcessiv. cap. 16.* Color. *de aliment. lib. 1. cap. 17. n. 105.*
sed hi ad labores sunt adigendi, sicuti apud Ro- 13
manos & alios populos observatum: Nam Romanis nihil fuit antiquius, quam ut caverent, ne adolescentes & senes viverent otiosi, & tamdiu duravit civitatis gloria, quamdiu adolescentibus Romæ vagari otiosis non licuit, Cicero *de legib.* Et M. Aurelii Imperatoris temporibus, qui in foro ambulabat sine professionis suæ tessera,
ad opus publicum condemnabatur. Gymnoso- 14
phistæ vehementissimè torporem animi & otium oderunt, ibi igitur mensa posita, priusquam edulia apponantur, omnes adolescentes ex diversis locis & officiis ad dapem conveniunt, magistri perrogant, quid factum à lucis ortu ad aliud diei bonum fecerit, qui nihil haberet adferre, cur prandeat, impransus ad opus foras extruditur, Apulej. *1. Floridor.*

In regno Chinæ segnes severissimè castigan- 15
tur, nec ibi prorsus otiosi tolerantur, unusquisq; aliud facere cogitur, ne relinquitur palmus terræ, qui non colatur, nec dragma materiæ, quæ non formetur in Cantan: Unusquisque habet, quod agat, secundum ejus vires, hic manu, ille pede, oculo, lingua, aliquid agit; illis solum in protodochiis publicis loc' est, qui prorsus membrorum omnium impotentes sunt, nec adfines habent, qui eis succurrere possint, Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 102. n. 13. seq.*

De Alexandria Ægypti civitate, Vopisc. *in* 16
Saturn. Civitas, inquit, opulenta, dives, fœcunda, in qua nemo vivit otiosus: Alii vitrum conflant, ab aliis charta conficitur, omnes certè Philopones, cujuscunque artis & videntur & habentur: podagrosi quid agant, habent; cæci quid agant, habent; cæteri quid faciant, ne Chiragrici quidem apud eos otiosi vivunt, &c. Bornit. *tract. 2. cap. 3.*

Amasis Ægyptiorum Rex legem tulisse fer- 17
tur, ut singulis quotannis apud Nomarchon, sive cujusq; præfecturæ Præsidem profiterentur, unde viverent, & qui hoc non facerent, aut honestum genus vitæ Præsidi approbare non possent, his pœna supremum supplicium esset, sicuti ex Herod. *in Euterp.* Ælian. *4.* Varron. *1.* Alex, ab Alex. *3 genial. dier cap. 13.* refert Schönborn *3. polit. 14. in fin.* Hering. *de fidejuss. cap. 7. n. 214.*
Quod etiam in Hetruria, præsertim Florentiæ 18
observatur, ubi magistratus in otiosos inquirit, & ex iis percontatur, qua arte sibi victum parent, qui si rationem & innocentiam vitæ non
probaverint, trahuntur ad supplicium, vel eji- 19
ciuntur, Camerar. *2. oper. subcessiv. cap. 15.* Et Platonis *lib. 1. de legib.* lex fuit: Nemo in nostra civitate mendicus esto, si quis tentaverit, & miserabilibus precibus stipem victumque collegerit,

gerit, eum præfecti è foro, ædiles tota urbe, agrorum præfecti tota regione exterminent.

20 Hinc ne otiosi & validi mendicantes frustra, & inutile onus & pondus terræ sint, providendum est à magistratu, & tradendi ad ministerium operum publicorum artificibus, hortos operantibus, aliisque diversis artibus vel operibus etiam publicis, in quibus valeant simul quidem laborare, simul autem ali, & segnem iam ad meliorem mutare vitam, ne segnitiæ eos ad illicitos actus impellente, leges ad pœnas abripiant, ut ait Imper. *in Novell. 80. cap. 5.* Ac optimè Reipubl. consultum, si adversus otiosos inquisitiones fiant, vel per magistratus, vel per Censores, & pagorum præfectos, ita, ut vagabundi, errones, nebulones, aleatores, milites gregarii, ad opus vel publicum, vel privatum cogantur, & si operari nolint, ex ditione, & societatibus pellantur, & si revertantur, fustigentur, & contumaces ad triremes, vel aliò remittantur, scribit Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 102. n. 20. & seq.*

21 Hodie in nonnullis Rebuspubl. maximè in Belgio aliisque civitatibus, alius vagabundos, otiosos, mendicos validos, prodigos, aliosque immorigeros corrigendi, & ad meliorem frugem reducendi modus introductus, ubi constitutæ sunt domus disciplinares, Zuchthäuser / in quas otiosi, culpatæ, conversationis, & desperatæ penè emendationis, cujusvis ætatis, sexus, & tam inferioris, quam superioris, sive nobilioris conditionis homines detruduntur, & ad labores cujusque ingenio, ætati, sexui & viribus, convenientes arctantur, ita ut si debitum & præscriptum laboris pensum præfixo tempore non perficiant, non solum cibariorum tenuitate, sed etiam fustibus, virgis, & corporis cruciatu ad id compellantur. Et non prius ejusmodi homines exinde dimitti solent, nisi signa emendatioris vitæ exhibeant, & unde honestè vivere possint, addiscant. Atque ita hoc modo otium, omnium malorum fomes, non solum tollitur, sed etiam flagitiorum radices circumciduntur, petulantiæ fibræ evelluntur, stirpes eradicantur, & virtutis semina substituuntur. Imò hac disciplina consulitur Reipublicæ, auctoritati parentum, honestati familiarum, & ipsis etiam otiosis & malitiosis, qui hac ratione, disciplina, & labore ad saniorem frugem reducuntur, & ne seipsos, & alios in vitæ & existimationis periculum conjiciant, & extremæ calamitatis baratrum præcipitent. Et hujusmodi disciplinæ vestigia in sacris quoque literis animadvertere licet, *Jobi 36. v. 8. & seq.*

22 Et hoc coërcendi regimine imprimis laudatur Ambsterodamum, nobile Belgiæ emporium, in quo etiam domus Netoria, Spinhuß / extat, qua puellæ & fœminæ civium honestorum, quæ lustris & ignaviæ student, suspectæ vel deprehensæ, quod corporis quæstum fecerint, vel facere voluerint, includuntur, Isac. Pontan. *in*
23 *histor. urb. Amstelodam. lib. 2. cap. 11.* Ad cujus imitationem Bremensis civitas nuper etiam salutarem Reipubl. disciplinam erexit, ubi in media ferè area columna, in qua depicta sunt senticæ, virgæ, fustes, ursi & leones, hoc addito emblemata: Kan man doch Löwen und Bähren zähmen / solte man dann die bösen Buben auch nicht zwingen / teste Reinking. *de regim. secul. lib. 2. class. 1. cap. 7. n. 6.* Suspensa tamen hæc disciplina fuit *anno 1629.* & postea *anno 1644.* mendicantes validi ad operas manuarias vel exercendas vel discendas huic domui addicti. Anno autem *1647. die 5. Augusti* magna pulveris pyrii copia fulmine incensum, hoc ædificium mirè deformatum, & propè inutile factum est, referente Joh. Limn. *tom. 4 lib. 7. n. 15. in fin.* ubi multa ingenia acolastica ibi ad frugem rediisse, refert. Optandum sanè esset, in quavis provincia, Republica & civitate ad coërcitionem & terrorem petualantium, otiosorum & lascivientium, ejusmodi domos disciplinares erigi & conservari, tum enim earum beneficio multa præcocia & petulantia ingenia terrerentur & emendarentur.

Denique circa otiosos & validos mendi-
cantes observandum est, quod minus delin- 24
quant, qui simpliciter & indebitè mendicant, nihil aliud fingentes, quam qui mendicant & infirmitatem, morbum, casum fortuitum incendii, deteriorationis, vel simile quid mentiuntur, hominesque decipiunt, & in hunc finem literis & sigillis alienis & falsis, abutuntur, Brandbettler / so vff falsche Bettelbrieffe das Allmusen samlen / quos pœna fustigationis & relegationis perpetuæ plectendos esse, docent Petr. Heig. *part. 2. quæst. 27. num. 21.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 179. num. 3.* Carpzov. *pract. crim. part. 2. quæst. 93. n. 72. & seq.* ubi aliquot præjudicia refert, *& n. 75.* addit, quod licet mendicantes literis & sigillis non abutantur, si tamen morbos, vulnera, aut defectus naturæ simulent, iisque prætextibus pecuniam colligant, cum membra habeant sana, quin pœna fustigationis teneantur, ambigendum non sit, cum falsitatis imaginem habeat hoc crimen, & furto sit simillimum, eosque inter fures refert Damhond. *in prax. crimin. cap. 110. num. 55. & 56.* Et licet falsarii, vel fures non essent, optimo tamen jure, ceu stelliones ac impostores, fustigatione & relegatione plecterentur, Heig. *d. quæst. 27. n. 26.* Carpzov. *d. n. 75. & seq.*

Otiosis hujusmodi hominibus & validis
mendicantibus similes, imò ipsis deteriores sunt 25
Cingari, vulgo Zigeuner / qui nihil aliud sunt, quam manipulus furum, & sentina pessimorum hominum, ex variis nationibus, non ita remotis, sed vicinis collecta, qui extra civitates in agris, in triviis tentoria erigentes, proditionibus, latrociniis, deceptionibus & furtis, atque ex chiromantica divinatione oblectantes homines iis fraudibus victum quærunt, & mendicant. De quorum origine & primo in Germaniam adventu, varii varia scribunt, prout videre licet apud Dn. Georg. Lindenspur *in comment.* über die Fürstl. Würtemb. Lands-Ordn. *tit.* von Zigeunern. *28. n. 5 fol. 121. seq.* Camerar. *cent. 1. c. 17.* Et hi, cum sint Romani Imperii exploratores & proditores, furtis, rapinis, latrociniis, deceptionibus, mille fraudibus & mendicationibus dediti, nullibi in Imperio Romano securitatem habent, sed exindè expelli debent, R. A. zu Augsp. *de anno 1500. tit.* von den Zigeunern. *6.*

Reformatio guter Policey zu Augspurg *de anno 1530. tit.* von Zigeunern. *35.* R. A. zu Speyr/ *de anno 1544.* §. Aber der jenigen. *75.* Reformat. guter Policey zu Augspurg / *de anno 1548. tit.* von den Zigeunern. *27.* Reichs-Absch. zu Augspurg / *de anno 1551.* §. Damit nun in dem. *82.* Policey-Ordn. zu Franckfurt/ *de ann 1576. tit.* von den Ziegeunern. *28.* Reinking. *de regim. sec. lib. 2. class. 1. cap. 7. n. 12. & seq.* Schonborn. *3. polit. cap. 16.* Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 102. num.*
26 *28.* Et hi quoque in Ducatu Wurtembergico tolerari non debent, juxta Fürstl. Würtemberg. Lands-Ordnung / *tit.* von den Zigeunern. *28.* idque ex eo, quia olim optimum maximum Principem, Eberhardum primum Würtembergiæ Ducem, Sultano Ægypti prodere conati fuerunt, Crus. *annal. Suev. part. 3. lib. 7. cap. 5.* Besold. *de jur. civ. dissertat. 2. cap. 6. num. 3.* Eosque ex Italia pulsos & ejectos esse refert Laurent. Surius *in comment. rer. ab orb. gestar. anno 1572.*
27 Lindenspur *de commentar. fol. 121. num. 4.* Nuper quoque *anno 1654.* per commune Statuum conclusum ex Suevico Circulo proscripti sunt, sicuti ex ipso decreto apparet, quod sequens est:

DEß Löblichen Schwäbischen Creißes versamlete Stände/ auch der Abwesenden Fürsten und Stände Räthe/ Bottschafften und Gesandten/ thun kundt und zu wissen hiemit Jedermänniglich; Demnach bey gegenwertigem allgemeinen Craiß-Convent vorkommen/ auch von unterschiedlichen Ständen sehr hoch geklagt worden/ was gestalten ein Zeit hero die Zigeuner ins gemein höchst beschwerlich und an manchem Orth sich in starcker Anzahl zusammen rottiren/ auch Brandt/ Mord/ und Plünderung betrohen/ dahero nicht allein in den geringen Orthen/ Stätten/ und Flecken/ die Inwohner und Unterthonen in grosser Gefahr stehen/ sonder auch so wohlen von ihnen/ als denen/ die sich für Pilgram/ oder Gefangene vom Türcken betrüglich außgeben/ wie nicht weniger denen starcken Bettlern/ Herrenlosen gartenden Knechten/ und andern dergleichen müssig gehenden/ umbschweiffenden/ unnützen Gesindlein/ die Straffen unsicher gemacht worden/ daß zu besorgen/ wofern diesen Leuthen/ nicht in Zeiten/ gebührender massen begegnet und gesteuret werden solte/ solche je länger je mehr zu- und überhand nemmen und dardurch nicht nur die Reisende unsicher auff dem Weg seyn/ sondern zugleich die Commercien und Fuhren nicht wenig gestecket werden möchten.

Als haben Fürsten und Stände dieses Craißes sich hierauff dahin unter einander verglichen/ daß zu Abstellung solcher Unsicherheit der Straffen/ und anderer Ungelegenheiten/ Fürsten und Stände einander die Hand bieten/ und behülfflich seyn sollen.

Wollen demnach Fürsten und Stände dieses Craißes hiermit gebührendt ersucht und erinnert seyn/ neben publication und offentlichem Anschlag solchen Schlusses/ nicht allein obbeschriebenes Gesindlein in ihren Landen und Herzschafften nicht zu gedulden oder auffzuhalten/ denselben keinen Underschleiff/ oder Beysteur/ Paßporten/ oder einigen andern Furschub zu ertheilen/ Sondern vielmehr bey dero Beampten/ Unterthonen und Angehörigen die Verfügung zu thun/ daß auff dergleichen verdächtige Personen gute Anstalt gemacht/ zu dem Ende die Staffen underweilen durchstreifft/ und wo sich etwas/ und insonderheit zusammen rottirende Zigeune verspühren liessen/ von den nechst-gelegenen Orthen/ als gleich mit gewehrter Hand nachgesetzet/ denen Benachbarten mit Glockenstreich/ Sturmschlag/ oder wie man sich derentwegen in den Nachbarschafften vergleichen kan/ Anzeigung gethan/ und also solche Personen auff frischer That/ zu allen Seiten/ mit eilfertigem Nachsetzen/ und Zuthun aller benachbarten Ständ/ conjunctim verfolget/ niedergelegt/ und bey Köpffen genommen/ in Hafftung gesteckt/ nach Nothdurfft examinirt/ und auff befinden einiger begangener Ungebühr/ nach Ermessigung und grösse der That und Verbrechens/ sampt den jenigen/ welche dergleichen Leuthen Underschleiff geben/ und sie verhälen/ gleich den Thättern selbst abgestrafft/ auß diesem Creiß ihres Wegs gleich fortzuziehen ernstlich erinnert/ also hierdurch gute Sicherheit im Craiß allerseits gepflantzet und erhalten werden möge. Signatum Ulm/ den 18. (28.) Septembris, 1654.

CAPUT XXVI.

De officio Magistratus circa curam Ædificiorum publicorum.

SUMMARIA.

1. *Magnifica Ædificia & publica opera celebriorem faciunt Civitatem.*
2. *Magistratus curam habebit, ut ædificia publica de novo extruantur, & extructa sarta tecta conserventur.*
3. *Exemplo Vespasiani, Septimii Severi.*
4. *Abstinendum tamen à nimia magnificentia & sumptuositate.*
5. *Nec cum incommodo & detrimento subditorum ædificandum.*
6. *Quo nomine inculpatur Imper. Justinianus & Princeps Salernitanus.*
7. *Laudatur verò Rex Daniæ.*
8. *Quomodo in publicorum ædificiorum extructione subditorum commodum promoveri possit?*

9. In

9. *In Civitatibus Imperialibus magistratus imprimis curam habebit templorum.*
10. *Olim in montibus sub dio sacra exculta.*
11. *Quando templa extrui cœperint.*
12. *Cura, ædificatio & administratio templorum ad Magistratum politicum pertinet.*
13. *Subsellia pecunia redimi solent.*
14. *Nec de his valet dispositio testamentaria.*
15. *Possessoris hæredes in redemptione subselliorum aliis præferendi.*
16. *Porrò Magistratus Curiarum curam habere debet.*
17. *Quæ olim palatia dicta,* Pfaltz.
18. *Uti & Nymphearum.*
19. *Theatrorum, quæ qualia olim fuerint?*
20. *Diversoriorum & hospitiorum publicorum.*
21. *Caupones hospites recipere tenentur.*
22. *Secus quoad incolas loci helluones.*
23. *Caupones de jure suspecti sunt.*
24. *Et tenentur recepta restituere.*
25. *Horum bona inter malè quæsita referuntur,*
26. *Cauponum ministri malè audiunt.*
27. *Magistratus pretium pro prandio & cœna præscribere debet.*
28. *Curare debet magistratus, ut diversoria malis hominibus, latronibus, furibus, &c. purgentur.*
29. *Caupones singulis noctibus Consuli hospites indicare debent.*
30. *Tabernæ culinariæ,* Garküchen/ *curandæ sunt.*
31. *Molendinorum necessitas.*
32. *Molæ manuariæ,* Hand-Mühlen.
33. *Jumentariæ,* Roß-Mühlen.
34. *Communes hodie sunt molæ aquariæ, quæ variæ sunt.*
35. *Molendinorum jus olim ad Imperatorem spectavit, & jure feudi aliis concessum fuit, etiam privatis.*
36. *Postea ad Civitates Imperiales & alios pervenit, & juri territoriali adscribitur.*
37. *Ex molendinis Reipublicæ non levis adfertur utilitas.*
38. *Molitores quales & quomodo constituendi?*
39. *Molitorum bona inter malè quæsita referuntur.*
40. *Molarum inspectores constituendi.*
41. *Torcularium cura ad magistratum pertinet, ejusq; authoritate erigenda.*
42. *Ædificiorum ad cocturam calcis necessitas.*
43. *Murorum cura ad Magistratum pertinet, & sine superioris licentia muros erigere non licet.*
44. *Sancti sunt muri & non violandi.*
45. *Pœna in transcendentes muros quænam, & an ea in municipalium & Imperialium Civitatum murorum transcendentibus obtineat.*
46. *Hodiè arbitraria pœna esse solet.*
47. *Turres unde dictæ?*
48. *Armamentaria Reipubl. necessaria sunt.*
49. *Quilibet civis propriis instructus esse debet armis.*
50. *Aquæductus in civitate necessarii & curandi sunt.*
51. *Fontium cura summa in Republ. esse debet.*
52. *Aquæ necessitas.*
53. *Thermarum quoq; cura habenda.*
54. *Sicuti etiam pontium.*
55. *Romani certos curatores viarum publicarum habuerunt.*
56. *Plateæ Civitatum curandæ, & quales esse debeant?*
57. *Fora apud Romanos varia fuerunt.*
58. *Forum Commerciorum quid?*
59. *Tabernæ Commerciorum quid?*
60. *Forum rerum venalium quotuplex?*
61. *Curam quoq; habere debet Magistratus horologiorum publicorum.*
62. *Sicuti etiam campanarum.*

CUm magnifica Ædificia & opera publica, cujuscunq; sint generis, celebriorem faciant Civitatem, ultra habitandi commoditatem, quibus & cives,
1 ne effluant, retinentur, & aliundè plures ad incolēdum, & facilius invitantur, & quo pulchriores & ornatiores sunt civitates, eò magis nobilitatæ censentur, & suo nomine plures ad eas invisendas alliciunt, Principem Dominum & magistratum honoratiorem inter exteras reddunt nationes. Pet. Gregor. Tholos. *de republ. lib. 2. cap. 9. n. 8.* Ideò providendum est magistratui, ut ædificia & opera publica præclara non tàm de novo
extruantur, quàm sarta tecta conserventur, & si 2
quæ cepta sunt consummentur, prout Reipubl. vires permittunt, ut Ulpian. *in l. si in aliam. 7. §. 1. ff. de offic. proconsul.* Et sic res & opera expromenda imprimis est, in publicis operibus, vetustate & temporum injuria lapsis instaurandis: Nec carent invidiæ suspicione, qui antiqua ædificia antecessorum, per quæ nomen æternitati consecrare voluerunt, sarta tecta non tuentur, Joh. Chockier. *aphoris. polit. lib. 5. cap. 16.*
3 Ita Vespasianus Capitolii restitutionem aggressus, ruderibus purgandis, manus primus admovit, ac suo collo quædam extulit, plurimas per totum orbem civitates, terræ motu aut incendio affli-

afflictas in melius restituit, Sueton. *cap. 8. & 17.* Et commendatur Septimius Severus, quod Romæ omnes ædes publicas, quæ vitio temporis labebantur, restauraverit, nusquam prope suo nomine adscripto, sed servatis ubiq; titulis conditorum, Spartian. Quod de Alexandro quoque Severo testatur Lamprid. Magnanimum Principem & Magistratum decet, sistere, ruinas, solitudinem pellere, ingentia opera, eodem, quo extructa sunt animo, ab interitu vindicare; muta quidem illa, & animâ carentia, sentire tamen & lætari videntur, quod niteant, quod frequententur, Besold. *de increment. imper. cap. 2. n. 4.*

4 Præcavendum tamen est, ne ædificia publica ita extruantur, ut verius in perniciem, quàm utilitatem publicam eorum usus convertatur, & sint potius utilia, quàm magnifica & onerantia, neque plus onerent, quàm ornent, neque reprehensionem potius, quàm laudem mereantur, ac magna potius, quàm necessaria & utilia censeantur; ubi Plinius *lib. 38. cap. 12.* suum de pyramidibus repeteret judicium: otiosam & stultam pecuniæ ostentationem esse, Besold. *d. n. 4.* confer Klock. *de arar. lib. 2 cap. 95. n. 21. & seq.* Ne etiam nimis magnifica & sumptuosa sint ædificia, de quibus vide Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 95. n. 1. seqq.* ubi *n. 18.* semper ab inutilibus abstinendum esse dicit expensis, quæ non respiciunt publicam utilitatem, commoditatem, splendorem, atque adeo decus & pulchritudinem Reipubl. sive ut Boterus ait, quæ neque ad Reipubl. munitionem, neque ad Domini existimationem spectant. Et meritò stultus ille, & ut stultus castigandus, qui omnia potius visenda, quàm semet efficit, ut censet Lipsius.

5 Nec cum incommodo & detrimento subditorum ædificandum: Vani enim & impii sunt imperantes, qui ut posteris sui memoriam relinquant, esurire faciunt fidei suæ & tutelæ à Deo concreditos; defraudantes propriam naturam suam & suorum, ut habeant, quo pascant oculos aliorum: Quia lapis de pariete clamabit, & lignum, quod inter juncturas ædificiorum est, respondebit: Væ qui ædificat civitatem in sanguinibus, & præparat urbem in iniquitate, *Habacuc. 2. v. 11.*
6 Nihil Deo gratum, quod non idem sit justum: Et Imperatorem Iustinianum vix excusari posse, quod tot operibus, toto orbe moliendis, & ædificandis, tantam pecuniæ absumpserit vim, & fiscum planè exhauserit, scribit Besold. *de increment. imper. cap. 2. n. 4. ad fin.* Ex quo etiam meritò reprehensus fuit Robertus Princeps Salernitanus, quod cum magnificam Neapoli domum ædificasset, ad cædendam comportandamque è Lucania materiam, avarè & impotenter popularibus, subditisque suis usus fuisset.
7 E contra gloriosissima est prædicatio Friderici Daniæ Regis, qui cum splendidissimam Regiam Kroneburgum, incredibili sumptu ædificasset, dicere solitus fuit: Nolle se eum lapidem in ædificio suo tolerare, si quem subditorum suorum numo comportatum esse sciret, Herm. Kirchn. *de republ disp. 16 thes. 2. lit. 6. ad fin.* Cavendum ergo, ne, quod de Neronis domo aurea vulgo dictum, cœmenta ædificiorum subditorum sanguine madescant, & rubescant.

Quomodo autem in publicorum operum extructione subditorum quoque commodum promoveri possit, eleganter docet Bodin. *de republ. lib. 6. cap. 2.* si nempe egestati simul, & 8
ignaviæ occurratur, inertia è civitate expellatur, opificia condiscantur, tenues subleventur, otiosi exerceantur, urbes exornentur, morbi arceantur. Hinc illæ Pyramides, quæ à Regibus Ægyptiorum, ne plebs otio & ignavia langueret, extructæ feruntur. Magna seculi nostri labes est, quod pauperes non publico sumptu conducuntur, ac ad utilia opera adiguntur; quo scilicet alantur, & ne vagando laborare desuescant. Veneti quatuor millia, operibus publicis assiduè exercent ac fovent; quo nil aut plebi utilius, aut civitati commodius, aut universis jucundius fieri potest: quod præter opera publica, civitati necessaria, etiam publicas opes tenuibus alendis, summa benignitate largiuntur. Quod etiam Christophorum laudatissimum Ducem Würtembergiæ secutum esse, commemorat Balthas. Bidembach. *in vita ipsius. fol. 48.* Besold. *de arar. cap. 2. n. 5.*

In Civitatibus Imperialibus opera & ædificia publica, quæ magistratui imprimis curanda incumbunt sunt 1. Templa, seu ædificia in quibus sacra peraguntur, à tuendo sic dicta & vocatur quoque Domus Domini cultui divino destinata, Gotteshauß / Kirch / Pet. Greg. Tholos. *in syntag. jur. univers. lib. 2. cap. 1. n. 4.* Nam olim quidem in montibus ac lucis sub dio sacra fuerunt exculta *Genes. 21.* Sicuti etiam meminit Virgil. *Æneid. 7.* 9

Templum augustum ingens centum sublime columnis,
Horrendum sylvis ac religione parentum.

Nec alibi, quam in nemoribus antiquos Germanos numen coluisse, testatur Tacit. *de morib. German.* Qualis mos, omnibus etiam propè idololatris fuit, indeque Deus infinitis ferè sacræ scripturæ locis populo suo lucos plantare prohibuit, & plantatos demoliri jussit, *Exod. 34. Deut. 7. 12. 16. 3. Reg. 14. 15. 18. 2. Paralip. 14. & 17. Esai. 17. Micha. 5.* 10
Postea verò in populo Dei à Moyse 11
jussu Dei, tabernaculum fuit constructum, quod & templum & domus Dei nuncupabatur, *1. Reg. 1. & 3.* quamvis Salomon primus templum propriè sic appellatum construxerit, *3. Reg. 8.* Post adventum autem Christi, fide inter Christianos propagata, sacella quoque & ædificia splendida ædificari cœperunt, simulque templa, quæ antea idolorum erant, sacris adhibitis ritibus Deo consecrata fuerunt, P. Greg. Tholos. *d. cap. 1. n. 9.*
Atque horum cura & administratio hodie in 12
provinciis Evangelicorum magistratui, qui jura Episcopalia exercet, incumbit nec sine horum consensu & authoritate templa ædificare & restaurare licet, per *c. quidam 10. in pr. caus. 18. qu. 2. c. Ecclesia. 8. de consecr. dist. 1.* Tholos. *d. l. n. 10.* Carpzov. *jurispr. consi. l. 2 tit. 22 definit. 334. per tot.* ubi *defin. seq. 335.* hoc etiam de domo parochiali aliisque ædificiis Ecclesiasticis asserit, post Reinking *de regim. sec. & Eccles. lib. 3. class. 1. cap. 3. n. 17.* Quia & hujusmodi ædes necessitatibus Ecclesiæ deserviunt, & eodem ferè, jure, iisdemque privilegiis ædes parochiales cum Ecclesia

Carpzov. *d. defin 335. n. 9.* Unde boni Principis & magistratus esse Ecclesias contritas & conscissas instaurare, ait Pontifex *in c. ult. dist. 96.* & excelentiam Principum apud creatorem majorem gloria proficere non posse, quam si per eam dispersarum Ecclesiarum societas possit restaurari, scribit Gregor. *in c sicut excellentiam. caus 23. quæst. 4.* Marta *de jurisd. part. 4. cent. 2. cas. 143. n. 2. seq.* Christin. *Belgic. decis. 28. n. 5. vol. 2.* Et hæc Ecclesiarum, sive templorum (quibus vocabulis promiscue, pro ipso ædificio usurpamus) cura hodie certis quibusdam personis committi solet,
13 qui etiam subselliorum der Kirchenstühl curam habent, quæ etiam à civibus pecunia redimi solent, Carpzov. *jurisprud. consist. lib. 2 tit. 23. defin.*
14 *359. n. 10. seq. & defin. 360. seq.* Nec de his ulla testatoris valet dispositio testamentaria, Carpzov. *d. l. defin 363.* sed obitu vel demigratione possessorum eorū usus extinguitur, & templo cedunt,
15 Carpzov. *d. l. definition. 364.* Possessoris tamen hæredes in redemptione subselliorum aliis præferendi, Carpzov. *d. l. defin. 365.* Et quidem proximiores, Carpz. *defin. 366.* non habita ratione agnationis vel cognationis, Carpzov. *defin. 367.*

2. Huc quoque pertinent Scholæ, seu ædificia congressibus juventum docentium dicata, de quibus supra, *cap. 16. per tot.*

3. Hospitalia, Xenodochia, Leprosoria, & similia, de quibus *supra cap. 24. n. 17 & seq.*

4. Cœmiteria, de quibus *supra cap. 20 num. 19. & seq.*

16 5. Curia, cujus erectio juri territoriali adscribitur *supra lib. 2. cap. 5. n. 135.* Et est ædificium publicum, ad exercenda judicia, & alia negocia publica peragenda destinatum, cujus etiam usus in hoc esse solet, ut archivum seu grammatophylacium contineat, in quo asserventur libri & instrumenta illius, libri statutorum & consuetudinum receptarum, album seu matricula civium, libri censuales, tributorum, redi-
17 tuum & decimarum, regesta civitatis, libri judiciales, mulcterum, forestorum, &c. Et hujusmodi ædificia olim apud Imperatores palatia dicta fuerunt, Pfaltz/ Pfaltentz/ ubi Imperatores judicia exercuerunt, unde Comes palatii, Pfaltzgraff/ qui judex erat in palatio Cæsaris, quia palatum sedes est solorum Cæsarum, *l. un. C. de palat. l. ex aula, C. de privileg. eor. qui in sacr. palat.* Sixtin. *de regal. lib. 2. cap. 17. n. 10. seq.* Et hujusmodi palatia in civitatibus nonnullis erant, in iisque Cæsares, vel palatini judicabant, & adhuc hodie in nonnullis Civitatibus Imperialibus curia judicialis dicitur Pfaltz/ veluti Argentinæ, Nolden. *de stat. nobil. cap. 8. n. 153.* Et Teviris ædificium est, nunc domus Archiepiscopalis, quæ der Pallast vocatur: Et Goslaria nomata fuit ein Pfaltz Stat/ quod in ea Imperatorum curiæ solerent conscribi, Pomarius *in chron.* Magdeburg. Henning. Arnisæ. *de majest. lib. 2. cap. 4. n. 15.* eodemque intuitu palatia in civitatibus regalibus annumerantur, *c. un. quæ sint regal. 2. feud. 56.*

18 6. Nymphææ, sive ædes publicæ, in quibus nuptiæ celebrantur, & alia convivia instituuntur, quas templo contiguas esse debere monet Aristotel. *7. polit. cap. 12.* ut scilicet sobrietatis rationem habere admoneantur convivantes, quod tamen non immeritò displicet, cum convivantium moribus & clamoribus vulgaribus exercitia sacra impediri vel turbari possent. De choreis vide *supra lib. 2. cap. 5 n. 160. & 161.*

7. Theatra, quæ olim Romæ ludis peragendis destinata erant, in quibus sicut in circo 19
partes & factiones erant, distracto, videlicet favore plebis in histrionem hunc & illum, Lipsius *ad Tacit. pag. 7.* Per quingentos autem & quinquaginta octo annos Senatus populo mixtus, ludorum spectaculo interfuit Valer. Maxim. *lib. 2. cap. 1.* & immensæ erant capacitatis, ut sæpe sexaginta millia civium caperent, Bodin. *de republ. lib. 3. cap. ult.* Quibus hodie civitas facilè carere potest, cum histrionum illa spectacula certissimam Christianis moribus perniciem adferant, & theatri licentia nihil aliud sit, quam omnis improbitatis & impudicitiæ officina: Exhibent virginum raptus, stupra, leonum artes, servorum & ancillarum fraudes, & quidem motibus & gestibus impudicis, fractisque in fœminarum vocibus, quibus spectatores ad libidinem inflammantur, qui quæ in scena per imaginem viderunt, sine pudore postea faciunt, Nic. Vernulæ. *instit. polit. lib. 3. tit. 9. quæst. 3.* De comœdiis vide supra *lib. 2. cap. 16. n. 104. & seq.*

8. Diversoria & hospitia publica, offene 20
Gast- und Würthshäuser/ quorum institutio publice interest, & ad jus territoriale & jurisdictionem, & cauponæ ad Ehafften pertinent, *supra lib. 2. cap. 5. n. 162. & seq.* Horumque cura ideò magistratui incumbit, ut commerciorum vel aliorum negociorum causa peregrinantes receptum, & ubi divertantur, habebant, quos etiam caupones publici, welche einen offenen 21
Schildt außgehencket haben/ recipere tenentur, *l. 1. §. namq. viatorum ff. furt. advers. naut. caupen.* Stam. *de servit. person. lib. 2. cap. 14. n. 2.* Besold. *part 3. consf. 118. n. 51. seq.* nisi hospitum multitudine id non possint, *arg. l. 4. C. de collat. fund. patrim. Novel. 44. cap. 1.* Secus autem est, quo- 22
ad incolas loci, sive helluones, qui cibi voluptuosioris gratia conveniunt, quibusque vina caupo subministrat & luxuriæ formenta, *l. quæ adulterium C. ad L. Jul. de adult.* Quo nomine caupona pro prostibulo habita est, *l. fin. C. si mancip. ita ven.* Sed hæ ganeæ popinæ à Rerumpubl. gubernatoribus prohiberi debent, perinde ac ægrotantium purgamenta, in quibus gulæ irritamenta subministrantur & pecuniæ exhauriuntur, & ad libidinem via sternitur, ut testatur Valer. Maxim. *lib. 1. cap. 7.* ita, ut patri injuriam fieri, si quis filium in popinam duxerit, asserat JCtus Paulus *in l. siquis. 26. ff. de injur. arg. l. ut tantum, 14. §. 1. ff. de serv. corrupt.* Et cum ex hujusmodi cauponis & hospitiis publicis, non levis ærario utilitas accrescat, ex accisiis, Umbgelt/ Zapffengelt/ Biersteur/ quæ de vino & cerevisia ibidem consumpta, solvuntur, ideò merito Magistratus curæ hæc incumbunt, ut rectè instituantur, ne fraus aliqua ab ipsis cauponibus in exsolvendis accisiis committatur, cum cauponas, nautæ, stabularii de jure omnino suspecti sint, & facilè præsu- 23
mantur cum furibus colludere, & ideo ipsos de furto teneri, sive ab illis, sive ab aliis commisso,

scribit Ulpian. *in l. 1. ff. nautæ, caupon. stab.* Et si res in caupona recepta non restituatur, vel furto sit ablata, vel damnum in ea datum, adversus cauponem actio datur, *l. 3. §. ex hoc edicto. l. 5. ff. nautæ, caupon. stab.* Peguer. *decis. 45. n. 1. per tot.*

25 Ex quo etiam cauponum bona inter malè quæsita referuntur, Wehner. *verb.* ungerecht Guth faselt nicht. *n. 2.* ubi ait, horum divitias rarò durare, quia rapacitate, & mendaciis ut plurimum partæ Angel. *in l. 1. § caupo autem. n. 4. ff. furt. adv. naut. caup.* Bald. *in l. 1. n. 2. C. locat.* & paucos hospites reperiri divites, quorum divitiæ durent, quia in mendaciis suis non justificabuntur, scribit ex Angel. *in l. 1. n. 2. C. locat.* Coler. *de process. part. 1. cap. 2. n. 253.* eosque rapaces esse inquit Bald. *in d. l. 1. n. 2. C. locat.* Et parum probos in jure reputari, & improbum genus hominum esse, quod anhelat ad fraudes & extorsiones scribit Caroc. *de potest. part. 1. tit. de in lit. jur. num. 8. & 9.* Et quod sub colore officii multas fraudes committere & usuras extorquere
26 possint, refert Coler. *d. cap. 2. n. 220.* Hinc in dubio judicandum esse contra famulos hospitum qui sunt ut plurimum fures, mendaces, ebrii, concubinarii, lenones, exploratores, & omnes cum bona conscientia, una cum hospitibus, seu potius, hostibus, eorum dominis, tanquam latrones, levato velo, & absque processu possent suspendi, scribit Joseph. Ludov. *Lucens. decis. 10. n. 18.* Ideoque magistratus hospitibus certum or-
27 dinem & modum præscribere, & precium pro prandiis & cœna certum determinare debet, ne Caupones pro libidine & avaritia sua nummis hospites emungant, idque in tabella publicè appensa in hospitiis designari solet. vide Klock. *tom. 3. cons. 135. n. 43. seqq.*

Curare quoque magistratus debet, ut ho-
28 spites peregrini diversoria frequentantes observentur, eoq; nomine clandestina censura exercenda, inque fallaces & mendaces inquirendum & vigilandum est, ut diversoria & cauponæ villicæ à sycophantis, latronibus, furibus & id genus stellionibus & impostoribus, Spitzbuben Beutelschneidern/ purgentur, quo viatores tutò peregre ire, redire & pernoctare possint: cum compertum sit sæpe atrocissima facinora, homicidia & furta in cauponis ab urbe dissitis, noctu & interdiu, ab hospite activo & passivo perpetrata, ac sæpissimè viatores in ejusmodi tabernis vitæ fortunarumque periculum subiisse. Ex quo multarumque urbium corruptelas ex cauponarum incuria oriri, cum in ea loca fex civitatum confluat, & vitia sese primùm extendant in illis locis, ubi lucro sunt eorum fautoribus, scribit Adam. Conzen. *lib. 7. polit. c. 20. §. 8.*

29 Expedit quoque Reipubl. si caupones singulis noctibus civitatibus gubernatoribus per schedulam indicare teneantur, quales secum habeant hospites, ut sciatur quot & quales peregrini in civitate commorentur, daß sie allen Abend einen Nacht-Zettel übergeben müssen / was sie für frembde Persohnen bey sich haben. Quod etiam Argentinæ & alibi singuli cives indicare tenentur, ne scilicet ex colluvie hominum proditiones oriri facilè possint.

9. Huc quoque referuntur tabernæ culi- 30
nariæ & coquinariæ, Garkuchen; Interest enim Reipubl. coquos publicos haberi, præsertim in magnis & populosis civitatibus, qui ciborum copiam in promptu habeant, ad necessitatem incolarum, inquilinorum & advenarum, quales videre licet Parisiis & Romæ per integrum annum, in nundinis Francofurtensibus, & alibi, Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 10. n. 5.*

10. Molendina, quæ quàm ad humani vi- 31
ctus rationem sint necessaria, non opus est ut dicam, nam horum usus tam necessarius, ut illis neque belli tempore, in castris vel obsidione carere possimus. Unde varia molarum genera in- 32
venta, & antiquissimæ sunt molæ manuariæ, trusatiles, sive versatiles, Handmühlen/ ad quas circumagendas Romani servorum operas locare solebant, Lipsius *lib. 2. elect. cap. 15.* Klock.
de ærar. lib. 2. cap. 8. n. 2. Molæ jumentariæ, quæ 33
jumentis, asinis, equis, bobus exercebantur,
Roßmühlen/ Klock. *d. n. 2.* Et veteribus molæ 34
aquariæ & alatæ incognitæ fuerunt, quæ hodie nostra ætate communes sunt, Wassermühlen/ Windmühlen/ quæ etiam varii sunt generis, veluti Korn und Fruchtmühlen / Segmühlen / Oelmühlen/ Pulvermühlen / Papiermühlen / Walckmühlen / Bohrmühlen / Ertzmühlen/ Kupffer und Drathmühlen / Eysenhammer/ Messinghammer/ Wurtzmühlen/ Schleiffmühlen/ Lohmülen/ de quibus vide Klock. *d. cap. 8. per tot.*

Quemadmodum autem jus fluminum pu- 35
blicorum ad Imperatorem ejusque Regalia olim pertinuit, ita etiam molendinorum, quæ in publicis fluminibus extructa, ad Imperatorem pertinuit, & juribus Regalibus adnumeratur. Quod tamen jus sicuti & alia Regalia, Imperatores postea aliis jure feudi, donationis vel alio titulo concedere consueverunt, etiam homini-
bus privatis, de Imperatoribus vel Imperio be- 36
nè meritis. Et successu temporis jus molendinorum jure proprio ad Civitates Imperiales & alios Imperii ordines & status pervenit, & hodie superioritati territoriali adscribitur, Hering. *de molendin. quæst. 9.* Rosenthal. *de feud. cap. 5. concl. 28.* Besold. *thes. pract. verb.* Mühlen. Knichen. *de jur. territ. cap. 4. n. 252.*

Præter necessitatem molendinorum, non 37
levis etiam Reipublicæ utilitas inde accedit, ex canone frumentario, Mülter/ qui pro molitura solvitur, & ex censu, qui pro aquæductu, wegen des Wasserganges/ Mühlgrabens/ Wasserfaß/ penditur, Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 8. n. 11.* Et pro molitura quandoque certa pecunia solvitur, Mahlpfinnig/ Mahlgelt/ Klock. *d. lib. 2. cap. 7. num. 4. seq.*

Quemadmodum autem Reipubl. utile est, 38
complures habere molas instructas, ita etiam necessarium est, molitores habere probos & justos, iis, certas leges & ordines præscribere, eosque cum famulis & familia juramento fidelitatis & sinceritatis de præstando dolo & culpa, constringere, cum nulli ferè in re concredita negligentius & malitiosius versentur, quam molitores.

tores, & ideo publicam rationem dictare, quo huic caveatur crebra & acurata inspectione,
39 scribit Knichen. *de jur. territ. cap. 4. n. 3 : 3.* horumque bona inter male quæsita refert Wehner. *verb.* ungerechte Guth. *n. 4.* Unde vulgò dicitur:

Ein Rettich und ein Dieb/
Ein Müller und ein Dieb/
Ein Schäffer und ein Schinder/
Welches ist mehr oder minder.

40 Quo nomine viri graves, fideles & periti molarum inspectores constituendi sunt, qui diligenter procurent, ut molendis frumentis cuique satis fiat, & farina justo tempore & modo reddatur, à molitoribus nulla fraus committatur, ipsa molendina sarta tecta conserventur, & hanc curam olim ad præfectum annonæ spectasse, docet Hering. *de molendin. quæst. 45. n. 35.* Lindenspur. in comment. über die Fürstl. Würtenbergische Lands-Ordnung. *tit.* daß die Häuser/ Scheuren/ ꝛc. *85. n. 10. seq.*

41 11. Pertinet quoque huc torcularium cura & inspectio, ut hæc quoque ad usum communem sarta tecta conserventur. Unde hic Eßlingæ statuto cautum est, quod nemini civium liceat torcular vel de novo construere, vel etiam destruere, aliive vendere, sine consensu magistratus. Confer Fürstl. Würtenberg. Lands-Ordnung *tit.* vom Kelterbaw *86.*

12. Domus braxatoriæ Bier- und Breuheuser/ de quibus *supra lib. 2. cap. 16. n. 78.*

42 13. Domus sive ædificia ad coctūram calcis, laterum tegularum & similium, Kalck- und Ziegelöffen/ quorum quoque curam Reipubl. necessitas requirit, utpote quæ ad ædificiorum ac murorum constructionem, necessariò requiruntur, de quibus Agricol. *de natur. fossil. lib. 17. cap. 21.* Klock. *de ærar. 2. cap. 15. n. 5. seq.*

43 14. Muri, sive mœnia, quorum cura etiam maximè ad magistratum pertinet, ita, ut sine superioris licentia muros nec extruere, *l. de operibus. 6. ff. de oper. publ.* nec reficere vel restaurare liceat, *l. sacra. 9. §. muros. 4. de rer. divis.* De quo tamen vide supra *lib. 2. cap. 22. n. 83.* Nec licet sine superioris licentia muris quicquam conjugere vel superponere, *d. l. 9. §. 4. ff. de rer. divis.* Nec in illis habitare, æquè ut in portis, licet, *l. 3. ff. ne quid in loc. sacr. fiat.* Et sancti sunt muri, *§. sanctæ. 10. I. de rer. divis. l. 1. in pr. l. 8. §. 2. ff. eod. l. 2. ff. ne quid in loc. sacr.* Joh. Limnæ. *de jur. publ.*
44 *lib. 7. cap. 1. n. 24. seq.* Et sic non violandi, ita ut si quis hostili animo muros civitatis transcenderit, capite puniatur, *l. fin. ff. de rer. divis.* Quam pœnam non tantum locum habere in eo, qui transcendit muros civitatis Romanæ, sed etiam aliarum civitatum municipalium, & sic quoque Imperialium, docent Ludov. Roman. *singul. 239.* Gœddæ. *in l. rei appellatio. 5. n. 17 ff. de V. S.* Kubach. *cent. 2. quæst. illustr. dec. 3. quæst. 1.* Matth. Stephan. *cent. 2. quæst. 8.* Paul. Berens. *disp. 3. ad instit. them. 1. quæst. 1.* Joh. Harpprecht. *ad §. sanctæ. 10. n. 3. seq.* Johan. Limnæ. *d. cap. 1. n. 27.* Klock. *de contribut.*
45 *cap. 9. n. 36.* Atque hæc quoque locum obtinent in illis, qui vallum transcendunt, aut per murum castra ingrediuntur, ut hi quoque capite puniantur, *l. 3. §. nec non ff. de re milit.* modò dolo malo, vel hostili animo id fiat, *d. l. ult. ff. de rer. divis.* Atque ita, si quis transcendisset reficiendi causa, vel si quis, dum fugeret adversarium prosequentem, & aliter mortem evitare non posset, è muro exsiliisset, aut per funem se demisisset, ipsum pœna capitali non teneri, affirmat Harpprecht. *d. l. n. 19.* cum nec dolo malo, nec hostili animo id fecerit, & ignoscendum sit ei, qui sanguinem suum qualiter qualiter redemptum voluerit, *l. 1. ff. de bon. eor. qui ant. sent. l. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil.* Quo confer. *Actor. v. 9. 25. Jos. 2. v. 25. Proverb. 24. v. 11.*

Verum hæc pœna capitis hodie generaliter fere in omni transcendente muros arbitraria esse 46
solet relegationis, carceris, pecuniariæ, Wesembec. *in not. ad* Schneidewin. *in. d. §. sanctæ. L. de rer. divis.* Limnæ. *d. cap. 1. n. 28.* Murorum pars sunt portæ, Greg. Tholos. *de republ. lib. 2. cap. 3. n. 10.* ideoque earum non minor, quam murorum cura habenda, cum etiam sanctæ sint, *d. §. sanctæ. 10. I. de rer. divis.*

15. Turres, à torvis, quod aspectu torvæ sint vel etiam quod hostes terreant, dictæ, quæ si fa- 47
stigiatæ magnam urbi dignitatem conciliant & sine turribus murisque Thebani non ausi sunt habitare, Homer. *odyss.* *Cæsar. de bell. civil. lib. 3. in fin.* Et quibusdam urbibus pœnæ loco impositum esse, ne habeant turres fastigiatas, refert Schönborn. *1. polit. cap. 14.*

16. Armamentaria, Zeugheuser/ quæ in 48
urbe ideò habenda, ut indigentibus tempore belli arma inde subministrari possint, Schonborn. *d. cap. 14.* Idque sive ab exteris, sive à nostris oppugnamur. Si ab exteris, nullum aliud tuendæ libertatis remedium est, quam ut simus, juxta Virgil. *4. Æneid.*

-- -- -- *Forti pectore & armis.*

Et sic publica non tantum habeantur armamentaria, sed & quisque civium suis etiam propriis 49
instructus sit armis, ad repentinum repellendum impetum, aliena enim arma aut ex humeris decidunt, aut gestantibus oneri sunt, aut eos constrictos tenent, Machiavel. *de princip. cap. 13.* Ex quo etiam novitii cives armis induti propriis homagium præstare hic Eslingæ tenentur. Si à nostris periculum subest, armorum cura ipsa liberorum caritate nobis antiquior sit, *l. postliminium. 19. §. Filius quoq. 7. ff. de captiv. & postlim.* ut ita tranquillus serenusque beatæ pacis status efflorescat, Valer. Maxim. *lib. 2. cap. 8.*

17. Referendi quoque huc sunt Aquædu- 50
ctus, quorum, sicuti & castellorum, craterum seu labrorum, Rohrbrunnen/ Röhrkästen/ cura inter magistratus officia postremo loco non est habenda, sed & ex his civibus utilitas & ærario compendium inferendum, Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 13. n. 10.* ubi refert, Agrippam non sine maximis sumptibus perfecisse, ut præ aquarum ubertate omnem per urbem, & per ipsas cloacas amnes inundare viderentur, & nulla propemodum esset domus, quæ subterraneos meatus, Siphones, & fistulas venosas non haberet, Strabo *lib. 5.*

lib. 5. Plin. *lib. 31. cap. 15.* Et hujusmodi aquæductus fontium supplent inopiam, quibus aqua vel in urbem inducitur, vel in ipsa urbe scaturiens, in plura loca derivatur, ubi observandum, quod multo salubrior aqua ex tubulis ligneis vel fictilibus, quàm plumbeis fistulis deducta, cum ex plumbeis cerussa nascatur, quæ humanis corporibus nociva.

51 18. Fontium quoque summa cura sit in Republica; Non enim sale, non pane, non tectis tam frequenter utimur, quàm fontibus, qui & necessitati, utilitati & jucunditati simul subserviunt Aristot. *7. polit. 11.* Plato *lib. 6. de legib.* Et magna urbis utilitas est, cum perennes fontes murus includit quod si natura non præstat, effodiendi sunt putei, aquarumque haustus funibus extrahendi, inquit Veget. *de re milit. lib. 4. cap. 10.* Hoc enim elemento nulla ratione carere possumus, eaque in re veteres diligentissimi fuerunt, qui non modò urbes & pagos conditúri, sed & castra stativa electuri in puram semper inquirebant aquam. Est enim aqua maximè necessaria ad vitam conservandam, ad victum, ad belli pericula avertenda, ad negociationes & commercia, & possunt homines facilius cujusque rei penuriam, quàm aquæ ferre. Unde etiam Romani cum maxima pœna aliquem afficere vellent, igni & aqua interdixerunt. Confer *supra lib. 1. cap. 7. n. 6.*

52 19. Sicuti etiam balneorum, de quibus *supra lib. 2. cap. 16. n. 83.*

53 20. Magna quoque magistratus cura esse debet Thermarum & Acidularum, warme Bäder und Saurbrunnen/ quæ non solum sanitati conducunt, sed etiam Principis & magistratus statum magnificum & locupletem reddunt, ad quas ex longinquis locis thesauri illius pretiosissimi, valetudinis, quæ vitæ mortisque sequestra est, recuperandæ causa, aliis medelis nihil proficuis, maximo cum sumptu exteri convolant. Quæ maxima Dei dona sunt, & si natura loci ejusmodi aquas suggerat, ut donum Dei diligenter investigandæ, probandæ, structuris idoneis adornandæ, & ad usum lavandi & potandi, concludendæ sunt, de quibus vide Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 13.*

54 21. Pontes quoque tàm lapideos, quàm ligneos sublicеos, & pensiles, imò & quosvis ponticulos in suo statu conservari, publicè & privatim interest, quo nomine etiam modicum vectigal pendi solet, de quo Klock. *d. lib. 2. cap. 77. per tot.*

55 22. Idem est, quoad vias publicas, quarum tanta apud Romanos habita fuit ratio, ut certos earum curatores designaverint, Sicul. Flac. *lib. 1. de condit. agr.* quo scilicet subditi commodè & tutò commeare possit, *l. 1. §. summa. ff. de his, qui de jec.* vide Klock. *de contribut. cap. 9. n. 29. seq.* Multos enim alioquin merces nobis allaturos viarum salebræ, interruptiones & asperita-
56 tes deterrent Danæus *polit. 4. cap. 2.* Quod etiam obtinet in plateis & viis in urbibus, quas integras & mundas esse magistratus curabit, Keckerm. *system. polit. 1, cap. 21.* Cujusmodi plateæ directæ esse debent ab una porta ad alteram, & satis latæ, cum ad vecturam, tùm adversus ventos descriptæ, ad quas ædes privatorum ad pares constituantur dimensiones, Hippol à Coll. *lib. de increm. urb. cap 7.* Plateæ enim & fora publica nimium coarctata, civitatem reddunt minus salubrem, minusque habitatam, ac incendiis maximè obnoxiam Danæ. *polit. 4. cap. ult.*

23. Inter ædificia & opera publica referun- 57
tur quoque fora, tam negociationis, quam justitiæ, P. Greg. Tholos. *de republ. lib. 2. cap. 8. n. 1.* quæ apud Romanos varii erant generis, & alia ad urbis splendorem, alia negociorum civilium, vel delectionis causa, alia verò ad communis populi usum constituta, de quibus latè Rosin. *de antiquit. Rom. lib. 9. cap. 7.* Forum com- 58
merciorum est, publicum & amplum spatium, pervium ad commercia hominum exercenda destinatum. Et hoc vel est liberum, in celebriore civitatis loco accommodatum de ambulationibus & colloquiis civium honestorum & negociatorum; vel rerum venalium. Ita Romæ erant ta- 59
bernæ mercimoniorum, ad nullum alium destinatæ usum, quam ut negociantes & mercatores sub iis deambulare & commodè inter sese contrahere possent. Quarum una dicebatur Argentaria, eo, quod non nisi aurea & argentea vasa, item collaria, armillæ, annuli, globuli sive clavi, & id genus alia ex auro conflata ibi vendebantur. Solent quoque interdum ædificia à magistratibus exstrui usibus & oportunitatibus negociorum & negociatorum privatorum inservientia, veluti tabernæ, buticæ vel banchi vulgo Butiquen und Krämerladen/ Tuchgewandt/ Leingewand / Schuhhäuser / Brodtbäncke/ pro quibus vel certo tempore, vel annuatim, certa pensio solvitur.

Aliud quoque est forum rerum venalium 60
publicum, offener Marcktplatz/ darauff allerhand Kauffmanns Wahren feil und verkauffet werden. Et hoc varia rerum differentia variè distingui, & pro rebus venalibus esse solet Forum Equarium, Roßmarckt: Forum Boarium, Vieh- oder Rindermarckt: Suarium, Sew- oder Schweinmarckt: Piscarium, Fischmarckt: Pistorium, Brotmarckt/ Brotlauben/ Brotbänck: Macellarium, Fleischmarckt/ Metzge/ Schlagheuser/ cujusmodi domos mactatoria, offene und sonderbahre Schlagheuser/ in rebus publicis habere publicè interest, ut videre liceat an boves mactandi sint sani & publicè vendi & distrahi possint, ob es gesunde Kauffmans Wahren seyen/ quo nomine certi constituuntur inspectores, ne animalia morbosa mactentur, & qui certum pretium definiant. Granarium sive forum frumentarium, Korn- und Fruchtmarckt/ Kornhäuser/ confer *supra cap. 21.* Pomarium, Obsmarckt: Olitorium, Krautmarckt: Cupedinarum, Naschmarckt: Lignarium, Holtzmarckt: Ollarium Häffenmarckt / Schüsselmarckt: Fœnarium, Hewmarckt: Forum scrutarium, in quo omnis generis merces obsoletæ, & usu tritæ venales habentur, Trödel- Tendel- oder Grempelmarckt.

24. Curam quoque magistratus habere de- 61
bet, horologiorum publicorum, iisque præficere viros peritos, qui ea gubernent, quoniam

omnes

omnes actiones hominum in Republica ad horologium publicum componuntur, quod nisi benè gubernetur, magna indè rerum confusio oritur, Keckerm. *system. polit.* 1 *cap. 21.* Unde Germanorum proverbium: Wie der Seger gehet/ so gehet das Regiment/ quasi diceretur, ex horologiorum gubernatione Reipublicæ quoque administationem æstimari.

61 25. Idem est quoad Campanarum usum, ex quarum pulsu cives norunt discernere, quando ad sacra publica, aliaque negocia conveniendum sit, vel incendia restinquenda, vel aliud periculum publicum propulsandum, & quando urbis portæ claudendæ & aperiendæ, Zach. Fridenreich. *polit. cap. ult.* ubi tamen de Turcis notandum, ipsis neque Campanas, neque horologia esse, eo, quod indicia & signa seditionum ea esse sibi persuasum habeant.

CAPUT XXVII.

De cura ædificiorum privatorum.

SUMMARIA.

1. *Ædes privatæ ornatiores ipsam civitatem illustrant:*
2. *Moralis civitatis ornatus præstat artificiali.*
3. *Ædificandi studium omni tempore usitatissimum, in quo tamen modus servandus.*
4. *Ordinata sit ædificiorum dispositio.*
5. *Altitudo non sit ingens sed moderata.*
6. *Incendiorum habenda ratio, & magis ex lapide quàm ligno extruenda ædificia.*
7. *Consuetudo loci in ædificando spectanda.*
8. *Fenestræ & portæ ædium quomodo extruendæ.*
9. *Ædificia extructa sarta tectaq́ue sunt conservanda.*
10. *Ruinosas ædes absq́ue magistratus consensu destruere non licet.*
11. *Dirutæ sunt reædificandæ.*
12. *Mœnia,* Erker / *olim ædificare non licuit, nisi in provinciis.*
13. *Ad æmulationem & injuriam alterius ædificare non licet.*
14. *Quæ quando præsumatur.*
15. *Civibus non permittendum, ut nimis superbè ædificent.*
16. *Quod damnosum.*
17. *Minus autem permittendæ campestres structuræ magnificæ & pretiosæ.*
18. *Modicus splendor, maximè in locis pupublicis. non erit prohibitus.*
19. *Certi ædiles constitui solent, horumq́ue officium.*

1 NOn solum autem publicis operibus urbis ornatus adscribitur, sed & ornatissimæ ædes eandem illustrant, Besold. *de increment. imper. cap. 2. n. 5.* Et ædificiorum cultu decus urbium acquiriri, & ædificantium habitationes civitatum ornamento adjici, constat ex *l. 2. C. de præd. & omnib. reb. navicul.* Et argumentum Reipubl. internum imprimis consistere in ædificiis tàm publicis, quam privatis, colligitur ex Besold. *d. cap. 2. per*

2 *tot.* Quamvis naturalis & moralis civitatis ornatus præstet artificiali, secundum illud Plauti *in Persa. act. 4. scen. 4.*

Satin' Athenæ tibi visæ fortunatæ atq́ue opi paræ?
Urbis speciem vidi, hominum mores perspexi parùm.
Quid id, quod vidisti? ut munitum muro tibi visum est oppidum?
Si incolæ benè sint morati, pulchrò munitum arbitror:
Perfidia & peculatus ex urbe, & avaritia si exulant:
Quarta invidia. quinta ambitio, sexta obtrectatio,
Septimum perjurium; euge: octava indiligentia.
Nona injuria, decimū, quod pessimū aggressu, scelus:
Hæc nisi undè aberunt, centuplex murus rebus servandis parum est.

Unde Augustinus *de civit. Dei lib. 22.* de Roma à Gothis vasta dicit: In ruina urbis, lapides & ligna; in civium autem vita, omnia, non murorum, sed morum monumenta atque ornamenta ceciderunt: Cum funestioribus eorum corda cupiditatibus, quam ignibus tela illius urbis arderent. Quo allusit Gunther. *libr. 3. Ligur.*

Quumq́ue ruinosis procumbunt oppida muris,
Majorem morum patimur, quærimurq́ue ruinam.

Ædificandi autem studium omni tempore fuit usitatissimum, & in hoc quam plures sunt prodigaliores, & pecuniæ illudere gestiunt. Unde Plato Agrigentinorum ingentes sumptus, quos in ædificia conferebant, carpens, dixisse fertur: Agrigentini quasi semper victuri ædificant, & comedunt, quasi altero die morituri, Ælian. *lib. 12. c. 29.* De ædificandi prodigalitate vide Klock. *de ærar. lib. 2. c. 95. per tot.* Sed modum ædificandi, & ne quis nimis splendidè ædificet, inter arcana dominationis regiæ refert Arn. Clapmar. *de arcan. rerumpubl. lib. 3.* 3

Ordinata autem ædificiorum sit dispositio privatorum, & à sordibus abhorreant, Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 18. num. 7. & 14.* Schönborn *lib. 1. polit. cap. 15.* ubi antiquitus, inquit, labyrinthi instar confuso modo collocabantur ædes, nullis certis constitutis vicis, ex quibus peregrini, si alicui civi damnum intulissent, effugere non poterant. Verùm major est decus, si secundum lineam rectam ædificia disposita, & previæ plateæ conditæ sint, wann die Gassen gleich/eben/weit/und die Häuser mit unzimlicher Höhe / oder fürgehenden Erckern einander nicht überlegen/oder hinderlich seynd/ 2c. 4

Nihil

Nihil enim æqualitate decentius est, & ornatus magis consistit in harmonia, quam in sumptu, Besold. *de jur. rer. cap. 4. §. 4.* Et hanc ædificiorum structuram ornatui civitatis & securitati inservire, probat Aristot. *7. polit. 11.*

5 Altitudo quoque ædium non sit ingens, sed moderata, cujus lex lata ab Imp. Trajano, statuens, ne domorum altitudo sexaginta superaret pedes, ob ruinas faciles, incendia & sumptus exitiosos, Strabo *lib. 5.* Dionys. Gothof. *in l. 1. lit. f. C. de ædific. privat.* Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 18. n. 15.*

6 Estq; in ædificiis urbanis maxima habenda ratio incendiorum, Besold. *de increment. imper. c. 2. n. 5.* ubi ex Chiflet. *part. 2. Vesontionis cap. 70. ad fin.* refert, cum præteritis seculis Vesontini ædificia plurima è ligno essent, frequentissimaque incendia orta; edicto gubernatorum cautum fuisse, ut quæcunque restaurarentur, aut de novo ædificia excidarentur, ex quadrato lapide fierent, quod præter utilitatem, maximam, civitati venustatem conciliasse subdit, confer Strumpf. *chron. Helvet. lib. 6.* Qua in re maximè laudatur magistratus Augustanus, qui non permittit, ut ædificia ex ligno exstruantur, sed omnia lapidibus construenda suadet & jubet. Quod si commoditates lapidicinarum desint, sufficiet, si parietes intercalares lapide constent, wann man gemaurte Feurwänd machet.

7 In genere autem forma cujusq; loci statutorum observanda venit, ita ut ædificandi consuetudo in loco omni juris dispositioni prævaleat, Cœpol. *de fenestr. n. 4.* Bursat. *cons. 11. n. 17.* Franc. Marc. *decis. 498.* Et hujusmodi statuta valere, & consuetudines de non ædificando, nisi ad certum modum & formam, tradit Gail. *2. obs. 69. n. 16.* Et statutum prohibens elevationem ædificii, si illud luminibus vicini officiat, ligare forensem tradit Vinc. Hondedæ, *cons. 10. n. 14 vol. 2.* Padil. *in l. altius. n. 9. seq. C. de servit. & aq.* Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 18. n. 19. & cap. 95 n. 39.*

8 Fenestræ & portæ ædium ita sunt extruendæ, ut sol unumquemque locum intrare, ventiq; orientales structuras permeare valeant, Melch. Junius *part. 2. polit. qu. 66.* Sol enim purificat, aërem facit subtiliorem & salubriorem: & venti orientales, omnesq; collaterales ab ortu spirantes cæteris sunt salubriores, quia Zephyrus vapores dissipat, temperat æstum præcordiorum, spiritus vitales fovet, calorem impellit, concoctionem juvat, aërem ventillat & optimum efficit, Casus *in sphær. civit. 7. cap. 11.* Cum è contra pessimus aër occlusus, quem neque ventus neque sol penetrat & purgat, Randzov. *de conserv. valet. cap. 4.*

9 Ædificia extructa sarta tecta conservanda, & ea, quæ collapsa, vel ruinam minantur, reficienda & reparanda sunt, *l. singularum. 8. C. de ædific. privat. l. 4. C. de jur. Reipubl. l. præses. 7. ff. de offic. præs.* Adeò, ut si pauper sit, cogatur eam vendere, vel sumptu publico exstruatur, & nisi statuto tempore pecunia cum usuris restituatur, domus distrahatur, & inde Reipubl. satis fiat, *l. Ad curatoris. 46. ff. de damn. infect.* Joh. Choras. *in l. finit. 1. §. Julianus. n. 14. ff. de damn. infect.* Klock. *d. cap. 18. n. 1. & 21.*

10 Nec ruinosas ædes absque magistratus consensu destruere licet, quod hic Eslingæ observatur. Nec dirutæ in hortos redigendæ, *l. si quis posthac. 6. C. de ædific. privat.* Klock. *d. cap. 18. n. 3.* Sed 11
reædificandæ sunt, *d. l. singularum 8. C. de ædific. priv.* Ex quo etiam jure Civili Romano curator publicorum operum circa ædificia invigilabat, & teste paulo *in l. ad curatoris. 46. ff. de damn. infect.* curabat, ut dirutæ domus à Dominis exstruerentur, *d. l. 8. C. de ædif. priv.* Et ne ruinis deformaretur aspectus civitatis, & in publico ædificata, si obessent publico usui, deponerentur, *l. 2. §. si quis nemine. ff. ne quid in loc. publ.* Et cœpta ædificia perficerentur, quod & hoc ad decus urbium pertineat, *l. Prætor ait. §. hoc interdictum. ff. de nov. oper. nunciat.* Sic quoque magister viarum, potestate sibi concessâ, dominum domus dirutæ & inhabitatæ compellere potest, ut reædificet, vel vicino proximo vendat, æstimatione facta per peritos: Vel si duo convicini illa egeant, utrisque, prout ipsi videbitur, alterutum egere, vel si ipsi nolint emere, syndico Civitatis, prout ex constitutione Xisti, refert Petr. Gregor. Tholos. *de republ. l. 2. c. 10. n. 4.* Et quod, si diruta ædificia, vel lapsa, non reædificentur, area fisco addicatur, cautum est in *l. 4. & ult. C. de jur. Reipubl. Novel. 17. cap. 1. §. 1.* Et Imper. Vespasianum quibuscunq; permisisse, ut cessantibus possessoribus, vacuas areas occupare & ædificare possent, cum in eo publica versetur utilitas, refert Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 18. n. 5.* In restauratione autem & reædificatione ædificiorum forma vetus retinenda est, ne discordiis civium occasio detur, *l. ex quo. 12. §. nulli autem. 3. C. de ædific. privat. l. 1. C. de servit. & aqua. l. qui luminibus. 11. ff. de serv. præd. urb.* Klock. *d. cap. 18. n. 20.* Schönb. *1. polit. cap. 15. n. 7.* Cujac. *17. obs. 35.*

Mœniana sive exostas, quæ & solaria dicun- 12
tur, Ercker/Uberhäng/Gäng/priscis legibus Romæ ædificare non licuit, prout testatur collegium Argentoratense, *lib. 39. n. 10. v. 4.* Unde sub Valentiniano præfectus urbi omni sustulit, Am. Marcell. *lib. 27.* Quod & Franciscum I. Galliæ Regem in præcipuis Regni sui civitatibus edicto sancivisse, refert Cujac. *in l. Mœniana. 11. C. de ædific. priv.* In provinciis tamen licuit, intermisso inter ea & apposita iis loca decem pedum spatio, aut si iis apponatur horrea publica, quindecim pedum. alioquin destruenda mœniana & domus fisco adscribenda, *d. l. mœniana. 11. C. de privat. ædific.* De mœnianis vide Fürstl. Würtemb. Bau-Ordnung, *fol. 26. & fol. 39. & seq.*

Non licet quoque ædificare ad æmulatio- 14
nem, invidiam, injuriam, & incommodum alterius, *l. opus novum. ff. de oper. publ. c. Pisanis. in fin. X. de restitut. spoliat.* Gail. *2. obs. 69. num. 17. seq.* Quamvis autem regulariter quilibet præsumatur ædificare ad suam utilitatem principaliter, & non ad æmulationem & injuriam alterius, Cœpoll. *de servit. urb. præd. cap. 39. n. 3.* Menoch. *arbitr. jud. cas. 156. n. 9. & 6. præsumpt. 29. n. 1.* Mascard. *de probat. concl. 21. n. 1.* & æmulationem allegans eam probare teneatur, Mascard. *d. l. num. 2.* Gail. *d. obs. 69. num. 30.* add. Klock. *vol. 1. cons. 10. art. 8. à num. 454. usq; ad numer. 748.* Præsumitur autem æmulatio, si ædificans nullam sentiret utilitatem, & vicino detrimentum adferret, vel ad scrutandum vicini secreta

id

id faceret, si vicini sint rixosi & æmuli, si quis in finibus Imperii ædificet, vel propè civitatem aliquod castrum munitum exstruat, &c. de quibus vide Gail. Mascard. & Menoch. *d. loc.* Confer *supra lib. 2. cap. 22. n. 90.*

15 Providendum quoque est magistratui, ne subditi & cives nimis superbè & sumptuosè ædificent, & instruant, sed intra conditionis suæ limites sese contineant. Lipsius *4. polit. 11.* Schönborn *1. polit. 15. n. 3.* Quod etiam monet Cicero *1. de offic.* Cavendum, inquiens, præser-
16 tim si ipse ædifices, ne extra modum sumptu & magnificentia prodeas, quo in genere multum mali etiam in exemplo est. Non enim domo Dominus, sed Domino domus honestanda est, Cicer. *2. de divinat.* Et illi maximè desipiunt, qui omnia potius visenda, quàm semet efficiunt, Salust. *apud Cæsar.* Et qui divitias per omnes ædium angulos dissipant, tectaq; ipsa fulgentia habent, Seneca *de tranquill. anim. cap.* 1. Exprobat hoc ipsum cuidam Martialis *lib. 12.* & Socrates Archelao, qui domum sumptuosissimè ædificatam, pretioso supellectile instruxerat, & eximiis monumentis exornârat: Plurimis enim undiq; talia decora invisendi gratia accurrentibus, Socrates, num animadvertis, inquit, ex tanta multitudine domum tuam quotidie invisentium neminem adhuc tui visendi causa intromitti postulasse. Quibus verbis Archelaum monitum voluit, vel minimam earum rerum pluris, quàm illum ab universo populo æstimari Xenophon *in mem. Socr.* Diogenes domum alicujus ingressus, & sumptuosis tapetis stratam ubiq; cernens, in ejus faciem excreavit, excusans se, quod nullum alium inhonestiorem locum vidisset, Plutarch. *de liber. educat.* Et hoc ædificantium plerumque est erratum solemne, ut consumptâ pecuniâ, ædes relinquere & migrare cogantur, nam

Ædificare domos & pascere corpora multa,
Ad paupertatem proximus est aditus. Et
Litiget, ædificet, qui vult citò pauper haberi.

Et virum bonum non esse, qui ædes lapideas extruxit, suos autem squalore atque inopia macerari finit, scribit Pruckman. *§. soluta potestas, effect. 8. membr. 3, n. 34.* Nec est, quod quis gloriam & memoriæ æternitatem ex ædificandi studio adquirat, cum mortuis nihil conferat, nec ædificia æterna sint, siquidem vel uno terræ motu dissipantur, vel fortuito incendio consumuntur, vel hostili aliquo impetu diruuntur, aut vetustate ipsa dissoluta labuntur, confer Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 95. n. 13. & seq.*

Vitandæ quoque & non permittendæ sunt Campestres structuræ magnificæ & prætiosæ, köstliche Lust-Häuser auff dem Land und Feld / quia per eas non tantum ornamenta, quæ civitatibus debentur, rus transferuntur, sed etiam, 17
quod belli tempore perquam sunt damnosæ, cum civ[?] inducant, ut in Florentinis aliquando animadversum, ad turpiter cum hoste depaciscendum, Chockier. *thes. polit. aphorism. lib. 5. cap. 16.* Lather. *de censu lib. 1. cap. 12. n. 20.*

Modicus tamen splendor ad urbis orna- 18
tum non erit prohibitus, maxime si in loco urbis publico ædificia extruantur, quinimò ista contra urbis ornatum extructa diruenda sunt, *l. præscriptio. 6. C. de oper. publ.* modò in excessu non peccetur. Ex quo Magnus Sfortia, cum patria Contignola incendio absumpta esset, privata liberalitate instaurandam suscepit, lapides & ligna subministrando, & singulos præcipuè cives adhortando, ut luculentius ædificare vellent, factumq; inde est, ut celeriter adornatis domibus directisq; viis privatim & publicè Principi ingentes gratiæ agerentur, quod elegantiæ publicæ consuluisset.

Ædificiis tam publicis quàm privatis legi-
timè exstruendis, reficiendis & curandis, in ci- 19
vitatibus certi Ædiles, Bawmeister / constitui solent, sicuti & jure Civili Romano curator publicorum operum circa ædificia invigilabat, Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 18. n. 2.* Horumq; officium est, providere, ne ædificia & opera publica detrimenti quid patiantur, sarta tecta conserventur, ruinosa restaurentur. Quod etiam jubet Ordinatio politica Würtembergica, Fürstl. Würtemb. Lands-Ordn. *tit. 110.* § Es soll auch ein jede. *15. fol. 229.* Ne etiam ædificia per incendium damnum patiantur, nocturni cœtus instituantur, & hostiles in civitate molitiones fiant, præfecti vigilum olim constituti fuerunt, de quibus *tot. tit. ff. & C. de offic. præf. vigil.*

(o)

FINIS LIBRI QUINTI.

LIBER

LIBER SEXTUS.

AGENS DE OFFICIO CIVIUM ET SUBDITORUM ERGA MAGISTRATUM.

CAPUT I.

De Reverentia Civium erga Magistratum.

SUMMARIA.

1. *Cives & Subditi Magistratui tenentur ad reverentiam, honorem & obsequium.*
2. *Magistratus dignitas quænam, ejusq́ epitheta.*
3. *Apud Romanos quanta dignitas parentum.*
4. *Filius in Magistratu constitutus patri præferendus in actibus publicis.*
5. *Magistratus sunt loco patris, & majoris authoritatis quàm pater.*
6. *Senatoria & Consularis potestas à patria potestate non liberat.*
7. *Fabius patrem obvium equo descendere jussit.*
8. *Magistratus persona subditis semper honesta esse debet.*
9. *Etiam apes regem suum observant.*
10. *Cives Magistratui reverentiam debent assurgendo, caput nudando, &c.*
11. *Persæ humi prostrati Regem salutabant.*
12. *Civi & subdito semper honesta esse debet persona magistratus, etiam iniqui.*
13. *Injuria Magistratui illata atrox est, & gravius punitur.*
14. *Subditus adversus magistratum famosam actionem intentare non potest.*
15. *Corpora magistratuum sacro-sancta habenda, maximè in jure reddendo inviolabilis esse debet.*
16. *Magistratus in jure exequendo, vim & injuriam non facit, nec ei resisti potest.*
17. *Secus si potentia sua abutatur.*
18. *Vel omisso juris ordine procedat.*
19. *Vel civis atroci injuria à Domino afficiatur.*
20. *Quibus casibus veniam agendi impetrabit subditus.*
21. *Subditi & cives benè de Magistratu sentient, nec singula ejus facta rimabuntur.*
22. *Nemo unquam ex omni parte bonus.*
23. *Subditi de Domino nunquam malum loqui debent.*
24. *Multo minus ei maledicere.*
25. *Preces pro salute magistratus fundere debent.*
26. *Magnanimi magistratus est injurias & offensiones spernere.*
27. *Nec facilè lubricum linguæ ad pœnam trahendum.*

HActenus de Magistratus officio, & quid hi ipsis Rebuspublicis, subditisque & civibus debeant, plura diximus, restat nunc, ut paucis indicemus, quodnam civium & subditorum sit offici-
1 um erga Dominos & magistratus suos. Et quidem primùm cives magistratui suo tenentur ad reverentiam, honorem & obsequium, *1. Petr. 2. vers. 18. l. semper incivitate. 5. in princ. ff. de jur. immun.* Becht. *de securit. & salv. cond. concl. 162.* Ziegler. §. *Civitas. concl. 1. n. 15. & 77.* Reinking
2 *polit. Bibl. cap. 2. axiom. 104.* Quod nihil aliud est, quàm debitus cultus, honor & veneratio, quæ magistratui à subdito, cum timore & tremore debetur, *Roman. 13. v. 1. 1. Pet. 2. v. 17. Proverb. 24. v. 21. Eccles. 8. v. 3. & cap. 10. v. 24.* Idque horum requirit dignitas & officium: Vocantur enim Dii, *Psalm. 82. v. 1. & 6. Exod. 21. v. 6. & 27.* Potestates supereminentes, & Ordines, *Roman. 13. v. 1. & 2.* Principes, *Roman. d. cap. 13. v. 3.* Ministri Dei, *Roman. 13. v. 4. & 6.* Reges, *Lucæ 22. v. 25.* Cæsares, Käyser/ *Matth. 22. v. 21.* Dominatores, Gewaltige/ Benefici, gnädige Herren/ *Lucæ 22. v. 25.* Vindices, sive ultores ad iram Dei, qui quod malum est, fecerit, *Roman. 13. v. 4.* Ecclesiæ nutritii, *Esaiæ 49. v. 23.* Pastores, *Esaiæ 44. v. 28. Ieremiæ 49. v. 19.* Atque hoc non tantum, quoad magistratus summos, sed etiam inferiores & subordinatos obtinet, *1. Petri 2. v. 13. & 14.* Reinking *de regimin. secular. libr. 1. class. 1. n. 39. & seq.*

Atque

Atque inde omnes subditi & cives Dominum & magistratum suum honorare, eique reverentiam præstare tenentur, Reinking. *polit. Bibl. lib. 2. axiom. 17. & 104.* Quamvis enim apud Romanos nulla dignitas tanta fuerit, quæ filium patria potestate eximeret, quod etiam arridet Bodin. *de republ. l. 1. c. 4.* ita ut etiam parentes antiquitus de filiis in ipso articulo muneris publici occupatis, supplicium sumserint. Ita enim Cassium Consulem, ut primum magistratu abiit, domi judicatum & damnatum fuisse, refert Christian. Liebenthal *colleg. polit. exercitat. 4. quæst. 7.*
4 Disputatio hæc tamen utrum publica dignitas in perpetuum jus partium extinguat, an verò eo tantum articulo, quo filius in munere publico versatur, mota est à Gellio *libr. 2. cap. 2.* & Guazz. *de civit. convers.* & inter Philosophum Taurum & Præsidem Cretæ, qui una cum patre suo, Athenas visendi causa, ad Taurum venerat. Introeunte enim provinciæ Præside, & cum eo pater, surrexit placidè Taurus, & post mutuam salutationem resedit, atque invitavit patrem Præsidiis, ut sederet, ipsum ergo filio prætulit. Contra dixit Præses; hoc modo, sedeat hic potius, qui populi Romani magistratus est; Absque præjudicio inquit Taurus, tu interea sede, ut introspiciamus, cui sedere conveniat. Et sic Taurus quæstionem hanc hoc modo determinavit: ut in publicis locis & congressibus publicis magistratus præferatur, non habita ratione juris domestici. In privatis verò jus domesticum observetur. Atque in hunc quoque modum Gellius *d. l.* quæstionem hanc decidit, in publicis, inquiens, locis atque muneribus, item actionibus patrum jura cum filiorum, qui in magistratu sunt, potestatibus collata, interquiescere paululum & connivere, sed cum extra Rempublicam, in domestica re atq; vita sedeatur, ambuletur, in convivio quoq; familiari discumbatur, tùm inter filium & magistratum & patrem privatum, publicos honores cessare, naturales & genuinos exoriri, vide Reinking *polit. biblic. lib. 3. axiom. 30.* Atque hæc etiam sententia
5 adhuc dum hodie observanda videtur, quia magistratus sunt loco patris, *l. in defensoribus. 4. C. de defens. civitat. Novel. 8. cap. 8. & 10. c. 1. caus. 23. quæst. 5.* Obrecht. *tract. de defens. cap. 6. n. 31.* imo majoris authoritatis, quam pater *l. postlimin. 19. §. Filius. ff. de captiv. & postlim.* Bald. *in l. senium. 3. C. qui testam. fac.* Tiraquel. *de nobilit. cap. 28. n. 8. in fin.* Et hoc casu pater non cedit filio, sed Reipublicæ. Quatenus igitur filius repræsentat Rempublicam, vel quatenus in eo conversatur loco, eo occupatur actu, in quo vertitur dignitas & potestas Reipubl. catenus cedit pater; in cæteris res redit ad naturæ ordinem. Postquam enim publicam personam exuit filius, & ad privatam rediit, vel vitam, vel conversationem, recidit quoque in potestatem patris, *§. filiusfami-*
6 *lias. l. quib. mod. patr. pot.* A qua nec senatoria, nec Consularis dignitas liberat, *l. 3. ff. de adopt.* Et sic seponendus est patri respectus personæ, quando Rempubl. venerari debet in filio, sicuti Betsabea Salomonem accessit supplex, cum Adoniæ Sunamitidem petitura esset uxorem, *1. Reg. 2.* Reinking *polit. biblic. libr. 3. axiom. 30.*

Hinc Fabius Gurges cum Fabium Maximum patrem Proconsulem ovium haberet equitantem, equo jussit descendere, quod mortis non esset Consulem equo adire, quem tantum abest, ut pater reprehenderet, ut hortaretur potius pergere, eoque auctoritatem populi Romani tueri, Plutarch. *in Fab. Maxim.* Gell. *2. cap. 2. in fin.* 7
Liv. *lib. 24.* Hinc persona Domini & magistratus subditis & civibus semper debet esse sancta & honesta, *l. 2. ff. de in jus voc. l. 1. ff. si quis jus dic. non obtempt. l. injuriarum. 13. §. 2. ff. de injur.* Cravet. *cons. 238. n. 2.* Gylman *symph. tom. 1. part. 1. tit. 2. vot. 1. n. 75* Reinking. *de regim. secul. lib. 1. class. 1. cap. 3. n. 20.* exemplo patroni & liberti, *l. liberto ff. de obseq. libert. l. si non sortem. §. Libertus. ff. de condict. indeb.* Senioris & vasalli, Vultej. *1. feud. cap. 10. n. 22.* Et sicut apes suum principem, 8
grues suum regem ordine literato sequuntur, eum observant & venerantur, ita multo magis hominibus suam potestatem obsequi & venerari convenit, Zoanet. *tripart. defens. part. 3. num. 50. & seq.* Ziegler. *§. Civitas. conclus. 1. num. 16.* Becht. *de securit. & salv. cond. conclus. 162. & seq.* 9

Et sic subditus & civis Magistratui, Senatori & Domino suo tenetur facere reverentiam, adsurgendo ipsi, honorando eum cum bireto, cumque salutando, &c. sicuti de persona patroni loquitur Paul. de Citadin. *de jur. patron. part. 1. num. 5.* Ziegler. *§. Civitas. conclusion. 1. n. 17.* Nec debet eum superbè accedere, nec contemptim, aut negligenter, sed honesta & civili reverentia, beneficii accepti commemoratione, gratique ac fidelis animi sponsione, ut ait Carol. Molinæ *ad consuet. Paris. tit. 1. §. 2. gloss. 5. num. 16.* Ita apud Persas subditi humi prostratis corporibus salutabant Regem, Curt. *lib. 8.* Valer. Maxim. *lib. 7. cap. 3.* quem mortem ad sua usque tempora permansisse refert Socrates *lib. 7. histor. Eccles. cap. 8.* Nec permissum erat cuiquam salutare Regem, nisi oblato munere, qualecunque illud esset, Ælian. *1. histor.* Et sicut funesta est omnis vox contra patronum, *l. si quis ex 20. C. qui accus. non poss.* ita & subditi & civis in magistratum, cui semper sancta & honesta videri debet persona magistratus, etiamsi iniquissimi, *arg. l. liberto. 9. ff. de obseq. a lib. & libert.* Matth. de Afflict. *decis. 265. n. 28.* juxta illud: etiamsi legum contemptor & impius sit, tamen pater est, *Novell. 12. cap. 2.* Quorsum pertinet responsum Imperat. Henrici III. Hungaris contra Regem suum auxilium solicitantibus datum: Reges apud omnes gentes suo jure sacrosanctos esse oportere, Ant. Bonfin. *de reb. Ungar. decad. 2. lib. 2.* Nam omnes Dominum timentes honorant magistratum suum, *Syracid 10. v. 24.* 10
11
12

Ex hoc jure omnis injuria magistratui facta atrocior habetur, & gravius punitur, *§. atrox, 7. & ibi Dd. l. de injur. l. prætor edixit. 7. ult ff. eod. l. aut facta. 16. §. 3. de pæn.* Tiraquel. *de nobilit. cap. 28. n. 6.* latè Menoch. *arbit. jud. cas. 263. n. 5 seq.* Berlich. *part. 5. conclus. 66. per tot.* Ita, ut etiam officiali magistratus alapam infligens, officii intuitu, pœna moris affici possit, Bald. *in cap. 1. §. injuria. in princ. de pac. juram. firm.* Tiraquel. *de nobil. cap. 38. n. 4. seq.* Farinac. *de delict. & pæn. quæst. 17. num. 36.* 14

14 Nec subditus adversus Dominum & magistratum famosam actionem instituere potest, *l. si quis in tantam. C. unde vi.* vel doli exceptionem objicere, *l. 1. C. de obseq. patr. & parent. l. honori. 2. parens. 5. l. licet. 7. ff. eod.* Sed hujusmodi actionem & exceptionum loco temperatis in factum verbis & præfatione honoris uti debet, *l. non debet. ff. de dolo mal. l. 4.* Thom. Maul. *de homag. tit. 2. n. 9.* Adeò, ut nec honestam actionem instituere liceat, nisi cum honestate verborum, *C. d. obseq. patr.* Maul. *d. l. n. 10.*

15 Multò magis autem corpora magistratuum sacrosancta habenda, & omnis vis ab ipsis abesse debet. Sic enim apud Romanos Menenio Agrippa procurante magistratus plebis sacrosancti lege latâ facti sunt, qualis lex hæc erat: Tribunum nemo invitum, ut unum è vulgò, quicquam facere cogito, nec verberato, nec alium verberare jubeto, nec occidito, nec occidere jubeto; si quis contra fecerit, sacer esto, Liv. *lib. 2.* Halicarnass. *lib. 6.* Cicero *3. de legib.* Valent. Forster. *lib. 1. hist. civ. jur. cap. 21. n. 2.* Idem de cemviris, ædilibus, judicibus cautum fuisse, notat Liv. *lib. 3.*

16 Imprimis autem magistratus auctoritas in jure reddendo inviolabilis esse debet, quia juri reddendo publica auctoritate creati sunt, *l. 2. §. 13. & ibi* Cujac. *ff. de orig. jur.* unde illa lex sacrata Romanorum: Tribuno ad populum concionanti, ne quis contradicito, neve eum interpellato, &c. ut refert ex Halicarnass. Forster. *d. lib. 1. cap. 21. n. 2.* Idem est, in jure exequendo, dum enim magistratus jure potestatis, ad legitimam juris executionem quid facit, vim atque injuriam non infert, *l. 3. § 6. ff. quod met. caus. l. quemadmodum. 29. §. pen. vers. quid si tamen. ff. ad L. Aquil. l. 3. §. 1. 2. & 6. l. 15. §. 38 seq. ff. de injur.* nec ipsi resistere licet, *d. l. 29. §. pen. vers. quid si tamen. ff. ad L. Aquil.*

17 Secus autem est, si injusta vis à magistratu inferatur, huic enim resistere licet *d. l. quemadmodum. 29. §. pen. ff. ad L. Aquil.* dum enim injustè sua potentia abutitur, vim atque injuriam infert, non Dei, sed diaboli ministrum se exhibet, & pro privato habetur, Becht. *de securitat. & salv. cond. concl. 168.* ubi *concl. 169.* distinguit inter vim judicialiter illatam injustam, utrum damnum sit reparabile vel irreparapile, ut priore casu magistratui resistere non liceat, sed juris remediis uti debeat, posteriore verò casu magistratui damnum irreparabile inferenti resistere possit, *arg. l. 1. C. quando unicuiq. lic. l. liceat. C. ad L. Cornel.*

18 *de sicar.* Becht. *d. l.* Et hæc multo magis procedunt, si magistratus omisso juris ordine & extrajudicialiter vim inferat, per *l. prohibitum. 5. l. Defensionis. 7. C. de jur. fisc. l. fin. §. neq. C. de fidejuss. l. omnes judices. 33 C. de decur. l. 5. C qui milit. poss. l. 5. C. de metat. l. 5 C de execut. & ex-*

19 *act. Novel. 8. cap. 10* Becht. *de l. concl. 171.* Sic quoque si atroci injuria civis & subditus à Domino afficiatur, ipsum injuriam actione experiri posse, probat *l. cum nec. 6. C. de injur. l. si adulterium. 38. §. liberto. 9. ff. ad L. Jul. de adult. l. si cert. 10. §. Prætor ait. 12. ff. de in jus voc.* Wesembec. *de feud. cap. 10. in fin.*

20 Nec hisce casibus subditus veniam prius agendi impetrare tenetur, cum de hodierna consuetudine civis & subditus Dominum, & magistratum sine veniæ impetratione in jus vocare possit, prout tradunt Jacob. de S. Georg. *de homag. n. 26.* Rosenthal. *de feud. cap. 10. concl. 23. n. 23.* Ziegler. §. *Nobiles. concl. 1. n. 24 seq.* Ritter. *de homag. concl. 141.* Maul. *de homag. tit. 2. n. 11.*

Honorem & Reverentiam porrò subditi magistratui in eo deferre tenentur, quod benè de eo sentiant, nec calumniis in eum insectentur, *Exod. 22.* nec singula ipsius facta rimentur, 21 & ad deteriora flectant, quod si qui faciunt, hi curiositatis suæ & vaniloquentiæ merito pœnas dabunt, *2. Petr. 2. v. 10.* una cum Chamo, generosi patris degenere, *Genes. 9.* cum subditi inquirere non debeant, quibus rationibus superiores & principes gubernent, Matth. de Afflict. *in constit. Regn. lib. 1. rubr. 4. n. 5.* Hippol. Rimin. *cons. 118. n. 8.* Klock. *consil. 20. n. 187.* Nec subditi & civis prudentis est, requirere, ut omnes a- 22 ctus Senatus pendeant in æquilibrio, nec quicquam desit; Quod si faciant, & suos simul respiciant defectus, plerumque excusabunt, quod aliâs culpant. Nec enim optimis ii, qui nunquam omni ex parte boni sunt, uti possent, Joh. Michael. Haintz *de civit. Imper. concl. 41. lit. b.* ubi addit, Credendum esse, quod multi Consules & Senatores propter civium subditorum malitiam asperiores se dare, quam pro ingenio sunt, cogantur: ut hac ratione contumacia inferiorum diminuatur lenitas imperantium. Nam in omnibus habere memoriam, & in nullo penitus errare, non humanitatis, sed Divinitatis est, & secundum Senecam, nemo mortalium est, quem non aliqua pars ignorantiæ attingat, hanc contagionem ex ipsâ mortalitate traximus; nam homo cum erat, humanitus errat, errorem autem in homine calumniati, est ipsi mortalitati convitium facere.

Multò magis autem cives & subditi Domini & magistratus honorem debent extollere, nec 23 nunquam malum, quamvis verum, de eo loqui, Maul. *de homag. tit. 2. n. 5.* Reinking. *polit. Biblic. lib. 2. axiom. 114.* multò minus ei maledicere, *Actor. 23. v. 5. Exod. 22. v. 28.* Unde Scaliger: 24

Reverenter habe, quos superi dant superiores,
Is spuit in se, qui spuit adversus Olympum.

Et Virgil:

Discite justitiam moniti nec temnite divos.

sed semper benè de eo præsumere & sentire, R. A. zu Nürnberg *de anno* 1542. §. Und wiewol. Et preces pro salute magistratus fideliter facere, 25 *1. Timoth. 2.* Exemplo captivorum in Babylone, qui etiam pro magistratu Ethnico orare sunt soliti, *Jerem. 29.* Et seniorum, qui Davidis doluerunt vicem, *2. Samuel. 12.*

Magnanimi tamen est magistratus, placi- 26 dum esse, tranquillumq; & injurias atq; offensiones superne despicere, Senec. *de Element.* Et ars prima regni est, posse te invidiam pati, Lycus apud Sen. *in Hercul. fur.* Artem hanc calluit Tiberius, de quo Sueton. *cap. 28.* inquit: Sed & adversus convitia, malosque rumores, & famosa de se ac suis carmina firmus ac patiens, subinde jactabat: In civitate libera, linguam, mentemq; liberas esse debere. Neque tam facilè lubricum linguæ ad pœnam trahendum est, *l. famosi. 7. §. hoc tamen. 3. ff. ad L. Jul. majestat.* Quod observavit

vit Augustus, qui Timaginem historicum quidvis de se scribentem impunè passus est, Seneca *de ira lib. 3. cap. 23.* Et sic ferenda interdum linguæ ista lubricitas & spernenda, nam si id ex levitate processerit, contemnendum est: si ex insania, miseratione dignissimum est: si ab injuria, remittendum, *l. unic. C. si quis Imperat. maledix.* Et convitia, si irascare, agnita videntur, spreta exolescunt, inquit Tacit. *annal. 4.*

CAPUT II.

De Obedientia Civium Magistratui præstanda.

SUMMARIA.

1. *Subditi & Cives Magistratibus obedientiam & subjectionem præstare tenentur.*
2. *Etiam impiis & sceleratis.*
3. *Magistratus ex Dei ordinatione sanctissima dependent.*
4. *Ex quo titulus: Dei gratia,* **Von Gottes Gnaden.**
5. *Impiis quoq; & iniquis Magistratibus obediendum.*
6. *Deo magis obediendum, quàm hominibus.*
7. *Quæ lædunt pietatem, honestatem, &c. impossibilia reputantur.*
8. *Obedientiæ species sunt paritio & comparitio.*
9. *Legibus & mandatis parendum.*
10. *Cives Magistratui in necessitatibus succurrere tenentur.*
11. *Et tenentur cives ad defensionem civitatis, etiam cum periculo.*
12. *Comparationis actus in quib⁹ consistant?*

1 TEnentur Secundò subditi & cives Dominis & Magistratibus præstare obedientiam, & subjectionem, *Roman. 13. vers. 1. & seq. ad Tit. 3. vers. 1. 1. Samuel. 8. l. 1. ff. si quis jus dic. non obtemp. l. injuriarum. 8. si quis quod decreto. ff. de injur. l. non videntur. 167. §. qui jussu. 1. l. non potest. dolo. 199. ff. de R. I. l. Contumacia. 53. in fin. ff. de re judic.* Menoch. *5. præs. 3. n. 86.* Reinking. *polit. Bibl. lib. 2. axiom. 11.* Et Cives Senatui subsunt & parent, non
2 secus ac subditi Principi *supra lib. 2. cap. 1. n. 37.* Et non tantum bonis, sed etiam impiis magistratibus & sceleratis obedientia & reverentia præstanda, si non propter ipsos, ipsorumque malitiam, propter illum tamen, qui eos propter peccata nostra elegit, Deum videlicet, *1. Pet. 2. v. 13. & 20.* Reinking. *de regim. secul. 1. class. 1. cap. 4. n. 1. & per tot.* Exemplo Christi, qui non solum coram iniquo judice stetit, sed etiam Cæsari infideli tributum dare jussit, *Mattha. 22.* Et Jeremiæ, qui Regem impium Zedekiam Dominum suum appellitat, *Ierem. 37. v. 20.* Sicuti etiam Paulo quoad crudelitatem Imperator Romanus est Leo, *2. Timoth. 4. v. 17.* & nihilominus in causa politica ad eum, tanquam Dominum & Magistratum suum provocat, *Actor. 25. v. 10. seq.* confer Reinking. *de axiom. 11. & de regim. sec. lib. 1. class. 1. cap. 3.* Non enim Imperia in terris à fato, aut extrema stella Caudæ Ursæ majoris, veluti nugatur Cardanus, referente Marta *de jurisdict. part. 1. cap. 6. n. 1.* neque novis Copernici Speculationibus, vel aliis signis cœlestibus aut numeris de quibus Bodin. *de republ. lib. 4. cap. 2.* Norderman. *de jur. princip. concl. 12.* sed ex Dei
3 ordinatione sanctissima dependent, *Roman. 13. v. 1. Psalm. 143. Daniel. 2. v. 21.* Unde Imperator
4 Justinianus à Cœlesti majestate sibi Imperium traditum esse asserit, *in l. 1. C. de vet. jur. enucl.* De cœlo datum *Novel. 73. in præfat. §. 1.* & superna collatum clementia, *Novel. 6. in princ.* Quod etiam fatetur Imper. Maximilianus I. R. Absch. zu Wormbs/ *de anno 1495. tit.* Reformation deß heimblichen Gerichts in Westphalen. §. Ehrwürdige Carolus IV. in Aurbull. *in præfat.* & R. A. *de anno 1530.* § Deßgleichen. ibi: dieweil die Obrigkeit von Gott geordnet. Carolus V. R. A. *de anno 1548. in princ. ibi:* Darzu wir von Gott beruffen seynd. Unde etiam omnes, qui superiorem non recognoscunt in mandatis & rescriptis suis utuntur titulo: Wir von Gottes Gnaden. Matth. Stephan. *de jurisd. lib. 2. part. 2. cap. 7. n. 41.* Thom. Michael. *de jurisd. concl. 45. lit. e.*
Quæ non tantum de bonis, sed etiam malis, iniquis, & impiis magistratibus vera sunt, nam & 5
hi, modò legitimè sint constitui, Dei sunt ordinatio, cum non sit potestas, nisi à Deo, *Roman. 13. v. 1. 1. Petr. 2. v. 17.* Reinking. *de regim. secul. lib. 1. class. 1. cap. 3. per tot.* Sic Deus Cyro nondum nato, licet infideli regnum deputaverat, *Esaia. 45. Esdra. 1.* Nobuchdonosorem, impium Regem & idololatram, ministrum suum appellat, *Ierem 25. v. 9. & cap. 27. v. 6.*

Sed hæc etiam impio & iniquo magistratui obediendum esse, cum mica salis, legisq; divinæ & naturæ temperamento accipienda sunt, nam si iniqua magistratus præcipiat, quæ Dei vel naturæ legibus expresse contrariantur, vel quibus idololatrici cultus obtruduntur, impunè nó
paretur, sed Deo magis, quam hominibus obediendum est, *Actor. 5. v. 29.* Et ad aram usque sit 6
subditorum obedientia, non ultra, *Actor. 4. v. 18.*

Danda opera est magnis, sed non cum vulnere mentis

Danda opera est magnis, sed comitante metu.

Nam quæ facta lædunt pietatem, existimationem & verecundiam, nec facere nos posse credendũ est. *1. Machaba. 2. v. 19 l. filius. 15. ff. de condit. & demonst.* Tiraquel. *de pœn. leg. caus. 34. n. 1.* Idque propter vindictam divinam *Oseæ. 5. v. 11.* Conteretur Ephraim, qui impia madata secutus est, Don. Garf. Mastril. *de magistr. lib. 3. cap. 4. n. 301.* 7

n. 301. Si itaque impius Saul, jubeat Sacerdotem & virum Dei occidere, surdi sint ministri. 1. *Samuel. 22. v. 17.* Non utique contemnis potestatem si eligis majori servire, nec hinc debet minor irasci, si major prælata est; Illa carcerem, hæc gehennam minatur, *c. qui resistit. 97. caus. 11. quæst. 3.* Reinking. *polit. Bibl. lib. 2. axiom. 25. & de regim. secul. lib. 1. class. 1. cap. 4. n. 2. seq.*

8 Species obedientiæ sunt paritio & comparitio, Zach. Vietor. *de caus. exempt. concl 36.* Qui enim civis & subditus est, ei in omnibus mandari potest. Gylman. *lib. 1. Camer. decis. 46. n. 32.* Isque mandatis superioris parere, & coram eo comparere omninò tenetur, Innoc. *in c. olim. de*
9 *restitut. spol* Cothman. *4. resp. 3. n. 206.* Et sic primus paritionis actus est, legibus, mandatis & statutis Domini & Magistratus parere, Raudens. *resp. 2. n 241.* Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 35.* Ziegler. §. *Landsassii. concl. 1. n. 147.* Ritter. *de homag. concl. 154. & 181.* Est quoque paritionis actus, tempore pacis & belli portas custodire, & ad arma venire, *supra lib. 2. cap. 22. n. 50. & seq.*

10 Tenentur quoque cives & subditi Dominis & magistratibus, in necessitate vel periculo constitutis succurrere, sive periculum sit honoris, sive reputationis, gloss. *in c. 1. Qual. jur. vasal. & ibi alvarot. n.* 1. sive civitatis seu territorii sit conservatio, recuperatio vel adquisitio, *arg. c. 1. vers. & si contigerit. de nov. form. fidelit.* Andr. Kohl. *de servit. feud. part. 4. n. 6.*

Tenentur quoque cives ad defensionem 11
civitatis, non minus, quàm ad propriam salutem, etiamsi cum periculo fiat, Auhor *apolog. Colmar. cap. 3. membr. 2. in princ. lit. p. e.* ex Aristot. *5. polit. 8.* ubi scribit: Difficilibus Reipubl. temporibus, civem quemque non suum, sed civitatis esse debere, nec ut periclitanti statui aliquis se subtrahat, ullo modo concedendum. Comprobarunt exemplo suo Romani qui subditis Reipubl. necessitatibus, indicto Senatus Decreto, hostilia saga sumebant, prudenter existimantes, securos fore cives ac mitiora sperantes præsentis periculi, exemplo magistratus monendos, legesque frustra exerceri, ostendendum esse, ni imminens pernicies armis omnium averteretur. Neque id sufficiebat, verum etiam delectus in urbe & Italia habebatur promiscuè, nec ullum vocatio excusabat.

Comparitionis actus in his tribus potissimum 12
consistunt: veni, sta, redi, Vietor *de caus. exempt. concl. 37.* Et sunt judicio, sive tribunali Domini activè & passivè comparere. Ritter. *de homag. concl. 186.* Reinking. *de regim. secul. lib. 1. class. 5. cap. 4. n. 73.* Et comparere quoque tenentur Dominum auxiliando, tàm in bello, quàm extra bellum, Ritter. *d. l. concl. 189.*

Caput III.

De Operibus & Muneribus à Civibus Magistratui exhibendis.

SUMMARIA.

1. *Obligati Magistratibus sunt ad operas & alia munera præstanda.*
2. *Civis propriè non est, qui onera non sustinet.*
3. *Exemplo gruum, apium, &c.*
4. *Civitatenses quænam bona præstare teneantur.*
5. *Necessitatis tempore etiam Clerici vigilias agere, & civitatem defendere tenentur.*
6. *A quibus tamen muneribus immunes sunt Magistratus, infirmi, senes, cæci.*
7. *Ad servitia inhonesta nemo tenetur.*
8. *Debentur hujusmodi operæ jure superioritatis territorialis.*
9. *Jure subjectionis & jurisdictionis.*
10. *A subditis exiguntur, sicuti pecunia credita.*
11. *Competunt quoq; jure conventionis.*
12. *Jure necessitatis.*
13. *Exactio operarum cum paterna pietate moderanda.*
14. *Præscriptione quoq; operarum præstatio adquiritur.*

PRæter reverentiam & obedientiam cives Magistratui obligati sunt ad operas & alia munera præstanda, Zigler. §. *Nobiles. concl. 1. n. 50.* Reinking. *de*
1 *regim. sec. lib. 1. class. 5. cap. 4. n. 95.* Ming. *de super. territ. concl. 79.* Ritter. *de homag. concl. 146.* Subditus enim ad onera tenetur, Meischner. *tom. 2. lib. 1. decis. 6. n. 3.* Nec propriè civis & subditus dicitur, nec pivilegiis civitatis utitur, qui onera
2 non sustinet, *l. 1. §. 1. l. imperatores. 38. §. 1. ff. ad municip.* Buxtorff. *ad Aur. Bull. concl. 99. lit. b.* Gail. *obs. 36. num. 8. & obs. 52. num. 15. seq.* Hondæd. *cons. 5. n. 2. & cons. 38. vol. 1.* Cothman. *cons. 73. n. 43. lib. 2.* Adeò ut civis natus patriæ quodammodò ratione munerum hypothecatus videatur, Cephal. *cons. 451. n. 126.* Ziegler. §. *Civitas. limit. n. 43.* Cum enim Domini teneantur defendere & protegere cives & subditos suos, æquum est, ut ipsi, tùm pro curris & laboribus, quos sustinent Magistratus, tum in recompensationem expensarum, quas Domini pro pace & quiete inter subditos & cives tenenda facere & pati tenentur, tùm etiam pro sumptibus, quos in officiales, ob justitiam administrandam, erogare tenentur, onera subeant. Nicol. Everhard. jun. *cons. 10. n. 28. lib. 1.* Simon. *de præt. cons. 100. n. 1. part. 3.* Reinking. *d. cap. 4. n. 96.* Maximè cum ingruibus, apibus, aliisq; animali- 13
bus per naturam fieri constet, ut quæ Regum loco sunt, nihil victus, aut operis quærant, sed ex communi sustineantur, quo melius regimini præesse queant, Ferrar. Montan. *de feud. lib. 6. cap. 1. vers. quisquis in fin.* Quod etiam juri divino congruum,

am, cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal, *Roman. 13. v. 7.* Date Cæsari, quæ sunt Cæsaris, & Deo, quæ sunt Dei, *Matthæ. 22. v. 21.*

4 Operas & onera præstant non tantùm rustici, sive Villatici, sed etiam Civitatenses, maximè in civitatis custodia, excubiis, munitione & defensione, *Nehemiæ cap. 4. in fin.* Jonas Euchar. Erhardt *disput. inaugur. de oper. rustic. concl. 11.* Civis enim est, qui civitatem diligit, ac bonos omnes salvos & in columnes desiderat, Cicer. *in Vatic. & lib. 1. offic.* Vel in erogatione sumptuum
5 universitatis nomine conferendorum. Cum necessitatis tempore, quo alias quoque omnia jura suspenduntur, etiam Clerici vigilias agere, civitatem & munitionem, in qua habitant, defendere cogantur, *c. pervenit, X. de immun. Eccles. c. 2. X. de censib. c. Ecclesiarum, caus. 12. quæst. 2.* Boër. *decis. 212. n. 6.* Thessaur. *decis. 234.* Husan. *de hom. propr. c. 8. n. 131.* Gylman. *lib. 1. decis. 1. n. 201.* Et sic quoque incolæ ad ejusmodi onera tenentur, *l. omnes, 12. C. de oper. publ.* Erhardt *d. l. concl. 20. lit. d.* Ubi tamen notandum est discrimen inter subditos civitatenses, & villaticos, sive rusticos. Illi enim ea tantum, quæ ad communem civitatis utilitatem pertinent, præstant, ut sunt, ligna in civitatis usum cædere, advehere, plateas à sordibus expurgare, vias munire, pontes reficere, civi-
6 tatem custodire, vel tale quid operari, quod publicè sit utile: A quibus tamen immunes sunt, qui publicum magistratum gerunt, & Reipubl. perpetuò suam operam collocare tenentur, Ferrar. Montan. *de feud. lib. 6. c. 3. v. 1. & vers. sunt & alia.* Excusantur quoque & immunes sunt ab hujusmodi operis infirmi, *l. 4. §. 5. vers. sed etsi. ff. de statu lib. l. arboribus, 12. §. 2. ff. de usufruct. l. interdum 34. ff. de oper. liber.* Senes, *l. liberta, 35. ff. de oper. libert.* Sichard. *in rubr. C. eod. n. 16.* Cœci, *c. licet, X. de censib.* Bart. *in l. 3. C. qui morb. se excus.* Nec tenetur
7 quis ad servitia inhonesta, *l. 7. §. jurare. l. ejus. ff. de oper. libert. arg. l. 14. seq. ff. de condit. institut.*

Præstantur operæ & onera, vel jure subje-
8 ctionis, vel conventionis, vel necessitatis, vel præscriptionis, vel concessione Principis, sive superioris. Jure superioritatis territorialis operas deberi & exigi, docent Bald. *in l. 3. C. de natur. lib.* Pruckman. *cons. 27. n. 35.* Meischner. *tom. 2. lib. 2. decis. 4. & ult. n. 177.* Et jure subjectionis sive ju-
9 risdictionis, Gail. *de arrest. cap. 10. in princ.* Vultej. *2. Marpurg. cons. 30. n. 88. & 209.* Ritter. *de homag. cap. 7. concl. 150.* Ming. *de super. territ. concl. 79.* M. Stephan. *de jurisd. lib. 2. part. 1. cap. 7. membr. 2. n. 185. seq.* Petr. Frid. Mindan. *de mandat. lib. 2. cap. 6. n. 7.* Reinking *de regim. sec. lib. 1. class. 5. c. 4. n. 130. & seq.* Ita, ut operæ à nonnullis pro fructu jurisdictionis habeantur, per *l. fructus hominis. l. non hominis. ff. de oper. serv.* Gail. *d. cap. 10. num. 2.* Et jurisdictio radix & fundamentum sit omnium onerum & servitiorum, secundum Decian. *cons. 41. num. 41. vol. 2.* Cothmann. *consil. 11. num. 43. vol. 1.* Vultej. *de consil. 30. num. 88.* Et 10
perinde à subditis exigi dicantur sicut pecunia 11
credita, *l. à duob. ff. de oper. lib.* Gail. *d. n. 2.* Ita ut Domini subditis & Civibus suis operas imponere non possint, nisi ex conventione, vel præscriptione, vel investitura hoc jus ipsis competat, vel publica necessitas id postulet, Jacob de S. Georg. *de homag. n. 33. vers. de hac materia.* Maul. *de homag. tit. 4. n. 2.* Quia & alias necessitate ur- 12
gente plerumq; à communi & stricta regula recedi solet, *l. quapropter, 162. ff. de R. I.* Cujus causa etiam semper expressa censetur, *l. alienationes, 13. ff. famil. erc.* Rol. à Valle, *cons. 81. n. 34. lib. 1.* Modo exactio cum paterna pietate moderetur, *c.* 13
cum Apostolus, 6. vers. prohibemus. & c. prohibemus, X. de censib. Jason. *in l. omnes populi 9. n. 3. vers. limita multum. ff. de just. & jur.* Unde licet Nobiles & alii Domini subditos & cives regulariter ad custodiam nocturnam & diurnam suis castris faciendam, cogere non possint, *l. un. C. ne oper. à colleg. exig. l. 1. & 2. C. ne rustic. ad. ull. obseq. devot.* Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 37. n. 51.* Boër. *decis. 212. n. 1.* Secus tamen est, quoad casum necessitatis, veluti tempore belli, diffidationis, vel grassationis incendiariorum, adeò, ut licet aliâs consuetudo in certis casibus approbata, ad alios casus extendi non debeat, nec subditi omnia Domini castra custodire teneantur, sed ea tantum, in quibus solitæ sunt fieri excubiæ, Boër. *d. decis. 212. n. 18.* Nec cogi possint subditi, excubias certo castro præstitas, in alio agere vel præstare, Berlich. *part. 2. concl. 64. n. 18.* Aliud tamen belli, diffidationis & grassationis incendiariorum tempore obtineat, ita ut tum indistinctè omnia Dominorum castra, etiam remota à subditis, eorumque bonis, custodire teneantur, Bened. Carpz. *jurisprud. for. part. 2. constit. 51. defin. 2.*

Præscriptione Domino adquiritur jus præ- 14
standarum operarum ex solo cursu 30. vel 40. annorum & bona fide, Menoch. *3. præsumpt. 131. n. 51. seq. & ibi alleg.* Maul. *de homag. tit. 4. n. 4.* etiam absque titulo, *l. cum notissimi. l. sicut. C. de præscript. 30.* Menoch. *d. n. 51.* Maul. *d. num. 4.* Confer Klock. *cons. 10. n. 730. & seqq.*

CAPUT IV.

De remediis civium & subditorum, erga Magistratum iniquè gravantem.

SUMMARIA.

1. *Non licet suditis & civibus Magistratui armis resistere.*
2. *Generale est pactum societatis humanæ, regibus obedire.*
3. *Impune quid facere, id est regem esse.*
4. *Lachrymæ sunt arma Ecclesiæ.*
5. *Ferendi sunt tyranni, ut sterilitates & imbres nimii.*
6. *Vindicta Deo permittenda, & non nisi suspiriis & lachrymis ad Deum fusis Regibus resistendum.*
7. *In patria degit, quisquis cum Deo exulat.*
8. *Exempla referuntur sacra.*
9. *Securis potius optanda, quàm justitiæ officina scelere conspurcanda.*
10. *Si præcipiantur iniqua, quæ non sunt contra Dei & naturæ leges, sed privatam tantùm utilitatem spectant, obediendum potius, quàm rebellionis causam dare.*

11. At-

11. *Atque hoc etiam in Magistratibus inferioribus obtinent.*
12. *Tyranni exercitio quinam dicantur, & titulo quinam?*
13. *Titulo tyranni interimi possunt.*
14. *Quoad exercitio tyrannos distinguitur inter merè subditos, & illos qui simul magistratus sunt subordinati, ita ut illi resistere nequeant.*
15. *Sacrosancta magistratus capita à Deo constituta prophana manu non immolanda.*
16. *Si magistratus superiorem recognoscant, suditi hujus opem implorare possunt.*
17. *Optimates tyrannis fundamentales Reipubl. leges pessundantibus resistere, eosque à gubernaculis removere possunt.*
18. *Quod exemplis declaratur.*
19. *Qua tamen in re cautè agendum, & justissimæ causæ subesse debent.*
20. *Ubi non sufficit virtutis ingenium, valere debet armorum præsidium.*
21. *Exemplo utriusq. Saxoniæ & confœderatorum Principum Legatorum ad Heinricum IV.*
22. *Subditi adversus magistratum mandata in Camera Imperiali impetrare possunt, & quibus casibus?*
23. *Camera Imperialis antequam subditis mandata decernat, dominorum informationem audire debet.*

OBedientiam à Civibus & subditis deberi magistratui, etiam impio & crudeli *supra cap. 2. n. 5.* dictum est. Sed si magistratus superior sit tyrannus, & subditos ac cives suos inique & crudeliter tractet, quænam subditis remedia adversus talem magistratum competant, & an licitum sit subditis & civibus eidem
1 vi & armis resistere, nondum satis constat? Et non licere indistinctè docent, Hugo Grotius *de jur. bell. lib. 1. cap. 4. per tot.* Casp. Klock. *de contribut. c. 18. n. 349. seq.* Bened. Carpz. *de leg. Reg. German. c. 14. sect. 1. per tot. & ibi alleg.* Quia generale est Dei præceptum, magistratui obedire, ita ut qui Regis & magistratus sui potestati repugnat, Dei ordinationi resistat, *Roman. 13. v. 2. 1. Pet. 2. v. 13. Sapient. 6. v. 4.* Et ipse Christus Imperatori Tiberio, qui fuit parricida, adulter, scortator, idololatra, omnisque flagitii artifex, honorem & tributa dare prohibere noluit, sed potius præcepit, *Matth. 22.* Luther. *in libell. de magistrat. part.*
2 3. §. So spricht er. Et generale est pactum societatis humanæ Regibus obedire, Augustin. Et Principi summum rerum arbitrium Dii dederunt, subditis obsequii gloria relicta est, Tacit.
3 Indigna digna habenda sunt Rex quæ facit. Et impunè quidvis facere, id est Regem esse, Salust. Quod latè exequitur Jacobus I. Angliæ Rex, *in differt. de jur. monarch. liber. fol. 13.* existimans, Reges solum Deum judicem & ultorem habere. Et tolerandum esse patienter, quicquid Princeps facit inique, expectandamque vel successoris emendationem, vel supremi judicis correctionem, qui violentias & injurias non finit esse perpetuas scribit Æneas Sylvius *lib. de ort. & author. Imper. Rom. c. 16.* Hinc servi jubentur obedire Dominis etiam duris & difficilibus, *1. Petr. 2. v. 8.* Liber austeris & morosi parentibus, uxores duris maritis, quidni etiam subditi impio & iniquio magistratui? Imò lege Hebræa mortis supplicio damnatur, qui inobediens fuerit, aut Summo Pontifici, aut Principi Senatus, aut ei, qui extra ordinem Rector populi esset constitutus, *Deut. 18. v. 2.* Ambrosius cum injuriam non sibi tantum, sed & gregi suo & Christo fieri crederet à Valentiniano Valentiniani filio, populi satis concitati motu ad resistendum uti noluit, inquiens: Coactus repugnare non novi: dolere potero, potero flere, potero gemere adversus
arma, milites Gothos quoque, lachrimæ meæ 4
arma sunt: talia enim munimenta sunt sacerdotis, aliter nec debeo, nec possum resistere. Et Bernhard. *epist. 170.* inquit, si totius orbis adversus me conjuraret, ut quippiam molirer, adversus Regiam Majestatem, ego tamen timerem, & ordinatum ab eo Regem offendere temerè non auderem. Nec enim ignoro, ubi legerim; qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Sic quoque Lutherus Germanorum Principes ab armis contra Cæsarem susceptis dehortatus fuit, ut eo
nomine ipsum laudat Bodin. *de republ. l. 2. cap. 5.* 5
Ferendi itaque sunt tyranni & imperiosi magistratus, ut sterilitates & imbres nimii. Tacit. *annal. 4.* Et idem alibi dicit: Bonos Imperatores voto expetendos, qualescunque tolerandos. Con-
tra eos scuto magis, quam gladio utendum, Li- 6
vius *lib. 3.* Vindicta Deo permittenda, *Jerem. 29. v. 7.* Non nisi suspiriis & lachrymis ad Deum fusis, Regibus resistendum monet Apostolus, *1. Timoth. 2. v. 2. c. convenior. 21. caus. 23. quæst. 8.* Magistratus humiliter & devotè, ut ipsorum conscientiis parcatur, implorandus, *Exod. 5 v. 15. 1. Reg. 12. v. 4.* Carpzov. *de leg. Reg. Germ. c. 14. sect. 2. n. 4. seq.* Et ut preces fideliter succedant, Deus ardenter invocandus est, *Esther. 4. v. 17.* Ascendat deprecatio, & descendat Dei commiseratio, Norderman. *de jur. principat. concl. 36. lit. b* Si verò ad humilem istam petitionem magistratus parcere nolit, ex patriis laribus, eò, ubi vera Religio & pietas floret, bonis omnibus venditis, emigrabunt. In patria enim degit, quisquis cum Deo
exulat, quod licet durum quidem sit, lex tamen 7
ita scribta est, Victor. *de exempt. conclus. 14. in fin.* Exemplo Moysis, qui à terrore Pharaonis abiit
in terram Midian. *Exod. 2.* Davidis, *1. Sam. 22.* 8
Obediæ, *1. Reg. 18.* Eliæ, *1. Reg. 17. v. 19.* ipsius Christi, *Matth. 2. 12. 13. Joh. 8. & 11.* qui hoc medium etiam discipulis suis commendavit. *Matth. 10. & 24.* Carpzov. *de leg. Reg. Germ. c 14. sect. n. 8. seq.* Quod si nec hoc lamentabili emigrationis beneficio uti magistratus concedere velit, sed adhuc infidelis Nabochdonosor alienos Deos adorare jubeat, Danielis sumendus est animus, & potius Leonum fovea eligenda, quam conscientia

ſcientia gravanda, & idololatricum cultum ju-
9 benti parendum, *Dan. 6. v. 10.* Si Caracalla fra-
tricidam ſanctiſſimi juris authoritate ſcelus hoc
abominantis, defendere jubeat, papiniani exem-
plo, ſecutis potius optanda, quàm contra ultri-
cia ſcelera conſcientiæ flagra, ſacroſancta juſti-
tiæ officina ſcelere conſpurcanda, Cario *lib. 6.
Chron. in vita Caracall.* Dicas igitur, Domine
excuſabis me, tu carcerem minaris, & mortem, ſi
non faciam, at Deus, ſi faciam, minatur infer-
num & mortem æternam, Auguſtin. *ſerm. 6. de
verb. Dom.* Deo interim vindicta commiſſa, e-
xemplo Davidis, dicentis: Deus erit judex inter
te & me, *1. Sam. 24. v. 13.*

10 Quod ſi verò magiſtratus iniqua præcipi-
at, quæ non expreſſè cum Dei & naturæ legibus
pugnant, ſed utilitatem tantum privatam reſpi-
ciunt, præſtabilius erit obedire, quàm juſſa recu-
ſando, reliquis rebellandi occaſionem præbere,
*c. quid culpatur. §. ſed ſi humana. cauſ. 23. quæſt. 1.
arg. l. potioris, C. de offic. Rector prov. l. 1. in fin. C. de
offic. præf. urb.* Pruckm. *de regal. §. venatio. c. 4. n.
32. & 66.* cum rebellionis ſpecies ſit, denegare,
quæ imperantur, R. A. zu Speyer/ *de anno 1542.*
§. Wurde ſich aber jemand. *in fin.* Cothm. *conſil.
11. n. 7. in fin.* Reinking. *de regim. ſecul. l. 1. claſſ. 1.*
11 *c. 4. n. 21. ſeq.* Atque hæc non tantùm in privatis,
ſed etiam magiſtratibus inferioribus, locum ha-
bere, docet, Hugo Grot. *de jur. bell. lib. 1. c. 4. n. 6.*
ubi ait: Nam ſicut in Dialecticis ſpecies inter-
media, ſi genus reſpicias, eſt ſpecies; ſi ſpeciem
infra poſitam, genus: ita magiſtratus illi, infe-
riorum quidem ratione habita, ſunt publicæ
perſonæ; at ſuperiores ſi conſiderentur, privati
ſunt. Nam omnis facultas gubernandi, quæ eſt
in magiſtratibus, ſummæ poteſtati ita ſubjicitur,
ut quicquid contra voluntatem ſummi impe-
rantis faciant, id defectum ſit ea facultate, ac
proinde pro actu privato habendum: Locum
enim hic quoq; habet, quod dicunt Philoſophi;
ordinem non dari niſi cum relatione ad aliquid
primum, confer Klock. *de contribut. cap. 18. n. 376.*
Unde etiam Auguſtinus ait: Ipſos rerum huma-
narum gradus adverte: ſi aliquid juſſerit Cura-
tor, faciendum: non tamen, ſi contra proconſul
jubeat: aut ſi conſul aliquid jubeat, & aliud Im-
perator: non utique contemnis poteſtatem, ſed
elegis majori ſervire: nec hinc debet minor ira-
ſci, ſi major prælatus eſt, *in c. qui reſiſtit. cauſ. 11.
quæſt. 3.*

12 Vulgò hic diſtingui ſolet tàm inter magi-
ſtratus tyrannos, quàm ſubditos. Tyranni qui-
nam ſint & dicantur, vide Carpz. *de leg. reg. Germ.
c. 16. ſect. 3.* Tyranni alii dicuntur titulo, alii ex-
ercitio. Exercitio Tyranni dicuntur, qui quidem
legitimo jure ad poteſtatis regimen pervene-
runt, ſed conceſſa ſibi poteſtate nequiter abutun-
tur, Reinking. *de regim. ſec. l. 1. claſſ. 1. c. 5. n.
3. ſeq.*

13 Titulo tyranni ſunt, qui nullo vel electi-
onis, vel ſucceſſionis, vel alio legitimo titulo ad
rerum gubernacula tendunt, vel iniqua præci-
piunt, qualis fuit Abimelech. *Iud. 9.* Abſolon,
2. Sam. 15. Sallum, *2. Reg. 15.* Titulo tyrannos lex
Valeriana omnibus impunè interficere permi-
ſit, Plut. *in publ.* Legesq; & ſcripta antiquorum
interfectoribus maxima præmia propoſuerunt,
Bodin. *de repub. lib. 2. c. 5.* Quod ſacris quoq; li-
teris congruum eſt, exemplo Aeglonis & Sebæ,
1. Sam. 20. v. 22. Et Ajad laudatur, quod Aeglo-
nem interfecerit, *Iudic. 3.* Waremb. ab Erenberg.
de oner. ſubdit. c. 11. nec Manahem reprehendi-
tur, quod Sallum Regis interfectorem & violen-
tum regni occupatorem interfecerit, *2. Reg. 15.
v. 14.* Quod ſi tamen ſubditi huic paulatim ad-
ſenſerint eumque ex poſt facto approbaverint,
eum tanquam invaſorem occidere, vel remove-
re non licebit, Reinking. *d. c. 5. n. 10. ſeq.*

Exercitio tyrannos, quod attinet, vulgò 14
diſtingui ſolet, inter ſubditos & privatos ſimul,
ſeu mere ſubditos, & inter ſubditos, qui ſimul
magiſtratus ſubordinati vices ſuſtinent, ſeu o-
ptimates, qui in partem ſolicitudinis, & curæ
Reipubl. aſſumpti ſunt tanquam Ephori, jusque
poteſtatis & gladii etiam à Deo habent, ita ut
ſubditi privati, qui jus gladii non habent, ſi gla-
dium ſumpſerint, gladio pereant, *Matth. 26. v.
52.* Et quidem hi, ſi ſuperiorem non recogno-
ſcant, ad preces & lachrymas, vitæq; emendati-
onem cum Eccleſia confugient, imitantes Iſra-
elitas, qui ſervitute preſſi nihil hoſtile movebāt,
ſed gravamina patienter ferebant, *Exod. 13.* Et
Davidem, Saulem Regem interficere nolentem,
1. Sam. 26. v. 9. Atq; ſic ad novercæ tumulum lu-
geant ſubditi, & ut iſti Tiberio non niſi apud
inferos locus ſit, Deos obteſtentur, exemplo Ro-
manorum apud Sueton. *in Tiber. c. pen.* Vietor. *de
exempt. concl. 14. in fin.* ut ſic clamor miſerorum
ex Ægypto tandem in cœlum elevatus, vindi-
ctam deſuper accelerare faciat, Ferrar. Mont. *de
feud. lib. 6. c. 3. verſ. ordinaria.* Vel imitantur tan- 15
dem Ulyſſem, qui unicum contra Syrenum can-
tus remedium habebat, migrationem. Cogitent
enim ſubditi, ſacra iſta capita à Deo eſſe conſti-
tuta, nec profana manu immolanda, Petr. Greg.
Tholoſ. *de Republ. lib. 26. c. 7.* Caſ. *in Sphær civit.
lib. 4. c. 10.* Vietor. *d. concl. 14. ad fin.* & igneas
heroum mentes à Deo in poſſeſſionem miſſas,
nec ſubditorum arbitratu expellendas, per *l. 1.
C. de ſerv. fugitiv. Novel. 82. c. 4.* Bodin. *de republ.
lib. 2. c. 5.* nec ſacroſanctam Pricipis majeſtatem
cujuslibet ſubjacere libidini. Norderm. *de jur.
principal. concl. 63.* vide Carpzov. *de leg. Reg.
Germ. c. 14. ſect. 1. per tot. & ſeq.*

Quod ſi vero ſuperiorem recognoſcant, i- 16
pſius opem implorare, ejusq; ſententiam exſpe-
ctare debent, Tholoſ. *d. c. 7.* Ita enim in Impe-
rio noſtro Romano ſubditi habent Cæſarem,
Cameram Imperialem & Status Imperii, ubi
plangant & mandata impetrent, Mynſ. *5. obſ. 8.*
Hartman. *tit. 54. obſ. 43.* Qui non tantum ſubdi-
tos à Principum & Dominorum ſubalternorum
imperio eximere, Mynſ. *3. obſ. 99. n. 3.* Vaſqui. *il-
luſt. controv. c. 8. n. 18.* Sed etiam, ſi opus fuerit,
eosdem à regimine deturbare, banni pœna feri-
re, hoſtes imperii declarare, omniaq; quæ juris
civilis ſunt ipſis adimere poſſunt, Gail. *2. de pac.
publ. c. 12. n. 15.* Mynſ. *1. obſ. 90. & 3. obſ. 30.* Vie-
tor. *concl. 14.* Atque ita in Camera Imp. decre-
tum fuiſſe *27. Aug. anno 1580. in cauſa* Weil-
münſter *contra* Naſſaw/ refert Sixtin. *de regal.
lib. 2. cap. 13. n. 58.*

Optimates vero quod attinet, qui in curam 17
ſollicitudinis pro Reipub. ſalute ita adſciti ve-
niunt,

nimt, ut Principis superioris potestatem certis limitibus circumscribant, hi tyrannis exercitio, si fundamentales Reipubl. leges pessundare, & ipsa substantalia consociationis jura evertere, & gravissimum Reipubl. discrimen & damnum inducere moliantur, resistere, eumq; à gubernaculis removere possunt, Bodin. *de Republ. l. 2. c. 5.* Tholosan *d. cap. 7.* Reinking. *d. lib. 1. class. 1. cap. 5. n. 89. seq.* Ritter *de homag. concl. 225.* Joh. Gerh. apud Arum. *tom. 4. disc. 18. per tot.* Vide Carpzov.
18 *de leg. Reg. Germ. cap. 14. sect. 5. per tot.* Hoc enim casu reviviscat Brutus, & exulet Tarquinius, pellantur urbe Dionysii, Nerones more majorum plectantur, Wenceslai & Adolphi ab Electoribus augustalibus infulis exuantur, Victor *d. concl. 14.* Unde quoq; Henricus IV. & Otto IV. Imperio privati sunt, Gumpelzhaim. *in disp. de interregn. concl. 58.* Eodemque modo depositi sunt Reges Israëlitarum, *2. Reg. 11. & Chron. 10.* Eduardus II. ob tyrannidem in subditos à Parlamento Regni Anglico regno indignus fuit judicatus, Frossard. *lib. 1. cap. 1.* Et quid nuperrimè Angliæ Regi à Proceribus Regni contigerit, in omnium adhuc est ore, sed an justè factum Dominus judicabit. Sic Rex Christiernus Danico, Ericus Suecico, Maria Regina Scotico, non ita pridem spoliati sunt Regnis, Stephan. jun. Brut. *quæst. 3. fol. 127.* Sic Principes & Centuriones tyrannum Athaliam sustulerunt, *2. Reg. 11.* Rhehabeam Regno ejectus dum contra morem & patriæ legem dominari vellet, *2. Chron. 10.*

19 Cauti tamen hac in re erunt Optimates, ut non ad quodvis maleficium removere conentur Principem & Dominum, sed tale id debet esse, per quod ipsa Reipubl. fundamenta evertantur, ipsumq; Imperium cum imperante pessum eat, Reinking. *d. cap. 5. n. 74. seq.* Et imprimis considerenda Capitulatio, seu pacta, quæ initio Regni suscepti conscripta sunt, Becht. *de secur. conclus. 105.* Reinking. *d. l. n. 44. seq.* Et hæc si adsint, primo uti debeat verbis, id est, amica tractatione & compositione, secundo herbis, id est, juris remediis, si quæ haberi possunt, postremo lapidibus, id est, armis, juxta Bald. *in c. olim. n. 2. X. de*
20 *rescript.* Nam ubi non sufficit virtutis ingenium, valere debet armorum præsidium, Stephan. jun. Brut. *d. quæst. 3 fol. 130.* Cujus rei praxin vide-
21 mus in Jephte, *Judic. 11. v. 22.* Sic utriusque Saxoniæ & fœderatorum Principum Legati ad Henricum IV. missi per Deum rogarunt, ut æqua postulantibus spontè annueret, nec sibi magni cujusq; atque inusitati facinoris necessitatem imponeret. Si ita faceret, se promptissimo animo ei, sicut hactenus servituros; eo tamen modo, quo ingenuos homines, atq; in libero Imperio natos Regi servire oporteret. Quod si armis cogere instituisset, sibi quoq; nec arma deesse, nec militaris rei peritiam. Sacramento se ei fidem dixisse, sed si ad ædificationem, non ad destructionem Ecclesiæ Dei, vel & patriæ libertatis Rex esse vellet: si justè si legitimè, si non more majorum rebus moderaretur: si suum cuiq; ordinem, suam dignitatem, suas leges, tutas inviolatasq; manere pateretur, sin ista prior ipse temerasset, se jam sacramenti hujus religione non teneri, sed quasi cum barbaro hoste & Christiani nominis oppressore, justum deinceps bellum gesturos, & quoad ultima vitalis coloris scintilla superesset, pro Ecclesia Dei, pro fide Christiana, pro libertate denique sua dimicaturos, Author *tubæ pacis fol. 74. & seq.*

Quod autem de mandatis Cameræ Imper- 22
dictùm est, quod subditi eadem adversus magistratum impetrare possint, Mynsing. *5. obs. 8. n. 12.* Sixtin. *de regal. lib. 2. c. 13. n. 57.* Gail. *1. obs. 17. n. 1. & de arrest. cap. 10. n. 7.* hoc de illis intelligendum est causis, ubi 1. evidens periculum in mora, vel dilatio periculum allatura est, *l. de pupillo. §. præterea. ff. de nov. oper. nunc.* 2. Si irrecuperabile versetur damnum, vel salus publica periclitetur, *arg. tit. C. si contra jus vel util. publ.* 3. Si supplicantis talis sit casus vel supplicatio, cui magistratus inferior, etiam præsens coram superiore non possit contradicere. Vel etiam 4. si magistratus contra subditorum solemnia & publica privilegia subditorum, agat, & hi & factum & privilegia in judicio producant. Quibus & similibus casibus audiendi sunt subditi, quia iis magistratus extra officium agit, & rectè tanquam privatus habetur, & subditi se via juris defendunt, *l. defensionis. C. de jur. fisc. & ibi* Dd. Ord. Cam. *part. 2. tit. 27.* Petr. Frid. Mindan. *de process. & mandat. lib. 2. c. 13. art. 8.*

Judex autem in hujusmodi mandatis sine 23
clausula contra Dominos decernendis, magna uti debet prudentia, ne subditi adversus magistratum & homines armentur, & ad inobedientiam & rebellionem invitentur, Gail. *de obser. 17. n. 6.* Sixtin. *de regal. lib. 2. c. 13. n. 59.* Ideoq; inaudito Domino, nisi ex gravibus & notoriis causis hujusmodi mandata decerni non debere, suadet Gail. *d. l. n. 8.* Quod etiam sancitum est in R: A. zu Regensp. *de anno 1594.* §. So soll auch zum fünfften. *79.* & nuperrimè in R. A. zu Regensp. *de anno 1654.* §. Benebens sollen Camer-Richter. *ibi:* Wie auch insonderheit den Underthanen und Burgern wider ihre Obrigkeiten die Proceß nicht leichtlich erkennen/sondern vorhero um Bericht schreiben/ rc. & *§. seq.* Unde cautè fieri solet à Camera Imper. quod in dubio prius Domino vel magistratui pro causæ Statu scribat, & per literas narrata & petitionem subditorum significet atq; ita ex literis responsoriis pro informatione, Bericht schreiben / transmissis intelligat, & edoceatur, quid magistratus prætendat, & tum demum mandatum vel denegare, vel si verisimiliter causas à subditis adductas animadvertit, decernere possit, Ord. Cam. *part. 2. tit. 24.* Memor. *visit. de anno 1578.* Gail. *1. obs. 22. n. 4.* Sixtin. *d. c. 13. n. 61.* Schwanem. *2. process. 21.* Daneis. *jur. Camer. tit. mandata sine claus. §. 5.* Roding. *lib. 3. pandect. Camer. c. 19.* Maul. *de homag. tit. 4. n. 17.*

FINIS Libri Sexti & ultimi.

INDEX

INDEX
RERUM ET VERBORUM,
In Tractatu de Iuribus & Privilegiis Civitatum Imperialium comprehensorum.

Quorum numerus primus Librum, alter Caput, & tertius numerum marginalem ostendit.

Aach / Aquisgranum.

